Biblioteca Universitaria
Estante..... 5
Tabla..... 1
Número..... 95

5
1
89

UVA. BHSC. BU 00239

239

UVA. BHSC. BU 00239

UVA. BHSC. BU 00239

De la librería del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada.



UVA. BHSC. BU 00239

UVA. BHSC. BV 00239

ILLVSTRISSIMO

COMITI SALINÆ

IOAN. LVDOVICVS DE LA CERDA, S. P.

MIHINE, an Tibi, an Hiſpaniæ toti vitam tuam gratuler, Illuſtriſſime Comes? Mihi: cui contigit potuiſſe te meis laboribus Patronum vnicum adoptare: Tibi, cuius vita magnarum virtutum exemplis illuſtrata, Principibus aliis exemplo eſt: Hiſpaniæ, quæ te fruitur ad ornamentum ſui, ad ſalutem bonorum, ad pauperum calamitates ſubleuandas, ad Regis tui curam non mediocrem ſuſtinendam, cùm res tota Luſitani regni (cuius acceſſione iam inde à Philippo II. gaudemus) humeris tuis impoſita feliciſſimè adminiſtretur. Omnibus ſimul gratulor. Nihil mihi certè felicius potuit contingere, quàm Tibi ac tuo nomini opus hoc inſcribere, ſiue ad defenſionem parandam contra impetus maleuolorum, ſiue ad perennitatem nominis conſequendam: quod Te fautore non dubito. Quæ enim exoptare in Patrono meo potui, ea in Te ſumma ſunt: humanitas ad Commentarios iſtos tuendos: iudicium ad Poëtarum maximum expendendum: doctrina ad capiendum, quicquid eſt reconditum in hoc Vate. Quæ iſtæ laudes? roget aliquis. Tu in ſummo Principe, in Illuſtriſſimo Comite, in honeſtiſſimo Equite, nihil aliud reperis, quàm ea quæ neceſſaria ad literarum monumenta verſanda. Multa certè ſunt in Te vno, quæ ſingula multos ornarent, ſiue nobiliſſimum SYLVARVM genus conſiderem inter Luſitani nominis Principes maximum: ſiue cognationes & propinquitates cum vniuerſis ferè primoribus Hiſpaniæ, quibus nexu quodam implicatus, nullius fa-

UVA. BHSC. BU 00239

miliæ ſplendore cares: ſiue opes, quæ nullis inferiores ſunt, cùm potius quàm regiarum magnificentia, comitatu publico, nitore domeſtico longè latéque ſuperes: ſiue gradus honorum, quos tibi Tua Virtus coniuncta cum ſumma Nobilitate peperit: qua factum, vt nunc in Regia Philippi III. Curia Luſitano Senatui, quo nullus aut grauior, aut ſanctior, vice Regis tui cum ſumma laude & integritate præſis: ſiue denique conſiderem multarum Virtutum ſplendorem, quibus apprimè eniteſcis, video Te inter Maximos eſſe Maximum. Sed tamen hæc omnia cùm magna in Te ſint, maiora quidem ſunt acceſſione earum rerum, quas Tibi quotidie ingenium tuum parit. Clarè loquar, literas amas, literatos colis, Poetarum laude flores, gaudes doctorum conſortio, ſcriptorum tuorum gloriam feliciſſimè auſpicatus es, coniungens rem literariam cum diſciplina equeſtri: neque Te hæc à literis, neque literæ à ſtudiis equeſtribus auocarunt, doctiſſimus inter doctiſſimos, inter Principes Princeps. Poſſem hîc conqueri multorum Nobilium arrogantiam & ſupercilium. Itáne vobis, Viri nobiles, deformes viſæ ſunt literæ, vt harum ſtudium non coniunctum cum honeſtiſſimis diſciplinis putetis? Dirum dictu, deforme auditu putare Muſas, literas, ſcholarum diſciplinas pertinere ad abiectos homines, ſaltem ad eos, qui minus generis nobilitate ſplendent. Indecores ſcilicet Literæ ſunt, neque dignæ, quæ inter nobiliſſimos ſpectentur. Longè aliud antiquorum æuum. Euntes ad bellum Duces libri comitabantur: & qui in dextris gladios gerebant, libros in pretioſis ſcriniis repoſitos portabant, vt poſt ardorem diurnæ pugnæ nocturnum tempus illorum lectioni dicarent, & ita à militari ſtrepitu conquieſcerent. Quod æuum conferri poteſt cum æuo Auguſti, aut grauitate Principum, quibus ille vſus eſt? aut bellorum magnitudine, quibus ſtatus vniuerſi terrarum orbis mutatus eſt, publicis omnium opibus in vnum hominem conuerſis? aut ſtudiis pacis poſt longa bella? Et tamen ita Literæ in honore habitæ ſunt, vt æuum illud felicius ipſæ reddiderint: in quod ampliſſima ſcriptorum, oratorum, Poëtarum, Philoſophorum ſeges erupit: & hæc ita magna, vt ab illo ad nos, quicquid ferè florentiſſimum eſt, in humanis Literis redundarit. Atque ab opibus illius æui, cùm infinitos alios, tum P. VIRGILIVM habeamus Poëtarum omnium principem. Neque ſecus atque ille ſuum ſæculum exornauit, tuum Tu Illuſtriſſime COMES, qui non putas alienas eſſe Muſas ab ingenita Maiorum tuorum nobilitate, imò Tu vnà cum nobiliſſimis Fratribus tuis has SOCIETATIS IESV Scholas, illas cùm primum aperuimus, incredibili ſtudio frequentaſtis, idque iuſſu maximi RODERICI GOMESII A SYLVA, patris veſtri EBOLENSIS PRINCIPIS, ac PASTRANÆ DVCIS, cuius ad-

huc

UVA. BHSC. BU 00239

huc feliciſſimam memoriam Hiſpania colit : quem virum in intimis habuit PHILIPPVS II. Regum omnium, qui hactenus fuerunt, prudentiſſimus, illius prudentiam admiratus. Te ego tanti patris filium, de noſtra SOCIETATE benemeritum, in meipſum (licèt immerentem) præcipuo quodam amore inſignem, huius Operis vindicem libentiſſimè aſſcribo : & hoc dono, qualecunque illud eſt, meum erga Te animum teſtatum eſſe volo.

Matriti Nonis Iuniis Anno M. D C V I I I.

UVA. BHSC. BU 00239

AD P. IO. LVDOVICVM DE LA CERDA DE BVCOLICIS, ET GEORGICIS P. VIRGILII MARONIS EGREGIO COMMENTARIO ILLVSTRATIS, GASPAR Sanctius Societatis IESV.

PINGVIA rura suo Cæsar dedit ampla Maroni,
Et dextra gregibus vindice pingue nemus.
Ille datam curuo domuit bene doctus aratro,
Sed magis Ascræo vomere vertit humum.
Pauit oues patriæ vitreas ad fluminis vndas,
Sed Siculo melius carmine pauit oues.
Nemo datos vmquam coluit felicius agros,
Nemo vagum melius duxit in arua pecus.
Sed bene, quæ quondam coluit Maro rusticus arua,
Densa erat, atque hebeti squallida sylua situ.
Neglecto horrebat pingui rubus asper in agro,
Tardabátque auidos semita clausa greges.
Sed cultu Ludouice tuo squallentia florent
Arua, tegit lætum fertilis herba solum.
Tu syluam implexam, atque hirsutis pascua dumis
Falce aperis rursus, vomere rursus aras.
Vomere non alio, quàm, quo Maro rusticus olim
Diuitias Cereri, deliciásque dedit.
Nimirum Genium magni Ludouice Maronis
Natus es, aut (liceat dicere) nullus habet.
In sua, crede mihi, rediit Maro rura, rubósque
Abstulit, & tribulos Virgiliana manus.
Exciderant iterum Vati, puto, rura Latino:
Te, Ludouice, iterum vindice rura capit.
Arua dedit Cæsar, tu squallida Cæsaris arua,
Sentа nouas, Domino restituísque suo.
Cæsaris officium est sylvas dare, & arua Maroni:
Reddere, quæ exciderant, hoc, Ludouice, tuum.
Cæsareum donum est opibus cumulare merentem:
Reddere sublatas, hoc quoque Cæsareum.
Sed mage Cæsareum quod longa in secula donum est,
Quod neque vis rapiat, quod neque tempus edat.
Ergo Virgilio longè maiora dedisti,
Quàm quod ab Augusto Cæsare munus habet.
Iam dudum interiit, quod primo à Cæsare munus:
At, Ludouice, tuum non timet interitum.

IN

UVA. BHSC. BU 00239

IN P. VIRGILIVM A IOAN. LVD. CERDA SOCIETATIS IESV illustratum.

AND. SCHOTTVS ANTVERPIENSIS eiusdem Soc.

ANDINVM vatem, decus immortale fororum
Illustrasse iuuet, CERDA, aspirante Camœna:
Qui tenet in latio semper florentis Homeri
Nomen, & hoc vates numquam præstantior alter,
Seu sylvas, seu rura canit, siue Arma Virumque:
Cui Phœbus, cui Musarum chorus assurrexit,
Ausonia, & totis applaudit Roma theatris.
Huic merito virides transscribat Græcia palmas,
Atque in Olympiaco decerpat dona corona.
Ergo Mæonij non iam de sanguine certent
Vrbes, oppida tot, populi, gentesque Pelasgum.
Vicit enim MARO (sic animis, linguisque fauete:)
Troiani belli scriptorem: cedite Graij.
Et senis Ascræi superauit carmina vatis,
Atque Syracosij sublegit scripta poetæ.
Fallor? an Elysijs? nunc Mœonidem inter & Orphea
Ipse sedet campis sella sublimis eburnea?
Multimodis animo versans tua carmina Care,
Priscaque dicta patrum: De Quinctij Annalibus Enni
(Mira cano) insignes suetus depromere gemmas.
Hæc fuerint, LVDOVICE, tui præludia celsi
Ingenij: vigeat sic terris dedita fama.
Grandia grandiloquo ere tonas. heu quanta manet te
Gloria? iam monumenta vides canescere seclis
Innumeris, docti euoluent, seriique nepotes,
Qua surgit Titan, qua mergitur æquore: & inter
Extremos Morinos, diuisos orbe Britannos.
Iam populata feris Neptunia Pergama flammis
Ingeminent vasti scopuli, pinusque loquantur.
Sic placitum Superis, victricem Mantua palmam
Vt ferat, Hesperia: mox doctos inter Iberos.
Agricola aßi nimium felix, bona si sua norit!
Cum iuuet & cimas inter ceciniße capellas,
Et resonet Daphnin, Amaryllida reddat imago.
Ergo agite ô iuuenes, studiorum robora, palmam
Arripite hinc alacres tanti monumenta Poetæ,
Vatis opus firmum, solidaque perennius ære
Semper erit; viuet decus immortale MARONIS.
Quinetiam tantæ si tangit adorea laudis,
Ae spectare libet? En ipso in lumine primo,
Hinc viridi Phœbum redimitum tempora lauru,
Barbiton atque chelyn aureo qui pectine pulsat:
Illinc Tuscum equitem, proauis qui regibus ortus
Augusti imperio dederat grata otia Musis.
Nec vidisse semel satis. heu iuuat vsque morari.

UVA. BHSC. BU 00239

Facultas Patris Prouincialis.

ARGVMENTA, Explicationes, Notas in P. Virgilij Maronis Bucolica & Georgica, auctore IOANNE LVDOVICO DE LA CERDA Societatis noſtræ, Matriti in Regia Curia Rhetoricæ, Poeſeos, & Græcarum literarum multos iam annos Profeſſore, viſa à tribus Societatis noſtræ Patribus huius literaturæ peritis, atque approbata, Ego FERDINANDVS LVCERO Toletanæ Societatis IESV Prouinciæ Præpoſitus Prouincialis, poteſtate mihi ab admodum R. P. N. Generali P. CLAVDIO AQVAVIVA facta, lubens typis mandari concedo. Matriti, XVII. Calend. Octob. Anno M. DCVII.

Ferdinandus Lucero, m.p.

Locus Sigilli.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS

Societatis IESV, *in prouincia Lugdunenſi.*

BARTHOL. IACQVINOTIVS Prouincialis Societatis Iesv, in prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Febr. 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque ſuperiorum permiſſione imprimant: permittit HORATIO CARDON Lugdunenſi Bibliopolæ, vt *Ioannis Ludouici de la Cerda, è Societate* IESV, *Argumenta, Notas & Explicationes in P. Virgilij Maronis Bucolica & Georgica*, ad ſex primos annos imprimere, ac liberè diuendere poſsit. Datum Lugduni die 15. Maij, 1619.

B. IACQVINOTIVS.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE, in ſacra Theologia Magiſter, & diuini verbi Prædicator, in ſancti Pauli huiuſce ciuitatis Canonicus, atque in hac Lugdunenſi Diœceſi librorum Cenſor deſignatus: fidem facimus, nos *Ioannis Ludouici de la Cerda, Societatis* IESV, *Argumenta, Notas & Explicationes in P. Virgilij Maronis Bucolica & Georgica*, perlegiſſe, in quibus nihil fidei Catholicæ contrarium animaduerſum. Lugduni apud ſanctum Paulum 20. Maij, 1619.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE.

R. D. D. Thomæ de Meſchatin la Faye, huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, in ſuprema Dombarum Parlamenti Curia Conſiliarius, Galliarum Primatiæ Officialis, & in Archiepiſcopatu Lugdunenſi Vicarius generalis, vita Doctorum Theologorum approbatione, opus, quod inſcribitur, *P. Virgilij Maronis Bucolica & Georgica, Argumentis, Explicationibus, Notis illuſtrata, auctore Io. Lud. de la Cerda, Societatis* IESV, *&c.* in lucem editi permittimus. Lugduni 28. Maij, 1619.

MESCHATIN LA FAYE, V. G.

ELEN

UVA. BHSC. BU 00239

ELENCHVS AVCTORVM VETERVM, QVI PARTEM HIS COMmentariis contulerunt.



Bſyrthus.
Achæus Poëta.
Achilles Alexandrinus.
Afranius.
Aelianus.
Aeſchilus.
Aeſchines.
Agathias.
Albinouanus.
Alcæus.
Alexis.
Alcimus Auitus.
Alcon.
S. Ambroſius.
Ammianus.
Anacreon.
Anthologia.
S. Antiochus.
Antipater.
Antiphanes.
Aphranius.
Apollonius.
Appianus.
Apollodorus.
Apuleius.
Arator Poëta.
Aratus.
Archeſtratus.
Archias Poeta.
Ariſtænetus.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
S. Arnobius.
Arrianus.
Artemidorus.
Athenæus.
Attius.
Auctor hymnorum.
Auctor Octauiæ.
S. Auguſtinus.
Auicenna.
Aurelius Victor.
Auſonius.
S. Baſilius.
Boëtius.
Calliſthenes.
Callimachus.
Calpurnius.
Calpurnius Baſſus.
Caluus.
Capitolinus.
Caſſiodorus.
Cato.
Catullus.
Cæcilius.
Cædrenus.
Cæſar.
Cæſarius.
Cicero.
Cinna Poëta.
Claudianus.
Claudianus Mamertus Poëta.
Claudius.
Claudius Marius.
Clearchus.
Clemens Romanus.
Clemens Alexandrinus.
Cleomedes.
Columella.
Coluthus.
Curtius.
Cyprianus.
S. Cyrillus Hieroſolymitanus.
Cyrillus Poëta.
Cyrus Theodoretus.
Demoſthenes.
Dictys Cretenſis.
Didymus.
Diocaßius.
Dio Chryſoſtomus.
Dionyſius Afer.
Dionyſius Halicarnaſſæus.
Diodorus.
Dioſcorides.
Diyllus.
Donatus.
Egeſippus.
Ennius.
Ennodius.
Epigermus.
Epiphanius.
Eratoſthenes.
Eſaias Propheta.
Eubulus.
Eugenius.
Eumenius Rethor.
Eunapius.
Ephorius.
Euphorion Poeta.
Eupolis.
Euripedes.
Euſebius.
Euſtathius.
Enterpius.
Faluorinus.
Feſtus.
Feſtus Auienus.
Firmicus.
Florus.
Fulgentius.
Furius Antias P.
Gaudentius Epiſcopus.
Geoponica.
Gloſſa.
Gratius.
Gregorius Epiſcopus Niſſæ.
Gregorius Nazianz.
Gregorius Turonenſis.
Gregor. Taumaturgus.
Heliodorus.
Heſiodus.
Heſychius.
Hermippus.
Herodianus.
Herodotus.
S. Hieronymus.
S. Hiob.
Homerus.
Hippocrates.
Horatius.
Hyginus.
Ibycus.
S. Ignatius Martyr.
S. Ioannes.
S. Ioan. Chryſoſtomus.
Ioannes Zonara.
Ioannes Saliſparienſis.
Ioſephus.
Inſcriptiones.
Interpres Sophoclis, Nicandri, Theocriti, Homeri, Apollonij, Ariſtophanis, Arati, Pindari.
Iſacius.
S. Iſidorus.
Iſocrates.
Iulianus Cæſar.
Iulius Cæſar.
Iulius obſequens.
Iulius Firmicus.
Iuſtinianus.
Iuſtinus.
Iuſtinus Martyr.
Iuuencus.
Laberius.
Lactantius.

Lampri

UVA. BHSC. BU 00239

Lampridius.
Leonides.
Libanius.
Liuius.
Liuius Andronicus.
Lucanus.
Lucillius.
Lucretius.
Lycophron.
Lysias.
S. Macarius Senior.
Macer.
Macrobius.
Manilius.
Martialis.
Maternus.
S. Marcus.
Maximianus.
Maximus Tyrius.
Mela.
Meleager Epigrammatarius.
Menander.
Menæchmus.
Minutius.
Mnasitheus.
Mæro Pœta Græcus.
Moschus.
Musæus.
Musonius.
Nazarius.
Nazianzenus.
Nemesianus.
Nicander.
Nicolaus Remigius.
Nævius.
Nonnus.
Olympionicus.
Oppianus.
Oppius.
Orosius.
Orpheus.
Orus.
Orus Apollo.
Ouidius.
Pacuuius.
Palladius.
Papinius.
Parthenius.
Paulus Iurisconsultus.
Pausanias.
Persius.
Petronius.
Petrus Apollonius.
Petrus Blesensis.
Phædrus.
Phereecides.
Philippus Epigrammatarius.
Philo.
Philostratus.
Phocas.
Phornutus.
Philargyrius.
Pindarus.
Pisides.
Plato.
Plautus.
S. Paulinus.
Plinius.
Plinius Iunior.
Plutarchus.
Polybius.
Pollux.
Pomponius.
Pomponius Pœta Attellanus.
Propertius.
Prudentius.
Ptolemæus.
Publius.
Q. Calaber.
Q. Serenus.
Quintilianus.
Ruffinus Epigrammatarius.
Salomon in Ecclesiasticis.
Sappho.
Saxo.
Scholiastes Aristophanis.
Sedulius.
Sempronius.
Seneca, Philosophus.
Seruius.
Seuerus Rhetor.
Seuerus Sulpitius.
Sidonius.
Sigibertus.
Silentiarius.
Silius. *Sisenna.*
Solinus.
Sophocles.
Spartianus.
Statius.
Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Sulpitius Seuerus.
Sibyllini versus.
Sygipertus.
Symæon Antiochenus.
Symmachus.
Symocata.
Synesius.
Tacitus.
Tatianus.
Terentius.
Terentius Varro.
Tertullianus.
Theocritus.
Theodoretus.
Theon.
Theophilus.
Theophilus Patriarcha.
Theophilus Patriarcha Constant.
Theophylactus.
Theophrastus.
Thucydides.
Tibullus.
Titinnius.
Tribonianus,
Ioan. Trithemius.
Turpilius.
Tyrtæus.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Varius Pœta.
Varro.
Varro Atacinus.
Varus.
Vegetius.
Velleius.
Vitruuius.
Viuius.
Vlpianus Enarrator.
Vopiscus.
Xenocrates.
Xenophon.
Xiphilinus.

RECEN

UVA. BHSC. BU 00239

RECENTIORVM, QVI HOC OPERE LAVDANTVR, ET A QVIBVS ADIVTI SVMVS, SYLLABVS.

Abrahamus Ortelius.
Achilles Statius Lusitanus.
Æmylius Portus.
Alexander Neapolitanus.
Aloysius Chadamustus.
Amatus Lusitanus.
Andreas Alciatus.
Andreas Matthiolus.
Ang. Politianus.
M. Antonius Delrius.
Antonius Clarus.
M. Ant. Muretus.
M. Ant. Flamminius.
Ant. Ricciardus.
Ant. Thylesius.
Balthasar Castalion.
Ioan. Baptista Pius.
Barnabas Brissonius.
Bartholomæus Barrietus.
Bartholomæus Pratensis.
Bernardinus Parthenius.
Bernardinus Realinus.
Brussonius.
Carolus Sigonius.
Carolus Stephanus.
Christoforus Rufus.
Claudius Minos.
Conradus Heresbachius.
Constantius Landus.
Costæus.
Iac. Dalecampus.
Domitius Calderinus.
Des. Erasmus.
Froquelinus.
Hieronym. Fracastorius.
Franc. Floridus Sabinus.
Franc. Grabaldus.
Franc. Iuretus.
Franc. Modius.
Franciscus Robortellus.
Franciscus Vallesius.
Gabriel Barrius.
Gabriel Faernus.
Galeotus Martius.
Gerebrardus.
Georg. Bersmannus.
Germanus Valens PP.
Gesnerus.
Godescalcus Steevvechius.
Gorrhæus.
Dionys. Godofredus.
Græuinus.
Grillandus.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Canterus.
Gulielmus Fornerius.
Gulielmus Philander.
Hadrianus Iunius.
Hadrianus Turnebus.
Henricus Stephanus.
Hermolaus Barbarus.
Gent. Heruetus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Columna.
Hieronymus Magius.
Hieronymus Vairlenius.
Historia generalis Plantarum.
Iacobus Pontanus.
Ianus Mellerius.
Ianus Durantius.
Ianus Gulielmius.
Ianus Parrhasius.
Interpretes Latini.
Ioachimus Camerarius.
Ioan. Baptista Egnatius.
Ioan. Bodinus.
Ioannes Brodæus.
Ioan. Hartungus.
Ioan. Goropius Decanus.
Ioannes Grial.
Ioannes Lesæus.
Ioannes à Meyen.
Ioannes Meursius.
Ioannes Sarius.
Ioannes Scopas.
Iosephus Castalion.
Iosephus Scaliger.
Iouianus Pontanus.
Isaacus Casaubonus.
Iulius Cæsar Scaliger.
Iustus Lipsius.
Ioannes Kirchmannus.
Læuinus Torrentius.
Lazarus Bayfius.
Lazius.
Leonardus Fuchsius.
Lonicerus.
Lilius Gyraldus.
Lucas Fruterius.
Lud. Carrion.
Fr. Luisinus.
Mago Salzburgensis.
Marsilius Cagnatus.
Franc. Massarius.
Matthæus Raderus.
Iacobus Meierus.
Mercerius.
Natalis Comes.
Nic. Biezius.
Nic. Erythræus.
Nic. Perottus.
Obertus Gifanius.
Octauius Cleophilus.
Otho Frisingensis.
Franc. Otomanus.
Ioan. Passerius.
Paulus Iouius.
Paulus Leopardus.
Paulus Manutius.
Franc. Petrarcha.
Petrus Angelius Pargæus.
Petrus Bembus.
Petrus Bongus.

Petrus

UVA. BHSC. BU 00239

Petrus Ciaconius.
Petrus Chiesa.
Petrus Coluius.
Petrus Daniel.
Petrus Maffæus.
Petrus Nannius.
Petrus Victorius.
Philippus Cominæus.
Philippus Beroaldus.
Ioan. Pierius Valerius.
Poletus.
Pomponius Gauricus.
Rembertus Dodonæus.
Rhenanus.
Rhodiginus.
Conradus Rittershusius.
Rouillius.
Ruellius.
Iacobus Sannazarius.
Spondanus.
Sprangerus.
Theod. Canterus.
Theod. Gaza.
Theod. Marcilius.
Velserus.
Volaterranus.
Ful. Vrsinus.

P. VIR

UVA. BHSC. BU 00239

P. VIRGILII MARONIS ELOGIA

PROOEMIVM.

INTERPRETES alij initio Operum, Virgilij vitam præferunt, alij testimonia coniungunt illorum, qui locuti sunt de hoc Vate. Discessi ab vtroque genere Interpretum. Ab illis, quia nihil possem exhibere speciosius, quàm ipsi exhibuerunt. Nam quid repetam, quæ alij iam euulgarunt? Certè vitam Poëtæ multi scripserunt, & omnes norunt: modò illa à Donato (vt creditur) modò à Seruio edita primùm fuerit, modò ab doctis aliis concinnata, & propagata ab æuo Virgilij vsque ad nostrum. Ab istis, quia nullus est ordo in illis testimoniis, ac perinde illa opera exiguæ est frugis ad cognoscendam dignitatem Magni Poëtæ: nam ex tanta testimoniorum aceruatione tenebræ quædam exsistunt, indignæ Virgiliano splendore. Itaque potiùs è re visum fuit, redigere ad certum ordinem Virgilij præconia, quibus cognoscatur, quantum in rebus singulis vir hic singularis præualuerit. Reduco verò rem totam ad septem capita. PRIMÒ loquar de Elogiis natalis eius, atque incunabulis. DEINDE de triplici boni genere, Honesto, Vtili, Iucundo: quæ bona potentissima in omni genere encomiorum: nam, vbi res, quæ laudatur, tria hæc bona sortitur, quid amplius exspectes? TERTIÒ attingo varias artes, quibus Poëta floruit, in his Eloquentiam: quo loci Virgilius comparatur cum Tullio, Princeps Poëtarum cum Principe Oratorum. QVARTÒ comparo Virgilium cum Homero, ac reliquis Græcis, & cum Latinis omnibus: dóque illi omnium palmam. QVINTÒ, adduco Elogia poëseos Virgilianæ, ea videlicet, quæ in illius opere præcipuè elucent. SEXTÒ excurro in aliqua attributa illius. SEPTIMÒ persequor honores, quos viuus habuit Virgilius, quos mortuus; & adiungo testimonia illorum, qui dicunt, Vatem hunc æterno duraturum. Prius autem, quàm perueniam ad capita, proponam tibi syllabum Auctorum, à quibus laudes istæ expromtæ.

Abulensis.
Agellius.
Alexander Seuerus.
Alcinous.
S. Ambrosius.
Ammianus Marcel.
Angelus Politian.
M. Anton. Cassabona.
M. Ant. Maioragius.
Anton. Minturnus.
Anton. Delrius.
Apuleius.
Auctor eius vitæ.
S. Augustinus.
Augustus Cæsar.
Ausonius.
Budæus.
Cœlius Calcagninus.
Caluus.
Capitolinus.
Cicero.
Cl. Claudianus.
Cl. Tiberius.
Cornel. Tacitus.

UVA. BHSC. BU 00239

Cornel. Gallus.
Dio Chryſoſt.
Domitius Afer.
Donatus.
Eraſmus.
Euſebius Cæſarienſis.
Fabius Paulinus.
Fungerus.
Germanus Val. PP.
Godeſcalcus.
Gulielm. Modicius.
Helinandus.
S. Hieronymus.
Hieronymus Vidas.
Hilaſius.
Horatius.
Hortenſius.
Ioannes Brodæus.
Ioannes Hartungus.
Iouianus.
S. Iſidorus.
Iul. Cæſar Scaliger.
Iuſtinianus Imp.
Iuuenalis.
Lactantius.
Lampridius.
Landinus.
Lucanus.
Ludouicus Viues.
Macrobius.
Martialis.
Matthæus Toſcanus.
Maximianus.
Muretus.
Nannius.
Naſcimbænus.
Ouidius.
Patricius.
Pedianus.
Pet. Crinitus.
Pet. Victorius.
Phocas.
Pierius.
Plato.
Plinius vterque.
Poetæ ἀδηλοι.
Propertius.
Quintilianus.
Rhodiginus.
Sannazarius.
Seneca Philoſophus.
Seneca Rhetor.
Seruius.
Silius.
Statius Papin.
Suetonius.
Tertullianus.
Turnebus.
Vegetius.
Velleius Paterculus.
Velſerus.
Vopiſcus.
Vouianus.

CAPVT

UVA. BHSC. BU 00239

CAPVT PRIMVM.

ELOGIA NATALIS Virgiliani.

SIT exorsus Elogiorum à primo vitæ exortu. Qui vitam Virgilij scripserunt, tum etiam alij, prædicant natalitium huius plenum miraculorum. Phocas natalem eius vocat MIRACVLA RERVM. Et probat, loquens de illius matre Polla (quam alij Maiam, alij Melissam vocant, à prognostico credo apum) his versibus:

Hæc, cùm maturo premeretur pondere ventris,
Vt solet, in somnis animus ventura repingens
Anxius, & vigili præsumere gaudia cura,
Phœbei nemoris ramum fudisse putauit.
O sopor indicium veri! nil certius vnquam
Cornea porta tulit: facta est interprete lauro
Certa parens, onerisque sui cognouerat artem.
Consule Pompeio vitalibus editus auris,
Et (crasso) tetigit terram. Quo tempore Chelas
Jam mitis Phaëthon post virginis ora receptus.
Jnfantem vagisse negant. nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Jpse puerperiis adrisit lætior orbis:
Terra ministrauit flores, & munere verno
Herbida supposuit puero fulmenta virescens.
Præterea (si vera fides, sed vera probatur)
Læta cohors apium subitò per rura iacentis
Labra fauis texit, dulces susurra loquelas.
Hæc quondam in sacro tantum mirata Platone
Indicium linguæ memorat famosa vetustas.
Sed natura parens properans extollere Romam,
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet vni.
Jnsuper his. Genitor nati dum fata requirit
Populeam sterili virgam mandauit arenæ:
Tempore quæ nutrita breui, dum crescit, in omne
Altior emicuit cunctis, quas auxerat ætus.

Vide quot miracula in eius ortu. Admonetur in somnis mater futuri Poëtæ, nam videt se parere ramum lauri, qui sacer Phœbo: natus puer non plorat, quod vel ipsis regibus familiare: apes conuolant ad illius os, quod prognosticum Pindaro accidit, Platoni, Ambrosio: eodem die, quo puer nascitur, pangitur populus, quæ citò excrescit in miram altitudinem; quæ arbor puerperarum votis colitur, &

UVA. BHSC. BU 00239

donis ornatur. Prognosticum apum Iouianus etiam scribit lib. 2. Vraniæ, & adiungit quæpiam de natali Virgilij. Versus illius sunt:

Mincius hunc genuit conceptum ex Andide Nympha,
Quam Phœbe sociam, atque anguis de vulnere tardam
Commendat Mantoi: furtim sed cærulus amnis
Languentem, & sola tacitus sub rupe iacentem
Implevit. Postquam ex vtero iam prodiit infans,
Quo partus lateat, denso pater ipse salicto
Occultans (vt fortè locis habitabat in illis)
Pignora sollicitæ commendat cara Melissæ.
Hæc natum gremio excipiens, flauentia mella
Instillat puero, & dulci rore illinit ora.
Ille faui ducens tenerum de nectare succum
Paulatim somno capitur, circúmque frequentes
Ore vagantur apes, lectúmque è flore liquorem
Intingunt labris, & rore madentia fingunt.
Atque hunc cærulei nantem ad vada nota parentis
Nèreides (nam fortè Pade procul æquore nabant)
Inspectum rapuere: aderat tum candida Syren,
Quæ vocis merito, & blandæ modulamine linguæ
Formosum dono puerum tulit: inde per altum
Sublatúmque humeris, ponto plaudente ferebat,
Littora finitimo repetens coniuncta Veseuo.
Hæc puerum instituit cantu, ac mox capta pudore
Arsit, & assuetis vouit malè sana sub antris:
Parthenias iuueni nomen de virgine mansit.

Quæ de Mincio patre Virgilij, quæ de Nereidibus, & Sirene attingit, fabulosè dicta, & poeticè ad commendationem Virgilij. Idem lib. 1. Eridani, ita de infantia Maronis.

Excipit hunc, tepidóque sinu complexa Melisse
Blanda fouet, blandis conciliátque iocis.
Instratum lauri foliis, somnóque grauatum
Tutantúrque apes, labraque melle linunt.
Hinc Musæ placidis Salicum docuere sub vmbris,
Sebethus liquidis qua fluit vber aquis.

Cunas Virgilianas ita quoque celebrat Politianus in Manto.

Ie nascente Maro Parnassi è culmine summo
Affuit Aonias inter festina sorores
Calliope, blandísque exceptum sustulit vlnis,
Permulsitque manu quatiens, térque oscula iunxit,
Omnia ter cecinit, ter lauro tempora cinxit,
Mox aliæ dant quæque tuis munuscula cunis:
Certatim dant plectra, lyram, pellémque, pedúmque:
Dant & multiforam modulanda ad carmina Loton,
Et decrescenti compactas ordine auenas.

Lege reliqua. Dices. Nónne ista fabulosa, & mera mẽdacia, & tantùm ad laudem Virgilij cõficta? Scias Lector, saltẽ tria ista de somno lauri, de apibus, de virga populea ab omnib. narrari, qui vitam Virgilij scripserunt, & ab doctis aliis admitti: & repe

UVA. BHSC. BU 00239

& reperi neminem, qui reiiciat. Imò ab extremo miraculo nomen factum Vati, nam à virga Virgilius. Ad quam rem Caluus allusit:

Et Vates, cui virga dedit memorabile nomen Laurea.

Dissentit ab aliis, qui populum nominant. Donatus etiam in Virgilij vita (si Donati est, quæ circumfertur) ita ait: *Accessit aliud præsagium. Siquidem virga populea more regionis in puerperiis, eodem statim loco depacta, ita breui coaluit, vt multo ante satas populos adæquarit: quæ, arbor Virgilij ex eo dicta, atque consecrata est, summa grauidarum & fœtarum religione suscipientium ibi, & soluentium vota.* Imò Germ. & Nannius, atque etiam Donatus dicunt, Poëtam ad hanc suæ populi historiam allusisse versu illo 4. Ecl.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Et quidem similia facta in ortu multorum Ethnicorum, cur non ego credam paria de Virgilio? Volente æterno Numine indicare mortalibus quale prodigium nasceretur.

CAPVT II.

EXCVRRAM hinc in alia Elogia. Placitum incipere à triplici genere boni, Honesti, Vtilis, Iucundi.

Elogia Virgilij sumta ab HONESTO.

Cùm honestas, bonúmque honestum signet probitatem animi, & ornamenta virtutum, dicam hîc, quæ reperi de laudibus Virgilianis, quæ ad virtutem pertinent.

PVDOR.

INCIPIO à Pudore, quia ab eo Virgilius dictus PARTHENIAS. Huius rei testes profero Donatum: *Cetera sanè vita, & ore & animo tam probatum fuisse constat, vt Neapoli Parthenias vulgo appellaretur: ac, si quando Romæ (quò tardissimè commeabat) viseretur, in publico sectantes demonstrantésque se, subterfugeret in proximum tectum.* Et Seruium, qui in eius vita, *Adeò autem verecundissimus fuit, vt ex moribus cognomen acciperet, nam dictus est Parthenias, omni vita probatus.* Et Ausonium ita scribentem: *Quid etiam Partheniam, dictum caussa pudoris, qui 8. Æneidos, cùm describeret coitum Veneris atque Vulcani, σχλιοχροσέμνιαν decenter immiscuit. Quid in tertio Georgicorum de summissis in gregem maritis? nónne obscœnam significationem honesta verborum translatione velauit.* Ab hoc pudore in moribus natum, vt nihil vmquam impudicum asperserit suis libris. Qui legat librum quartum Æneidos, qui secundam Eclogam, videbit nihil in re amatoria dici verecundius posse. Plinius lib. 7. huic Vati assignat *verecundiam.* Quintilianus lib. 9. dicit, illum pudoris gratia verba interdum decenter detraxisse. Seneca Epist. 86. ait, loqui *decentissimè.* Agellius lib. 9. illum in amore Vulcani & Veneris, vti *verecunda quadam translatione verborum.* Seru. in 3. Eclog. Theocriti turpia, *suppressit verecundè.* Et 6. Ecl. ad illud, *Huic aliud mercedis erit*, ait verecundè significatum à Virgilio stuprum. Scaliger lib. 5. Poët. dat huic Vati *summam verecundiam.* De eodem: *Est castigatæ verecundiæ.* Item, *Includit summis munditiis, quæ ab aliis minùs casta accipit.* Et, *Quæ spurca sunt in Theocrito, & horribilia, vertit suauissimè, & transfert elegantiùs.* Alibi: *In narranda Polyphemi ingluuie noster Parthenias vsus est verecundia: Homerus, quasi diceret apud iudicem caussam, atrocissimis atque immanissimis verbis vsus est. Neque enim*

UVA. BHSC. BV 00239

voluit Virgilius repræsentare deterrimam carnificinam, quæ non deceret heroicam maiestatem, sed oleret potius satyricam licentiam. Obiicies: nónne amoribus indulsit, etiam puerorum? Ita vulgus putat, sed falsò. Auctor eius vitæ: *Tametsi quidam dicant, illum habuisse consuetudinem cum Plotia Hieria* (alij Aleriam vocant) *meretrice, tamen Pedianus affirmat, ipsum postea Virgilium narrare solitum, se à Vario ad similia furta inuitatum pertinacissimè restitisse, neque annuisse libidini: quod etiam tactatur de pueris; in quos esset propensus, ait Donatus, aliter iudicatum à viris, qui eo tempore florebant. Dicebant enim probè & syncerè pueros à Virgilio amatos, vt Socrates amauit Alcibiadem, & Plato suos pueros.*

HVMANITAS.

Est hoc alterum honestæ vitæ elogium. Auctor eius vitæ ita scribit: *Refert Pedianus benignum cultorem omnium bonorum atque eruditorum fuisse.* Et post aliqua: *Ea humanitate fuisse, vt, nisi peruersus maximè quisque illum non diligeret modò, sed amaret. Eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat, ac sibi: illidque Euripidis antiquum sæpe vsurpabat,* τὰ τῶν φίλων κοινὰ, *communia esse amicorum omnia. Quare coætus omnes Poëtas ita adiunctos habuit, vt cùm inter se plurimum inuidia arderent, illum vnâ omnes colerent, Varius, Tucca, Horatius, Gallus, Propertius.* Longè ab hoc Homerus, qui viuens à nemine amatus est, imò odio habitus, quod expressè scribit Plat. lib. 10. Polit. Vide verò an dilectus propter humanitatem Virgilius, cùm vocetur à Phoca ROMÆ VISCERA: ab Horatio od. 3. lib. 1. ANIMÆ DIMIDIVM MEÆ: & Sat 5. lib. 1. dat eidem candorem animi. Hanc humanitatis indolem à puero habuit Virgilius. Ait enim Auctor eius vitæ, illum adeò à primis annis miti vultu fuisse, vt haud dubiam spem prosperioris genituræ iam tum indicaret.

PRVDENTIA.

Inventvs est sæpe Augustus sedens inter Virgilium, & Horatium magnis de rebus cum illis agitans. Virgilij prudentiam etiam declarat sequens narratio. Fuit tantæ auctoritatis apud Augustum, vt dubitans is, an imperium retineret, an verò rempublicam redderet pristinæ libertati, sequutus fuerit consilium Virgilij, qui, vt retineret, suasit hac ratione: *Ideo molesti sunt omnes tyranni, quia vt plurimum iniusti; te verò tui & amant & adorant, quia iustus es. Est enim ea hominum conditio, vt, si quando iustum Regem nacti sint, velint potius illi subdi, quàm esse liberi, etiamsi Rex hic sit tyrannus. Quare dominari te, & tibi, & orbi conducit.* Hæc ratio adeò efficax fuit apud Augustum, vt nutantem illum confirmauerit ad retinendum imperium. Sed quid opus hac narratione? certè Virgilianam prudentiam, & iudicij eius maturitatem indicant sententiæ illius plenæ doctrinâ, quæ sparsæ in diuinis operibus. Vide etiam sententias, quas colligit vitæ eius collector, plenas iudicio. Ait Scal. *Apud Virgilium Æneas non temere suas laudes effutit.* Hoc quid est, nisi mera prudentia? Alibi: *Est longè cuiilior Homero.* Et, *Castigatior est. Moderatur quæ nimia sunt in Homero, coërcet quæ diffluunt in illo.* Lactantius lib. 2. *Poëta prudens.*

MODESTIA.

Auctor eius vitæ: *Gloriæ adeò contentor fuit, vt cùm quidam versus quosdam sibi adscriberent, eáque de re docti haberentur, non modò ægrè non ferebat, imò voluptuosum id sibi erat.* Scribit idem, tantæ modestiæ fuisse hunc virum, vt cùm Romæ à prætereuntibus digito indicaretur, ipse statim confugeret ad proximum tectum. Ad hanc modestiam pertinent verba ista eiusdem: *Refert Pedianus benignum*

UVA. BHSC. BU 00239

nignum cultorem omnium bonorum atque eruditorum fuisse: & vsque adeo inuidiæ expertem, vt, si quid eruditè dictum inspiceret alterius, non minus gauderet, ac si suum fuisset: solitum vituperare neminem, laudare bonos. Ad istum contemtum gloriæ facit, quod ait S. August. lib. 21. ciu. de Virgilio, protulisse hunc virum sententiam, qua Christiani frequentissimè, & viri humiles vtantur. Rem eandem rimatur Scaliger ex exitu illo modestiæ plenissimo:

Hæc super armorum cultu, pecorumque canebam.

Et alios Poëtas cum illo comparans, arrogantes meritò vocat. Sed hanc modestiam animi mihi maximè declarat, illud, quod in eius vita legitur: Noluisse accipere ab Augusto bona cuiusdam exsulis, quæ Princeps offerebat.

PIETAS.

IOVIANVS in Ægidio: *Virgilius pietatis studiosissimus.* Scaliger lib. 5. ait, *Virgilium addidisse suo operi pietatem, qua Homerus caret.* Sed non est necesse, hanc virtutem indicare ex Auctoribus, vbi exstat diuina Æneis, tota exspirans pietatem; vbi exstat ipse Æneas piissimorum piissimus, & virtutis huius singulare exemplum. Dices: Virtus hæc poëseos est, non Poëtæ. Fateor. Sed quemadmodum sententiæ, quæ sparsæ in Æneide, prudentiam huius viri indicant, ita pietas operis pietatem viri. Hinc est, vt fuisse quoque in hoc viro religionem singularem possim existimare, ex religione & cultu, quo afficit suos Deos: de quibus nihil vnquam sordidum prædicat, nihil indignum; vt Homerus, qui illos indignè pessumdat, & afficit sordidissimè. Paria de Fortitudine, Temperantia, Iustitia: exstant enim harum virtutum clarissima exempla in tota Æneide, quæ diuersis in locis aperiunt Interpretes, & supra omnes Scaliger, effusissimus semper in laudes Virgilij. Ab Cœlio lib. 20. Antiq. lect. dicitur Virgilius, *Morum sanctitudine præcellens.* Martial. lib. 11. ait: *Sancta Maronis nomina.* Dat illi Horat. Sat. 5. lib. 1. *Candorem animi.* Demum nulla ferè est virtus, quam non videam assignari huic Vati.

Elogia ab VTILI.

VTILITAS, quæ sequatur mortales omnes ex Virgiliana lectione latè persequitur Marcus Antonius Maioragius Præfat. in 6. Æneid. verbis ornatissimis, quæ subiecì, quoniam continent mira elogia Virgilij. Ait itaque: *Quid autem vtilitatis hæc in se habeant, quis est adeò stupidus, quin intelligat? Si quis enim Æneæ vitam sibi proponat imitandam, an non omnium virtutum non adumbratam, sed expressam effigiem videbit? Nam, vbi melius, quid virtus, & quid sapientia posit, inuenies, quàm in hoc diuino Virgilij opere? Quàm enim pium, quàm religiosum, quàm iustum, quàm prudentem, quàm fortem, quàm temperatum Æneam suum fuisse ostendit? quàm deinde sanctas, quàm sapientes vbique sententias interserit? quot vbique sapientiæ præcepta colligere licet? Certè, quod de Homero dicit Horatius, idem nos de Virgilio, & meritissimè quidem dicere possumus:*

Qui, quid sit pulcrum, quid turpe, quid vtile, quid non
Plenius, ac melius Chrysippo, & Crantore dicit.

Addo etiam, Platone & Aristotele melius. Nam quæ præceptis & theorematibus Philosophi docent, hic Poëta noster expressis exemplis ostendit. Quid autem de varia atque multiplici doctrina, quæ ex Virgiliana lectione percipitur, commemorem? In quo tam pura & candida locutio, tam admirabilis carminum structura, tam suauis rhythmorum modulatio, tot conditæ & memoratu dignæ historiæ, tot eloquentes & summa arte oratoria confectæ orationes,

UVA. BHSC. BU 00239

tot loci ex intima naturalium quæstionum subtilitate repetiti conspiciantur: vt admirandum maximè sit, in vno homine tantam fuisse scientiam, vt diuinus certè potiùs, quàm mortalis fuisse existimari debeat. Nullus enim vnquam in hoc Auctore errorem inuenit, qui alicuius esse momenti videretur. Quænam igitur vtilior lectio reperiri potest, quàm eius Auctoris, in quo nihil est omnino, quod reprehendi possit; & in quo scientiarum omnium quasi lumina quædam fulgentissima splendent. Quid hoc elogio grandius, & in laudem Virgilij excellentius? Sed quoniam vtilitatem Virgilianæ lectionis rimatur ex rebus, quæ vtilissimæ cognitu in Virgilio sunt, subiungam de his ipsis rebus aliorum testimonia. Ex Macrobio ista conuulsim do. Ait lib. 1. *Est in eo recondita, atque operta veteris ritus significatio. Est obseruantissimus definitionum. Est in eo sacrum poëma, arcani sensus.* Lib. verò 3. *Reperies sæpe profundam scientiam huius Poetæ in vnico tantùm verbo, quod fortuito dictum vulgus putat.* Probat hoc latè Macr. multis exemplis ex opere Virgiliano. Redeo. *Est tam scientia profundus, quàm amœnus ingenio. Miranda est huius Poëtæ & circa nostra, & circa externa sacra doctrina. Non potest intelligi profunditas Maronis sine diuini & humani iuris scientia.* Seruius in 6. Æneid. *Totus quidem Virgilius scientia plenus est.* Seneca Ep. 95. ait, *Virgilium vtilem esse legentibus:* adhibétque exemplum. Nam notas equi, quas descripsit 3. Georg. quispiam possit traducere ad cognoscendam imaginem viri fortis. Si quis enim Catonem consideret, videbit illi conuenire illud: *Nec vanos horret strepitus.* Tu reliqua. Quod hoc loco verbis indicat Seneca, sæpe alibi re confirmat. Nam quoties versus Virgilij conuertit ad rem altiorem? Sed præcipuè Epist. 108. ait, prudentem debere ad Philosophiam conuertere, quæ Virgilius de aliis rebus dixit. Longissimus sim, si referam, quæ alij dixerunt de hac re. Tu rimare vtilitatem Virgilianæ lectionis ex ingeniis maximis, qui post illum floruerunt; quorum virtus tota & excellentia posita in imitando Virgilio. Caruisses Papinio, Silio, Sannazaro, Fracastorio, Bembo, Iouiano, aliisque doctissimis Poëtis, qui ardore Virgilij incitati, ediderunt diuinos versus. Nam esto illi carmina conderent (quod tutò fortasse possem negare) sed non certè ea prudentia, ea venustate, qua vsi. Caruisses optimis Interpretibus, qui, nisi fuisset Virgilius, illi in tenebris fuissent. Caruisses recondita Græcorum doctrina, quam ille passim interserit suis Operibus; nescirésque, qua ratione tibi essent imitandi Homerus, Euripides, Sophocles, Pindarus, Apollonius, nisi tibi hic Vates aperuisset. Demum si Virgilius non fuisset, caruisses Virgilio. Quo nocumento, quod maius?

Elogia à IVCVNDO.

HANC rem nemo satis dignè exsequatur. Sed cùm meum tantùm sit, sparsa in auctoribus præconia in vnum corpus colligere, id præstabo. Neque verò omnia, nam quis hoc? Horat. lib. 1. Sat.

—— molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.

Quintil. lib. 8. ait, Virgilium locutum *speciosissimè*. S. August. lib. 3. contra Academicos: *Virgilij te carminibus oblectasti.* Macrob. lib. 3. dat illi amœnitatem ingenij; alibi, pulchritudinem. Plin lib. 17. *Luxuriantis ingenij fertilitatem.* Apud eundem lib. 8. Virgilius loquitur *pulcerrimè*. Virgilius ipse 9. Eclog. vocat suos versus *solatia*. Sed nemo magis in hoc elogium Iouiano incubuit. Coniungam attributa, quibus in Actio hanc partem exornat. Vocat ille versus Virgilij *canoros, numerosos, spectabiles, non diffluentes, non exhalantes, syllabas accentúsque quadrato agmine incedentes, vocales, artificiosè assultantes. fluentes versus & labentes, non confragos,*

non

UVA. BHSC. BU 00239

non cæsos, non collisos, vt penè videantur nulla arte facti, nulla cura temperati, admirabiles, fluctuantésque accentibus, & quibus summæ blanditiæ. Hæc de versibus; de Virgilio verò : *Solertissimarum aurium solertissimus subblanditor.* ista in Actio. In Ægidio verò multa satis loquitur de lusibus, iucunditate, festiuitate, lasciuia, quibus Virgilius libros orditur, & claudit. Qua in re parem illi Lucretium facit. Apud Scal. lib. 5. hic Vates est *suauissimus, nitidissimus, pulcerrimus, splendidissimus, dulcissimus, politissimus. Splendet mira pictura, res exornat variis picturis, pingit res. Nitet in eo eloquutio, & numerus. Ne ambrosia quidem dulcior Theocrito, lautè dicit: quæ mutat, sapidiora sunt: quæ addit, faceta ac mollicula. Est Theocrito argutior, suauior, concinnior, lepidior, comtior, cultior, venustior.* Hoc de Theocrito. Agellius dixit ante Scaligerum lib. 9. videlicet, quæ omittit ex Theocrito, substituere *iucundius, lepidiúsque.* Redeo ad Scaligerum. *Resplendent gemmæ in eius carmine, componit mellita & nectarea. Addit tot venustates, quot verba. Coniunxit verborum splendorem cum amœnissima varietate.* His omnibus exornat Scaliger iucunditatem Virgiliani poematis. Ad idem pertinent, quæ idem ait, comparans cum Apolline, Diis, Musis, vt cùm dicit: *Audiamus nunc Apollinem ipsum loquentem, neque enim ille, cùm pastor esset, iucundioribus aut teretioribus cecinit numeris. Inest in eo phrasis regia, & ipsius Apollinis ore digna. Sic puto loqui Deorum proceres in consiliis cœlestibus. Non si ipse Iuppiter Poeta sit, melius loquatur.* Alibi ait, non aliter Musas loqui in suo choro. Hoc etiam Propertius attigit lib. 2. loquens cum Virgilio:

Tale facis carmen docta testudine, quale
Cynthus imposítis temperat articulis.

Adducam versus eiusdem Scaligeri, in quibus, etiamsi multa alia præconia Virgilij insint, sed pars magna in dulcedinem poematis inclinat. Quod aliquando soleo facere, ne abrumpam testimonia. Ait itaque Scaliger:

Dulcis Virgilius, Latina Siren,
Duplex Mœonides, triplex Apollo,
Vnus omnia, quæ ambiunt Poetæ.
O Cycne, ô Philomela, ver Latinum,
Mel merum Latij, Latinæ Athenæ.
O monstrum vitio carens. quid ergo?
O cœlum sine nube, lux serena,
O pontum sine fluctibus profundum.
Men' tecum trahis, incitámque mentem
Ignoto attonitam rapis furore!
O si in te penitus migro, meique
Tuis nescius inferor medullis:
Cur abs te doleam me abesse tantum,
Quantum frustrà alij prope esse credunt.

Quid Politianus? vide vt politissimè de suauitate Maroniani carminis in Manto:

---cui dulci semper ab ore
Rosida mella fluunt, cuiusque Acheloia Siren
Gestiet innocuo diuina poemata cantu
Flectere, cui blandis insidit Suada labellis.

Et interiectis aliis,

O Vatum pretiosa quies, ô gaudia solis
Nota piis, dulcis furor, incorrupta voluptas,
Ambrosiæque Deûm mensæ. quis talia cernens
Regibus inuideat? mollem tibi prorsus habeto
Vestem, aurum, gemmas: tantum hinc procul esto malignum
Vulgus. ad hæc multi perrumpant sacra profani.

Auson. in Ecthyl. *dulcedo Maronis*, dixit. Ad quam respexit M. Antonius Casanoua, cùm loquens de Virgilio sermonem dirigit ad olores suauissimos auium ex vulgi opinione:

Dicite

UVA. BHSC. BU 00239

P. Virgilij Maronis Elogiorum

Dicite qui Minci ripas coluistis olores,
Mortua vobiscum est gloria Virgilij?
Die mihi Parthenope: sic sis pulcerrima semper,
Virgilius ne tuo concidit in gremio?
Et meruit, cui contigerat nasci inter olores
Inter Sirenumque occubuisse choros.

CAPVT III.

DE VARIIS ARTIBVS.

ABSOLVI tria bonorum genera, quæ mihi de hoc Vate proposui prædicanda. Nunc priusquam quicquam de poetica eius facultate loquar, dicam doctrinas alias, multiplicémque sapientiam, qua hic vir imbutus. Incipio à Philosophia, quæ mater artium.

Elogia à PHILOSOPHIA.

VERSATVM apprimè fuisse Virgilium in omnibus Philosophis, & Philosophiæ generibus, proclamant omnes eius encomiastæ. Macrob. 1. Sat. *Philosophiam operi suo nusquam reprehendendus aspersit.* Seru. 5. Ecl. in rebus naturalibus *peritus.* Et in 6. Æn. *Dicuntur multa per illam scientiam Philosophorum.* S. Augustlib. 4. ciuit. annumerat Virgilium inter doctos, & sapientes, atque locutum ex libris Philosophorum. Hieronymus quoque cap. 3. in Nahum vnâ cum Philosophis coniungit Maronem. Sicut & Capitolinus loquens de Gordiano Imperatore: *Hic enim vita venerabilis, cum Platone semper, cum Aristotele, cum Tullio, cum Virgilio, cetérisque veteribus agens, alium, quàm merebatur exitum passus est.* Crinitus lib. 5. *Pro comperto apud omnes est, P. Virgilium omnium Philosophorum decreta, atque opiniones egregiè calluisse: quod ipsum cùm locis multis probauit, tum in libro maximè Æneid. 6. in quo satis abundéque videtur asseruisse, quantum videlicet humanas omnes atque diuinas disciplinas didicerit.* Viues: *Summè omnibus Philosophiæ numeris absolutus.* Scaliger, quem in re Virgilij nefas est præterire: *Ex Philosophiæ veritate locutus est. Est optimus Philosophus. Cum Poesi adiungit Philosophiam. Excutit vir admirabilis Philosophiæ penum. Bonus Philosophus. Loquitur ex adytis Metaphysicæ.*

Vidisti præcones Virgilianæ Philosophiæ in communi: age verò, quibus Philosophis peculiariter deditus fuerit. Fuit versatissimus in Aristotele, vt satis indicant Interpretes, & omnium (credo) ego latissimè. Nam vix credas, quæ ab eo loca accepit, præsertim lib. 4. Georg. Hausit integrum Theophrastum Aristotelis ipsius discipulum, vt liquidò apparet lib. 1. & 2. Georg. Deditus fuit variis Sectis. Nam de doctrina Pythagoreorum abundè docet lib. 6. Æn. vbi de transitione animarum in alia corpora. Admonétque hoc Seru. in 8. Ecl. Insistit Sectæ Epicureorum in describendis rerum principiis, quod Seruius scribit in 6. Ecl. Sed nullam magis Sectam, quàm Platonicam coluit, vt fermè à doctis omnibus fiebat eo æuo, in quo Plato fuit in magno pretio. Profero tibi testes luculentos. Auctorem eius vitæ: *Quamuis diuersorum Philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maximè videatur, ipse tamen fuit Academicus, nam Platonis sententias omnibus aliis prætulit.* Augustinum, qui lib. 10. ciuit. ait, Virgilium locutum fuisse *Platonicè.* Et lib. 13. laudat illum, quòd locutus fuerit *ex Platonis dogmate.* Et lib. 14. ait, Virgilium explicare Platonicâ sententiam versibus luculentis. Comprobat extremum testimo

UVA. BHSC. BU 00239

testimonium Augustini Cœlius lib.6.Antiq.sed quid Cœlius ipse? Lib.2. & 10. *Platonicus Poëta.* Lib.7.*Maroni scientissimo, & Platonicis mysteriis non leuiter imbuto.* Lib.10. *Platonici Maronis.* Lib.17. *Affatim Platonicis imbutus sacris.* Lib. 22. *Reconditioris scientiæ Poëta nobilis Platonicorum mysteriis ampliter imbutus.* Scribit Lamprid. Virgilium vocari solitum ab Alexan.Seuero *Platonem Poetarum.* Et Pierius lib.3. ait,à Virgilio currum cum Platone ad palmam agitari. Indicat certè ita Platonicæ Philosophiæ studiosum Virgilium, vt cum illo certet de victoria. Quod hic indicat,clarè scribit Abulens. Parad.5.c.80.vbi ait, Virgilium rectiùs Platone ipso veritati adhæsisse in opinione animarum post mortem, atque illo meliùs disseruisse de re ista. Ab hac Platonis doctrina,cui tam enixè deditus Virgilius,natum fortasse, vt ab Auctoribus Theologus quoque dicatur. Nam Seru.6. Ecl.*Syleni Theologia,* dicit. Et 6. Æn.loquens de rebus,quas continet hic liber, ita: *Dicuntur multa per altam scientiam Theologorum Ægyptiorum.* Et Abulens. in c.3. Iudic.c.23.ait,credidisse Virgilium,fuisse Deum vnicum. Porrò cum Platonica re vicinum, vt à multis inter Philosophos Morales nominetur. Eò spectant ista Donati in Præfat. *Habet multa,quæ discant patres,& filij; mariti, & vxores; Imperator, & miles; ciuis optimus, & patriæ spectatissimus cultor. In laboribus optimum quemque Reip. caussa fortunam & salutem debere contemnere. Magisterio eius doceri possunt, qui se ad Dei cultum & futura noscenda conferunt: qui illæsas amicitias amat: item, quid metuat,qui fluxam fidem gerit:quales debeant esse homines, quorum præsidia necessitate postulantur,ne arrogantiæ, aut inhumanitatis crimen incurrant.* Et ista Anton. Mintur. *Quæ præterea pars virtutis,quæ ratio morum est,quam ille plenissimè non expresserit?* Ideo fortasse Seneca de Breuit.vitæ c.9.*diuino furore instinctus salutare carmen canit.* vbi signatè *salutare*, quia Virgilius præceptor morum. Quin non alia caussa dictus est Auctor *locuples* ab Iouiano, & *dues* ab Augusto, eo versu, *Ah, scelus indignum, soluetur littera dues?* & ab omnibus *eminentissimus*, præsertim ab Nascimbæno passim,aliquando ab Hortensio, semel à Cœlio lib.15. aliquoties ab Scaligero. Quasi omnia eminenter contineat, & eius sermo adeò sit locuples & dues, vt referri possit ad plures virtutes. Nam occultè, cùm minus putes, latent in hoc Vate officia boni principis,ducis,militis,patrisfamilias:præterea, religionis, pietatis,iustitiæ,fortitudinis,temperantiæ,prudentiæ, demum virtutum omnium exempla mira. Huius rei longissimum Elogium est in Landino, vbi ait, res omnes,tam quæ ad virtutem, quàm quæ ad naturam pertinent, eminentissimè contineri in hoc Vate.Sed à Philosophia tam naturali, quàm morali pergo ad alias artes.

Fuit ASTROLOGVS. Hanc rem firmat Macrob.1.Sat. *Astrologiam parcus & sobrius operi suo nusquam reprehendendus aspersit.* Et lib.5.ait,*peritissimum fuisse in Astronomia.* Audiui ego à viro quodam artis huius peritissimo, *Virgilium supra mortales omnes assecutum scientiam siderum:* dicebátque se existimare, *Virgilium in hac arte,doctore dæmone,profeciss*e: quòd videret,nullo errore,in hac arte,illum inuolui. Hoc satis indicauit Macrob.cùm dixit,*nusquam reprehendendus.*

Fuit MEDICVS, & MATHEMATICVS. Auctor eius vitæ: *Omni cura,omnique studio indulsit Medicinæ & Mathematicis.* Hoc etiam scripsit Viues.

Fuit ingeniosissimus rerum ARTIFEX, adeò vt Abulen.in Ep.D. Hieron. ad Paulin.non dubitet *recensere illum inter eos,qui Necromantiam didicerunt*; idque ex Helinando lib.16.Chronicor.adducto argumento *à musca ænea,quàm fecit Neapoli ea ratione,vt muscas reliquas ab vrbe expelleret.* Et *à macello,tali ingenio fabricato à Virgilio,vt in eo carnes nullæ putrescerent.* Sed immeritò *Necromanticus* dicitur,nã ista præsertim,quæ pertinent ad macellũ,fieri possunt nullo adiuméto Necromãtiæ.

Fuit

UVA. BHSC. BU 00239

P. Virgilij Maronis Elogiorum

Fuit CAVSSIDICVS. Auctor eius vitæ: *Egit tantùm vnam causſam, eámque ſemel.* Hoc etiam adnotat Viues in lib. 1. Ciu. Neque deſunt, qui verba quæpiam Auguſtini cap. 19. lib. 1. Ciu. vbi declamatoris cuiuſdam meminit, trahant ad Virgilium.

Fuit ſcientiſſimus IVRIS Pontificij, & RITVVM ſacrorum. Ideo à Macrob. 1. Sat. vocatur *Pontifex maximus, & doctiſsimè Jus Pontificum, tanquam hoc profeſſus in multa & varia operis ſui parte ſeruauit.* Iterum: *Apud hunc Poetam tantam ſcientiam Juris Auguralis inuenio, vt ſi aliarum diſciplinarum doctrina deſtitueretur, hæc illum vel ſola profeſſio ſublimaret.* Et lib. 3. *Accuratè expreſsit diuerſos ritus ſacrificandi. Proprietatem ſeruauit in Deorum cultibus. Loquitur ex diſciplina Aruſpicum, & præcepto Pontificum. Nec minus de ſacrificiorum vſu, quàm de Deorum ſcientia diligentiam ſuam pandit. Fuit in rebus religionis prudentiſsimus & obſeruantiſsimus. Propriè vſus eſt ſacris, ſacrificialibuſque verbis. Tenuit apprimè vetuſtiſsimos mores, occultiſsima ſacra.* Agellius lib. 3. *Loquitur recondita & quaſi operta veteris ritus ſignificatione.* Iouian lib. 1. de Fortitud. vocat Virgilium ſacrorum rituum ſcientiſſimum. Crinit. lib. 10. loquens de Virgilij diuino carmine, ait: *In quo ſacra omnia, & humanæ leges atque ritus tanta ordinatione tractantur, vt eum mirari potius homines poſsint, quàm pro merito ſatis laudare.* Hinc fortaſſe dictus ab Auguſto *Maro doctiloquus.*

Fuit amantiſsimus & ſcientiſsimus VETVSTATIS. Quintilian. lib. 1. *Virgilius amantiſsimus vetuſtatis.* Et lib. 9. *Vetuſtatis amator vnicè Virgilius fuit.* Macrob. 1. Sat. *Affectat interdum vetuſtatem iam in verſibus, iam in verbis.* Et lib. 6. *Hauſit voces ex vetuſtiſsimis Auctoribus, non contentus vulgaribus, & qui tunc vigebant.* Agel. lib. 5. *Virgilium multæ antiquitatis hominem, ſine oſtentationis odio peritum.* Cœlius lib. 12. *Vetuſtatis prudentiſsimus Maro.* Et lib. 28. *Mantuani Vatis interior doctrina.* Ad hanc rerum vetuſtarum ſcientiam confer hiſtorias, quorum fuit peritiſsimus, vt teſtantur Macrob. lib. 5. Saturn. & Seru. in 1. Æn.

Didicit GRÆCAS literas. Macrob. 5. Sat. *Et Euſthatius. Caue, inquit, Euangele, Græcorum quemquam vel de ſummis Auctoribus tantam Græcæ doctrinæ hauſiſſe copiam credas, quantum ſolertia Maronis vel aſſecuta eſt, vel in ſuo opere digeſsit. Nam præter Philoſophiæ & Aſtronomiæ amplam illam copiam, de qua ſuprà diſſeruimus, non parua ſunt alia, quæ traxit à Græcis, & carmini ſuo, tanquam illic nata conſeruit.* Idem Macrob. *Græcas literas non minus quàm Latinas hauſit.* Albericus Gentilis: *Virgilius vir omnium Græciſsimus.*

Fuit demum generatim ARTIVM OMNIVM doctiſsimus. Hoc præconium Virgilij multi clamant. Pierius lib. 14. *Virgilius nullius ignarus diſciplinæ.* Donatus Præf. *Diuerſæ profeſsionis & diuerſarum artium ſcriptoribus benevolum ſe, & peritiſsimum doctorem præbet.* Macrob. lib. 1. Somn. *Nullius diſciplinæ expers. Diſciplinarum omnium peritiſsimus.* Ibidem ait, illum proferre ſententias *ex intima diſciplinæ profunditate.* Et lib. 2. *Virgilius, quem nullius vmquam diſciplinæ error inuoluit.* Et 1. Saturn. *Maro omnium diſciplinarum peritus.* Ideo ait alibi idem Macrobius, debere eſſe oculatiſsimum, qui penetrare Virgilium debeat. A Cœlio vocatur Virgilius *ſcientiſsimus*, libris 7. 24. 26. 27. Et lib. 7 loquens de lib. 6. Æn. ait: *Virgilianæ doctrinæ theſaurus.* In lib. 27. vocat Poëtam *multiſcium.* In lib. 20. ait: *Doctrina multifarius.* Scalig. lib. 5. *Eſt in eo profunda rerum ſcientia.* Calcagninus lib. 2. Epiſtolicarum Quæſt. *Virgilium omnium rerum peritiſsimum.* Crinit. lib. 10. *Satis compertum, adeò multiplici & varia Virgilium præſtitiſſe doctrina, vt & cœleſtia pariter & humana maximè intellexerit.* Anton. Mintur. lib. 1. de Poët. *Jam verò, quæ tam multiplicis obſcuræque inueſtigationis diſciplina, quæ ſtudia doctrinæ ita mirabilis & reconditæ, cuius non ille inter Poëmata, quæ conſcripſit, principia ſemináque aſſerſerit:* Hadrian. Iunius lib. 1. Ani-

maduerſ.

UVA. BHSC. BU 00239

maduerſ. cap.9. *Antiquitatis altiſſimus gurges Virgilius.* Landinus ait,illum inueſtigaſſe mores omnium nationum. Abſoluat hanc partem grande quidem Elogium Fabij Paulini Hebdomad.Virgilian.lib.1.*Dij immortales, quanta eſt in hoc Poeta rerum omnium ſcientia,quanta in omni genere dicendi varietas, quanta vis, quanta copia? Non eſt in hoc, vt in ceteris pleriſque, verborum volubilitas inanis, nulla ſubiecta ſententia, atque materia digna Philoſopho: ſed ex infinita magnarum rerum & artium cognitione efflorescunt atque redundant neruoſa illa & prope diuina carmina. Non modò fabularum lenociniis, & quaſi cincinnis ad voluptatem tantùm comparatis ſuum carmen exornat: ſed ex abditis & reconditis omnium artium fontibus pulcerrima quæque haurit, & in texendo carmine adeò aptè,& ornatè collocat,ipſarum etiam fabularum circumueſtiens plerumque inuolucris, vt ea meditando agnoſcens docti lectoris animus expleatur ſuauiſſimæ lectionis voluptate. Et hoc cogitanti mihi ſæpenumero permirum videri ſolet, quòd nullus ſit artifex, nemo Philoſophus,nemo Mathematicus, aut illuſtris alicuius ſcientiæ, & literarum peritus, nemo diuinarum & ſacræ doctrinæ prudens, quam Græci vocant θεολογίαν, qui non vel maxima ſuæ artis atque ſcientiæ monumenta in huius Poetæ lectione reperiat, ſi paulo attentiùs legerit.*Ex hac artium omnium peritia factum,vt Plinius lib.1.Virgilium numeret inter *Auctores clariſſimos.*Et lib.33. inter *Auctores celeberrimos.* Et omnes nuncupent *doctiſſimum,abſolutiſſimum,perfectiſſimum, cumulatiſſimum.* Auctor quoque eius vitæ ait,Virgilium in omni genere præualuiſſe.

Dixi elogia variarum artium ſtrictim, loquar latiùs de Eloquentia & Rhetorica: tum propter artis huius præſtantiam, tum etiam propter comparationem Virgilij cum principe Oratorum Tullio.

Elogia RHETORICÆ, & ELOQVENTIÆ Virgilianæ.

ELOGII huius Encomiaſtæ magni ſunt. Nam Quintil.lib.1. vocat Virgilium *ſummum in eloquentia virum.* Auguſt. lib.10. Ciu. hoc præconio inſignit Maronem: *Latini eloquij magnus Auctor.*Hieronym. Epiſt.129. ad Dardanum: *Poeta eloquentiſſimus.* Macrob.lib.5. ita ait: *Poſt hæc,cùm pauliſper Euſebius quieuiſſet, omnes inter ſe conſono murmure, Virgilium non minus Oratorem, quàm Poetam habendum pronuntiabant: in quo & tanta ornandi diſciplina, & tam diligens obſeruatio Rhetoricæ artis oſtenderetur.* Et lib.1.Sat. *Sunt in Virgilio nerui Oratorum validiſſimi.*Landin.in ſua Præfat. *Quis in ſingulis eius verbis elegantiam? quis in orationis ſtructura compoſitionem? quis in luminibus verborum ſententiarumque dignitatem Maronis adæquauit.* Iterum: *Similitudines,amplificationes,exempla,digreſſiones,ſigna rerum,argumentationes, ceteráque huiuſmodi, quæ quidem tum ad probandum, tum ad refutandum plurimum valent,tam multa, tam varia,tam vehementia ſunt,vt neque copioſiora, neque efficaciora aliunde exempla ſumi poſſint?* Ludouicus Viues inſigne elogium Virgilij fecit in præfatione ad Georgica. Vbi ſummam laudum,quæ præcedunt,confert ad vnam Eloquentiam. Ait enim: *Sed quid eſt, quòd tot viri, tot ingenia, tot ætatibus omnes tam admirati, tam venerati ſunt,tam coluerunt noſtrum Poetam? Ego ſanè quid aliud eſſe crediderim,quàm verſibus eius admirabilem eſſe vim docendi, delectandi,ac mouendi? Nam hæ ſunt virtutes ſummi ac abſoluti oratoris.*Multa ſubdit in hanc ſententiam, & addit: *Nec Poeta modò, ſed oratoria virtute eminentiſſimus.*Politian.in Manto dat illi *miracula eloquij.* Et Phocas,*flumina Romuleæ linguæ,*eo verſu,

Mœonij ſpecimen Vatis veneranda Maronem
Mantua Romuleæ genuit flumina linguæ.

UVA. BHSC. BU 00239

Abulens. in Comment. Epist. Hieronymi ad Paulinum vocat Virgilium *totius eloquentiæ decus.* Faciunt ad oratoriam artem multa alia præconia, quæ sparsa in Auctoribus: vt quæ Macrob. scripsit lib. 6. Satur. de figuris, quibus Virgilius Latium locupletauit, ante ipsum in dictis. Ibidem ait: *Vates iste venerabilis variè modò verba, modò sensus figurando multum Latini leporis adiecit.* Quàm singularis magister fuerit Virgilius in mouendis affectibus, disces ex toto lib. 4. Macrob. nihil enim aliud exsequitur perpetuus Virgilij admirator. Eadem sæpe Scalig. luculentissimè præstat. Verba Viuis in Elogio Virgiliano sunt: *Quid de mouendis affectibus loquar? quibus ipse interim concitatur, ardet, raptur illo Poetarum furore; fulminat, tonat, vt de Pericle dicebat ille.* Quantus qualísque Virgilius fuerit in re Eloquentiæ, satis apparet ex Quintiliano, qui sæpissime Virgilium aduocat ad confirmanda argumẽta Rhetoricæ. Neque vllo crebriùs Isidorus vtitur ad signandã rem Eloquentiæ. Ant. Mint. lib. 1. de Poet. ita scribit de Virgilio: *Quod enim per Deos immortales dicendi genus, quæ figura, qui verborũ delectus, quæ compositio, quæ ornamenta orationis, quæ lumina luculentissimè in illo non apparent?* Donat. in Præfat. *Si quis carminum horum sensum perceperit, in Poeta Oratorem summum inueniet: vnde Virgilium non Grammatici, sed Oratores præcipuè explicare debuerunt. Idem artem dicendi plenissimè demonstrat.* Seneca Epist. 59. de Virgilio: *disertè quidem dicit.* Eodem refero illos, qui Virgilium vocant *luculentissimum.* In his est Augustinus lib. 14. de Ciu. aliíque passim plures. Martial. lib. 14. *facundum* nominat, *Accipe facundi Culicem studiose Maronis.* Sed ad oratoriam virtutem Virgilij indicandam nulla mihi res aptior est visa, quàm afferre præcones illos, qui Virgilium faciunt Proximum, Parem, Maiorem Tullio in re oratoria. Fugiunt extremum aures, sed mihi noli credere, crede testibus, quos afferam.

PROXIMVS Tullio.

HÆc res adeò est certa, vt mihi paucæ lineæ in ea insumendæ sint. Cœlius dixit lib. 7. Virgilium esse *post M. Tullij fulmina longè latéque coruscantia.* Qui legerit attentè Orationes Virgilij, clarè inueniet, nemini post Tullium tam neruosam esse eloquentiam. Superant procul dubio (nemo hoc inficiabitur) Orationes Virgilianæ Liuianas, argumentorum pondere, dispositionis ordine, illuminatione verborum. Idem esto de Oratoribus aliis iudicium.

PAR Tullio.

HOc difficilius. Inprimis illud certum, Virgilium in re Poetica, parem esse Tullio in re oratoria. Itaque, quantus qualísq; orator est Tullius, tãtus talísque Poeta est Virgilius. Testatur hoc & Tullius ipse & Virgilius, quod scribit Seruius in 6. Ecl. his verbis: *Dicitur sexta Ecloga ingenti fauore à Virgilio esse recitata, adeò vt cùm ea postea Cytheris meretrix cantasset in Theatro (quã in fine Lycoridem vocat) & spectaret Cicero: stupefactus, cuius esset, cœpit requirere, & cùm eum tandem aliquando agnouisset, dixisse dicitur & ad suam & ad illius laudem, Magnæ Spes Altera Romæ, quod iste postea ad Ascanium transtulit.* Hoc idem Donatus, & alij referunt. Vides vt Tullius Virgilium vocauerit Romæ spem alteram, vides vt Tullij vocem tanquam omen Virgilius acceperit. Scio ista negari ab nonnullis, qui dicunt, nondum Ciceronis æuo ita floruisse Virgilium, vt hic Vates potuerit edere opus spectandum Tullio. Sed hoc nihil me impedit coniungentem Virgilij elogia. Nam, vbi verum est, Tullium & Virgilium fuisse Romæ spes duas, quid ambigam de Auctore? Sed produco alios testes. Certè omnes, qui de Virgilio simul & Tullio loquuntur; ita loquuntur, vt pares omnino faciãt. Plinius in Prologo operis cõparãs

Virgilium

UVA. BHSC. BU 00239

Caput Tertium.

Virgilium cum Cicerone, quantum attinet ad imitationem, priori dat virtutem, qua certauit cum antiquis; posteriori simplicitatem, qua se in libris de Republ. Platonis esse comitem profitetur. Seneca Rhetor. lib. 3. Controuers. dat Virgilio *felicitatem* ingenij, ad eum modum, quo Ciceroni *Eloquentiam*. Politian. in Manto ait, fastum Græcum & arrogantiam pariter à Virgilio, & Tullio compressam: Compressit Cicero, *--ardenti fulmine linguæ*. Compressit Virgilius, *Seu syluas seu rura canit, siue arma virumque*. Quintil. lib. 12. veluti pares faciens, dixit: *Quantum Poesis ab Homero & Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene atque Cicerone*. Ait Iouianus in Actio, probátque exemplis, Virgilium vsum pari verborum structione, qua vsus est Tullius. Demum, est nemo, qui aliter sentiat. Obiicies. Pares sunt suo quisque genere, sed pares esse in Eloquentia nondum ostensum. Reseruo hoc ad sequentem rem. Nam si maior Tullio in re Eloquentiæ Virgilius, quid anxius sim in probanda paritate? Ergo fuit Virgilius in Eloquentia.

MAIOR Tullio.

EST hoc temerarium dictu, & insolens: sed parcite Lectores, nam mihi contingenti præconia Virgilij, cur non fas sit ea dicere, quæ ante me alij? Ergo, superatum in Eloquentia Tullium à Virgilio expresè scribit Macrobius libro 5. Satur. magnus alioquin Tullij admirator, laudator, præco. Adducam verba integra, etiamsi plurima, quoniam ad litem istam (qua nulla fortasse maior in humanioribus literis) necessaria. Ait itaque: *Post hæc, cum paulisper Eusebius quieuisset, omnes inter se consono murmure Virgilium non minus Oratorem, quàm Poetam habendum pronuntiabant: in quo & tanta ornandi disciplina, & tam diligens obseruatio Rhetoricæ artis ostenderetur. Et Auienus. Dicas mihi, inquit, volo, Doctorum optime, si quis nunc velit orandi artem consequi, vtrùm magis ex Virgilio, an ex Cicerone proficiat? Video quid agas, inquit Eusebius, quid intendas, quò me trahere coneris: eò scilicet, quò minimè volo, ad comparationem Maronis & Tullij. Verecundè enim interrogasti, vter eorum præstantior: quandoquidem necessariò is plurimum collaturus sit, qui ipse plurimum præstat. Sed istam mihi necessitatem altam, & profundam remittas volo: quia non nostrùm inter illos tantas componere lites: nec ausim in vtramuis partem talis sententiæ auctor videri. Hoc solum audebo dixisse, quia facundia Mantuani multiplex, & multiformis est, & dicendi genus omne complectitur. Ecce enim in Cicerone vestro vnus Eloquentiæ tenor est, ille abundans & torrens, & copiosus. Oratorum autem non simplex, nec vna natura est: sed hic fluit & redundat: contrà, ille breuiter & circumcisè dicere affectat: tenuis quidam, & siccus & sobrius amat quandam dicendi frugalitatem: alius pingui & luculenta & florida oratione lasciuit. In qua tanta omnium dissimilitudine, vnus omnino inuenitur Virgilius, qui Eloquentiam ex omni genere conflauerit. Respondet Auienus. Apertiùs vellem, me has diuersitates sub personarum exemplis doceres. Quatuor sunt* (inquit Eusebius) *genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur: breue, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni ascribitur: pingue & floridum, in quo Plinius Secundus quondam, & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur. Sed apud vnum Maronem hæc quatuor genera reperies.* Hactenus Macrobius, quæ ego in breuius contraxissem, nisi vidissem summè necessaria ad rem, de qua loquor. Mox adhibet exempla Virgiliana, quibus indicat, quatuor illa dicendi genera summè enituisse in Virgilio. Post quæ iterum longo interuallo erumpit in hoc diuinum Elogium diuini Vatis: *Vides ne Eloquentiam omni varietate distinctam, quam quidem mihi videtur Virgilius non sine quodam præsagio, quo se omnium profectibus præparabat, de industria permiscuisse: idque non mortali, sed diuino ingenio præuidisse: atque adeò non alium ducem*

UVA. BHSC. BU 00239

secutus, quàm ipsam rerum omnium matrem naturam, hanc pertexuit, velut in Musica, cõcordiam dissonorum. Quippe si mundum ipsum diligenter inspicias, magnam similitudinem diuini illius, & huius Poetici operis inuenies. Nam qualiter Eloquentia Maronis ad omnium mores integra est, nunc breuis, nunc copiosa, nunc sicca, nunc florida, nunc simul omnia; interdum lenis aut torrens: sic terra ipsa hîc læta segetibus & pratis, ibi syluis & rupibus hispida, hîc sicca arenis, hîc irrigua fontibus, pars vasto aperitur mari. Ignoscite, nec nimium me vocetis, qui naturæ rerum Virgilium comparaui. Intra ipsum enim mihi visum est, si dicerem decem Rhetorum, qui apud Athenas Atticas floruerunt, stylos inter se diuersos hunc vnum permiscuisse. Sunt, quibus iudicium Macrobij visum est audax. Nam quis audeat præferre in Eloquentia Maronem Tullio? Sunt contrà, qui rectum censorem putent. In his Albericus in lib. Virgilian. lectionum, cap. 10. *Is supra Ciceronem laudetur tibi, qui in omnibus excelluit generibus dicendi, cùm Cicero præstet in vno tantùm abundanti & copioso.* Ego litem hanc meam non facio, vt qui tantum destinauerim Virgilij præconia adducere, quæ in aliis sparsa. Sed hîc tamẽ ἐφ' ἑαυτοῦ dicam, animaduertisse me loca Tullij, quæ omnes vnicè prædicant, vt quæ rara, exquisita, singularia: quibus tamen video aliquid addi posse humano ingenio, & alieno labore. Rursum me ad Virgilium confero, & loca video adeò inaccessa, vt nullus sit locus mortali ingenio aliquid addendi. Nam quid tu addas pugnis taurorum, quid mille comparationibus & orationibus, cùm omnia perfectissima sint, & absolutissima. Laudo itaque Scaligerum; qui Virgilium extulit Elogio isto: *Nihil omissum cœlesti viro: nihil addendum, nisi ab ineptis: nihil mutandum, nisi ab impudentibus: omnia signatè, ex natura, ex arte, ex eruditione. Sententiæ, numeri, figura, simplicitas, candor, ornatus, incomparabilia: atque, vno vt absoluam, Virgilij.* Rectè etiam visus est clamasse Iouianus in Antonio: *Quid hoc Virgiliano monstro absolutius!* Et Scalig. *O monstrum vitio carens!* Sed redeo ad quatuor illa dicendi genera, quibus Macrobius Virgilium attollit: & adiungo pariter à Platone in Phœdro Lysiam & Gorgiam laudari, quia haberent iam breuitatem loquendi concisam, iam amplam verborum copiam. Porrò Virgilianæ breuitatis meminit Hieronym. & cum elogio comment. in Ionam Prophetam: *Notanda breuitas, quam admirari in Virgilio solebam.* Augustinus quoque lib. 14. Ciuit. dat illi *summam breuitatem.* Breuitatis & copiæ Seru. 1. G. *Ingenti autem egit arte, vt potentiam sui nobis indicaret ingenij, coarctando lata, & angustiora dilatando.* Omnium quatuor Politianus his versibus factis ad vestigia Macrobij:

Et quis, io, iuuenes tanti miracula lustrans
Eloquij, non se immensos terræque marisque
Prospectare putet tractus. hîc vbere largo
Luxuriant segetes, hîc mollia gramina tondet
Armentum, hîc lætis amicitur vitibus vlmus,
Illic muscoso tollunt se robora trunco,
Hinc maria ampla patent, bibulis hoc squallet arenis
Littus, ab his gelidi decurrunt montibus amnes,
Huc vastæ incumbunt rupes, hinc scrupea pandunt
Antra sinus, illinc valles cubuere reductæ.
Et discors pulcrum facies vt temperat orbem,
Sic varios sese in vultus facundia diues
Induit, & vasto nunc torrens impete fertur
Fluminis in morem, sicco nunc oret in aluo,
Nunc sese laxat, nunc exspatiata coërcet,

Nunc

UVA. BHSC. BU 00239

Caput Quartum.

Nunc inculta decet, nunc blandis plena renidet
Floribus, interdum pulcrè simul omnia miscet.

Quatuor ista de quatuor generibus dicendi Virgilij dicta sunt nobis ex occasione Tullianæ comparationis. Lege etiam grande Elogium Landini in Præfat. de his quatuor dicendi generibus Virgilianis. Et de iisdem Ludouicum Viuem in Præfat. ad Georgica; atque etiam Ioan. Fungerum in Etymologico.

CAPVT IV.

ELOGIA SVMTA EX COMPARATIONE VIRGILII cum Poetis aliis, Græcis & Latinis.

EXPEDITVM me iam ab eloquentia, & reliquis artibus, quibus floruit Virgilius, Poesis ad se vocat, cuius ille est princeps. Cùm verò pars maxima & potissima Elogiorum Virgilianæ Poeseos posita sit in victoria, qua Homerum obruit, coniungam in vnum Auctores (eo modo, quo feci in Tullio) qui Virgilium faciunt Proximum, Parem, Maiorem Homero. Duo prima falsa sunt. Non Homero Virgilius proximus, nisi tempore, quod necesse fuit: nullare par: omnibus maior. Sed, quamuis prima duo (vt dixi) falsissima sint, mihi tamen recitanda verissimè Doctorum Elogia, etiamsi in his non docti.

PROXIMVS Homero.

HOc expressè Quintilianus sentit lib. 10. Ait enim, Virgilium Homero haud dubio fuisse proximum omnium Poetarum, Græcorum Latinorúmque, ita vt secundus sit post Homerum, atque ita secundus, vt tertius longè distet à Virgilio qui perinde propior est primo, quàm tertio. Affert hoc Quintilianus ex Domitio Afro. quam sententiam Alcinous reddidit istis versibus,

De numero vatum si quis seponat Homerum,
Proximus à primo tunc Maro primus erit.
Et, si post primum Maro seponatur Homerum,
Longe erit à primo quisque secundus erit.

Hoc testimonio efficitur Sophoclem, Pindarum, Euripidem, Æschylum, demum Græcos longè distare ab Homero, si conferantur cum Virgilio, qui Homero proximus. Summa Elogij hæc est: Homerus vicinum sibi admodum habuit Virgilium: vterque reliquos omnes Græcos & Latinos longè distantes. Politianus proximitatem hanc scrupulosè agnoscit, & quasi inuitus ac nolens, cùm ait:

Proximus huic autem, & ni veneranda senectus
Obstiterit, fortasse prior.

PAR Homero.

HANC paritatem videtur agnoscere Seneca in consolatione ad Polybium: *Homerus & Virgilius bene de humano genere meriti.* Hieronym. Epist. 151. ad Algasiam quæst. 10. *Virgilius alter Homerus apud nos.* Et comment. in Michæam cap. 7. *Poeta sublimis, non Homerus alter, vt Lucilius de Ennio suspicatur, sed primus Homerus apud Latinos.* Iouianus ex persona Antonij ita decernit: *Censebat igitur duos hos in duabus nobilissimis linguis Græca Romanáque summum iure principatum tenere, & alterum Græcæ, alterum Romanæ Poeticæ regem esse: horum dicta inuenta que locum, vim, auctoritatémque*

UVA. BHSC. BU 00239

legum habere. Hos venerandos, hos patres patriæ publicis priuatisque honoribus prosequendos, his vbique atque ab omnibus assurgendum. Qui contrà sentirent, rebellium atque hostium in numero habendos esse: atque vti subiectis populis populariibusque nullum ius, nulla iurisdictio esset in Regibus, quorum præscriptis, imperiis, decretisque ab illis pareretur: sic à literatis omnibus, quæ duo hi Reges decernant, ius vbique parendum esse. Qui aliter sentiret, contrà ve auderet, aquâ & igni interdicendum, atque in loca deserta exterminandum, serisve obiiciendum statuebat. Idem Iouianus lib. 1. de Fortuna: *Homerus, ac Virgilius duo Poeticæ duabus in linguis lumina, ab innato eiusmodi ad poetandum impetu, id vterque consecuti sunt, vt si Dij ipsi Græcè, aut Latinè heroicis cantare velint numeris, non alia nec voce, nec cantu, nec numeris, nec suauitate, dignitate, magnitudine, quàm quibus illi modulati sunt, canerent.* Ex hac fortasse paritate natum, vt Virgilius dicatur à Macrobio *Mantuanus Homerus*, vt ab aliis *Romanus Homerus*. Incerta Poeta ex persona Virgilij:

Mæonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat, & lectum credat vtrumque sibi.

Iuuenal. Sat. 11. hærens, quis maior, & veluti pares faciens *dubiam palmam*, dixit:

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

Cœlius etiam lib. 7. *In nostris literis Maronem veneramur, colimus, in oculis gestamus, ex æquo cum Homero suo stantem.* Politian. de Virgilio, *Magno contendit Homero.* Ad hanc paritatem videtur spectasse Quintilianum, cùm lib. 1. ait, lectionem incoandam ab Homero & Virgilio, vt animus puerilis assurgat sublimitate heroici carminis, vt ex magnitudine rerum spiritum ducat, vt optimis imbuatur. Hoc idem de vno Virgilio, non de Homero scripsit August. lib. 1. Ciu. & ex eo Abulens. in Genes. cap. 18.

MAIOR Homero.

NEGENT hoc cœci, & verè Homerici, non alij. Ex Macrobio ista collegi, multis omissis: *Virgilius Homero ditior est, locupletior, cultior, clarior. fortior vi argumentorum, diligentior, obseruantior, vberior. pulcrior.* Præterea, *defuit Homero, quod adiecit Virgilius.* Et: *Si quando deest copia in Latino sermone ad exprimendum Homerum, rem compensat varietate descriptionis.* Lege cap. 11. lib. 5. Satur. vbi multa loca adducit, in quibus Virgilius Homerum superat. Quæ verò idem Macrob. scripsit cap. 13. & aliis eiusdem libri, quibus ait, Virgilium superari ab Homero, aspersa sunt mille nugis. Est enim (ait Scalig.) pessimus lancinator Macrobius. Sed redeo ad pensum. Eloquium, in quo sum, attigit Politian. ore Mantûs loquentis ita cum Virgilio:

Euge beate puer, sanguis meus, horreat ortus
Græcia tota tuos, laurúmque habitura secundam,
Ascra, Arethusa suis metuant, & Smyrna coronis.

Dicit Hesiodum, Theocritum, Homerum vincendos à Virgilio, & habituros non primam, sed secundam laurum. Et infrà de solo Homero:

Nec iam supremi certent de sanguine Vatis
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ:
Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem.

Auctor eius vitæ de Æneide: *Argumentum varium & multiplex, & quasi amborum Homeri carminum instar.* Itaque vnico opere complexus est bina Homerica, quod in victoria pono. Muret. in Orat. quapiam: *Æneis poema est, non tantùm inter omnia Latina sine dubitatione præstantissimum, sed etiam Græciæ gloriam in magnum discrimen vocans.* Quod propter Homerum dici, certum. Hier. Vid. lib. 1. Poet.

Vnus

UVA. BHSC. BU 00239

Vnus hic ingenio præstanti gentis Achiuæ
Diuinos vates longè superauit, & arte
Aureus immortale sonans, stupet ipsa, pauétque,
Quamuis ingentem miretur Græcia Homerum.

Expende verba. Dat Græciæ stuporem, pauorémque de opere Virgiliano, de Homerico tantùm admirationem. Matthæus Toscanus ita cecinit:

Virgilium cœlo Phœbus demisit, vt esset
Mœoniam posset qui superare tubam.
Se vinci vt sensit, tunc æmulus ipse canorum
Ante diem stygio mersit in amne caput.

Sed quis explicet vberem eloquentiam Scaligeri in hoc præconio Virgilij decantando? Nemo illo ornatius, exquisitius, singularius, doctius. Ex illo conuulsim excerpsi ista: *Virgilius artem ab Homero rudem acceptam lectionis naturæ studiis, atque iudicio ad summum extulit fastigium perfectionis: quòdque perpaucis datum est, multa detrahendo fecit auctiorem.* Quibus ait, Poesim rudem relictam ab Homero; perfectam à Virgilio: & causam, quia Latino lectior natura & iudicium. Pergit Scaliger: *Fudit Homerus, collegit Virgilius: ille sparsit, hic composuit.* Huius subiungit rationem hanc: Quia, cum Homerus *vitæ nostræ duas instituerit rationes, ciuilem prudentiam in Vlyssea, militarem in Iliade, eásque tanquam duas species in duobus viris ostendisset, in vno vtramque Æneæ composuit Maro: cui etiam pietatem addidit:* quia videlicet caret pietate Homerus. Redeat Scaliger: *Homeri res rè Virgiliana longè minor est. Superat nitore Homerica. Est maiore mole & ornatu. Pictior est, atque numeris astrictior. Quæ sunt magnifica in Homero non æquant magnitudinem Virgilij. Homerici versus in terra, Virgiliani inter Musas à Phœbo facti videntur. Ille Græculus circulator, is regiæ orationis auctor. Quæ in illo sunt exsanguia, hic animat. In illo mortua est vox, in hoc viua. Interdum coarctat effusam Homeri dictionem, interdum dilatat. Nudum Homeri subtegmen diuina trama pingit. Persequitur Virgilius omnia non sine illa sua diuinitate, vt non tam imitatus Homerum, quàm nos docuisse, quo modo ille dicere debuisset, videatur. Est longè maiore sono & efficacia. Virgilius magister est, Homerus discipulus. Videas in illo materiam, in hoc formam: in illo congeriem, in hoc dispositionem: illum satis habere, si narret, hunc rem ipsam formare verbis. Tanto prior est suauitate, grauitate, varietate, quanto posterior est tempore, facit diuina ex humilibus Homeri. Est Homero circumspectior, explicatior, illustrior, accuratior, grandior, cultior, exactior, felicior, dispar: loquitur numerosius, elegantius: coërcet Homerica meliore breuioréque orationis gyro. Homerus humilia & humiliter: Virgilius grandiora & magnificè. Ille pauca, nuda, rudia, infelicia: hic diuina, numerosa, varia, inexspectata. Nudis Homericis adiicit incomparabilem amictum. Alius sonus Virgilianus, alius ardor. Opprimit & obruit Homerum, relinquit illum post se. Narratio alterius aurea, alterius plumbea. Hic verus Poeta, ille foraneus narrator. A natura proposita Homero argumenta, quasi dictata discipulo emendat Virgilius tanquam magister. In Virgilio animata oratio, in Homero mortua. Est feliciore cantu, apparatu magnificentiore. Concludit rotundius. Fluminum Homerus multas fecit comparationes: Noster semel tantùm illis omnibus vnam anteponendam. In cædenda arbore Homerus eandem operam ponit, quam carpentarius: in Virgilio Musa loquitur.* Hæc & plura Scaliger, fertilis in ornando Virgilio, in vituperando Homero. Quin addit ad rem explicandam comparationes istas. *Quantum à plebeia incomtáque muliercula matrona distat, tantum summus ille vir à diuino viro nostro superatur. Quanto barbara Polyphemi persona inferior est regia maiestate, tanto versus Virgilij Græcis compositiores. Tantum superatur, quantum pastorum dapes à regiis ferculis. Tanta est differentia, quanta*

UVA. BHSC. BU 00239

inter discipulum meditantem, & præceptorem suum consilium, atque operam apponentem. Homerus moles quidem est, sed rudis, & indigesta. Virgilius autem Deus, & melior natura. Alludit videlicet ad Ouidianos versus 1. Met. Pulcrè ergo Lucanus Paneg. ad Pisonem facit prouocantem Virgilium, quasi is præsentiat futuram victoriam, nemo enim prouocat, nisi qui putat se victorem fore. Versus sunt:

Iste per Ausonias Æneia carmina gentes
Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,
Mœniumque senem Romano prouocat ore.

Pari fermè sententia Silius lib. 4.

Mantua Musarum domus vsque ad sidera cantu
Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

Præclarè incertus Poeta sub persona Maronis:

Illius immensos miratur Græcia campos:
At minor est nobis, sed bene cultus ager.

Qui plura velit de hac victoria, legat nostram in Virgilium operam, vbi sæpe comparo vtrumque Vatem, & ferè cum victoria Latini.

De HOMERO.

ABRVMPO hic Virgilij Elogia rediturus post longum excursum. Destinaui enim interserere Homeri vitia, quæ reperi, non omnia, nam hic labor infinitus, sed aliqua. Ad hanc rem triplex me ratio mouet. Prima, vt appareat liquidior laus Virgilij, præstánsque illius supra Homerum virtus. Altera, vt videant Poetæ, non posse se tuto Homericis credere; decipientur enim, & inanem reddent Poesin, si nimium Homero fidant: opus est forti iudicio, quale habuit Maro, ne abripiantur impetu Græcæ orationis, & carmen perdant. Tertia, vt me à calumnia liberem, aliósque viros æui huius: immeritò enim reprehēdimur, quòd Homerum reprehendamus. Rem totam confero ad ea, quæ scripsere contra illum Plato, Dio Chrysostomus Scaliger. Quanti, & quales viri!

Ineptire igitur Homerum in fabulis, quas fingit, latissimè probat Plato lib. 2. Polit. cùm ait, minimè recipiendas in ciuitate pugnas Deorum, quas ille finxit, nec vincula Iunoni à filio iniecta, neque Vulcanum è cœlo à patre deiectum, & similia: siue illa dicta sint per allegoriam, aut sine illa. Eadem repetit & seriò præcipit lib. 3 vbi vberiùs aperit Homeri vitia. Reprehendit enim illum, quòd fecerit Achillem muliebriter eiulantem, plusquam deceret hominem fortem, & filium Deæ: Priamum animo consternatum contra regiam dignitatem: Iouem, Deorum maximum, quiritantem ignauiter, dolentémque pro Sarpedone filio occiso, neque potentem obsistere Patrocli occisoris viribus: eundem flagrantem intemperanti, & immodica libidine, atque ita hoc vitio perculsum, vt visa Iunone, non sustinuerit domum venire ad concubitum; sed statim ibi humi cubans libidinem expleuerit: Deos in risum immodicum, & cachinnum diffluentes: fabulam indignam de Venere & Marte vinctis à Vulcano: Achillem accipientem pecunias pro cadauere Hectoreo, quod indignum tanto viro: eundem iactantem in Apollinem, vnum è magnis Diis, θεῶν ὀλοώτατε πάντων, *ô Deorum omnium perniciosissime*: eundem duobus vitiis immanibus laborantem, quæ duo vitia non fingenda erant de eo, qui educatus, à sapientissimo Chirone, qui Deæ filius, & Pelei viri iustissimi, & tertij à Ioue; vitia in Platone lege. Demum, quòd Achillem superbè, iuueniliter, stultè in principem suum istis debacchantem induxerit, οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο: *vinolente, habens canis oculos, cor cerui.* Addítque Plato,

UVA. BHSC. BU 00239

Plato, neminem ista posse inferere, aut solutæ orationi, aut versibus præ indignitate, amentia, stultitia illorum. Inde est, vt velit exsulare ab vrbe, quam ipse constituit, Homerum tanquam pernicioſum, inutilem, nugatorium. Neque enim verum est, quod aliqui dicunt, Platonem voluisse Poetas omnes exsulare à sua vrbe. Totum Platonem legimus, & nihil tale reperimus. Tantum amandat pernicioſos & futiles, & in his principe loco Homerum: prudentes verò amplectitur. De qua re legenda, quæ ille scribit lib. 8. Leg. & quæ libat lib. 2. Polit. & lib. 10. in extremo loco admittit Hymnos Deorum, quia illa sobria est, & prudens Poesis. O miseram ab eodem Platone in Phædro versum quendam Homeri vocari ἐ σφόδρα πιθανὰ ἐμμελῆ: *non admodum concinnum.*

Pergo ad Dionem Chryſoſtomum. Is Orat. 11. de excidio Ilij grauissimè in Homerum inuehitur, aperitque eius vitia. Ait de illo, γελοιότατα ψεύδεσθαι, *mentitum enormia.* Effudisse κατάρας, *exsecrationes.* Fuisse mendicum in Græcia, atque in gratiam præbentium stipem multa mentitum. Habuisse μανίαν, *insaniam.* Deinde, μηδὲν ὑγιὲς εἶναι τῶν εἰρημένων περὶ αὐτοῦ, *nihil vnquam sanum dixisse.* Fingere ineptè peierantem Autolycum, & hoc datum Autolyco à Mercurio, qui vnus è Numinibus. De Diis μηδὲν ἀληθὲς λέγειν, *nihil veri dicere.* Reprehendit illum, quòd Deos fecerit dolentes, ſuſpirantes, vulneratos, adulteros. Is est Homerus, qui non putarit ψεῦδος εἰρῆσθαι, *turpe esse mendacium.* Quæ maior hac insania? Scripsit de Diis ἀνοήτα, *intoleranda.* Arguit illum stultitiæ, quòd ea finxerit, quæ sunt vltra omnem rationem probátque hoc latè ab rebus, quæ sunt in ipso Homero. Inculcat iterum de mendaciis illius his verbis: ἀδρεύσατο τῷ ὄντι ὃν ἀνθρώπων ἄρα τὸ ψεῦδος ὑμῖν: *fuit audacissimus mortalium ad mentiendum Homerus.* Attende lector ad sequentia vulnera. Ait, illum nesciuisse dare suæ Poesi bonum initium, non finem, omnia tenebris offudisse, omnia perturbasse. Probat ista latè. Procedit. Nesciuit proponere, vt beneuolum & promtum auditorem haberet. Nesciuit affectus mouere, docétque latè, quos affectus debuisset excitare. Adiicit, caruisse Homerum iudicio (quod hoc vulnus, lector?) in sua poesi: quia maxima & grauissima aliis reliquit; elegit sibi minora & abiectiora. Signata verba sunt, τὰ ἐλάττω, ᾗ παιδευόμενος αἱρεῖτο. Pergit Dio, & dat Homero verba contumelioſa. Qualia sunt, φλυαρεῖ, *nugatur.* Et ἀυδήεσσαν λόγῳ, *fatuitatem sermonis.* Et τῷ ἀσχολίᾳ τῆς ἠλιθιότητος, *nimiâ stoliditatem.* Præterea, de illo, εἰς ἀδύνατα ἐμπίπτων ᾗ ἁπλῶς πράγματα, *incidit in res impossibiles, & impias:* παῦται συνέχει, *omnia confudit.* Ait, illum narrare pugnas, ὡς ἐν ὀνείρῳ, *tanquam in somno.* Est hoc ferme, quod Scaliger dixit, *prælia tanquam ad cyathum formabat.* Redeo ad Dionem. Dicit rem quampiam scripsisse Homerum πάνυ γελοίως, *valde ridiculè.* Et ἐνυπνίοις ἐοικότα, *somno similia.* Hactenus Dio, cuius infinita penè omisi. Nihil enim tam absurdum, fatuum, impium, indignum, ridiculum, præposterum excogitari potest, quod ille in hunc Vatem non coniiciat. I nunc, & Homerum lauda, proba, intuere, imitare, venerare. Volui (vt vidisti) adiicere aliqua Græca Dionis, quia is non ita in promtu, vt Plato.

Restat Scaliger, qui non tam in Homerum, quàm in hostem aliquem videtur exarsisse. Superauit Dio Platonem in iactandis contumeliis, superat vtrumque Scaliger. Ergo, Homerum in multis ineptire istis fermè ostendit. *Nam quæ ille de suis Diis infamia, infandaque prodidit? Adulteria, incestus, odia in se? Quòd si allegorias trahunt ad Physica, nunquam quicquam comminisci queant, quo Venus atque Mars à Vulcano in natura rerum comprehendantur? Quæ sit Leucothea, quæ inuito Neptuno Rege suo Vlyssem seruare audeat? Quis putet, non esse puerile illud? Solis boues interficiunt Vlyssis socij, ac vorant: hoc Sol ipse non, nisi per nuntium, resciuit. &, nisi dixisset Lampetie, etiam non ignoraret ille, ac miscellæ boues inultæ errarent in Elysiis. Ast alibi, sanè recte,*

UVA. BHSC. BU 00239

rectè, dictum est, ἡέλιος, ὃς πάντ' ἐπακούει. *Saltem, cùm torrerent eas, nidore Solem oportuit expergefactum, si in oriente noctu dormiebat.* Hæc ille. Sed ne cogar transcribere omnia, quæ fusè Scaliger in Homerum, tantùm signata verba adducam, quibus illum impetit, aperítqne eius vulnera. Ait, illum confingere orationes longas, & nugatorias. Turpiter & fœdè Martem gementem induci. Venerem mortali manu, &, quod insanius, Martem vulnerari. Achillem fortissimum perferre minas deterioris, & flere apud matrem. Confingi ab illo mendacia putida, ineptire in epicediis. Stultè induci Priamum post decem annos quærentem quis sit hic, aut ille Dux: & Vlyssem interficientem arcu procos, cùm omnes possent simul in illum irruere. Queritur Nestor interemtum filium Antilochum, qui postea viuit, & vincit Menelaum in curuli certamine. Queritur Achilles, quòd Patrocli vulnera muscæ vorent: conduceret seruulum, qui eas abigeret. Fulgurat Iuppiter, cùm ningit, quod nunquam visum. Mouet risum, cùm res inferorum persequitur. Euocat animas sine vlla arte. Canit Demodocus in conuiuio fœditates Deorum. Sententiæ Sirenum sunt molles, vulgares, futiles. Homeri epitheta sæpe frigida, puerilia, locis inepta. Fingit ineptè primum motorem dormire. Est impudicus in vocibus, nam de Iunone ὀπυίειν. Proponit nuda, plebeia, quouis ingenio parabilia, simplicia, incoata tantùm & non perfecta, mollia, tenuissima, leuissima, ineptissima, ieiuna, pessima, fatua, falsa, puerilia, languida, sine arte, sine affectu, nugas anicularum, verbula sicca, vasta, sententias aridissimas, apparatum sine apparatu, futilia, loquacia, orationem miseram & tabernariam, dictionem coactam & insuauem, figuras barbaras. Ineptit repetendo, insanítque. Plenus est fatali Græcorum nugacitate. Agit sæpe Grammaticum. Facit in cœlo officinam Vulcani, quo nihil stultius. In re atroci temerè lasciuit. Fluit more suo sine vllo apparatu. Dicit interdum sententias contra naturas rerum, nam in mari quis vidit niuem? Apud Homerum Nestor. 11. Il. loquax est, in 7. non minus, in 4. odiosus, in 11. obtundit, in penultimo etiam nugatur. Homericam fuge licentiam, & laxum dicendi genus, nihil non probat ille, quod semel meditatus est. Omitto Libanium in Progymn. vbi Homeri multa vitia aperit, etiamsi alibi defendat. Sed certè si expendatur Libanius, videbitur validior in oppugnando, quàm in defendendo.

Obiicies pro Homero pretium illud, quo habitus est à veteribus & magnis viris Platone, Aristotele, Strabone, Plutarcho. Demum est nemo ex omni antiquitate, qui non illum colat & veneretur. Ita sanè est, neque hoc inficiari aliquis queat. Peperit sibi ille hoc nomen, quia antiquissimus, quia primus ferme Poetarum, quia enituit rudi seculo, quia protulit sententias aliquas cum genio, quia scripsit de bello Troiano, quo nullum heroicis temporibus excellentius, grandius, sublimius. His caussis iure meruit nomen, quod nactus est. Neque mirum Græci Græcum laudarent, egregij suarum rerum prædicatores. Sed certè illis Auctoribus oppono pro Virgilio alios grauioris auctoritatis. Cur non contendat cum Aristotele Augustinus, cum Platone Hieronymus, cum Strabone Plinius, cum Plutarcho Seneca? Sæpius isti ad rem suam Virgilium aduocant, quam Græci Homerum suum, nunquámque illum in ore assumunt, nisi cum magno elogio. Taceo plures alios (sanctitatis & doctrinæ lumina) qui versatiores fuerunt in Virgilio legendo, quàm Græci in Homero. Quem crebriùs Quintilianus aduocat, quem Isidorus, quem Ambrosius? Qui extremi huius legat cap. 21. lib. 5. Hex. agnoscet Virgilium. Totum enim illud Ambrosij caput exspirat Virgilianam orationem, sententiam, phrasim. Possem multa alia huius loca aduocare.

Quem

UVA. BHSC. BU 00239

Caput Quartum.

Quem ex tota antiquitate conferas doctrina cum Tertulliano, qui Virgilium plurimi fecit. Obiicies mihi Principes, & in his exhibebis mihi fortasse Alexandrum Magnum, qui magni Homerum fecit: exhibeo tibi Iustinianum & Alexandrum Seuerum, & Augustum ipsum, qui magni fecerunt Virgilium. Verè enim Plinius dixit lib. 7. maximam laudem contigisse Virgilio ex testimonio Augusti. Neque enim Augustus solùm in bello sapiens, vt Alexander, sed in re omni sapiens. Itaque neminem Alexandro melius opponas, quàm Augustum. Ad hæc Hadrianus, Gordianus, senex, Antoninus Diadumenus, Clodius Albinus, Tetricus, Imperatores Virgilij versus aduocabant ad rem suam, non minus quàm Homerum Græci Principes. Et sanè plures sunt Principes Latinorum, qui Virgilium magni fecerint, quàm Græci, qui Homerum. Omitto Principes, pergo ad Poetas. Pro Sophocle, Euripide, Pindaro, Apollonio, qui Homerum venerati, offero Horatium, Papinium, Silium, Lucanum, qui Virgilianos cineres habuerunt pro magistro, quibúsque incalebant ad carminis sublimitatem. Si proferas Latinum aliquem, qui cum elogio locutus est de Homero; profero tibi Eusebium, Cæsariensem, qui in vita Constantini assumit nomen Virgilij cum grandi semper elogio. Dixi, quo in pretio habuerint Virgilium Sapientes, Principes, Poetæ. Addam hîc ab ipsis Diis in honore habitum, nam eius versibus sortes sunt datæ magnis Principibus, & Dij ipsi locuti sunt Virgilianis versibus. De sortibus exemplum est in Hadriano, & Alexandro Mameæ filio. Primo sors imperij exiit illis versibus, *Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ*, & reliquis. Alteri, illo:

--Si qua fata aspera rumpas Tu Marcellus eris: Inde sortes Virgilianæ in prouerbium abiere; nam, aperto Virgilij codice, occurrentes versus assumebantur in omen. De qua re lege Ioannem Fungerum in Etymologico. De oraculis in Clodio Albino, cui Baianus Apollo respondit:

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem.

Aurelius Claudius consulens de filiis, responsum accepit versu illo:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono.

Possem, quæ dixi, probare pluribus, sed horum sententias iam partim adduxi, partim reseruo ad reliqua elogia, quæ supersunt, & in quæ digero Virgilij præconia, ad quæ post longum excursum redeo. Et quoniam ostendi iam, maiorem fuisse Homero, restat, vt consequenter dem illi victoriam supra reliquos Græcorum.

MAIOR reliquis Græcis Poetis.

SVPERAVIT Pindarum, Hesiodum, Apollonium, Theocritum. De Pindaro testes Iouianus, & Scaliger: ille in Actio, hic in Critico. De Hesiodo Scaliger, & Politianus. ille in Critico ita ait: *Vniuersa opera Hesiodi ne cum vno quidem versu Georgicon sunt comparanda*: hic in Manto: *Hesiodum premit*. Viues etiam: *In Georgicis Hesiodum sine controuersia superauit, & in cursu multis stadiis post se reliquit*. De Apollonio Delrius & Scaliger. Ille in Agam. vbi loquitur de tempestate, déque his Poetis, qui tempestatem descripserunt, de Virgilio ita ait: *Virgilium excipio, qui nil molitur inepte*. De Apollonio verò: *Apollonius verò sui similis est, hoc est, totus plebeius, & vilis, &, non meo, sed doctorum quorundam iudicio, ferè indignus qui legatur*. Hic in Critico: *Lux est in Virgilio, fumus in Apollonio: indignus Apollonius qui legatur, vbi adest Maro: auget, & superat, quæ accipit ab Apollonio: relinquit longè post se Apollonium: aspirat minimè Apollonius ad nitorem Virgilij, & efficaciam.*

UVA. BHSC. BU 00239

ficaciam. De Theocrito plures. Nam Auctor vitæ Virgilianæ; *Fuit Virgilius circumspectior Theocrito.* Polit.

Virgilius cui rure sacro, cui gramine pastor
Ascræus, Siculúsque senex cessere volentes.

Seruius ad 1. Ecl. *Theocritus vbique simplex est, Virgilius figuras peritè, pleraque etiam ex Theocriti versibus facit, quos ab illo constat dictos esse simpliciter.* Scalig. *Virgilius Theocrito rotundior est, rectior, vegetior, efficacior, lepidior, comtior, cultior, venustior, diuinior. Pharmaceutria Virgiliana longè castigatior est, & prudentior Theocritia. Sic exprimit Theocritia, vt vincat. Tractat eadem felicius, & supponit meliora.* Gulielmus etiam Modicius conferens Virgilium cum Theocrito, ita ait: *In carmine Bucolico Theocritus laudatur, qui pastoriciam simplicitatem diligentius est imitatus: Virgilius autem, cui propositum erat, hoc etiam poematis genere Latinam linguam locupletare, pastoriciæ simplicitatis allegorias immiscuit, & res alias quasdam, quæ maiorem eruditionem, & sensum altiorem habent, quàm vt humili figuræ conuenire videantur. Homo prudens & necessitate, & certo consilio hoc fecit sapienter.* Et postea: *Affert igitur Virgilius plus vtilitatis, & solidæ delectationis, quàm Theocritus, qui res alicubi turpissimas loquitur apertè: quas Virgilius aut præterit, aut tectè, parcè, & dissimulanter attingit.* Vide multa alia apud eundem libello, quo Virgilium vindicat à calumniis cap. 7. vnde hæc sumta sunt.

Demum superauit Græcos omnes. Ait Rhodig. lib. 7. Virgilium natum *aduersùs Græcæ gentis fremitum nimio plus sæpe insonantem.* Phocas dixit: *Quis fœcunda tuos teueraret Græcia fastus? Quis tantum eloquij potuisset ferre tumorem,*

Æmula Virgilium tellus nisi Tusca dedisset? Manto apud Polit. ita vaticinans: *Euge, beate puer, sanguis mur, horreat ortus Græcia tota tuos.* Et in Præfat. *Romulæ voci decus adrogauit carmine sacro.* Possem signatè Auctores adducere, qui Virgilium faciunt superiorem Sophocle, Euripide, Æschylo, Aristophane. Quoties enim Interpretes in loca horum incidunt, semper dant palmam Virgilio. Nicandrum, Pisandrum, Euphorionem, tunc etiam alios, superatos fuisse à Virgilio Landinus censuit.

MAIOR Latinis Poetis.

AGRÆCIS victis pergo ad Latinos, à quibus breuissimè me expedio, nam quis hoc neget? Quintilianus lib. 10. comparat Virgilium cum Macro, Lucretio, Ennio & aliis: istisque vitium aliquod assignans, omnium principem facit Virgilium. Eadem lib. 12. Iouianus in Actio vocat Horatium Virgilio minorem, cùm tamen in suo genere abundè sit clarus. Idipsum Viues. De Ouidio videndus Quintil. lib. 10. & Iouianus dicto loco. Ouidius quoque ipse:

Quantum Virgilius magno concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso Poeta meo.

Pergo ad alios. Comparat Iouianus Virgilium cum Claudiano, productis vtriusque locis satis longis, dátque Virgilio palmam singularem; idem scribit Scaliger. De Papinio, ipsum produco testem, qui ita loquitur cum sua Thebaide:

Viue precor, nec tu diuinam Æneida tenta,
Sed longè sequere, & vestigia semper adora.

Et lib. 4. Syl. vocat Virgilium *magistrum* suum. De Lucano res clara. De Pacato Ausonius ait fieri pluris quàm cunctos alios *Marone demto.*

Demum Latinos omnes superauit, ne singulos cogar narrare. Et pro his, quos adduxi, & qui supersunt, produco sequentia Elogia. Ouid 3. Artis:

Et pro

VVA. BHSC. BU 00239

Et profugum Æneam, altæ primordia Romæ:
Quo nullum Latio clarius exstat opus.

Fabius Paulin. Hebdomad. Virgilian. lib. 1. *Sed admirabile est, (vt de ceteris nunc sileam) quàm vnus inter omnes Latinos emineat in omni genere laudis noster Maro: in quo tot sunt congesta bona atque virtutes, vt nihil putem cogitari posse diuinius: cuique tantum abest, vt quemquam anteferendum putem, vt nullum arbitrer Poetam fuisse tam impudentem, qui plura, quàm in hoc sunt, tacitus auderet optare: aut tam sui amantem, tantoque opinionis errore & mente captum, vt cum eo existimaret se posse conferri.* Scaliger: *Quemadmodum Antonius apud Ciceronem de Poetis, videntur ipsi alia lingua, quàm Latina, locuti: ita à nobis de Virgilio dici solet, ceteri alia lingua, quàm Poetica, mihi vsi videntur.* Alibi: *Illius versus nemo mortalium æquare valeat. Sunt illius carmina inaccessa. Imitandi sui spes omnium exstinxit.* Et, *Poetæ omnes, qui post Virgilium fuere, declamatoribus similes mihi videntur: qui, dum argutè aliquid dicunt, nihil pensi habent, quid cuique parti maiestatis vel incommodet, vel obsecundaretur: quare & numeros lædi necesse est, & perire gratiam ex affectatione.* Muret. Præfat. Comm. in Catul. *Quo viro statuo, nihil fieri posse diuinius.* Alibi: *Ad Virgilij gloriam pertinet, alios Poetas legere, vt intelligamus, quantum is præstet.*

Sed quid ego immoror in comparationibus? loqui volo extra omnem comparationem, & adducere testimonia illorum, qui in attollendo Virgilio vtuntur superlatiore gradu, quasi indignentur illum admiscere aliorum fœcibus. Ergo fuit

Virgilius MAXIMVS Poetarum.

PRODVCO primò testimonium Mureti, qui Præfat. in Catul. loquens de Virgilio: *Cui videar iniuriam facere, si eum vllo modo cum ceteris comparem.* Inde signatissimè Scaliger sæpe ait, *vir incomparabilis.* Quia verè est extra omnem aleam. Ergo, si incomparabilis, erit vtique Maximus omnium, non tantùm Maior omnibus. gradu itaque superlatiuo in attollendo Virgilio vtuntur multi, qui tibi passim obuij. Ego hîc tibi signo paucos, videlicet Seneeam, qui Epistolis, & cap. 9. de Breuit. vitæ, *Maximus vates.* Lactantium lib. 2. Diu. Inst. *Poeta maximus.* Plinium, qui lib. 14. *Præcellentissimum vatem.* Ammianum, qui *excelsum, eminentissimum.* Augustinum, qui lib. 1. Ciuit. *Poeta magnus, omniúmque præclarissimus atque optimus.* Et in lib. 4. *Poeta nobilissimus.* Ouidium, qui 3. de Pont. El. 4. *Summo Æneidos Vati.* Macrobium, qui *doctissimum, peritissimum, scientissimum.* Quintilianum, qui lib. 1. *Auctor eminentissimus.* Eusebium Cæsarienſ. qui in vita Constantini, ἐξοχώτατον τῶν καθ' ἡμᾶς ποιητῶν. & σοφώτατον ποιητῶν, *præstantissimum Poetarum Italiæ: sapientissimum Poetam.* Obiicies: Nónne ista loquendi forma in Latio comparationem etiam indicat? Non Lector. Sed quæstio ista Scaligerum appellet in Theophrastum, & doctos alios, qui verè sentiunt, contra vulgares grammaticos non induci comparationem gradu superlatiuo, solùm indicari eminentiam quandam extra omnem comparationem. Porrò ab hac supra omnes excellentia Martial. lib. 14. *immensum Maronem* dixit.

UVA. BHSC. BU 00239

CAPVT V

Elogia POESEOS Virgilianæ.

HACTENVS dicta sunt quatuor genera encomiorum. Primò, de natali Maronis: deinde, de bonis honesto, vtili, iucundo: tertiò, de variis artibus, quibus floruit: quartò de comparatione illius cum Græcis & Latinis: persequar iam virtutes Poeseos illius, quas sparsas in Auctoribus reperi. Incipio ab imitatione.

Fuit Virgilius egregius IMITATOR. Macrobius lib. 6. *Iudicio transferendi, & modo imitandi consecutus est, vt quod apud illum legimus alienum, aut illius esse malimus: aut melius hic, quàm vbi natum est, sonare miremur.* Et lib. 4. *Feliciter Græcos interpretatur, pulcerrimè æmulatur.* Et libri 5. *Omne opus Virgilianum veluti de quodam Homerici operis speculo formatum est.* Seneca Rhetor lib. 7. Controu. ait, versus Varronis à Virgilio imitandos susceptos, expressos in melius, etiamsi Varroniani optimi essent. Turneb. lib. 19. *Maro quantus, quantus est, imitatione & iudicio euasit. Ac cùm plerique imitatores putidi & inepti sint, & pene ridiculi; solum Maronem imitari nunquam dedecet. Id enim tam aptè & accommodate facit, vt sua afferre, non aliena vsurpare videatur.* Victorius Prolegom. in Poeticen Aristot. *Quin tanquam apis quædam singulos Homeri flores, vt Tragicorum etiam, reliquorumque optimorum, & Græcorum, & Latinorum Poetarum lustrauerit, indéque suauissimum mel confecerit, dubitari non potest.* Nannius 2. Miscel. *Græcorum fontium latices hausit pleno ore Virgilius.*

Habuit excellens & acre IVDICIVM. Huius virtutis, quæ admodum necessaria ad Poesin, encomiastes est Quintilianus, qui lib. 8. ait: *acerrimi iudicij P. Virgilius.* Iouianus in Actio multa suppeditat de iudicio diuini viri in condendis carminibus, & captandis artificiosè auribus. Ait enim, condi ab illo versus graues, selectos, generosos, honestissimos, iam magnificos, iam sedatos, vt res postulabat. Habuisse aures consummatissimas, non ignorauisse suas aures: fluxisse, cùm opus fuit; inronuisse, superciliúmque erexisse, cùm opus: temperauisse celeritatem cum tarditate: miscuisse vocales iam sonoras, iam exiles, iam claras cum subobscuris: habuisse rerum & verborum delectum admirabilem. Plura his ille. Inde ab Lactantio hic Vates dicitur lib. 2. Diu. Instit. *prudens*: vt & ab aliis multis. Iouian. in Actio: *In delectu verborum, ac selectione iudicari potest & studiosus & prudens.* Scaliger lib. 5. *Rerum quoque delectum eiusmodi habuit, è quorum splendore luculentus ille nitor suis scriptis adiungeretur.* Alibi: *Habet lectissima verba & numerosa.* Ad iudicium pertinent verba ista Auctoris vitæ Virgilianæ: *Cùm Georgica scriberet, traditur, quotidie meditatos manè plurimos versus dictare solitum, ac per totum diem retractando ad pauciss imos redigere: non absurdè carmen se vrsæ more parere dicens, & lambendo demum effingere.* Idem scribit (vide qua sobrietate voluit carmen condere) tradi à quibusdam diligentiam singularem Virgilij, videlicet, priùs integram Æneidem prosa oratione formatam, digestámque in libris duodecim, quàm carmine conditam. Itaque astrinxit carminibus, quæ soluta oratione fecerat, nec flatu Poeseos raperetur in aliquid indignum, ac minus prudens. Rectè ergo admonet Quintilianus libro 1. opus esse firmiore iudicio ad intelligendam virtutem Virgilij. Et Turneb. lib. 22. ait, in Virgilio nihil esse otiosum aut temerarium: & ideo requiri in hoc Vate lectorem non expeditum, & cursorem, sed cunctatorem, & in singulis hærentem. Pari elogio Velserus libr. 1. Rerum Boicarum: *Virgilius, cui nullum temere verbum*

UVA. BHSC. BU 00239

verbum excidit. Ex hoc tam acri iudicio optimè mihi videtur pronuntiasse Scalig. *Equidem vnum illum censeo sciuisse, quid esset, non ineptire.*

Iudicio affinis mira PROPRIETAS, qua vsus in omnibus. Obseruarunt hác virtutem luculenti testes. Macrob. 3 Satur. *Verborum proprietas tam Poetæ huic familiaris est, vt talis obseruatio in Virgilio esse iam desinat.* Quintil. lib. 1. loquens de re quapiam dubia, quæ pertinet ad formam Latini sermonis, ita ait: *Quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit vtriusque Virgilius auctor.* Scaliger: *Elucet in verbis eius puritas vetus Romana.* Eò fortasse respectum à Politiano: *Ipsa en Roma tuo se se quaque iactat alumno.* Loquitur Manto cum Mantua. Ad proprietatem refero laudem illam nunquam satis laudatam de distinctione stylorum in Bucolicis, Georgicis, Æneide. Quantum est (Deus immortalis!) obseruari à diuino viro potuisse, vt horum operum stylus perpetuo quodam tenore distinctus esset? Itaque in tanta versuum multitudine nunquam se tenuis stylus cum mediocri, nunquam hic cum sublimi commiscuit: & tamen nihilominus seruata est mira varietas, & iucunditas. Hoc quoties cogito, obstupesco. Hanc rem satis celebrant Interpretes ad proœmium Æneidos, *Ille ego, qui quondam, &c.* Hoc ita admiratur Christoph. Land. in Præfat. *Quid obsecro, aut in maximis rebus sublimius, aut in mediocribus temperantius, aut in humilibus pressius excogitari hoc Poeta potest?* Et Viues: *Fdem lætus, & depressus: iucundus & grauis: tum copia, tum breuitate mirabilis.* Quid etiam dicam de tribus aliis scribendi charactéribus Exegematico, Dramatico, Misto? De his Seruius loquitur ad 3. Eclogam.

Inter virtutes Virgilianæ Poeseos non minimum locum obtinet SVBLIMITAS oris, spiritus carminis. De ea hìc loquar. Politianus vocat Maronem, *grande sonantem.* Iuuen. Sat. 11. *Maronis altisoni.* Vt & Ausonius in edyl. *Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem.* Iouianus dicit eius versum *grauem, numerosum, generosum, spectabilem, admirabilem, honestissimum.* Iterum: *Cum summis blanditus nunquam recedit à grauitate. Assurgit mirificè.* Idé, *Virgiliana numerositas.* Viues lib. 3. Discipl. *Æneis Virgilij grande opus, & plenum grauitatis ac rerum bonarum.* Hier. comment. in Mich. c. 7. *Poeta sublimis.* Seru. in 1. Ecl. de stylo Virgilij, *grandiloquum.* Scalig. de hac re, vt neque de aliis, parcè: *Est magnificus, numerosus, augustus, luculentus, grandiloquus, vehemens, supra humanum captum. Amplificat cum maiestate, vtitur grandi oratione. Habet multa magni momenti. Assurgit magna laude.* Viues Virgilio dat principem locum inter Poetas, propter *grauitatem & sententias.* Deinde Horatium locat, mox alios. Et iterum: *Hunc nemo in magnis rebus sublimitate superauit.* Propter hanc rem fortassis vocatur Virgilius à Iouiano in Anton. *heros.* Et Scaliger dixit: *Est in eo heroica phrasis.* Inde quoque dictus à Martiali *magnus*, libr. 11. & 12. *Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis.* Et, *Qui magni celebras Maronis Idus.* Sed quis dubitet, quin ad sublimitatem Vatis huius idem ipse Martialis respexerit lib. 5. eo versu: *Grande cothurnati pone Maronis opus.* Annectam huic encomio aliquid de Tragœdiis Virgilianis, quando à Martiali *cothurnatus* dicitur, & sum in sublimitate, quæ propria Tragicorum. Sunt itaque aliqua vestigia, Virgilium fuisse Poetam Tragicum. Auctor eius vitæ: *Fertur Thyestes tragœdia, quam Varius pro sua edidit: fuisse Virgilij.* Hoc si est, non minimum excelluit Virgilius inter Tragicos, nam Quintil. lib. 10. *Varij Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest.* Eandem Tacitus celebrat in claris Orator. Adduxi vestigium vnum. Alterum est, scribi à Tertul. lib. aduers. hæret. *Ouidius Geta Medeam tragœdiam ex Virgilio plenissimè expressit.* Porrò Medeam tragœdiam Ouidij attollit Tacitus loco adducto: *Nec vllus Asinij, aut Messalæ liber tam illustris est, quam Medea Ouidij, aut Varij Thyestes.* Tertium est, dici Virgilium à Martiali,

UVA. BHSC. BU 00239

cothurnatum, versum iam attuli. Phocas etiam:

Inde cothurnato Teucrorum prœlia versu,
Et Rutulûm tonuit. Ista omnia pertinent ad styli sublimitatem.

Ab hac laude pergo ad PICTVRAM, qua graphicè Virgilius res omnes pingit. Scalig. *Efficit viuam orationem.* Godescal. in cap. 24. lib. 2. Veget. *Descriptiones Virgilianas videmur spectare, non legere.* Quintil. lib. 8. ait, Virgilium ita faciem rei, quam depingit, ostendere, *vt non clarior futura fuerit spectantibus*: & postea, *rem subiicit oculis.* Minturnus: *Deinde quis vnquam in pictura excellere visus est, quin tempora, loca, euenta, permotiones animi multo is meliùs, multóque euidentiùs ob oculos posuerit?* Viues: *Virgilius cùm narrat, perinde ducit nos in rem præsentem, ac si oculis contueremur.* Sed taceant hîc omnes encomiastæ, vbi adiri potest Vates ipse.

Est præterea Virgilius Elegans, Facetus, Ingeniosus. Coniunxi hæc tria Elogia, qui ad idem videntur spectare. Primum ostendit Quintil. qui lib. 8. Virgilium vocat *elegantem*: & lib. 6. illud Horatij Satyra 10. lib. 1. *molle atque facetum Virgilio*: explicat de exculta elegantia, quam Vates habuit: sicut illud Tullij: *næ illi sunt pedes faceti, ac delitiis ingredienti molles.* Agell. lib. 20. *elegantissimus Poeta*: & lib. 10. dat illi aduerbia *scitissimè, elegantissimè.* Macrob. lib. 3. *Æquè in rebus doctrinæ, & in verbis sectator elegantiæ.* Scalig. *Elegantissimæ locutionis auctor.* Alterum Horat. *molle atque facetum Virgilio.* Seru. in 1. Ecl. *Poetica vrbanitate.* Macrob. lib. 3. *Est non solùm doctus, sed argutus.* Hîc supersedeo, quia de hac re satis multa in Elogio Iucunditatis. Tertiò Politian. qui Virgilij opera vocat *Dædala monumenta*, id est, ingeniosa. A Vouiano in epitaphio dicitur *nobilis ingenio*: à Iouiano *artificiosissimus.* Ingenium eius declarant opera illa artificiata, quæ visebantur Neápoli, de quibus iam sum locutus inter Elogia variarum artium. Cesso hîc. Nam persequi virtutes omnes Virgilianæ Poeseos infinitum sit, & pergam sexto loco ad Elogia, quæ petuntur ex variis attributis (Græci epitheta vocant) quibus auctores Virgilium afficiunt. Neque verò omnia adducam. Posset (& ita est verè) integer liber conflari ex solis attributis Virgilij. Nam nihil est tam gloriosum, magnificum, excellens, quod non in illum auctores conferant. Adducam itaque insigniora. Incipio autem à diuinitate.

CAPVT VI.

Elogia ab ATTRIBVTIS.

FVIT Diuinus. Vsitato gentilium honore, qui præstantes viros elogio isto afficiebant, & maiore adhuc, nam non diuinos solùm, sed Deos vocabant. Macrob. lib. 5. *Non mortali, sed diuino ingenio Maro.* Iouian. *Romanæ Poeticæ Deum.* Papin. *diuinam Æneida.* & postea eodem spiritu iuducit verbũ *adoro.* Veget. lib. 4. *Virgilius diuino ingenio.* Scal. *Diuinus Poeta. Est in eo diuinorum sonus numerorum, & diuina phrasis. Nusquam Musa Maronis mortale quicquam sonat.* Inde est, vt Scaliger idem admiratus diuinitatem Virgilianam, perinde atque fastigium quouis humano ingenio altius, illi aras statuat, vt Poetarum Deo. Huc pertinet dici ab Seneca Epist. 108. carmen Virgilij debere placere, *tanquam missum oraculo.* Cœlestis dicitur ab Scaligero, Plinio, Macrobio, Quintiliano. Inde Politianus, *Mens cœlo cognata.* Sacer ab multis. Inde ait Cœlius lib. 20. Virgilium à literatis omnibus, & adprobis coli veluti τεμένων ἱερὰ, *templorum sacra.* Et quia *sacer*, ideo nominat Phocas *mucronem sacrilegum* illum, quo petitus est Virgilius à milite.

Augu

UVA. BHSC. BU 00239

Augustus quoque: *Tam sacrum soluetur opus?* Cornel. Gallus siue quispiam alius: *Æneam condidit ore sacro.* Tacitus Dial. de Orat. Virgilij *sacrarium* dixit. Sidereus ab Columel. & Politiano. Ille lib 10. *Siderei vatis referens præcepta Maronis.* Hic in Mant. *Sidereus vates.* Insignis ab sanctis Doctoribus Hieronymo lib. 1. aduersùs Iouian. & Augustino lib. 5. Ciuit. Immensus à Martiali lib. 14.

Quàm breuis immensum cepit membrana Maronem,
Ipsius vultus prima tabella gerit.

Felix ab Ouidio 2. Trist. *Et tamen ille tuæ felix Æneidos Auctor.*

Politian. *--quo non felicior alter.* Plin. lib. 14. vocat *beatum, felicem:* vt etiam Propertius. Nobilis ab Augustino lib. 21. Ciu. & *nobilissimus* lib. 10. & 15. quo epitheto infinitis locis illum afficit Cœlius. Admirabilis passim ab Scaligero. Et ab Eusebio in vita Constantini θαυμαστὸς. Quintil. de re Virgiliana loquens lib 8. *miramur.* Eodem pertinent ista Politiani loquentis ad Augustum,

---cerno te maxime Princeps
Purpureos inter proceres sanctumque Senatum,
Pendentem stare ad numeros, atque ora tenentem.

Suprà etiam dixerat, ea cantanda à Virgilio, quæ mirarentur Linus, Orpheus, Musæ, Apollo. Magnus bis à Martiali lib. 11. & 12. Iam cur Maximus appelletur, alibi à me dictum. Illustris ab S. Hieronymo Epist. 139 ad Cyprianum, & cap. 1. in Ioel. & lib. 1. commen. Zachar. cap. 1. PAR Naturæ ita vocatur ab Scaligero, imò Natura ipsa. Eò spectat Macrob. cùm ait, 1. Somni, *Poeta naturæ ipsius conscius.* Et hæc, quæ adduxit ex Donato Seruius in 1. Ecl. *In scribendis carminibus naturalem ordinem secutum Virgilium. Primò enim pastoralis fuit in montibus vita, pòst agriculturæ amor, inde bellorum cura successit.* Auctor quoque vitæ Virgilianæ: *Secutus est naturam ipsam in scribendo. Nam prima hominum vita fuit pastoricia, hanc secuta est agrorum cultura, demum pro agris defendendis & possessionibus susceptæ sunt bella: ideo ergo primùm Bucolica, mox Georgica, tertiò Bella suscepit.* Hæc, quæ attuli (vt hoc obiter dicam) probant Auctorem vitæ Virgilianæ, quæ circumfertur, fuisse Donatum. Flos & Caput Poetarum ab Abulensi in Epistolam S. Hieronymi ad Paulinum. Princeps carminum à Velleio lib. 1. ab Iouiano in Antonio, ab omnibus. Meritò habuit hoc nomen. Nam, vt ait Iouian. *Romanam illustrauit Poeticam:* vt Scaliger, *Poeticam ad summum extulit fastigium perfectionis.* Demum dicitur antonomasticè ab omnibus POETA. Quæ laus, magna. Ex multis signo aliquos, Senecam lib. 6 Nat. Quæst. cap. 17. & 18. Augustinum lib. 4. Ciuit. Apuleium lib. 1. de Mundo, Hieronymum Epist. 9. ad Saluianum, & Epist. ad Cromatium, Iouinum, Eusebium, & cap. 7. Comment. in Ecclesiastem. Alij addunt, *Poeta noster*, quasi discriminantes ab Homero, in his est Augustin. lib 3 contra Academ. cap. 4. Lactantius lib. 1. Diuin. Inst. & Seneca Epist. 59. & 86. & Patricius lib. 3. de Regno, ac multi alij. Et ideo Cœlius lib. 5. *Poeta Latinus.* Omitto alia attributa, tum quia ex supradictis Elogiis multa possunt hauriri. tum, quia non est animus omnia persequi:

nullum enim est caput horum elogiorum, quod non potuissem
duplo aut triplo, interdum quadruplo augere: & illud, in quo sum, verissimè centuplo,
verissimè millecuplo.

* * *

UVA. BHSC. BU 00239

CAPVT VII

RESTAT iam pars extrema Elogiorum. Hæc continebit honores, qui habiti Virgilio viuenti, qui habiti mortuo: demum testimonia illorum, qui dicunt eius nomen duraturum in omnem æternitatem.

Honores, qui habiti Virgilio VIVENTI.

IRREPSIT vi tantum ingenij ad familiaritatem Augusti, quo Principe nemo maior, potentior, felicior. Auctor vitæ Virgilianæ: *Quæcunque ab Augusto peteret, repulsam nunquam habuit.* Visus est sæpissimè Virgilius cum hoc Principe familiarissimè loquens: imò cum eo potissimum, an imperium deponeret, communicauit: & eius consilio confirmatus retinuit. Hunc Augusti amorem in Vatem Horatius attingit Epist. 1. lib. 2. *Dilecti tibi Virgilius, Variúsque Poetæ.* Scripsit sæpe ad illum Augustus, mittebátque literas, quibus petebat, vt aliquid ad se carminum transmitteret. Scribit hoc Claudian. Epist. ad Olibr. *Dignatus tenui Cæsar scripsisse Maroni.* Et Tacitus dialogo de Orat. (quod opus alij Quintiliano attribuũt) adducam verba, quia nonnulla alia attingit de honoribus Virgilij: *Malo seuerum & secretum Virgilij secessum, in quo tamen neque apud D. Augustum gratia caruit, neque ad populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolæ, testis ipse populus, qui auditis in theatro Virgilij versibus, surrexit vniuersus, & forte præsentem aspectantémque Virgilium veneratus est sic, quasi Augustum.* Quod hoc Elogium! Sed omitto Augustum. Proceres omnes, qui aulam Augusti frequentabant, mirè sibi deuinxit Maro. Phocas ait:

Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipsa magistrum
Roma potens, procerésque suos tibi iunxit amicos:
Pollio, Mecœnas, Varius, Cornelius ardent,
Et sibi quisque rapit per te victurus in æuum.

Ait Seru. 2. Ecl. Virgilium exceptum fuisse prandio à Pollione, & accepisse dona à magnis principibus: nam Alexandrum puerum à Pollione, à Leria fœmina nobili Cebetem. Assinius quoque Gallus Assinij Pollionis filius amicissimus fuit huic Vati, quod in 10. Ecl. scribit Seruius. Fauorem hunc Poeta ipse attingit 2. Ecl. *Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, Musam.* Quàm carus Mecœnati Virgilius fuerit, nemo est, qui ignoret: ad huius Principis fauorem refert Martialis Musam Maronianam, nam illo flante hæc diuinos sumsit spiritus. Sed, omissis Principibus, pergo ad populum, cui carissimus fuit Virgilius. Dicunt Auctores eius vitæ, adeò illum fuisse in pretio, vt Romæ semper in via digito indicaretur à populo, clamaréntque omnes illo viso, DELITIAS ROMÆ. Studium hoc populi, mirúmque affectum in illo amando indicat Phocas his versibus, attingens historiam Centurionis filius, qui penè Virgilium interfecisset,

——cum pene nefando
Ense perit. Quid dextra furis? quid viscera Romæ
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas, ipsumque ducem, nisi Mantua dicat.
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
Itur ad Auctorem rerum: quid Martius horror
Egerit, ostendunt; quid tum miseranda tulisset.

Sed hunc amorem erga se suauissimè expressit Poeta ipse 9. Ecl.

Heu,

UVA. BIBSC. BU 00239

Heu, cadit in quenquam tantum scelus! heu, tua nobis
Penè simul tecum solatia rapta Menalca!
Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?

Iam quis amor, quis ille plausus, quo assurrectum est Virgilio ab vniuerso populo? Datus est enim illi idem honos, qui Augusto. Adduxi iam hoc ex Tacito, ad quem alluſit Polit.

Ipsa illi, quem vix ducibus largiris honorem,
Sponte feres, totóque assurges Roma theatro.

Quis ille fauor, quo eius versus recitati in theatro sunt, admirantibus omnibus, atque vno, qui instar omnium, Tullio, exclamantéque in suam & Virgilij laudem, MAGNÆ SPES ALTERA ROMÆ. Iam, quas sibi diuitias viuens parauit? quod non modicum argumentum pretij, quo habitus est. Nam certè Plato & Dio Chrysostomus colligunt, Homerum in nullo pretio fuisse, cùm in viuis esset, quia fuit pauperrimus & egentissimus. Budæus lib. 3. de Asse ex Auctoribus vitæ Virgilianæ: *Posſedit Virgilius prope centies seſtertium ex liberalitatibus amicorum. Habuitque domum Romæ in Æſquiliis, quamquam seceſſu Campaniæ, Siciliæque plurimum vteretur. quæcunque ab Augusto petiit, repulſam nunquam tulit. Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis amiſit. Heredem fecit ex quadrante Auguſtum. Centies seſtertium ducenta quinquaginta aureorum millia valet: quare non fruſtrà Iuuenalis eius meminit, vt copioſi, Satyra ſeptima.* Hæc Budæus. Idem ait, Virgilium pro versibus vno & viginti, quibus laudat res Marcelli, accepisse ab Octauia supra quinque millia aureorum. Sed pergo ad gloriam, quæ secuta est mortuum.

Honores, qui habiti Virgilio MORTVO.

HOc satis explicat grande illud Augusti Elogium, vetantis combuti Æneidem, nam hoc iusserat Vates ipse. Versus Augusti sunt:

Ergo ne, ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas! ergo ibit in ignes,
Magnáque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah, ſcelus indignum! ſoluetur litera diues?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo? dignúmque oculis ſeruare decorem?
Pulcer Apollo veta, Muſæ prohibete Latinæ, &c.

Hoc sensit magnus ille Princeps. Quid illi penè par Alexander Seuerus? Lampridius in eius vita: *Virgilium Platonem Poetarum vocabat, eiuſque imaginem cum Ciceronis ſimulacro in ſecundo Larario habuit, vbi & Achillis, & magnorum virorum.* Quis hic honor? Quis etiam ille, qui est apud Iouianum lib. 5. de Obedientia, Mantuanos adhuc insigne gentis suæ præferre caput Virgilij in ædificiis & monumentis publicis, sicuti Sulmonenses Ouidianum illud, *Sulmo mihi patria eſt*: & Brodæus in lib. 3. Anth. ait, adhuc à Mantuanis insculpi in nummis effigiem Virgilij, sicut à Chiis Homeri, à Lesbiis Sapphus. Quid si ad doctos imus, qui mortuum Virgilium summopere coluerunt? De Silio Italico ita scribit alter Plinius lib. 3. Epist. *Multum vbique librorum, multum ſtatuarum, multum imaginum, quas non habebat modò, verumetiam venerabatur: Virgilij ante omnes, cuius natalem religioſius, quàm ſuum celebrabat: Neapoli maximè, vbi monumentum eius adire, vt templum, ſolebat.* Et Iouian. in lib. de liberalitate: *Silius Italicus ſepulcrum eius quotidie penè*

VVA. BHSC. BU 00239

inuiſebat, atque adornabat muneribus. Martial. lib. 11.

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis. Et infrà,

Jam prope deſertos cineres, & ſancta Maronis
Nomina, qui coleret pauper, & vnus erat.

Fatebatur enim Silius latens in ſepulcro Maronis ex frigidis eius oſſibus, & cineribus incaleſcere ad diuinum ſpiritum, & ad effundendum carmen. Idem de ſe fatetur Hieron Vid. lib. 3. Poetic.

Virgilij ante omnes læti hîc ſuper aſtra feremus,
Carminibus patriis laudes, decus vnde Latinum,
Vnde mihi vires, animus mihi ducitur vnde.

Paria de ſe Papin. lib. 4. Sylu.

--Maroneoque ſedens in margine templi
Sumo animum, & magni tumulis accanto Magiſtri.

Iouianus quoque ait, ab Actio Sannazaro locum, in quo iacuit ſepultus Virgilius, religioſiſſimè & cum veneratione coli, adiríque frequentiſſimè. Adeò hic mos colendi, & penè adorandi Maronis enituit æuo Martialis, vt dicat ipſe lib. 12.

Maiæ Mercurium creaſtis Idus.
Auguſtis redit Idibus Diana.
Octobres Maro conſecrauit Jdus.
Jdus ſæpe colas & has & illas,
Qui magni celebras Maronis Jdus.

Parem facit Mercurio, & Dianæ: nam, vt ille Maium menſem, illa Auguſtum conſecrarunt, ita Maro Octobrem ſuo natali. Pari gloria Auſonius in ed.

Sextiles Hecate Latonia vendicat Idus,
Mercurius Maias, ſuperorum adiunctus honori,
Octobres olim genitus Maro dedicat Idus.

Iam, quo pretio habitus eſt hic Vates à magno doctore Auguſtino? cuius lectioni illum fuiſſe deditiſſimum ſatis liquet ex libro 2. eiuſdem contra Academicos. & lib. 1. de Ordine ita ſcribit: *Ante cœnam dimidium volumen Virgilij audire quotidie ſolitus eram.* Narrat Agellius lib. 2. librum ſecundum Æneidos emtum à viro quodam docto *viginti aureis.* adeò in pretio hic Vates habitus. Huic par illud, accepiſſe Virgilium ab Octauia pro ſingulis verſibus Marcelli dena ſeſtertia. Summam conficit Budæus de Aſſe. Lege illum. Tranſeo ab his rebus ad alias. Fuerunt Principes verſatiſſimi in lectione Virgiliana, hoc enim pertinere arbitror ad honores, in quibus ſum. Exemplum ſit Nero apud Suetonium, Diocletianus apud Vopiſcum in vita Numeriani, Gordianus apud Capitolinum. Iam verò, cuius Poetæ verſibus magis gaudent Principes illuſtrandis ſuis ſtemmatibus, & inſignibus, quàm Virgilianis? Eſt hic honos peculiaris datus Virgilio. Exemplum huius rei nullum adhibeo, quia alio loco de Hieroglyphicis Virgilianis laborem inſtituo. Abſoluam hunc locum recitatis aliquibus Elogiis Mantuæ vrbis, quod in ea natus ſit Virgilius, nam hic honos totus redundat in Poetam. Ait Iouianus lib. 2. de Fortuna: *Jlluſtrauit Mantuam ſeu viatoris ſeu figuli filius Virgilius Maro. Cur natura non hoc ipſum conceſſit primario ciuium alicui.* Silius lib. 4.

Mantua Muſarum domus, vſque ad ſidera cantu
Euecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris. Phocas:
Mæonij ſpecimen vatis veneranda Maronem
Mantua Romuleæ generauit flumina linguæ. Martial. lib. 1.
Marone felix Mantua eſt.

Manto

UVA. BHSC. BU 00239

Manto apud Politian. ita cum Mantua loquitur:

Surge, parémque astris contende educere molem,
Pyramidum supra sumtus proh, quanta manet te
Gloria, quam longum senibus celebrabere seclis?
Nascetur, video, supera tibi missus ab arce
Sidereus vates, alti cui nominis haustum
Mens cœlo cognata ferat, &c.

Cœlius lib. 7. *Debet multum Latina res Mantuano cœlo, sub quo eloquentiæ specimen longè clarissimum & natum, & parte quadam educatum est.*

Honor Virgilij futurus ÆTERNVS.

HVius rei præcones sunt Martialis lib. 11.

Rura vel æterno proxima Virgilio. Ouid. 1. Amor.
Tityrus, & segetes, Aeneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit. Hilasius,
Lucis damna nihil tanto nocuere Poetæ,
Quem præsentat honos carminis, & plutei. Maximianus,
Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo,
Nomen inextinctum Virgilius meruit. Politian.
Cui decus omne suum cedet stupefacta vetustas.

Iterum, *Perpetui vatis*, id est, duraturi semper. Et ad finem grandi Elogio:

At manet æternum, & seros excurrit in annos
Vatis opus, dumque in tacito vaga sidera mundo
Fulgebunt, dum Sol nigris orietur ab Indis,
Præsia Luciferis aderit dum curribus Eos,
Dum ver tristis hyems, autumnum proteret æstas,
Dumque fluet spirans, refluétque reciproca Tethys,
Dum mista alternas capient elementa figuras:
Semper erit magni decus immortale Maronis,
Semper inexhaustis ibunt hæc flumina venis,
Semper ab his docti ducentur fontibus haustus,
Semper odoratos fundent hæc gramina flores;
Vnde piè libetis apes, vnde inclyta nectat
Serta comis triplici Iuuenalis gratia dextra.

Macrob. lib. 6. Sat. opus Virgilij *æterno mansurum est.* Magnus Imperator in laudem sui Vatis procliuis ita canens:

Imò sit æternum tota resonante Camœna
Carmen, & in populo Diui sub nomine nomen
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

Demum Virgilius ipse ait, tubam suam diutissimè audiendam. Quæ res peti debet ex historia. Ea est talis. Philistus rabula contumeliis Virgilium proscindebat coram Augusto. Tacebat Vates. Philistus illum elinguem appellabat, tum demum Maro: *Tace rabula, hæc mea taciturnitas Augustum defensorem meæ causæ fecit; cáque tuba, cum qua loquor, vbique & diutissimè audietur. Tu loquacitate tua non tantùm aures hominum, sed & muros rumpis.* Historiam hanc Hartungus Decuria 3. adducit ex Tiberio Claudio: attigit illam Erasmus in Prouerbio *columnas rumpere.* Ergo, modò per *tubam* intelligat sua carmina, modò Augustum ipsum; certè diutissimè illa audienda est.

FINIS

VVA. BHSC. BU 00239

P. Virg. Mar. Elogiorum Cap. Septimum.

FINIS ELOGIORVM.

ABSOLVAT tot Elogia Macrobij sententia illa 1. Sat. *Hæc est Maronis gloria, vt nullius laudibus crescat, nullius vituperatione minuatur.* Itaque nihil hîc à me dictum est pro meritis Virgilianis, præsertim cùm magnam partem amputauerim causſa euitandi fastidij.

Salue iam diuinissime Maro, Phœbi soboles, decus Musarum, orbis gloria, assertor Latij, ingeniorum altor, naturæ idea: cùm Poetam alium, præter te, legi video, laudari, probari, mentem statim amouco, totus oscito, totus torpeo; si tu legeris, laudaris, probaris, mentem illico adhibeo, excitor, succedítque quicquid instituo.

AD LE

AD LECTOREM.

DIVIDO, vt vides, Lector humanissime, has in Virgilium lucubrationes meas in *Argumenta, Explicationes, Notas*.

In ARGVMENTIS breuiter comprehendo partem illam carminum, quam declarandam suscipio: & ita, vt interdum annectam verba superioris argumenti cum præsenti. Itaque, si quando videatur desiderari verbum in aliquo argumento, quærendum est ab superiore.

In EXPLICATIONIBVS non solùm sententias singulas explano, sed vniuersas annecto, expendens interdum mentem Poetæ: interdum (inquam) & vt visum aptius, nam si id semper, iusti Commentarij vicem haberet. In explicando autem hanc sæpe rationem teneo, vt synonymo aliquo (& sæpe intra parenthesin inclusо) mentem Poetæ aperiam. In hac parte (si quando est necesse ad captum nouitij lectoris) literam ordino, sed id perquam rarò, nam Virgilius perquam rarò indiget hac diligentia: cùm illi, quantum est in rebus ipsis profunditatis, & reconditæ doctrinæ, tantum sit in verbis claritatis.

In NOTIS multa est rerum varietas pro ipsa rerum varietate, quibus Poeta est plenus. In his enim iam Explicationem meam firmo, adductis aut Auctoribus, aut testimoniis, quibus innitor. Iam profero alias aliorum explicationes, sed id rarò, vna, vt plurimum, contentus: iam vim vocum, iam etymologiam persequor, si hæc præsertim conducere ad sententiam potest. Sæpissime patefacio Græcorum & Latinorum loca, quibus Poeta institit: sæpissime item illorum loca, qui post Virgilium fuere, & qui institere illius vestigiis. Quod cur faciam, quæso diligenter attende. Destinaueram aliquando Poesin docere, & hac de re laboris aliquid in lucem dare, sed abstinui ab his præceptis, & satius duxi ipsa exercitatione præcepta patefacere. Qui? dices. Audi. Solet Virgilius sæpissime ita Græcorum loca imitanda suscipere, vt, quæ in Græcis desunt, addat; quæ in illis redundant, adimat; quæ in illis sunt imperfecta, & parum culta, perfectiora & nitidiora labore suo, & industria reddat. Hæc res ita est efficax ad docendam Poesin, vt nulla fortasse magis. Fiet enim, vt Maroniano ductu quisque doceatur, res omnes aut narrare grauiter, si narratione vtendum, aut luculenter amplificare & exornare affectibus, iam ad persuasionem, iam ad commiserationem. Hæc res indicari nullo modo potest, nisi exemplorum copia, visisque testimoniis Græcæ & Latinæ eloquentiæ. Iam verò, quanta est vtilitas scire, vti posteriores post Virgilium Poetæ versus suos illustrauerint, arrepto ab hoc Principe aut attributo aliquo, aut sententia, aut locutione. Non dubium, quin nouitius Poeta intendat acriùs ad imitationem Virgilij, si videat vti Horatius, Papinius, Silius, & plures alij Virgilium sibi imitandum susceperint. Ex eodem docendæ Poeseos studio natum, vt sæpissime coniungam varios aut Poetas, aut auctores alios, qui rem eandem vario flexu extulerunt: vt locutionem perficiat, qui ad Poesin adspirat, atque ita hæreant animo maiorum monumenta pulcerrima. Pergo ad alia, quæ in Notis habeo. Interdum infero locos communes de re, quam Poeta attingit, vt de obedientia, de fluxu rerum humanarum, de aliis item: idque multorum precibus vexatus, nam quantum in me fuit, amputare hos locos voluissem. Fabulas porrò, & historias multi enixè, vt narrarem, petierunt: sed vicit nemo, quid enim fabulas narrarem, quæ vel in ipsis Dictionariis Latinis abundè

UVA. BHSC. BU 00239

abundè exstant? Itaque, tantum de fabulis assumo, quantum necessarium est ad Vatis explicationem nouam & indictam hactenus. In illustrandis præceptis Georgicorum parcus non fui, in qua re iudicabit contra me aliquis, qui sentiat, pauciora interdum testimonia sufficere: sed, vt plura coniungerem, mouit me aliorum Interpretum inopia, videbam enim non satis hanc Virgilij partem esse illustratam. Ex Interpretibus Virgilij, qui ante me Commentarios ediderunt, vni, vt plurimum, adhæreo Germano Valenti, Guellio P. P. cuius iudicium mihi visum est grauissimum. In conuertendis Auctoribus è græco sermone in Latinum, sequutus sum probatissimos Interpretes, huius rei litem meam non faciens, nisi quid illi peccent, tum enim adhibendæ sunt manus vulneribus Interpretum. Hæc sunt ferè, quæ te Lector scire volui in ipso aditu. Tu diligentia nostra fruere, & labores nostros in Æneidem exspecta multo istis breuiores:

nam pars illa Poetæ iam multis peruagata ingeniis minore eget
labore; Georgica, quia parum trita, vberiùs
fuerunt explicanda atque illu-
stranda.

ECLO

UVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA PRIMA.

TITYRVS.

ARGVMENTVM.

VRBS Mantua vicina est vrbi Cremonæ. Fauerunt Cremonenses Cassio Brutoque percussoribus Iulij Cæsaris. Augustus rerum iam potitus, & profligatis hostibus, Cremonensem agrum veteranis suis assignauit (erat hæc tunc & pœna, & præmium; pœna victis, præmium victoribus.) Non suffecit militibus pars agri Cremonensis: iussum ab Augusto, vt eandem pœnam subirent Mantuani vicini. Ergo multis Mantuanis ablatæ sunt possessiones, & in his Virgilio; nam eius ruſculum, & tenues agelli venere in alienam potestatem. Hæc tam leuis occasio præbuit toti orbi tantum vatem, qui à Græcis gloriam Poeticæ facultatis eriperet, & ad Latinos transferret; qui rebus Romanis nouum lumen daret, qui Imperium Iuliorum tunc in incunabulis in omnium seculorum posteritatem propagaret: neque enim tantum gloriæ Augusto arma sua, quàm Virgilij carmina attulerunt. Ergo spoliatus agello suo Virgilius (cœlo illum vocante ad ostendandas feracissimæ ingenij opes) Romam contendit, vbi per Mecœnatem, alioſque in Augusti gratiam commendatus, & amissum agrum recuperauit, & multas denuo diuitias comparauit. Repræsentat in hac Ecloga Tityrus Virgilium, felicem iam, & lætabundum recuperata possessione; Melibœus reliquos Mantuanos miseros, & calamitoſos, quibus bona ademta sunt, neque restituta. Ideo cùm de se loquitur Melibœus, semper loquitur plurali numero, vt qui multorum personas gerat. Affectus omnes diuisi in lætitiam, & triſtitiam sunt: lætitia attollente Tityrum, triſtitia Melibœum deprimente. Demum Virgilius seruum se fingit, qui libertatis desiderio Romam profectus sit, & eam tandem in senectute consequutus.

MELIBOEVS, TITYRVS.

[a] TITYRE, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Syluestrem tenui musam meditaris auena.
[b] Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra
Formoſam resonare doces Amaryllida ſyluas.

A

ARGVMENTVM.

Dolet Melibœus se patrio solo exterminari, cùm interim Tityrus ocioſus, & lætabundus indulgeat amoribus Amaryllidis.

EXPLICATIO.

[a] LVDIBVNDI Tityri, id est, Virgilij lætitiã repræsentat, qui cubans sub fago, id est, quercus, aut esculo, operam daret syluestri Muſe, & Bucolico carmini.

[b] Comparat iam infelicitatem suam, & reli-

D quorum

UVA. BHSC. BU 00239

quorum Mätuanorum cum felicitate Tityri. Dum tu (inquit) canis, nos linquimus fines, sed quos? patriæ. Linquimus arua, qualia hæc? dulcia. Miserius dicam: patriam fugimus. In hac autem nostra fuga tu Tityre, lentus atque otiosus, indulges tuis amoribus; doces cantu tuo loqui ipsas arbores, ac resonare nomen tuæ Amaryllidis. Cùm ait *fugimus*, innuit exsilium, vel potius tegit, non ausus proferre præ magnitudine doloris.

Notæ.

Tityrus Virgilium significat.

1. TITYRE.] Latere sub hoc nomine Virgilium interpretes omnes dicunt, & præter illos Turnebus aduocato testimonio Calpurnij, qui loquens de Virgilio dixit, 4. Ecl.

Tityrus hanc habuit, cecinit qui primus in ilsis
Monibus Hyblæa modulabile carmen auena.

& iterum:

—qualis qui dulce sonantem
Tityron è syluis dominam deduxit in vrbem.

Sed quare pastori Italo, & canenti in Italia, inditum est nomen Tityri? Ratio triplex. Prima in promtu est, videlicet contendisse Poetam ad imitationem Theocriti, qui id nomen dat cuidam pastori, Idyl 3. Altera, ductum id nomen à nomine

Tityrinus instrumentum musicum.

instrumenti musici, dicti in Italia Tityrini, qua de re Athen. ita scribit lib. 4. Ὁ γὰρ καλάμινον αὐτὸ πνέων καὶ τοῖς δὲλ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ δοκοῦσιν. ὁὶ Κρητικίδωρος ἱστορεῖ ὁ Λεσβοφάνου ἐν δ' τέρᾳ δὲλ Δάφνις δ': *Tibiam è calamis factam Tityrinum vocant Dores Italici, vt refert Artemidorus Aristophanius, lib. 2. de Doride.* Adnotarunt hoc Victorius in Var. Lectionib. & Ianus Parrhas. in Claudianum, à quibus alij accepere. Tertia est, ita dictum pastorem à saltationibus, quæ propriæ huius generis hominum. Rem ducas ex Æliano, sic scribente lib. 3. var. hist. c. 40. Ὅτι οἱ συγχορεύοντες διονύσῳ σάτυροι ὅσοι, οἱ ὑπὸ τοῦτον Τίτυροι ὀνομαζόμενοι, ἔχον δ τὸ ὄνομα ἐκ τῶν πλεισταμένων, οἷς χαίρουσι Σάτυροι: *Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros appellant. Habuerunt hoc nomen à tetersinaris, hoc est, lasciuis & procacibus saltationibus, quibus gaudent Satyri.* Addas, si voles, quartam Grammaticorum veterum rationem, qui dicunt, hircum Afrorum lingua vocari Titytum: ac perinde eandem eponymiam mansisse hircorum custodi. notauit hoc Victorius. Seruius tamen tantum ait, hircum maiorem dici Tityrum Laconibus.

2. PATVLÆ.] Arbor patula est, vel cui hiatus est in ipso cortice; vel quæ grandibus ramis diffunditur in ambitum, patétque in omnem partem, neque cuneata est. Postremum ad Poetæ mentem, qui pastorem suum inducit ludibundum ad vmbram diffusæ arboris. Ex qua mente Papin. 3. Sylu. *Patula defendimus arbore Soles.*

3. RECVBANS.] Pari voluptate fruens inducitur pastor quidam à Theoc. Idyl. 7.

—ὑπὸ δ' δρυσὶν, ἢ ἀκαντώσαις
Κὰὐ μακεδόνικὸν κατακέκλιτο.

Sub quercubus, aut piceis suauiter modulans reclinatus erat. Et alter à Calpurn. 4. Ecl. his versibus:

Ecce nihil querulum per te Meliboee sonamus,
Per te secura saturi resonamus in vmbra,
Et fruimur syluis Amaryllidos.

Venus item apud Ouid. 10. Metam. requiescit sub vmbra populi:

Sed labor insolitus iam me lassauit, & ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbræ:

Datq; thorum cespes: libet hic requiescere tecum.

Anacreon ipse propinare vult super teneris recubans myrtis, supérque lotis virentibus. & Bathyllum sic inuitat,

Παιδὸς τῶν σιλίῳ Βάθυλλε
Κάθιζον:

Ad vmbram sede ô Bathylle.

4. TEGMINE.] Tegmen dat arbori, vt Ouid. *tego*, & Proper. *tectum*. ille in Oenone: Tegmen de arboribus.

Sæpe greges inter requieuimus, arbore tecti,
Miscaq; cum syluis prabuit herba thorum.

Hic lib. 1. *Vnum litus erat sopitis, vnaq; tecto Arbor.* Hieronym. ad Heliodorum: *Tu frondosæ arboris tectus vmbraculo molles somnos carpis?* Plin. lib. 10. c. 33. *fronde protegere.* Arist. 2. de Anima. c. 1. folium arborum vocat σκέπασμα: *tegmen.* Cyprian. in Hymno: *Ecce sub ingenti ramorum tegminis vmbra.* Volunt aliqui Virgilium hoc versu habuisse ante oculos Lucretium, qui lib 1. *Nec res vlla queat sub cœli tegmine poss.* Hoc si est, cur non & Tullium 2. Nat. canentem ex Arato: *Inde est ales auis lato sub tegmine cœli.*

5. FAGI] Interpretes & multi alij capiunt eã arborem, quam Hispani dicunt *haya*. Non sic est. Proprie fagus est, *Encina, carrasca*, omnino quercus, aut esculus. Eustathius Il. 5. φηγὸς ἡ δρῦς λέγεται παρὰ τὰ φαγεῖν: *Fagus est quercus, sic dicta ab esu.* Glosse. φηγὸς, *fagus, esculus.* Deinde; est nemo, qui non faciet fagum arborem glandiferam, ex qua & nunc fues edant, & olim homines victitarint: hanc autè nullam esse aliam, quàm quercũ, aut eius generis aliquam, perspicuum est. Plin. lib. 16. c. 6. ita ait: *Glans fagea fuem bilarem facit, carnem coquibilem, ac leuem, & vtilem stomacho: ligna suem angustam, nitidam, strigosam, ponderosam: querna diffusam, & grauissimam.* Quibus verbis videtur mihi Plin. signare triplicẽ glandem, esculi, ilicis, quercus. Dioscorides quoq; glãdiferarum arborũ species istas constituit, quercum, ilicem, fagum. Est etiam mihi hoc argumentum. Scribit Pausan. in Attic. fuisse in templo Dodonæ fagũ sacram Ioui. Et procul dubio, cùm alias sciamus quercum eidem Deo, & in eodem templo sacram fuisse; necessariò, quod Pausan. de fago scribit, intelligendũ videtur de quercu. Iuuat etymon, vt putem. fagum eãdem esse cum esculo: nam sicut Græcis fagus dicitur ab esu, ita ab eodem Latinis esculus. Ergo Rouillius, qui distinguit inter phagum, & fagum, nõ apte videtur distinguere: eadem est arbor, tantùm Latini spiritum ademerunt, vt in plerisque opinionis nostræ est Ianus Parrhas. in Claudian. lib. 3. Rap. & Ioan. Fungerus in Etymologico. Rembertus quoque Dodonæus apertè ait, fagum Latinam respondere phago Græcæ. Itaque quamuis postea *haya* nominet, facile homo non Hispanus venire in errorem hunc potuit. & Turn. qui ex vetere lexico exponit esculum φηγὸν Galarnφόρον. & Germ. qui ista amplectitur in Paralip. ad 2. Georg. Fagus, quid.

6. SYLVESTREM.] Signatissima vox ad exprimendum argumentum, Bucolici huius & pastoritij operis. Sciendum, longè aliud esse in Virg. & bonis omnibus scriptoribus, syluas, & agros: syluæ enim ad pastores pertinent, agri ad agricolas; syluę ad Bucolica, agri ad Georgica. Hinc sese aperiunt multa Virgilij loca, in quib. quoties rei pastoritiæ fit mentio, syluæ inseruntur, non agri. In sequenti Ecloga pastor Corydon querelas suas iactat montibus, & syluis. & 6. Eclog. *Nostra nec ornabis syluas habitare Thalia.* Sed id maximè firmatur præclaro illo exordio 1. Æneid. *Ille ego, qui quondam, &c.* vbi ait, *egressus syluis*, id est, bucolico, & pastoritio iudi- Syluestris ad Bucolica.

cio,

VVA. BHSC. BU 00239

cio, *coëgi arua parere colonis*. vnde sequitur, *Gratum opus agricolis*. Primus etiam versus huius Eclogæ, *Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi*, eandem rem indicat: fagi enim in montibus & syluis nascuntur; non in agris, qui ad messes, & fruges nati, & formati à natura. Ex eadem cognitione Lucret. lib. 4. *Fistula syluestrem non cessat fundere Musam*. Itaque legendam in Virg. *Syluestrem Musam*, non, *agrestem*, vt quidam volunt ex Quintil. lib. 9. cap. 4. Si enim legas *agrestem*, perit totum argumentum operis huius pastoritij, & inepte ponitur vox, quæ pertinet ad Georgica, non ad Bucolica. Nodum Quintiliani, qui hunc versum ita legit, *Agrestem tenui Musam meditaris auena*, soluerunt alij, ideo omitto. Sed adderem aliorum solutionibus, Fabium admisisse μνημονικὸν ἀμάρτημα, qualia multa sunt in bonis auctoribus. Ceterùm, cum versu Virgilij habet similitudinem ille Coluthi de Raptu Helenæ. Λέγεται καλαῖσιν λιγυρὴν ἐδίσκον ἀοιδὴν: *Agrestem calamorum ac dulcem persequebatur cantum*. Loquitur de Paride pastore.

7. TENVI.] Humilis, styli genus latenter indicat, ait Seru. qui proprius Bucolici carminis. Mihi videtur expressa vox Theocriti Idyl. 5. βουκολιάσδυν: bucolicè, & tenuiter canere, stylo vtique pastoritio.

Meditor, pro exerceo.

8. MEDITARIS.] Explico, exerces: ita syncerior & verior sententia. Explicatio hæc non abhorret à potestate huius verbi. Val. Max. c. 3. lib. 1. *Armorum tractandorum meditatio à Pub. Rutilio consule militibus est tradita*. id est, exercitatio. Infinita sunt loca in Vegetio, vbi *meditor* refertur ad exercitationem. Vt cap. 9. lib. 1. *Primis meditationum auspicijs tyrones militarem educendi sunt gradum*. & c. 17. *Hoc enim assidua meditatione faciebant, scilicet vt in tumultu prælij sine mora ascenderent, qui tam studiosè exercebantur in pace*. & cap. 19. *Nihil enim est, quod non assidua meditatio facillimum reddat*. & cap. 26. *Hæc si inmores assidua meditatione perceperint, facilius in ipsa dimicatione seruabunt*. Ausim dicere, nullum verbum crebrius in Vegetio, quàm meditor pro exerceo, meditatio pro exercitatione. Non itaque placent, qui Tityrum inferunt nescio quid altius cogitantem. Tãtum dicit: Exerces syluestrem Musam, canis syluestre carmen. Libanius quoque in Progym. μελετῶν nominat exercitationẽ illam, qua testudo se diu exercuit ad cursum, vt equum vinceret. & in Græco epigrammate lib. 2. μελετᾷν est, exercere se ad Oratoriam, vtique declamare.

9. AVENA.] Hæc tibia est calamina: conficitur enim ex calamo segetis; quod monet Dalecam. in Plin. Nisi quis velit pro fistula sumi, quæ pastoritium quoque instrumentum est. Hic adnoto, à Virgilio in hac, & reliquis Eclogis pastores induci cum syluestri modulo, & auena rustico instrumẽto (quod alij quoque fecerunt) eum alluſione fortasse ad primum ortum Musicæ, quam natam volunt inter pastores: nam hi natura duce, & auium concentu edocti eam primi inuenerunt, quod etiam adnotauit Iul. Scaliger. Nouo iuuenem Hispanum in regia Philippi Regis Magni prodigio similem, qui cùm nullas sciret literas, neque prima ipsa Musices elementa, tamen suauissimè modulabatur, & ore ipso exprimebat voces omnes omnium instrumentorum, auenæ, tibiæ, buccinæ, classici, cornuum, organorum; ad hæc sclopetorum sibila, æris tinnitus, bombos omnes: dicebat verò in vita pastorali vsum se tantùm magisterio rupium, & arborum, cùm in eas ventus ingruit, atque edit varia murmura, strepitus, sonores, raucedinem, mugitum: tum etiam attendisse ruentium fluminum cataractis & fragoribus, & inde excepisse quicquid sciret, non aliunde. Si quis tantùm audiret, neque videret, putaret se mera instrumenta videre, non humanam vocem.

10. DVLCIA.] Dulcedo, suauitas, & similia in mentione patriæ creberrima. Poëta iterũ 2. Georg. *Exsilióque domos, & dulcia limina mutant*. Coniungam hìc locum communem de patriæ amore, nihil ab aliis abradens, qui scripserunt communes locos, sed aliqua tantùm dabo, in quæ ipse incidi. Hom. Odyss. 9. Οὐκ ἐν γλυκίον ἧς πατρίδ' ἰδέσθαι: *Vt nihil dulcius sua patria*. Oppian. 2. Hal. Πατρὶς ἑταιρείοιση πελεμιζομένοιο πότμου ἄλλων: *Mortalibus patria dulcior est rebus aliis*. & 2. Cyn. φίλη πάτρη μερόπεσσι: *Cara patria hominibus*. Eurip. Phœn. Ἡ πατρὶς, ὡς ἥδιστα, φίλτατον βροτοῖς: *Patria, vt vides, carissima res mortalibus*. Idem apud Stob. Οὐκ ἐσθ' ὅτῳ βροτῶν ἥδιον πάτρας: *Nullum est suauius solum, quam quod nutrit*. Ouid. 1. Pon. El. 4.

Amor patriæ.

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Sid. Apollin. lib. 2. Ep. 2. *Nomen patrio mihi dulcius*. Ammian. lib. 20. *dulcedo vos patriæ retinet*. Sanè quo affectu patria ametur, indicant verba Camilli restituti Romam post exsilium, apud Liu. lib. 5. *Cùm abessem, quotiescumque patria in mentem venisset, hæc omnia occurrebant, colles, campique, & Tyberis, & assueta oculis regio: & hoc cœlum, sub quo natus educatusque essem*. Nec non histor. Vlyssis, de quo ita Iulia. Cæs. in Epist. *Sapientem illum Vlyssem, cum paruam, & asperam denique, Ithacam insulam incoleret, tamen neque Calypsûs, neque Alcinoi naturæ commutatio inducere potuit, τὸ μὴ τὴν ἰδέαν ἀντὶ τῶν αἰρέσεως, vt Ithacã, hisce omnibus non anteponeret*. Attigere hoc alij, resipiuntque omnes ad locum Homeri Odyss. 1. vbi de Calypsone Pallas ad Iouem dicit, ἀλλ' ὁ μαλακὸν. Tu reliqua. locus vulgaris est. Eandem sententiam ita celebrat Dio Chrysost. ora. 44. *Cùm re vera multa sapientes, & diuinè dixerit Homerus: nihil tamen dixit sapientius & verius hac sententia*, οὐδὲν γλυκίον ἧς πατρίδος. Synes. epist. 139. ὅτι μοὶ πατρὶς, ὅπι μοὶ πατρὶς, μοὶ τίμιον: *patria autem mea, eo quod patria, mihi est cara*. Ad hunc amorem pertinet illud Artem. lib. 1. c. 82. σημαίνει δὲ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ: *mater patria significat*. Tractat pulcrè hunc locum Philo Iudæus in lib. de Abraham.

11. RESONARE.] Ἠχέω Græcis est *sono*, & ἠχὼ *sonitus*, aut *Echo*. Inde est, vt cùm sæpe in Marone sonandi verbum audis, debeas Echo intelligere. Sic 5. Ecl. *Ipsa sonant arbusta*. & 6. *Vt lustus Hyla, Hyla omne sonaret*. Ergo ait, pastorem suo cantu efficere, vt sibi mutua voce syluæ responderent, & pronuntiarent nomen Amaryllidis. Obserua hìc, simplex verbum ἠχέω reddi non per *sono*, sed per *resono*. Sic & Gaza ἠχὼ non sonum, aut Echo reddidit, sed resonantiam. Idem obseruabis sequenti Ecl. *resonant arbusta cicadis*, cùm tamen Theocrit. ad idipsum verbum simplex jutulerit, Idyl. 16. τιλίδες ἀχῦ. & Auson. in Epig. *Commoritur Narcisse ubi resonabilis Echo*. & in Mosell.

——*resonantia virinque*
Verba refert, mediis concinnit sinubus Echo.

De resonante, & canente sylua, renoco in hunc locum, quæ dico 7. Ecl. ad illud, *arguta Ilice*, versu 1.

12. AMARYLLIDA.] Romam signat, aperiam postea.

VVA. BHSC. BU 00239

Tityr. [a] O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit:
[b] Námque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
[c] Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

ARGVMENTVM.

Enumerat Tityrus felicitates suas, quas Deo attribuit.

EXPLICATIO.

[a] NON rogauerat Melibœus, vnde tantũ bonum accidisset Tityro, tantum cum dolore mirabundus stupuerat, sibi non contigisse, contigisse alteri: sed Tityrus gestit benefactorem suũ Augustum prædicare, quem Deum nominat, à quo libertatem sit consecutus: nam libertatem signat per *otia*.

[b] Non est (lector) ista exigua laus, perinde est, ac si dicat. Alij Imperatores post mortem Diui habentur, & coluntur: mihi Augustus semper erit Deus, etiam viuens. Quamobrem illi vt Deo sacra faciam etiam viuenti agnis teneris, qui sæpe illius aræ imbuent effuso sanguine.

[c] Sequitur ratio duplex, cur Augustum habiturus sit Deum, cur illi sacra facturus: quia permittente Augusto iam errant, pascuntúrque liberè boues Tityrius: iam ipse ludibundus, quæ vult, canit, nemine impediente voluptates & solatia.

NOTÆ.

1. MELIBOEE.] Serv. & Pomponius Sabinus per Mœl bœum capiunt Cornelium Gallum. Addit posterior causſam, quia natus Cornelius, inter Cremonam, & Mantuam.

2. DEVS.] Hanc gloriam Augusto benefactori suo dat Maro. Nescio cur hinc Seruius adulationem excludat, nam hic honor vltra mortalem. Paria in aliis inuenias. Est in Athen. lib. 5. Πᾶσα ἡ πόλις τῶν ὑπὲρ ἀνθρώπων τιμᾶις ὑπεραίρουσα κατακαλεῖ τὸν Θεὸν Βασιλέα: *Obuia vniuersa ciuitas Regem ipsum appellat Deum honore vltra mortalem.* Et in Plutarchi Themistocle, Artabani ore loquentis de Dario Rege Persarum. Ἡμῖν δ' πολλῶν νόμων ἡ χαλὸν ὄντων, κάλλιστος τὸς ἔστι τιμᾶν Βασιλέα, ἡ σωτῆρα νομίζειν, εἰκόνα θεῖα πάντα σώζοντα: *Nobis cum multa sint & pulcra leges, hæc omnia est pulcerrima, qua Regem colimus, & adoramus, tanquam effigiem Dei seruantis omnia.* Itaque Virgilius simili adulatione demeretur Principem suum. Hæc consuetudo appellandi Reges Deorum nomine, ita peruagata est inter Ethnicos, vt præcipuè ad illam Prudentius lib. 1. in Symm. referat originem idolorum, cùm scribit:

Tantum posse omnes illo sub tempore Reges,
Indocilis fuerat quia ducebat inepta vulgi,
Vt transire suis cum sordibus Induperator
Posset in æternum cœli super ardua Regna.
Regia tunc omnis vim maiestatis, & omnis,
Parua licet, cœli imperium retinere potestas
Credita.

Ergo Virgilius hac insigni adulatione, maiorè ipse Augustum fecit, quàm Augustus ipse fauore suo vatem. Inde Sidon. in Præf. Paneg. maior.

Sed rus concessum dum largo in Principe laudat,
Cœlum pro terris rustica Musa dedit.

A *Nec fuit inferius Phœbeia dona referre:*
Fecerat hic dominum, fecit & ille Deum.

3. OTIA FECIT.] Placet commentatio Germani, *otia fecit*, id est, libertatem dedit: cùm ex sequenti illo, *Libertas, quæ sera tamen respexit inertem*, tum quod otium magis liberorum sit, quàm seruorum, vt qui assidua opera vrgeantur, & penso herili, iuxta prouerbium, quod affert Aristot. Polit. 7. ὁ γὰρ δοῦλος: *seruis non est otium.* Ad otia verò eiusdem versus, alludit Martial. lib. 1. Epig. 108. Otium nota libertatis.

Otia da nobis, sed qualia fecerat olim
Mecœnas Flacco, Virgilióque suo.

Tantum hic præsumtione quadam tribuit Mœcenati, quæ Virgilius Augusto. Locutionem, *facere otiũ* B Martial. variat per *dare otium*, tam loco adducto, quàm lib. 9. Epig. 104. de Domitiano: *Templa Dei, mores populi, & dat otia foro.* & de eodem lib. 12. Epig. 5. *Otia tuta dedisti.*

4. NAMQVE ERIT ILLE MIHI SEMPER DEVS.] Disiungit Græcorum ἀεὶ θεὸς & Disiunxit ante illum Calab. lib. 3. Θεὸς ἐσσεῖται αἰὲν: *Deus erit semper.* Interpretationem, quàm adhibui de Augusto, qui viuens adhuc coleretur vt Deus, attinguntnõnulli Interpretes. Nam Horat. Epist. 1. lib. 2. Augustus viuens vt Deus cultus.

Præsens tibi maturos largimur honores,
Iurandásque tuum per numen ponimus aras.

C & de Nerone Lucan. *Sed mihi iam Numen es.* Hactenus illi. Addo Tacitum, 4. Ann. *Cùm Diuus Augustus sibi, atque vrbi Romæ, templum apud Pergamum sisti non prohibuisset.* Itaque viuens adhuc ipse coli voluit, vt Deus. Idem firmat auctoritas Appiani, 5. Ciuil. Καὶ αὐτὸ αἱ πόλεις τῶν σφετέρων θεῶν συνίδρυον: *Ipsũ vrbes in Deorum suorum numerum asscripserunt*, videl. Augustum, victo Sexto Pompeio. A qua insania nõ abit vanitas Hispanorũ erga Tiberium Principem, & Anicij erga Neronem. De vtraque Tacitus. De priore lib. 4. An. De posteriore lib. 15. Hic mos videtur abolitus sequenti æuo, saltem non ita receptus, D cùm scribat Tertull. in Apolog. fuisse genus maledicti, si quis Imperatorem Deum vocallet, ante apotheosin, & adhuc iterum receptus: nam Ammianus, qui post Tertull. lib. 21. hist. de Vadomario quodam: *Iulianum assidue per literas Dominum, & Augustum appellabat, & Deum.* Sed redeo ad Augustum, ad cuius adhuc viuentis numen referas iusurandum per illum adhuc etiam viuentem. Quam rem disces ex altero versu Horatij iam adducto. Cõtinuatum hoc in aliis Principibus, quod liquet ex Tertulliano, Minutio, & aliis. Adi Lipsium 1. Ann. Taciti. Sed cùm sententiam Poëtæ multi referant ad formam E adagij quo Dij vocantur, qui sunt benefici, placitum exornare hunc locum. Narrat Dion. Halic. lib. 10. Antiq. Siccium Dentatum à militibus appellatũ, *Patrem, Seruatorem, Deum*, quia videl. seruati ab eo fuissent. Appian. in Syr. Ἄντιοχος ὃν ὑπὸ Θεὸν ἐπώνυμον ὑπὸ Μιλησίων γένεσθαι σφῶσιν, ἃ καὶ τοῖς Τιμάρχου καθεῖλεν: *Antiochus, cui Dei cognomen fuit à Milesijs primum indium, quod Timarchum tyrannum expulisset.* Paria ferme de Antigono, Polyb. lib. 2. hist. nam reuertens à victoria, collatísque in multos beneficiis, exceptus est non humanis solùm, sed etiam diuinis honoribus. Eutrop. lib. 8. post commemoratam liberalitatem Traiani Dij dicti, qui benefici.

Dij dicebãtur principes per adulationem.

UVA. BHSC. BU 00239

Traiani Cæsaris in cunctos, ita ait: *Oh hæc per orbem terrarum Deo proximus, nihil non venerationis meruit, & vivus, & mortuus.* Arnob. lib. 1. loquens de Christo Seruatore: *Pro multis, & tam liberalibus donis, quæ ab eo profecta in nos sunt, Deus dici appellarique debere.* Cic. 2. Nat. multa in hanc sententiam loquitur, ita enim ait: *Multæ autem aliæ naturæ Deorum, ex magnis beneficiis eorum, non sine caussa à Græcie sapientibus, & à maioribus nostris constitutæ nominatæq; sunt.* Post aliqua: *Vtilitatum igitur magnitudine constituti sunt ij Dij, qui vtilitates quasque gignebant.* Iterum: *Susceptit autem vita hominum consuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros, in cœlum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, & Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber etiam.* Huc pertinet illud Eurip. in Iphig. in Aulid. vbi enim Achilles pollicetur Clytemnestræ opem suam, quo non immoletur Iphigenia, sic ait inter alia:

Ἀλλ' ἡσύχαζε. Θεὸς ἐγὼ πάρειμί σοι
Μέγιστος·

Quieta sis, ego tibi maximus Deus illuxi. Sed notanda verba ista Materni, lib. ad Constantium & Constantem Augg. c. 7. *Amat Græcorum leuitas eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio, aut virtute se iuuerint, diuinis appellare nominibus: & sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, vt Deos dicant, vt Deos esse credant, qui sibi aliquando profuerint.* Addi hæc possunt Erasmianæ operæ Chil. 1. Cent. 1. c. 69.

5. ARAM IMBVET.] Calp. 2. Ecl. (*caper imbuat aram.*) Ex vtroque testimonio, atque etiam ex isto eiusdem Calp. 5. Ecl.

— *Tepidos tunc hostia cultros*
Imbuat.

Obseruabis verbum, *Imbuo*, pertinere ad sacra. Sententiam Poëtæ variabis ex illo Horatij 4. Carm.

— *ara auet immolato*
Spargier agno.

& ex illo Calp. 2. Ecl. *Sæpe vaporato mihi cessite palpitat agnus.*

6. AGNVS.] Euertit hîc Virgilius opinionem quorundam interpretum, qui aiunt, Augusti cultum tantùm, vt Deum Larem. Non sic est. Cultus quidem est vt Lar, & ideo thure, quod postea attingit: sed non vt Lar tantùm, imò vt quicunque alius è cœlestibus. Ad quam rem pertinet vetus inscriptio, quæ exstat Narbone, cuius partem adducere non grauabor, quia hæc vnicè Virgilij sententiam firmat. Erexit illam ea ciuitas in Augusti honorem. Ergo: PLEBS NARBONENSIVM ARAM NARBONE IN FORO POSVIT, AD QVAM QVOTANNIS IX. K. OCTOBR. QVA DIE, EVM SECVLI FELICITAS ORBI TERRARVM RECTOREM EDIDIT, TRES EQVITES ROMANI E PLEBE, ET TRES LIBERTINI, HOSTIAS SINGVLAS IMMOLENT, ET COLONIS, ET INCOLIS, AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS, THVS ET VINVM DE SVO EA DIE PRÆSTENT. ET IIX. K. OCTOB. THVS, VINVM, COLONIS ET INCOLIS PRÆSTENT. VII. QVOQVE IDVS IANVAR. QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM AVSPICATVS EST, THVRE, VINO SVPPLICENT, HOSTIAS SINGVLI IMMOLENT, ET COLONIS INCOLISQVE THVS, VINVM, EA DIE PRÆSTENT. ET PRIDIE K. IVNIAS, QVOD EA DIE T. STATILIO TAVRO, ET M. ÆMILIO LEPIDO COSS. IVDICIA PLEBIS DECVRIONIBVS CONIVNXIT, HOSTIAS SINGVLI IMMOLENT, ET THVS, ET VINVM AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS COLONIS ET INCOLIS PRÆSTENT. Vides, vt Augusto fieret res sacra, non vino solùm & thure, quæ sunt Deorum Lariumsed etiam hostiæ illi immolarêtur, vt vnicuipiam è cœlestibus. Nam hoc est vnicum discrimen inter Deos Lares, & cœlestes alios.

Augustus cultus vt vnus è cœlestibus.

7. ERRARE BOVES.] Duo dicit, errationem sibi liberam, & liberam cantilenam concessam. Vtrunque complectitur cum respectu ad hunc locum Sid. Apoll. Epist. 9. lib. 8. his versibus:

Tu iam Tityre rura post recepta,
Myrios, & platanona peruagatus,
Pulsus barbiton, atque concinentes
Ora, & plectra tibi modos resultant.

sed & verbum *errare* Plaut. variat, in Bacch. loquês cum respectu ad oues, *paluantes, palantes, grassantes, libere.*

8. LVDERE.] Verbum hoc pro canere positum Græca imitatione. Nam Pindarus in Olymp. vbi Hieronis laudes persequitur. Ludo pro cano.

Ἀγλαΐζεται ϑ' ἁπὶ
Μαινάδι ἐν ἀὼτᾳ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἀνδρες ἀμφὶ δαῖτα
Τερπνᾷ·

Splendescit autem Musices flore, qualiter nos frequenter ludimus ad mensam iucundam. Inde etiam cantilenas Græci vocant παίγνια, à lusu. Cùm verò dicat Tityrus, permissum sibi ludere, quod vellet, dummodo tantùm agresti calamo, putat Ioan. Scopas lib. 2. Collect. cap. 7 allusum ad legem, quæ fuit Romæ, nemo vt aliquid componeret, ni priùs ad ædiles accessisset, & impetrasset scribendi veniam: quam illi dabant, postquam perpenderant ingenij vires, capacitatem, doctrinam. Ergo datum Virgilio est, vt canat tantum agresti calamo, id est, ne excedat ab stylo agresti vltra legem, & veniam impetratâ, donec esset maturus ad altiora reponenda. Hinc ego Claudianum explico in præfatione quapiam. Vbi, proposito exemplo aquilæ explorantis filios ad intuitum Solis, absoluit:

Iam dominas aures, iam regia tecta meremur,
Et chelys Augusto iudice nostra sonat.

9. CALAMO AGRESTI.] Ita hîc *calamo agresti*, vt in Sileno, *agrestem Musam*, non tam poëmatis distinctione, quàm modestiæ caussa ad indicandum operis huius tenuitatem. Ita etiam Lucret.

Tum loca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
Censuerant, agrestis enim tum Musa vigebat.

id est, tenuis Musa, neque dum ad maiestatem & grauitatem aliquam auocata. Nam si distinctio operis quæreretur, dixisset, sylueştri calamo, sylueştrem Musam. ita ferme Erythr. Quibus soluitur argumentum, quod obiici poterat contra illâ, quæ dicta à nobis versu altero huius Eclogæ de sylueştri Musa.

Mel. Non equidem inuideo, miror magis. Vndique totis
Vsque adeò turbatur agris. en ipse capellas
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco.
Hic inter denſas corylos modò namque gemellos,

VVA. BHSC. BU 00239

Spem gregis,ah,silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen iste Deus, quis sit, da Tityre nobis.

ARGVMENTVM.

Pari silo Melibœus infeliciates suas,& rogat quis ille Deus.

EXPLICATIO.

NOn inuidet,sed admiratur Melibœus felicitatẽ Tityri. Adiũgit admirationis suæ rationem hanc, quia in vniuersis pastorum agris mira est rerum perturbatio,atque adeò incredibile penè fuit, res obtinere potuisse. Illud,*vsque adeo*,est, multum. Qualis verò fuerit hæc perturbatio, & confusio agrorum exemplo sui probat Melibœus. Ait enim, *en ipse, &c.* vt sententia sit oppositа his , quæ de se dixerat Tityrus hunc in modum. Tu lætabundus cernis errantes boues , ego æger sum , vide quàm alienus à tua lætitia:pecus meum ægrũ, vide quàm longè ab armento tuo errante.Cernis hanc capellam;vix, ô Tityre,humeris fero illam partu ægrotantem. Namque ea modò connixa in silice reliquit inter corylos gemellos spẽ gregis totius. Antequam hinc progrediar, expendam duos versus, qui pertinent ad partum. Vide lector , an maiores affectus excitari possent , si describeretur partus infelix primatis feminæ. *Connixa* difficultatem indicat parientis, ideo non, enixa. Iuuat hanc miseriam duplex loci circumstantia,densitas arborum, silex nuda:non itaque in loco aprico , non in solo herbido. Demum non vnus tantùm,sed duplex fœtus periclitatur:& hoc malum, ne leue putes , redundat in reliquum gregem.Quid hoc partu miserius, vbi omnia incommoda, nulla spes boni ? Pergit pastor. *Sæpe malum, &c.* Quercus afflatæ fulmine sæpe nobis hoc malum prædixerunt , nisi mens fuisset læua,id est,stulta. Sed age Tityre,dic nobis, quis iste erga te tam liberalis Deus?

NOTÆ.

1. NOn equidem.] Ex hoc fonte Alcimus Auitus lib.2. de Mundi origine:

Non equidem inuideo,miror magis:attamen iste
Cur Deus inuidit vobis ex arbore fructus?

Est, *Equidem*, ἐγωγε.

Turbo. 2. TVRBATVR.]Verbũ hoc ad seditiones pertinet, & ciuiles discordias, & ex ea nota illatum hic à Poëta.Sulpit.2. Sacræ hist. *Miscere omnia seditionibus,& turbare cœperunt.* Iterum:*discordiis turbari.*Sunt qui in Virg. legant, *turbamur.* Sed malè. Lectionẽ, quam exhibeo,Seruius tuetur,agnoscit Fabius, defendit Germanus. Addit postremus sic dictum Lucretij imitatione: *Ancipiti quoniam bello turbatur vtrinque.* Pierius quoque eam adducit ex perueteri codice.Est itaque *turbatur*,turbatio est.Cic.pro Sylla:*Quo facilius,quæ conabantur, efficeret , si in Hispania turbatum esset.*Vide Ptolemæum Anconitanũ in suis Coniectan cap.80.

3. PROTINVS.]Seruius explicat , *porrò tenus, longè à similibus.* Præstat Turn.qui explicat ante se,& prorsum.vti dictum à Cic.1.de Diuinat. *Præcepisse* A *que,vt pergeret protinus,quid retro,atque à tergo fieret, ne laboraret.*id est,prorsum.

4. DVCO.]Fortasse humeris, ex præcepto Calp. 5.Ecl.

Te quoque non,pudeat,cùm seruus ouilia vises,
Si qua iacebat ouis partu resoluta recenti,
Hanc humeris portare tuis,natósque parenti
Ferre sinu tremulos,& nondum stare paratos.

Et Nazianzeni in Carmine ad Vitalianum,qui pastori hoc dat munus,signata verba sunt, ἑὸν ὦμοισιν ἀείρας,tollens humeris suis, videlicet errantem ouem. Hanc pietatem attribuit Christo Seruatori Prudentius in Cathen.hymno 8.cùm ait,eius humeros grauari oue perdita. De eod.S. Paulin. Epi.5. B *Qui ipsam ouem,quam ab errore reuocauerit , humeris suis ad ouilia reportare dignatur.*& S.Hier.de fe.Epa.ad Theodos.& alios Anachoretas: *Ego ita sum , quasi à cuncto grege morbida aberrans ouis, quod nisi me bonus pastor ad sua stabula humeris impositum reportarit , &c.* Arator quoque antiquus poëta ad sanctum Vigilium Papam:

De gladiis rapiuntur oues pastore ministro,
Inque humeris ferimur,te reuocante pios.

Greg.etiam Naz. ait in Or.Paneg.Natalitij,Deum vagantem ouem inuenisse , atque humeris inuentam sustulisse. πανώμενον εὗρε , κ εὑρὼν ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνέκαλεσν.De pietate,qua tractandæ oues in via , lege Colum.lib.7.c.5. Ait Theoph.in cap.9. Matth. Ἀληθὲς δέ πειθῶ σ ἐσ τὸ ποιμαίνειν ἐπὶ τῷ ποιμένος. *Est officium veri pastoris,tangi misericordia erga gregem.* Philo in lib.de Agricultura ait , pastorem debere suis commodis præferre ouium commoda. Facit verò hic *duco* verbum pastoritium, sicuti in Culice pastorem ipsum vocat(ducem gregis.)Quæ attuli, indicant ouem sublatam humeris,non cogunt.

5 GEMELLOS.] Rectè monent Interpretes notari hic αἶγα διδυμαλόκον : *capram gemelliparam.* hac enim forma vsus Ouid. 5.Fast.

D 6. AH.] Hoc exemplo Virg. firmat S. Doctor Augustinus lib.de Grammatica, e extremo , interiectionem dici, quòd interrumpat orationem , interiaciatúrque. Interiectio, cur ita dicta.

7. CONNIXA.]Dixi hoc verbo innui partus difficultatẽ.Arn.lib.5. *fœminei moris difficul ter connixos.*

8. LÆVA.]Seru.per stultitiam explicat. & Interpres Sophoclis in Aiace ait:Οἱ παλαιοὶ ἀεὶ τὰ μωρὰ ἔλεγον. *Antiqui stulta vocabant sinistra.* Tractus est sermo à natura partis sinistræ ; quæ, quòd inferior sit rebus omnibus dextera , locũ dedit his locutionibus.Arist.lib.1.Hist.c.15.dixit, Ἀριστέρας λέγεσθαι τὰς δεξιὰς : *Sinistra infirmiora sint.* Ita Mitylus apud Athen. lib.13.δεξιὸς γέγραπται,id est , *Sinistras literas* , pro insuauibus, inuenustis,indoctis.& Artem.lib. 4.c. 58.coniungit Synonymicè ἄτοπα,ᾗ παλαιὰ,absurda & *sinistra.* Ab hac re nata opinio veterum, existimantium bonos & pios per dexteram rogi ire ad campos Elysios , malos & conscelerators per sinistram ad supplicium. De qua re exstat epigramma Egesippi,lib.3.Anth. E Læuus.

9. DE COELO TACTAS.]Nõ dubiũ,quin loqua- Tangi de tur de augurio proprio Iouis, quãdo quercus tacta cœlo, dicitur fulmine:nã & fulmẽ , & quercus sacra sunt Ioui.

UVA. BHSC. BU 00239

Ioui. *Tangi de cœlo* pro, afflari, & leuiter fulminari, phrasis Latij creberrima est. Tacit. 14. Ann. *Tacta de cœlo quatuordecim vrbis regiones.* Suetō. in Galb. c. 1. *tacta de cœlo Cæsarum ad-*. Pendet locutio a natura ipsius fulminis, quod tangit tantum. Minutius Felix in Octau. *Sicut ignes fulminum corpora tanguni, nec absumunt: sicut ignes Ætnæ, & Vesuij montis, & ardentium vbique terrarum flagrant, nec eroganiur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur.* Sciendum hic Latinis *obstita* dici, quæ obliqua sunt, & vitiosa Lucret. lib. 4. *Omnia mendose fieri, atque obstita, necesse est.* Inde traducta est vox ad ea, quæ fulminata, & tacta sunt de cœlo. Fest. *Obstitum, violatum.* Iterum, *Obstitum Cloatius, & Ælius stylo esse aiunt violatum, attactumque de cœlo.* Scio in Lucretio legi à nonnullis *obstipa*, sed perpetuus consensus librorum Festi, etiam veterum, ducit nos in *obstita*.

Obstita quid.

10. MEMINI PRÆDICERE QVERCVS.] Similis locus Senecæ in Oet. ore Herculis morientis:

Lux ista summa est, quercus hanc sortem mihi
Fatidica quondam dederat.

11. SÆPE SINISTRA.] Hunc versum non explicui, quem neque Seruius interpretatur, & in vetustissimis ferè omnib. desideratur, & doctorum sententia in id iam inclinat, vt putet esse suppositiū.

12. SED TAMEN ISTE DEVS.] Cum respectu ad hunc locum Seuerus Rhetor:

——— *dic age Tityre,*
Quis te suscipuit, clademque hanc fecit Deus?

Habetur tomo 8. Bibliothecæ Sanctor.

13. QVIS SIT.] Alij legunt, *qui sit*, amouentes literam propter ὁμοιοτέλευτον.

14. DA.] Pro dic, Seruio interprete. Sic contrà, *Accipe nunc Danaum insidias*, id est, audi. Cic. etiam Acad. 1. *Da mihi nunc, satis ne probari* id est, cedò. Nec dissimile est, hoc verbum accipi pro, *trado*, ex Nota Iani Parrhasij in Claudian. Nam Stat. 7. Theb. *Æsopus genuisse datur*, i. traditur. & Claud. ipse de Ætna:

——— *illic posuisse cruentam*
Ægida, captiuamque patet post prælia prædam
Aduexisse datur.

Do, das pro, dico.

20. Tit. [a] Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putaui
Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
[b] Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam.
25. [c] Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

ARGVMENTVM.

Nihil respondet Tityrus de Deo, sed agit tantum de Vrbe, in qua is Deum: & explicat qualem illam putauerit, qualē tam putet, omnia aptis comparationibus posita.

EXPLICATIO.

[a] ROGATVS Tityrus de Deo, qui se ad tantam felicitatem euexerat, pastoritia quadam ambage, de Deo subticet, & sermonem conuertit ad explicandam vrbem illam, vbi is Deus agit: est hæc Roma. mox, post versus aliquos explicabit, quis ille Deus sit. In omnibus autem his versibus affectat, vt apparet, pastoritiam quandam ignorationem. Ergo ait se, cùm Romæ nomen audierat, putauisse per stultitiam, eam similem esse Mantuæ, quò pastores solebant sæpe agnos suos conducere.

[b] Sententia est. Vt cognoscebam illos verè esse catulos, qui similes essent canibus: illos hædos, qui similes essent capris: ita cùm audiebam de Roma, putabam illam esse similem illi loco, in quo diuersabar; nam à paruis ad magna ascendebam.

[c] Aperit errorem suum. Ego id putabam, sed stultè: nam ita hæc vrbs superat ceteras, vt cupressi superant viburna lenta. Opponit præclarè rectam & erectam arborem arbori lentæ, quæ enim lenta sunt, eo ipso depressa, neque recta, neque erecta.

NOTÆ.

1. VRBEM] Romani suam Romam (vrbem) dixerunt, κατ' ἐξοχήν. Græcorum æmulatione, qui suas Athenas, ἄστυ. Ita ferè omnes existimant. Certè Thucydides lib. 2. non ipsas Athenas, sed tantùm Acropolin, id est, arcem Athenarum, ait, propriè dictam ἄστυ. Itaq; non in vrbis appellationem integras Athenas, sed illarum partem reponit.

2. PVTAVI.] Cum hoc verbo stultitiam coniungit, vt nos manu ducat ad verbi huius significatum: inuoluit enim secum ignorationem, & inscitiam. Cic. Ligar. *Ignoscite iuuices, errauit, lapsus est, non putauit, si vnquam posthac.* Val. Max. c. 2. lib. 7. *Scipio verò Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere, Nō putaram.* Seneca c. 31. lib. 2. de Ira, eandem sententiam Fabio attribuit, non Africano: *Turpissimam aiebat Fabius Imperatori excusationem esse, Non putaui.* Exempla obuia.

3. HVIC.] Mantuæ, ex Seruij interpretamento: fingit enim se pastoritiam vitā Mantuæ exercuisse.

4. DEPELLERE] Accipio hìc verbū in sua significatione, vt sit abigere, & ante se agere: vt sequenti Ecl. *Hædorumq; gregem virdi compellere hibisco.* In hanc mētem ducit nos particula, (*quo*,) quæ motum significat. Itaq; idem dicit, quod Nemes. 2. Ecl. *Stabulis pastos inducere tauros.* & 3. *oues conducere in vnum.* Si quis malit Seruium sequi, dicat, *Depellere*, esse, à lacte disungere.

5. CAIVLOS.] Propriè nam, tametsi de omnibus ferè animantibus dicantur catuli, propriè canum sunt.

6. PARVIS COMPONERE MAGNA.] Illustro hoc ex Thucydide, & Aristotele lib. 4 Georg. ad illud: *Si paruæ licet componere magnis.*

7. EXTVLIT.] Lucas Fruterius lib. 2. Verisim. c. 7. explicat verbum *extulit*, per verba attollit, effert. Putat enim esse præsentis temporis: nam veteribus in vsu fuit verbum tulo, & composita attulo, extulo, vt volunt prisci Grammatici, Priscianus & Sosipater. Adduco pro Fruterio tum notā Brissonij lib. 3. de verb. signif. vbi ait, in Pandectis sæpe vsur-

VVA. BHSC. BU 00239

pari, *constitit*, pro, *consistit*. Eadem repetit in Parerg. tum rationem; nam pastor non ait, floruisse olim Romam, sed tunc vere florere sub Augusto. Si quis tamen putet cum vulgo, esse præteritum, non pugnem. Nam hæc phasis Virgilij est, in 1. Æn. & 4. Georg. *Caput extulit unda*. Iuuat, ad Virgilij imitationem dixisse Velleium lib. altero: *super totum terrarum orbem Roma extulerat caput*. Et Vopiscum in Caro de eadem Roma: *passa deinceps tot Neronis, per Vespasianum caput extulit*. Ouidius quoque 1. Fast. *At postquam soluta loci caput extulit huius. Et tetigit summo vertice Roma Deos*. Et lib. 4. *Post, vbi Roma potens opibus, iam fœcula quinque Vicit, & edomito sustulit orbe caput*. Non dubium, quin hi omnes de præterito loquantur, & fortasse cum respectu ad vatem. Porrò de Romæ magnitudine, & potētia alibi loquor. Tantùm ad hunc locum, in quo fit comparatio eius vrbis cum aliis, remitto lectorem ad celeberrimum proœmium Dionysij Halicarn. vbi Romanam magnitudinem, dominatum, potentiam, manifestatē ostendit, facta comparatione cum imperiis Assyrio, Medico, Persico, Macedonico. Et demum absoluit, nullam esse gentem, quę de vniuersi orbis principatu contendat cum hoc populo. Ad id argumentum pertinet pulcerrima Liuij lib. 9. comparatio, de Alexādro Magno & Romanis ducibus. & quæ in Proœmio historię scripsit Appianus. Fortasse etiam eò spectat comparatio Alexandri cum Iulio, quam luculenter exlequitur idem Appian. 2. Ciuil. Videnda etiam comparatio inter Babyloniam & Romam, apud Oros. 2. c. 3.

Romanorum magnitudo.

8. VIBVRNA.] Genus est arbusculi flexile, & lentum, in sepibus & fruticis obuium: & quo rustici vtuntur ad colligandos fasciculos. Eius descriptionem, virtutem, florem, folia, formā, vide apud And. Matthiol. lib. 1. in Dioscor. Dictum à viendo, id est, ligando, explicatore Iunio. Inde apparet ratio epitheti, quę enim apta ad ligandum, lenta sint necesse est: & talia in altum non eriguntur. Sic Horat. 1. Serm. Satyr. 9. *lentissima brachia*, dixit, quæ ad cōplexus non attollerentur. & in Epist. *Examinat lentus spectator*, quia hic parum attollit animos. Hæc eò spectant, vt videas Poëtam bene oppositisse lentitiam sublatæ arbori.

Viburna vnde dicta.

9. QVANTVM LENTA, &c.] Hic videtur respexisse Nemes. 2. Ecl.

Si modò coniferas inter viburna cupressos,
Atque inter pinos corylum frondescere fas est.

& Paulin. Epist. 40. *Castaneis corylos, aquei, viburna cupressis*. Cum hoc filo comparationum proximus textus ille Oppiani, 2. Hal. vbi ait, tantum præstare Delphinos reliquis piscibus, quantum præstant aquilæ volucribus, leones feris, dracones reptilibus.

Mel. [a] Et quæ tanta fuit Romam tibi caussa videndi?
Tit. Libertas: quæ sera tamen respexit inertem:
Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen, & longo pòst tempore venit:
[b] Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
[c] Namque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi,
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

ARGVMENTVM.

Quærit Melibœus, cur eam vrbem videre optauerit? Respondet Tityrus, libertatem hanc esse, quam nactus est Romæ iam in senio. Obiter more amantium blanditur Amaryllidi, queritur de Galatea, tcēto semper sermone, quo Romam, & Mantuam signat.

EXPLICATIO.

[a] MERITÒ pastor & rogat, & admiratur, quæ tanta caussa pastorem fecerit deserere suā villulam? Romam ire: Cui ille: Libertas. Et quia hæc libertas illi accidit sera, & in senectute, ideo ait inerti accidisse: senes enim vtplurimum, inertes, otiosi, languidi. Bis repetit verbum *respexit*, quæ inculcatio pastoris suauis est, & profecta ex gaudio gestientis, & vix credentis receptum se in libertatem, etiamsi sera. Quæ sequuntur de barba candida, pertinent ad explicationem illius, quod præcessit, *libertas sera inertem respexit*. Quasi dicat: Vis scire quàm sera libertas, quàm ego inersiam eram capite cano, iam tonsori meo barba mea cadebat candida.

[b] Ponit summam libertatis adeptæ, seruitutis ademtæ. Habeo libertatem, ex quo me habet Amaryllis, id est, Roma: exsui seruitutem, ex quo me reliquit Galatea, id est, Mantua.

[c] Cùm præcesserit mentio Galateæ, fatetur ingenuè se, quamdiu sub illius dominio fuit, nec spem habuisse libertatis, nec curam peculij, quo se redimeret. Nam quamuis oues, quæ ad victimam vendebantur, multæ ex suis septis exirent; & quāuis multum caseorum conficeret ad vsum vrbis, nunquam tamen eius dextera domum redibat ære grauis, numis onerata. Explicui vtcunque: sed hic vnicè videndæ Notæ, quas iam do.

NOTÆ.

1. ET QVÆ.] Sic legendum: non, ecquæ.

2. LIBERTAS, QVÆ SERA.] Necessaria ad totam hanc Eclogam Nota Turnebi, qua dū caruimus, ea in tenebris fuit. Debent omnes huic viro Eclogam hanc elucidatam. Adumbrat Virgilius in suo Tityro, verè in se, imaginem serui, qui libertatis cupiditate Romam profectus sit, & ea tādem sit potitus in senectute, vt fieri plerūq; solet: neque enim serui in florenti ætate, & cùm apti sunt ad labores, consequi libertatem solent; sed cùm inutiles sunt in senectute: hinc est, vt Poëta, etiamsi tunc esset iuuenis, de se tamen loquatur, vt de sene, & dicat libertatem sibi sero atque inerti contigisse, & cana

UVA. BHSC. BU 00239

& cana iam barba. Ad Notam hanc recurrendū erit in multis, quæ dicentur in hac Eclloga. Iuuo Notam Turnebi ex veterum formula, quam mihi aperuit Laurentius Ramirius, adolescens bonæ spei in lite-

Spectatus satis de seruis. ris. Cùm seruo libertatem dabant, dicebant, *Spectatus satis.* quo significabant, diu iam seruiisse. Si enim in florente ætate consequeretur libertatem, nō esset satis spectatus. Clarè Ter. Adelph. act. 5. Scen. 6. *Nā is mihi profectò seruus spectatus satis.* Profert Laurent. ex Pet. Ciaconio paxillum L. Getæ, qui fuit libertus M. Tullij, in quo paxillo inerat forma ista, *Spectatus satis*, & hoc maximè nomine consequebatur libertatem L. Geta. Itaq; cum Horat. dixit, *Spectatum satis, & donatum iam rude quæris*, sumsit locutiones, primā à seruitute, alteram à ludo gladiatorio?

Respicio, fauorem Deorum indicat. 3. RESPEXIT.] Aduertit ex Passeratio Germanus significari hic Libertatem Deam, cognomento, *Respicientem*, hoc est, felicem, & propitiam. Vt apud Cic. in Leg. *Fortuna Respiciens.* Et apud nostrum 2. Æn. *Iuppiter Aſpiciens*, eo versu;

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,
Aſpice nos.

Et apud Apollon. 2. Arg. Ζεὺς Ἐπόψιος: *Iuppiter Inspector.* Hactenus ille. Addo Calabrum lib. 1. qui de Ioue loquens, ὃς Ἴλιον αἰὲν ἐοῖς ὀπιδέρκεται ὄσσοις: *qui Ilium semper suis oculis respicit.* Plautum Bacchid. *Tace modo, Deus respiciet nos aliquis.* & in Captiu. cum præcessisset verbum Hegionis, *Respice*, respondet Ergasilus:

Fortuna quod tibi nec faciet, nec facit:
Hoc me iubes.

Et in Pœnul. optās Agoraſtocles adolescens habere fœminam sibi beneuolentem, & vt se respiceret, audit à seruo assentatore, *Respexit. Idem pol Venerē credo facturam tibi.* Symmachum Epist. 73. lib. 7. *Si me sanitas optata respexerit.* Apuleiū, sed verbo alio, nam lib. 11. Aſ. *In tutelam iam receptus es Fortunæ, sed Videnti.*

4. CANDIDIOR BARBA.] Hæc maxima nota senectutis. Pind. Od. 7. Isth. γήρᾳ πολιόν; *senectus cana.* Sicut econtrario barba nigra, argumentum est integræ & florentis ætatis. Idem Od. 1. Olym. Λάκεαι νιν μέλαν γένειον ἔρεσσον: *Villi mentum ipsum nigrū remigabant.* Non placent, qui *candidior* iungunt cum libertate. Nam infrà senem vocat Tityrum: & hic ait; libertatem illi serò accidisse. Porrò hanc notam senectutis

Senectutis nota. alij variis modis extulerunt; dabo hic nonnullos, tum Poëtæ illustrando, tum iuuentuti iuuandæ. Nemes. 1. Ecl. *album caput*, ib. *Canente senectā.* Apul. lib. 5. *candenti canicie lucidus.* Plaut. Bacchid. *cano capite, aig, alba barba.* Pruden. lib. 2. cōtra Sym. *crinibus albentem niuei.* Sed pulcerrimè idem Prudentius, Ouidius, & Eunapius Sardianus. Primus in Cathem. *nix capitis.* Alter 4. Triſt. El. 8. *Cycneas plumas.* Vt & Hor. Od. 10. lib. 4. *Insperata tuæ cum veniet pluma superbiæ.* Vbi non relatione ad cycnum notat futuram senectutem Ligurini. & Aristoph. in Vespis, ἡδέως κύκνου πολιώτερον: *erant capilli cycno candidiores.* Tertius in vita Proæresij Sophistæ: Κύκνου δὲ πτερῶν πολιῶν λευκῶν ἀφρειδέστερα καὶ μᾶλλον ἀναμεμιγμένα ὑπαργυρίζοντα: *Coma ex cygnorum frequentia spumanti aquori assimilis, & instar argenti albicans.* ita etiā Caliber, ἀφρὸς ἅλμυ λευκότερος: *Albebat caput instar spumæ.* Pulcerrima est etiā metaphora Salomonis ad idē explicandū, quam assumit à florēte amygdalo, Eccles. 12. Contrariam sententiam de iuuentute, & eū modulo pene Virgiliano Iuuen. ita extulit Sat. 1. *Quo fidentes grauis iuuenis mihi barba sonabat.* Quē versum repetit Sat. 10. Virgilij versum integrū vsurpauit Sym. Epist. 18. lib. 4. De caussa cānorum, lege Aristot. lib. 5. de Generat. Animal. c. 4.

5. POSTQVAM NOS AMARYLLIS HABET, GA- A LATEA RELIQVIT. NAMQVE [FATEBOR ENIM DVM ME GALATEA TENEBAT.] Hi duo versus continent tres formas prouerbiales, duas de amore, & blanditiis, *Habet me, Tenet me.* Tertiam de odio, *Relinquit me.* Quia verò nemo eorū, quibus id muneris coniungendi ad gia incubuit, illas attigit, non ingratū erit, si subiicia, quæ ipse reperi. Igitur, vt te summe deuinctū alterius amori fateatis, dices, *Habet me, Tenet me.* Probant hoc Græcorum formæ. Demetrius apud Athē. lib. 4. Ἔλαβεν ἔχειν τὴν καλλίστην. & Athen. ipse lib. 13. Ὁ δὲ μέγας Ἀλέξανδρος οὐ Θάιδα ἔσχε μεθ' ἑαυτοῦ τῶν ἀπικλῶν ἑταίρων; Anacreon, ἀπαλὸν παῖδα κατέχειν, κύπελλον δὲν πίνειν. Alcæus, παῖδα καλὸν τὸν μὲν ἔχω. Pind. Od. 8. Isth. ἔρως γὰρ ἔρεσσε. Habet me.

B Theocritus 2. Idyl. πάππω ἔχει μὲν τἀλαιὼν ὁ μῶνδις. Et Latinorum, nam Virg. hic, *Habet nos Amaryllis.* & 3. Ecl. *Phyllida solus habeto.* in 7. *Si qua tui Corydonis habet te cura.* Ouid. 1. Rem. *Redde Patri nobis, Helenen Menelaus habebit.* Phyllis Demophoonti: *Iam te tenet altera coniux.* Brifeis Achilli: *Te tenet in tepido mollis amica sinu.* & lib. 2. de Arte: *Arte mea capta est, arte tenenda mea est.* Catul. de Nupt. Pelei: *Te ne Thetis tenuit pulcerrima Neptunin?* Amans quidam apud Terent. *Teneo ego te mea Anisphila?* & amans quædam apud Apuleium lib. 10. *Teneo te, teneo te meum palumbulum, me um passerem.* Næuius citatus à Festo: *Alij adnutat, alij adnictat: alium amat, alium tenet.* His duabus opposita forma illa: (Relinquit me.) Hanc hæc stabiliūt. Tenet me. Relinquit me.

C Virg. 7.

— quam primo Aquilone relinquet
Perfidus.

Didoin. 4.

— sempérque relinqui
Sola sibi videtur.

& Creusa. 2. Æn. *Cui pater, & coniux quondam tua dicta relinquor?* Plaut. Most. *Reliquit, deseruitque me.* Briseis Achilli: *Ibus: & cui me miseram violenter relinques?* iterum:

Deuorer ante precor subito telluris hiatu,
Quam videam puppes vre relicta tuas.

Calpurn. 3. Ecl.

— Lycidámque ingrata reliquit
Phyllis.

Nemes. 2. *Quid meru, cur me Danace formosa reliqui?* Necessaria ō lector exemplorum copia ad nouas formas inducendas.

D 6. AMARYLLIS.] Signat Amaryllis Romam, vbi Tityrus nactus est libertatem; Galatea Mantuam, vbi fingit seruum se fuisse. Sed quæ ratio de Amaryllide? Politian. Epist. 2. lib. 1. ait, Romam arcano nomine Amarylida nuncupatam; facto, & rituali Florentiam, siue Anthusam; vulgato Romam: Poëtámque allusisse ad nomen arcanum. Sed contra Politianum pugnat Poëta, qui nomen enuntiat, neque putandus est fecisse contra religionem. Etenim sacrum illud, & arcanum Romæ nomen nemini licuit enuntiare. Audi Plin. lib. 3. c. 5. *Roma, cuius nomen alterum dicere, arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimáque ; & saluta: fide abolitum enuntiauit Valerius Soranus. Iuitque mox pœnas. Non alienum videtur inferere hoc loco exemplum religionis antiquæ, ob hoc maximè silentium institutæ. Namque Diua Angerona, cui sacrificatur ad diem XII. Calend. Ianuar. ore obligato, obsignatoque simulacrum habet.* Vides nomen illud arcanum abolitum, Soranum pœnas dedisse propter audaciam, institutā sacra huic tantum nomini abolendo ab ore Vulgi. Pariā C. Sempronius de Diuisione Italiæ his verbis: *Quamobrem & Angerona silentij Dea ante Iani festos dies colitur præ foribus, vt ne cui liceat illud palam efferre, quod ad salutem Reip. veteres ore obsignato intra* Amarylis Romam significat.

VVA. BHSC. BV 00239

tra pectoris arcana voluerunt continere: cuius violata religionis pœnas primus luit Soranus. His officio, Poëtam contra hanc religionem, & arcanum non feciſſe. Demum, quis dixit Politiano, hoc nomen fuiſſe arcanum, & ſacrum Romæ, cùm de eo nullæ exſtent literæ, & ſcriptores abolitum fuiſſe dicant. & quidem Artemid. lib. 4. c. 3. *μήτε ὀνόματα ἄῤῥητα λέγειν, arcana nomina non dicenda.* Ergo credamus, Amaryllida fuiſſe nomen Romæ, ſed non arcanum illud, & non euulgandum. Hæreo itaq; eruditioni, & iudicio Nannij lib. 6. Miſcel. *ἀμαρὶς* græcè *meile* eſt, per quod aqua ad irrigationem derivatur. Tradit autem Fab. Pictor, Argeum campum, qui ſeptem montibus includitur, inundationibus Tiberis inhabitabilem fuiſſe, ſed Vertumno ſacris factis, aquas in alueum reuertiſſe. Itaque ab incilibus, quibus ſiccata eſt palus, Roma dicta eſt Amaryllis. Ad hanc cognitionẽ Maro properauit, cùm eius puellæ nomen Romæ attribuit. Sed fortaſſis non opus tanto molimine ad explicandum Poëtam, cùm poſſit quiſpiam dicere, nomẽ paſtoritiæ fœminæ attributum Romæ à Poëta velante omnia his, & ſimilibus nominibus ruſticorum.

Galatea vnde dicta.

7. GALATEA.] Dicta hæc *ἀπὸ τῦ γάλακτος*, *lacte*. Itaque Mantuæ, vbi ſe fingit diuerſatum in officio paſtoris, antequam iret Romam, commodè dat id nomen à re, frequentiſſima inter paſtores. Rationes alias adhibet Politianus.

8. RELIQVIT.] Latet, ex Nota Brocenſ. in hoc verbo elegans tropus Euphemiſmus, cùm res odioſas bonis verbis ſignificamus, vt ſperare pro timereſic Galatea dicitur reliquiſſe, cùm ipſa potiùs relicta eſſet; quòd infrà clare indicatur, eo verſu, *Quid facerem? neque ſeruitio me exire licebat.* Neque omittenda Turnebi Nota alia. Vt inter liberos dicitur *matrimonium*, ita inter ſeruos *contubernium* apud Iureconſultos. Vnde & in Columella eſt, *contubernalis vxor ſeru.* Tale itaque contubernium ſignificat Tyrus, cùm ait ſe relictum à priore ſua Galatea. Nam ſemper adumbrat formam illam ſeruorum, de qua dictum. Hinc intelliges locum Suetonij in Veſpaſian. c. 3.

Contubernium ſeruorum.

9. NEC SPES LIBERTATIS ERAT.] Referendum hoc ad imaginem illam ſeruorum, quam confingi hic diximus. Poſſet tamen non inſipidè referri ad libertatem, quam amittunt amatores, vbi his retibus includuntur. Athen. lib. 13. *Τυραῤῥηνοὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντὶ ἐλευθέρων: Fœminis ſerui ſumus pro liberis.*

Peculium ſeruorum.

10. PECVLI.] Perſiſtit in adũbranda imagine illa ſeruorum. Eſt enim peculium, quod frugi ſeruus labore ſuo, & induſtria comparabat, quo ſi vellet, libertatem emeret, vel retineret ſecum, vel diſperderet. Exemplum primi eſt apud Senecam in Epiſt. *Mancipia quoque conditionis extremæ, & in his ſcrabius nata, commodo exſtare conantur ſeruitium; peculium ſuũ, quod compararuerunt, ventre fraudato, pro capite numerant.* Huius quoque meminit Dionyſ. Hal. lib. 4. Antiq. Rom. Dicit enim duobus modis ſolitos ſeruos comparare libertatem; vel virtute, & probitate, qua dominos adducebant ad liberalitatem donandæ libertatis: vel *libertatis pretio perſoluto, ex pris & iuſtis laboribus quæſito.* Alterius apud Cic. in Parad. *An eorum ſeruitus dura eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis.* Tertij apud Plaut. Moſtel. *Peculi ſui prodigi plagigerulo.* ſignat ſeruos, qui non ſe peculio volunt redimere.

11. SEPTIS.] Vult Seruius alluſum ad ſepta Campi Martij, ſed præfero Beroaldi mentem. Non nego ſepta illa Campi Martij, ſed eam alluſionem: nam loca omnia ſepimento vallata *ſepta* etiam dicuntur, talia ſunt ſtabula ouium, caprarum, boum. Columel. lib. 11. cap. 3. *locum, quem ſepire deſtinaueris.* M. Varr. lib. 1. Rei Ruſt. cap. 14. *Nunc de ſeptis, quæ tutandæ cauſſa ſunai, aut paries ſiant, dicam.* & lib. 3. c. 12. *ſeptum venationis.* Virg. inf. *Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſepes.* Hi, & ſimiles, ſimpliciter videntur locuti, & nulla neceſſitate referentur ad ſepta, & ouilia campi Martij.

12. PINGVIS.] Sic dicitur caſeus reſpectu habito ad bonitatem lactis, vnde conficitur. Col. lib. 7. c. 8. *Is porrò, ſi tenui liquore conficitur, quam celerrime vendendus eſt, dum adhuc viridis ſuccum retinet: ſi pinguis & optimo; longiorem patitur cuſtodiam.*

Premo, de caſeo.

13. PREMERETVR.] Infrà: *preſſi copia lactis.* Vſurparunt hanc phraſin alij, & credibile à Poëta. Suetonius Aug. c. 76. *caſeum bibulum manu preſſum.* Calpurn. 2. Ecl. *Per totum niueus premitur mihi caſeus annum.* Pruden. Cathem. *Lac tenerum premitur calathis.* Plinius lib. 20. c. 14. loquens de mentha, ſic exſtitit: *denſare lac non patitur.* Plutarch. 6. Symp. Quæſt. 10. ita, *πῶς πῆξαι ἐμποιεῖ τῷ γάλακτι: lac coagulare.* Oppian. lib. 4. Cyn. ita, *παμμήτωρ γάλα πῆξαι τε coagulo lac compegit.* Premitur autem caſeus (ait Colum. dicto loco) ne ſit ſiſtuloſus, ſi laxior habeatur in formis ſuis.

14. VRBI.] Hic iam aperit quod texerat verborum inuolutionem ſuppreſſo nomine Galateæ *vrbem* clarè nominat.

15. GRAVIS ÆRE DOMVM MIHI DEXTRA REDIBAT.] Catullus ante Virg.

> *Meíque pinguis agnus ex ouilibus*
> *Grauem domum remittit ære aeaviam.*

Virg. ipſe in Moreto: *Inde domum cernice leuis, grauis ære reuiham.* Facit nonnihil illud Paulini Nat. 6. Felicis: *Quos gratus ære ſuus releuauit, egente repleto.* Sumit Poëta æs pro qualibet pecunia, ſicut Græci *χαλκὸν*. Quod in vſu Latinis priſcis. Cui rei argumento ſunt tritæ iſtæ locutiones: aſtringi, liberari, leuari, opprimi ære alieno: quibus capitur non æs ſolum, ſed & aurum argentumque, etiam ſignatum. Ita voces aliæ commutatæ etiam ſunt. Cùm enim Demoſthenes, Orat. 17. dixit, de ſeruis loquens, *ἐξ ὑπωνήτων*, clarum eſt, illos non ſolùm emtos argento: ſed auro, aut ære, aut alio quolibet.

Æs pro quolibet pecunia.

Mel. Mirabar quid mœſta Deos Amarylli vocares,
Cui pendere ſua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat. ipſæ te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.

ARGVMENTVM.

Ex reſponſione Tityri coniicit Melibœus cauſam triſtitiæ Amaryllidis.

EXPLICATIO.

FINGIT Melibœus, Romam triſtiſſimam fuiſſe, quamdiu abeſſet inde Maro. quæ magna laus Virgilij. Integra loci ſententia eſt. Mirabar

UVA. BHSC. BU 00239

rabar ô Roma, cur tamdiu tristis esses, iactaréque ad Deos querelas tuas? cur etiam poma haberes pendentia adhuc ex arboribus, ita vt nemo ea pomorum iucunditate frueretur? & tandem intellexi, eam tristitiam pro Tityro absente esse, ea poma integra seruari illi: quem nimirum pinus, fontes, arbusta inclamabant.

NOTÆ.

1. MIRABAR QVID.] Symm. lib. 4. ep. 75. *Mirabar quid esset rei.*

2. AMARYLLI.] Sunt qui hic legant *Galatea*. Nam aliter (inquiunt) sententia est obscura. Sed & proferunt codices veteres, calamo etiam exaratos. His non deest efficax ratio, nam Melibœus (vti apparet ex istius Eclogæ cursu) fingit se nihil scire de Augusto, nihil de Roma: imò illi rei huius notitiã dat Tityrus. Ergo, qui nihil sciuit de Roma, qui audiuit eius querelas? qui vidit eius poma? qui inclamantes arbores, fontes, arbusta? Vt pugnant hæc contra Amaryllida, ita mirè quadrant pro Galatea, id est, pro Mantua, cuius querelas scire potuit pastor Mantuanus. Et quidem, vt de re præsenti loquitur, & de agro Mantuano, quem habet ante oculos, cùm ait, *hæc arbusta vocabant te*. Deinde, illa, *Tityrus hinc aberat*, faciunt pro Mantua, non pro Roma: nemo enim inde abesse dicitur, vbi nunquam fuit.

3. VOCARES.] Propriè, & ex forma Latij, in 4. Æneid.

—patriosq; vocauit
Voce Deos.

In 5.—*Auxiliog, vocare Deos.*
2. Georg.—*Te liba Lenæe vocat.*

4. CVI PENDERE SVA PATERERIS IN ARBORE POMA.] Cur poma asseruantur Tityro? Fortè locutus Poëta ex eo more, quo amantibus dabantur poma. Itaque puella Amaryllis hæc seruat suo Tityro. Sed de hoc more alibi. Simplicius. Asseruantur poma Tityro ad esum. Sed quid si ad lusum ad morem veterum? Dabantur olim poma amatoribus, non ad esum solum, sed vt coronis quoque intexererent, & intersererent ad ornatum. Quem morem me docet Athen. lib. 2. ex Hippo-

A nacte & Alexide, quos ille aduocat ad rem longè aliam. Ait prior. Στέφανον εἶχον κοκκυμήλων, ἐμίνθης: *Coronam habebam prunorum & mentha.* Posterioris longiora sunt. Lege. Iuxta hoc sententia erit: Mirabar, cui penderent poma ex arbore, neque legerentur, & tandem cognoui ea asseruari, vt penderent ex tuo capite ô Tityre. Addam occasione huius quiddam aliud, quod scire intererit. Veteres vsi sunt pomis in omnibus ferè rebus, quibus & rosis floribúsque. Huius rei quadruplex mihi argumentum Primum, quod iam adduxi ex coronis, quæ & pomis, & floribus constabant. Alterum ex consuetudine amantium, qui se non solùm rosis ludibundi, sed pomis etiam impetebant. De quo dicam ad illud 3. Eclog. *Malo me Galatea petit.* Tertium: Sepulchra non solùm floribus, sed & fructibus arborum cumulabantur; quod, quia obuium, non consector, & quia attingo in 9. Eclog. Quartum. mos triumphantium, & aduentantium Regum, atque Imperatorum, ante quorum pedes, & flores, & fructus iaciebantur. Pausan. Messen. *Aristomenem Andaniam reuersum accepisse matronæ gratulabundæ, teenias in eum, quacunque incederet; & vt anni ferebat tempestiuitas, flores, & fructus iacientes.* & Athen. lib. 3. Πολλὰ μὲν κυδώνια ἐμάλα πολ' ἐρέπτων ποτὶ δίφρον ἀέκητι, πολλὰ δ' μέσφεινα φύλλα: *Multa mala cydonia ad currum Regis proiecerunt, myrti folia multa.* Poma eodẽ vsu quo flores.

5. IPSÆ.] Venustissimè hic posita *ipsi, ipsa, ipsa.* Estque pari venustate à multis lusum, quos alibi dabo.

6. ARBVSTA.] Sunt hæc loca arboribus cõsita. Sumuntur etiam arbusta pro vitibus arbusticis: sunt hæ, quæ sustinentur arboribus; vtique ex mente Turn. & Doctorum, vites matritatæ, ἃ μπελοι αἰωλυνδ ἐφδες.

7. VOCABANT.] Non minus hìc propriè in vsu amoris, quàm suprà in vsu religionis: fuit enim hoc verbum vsurpatum in vsu blãditiarum. Anacr. ἐφίλησ δ' ἀπήλιον: *vocat amicam.* Theoc. Idyl. 3. Παρκιθίδα καλεῖς ἢ ἐρωτύλον; ἦ ῥά με μισεῖς, inclinata vocas amatoriculum. nunquid me odisti? Horat. 2. Ep. *Ipsum vocat.* Voce, amarorum vox.

& 1. Carm. *O Venus Regina Gnidi, Paphique*
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multum Glyceræ decoram
Transfer in ædem.

Tit. Quid facerem? neque seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere Diuos.
Hìc illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis
Bissenos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petentis:
Pascite, vt antè, boues pueri; submittite tauros.

ARGVMENTVM.

Explicat tandem Tityrus, quis ille Deus sit, qui sibi libertatem dederit.

E bant me pinus, fontes, arbusta: sed quid ego facerem? neque enim aliter exire poteram è seruitute, neque cognoscere Diuos tam propitios alibi, quàm Romæ: itaque necessariò deferenda mihi fuit Mantua, petenda Roma. Hic, id est, Romæ vidi iuuenem illum pene vltra mortale fastigium (Augustum signat, respondetque ad illa, *sed tamen iste Deus, quis sit, da Tityre nobis*) cui quotannis facio sacra menstrua. Hic, ille iuuenis primus omnium voce oraculi plena respondit, vt vaccas, & tauros ad pastum prodnceremus, vt faciebamus ante belli ciuilis turbinem.

EXPLICATIO.

HÆc omnino animum impellunt, vt putem in superiore versu legendum *Galatea*, non *Amaryllis*. Vt dicat pastor: Mœsta pro me erat Mantua, quòd hinc abessem, querebatur apud Deos, voca-

NOTÆ.

VVA. BHSC. BV 00239

NOTÆ.

Præsentes Deus, quis. 1. PRÆSENTES DIVOS.] id est, propitios fauentésque. Ita Horat. 1. Ep. *præsentia Numina sentiv.* Neque verò displicent, qui sententiam detorquét ad modum illum loquendi, quo *præsens* dicebatur is Deus, cui viuenti adhuc sacra fiebant, is fuit Augustus. Ita capiendus Horat. 3. Carm.

Cælo tonantem credidimus Iouem
Regnare: præsens Diuus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, grauibúsque Persis.

Sic apud Tacit lib. 15. ara, & fanum exuruntur, quę præsenti Herculi Euander sacrauerat. Sed cur Diuos? Quia vnà cum Augusto propitios quoque seruerat Principes alios, qui erant familiares Augusti, Varum, Poliorum, &c. ita Horat. Sat. 6. lib. 2.

Quicunque obuius est, me consulit. O bone, nam te
Scire, Deos quoniam propius contingis, oportet,
Numquid de Dacis audisti?

vbi *Deos* vocat familiares Augusti. Et obserua Virgilij proprietatem, *Diuos* dicit, non Deos. Nam Dij æterni sunt: Diui facti, assumtique ex ipsis hominibus, qualis fuit Ethnicis Augustus.

2. IVVENVM.] Erat iuuenis Augustus id temporis, quo hæc scripsit Maro; agebat enim annum quintum & vigesimum plus, minúsve. Eundem intelligit 1. Georg.

Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibete. Vide Albericum Gentilem.

3. BIS SENOS.] id est, dies duodecim. Turnebus capit ἱερὰ ἐμμηνα: *Sacra menstrua*, quia fiebant mensibus singulis, de quibus mentio est apud Sophoc. Electra. Quæ Plato Leg. 3. vocat δώδεκα ἑορτὰς: *duodecim celebritates.* Possit quispiam referre ad hæc facta illud Pind. Od. 5. Olymp. βωμοὺς ἑξὰδυάμους: *aras sex geminas.* Sed alia, credo, est mens Pindari. vide interpretes. Cęterùm ad hunc locum vtilis est Passeratij Nota, videlicet: Augustum coli solitum cum Laribus. Horat. 4. car. od. 5. ad Augustum: *Et Laribus tuum Miscet Numen.* Atqui Lares menstruis honoribus colebantur. Tibul. *Redderet antiquo menstrua thura Lari.* Addo, signatè Poetam dixisse *fumam*, ad rem eandem indicandam, quo verbo signat thus: nam thure Laribus sacra fiebant. Prudens hymno 10 Peristephan. *Fuligines hure placantur Lares.* Sed ita hæc capias, vt non tantùm Augustum cultum putes vt Larem, sed etiam vt vnum è cœlestibus, quod supra explicui ex sacro eiusdem.

Augustus cultus cum Laribus.

4. RESPONSVM.] Indicat Augusti diuinitatem, nam responsa Deorum sunt, & oraculorum.

5. PRIMVS.] Videtur euertere opinionem conceptam. Aiunt enim mediis aliis principibus, Mecœnate, Tucca, Varo, Polione, patuisse Virgilio aditum ad domum, & familiaritatem Augusti. Sed esto hoc verum, euertit tamen, & principem locum dat Augusto, quo extollat eius clementiam.

6. PASCITE.] Veteribus pro *pascere* fuit *pecuascere.* Vetus inscriptio:

Pecuascere Genuales, veturiosq; liceat.

Puer: vo blanditiarū & seruitute

7. PVERI.] Vox blanditiarū, amoris, beneuolentię. Putet non malè aliquis trahi posse hanc vocem hoc loco ad signandam seruitutem. Nam serui olim dicebantur pueri. Homerus 21. Il. dixit de subulco, παῖδα ξυφορβόν. Inde Latinis in vsu sunt seruorum ista nomina, Marcipor, Publipor: idque ex vsu Laconum, & Dorienium (ait Albericus) qui pro παῖς dicebant πῶρ. Adducit idem verba ista legis: *Pueri appellatio tres significationes habet: Vnam, cum omnes seruos pueros appellaremus; alteram, &c.* Quid, quod S. Ambrosius, lib. 1. de Abraham cap. 9. locum istum Virgilij aperte accipit de seruitute.

8. SVBMITTITE.] Seruius: (Iugo scilicet, ad arandum.) Non displicet. Sunt qui referant ad propagationem taurorum. Hanc non negem, sed hoc loco illa est parum opportuna. De ea significatione alibi. Ego Poetam explico. *submittite*, id est, producite ad pastum tauros. Hoc enim quadrat cum superiore sententia, *pascite boues*, vt dicat, & vaccas & tauros produci posse ad pastum. Et quidem eo sensu Lucret. accipit, lib. 1.

—ubi suaues Dædala tellus
Submittit flores,

profert, producit. & Seneca in Oedip.

Lætus Cytheron pabulo semper nouo
Æstiua nostro prata submittit gregi.

Quod à Græcis sumtum, nam Pind. Od. 9. Pyth. χθὼν νεαρὰ φύλλ' ἀναπέμπει; *Tellus verna folia submittit.* Liban. in Progymn. pari verbo, γῆ φύλλα τὰ αὐτῆς.

Mel. a Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosóque palus obducat pascua iunco.
Non insueta graues tentabunt pabula: fœtas
Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
b Fortunate senex hìc inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sepes
Hyblæis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leni somnum suadebit inire susurro:
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

ARGVMENTVM.

Commemorat Melibœus felicitates Tityri, diuidens in bonum, vtile, & delectabile.

EXPLICATIO.

a PRÆCLARE post responsum Augusti, assérentis Tityrum in libertatem, sequitur gratulatio

UVA. BHSC. BU 00239

tulatio Melibœi, commendantis præstantem fœturam Tityri, quasi has tantas & tam magnas felicitates, vnico suo verbo Augustus confecerit. Diuidit has felicitates Melibœus in duplex bonum, vtile, & delectabile: vtilitas absoluitur tribus bonis, delectatio pluribus. Ergo ait. Fortunatus es, quia manebit tua rura, & illa, quamuis lapide & limo plena, tibi satis superque erunt ad victum: quia graues tuæ, id est, oues, quæ adhuc gestant fœtum in vtero, nō tentabuntur insueto pabulo: quia fœtæ, id est, quæ iam peperere, non lædentur à vicino pecore malis, id est, noxiis, mortiferis contagiis.

b Sequuntur bona delectabilia quinque. Captabis algorem inter flumina & fontes, dormies ad susurros apum, frueris voce tui frondatoris, palumbium raucedine, turturum gemitu. Omnia clara sunt, præter versus tres de somno ad susurros, quos versus tyroni sic elucido. Hinc, id est, alia ex parte, sepes, quæ est tibi ab limite (*deide el linde*) vicino fluminibus, suadebit tibi inire somnos, leui apum susurro: nam semper ea sepes depasta est florem salicti ab apibus Hyblæis (Siculis) id est, semper habet salicti florem depastum ab apibus.

Notæ.

1. FORTVNATE.] Aduertit Germ. videri Poëtæ propriè vsum hoc epitheto, cùm secunda fortuna respiciat externa bona, discernente eam à felicitate. Aristotele libi Polit. 8. nam rus, fœtæ, & fœtarum sanitas, externa omnia sunt. Sed videtur quoque potuisse Poëta respicere ad terminum modumque, quem suæ cupiditati fecerat Tityrus, parto iam quod satis erat ad vitam, & vni tantum intentus fruitioni rerum, dicente Seneca, Epist. 12. *Iucundissima est ætas denexa iam, non tantum præceps, & illâ quòque in extrema regula stans. In iudico habere suas voluptates, aut hoc ei sum succedit in locum voluptatum, nullis egere. Quàm dulce est cupiditates fatigasse, aut reliquisse.* Extrema hæc Senecæ regula (ne hoc impediat nouitiũ lectorem) referenda est ad illam, quæ è creta fiebat ad metas Circi. De qua loquor 5. Æn.

2. SENEX.] Nunquam hic de Virgilio, nisi vt de sene, loquitur, ex Nota, quam iam dedi ita supra: *barba candidior, libertas seera, longo post tempore.*

3. QVAMVIS LAPIS.] Apparet ex hoc loco (Nota est Turn.) Maroni eam fuisse agri partem, quę neque frumentaria esset, nec pascuis commoda: cùm & nudo lapide tegeretur, & ea pascua palus obdiceret iunco, & limo. Seruius ait, à monte vsque ad lacum, & inde vsque ad arborem quandam illius fuisse possessionem. Id, credo, elicit ex versibus illis, qui habentur 9. Ecl.

Certè equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vsque ad aquã, & veteris iam acta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.

Quo tamen loco idem Seruius aquam Mincij fluminis explicat, non lacum alium.

4. PASCVA.] *Pascua*, & *pascere* non à pecore deducit Cæs. Scaliger, sed ait: mimos phallophoros olim personatos non fuisse, tantùm fuligine oblitos, & amictos agininis pellibus, quæ in carmine Saliari dicuntur pescia, vnde pascua.

5. GRAVES.] Distinxi *graues* à *fœtis*: vt graues sint, quæ gestant partum in vtero; fœtæ, quæ iam peperere, sententia sit, tam prægnantes, quàm quæ iam peperere, tutas esse ab omni incommodo. Firmo vtrunque. Virg. 1. Æn. *Matris grauis geminam partu dabis Ilia prolem.* & in 6. de Durateo: — *armatum pedutem grauis utulit aluo.* Quem ideo Græci ἔγκυον, id est, *prægnantem* dicunt. Hæc sanè exempla indicant fœtum latetem adhuc in vtero. Sed & Lucret. lib. 4. dixit *ingrauesco*, pro, in vtero gestare incipio. Transeo ad fœtas, quæ bonis Auctoribus dicuntur illæ, quæ iam lenatæ sunt partu, quod & Turn. admonuit quæ. Virg. 8. Fœtæ oues,

Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam, geminos huic vbera natos.

Vbi cum *fœtam* dicat, editos iam natos addit. Lucan. lib. 6.

— *aut cum turgentia sueco*
Ironis amatus subuc ini pignora fœtæ.

Vbi loquitur de equabus, quæ edito partu carunculam filio ruminis auellũt à fronte. Sed & in Sacris lib. 1. Reg. cap. 6. vitulæ fœtæ sunt, quæ iam pepererat, vt clare liqueat ex contextu. Hæc fic explicui, quia commodior vsus est sententiæ illo & grauiũ, & fœtarum complexu: non, quòd eam in opinionem asserentium fœtas semper dici de illis, quæ pepererint, quum de his, quæ habent fœtum in vtero. Hoc enim falsum. Nam 1. Æn. (*loca fœta Austris,*) sunt loca grauida. & 2. machina equi Troiani dicitur *fœta armis*, id est, grauida, vt liquidum. Paulin Epist. 34. loquens de arca Noe fluctuante, nec dum liberata suo onere: *fœta mundi seminibus arca.* Isid. lib. 10. Etym. *fœta, prægnans.* Scio, raram esse hanc acceptionem. Sed non video, qui possim negare ex illo Virgilij iam adducto, *loca fœta Austris.* & *machina fœta armis.*

6. NEC MALA VICINI PECORIS CONTAGIA LÆDENT.] Ex hoc versu, atque etiam ex illis eiusdem Vatis 3. Georg.

Continuò adspam ferro compescere, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Formam adagij eliciebam hanc: *contagium à vicino pecore*, qua significatur damnum proueniens ex alicuius malo consortio. Ad hanc formam alludit Ouid. 2. Rem. Contagium à vicino pecore.

Si quis amas, nec vis facile contagia vitet:
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.

Horat. in Epod. Od. 16. loquens de Insulis Fortunatis inter magnas felicitates ponit: *Nulla nocent pecori contagia.* Colum. lib. 1. cap. 3. multa in eandem sententiam loquitur, & adducit Græcum versiculum. Μὴ δ' ἂν ἕας ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς ἔπ: *Non hos perihit, nisi eui nequam vicinus.* Et c. 5. lib. 7. *Cum & alia pecora, tum præcipuè oues contagione vexantur.* Non hinc abit illud Iuuen. Sat. 1. *vnaque contacta Inuenem ducit ad vnum.* Plato lib. 5. Legum signatissimè loquitur ad adagium meum: Πάσαν ἀγέλην τιμίου καὶ ἐυκόλως, τροφεύσεται ἅπασαν, ἢ ὅσα ἄλλα τιμᾶται πεφυκέναι; τὴν ἄλλου μήποτε ὑπομείνῃτε θεραπεύειν, ἢ σώσων μόνον ἢ ἐκεῖνα σῶσαι τὰ βέλτιστα καθαρὰν τὴν ξυνουσίαν, διαλέξαι ἢ πάντα ὑγιῆ, τὰ μὲν, ἢ τὰ γοναῖα, ἢ ἀγενῆ: *Pastor, bubulus, altor equorum, cæterique, quibus greges sunt curæ, non prius curant, quàm singulis conuenientem purgationem adhibeant, separantes sana pecora ab ægrotis, generosa ab ignauis.* Signatissimè (inquam) ad adagium, nam hoc exemplum transfert ad ciuilem administrationem. Manlius etiam Consul apud Liu. lib. 38. in oratione ad milites ita loquitur cum allusione ad hanc rem: *Vobis, me hercle, Martis viris cauenda ac fugienda quam primum amœnitas est Asiæ tantum ha peregrinæ voluptates ad exstinguendum vigorem animorum possunt, tantum contagio disciplinæ morisque accolarum valet.* Cum allusione (inquam) ad rem rusticam; nam si quis legat superiora Manlij, inueniet totam orationem conformatam ex metaphoris rei rusticæ, nimirum ex frugibus, & pecudibus.

E Rectissime

UVA. BHSC. BU 00239

Rectissimè dixit Philo lib. de Perfugis. Βλαβερὸν τὸ εἰ μετὰ ἀνόητων συνήθεια: *Noxa: comitetur & consuetudo cum insipientibus.* Et in Politico, οἱ πολὺ κακοῦργοι συζῶντες ἀπολλύουσι τὸ ἐκείνων κακίας: *Qui cum malis vitia ut sic frustra sibi eorum multata, iterum: Περὶ ἀνδρείας τὸ μὲν ἕτερον κακὸν οὕτως ὁ πάντων ἀναμφισβητήτως φυγεῖν: Facile enim cernit vitium in contagio.*

7. MALA-CONTAGIA.] Explico *noxia.* Vt 3. Georg. *mollia anguis.* Et in Horat. Epod. *malas dapes,* Canidiæ veneficæ. Nam quæ venenata sunt, & inficiunt, dicuntur noxia, & mala. ita 2. Æn. de angue: *mala gramina pastus* id est, noxia.

8 INTER FLVMINA NOTA.] Padum, Mincium, alia item. Quadrant ista cum his, quæ iam dicta, ideo locus hic accipere potest illustrationem à Plutarcho lib. Vtrius maiori vtilitas, aquæ, an ignis? Memineris iuxta declarationem Turnebi, Maronis agrum fuisse neque frumentarium, neque pascuis commodum. Huius itaque tam infructuosæ terræ caussa frigus algorque fluminum. Verba. Plutarchi sunt. *Planitias namque, & fructus non major, sed calidius fundit mado: quippe aquæ algida minus aut nulla ex parte feraces sunt.* Non nego, arua sita ad fluminum lapsus esse fœcunda: sed dico (quod etiam liquet ex Plinio) ea flumina debere esse tum tepida, tum horrore Syluarum carentia: nam Syluæ locum præbent algori, negant feracitati: ideo hæc loca magis ad voluptatem apta, quam bona ferendis frugibus.

Fontes sacri. 9. FONTES SACROS.] Ideo sacri fontes, quia illis putabantur præsidere Numina. Horat. de fonte Blandusiæ 3. Carm. *Cras donaberis hœdo.* Ab hac religione factum, vti veteres ad caput fontium stipem iacerent, quæ etiam Diis dabatur. Quod de Nilo scribit Seneca 4. Quæst. Et de Clitumno alter Plin. lib. 8. Epist. Cùm verò multis Sacræ essent aquæ, fontes, flumina, sed vnis potissimum Persis ex religione sua. Herodotus lib. 1. loquens de Persis, σέβονται ποταμῶν τῶν πάντων μάλιστα: *colunt fluuios omnium Numinum maxime.* Eò processit apud illos superstitio, vt in fluuios neque immingerent, neque insputerent, neque in illis manus abluerent, quod expressè ibidem ait Herodotus, Paria refert Strabo lib. 15 his verbis, εἰς ποταμὸν δ' ἐρῆσαι, οὔτε νίπτον τι πέρτε, οὐδὲ λούσαι, οὐδὲ νεκρὸν ἐμβαλεῖν. Explicata hæc iam tantum addidit, *neque mortuos immergunt.* Apud Romanos etiam viguit hæc superstitio, Cic. 3. Nat. *Itaque & fontis delubrum Maiso ex Corsica dedicauit.* Ad Virgilij verba fortè aspirarunt Iuuen. & Martial. ille Sat. 3. *Nunc sacri fontis nemus.* hic Ep. 57. lib. 4. — *sacri fontes, & littora sacra.* Sed proximior Horatius lib. 1. Od. 1. nam de somno quoque, — *nunc ad aqua lene caput sacra.* Lege Luysinum, lib. 1. Parerg. c. 11.

10. FRIGVS CAPTABIS OPACVM.] Capias hic *frigus* pro algore quodam, qui ad voluptatem, non ad molestiam. Dixit *captare frigus* Græca æmulatione, nam Xenophon Oeconom. αὔρας ἄνεμον μαλακὰς: *Auras venans leniculas.* Ita & Calpur. 5. Ecl. *somnos captare.*

11. HINC TIBI QVÆ SEMPER.] Adhibeo Notulas, vt meliùs explicentur atque illustrentur tres sequentes versus. Prima est. Ad sepem apiculæ constituuntur: præclarè, vidit hoc Iulius Pœponius: solebant enim alueraria ad sepes & macheries poni, vt vis ventorum vitaretur. Altera. Hyblæum mel Siciliæ, ab Hybla monte eius Insulæ, celeberrimum est. Strabo lib. 6. τὸ δ' ὄρος τὴν Τῆλαν ὄνομα σωμάσει διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Τηλαίου μέλιτος: *Hybla mons remanet propter Hyblæi mellis præstantiam.* Lege Plin. lib. 11. cap. 13. Posuit verò Poëta speciem pro genere, nam hæc in Italia scribi finguntur, non in Sicilia. Tertia. Somnus commode ad fontes & flumina inducitur, saltem indicatur: nam algor aquæ, & nebulæ inde excitatæ, facilius sensus occupant, trahuntque ad somnos. Parem voluptatem habes in Theocr. *eid.* 8. ἁδὺ δ' τὸ ὑπὸ πτερόεντι πὰρ ὕδατι χῶρον ἀείδειν: *Dulce est sub alto dormire apud astatis fluentem aquam.* In Horatio Od. 2. Epod.

Fomesque lymphis obstrepunt manantibus,
Somnos quod inter leues.

Repetit hanc voluptatem & 3. Carm. & 1. Ep. Inde illustro Val. 8. Argon. *per ossius nube soporis.* & Ouid. 11. Met. in descriptione domus somni:

— nebulæ caligine mistæ
B *Exhalantur humo.*

Illud, *nube soporis*, dixit etiam Claudian.

Quarta. Obseruandus lepor, *semper* est tibi susurrus apum, & ideo *sæpe* dormies. Ex duobus versibus Virgilij factus ille Ausonij in Epist. *Hyblæis apibus sepes depasta susurrat.* De voluptate susurri apum Synes. epist. 148. τῶν μελιττῶν ὃ ὁμοῦ, εἰς ὕδατος λόγον, ἀδείας παραχωρῶν μακρᾶς: *susurrus apum ad voluptatis rationem nulla cedens Musica.*

12. FRONDATOR.] Turn. accepit frondatorem, qui arbusta amputat, & incrementa vitium. Sed non vitium solum, sed arborum quoque amputator est, ideo Plinio *arborator* dicitur: notauit Iunius. Græcis φυλοτόμος, ὑλοτόμος.

C 13. RAVCÆ PALVMBES.] Plin. lib. 10. c. 34. hâc raucedinem sic exprimit: *plenum querela gutturis.* Monet verò Turnebus, Eclogæ huius argumentum fingi æstiuo tempore: inde captatio frigoris, inde Tityrus recubat sub fago ad propulsandū æstum. Idem itaque tempus hîc inducitur palumbium gemitus. Plin. lib. 18. cap. 28. *Palumbium vtique exaudi gemitus, transisse solstitium cauete putes, nisi cum incubantem videris palumbem.*

14. GEMERE.] Gemitus maxima est nota turturis. Theoc. Idyl. 7. Ἀείδον κάρυκες, ἁ ἁκαλὶς ἔστυε τυγάν: *Canebant corydi, & ar. hanuides, gemebat turtur.* Gemitus nota turturis. Martial. lib. 3. Epig. 57. *Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.* Cassiod. 5. Var. *gementium turturum castissimum genus.* Vetus inscriptio Iacij viri Armenij in templo Sancti Vitalis: Τέτε Σωσίνθ ἐκλεσος ἡ συμβίε Σοσάνα σόφρων, τρόπα σεμνὴ τεωγόνθ· ψυκνὸς γενάζει ἀνδρὸς σεμνέτι: *Eo mortuo gloriosè coniuberalis Sosanna modestissima mulier more castæ turturis assidùe gemit viro priuata.* Sanctus Epiphanius in Serm. de laudibus virginis, ore Pici interpretis: *Esaias Prophetæ turturis more gemebunde submurmurat.* Ex nota turturis scias significari æstatem, nam Aristot. lib. 8. histor. Animal. cap. 3. τεγὼν ὃ τὸ θέρος (φαίνεται) τὸ γὰρ χειμῶν ἀφανίζεται: *turtur æstate apparet, latet hyeme.* Reliquæ notæ, quas hîc dat Vates, ducunt nos ad ætatem, autumnum: aliquæ ad ver: nullæ ad hyemem. Palumbes certè ad ver, scribente eodem Aristotele lib. 9. cap. 49. palumbem verno tempore incipere suum gemitum. Et notandum, hunc gemitum dici ab Arist. φωνὴν & φθόγγον. Sed hic gemitus ad ætatem vsque protenditur, quod iam ex Plinio indicaui.

15. AERIA.] Concordat cum vlmo, est enim hoc attributum arborum. Virg. 3. *Aeriæ quercus.* & 9 *quales aëria-Consurgunt gemine quercus.* Martial. lib. 12. Epigr. 50. *Daphnonas, Platanonas, & aërios Cyparissos.* Lucan. lib. 3. *aëriam seruo proscindere quercum.* Virg. in Culice: *Aerios nemorum tractus, siluasque viventes.* Seruius aliter concipit, videlicet, *turtur aërio.* Quem sequitur Rhodig. lib. 26. Lect. Ant.

UVA. BHSC. BU 00239

Ant. Defendi potest Seruius, nam Poëta ipse 5. Ecl. *aëriæ palumbes.* & 1. Georg. *Aëriæ fugere grues.* & Lucret. lib. 1. *Aëria volucres.* Manil. 5. *aërias volucres.* Apoll. 2. de Harpyiis ἀπόσεως. Nonn. 2. πέφνε ὄρνιθας. Sed certè, cùm hoc epithetum & arborum & auium sit, inclinem in priora illa: quæ enim necessitas, vt mensus carminis defendatur pentemimeri? vt vult Cælius. Deinde ducor exemplis prioribus. Studiosè enim multa congessi ad sententiam meâ firmandam.

Tit. 60. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Antè pererratis amborum finibus exsul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

ARGVMENTVM.

Augusti benefactoris sui memorem se fore pollicetur Tityrus, adiectis impossibilibus, si tantus Princeps animo excidat.

EXPLICATIO.

SEQVITVR Tityri contestatio, & deuinctio quedam, qua se obstringit fore, vt in perpetuum non obliuiscatur beneficiorum Cæsaris, quam cõcludit ex cõnumeratis à Melibœo. Perinde ac si dicat: Enumeras ô Melibœe bona vtilia, bona delectabilia, quæ me sequantur ex meo Principe; ergo, antè cerui pascentur in æthere, pisces erunt extra mare vndis cedentibus, antè Parthus exsul pererrata Germania bibet Ararin, Germani Tigrim pererrata Parthia, quàm excidat vultus Cæsaris è pectore; erit imago illius in medio mei.

NOTÆ.

1. ANTE LEVES ERGO.] Adynata hæc frequentissima sunt Poëtis Latinis, & Græcis. Stat. 7. Theb.

Antè hæc excusso frondescat lancea ferro:
Inachius antè retro, nostérque Achelous abibunt.

Seneca in Thyeste:

——ætheria prius
Persidet Arctos pontus, &c.

Auctor Dirarum, aliqui attribuunt Virgilio:

Antè lupos rapient hœdi, vitiuli antè leones:
Delphini fugient pisces, aquilæ amie columbas:
Et conuersa retro rerum discordia gliscet.

Peperei infinitis. Ex Græcis adducam duos. Ruffin. in Epigram.

Βοσκήσει δελφῖνας ὁ δυὸ χοάς & Εὐμανθ &,
Καὶ πολὺν πόντ᾽ ἐμὸν θοὰς ἐλάφους:
Veloces ceruos pelagi prius vnda tenebit:
Delphinos pascet iuque Erymanthe trius.

Placuit inuersio in versione. Philippus Epigramma composuit in laudem Homeri, cuius initium, ἄφθιτος ἀστὴρ πάντων ἀπὸ δύσεται, &c. Cuius Epigrammatis Henr. Stephanus in libello de Homeri laudib. quatuor affert versiones, quibus si voles, addas hanc meam:

Astra sinent primùm cœlo fulgere sereno,
Nec soluto aræscent lumine Solis equi.
Dulcescat primùm mare, & experietur aratrum,
Efferet è tumulo mortuus ante caput.
Gloria quàm Magni pereat diuina Poëtæ
Mœonidæ, cuius fluxit ab ore melos.

2. ÆTHERE.] Sic legunt omnes sententia satis commoda, si tamen veterum codicum iuuaret auctoritas, libentius legerem æquore. Videtur enim Poëta maluisse opponere terras mari, quàm cœlo. Nam, cùm Poëta mox dicat, priùs pisces, qui maris sunt, habitaturos terras; videbatur nunc dicturus, ceruos, qui terrarum sunt, maria habitaturos. Iuuant alij, qui res maris opponunt rebus terrarum, & res terrarum rebus maris. Nemes. 1. Ecl.

Namque prius siccis Phocæ nascentur in aruis,
Hirsutisque fœtu vinet leo.

Seneca in Hercule Oetæo: *Antè nascetur seges in profundo*, tu reliqua.

3. NVDOS.] Quia pisces dicuntur tegi aquis. Est, credo, in Ouid. de monstris maris: *Quæque teguntur aquis.*

4. PERERRATIS AMBORVM FINIBVS.] Hoc valere Græcum ἀλλήλων Turnebus notat, vt pererret Germanus Parthorum, Parthus Germanorum fines. Hic ego obseruo proprietatem Poëtæ in nullo deficientis. Signatè dixit *finibus*, nam hi duo fluuij sunt pro terminis terrarum, quas præterfluunt. De Arare Cæs. 1. Gall. *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum, & Sequanorum in Rhodanum influit.* Neque dubium, quin Rhodanus, & Arar, qui in eum influit, sint ad extremam Galliam ante Germaniam. Rem hãc claram facient descriptiones. De altero apertè ait Plin. lib. 6. c. 27. Parthiam ab occidenti Tigri terminari.

5. AVT ARARIM PARTHVS BIBET, AVT GERMANIA TIGRIM.] Videtur Seneca æmulatus Virgilium in Medea:

Nil, qua fuerat sede, reliquit,
Peruius orbis. Indus gelidum
Potat Araxin:
Albin Perse, Rhenimque b.bunt.

Est etiam aliquis sapor ad Virgilium in his Lucani lib. 7.

—— Tyris qui Gadibus hostes
Adiacet, Armeniumque b.bit Romanus Araxin,

Et in his lib. 10.

—— Ignotos miscuit amnes
Persarum Euphratem, Indorum sanguine Gangem.

Et in hoc Claudiani de Bell. Getico: *Irriget Ægyptii Tanais, Mœotida Nilus.*

6. ARARIM.] Dictus hic fluuius παρὰ τὸ ἀραιοῦσθαι. Ararin etymon. coniungi. Auctor est Callisthenes lib. 13. τῶν Γαλατικῶν, his verbis. Κέρας ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, παρὰ τὸ Ῥοδάνῳ ῥεμβῆς, τῶν ἀφορμῶν εἰληφὼς: καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτο κατὰ τῶν χώρων τῶν Ἀλλοβρόγων: *Arar fluuius est Celtarum, sic dictus, quod Rhodano coniungatur: hunc enim fertur ad fines Allobrogum.* Et alij. Vide Plin. lib. 3. c. 4. & omnes Geographos. Inde horum fluminum confluentes multis scriptoribus celebrantur.

7. TIGRIN.] Dictum à velocitate omnes scribunt. Addunt argumentum, nam sagitta lingua Parthorum Tigris quoque dicitur. Alij referunt etymologiam velocitatis ad bestiam cognominé. Hieronym. de Locis Hebraic. *Tigris vocatur hoc nomine propter velocitatem, mstar bestiæ nimia pernicitate currentis.* In fabulis etymon huius fluminis inuenti hoc. Tigris fluuij etymon.

UVA. BHSC. BU 00239

Obiecto à nouerca furore Liberum vagum ad amnem hunc peruenisse, qui tum Sylis appellabatur: quem cùm non auderet transire, tigrin feram diuinitus astitisse, & Deum dorso subleuatum in vlteriorem ripam transtulisse: ex eo, & feram receptam in tutelam Liberi, & id nominis fluuio manssisse.

65 *Mel.* [a] At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
[b] En vnquam patrios longo pòst tempore fines,
Pauperis & tugurI congestum cespite culmen,
70 Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
[c] Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en, quò discordia ciues
Perduxit miseros; en, queis conseuimus agros.
[d] Insere nunc Melibœe, pyros, pone ordine vites.
75 Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non me pascente capellæ
Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.

ARGVMENTVM.

Amplificat Melibœus exsilij sui deformitatem à locis, in qua iturus, quæ relicturus: dolet possessionem suarum futuros dominos: abiicit curam rerum, quæ sibi vtiles & delectabiles.

EXPLICATIO.

[a] RECVRRIT ad miserias suas Melibœus, & replicat infortunia: nam sicut suprà dixerat, tu recubas sub fago cantillans, & lusitans, nos relinquimus, & fugimus patriam: ita hic pòst longas felicitates Tityri iterum suas infelicitates renarrat, & exsilium, quò ipse iturus, & omnes, qui cum illo. Ergo ad commouendum affectum, & sparsi exsilij deformitatem amplificandam, tres orbis partes inducit (hæc enim est singularis nostra explicatio, tu alios, si lubet, sequere) in quas ipse & alij ituri. Africam clarè ponit, in Creta Europam comprehendit, in Scythia Asiam: Scythia enim duplex, Europæa & Asiatica, & cùm apud alios, tum apud Herodotum mentio est Scytharum Asianorum. Et Anastasius Episcopus Nicænus, in Quæstionibus Scripturæ, ait, omnem tractum Borealem communi vocabulo dici Scythiam. Pergo. Sed adhuc vt exsilij sui luctũ exaggeret luculentius, non contentus ipso orbe, extra orbem vagatur, & Britannos se petiturũ dolet, qui opinione mortaliũ diuisi toto orbe putabantur. Possis etiã simpliciùs exponere Poëtam, vt non tam intelligat tres orbis partes, quàm gentes quascũque feras, dissitas, barbaras. Vti explicet hunc locũ Ioannes Camertes, in promtu est in Comm. ad Solinum.

[b] Tres sequentes versus non explico, vt vulgus solet, & communes interpretes, qui hìc per aristas, messes intelligunt: per messes ætates: per ætates annos. Aliter visum Germano viro doctissimo, quem sequor. Nam cùm Poëta prius dixerit indefinite, *longo pòst tempore*, repugnat quod sequitur, *pòst aliquot aristas*, quæ locutio rem contrahit ad breue, & quodammodo definitum tempus. Nam si *nunquam, nec longo pòst tempore*, quomodo *pòst aliquo annos?* Deinde hæc locutio, *multæ aristæ elapsæ sunt*, pro *multæ ætates*, inepta videtur, nec vsitata: ac si quis diceret, *racemi multi elapsi sunt*, pro *multi autumni*. Nec me mouet dici à Claudiano de 4. Consul. Honor. *decimas emensus aristas*, pro decem annos. Ergo vult Germanus particulam *pòst* tantùm notare ordinem temporis, vt dicat pastor: Vnquam ne admirabor in agro meo quondam florenti, raras tantùm, & aliquot postea aristas exstare? Quasi dicat, nunquam, nec lõgo pòst tempore, videns patrios fines, videns culmen pauperis tigurij congestum è cespite, videns regna mea, admirabor raras tãtummodo aristas exstare. *Clarius.* Nunquam mihi dabitur hoc, quod leue est, vt postea videam, vt postea admirer agelli mei deformitatem. Præsumit videlicet, nunquam se rediturum ad patrios fines, ad culmen, ad regna: ac perinde nunquam postea admirabitur rariusculas aristas.

[c] Sententia trium versuum sequentium firmat omnino explicationem superiorem. Queritur enim pastor, agrum suum & culta noualia deformanda ab impio milite, suas segetes deuastandas à barbaro: quod nihil est aliud, quàm paucas aristas superfuturas. Nam, cùm miles, cùm barbarus in agro dominetur, quid sperandum? Hanc tantam agri sui vastitatem coniicit in bella ciuilia, & discordiam ciuium.

[d] Post tot commemorata infortunia abiicit iam rerum omnium curam: latet enim in primo versu species Ironiæ. Quasi dicat, nec pyros insere, nec vites pone deuastandas à barbaris. Mox capellas à se dimittit, quasi iam nunquam visurus, carmina etiã, ad quorum cantilenam solebat capellas pascere. Tu lector mentem Poëtæ aduerte. Diuiserat Melibœus bona Tityri, in ea, quæ ad vtilitatem, & voluptatem pertinent: iam hæc eadem sibimet negat. Vtilitatem, cùm capellas à se abiicit, curam pyrorum, & vitium: voluptatem, cùm carmina, delectationémque illam, quam pastor accipit ex pecore, siue pendente ex rupibus, siue pascente è frutetis.

NOTÆ.

1. NOS HINC ALII.] Ductum ex Græco fonte, monet Germ. neque enim semel est apud Demosthen. ἡμεῖς ἄλλοι.

2. SITIENTES.] Opp. 4. Cyn. Libyæ vocat διψάδα γαῖαν: siculissimam terram. Eandem iterum ἀνυδρότατον χῶρον: siccissimam regionem. & suprà πολυδίψιον

UVA. BHSC. BU 00239

λυδίζιον ἄεθλον. Eumenius Rhetor: *Libyæ arua sitientia.* Manil. lib. 4.

Pœnus arenosis Afrorum puluere terris
Exsiccat populos. Synes. epist. 67. διψηφὸς Διβύνης.

Inter Africæ etymologias, illa Matthiæ Bergij ad hanc rem pertinet, qui ab Hebræo *Aphor*, quæ vox pulueren significat, Africam deducit. Plura his inuenies apud Rittershusium in Oppianum. Tantum te moneo, in sancto Hieronymo sæpe legi aphar, non apher, ita in lib. Quæst. Hebraicarum in Genesin, & alibi.

Africæ etymon.

3. CRETÆ.] Quæ hic Seru. scribit de Creta, vni, quod sciam, placet. Franc. Florido Sabino, lib. 1. Suc. c. 6. nulli præterea docto.

4. RAPIDVM.] Vsi hoc epitheto multi, ante & post Virgilium. Ipse in 5. *rapidum Simoenta.* & in 11. *rapidum super amnem.* Attius Epigonis: *rapidum flumen Inachi.* Alij leguntur *rapidas undas Inachi.* Lucr. 1. *rapidos tranant amnes.* Plaut. Menech. *ingressus fluuium rapidum.* Seneca in Theb. *rapidus Ismenus.* Opp. 2. Ven. fluuium vocat ἐπωγλίδιον, & Apollon. 2. Arg. ὠκυρόῤῥουτα ποτιμάδι.

B

Oaxis fluuius.

5. OAXEM.] De Oaxe Cretæ rara mentio apud veteres. Nobis satis esse debet auctoritas Virgilij, qui, nisi aliunde sciret, non diceret: perierunt sanè multa veterum monumenta, vnde ille doctrinam suam hausit. Virgilium sequuntur docti quique, Politianus in Miscellaneis cap. 37. Brodæus in suis lib. 1. c. 39. præterea Hermolaus, Agricola, & alij, qui hunc fluuium constituunt in Creta, non in Mesopotamia, cum illis, qui Virgilium reprehendunt. Accedit argumetum ab Apollon. 1. arg. qui ait: Cretam dictam Oaxida, & coniectura est, sic dictam à fluuio. Verum est, Sernium dicere, hoc nomen ab Oaxe conditore emanasse in Cretam. Sed Vibium audio, qui Oaxem numerat inter Cretæ flumina, *à quo* (inquit) *ciuitas Oaxia.* Addo ego. & insula. Imò hæc potius, vt consistat Apollonij sententia, cuius versus sunt lib. 1.

C

Δάκτυλοι ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὓς ποτὲ Νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος Κυπρογένηι
Λεχεσιμένη γαίης Οαξίδος ἐκλάνοιτο:
Dactyli Idæi Cretenses, quos olim Nympha
Anchiale Dictæo in antro, Cypriagenæ manu
Capiens terram Oaxida, produxit.

Sententiam suam sumsit Vibius ab Herodoto, qui lib 4. meminit ciuitatis Oaxi in Creta. ἐστ ῆς (ait) Κρήτης Οαξὸς πόλις.

6. PENITVS.] Non propriè explicabis, si reddas per vocem *omnino.* Sed signat penitiorem & recondidiorem orbis partem, in quam inclusi Britanni, ac perinde diuisi ab reliquis mortalibus.

D

Britanni extremi terrarum.

7. DIVISOS BRITANNOS.] Hi putati sunt seperati ab orbe reliquo, quia incogniti. Catul. dixit: *Vltimos Britannos.* Et: *Vltimam Britanniam.* Hor. 1. Car. *Vltimos Britannos.*

Vetus Poëta de Britannica Claudij victoria: *Britannia æternum nostro quæ procul orbe iacet.* Plura deinceps idem. Tertullianus aduersùs Iudæos: *Britannorum inaccessa Romanis loca.* Verè *inaccessa*: quia, vt notat Pamel. ex Beda, & Polydoro, vsque ad Seuerum integra insula non venit in potestatem Romanorum: nam Iulius Cæsar, & Claudius partem tantùm occupauerunt. Cum respectu ad Virg. Lucanus lib. 8.

E

—— toto diuisus vt orbe.

En vnquã.

8. EN VNQVAM.] Seruius explicat, *aliquãdo ne.* Turnebus, *vnquam ne*, & agnoscit Archaismum. Fruterius 1. Verisim. *en* pro *an* dictum scribit. Elige ex tribus, quem voles. Mihi Turnebus placet. vtcunque sententia negans est, nam idem est ac si dicat, nunquam admirabor, nunquam iam videbo. Tu vide loca quæpiam Plauti de hac locutione, quæ congerit Ianus Gulielmus in Quæst. miscellis, cap. extremo. Sed pergo ad effectum contentum his versibus. Adducit Germ. fragmentum Menandri de quopiam peregrè redeunte, salutante suum rusculum, quem videatur Poëta habuisse ante oculos. χαῖρ' ὦ φίλη γῆ, διὰ χρόνου πολλῷ σ' ἰδὼν ἀσπάζομαι, &c. *O salue tellus dilecta; te enim, cum tandiu non viderim, saluto.* & Horatium, qui Sat. 6. lib. 2. *O rus, quando ego te aspiciam?* Denique Aristophanem, in Pace, lege. Et pariter Senecam in Agamem.

F

9. PAVPERIS ET TVGVRI CONGESTVM E CESPITE CVLMEN.] Signat casulã pastoralem. Ad rem est definitio I. C. l. tugurij, de verborum significe. quam Germanus aduocat: *Tugurij appellatione omne ædificium, quod rusticæ rei magis custodiendæ commenit, quàm quod vrbanis ædibus, significatur.* Inde Horat. lib. 2. Od. 15.

Tugurium.

Nec fortunatum ponere cespitem
Leges sinebant.

Obserues hic cum P. Victorio in Not. ad Var. nõ solum Poëtas sic loqui, *tugurI*, *peculI*, pro, tugurij, & peculijs sed alios etiam. Nam ipse ex scripto codice legit *Asini Arcadi* apud eundem Varr pro, *Arcadij.* & *pecuarI*, pro *pecuarij.*

10. POST ALIQVOT MEA REGNA VIDENS MIRABOR ARISTAS.] Memineris, me in hoc versu explicando secutum mentem Germani: suam ille firmat altero Virgilij loco, 3. Georg. qui non remotus à sententia, quam hic posui.

Tum sciat aerias Alpes, & Norica si quis
Castella in tumulis, & lapidis arua Timavi;
Nunc quoque post tanto videat desertaque regna
Pastorum, & saltus longè latèque vacantes.

Vt enim hic arua, quæ priùs erant florentissima regna pastorum, dicuntur commutata in saltus vacantes: ita in Ecloga pastor dolet, exiguas tantùm restare aristas in suis fertilissimis noualibus.

Mea regna: adag.

11. MEA REGNA.] Verba hæc Virgilij pro adagio sint, non minus, quàm illa: *in tuo regno*, quibus adagij formam Erasmus dedit Chil. 1. Cent. 7. c. 48. Quæ sit formæ huius vis, ibi reperies: exemplis tantùm illius adiunge Quintilianum, qui in Declamat. pauperis contra diuitem, ita ait: *Hoc mihi paruulum terræ, & humilis tuguri rusticum culmen, aquitas animi regna fecerat: satisque diuitiarum erat, nihil amplius velle.* Et Ausonium εἰδ. 1.

Salue hærediolum maiorum regna meorum,
Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit.

Martialem lib. 12. Epig. 31. de hortis Marcellæ vxoris:

Munera sunt domino post septima lustra reuerso,
Has Marcella domos, parua que regna dedit.

Et Epig. 48. eiusdem lib.

Conuiuas alios cœnarum quære magister,
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.

Apud Paulinum quoque Nat. 6. Felicis, bubulcus quidam Rex dicitur, nam de bobus loquens ita ait:

Oblatúmque sibi mox ipso in limine Regem
Agnouêre.

Facit insigniter locus Philonis lib. 1. de vita Moysis ab exordio, ποιμενικὴ δὲ, μελέτη, ἣ προοιμιάσασα βασιλείας, &c. *Pastoralis ars præludium ad regnum est.* Lege reliqua, quibus explicat, quæ sint pastoribus affinia cum Regibus. Ad rem amoris traduci potest eadem adagij forma. Nam Anacreon Bathyllum, quẽ vnicè amabat, vocat βασιλῆα, καὶ τύραννον: *regnantem imperantémque sibi.* Ouid. 1. Remed. *At, si quis malè*

VVA. BHSC. BU 00239

fert indignæ regna puellæ. Et loquens cum amore:

Et puer es: nec te quicquam, nisi ludere, oportet:
Lude, decent annos mollia regna tuos.

Demum ad res omnes possis traducere, in quibus iucunditas. Ita Nazianz. in Epist. Θέατρον ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἐμπλεόμενος τῆς Ἀθήνας ἀνθιμάζειν. Theatrii regni sui Athenas semper appellabat.

Impietas de bel. Ciu. 12. IMPIVS.] Signatè, nam hoc attributum bellis datur, præsertim ciuilibus, vt in hoc loco. Ita Horat. 3. Carm. *O quisquis volet impias cædes, & rabiē tollere ciuicam.* Lucan lib. 7. *Impia concurrunt Pompeï & Cæsaris arma.* Martial. lib. 5. Epist. 43. *Prosternet patrios impia flamma lares.* Ratio petiteſt ab istis verbis Senecæ lib. 1. Benef. *Nunc in crudelitatem priuatam & publicam ibitur, bellorumque ciuilium insaniam, qua omne sacrosanctum profanetur.* Neque solùm, quia sacra profanentur, sed quia in parentes, filios, sorores tendat rabies bellorum ciuilium. B

Noualis ager. 13. NOVALIA.] Notat Turn. 18. Adu. c. 12. ex hoc loco apertè elici discrimen inter segetes, & nouales, quando hic separantur. Nam segetes sunt, terræ satæ: nouales, terræ quæ cessant, vt nouētur postea & arentur. Vt 1. Georg. *Alternis idem tonsa cessare nouales.* Hactenus ille. Addo id discriminis elici ex Græcis vocibus: campus enim segetis dicitur ἄρουρα, ἢ γῆ προτεταμένη ἀπὸ ἀρότου: ille ab arando: ille alter νέατος, ἢ νεᾶς ab nouando, quam & Nazianzenus vocat νέωμα. Plinius etiam apertè lib. 18. c. 19. *nouale est, quod alternis annis seritur.* Et Q. Mucius apud Festum ex emendatione Scaligeri, noualem esse vult, qui ad nouam sementem sit relictus. C

14. BARBARVS HAS SEGETES.] Possis traducere ad adagium, quoties indignaris quempiam in rem tuam pedem ponere. Aduoco exemplum. Respuis aliquem genetum, cui non vis dare filiam in matrimonium, dicas tum: *habebit barbarus meas segetes?* Similia excogita. Possis autem hic per barbaros intelligere milites Gallos, aut Germanos, quibus diuisa ista prædia, iuxta significationem, quam affero in Æneide, de significatione nominis barbarici.

15. EN, QVO DISCORDIA CIVES PERDVXIT MISEROS?] Ad hanc lucem Fracast. lib. 1. Syphyl.

Ausania infelix, en, quo discordia priscam
Virtutem, & mundi imperium perduxit ad vltimum,
Angulus ánne tui est aliquis, qui barbara non sit
Seruitia, & prædas, & tristia funera passus? D

Discordia. Vide longam orationē Lucij, vel potius Decij Tribuni, apud Dion. Hal. lib. 7. Antiq. vbi magnas calamitates ciuium, celerrimumque illorum exitium ad discordiam refert. Iterum in oratione Manlij Valerij eandem rem attingit. Sed lib. 6 copiosissimè narrat damna, quæ discordiam consequuntur, bona, quæ concordiam, idque ore Agrippæ Menenij, adducto luculento exemplo membrorum corporis inter se dissidentium, & pugnantium contra ventrem. Vide etiam eundem lib. 11. in oratione C. Claudij ad Decemuiros. Sed qui volet segetem similium locorum, adeat scriptores Bellorum Ciuilium. Legat insuper intestinam Corcyrensium seditionem apud Thucydidem lib. 3. qua sanè re nihil miserabilius. Legat, supra omnes, Dionem Chrysost. Orationibus 38. 39. 40. 41. Aliquid etiam libat Plato, 5. Reip. & in Menexemo, vbi ait: τῷ δ' ἡμετέρῳ αὐτῶν διαφορᾷ ἐκεκτήμεθα, οὐχ ὑφ' ὧν τῶν ἄλλων: *Non aliorum viribus, sed nostris ipsorum dissidiis oppressi sumus.* Aliquid etiam Demosthenes p. 1. & reliqui. E

16. EN, QVÆS CONSEVIMVS AGROS.] Vide Eras. in adagio, alienam metis messem.

17. INSERE NVNC.] Hæc particula apta est A conficiendis ironiis. Ouid. *I nunc, & cupidi nomen amantis habe.* Martial. *I nunc, & ferrum turba molestа amantis habe.* Martial. *I nunc, & ventis vitam committe, nega.* Iuuen. Satyr. 12. *I nunc & ventis vitam committe.* & sexcenta alia.

18. ORDINE.] Vox hæc agrorum est. 2. Georg. *Indulge orditibus.* Cic. in Cat. Maiore: *directos in quincuncem ordines.* Horat. 3. Carm. Ordo vox agrorum.

Latius ordinet
Arbusta sulcis.

Propert. lib. 3. Ἴψιε seram vitē, πᾶσάμενος ex ordine colles. Græci ferè omnes ῥίγχας. Homerus tamen, 14. Il. φυτὰν ἐρῆξαν.

19. ANTRO.] Aduertit Nannius lib. 6. Miscel. c. 2. hic per antrum non intelligi temporarium diuerticulum, quale solent pastores habere, dum vagantur per agros: sed legitimum domicilium. Nannium oppugnat Germanus, in hunc locū. Iudicium non interpono.

20. DVMOSA PENDERE PROCVL DE RVPE.] Martialis, & Ouid. magistro hæserunt suo quisque flexu. Ille lib. 13. Epig. 99.

Pendentem summa capream de rupe videbis:
Casuram speres, decipit illa canes.

Hic lib. 1. de Ponto, Eleg. 9.

Ipse ego pendente hic ai modo rupe capellas,
Ipse velim baculo pascere mixtus oues.

Virgilius quoque ipse in Culice:

Hæc suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lemma, vel quæ noua nascitur alnus.

21. CYTISVM.] De Cytiso vide Plin. lib. 13. cap. 24. vbi latè de hoc fructice. De quo cùm verè ibi reliqua, nescio an hoc: *maximè miror rarum esse in Italia.* Nam si rarus in Italia, quid ad Virgilium dicas, qui in Italia scripsit, & tam sæpe illius meminit, vt non rarus esse debuerit? Compara loca Virgilij, & videbis ita de illo scribere, ac si vulgatissimus esset. Vtcumque sit, iam copiosissimus per omnem Italiam prouenit, est etiam in Hispania eius non infrequens copia. Sæpe vidi, & Dioscoridis ac Plinij descriptionibus omnino respondet.

22. CARPETIS.] Cùm ait *capellæ carpetis*, alludit proul dubio doctus Poëta, & in Etymologiis Latij versatissimus ad caprarum etymon. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Capra, carpa: à quo scriptum omnicarpa capra.* & 2. Rust. Rei. cap. 3. *à carpendo capra nominata.* Caprę etymon.

23. AMARAS.] Monent interpretes, amaras dici salices ad nostrum gustum, nam capris dulces sunt. Ita est. Nam & de capris & oleastro in Lucret. lib. 6.

Barbigeras oleaster eo iuuat vsque capellas,
Dissiluat Ambrosia quasi vero, & nectare tinctus.
At nihil est homini fronde hac quod amarius exstet.

Et lib. 4. *Præterea nobis veratrum est acre venenum,*
At capris adipes, & conuincibus, auget.

Et lib. 5. *Quippe videre licet pinguescere sæpe cicutam*
Barbigeras pecudes, hominī quæ est acre venenum.

Apibus dulcissima sunt thyma, & tamen Lucanus lib. 9. locutus, cum respectu ad homines de ape dixit:

— nec iam degustat amarum
Desidiosa thymum.

Imò, de ipsis apibus loquens Plutarch. lib. περὶ ἀκουσμάτων, ait, ab ipsis expeti thymum τερπνότατον, ἡδυσμάτων: *asperimum, gustuique acerrimum.* Eadem ferme ait lib. de Tranquill. Quibus locis capiendus Plutarchus de asperitate thymi cum respectu ad gustum humanum, non ad gustum apium. Nam his dulcissimum est, gratissimum, iucundissimum. Nonnulla

ex

UVA. BHSC. BU 00239

ex his indicarunt alij, atque etiam locum Arnobij è lib. 7. Aduers. Gent. Nemo locum Aristotelis lib. 1. Plantar. cap. 5. qui de iusquiamo & elleboro, ἀνθρώποις μὲν δηλητήριον τροφὴ δὲ τοῖς ὄρνυξι: *hominibus venena sunt, coturnicibus alimentum.* Neque istum Dionis Chrysost. orat. 65. qui de ipsis capris αἴξιν οὐκ ἀηδὴς ὁ κισσὸς & ἄνθρωπος δ' οὐκ ἂν φάγοι: *capris iucundus est oleaster, homo nequeat edere.* Quæ dixi, puto veriora, nam sunt qui negent. Dicunt enim, adhuc ipsis capris amaras esse salices, sed ipsam tamen amaritiem delectare, ad eum modum, quo dixit Plinius de piA pere *sola placet amaritudine.* & Catull. *Ingere mi calices amariores.* Addunt difficultatem. Nam quis aperuit hominibus, salices esse dulces capris? Quod insinuat S. Augustin. 5. contra Academicos cap. 11. his verbis: *Dic potius viriem per se amare sint oleastri frondes, quæ caper tam pertinaciter appetit.* Et post pauca: *nescio quales pecori sint, mihi tamen amaræ sunt.* Puto (*inquam*) veriora, quæ dixi. Nam animalia non ita auidè, nisi in dulcem cibum, ferruntur. Quod de pipere affertur, hoc ipsum iuuat; ea enim amaritudo illecebra quædam est, & gustus non modicus.

80 *Tit.* Hîc tamen hanc mecum poteris requiescere noctem
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
84 Maioréque cadunt altis de montibus vmbræ.

ARGVMENTVM.

Abeuntem Melibœum retinet Tityrus, ab iucundo, vtili, necessario.

EXPLICATIO.

VIDEBATVR Melibœus parasse abitum; eum retinens Tityrus petit, vt secum quiescat eam noctem. Proponit verò tria inuitamenta, vt inde ne discedat. Primò offert societatem ad eam noctem, & in virenti gramine: pertinent hæc ad voluptatem. Deinde proponit vtilitatem, nimirum poma, castaneas, caseum: addit elogia, vt efficaciùs moueat: nam poma sunt mitia, castaneæ molles, caseus plurimus. Tertiò demum, vt necessariò retineat pastorem abeuntem: viden' (*inquit*) ante oculos tuos fumantes iam villas, viden' crescentes & duplicatas vmbras montium, abeunte iam Sole, ne ipse abeas. Nam quò te recipias nocte iam adueniente? Itaque mouet pastorem à iucundo, vtili, necessario.

NOTÆ.

1. HIC TAMEN HANC MECVM, &c.] Ducta hæc sunt ex Theoc. *Id.* 11. sub persona Cyclopis inuitantis ad antrum suum Galateam. ἅδιον ἐν τοὔντρῳ παρ' ἐμὲ τὰν νύμφα διάξεις: *Iucundius in antro apud me noctem transiges.* Locus longus est. Quæ Nannius lib. 6. Miscell. nimirum parum opportune fieri à Tityro hanc ostentationem, cùm alienæ felicitatis ostentatio magis dolorem exacerbet, quàm mitiget; non placent: nam hic ipsissimus est animus Tityri, vult enim ostentare iactabunde in gratiam Cæsaris, quæ ab illo acceperit; neque tam Melibœi consolationi studuit, quàm gratiæ Cæsaris.

Mitia poma. 2. MITIA POMA.] Sunt hæc vel *matura*, cum omnibus Interpretibus, & mecum quoque. Nam Cic. veluti Synonymia de Claris Orat. dixit: *Ipse Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset, ac mitior.* & Pacuuius in Duloreste: *Nec grandiri frugum fœtum posse, nec mitescere.* id est, matureſcere. vel mecum singulariter *dulcia*, vt opponuntur acribus, & agrestibus, & quæ mali sunt esus. Nam Arist. lib. 1. Polit. ἡμέρους καρπούς, dixit: *mites fructus.* id est, explicatore P. Victorio, quos ferunt mansuetæ arB bores, quíq; agrestibus opponuntur, & ferinis, vt Plin. sæpe loquitur. Plato etiam in Timæo pomis agrestibus opponit ἥμερα. vt etiam Herodotus, & Synesius epist. 148. Arnobius quoq; *mites aquas* posuit pro dulcibus, vt opponuntur salsis. Sic enim ait lib. 2. *Nec mare continuo dulce est, si mitioris aquæ guttas alicuius adieceris.* Ceterùm, cùm pastori offerat poma, & id genus alia, videtur mihi omnino Poëta alludere ad illam cœnulam, quam Græci dicunt ἄδειπνον, Latini sine sanguine, in qua videlicet terrestria sunt omnia, neque ignis necessarius: & eo magis ad hanc cœnulam alludit, quòd primo loco constituat poma, scribente sic Varrone lib. 4. Ling. Lat. *Deinde* C *postea quàm desierunt esse contenti his, quæ suapte natura ferebat sine igne, in quo erant poma, &c.* Hanc cœnam Plaut. Captiu. non solùm *terrestrem* vocat, sed etiam *asperam.* Apuleius in Asclepio *cœnam puram, & sine animalibus.* Plutarch. Apoph. ἄπυρον ὄψον: *opsonium sine igne.* Græci alij, δίαιτον ἀψυχῆ, καὶ δεῖπνον ἀφελῆ: *sine sumtu, & simplicem cœnam.* Eandem Spartianus in Didio Iuliano ita expressit: *oleribus, legumimibúsque contentus sine carne cœnauit.* Symmachus Epist. 83. lib. 5. ita: *Ad eum diem conuiuium paratum agrestibus oluscul is pa cum, quia luxuries offendit diem sibi iam.* Ita etiam Apul. lib. 9. *Cœna tenuis aderat, Lactuca veteres, & insuaues.* Virgilius plura intulit, videlicet poma, castaneas, caseum. Sicut & Plato, qui lib. 2. Reip. inter alia cœnæ puræ addit περὶ, caseum, lege illum, vt exornes Virgilium, & Iunium cent. 1. adag. 48. vbi nonnulla reperies de frugalitate cœnarum, & cent. 2. adag. 19. Vide etiam Iacobum Durant. lib. 2. Var. c. 19. de Statario militum prandio ex Ammiano, & Liuio: nam hoc etiam pertinet ad frugalitatem istam. Sed de hac nemo copiosius Nonno lib. 17. Dionys. illâ enim vocat εἴδατα ὑπνώδη, κύστελλα ἀγγεῖα, πτίσεις ἰλύος, διῖτα, δεῖπνον ἀδεῖπνον, νεοπηγέα πηγὸν, λιτὰ δεῖπνα, ὀκλήλιν τράπεζαν, εἰλαπίνην ἐπάρχειαν, ἀναίμακτον τράπεζαν, ὁμιλίμους φορβάς: *esculas vtiles, vasa agrestia, pastoralem cœnam, cœnam sine cena, caseum recens factum simplex conuiuium, paruam mensam, epuli tenuitatem, mensam sine sanguine, cibum pastoralem.* Apollon. 1. Arg. ἄρκεκτα: *incoacta.*

3. MITIA.] Ceterùm hoc epitheto multi post Virgilium vsi sunt, & cur non credam cum respectu ad illum, cum in re simili Isi sunt Seneca in Thy. Horat. Epod. Claudius Marius Victor in Gene. Alcimus Auitus lib. 2. Martialis lib. 10. Arnob. lib. 5. Prudentius Cath. Plinius etiam dixit: *pomorum maturitas ciuò mitescentium.* Petron. Satyr. *mitia sorba,*

Cœna sine sanguine quibus modis dicatur ab Scriptoribus.

VVA. BHSC. BU 00239

ex emendatione Pithœi, cum priùs nullo, aut frigido sensu legeretur, *mitia seruo.*

Castaneæ molles.

4. CASTANEÆ MOLLES.] id est, *maturæ*, explicatore Seruio. Vel *nouæ*, & *recentes*, quod vult Marcellus, & approbat Erythræus. Admonet tamè Turnebus, non abs re esse, vt intelligamus certum genus, quod Nicandri interpres vocat μαλακὸν. Græca, quæ ad rem. Κεστάνων, τὸ μὲν νόπιμον, τὸ δὲ μαλακὸν. Vbi oppositio fit: *Castanearum aliud genus est densiore, aliud molliore cortice.* Turnebo hæserim propter illa, quæ dicam 7. Ecl. ad illud, *Castaneæ hirsutæ.* vide ibi. Dictas castaneas à Castano oppido Magnesiæ, aut si credendum Stephano, Apuliæ, Delecampus monuit in Plin. lib. 15 c. 23.

5 PRESSI LACTIS.] Aut verè casei, quod potiùs: nam Varr. lib. 4. Ling. Lat. *caseus à coacto lacte, vt coaxeus dictus.* Aut lactis recens mulcti: quia premûntur, exprimuntúrque vbera, cùm mulgentur.

6. ET IAM SVMMA PROCVL.] Simile ex fumo argumentum est in Liuio lib. 2. in Dionys. lib. 9. Antiq. in Ammian. lib. 17. in Appian. 1. Ciu. Verûtamen locus est Virgiliano simillimus in Platonis cõuiuio. Sic enim ait, διελεγόμεθα πόρρω τῶν νυκτῶν, καὶ ἐπεισὸν ἐβέλετο ἀπιέναι, σιωπήσαντος δ' ὅτι δὲ ἐδόκει, περσωδέστατα αὐτὸν μένειν: *sermonem protraxi ad multam noctem, cumque vellet discedere, vbiciens serum noctis, manere coegi.* Neque abeunt illa Homerica 24. Iliad. πῆ πάτερ δὴ ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι ἰθύνεσι νύκτα δι' ἀμβροσίην, ὅτε θ' εὕδουσι βροτοὶ ἄλλοι: *Quò pater ita equíque & mules dirigis Noctem per diuinam, quando dormiunt homines alij.*

7. MAIORESQVE CADVNT.] Vulgatis huius loci explicatio est, noctem iam appropinquare: cuius rei nota est, vmbras maiores cadere è montibus; itaque *maiores vmbræ* sunt, semper subinde magis, magísque crescentes, & sese, vt ait Seruius, duplicantes. Roget aliquis: Nonne post meridiem maiores semper cadunt vmbræ, cur ergo potiùs significatur pars nocti proxima, quàm reliquæ à meridie? Hoc argumento ductus Brocensis aliter Virgilium expedit. Non placet. Tu illum lege. Soluo illius argumentum. Horis proximis meridiei crescunt vmbræ lentissimè, horis verò nocti proximis festinantiùs. Ideo hæc nota cadit in hanc partem diei, non in illam. Nam quis negetveram esse explicationem vulgarem, quam iuuat versus ille 2. Ecl. *Et Sol crescentes decedens duplicat vmbras.* Ita enim tunc vmbræ crescunt, vt exiguo spatio temporis penè duplicari videantur, quod non contingit horis proximis diei medio. In Culice quoque Maro idem:

Cum grege compulso pastor duplicantibus vmbras
Vadit.

Ad hæc: simili penè exitu finierunt suas Eclogas Calpurnius, & Nemesianus. Prior ita quintam:

— iam sole fugato
Frigidus æstiuas impellit noctifer horas.

Posterior primam: *sed iam Sol emittit equos de culmine mundi.* Secundam:

Sic pueri Donacem toto sub Sole canebant,
Frigidus è syluis donec discedere suasit
Hesperus.

Tertiam: *Sparsas donec oues campo conducere in vnum*
Nox iubet.

Hi exitus ducuntur aut ab appropinquante nocte, aut à nocte ipsa.

ECLOGA

UVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA SECVNDA.

ALEXIS.

ARGVMENTVM.

LVBET auspicari argumentum huius Eclogæ ab nota Cæs. Scaligeri, lib. 1. Poëticæ, cap. 4. qui ait, pastoralium carminum olim multiplicem fuisse materiam, sed vetustissimam omnium amatoriam. Tum quia amoris vis omnibus insita est à natura animantibus, tum quia mortales vtriusque sexus promiscuè pascentes coëuntium pecorum exemplo facile inflammarentur. Postremò cantus ipse pastorum mirè facit ad gaudia Veneris, locorum solitudo, vita mœroris, metus atque odij expers: præsertim, cùm nudi, aut malè tecti magna ex parte agerent. Inter notas quibus Nazian. in Apolog. pastores signat, hanc reperi: Καὶ πȣ τὶ ϗ ἐρωτικὸν ᾆσαι μετὰ τȣ̃ Κισσυβίȣ: amatorium quiddam cum Cissybio cantillare. *Et suprà dixerat, pastori tantum esse curæ* δρῦς, ϗ σκιὰ, ϗ δόνακες: quercus, vmbram, fistulas. *Noluit itaque Poeta hanc materiam intactam relinquere, sed illi hanc Eclogam præcipuo quodam argumento dedicauit, sequutus nascentis naturæ initia, & prima humani generis incunabula. Ergo Corydon (per quem intelligi volunt Virgilium) fertur amore in Alexin, puerum vel Mecœnatis, vel Pollionis, de qua re in Commentatione, loquor. Habet Ecloga partes septem. Primò Corydon cum Alexi expostulat: secundò accusat: tertiò se commendat: quartò illum inuitat: quintò offert munera: sextò, se iterum reprehendit: septimò canit receptui, sibique consulit.*

[a] FORMOSVM pastor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini, nec, quid speraret, habebat.
[b] Tantum inter densas vmbrosa cacumina fagos
Assiduè veniebat? [c] Ibi hæc incondita solus,
Montibus, & syluis studio iactabat inani.

ARGVMENTVM.

Corydon Alexin frustrà deperit, amore ab altero præoccupato: leuandi doloris caussa petit deserta, rupes, arbores.

EXPLICATIO.

[a] SENTENTIA est, Corydonem ardentissimè deperire Alexin, inuitante eum pulcritudine pueri, quæ eximia; erat enim formosissimus. Sed frustrà Corydon ardebat amoris furiis, nam illæ delitię alterius erant domini: ideo subdit, nec habebat quid speraret, id est, nullam spem potiundi habebat. Itaque mirus affectus excitatur à Poëta, perinde ac si dicat: Amor summus erat in Corydone, veriùs ardor: sed vide amoris huius infelicitatem, amabat enim præoccupatas delitias.

[b] Destitutus pastor spe potiundi, quod tantopere optabat, leuandi doloris caussa ibat assiduè ad solitudines, ibat ad cacumina vmbrosa inter densas fagos, id est, ad cacumina vmbrosa fagorum densitate.

[c] Pergit in explicanda pastoris infelicitate. ibi solus, (quid hac re tristius?) iactabat studio inani (vide vt nullum leuamen) versus malè conditos, vt qui profecti essent ab homine insano: dabátque querelas suas montibus & syluis, vt qui non exaudiretur ab Alexi; mitiora putans insensibilia, quàm animum illius, quem ardentissimè amabat.

NOTÆ.

1. FORMOSVM.] Vox hæc signat non colorem illum, qui in cute apparet, vt multi falsò putant, sed totius formæ, & membrorum aptam compositionem nulla in re discrepantem. Ad vocem hanc explicandam conferet Epigramma hoc Catulli: Formosus, quid.

Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,
Recta est: hæc ego sic singula confiteor.
Totum illud, formosa, nego: nam nulla venustas,
Nulla in tam magno corpore mica salis.
Lesbia formosa est, quæ cùm pulcerrima tota est,
Tum omnibus vna omnes surripuit Veneres.

Corpus formosum ita explicat Nazianz. orat. 21. ἐν σώματι

UVA. BHSC. BV 00239

σῶμα παντόθεν ἴσῳ τε καὶ καλῷ : *in corpore vndique aequali, atque eleganti.* Philo lib. 2. Allegoriar. ad hanc formolitatem conſungit, εὐμορφίαν, εὐχρωτίαν εὐσαρκίαν, καὶ τῶν μερῶν ἀναλογίαν decentem formam, decentem colorem, decentem habitudinem, membrorum omnium proportionem. Vide, vt Plato lib. 10. Reip. diſcriminet ὡραίους, & καλούς.

Corydon, vnde dictus.

2. CORYDON.] Paſtor hic, Virgilius eſt omnium Interpretum conſenſione. Qui etiam volunt nomen hoc deſumtum datúmque paſtori alluſione eius auis, quæ Græcis dicitur Κόρυδος, κορυδαλὶς ὄρνις· Latinis alauda, galerita, caſſita. Nec malè hoc putant, datur enim paſtori ruſtico nomen ab vna auium, quarum aucupio eius generis homines plurimum delectantur. Dicta eſt verò auis hæc Corydos à criſta: & ab eadem, epitymbis, quod tumbam, aut tumulum patris in criſta formatum habeat, erectúmque ſupra caput, ea forma, qua in Ægypto viſuntur pyramides: veterum enim tumbi in metam ſublati videbantur. Lege Gorop. Becan. lib. 7. Hierog. & lib. 8. per initia. vbi criſtatæ alaudæ ex Ariſtophane, & Æſopo fabellam adducit de principatu eius auis inter reliquas. Ab illo autem auis huius principatu efficit ille, factum, vt Romanis, legio, quæ tota ex veterano milite conſtaret, diceretur Alaudarum.

3. ARDEBAT.] Duo hic obſerues. Primum, huic verbo dari actionem. Sic & Horat. lib. 4. od. 9. *Aſſit crines.* Quod factum Græcorum imitatione, qui ſuo εἶδον actionem dat. Græcè quoque diceres, ἐζήλωσέ τ' ἄγαλμα. Affini verbo 5. Syl.

—— Nouercales ibat venator in agros
Aſcanius, miſeramque patri flagrabat Eliſſam.

id eſt, accendebat in amorem patris. Alterum, verbum hoc aptiſſimum eſſe maximi amoris notæ indicandæ. Ita Moſchus ἐρᾶν dixit ad rem eandem. & Seneca in Hipp. *Aſſit obſcuri Dea clara mundi.* & Horat. od. 14. Epod.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium?

Alexis, quis.

4. ALEXIN.] Quis hic fuerit, variè explicant Interpretes. Sunt, qui intelligant exprimi hoc paſtore Auguſtum ipſum, in quem Virgilius blandimenta hæc iuueniliter, & ex nimio amoris affectu contulerit. Non probo: nullo enim decoro blandiciæ iſtæ leues iactentur in terrarum Principem. Deinde hunc Alexin ſeruum eſſe fingit, ait enim fuiſſe delicias domini ſui, quæ vox omnino Auguſtum excludit. Qui enim dicas terrarum dominum, vel ſictè ſeruum vocari? Verius eſt intelligi, vel puerum Pollionis, vel Mecœnatis. Pro priore ſententia eſt Apuleius, 1. Apolog. cuius hæc ſunt: *Quàm modeſtius tandem Mantuanus, qui ibidem, vt ego, puerum amici ſui Pollionis Bucolico ludicro laudans, & abſtinens nominum, ſeſe quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat.* Pro poſteriore Martial. lib. 8. Ep. 56.

Ingera perdiderat miſerè vicina Cremona,
Flebat & abductas Tityrus eger oues.
Riſit Thuſcus eques, ſuperat cui mœſtus amicus
Reppulit, & celeri iuſſit abire fuga.
Accipe diuitias, & quarum maximus eſto,
Tu licet & noſtrum, dixit, Alexin ames.

Vbi eques Thuſcus, Mecœnas eſt. Indicat hoc idem libr. 7. Ep. 28. & *Mecœnati Maro cum cantaret Alexin*, &c. Dicam hic de etymo Alexidis ad ſententiam Poëtæ clarius aperiendam. Dictus vel ab ἀλέξω, *curo*, quòd Poëta curarum ſtimulis in eo amando torqueretur. vel ab ἀλεξέω, *arceo*, quòd eum faſtidio Poëtam à ſe arceret. ſic inf. *te hic faſtidit Alexis.* vel ſic dictus ab Alexandro, leui flexu vocis: nam ſic aiunt vocatum puerum illum Pollionis. Turnebus libr. 17. Adu. cap. 15. exiſtimat, placuiſſe Poëtæ hoc nomen præ alio, à nomine pueri illius, quem Plato laudat: epigrammate illo, cuius initium eſt πρὶν ὅτε μηδὲν Ἀλεξίς. Hoc tantum initium adducit Turnebus: integrum epigramma, & verſionem Apuleius ſuppeditat Apol. 1. Vſitatum verò fuit veteribus Poëtis, nomen mutare his, quos diligerent, quod hîc facit Virgilius. Sic nobile ſcortum Meliſſa, vocata eſt Mania à celebri poëta Machone, quòd homines in inſaniam verteret. Sic Antiphanes Hoeam vocauit Anticyram. Hæc & ſimilia reperies in Athen. lib. 13. Dipnoſoph. Sic Corinnæ, Lesbiæ, Cynthiæ magna ex parte hîctæ fuiſſe exiſtimantur.

Delicias meæ adag.

5. DELICIAS.] Prouerbij ſpecie dictum *delicię meæ*, etiam ſi quis tantum amet ſua ſcriniola: ſed vis tota adagij poſita in re amoris. Catul. *Paſſer deliciæ meæ puellæ.* Martial. lib. 1. *Stellæ delicium mei columbæ.* Cicer. de Diuin. *amores, ac delicię tuæ Roſcius.* Prudent. lib. 2. contra Symmach. loquens de Chriſtianis virginibus ita ait:

Et, quoties victor ferrum iugulo inſerit, illa
Delicias putat eſſe ſuas.

Saliuſtius cap. 34. *Delicias Herculis Hylam.* Plin. 1. Epiſt. *Comum tuæ meæque deliciæ.* & ſexcenta alia. Non hoc Græcis illibatum. Syneſius Epiſt. 91. Τέμαχος ἐρώμενος ἐμὸς παῖς. Alij ἐμὸν παίγνιον, ἐμὸς παίγνιος.

6. DOMINI.] Aut Pollionis, aut Mecœnatis.

7. NEC QVID SPERARET HABEBAT.] Sapit formam prouerbij, qua vteris ad ſignandam ſpem tenuem, & languidam. Non enim forma hæc diſſimilis eſt ab illis, *Tenuis ſpes. Inani ſpe flagrat. Spes fruſtrata*, quibus vim adagiorum Eraſmus dat.

8. TANTVM INTER DENSAS.] Frequentiſſimum eſt Poëtis, vti amatores inter arbores canentes inducant. Sic 1. Eclog. paſtor Tityrus canit ſuam Amaryllida ſub fagi tegmine. Apud Nemeſ. 4. Ecloga.

Populea Lycidas, nec non & Mopſus in vmbra
Paſtores, calamos ac verſu doctus vterque
Nec trium de ſonans proprios cantabat amores.

Calpurn. 3 Eclog.

Alitus iſta querar, ſi ſortè vacabis Iola,
Has pete nunc ſtatices, & lauas flectle ſub vlmos.

Ex hoc more Græcus Ariſtænetus ſcripſit lib. 1. Ep. 10. Ἀκούσῃ γὰρ ἁπλοῦν & ἐμεληκὸς, οὐκ ἀκατάπαυστον, μόνον δὲ σοφοῖς ὑποκρινόμενον, ἢ πλέκεσθαι ὁμίλει πλοκάνοις, εἶθε ὦ δύνδρα χῆνες ὑμὶν γένοιτο, καὶ φωνὴ, ὅσους ἂν ἐπιστε μόνον Κυδίππη καλή: *Audiuio non vineta cure, non ligo; ſolum fages, aut pinos ſub quibus deſidebat allocutus: vinam, inquiebat, & mens vobis arbores, & vox eſſet, vt hoc vnum diceretis, Cydippe pulcra.* Credo verò Poëtæ inſtitiſſe Propertium lib. 1. Eleg. 18.

Hæc certè deſerta loca, & taciturna querenti.
Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre impune dolores,
Si modo ſaxa queant ſola tenere fidem.

Incondita.

9. INCONDITA.] Ἀπέρυθρος, ἀσύντακτε, nulla arte, aut ſtudio facta. Plin. lib. 8. cap. 2. de Elephantis: *inconditos motus edidere.* de iiſdem cap. 5. *blanditiæ incondite.* & lib. 9. cap. 13. de vitulis marinis: *populum ſaltant incondito fremitu.* Ammian. lib. 31. *Barbari clamoribus ſtridebant inconditis.* Liu. lib. 7. *inconditis verſibus.* Nannius lib. 6. Miſcel. accipit *incondita* pro his, quæ natura, non arte fiunt: ad cum modum, quo Donatus vocauit interiectiones inconditas, quòd eas natura, non ars genuerit. Turnebus accipit verba prolata ſoluta oratione, quæ tamen deinde Poëta incluſerit

Corydon, vnde dictus.

Alexis, vnde dictus.

VVA. BHSC. BU 00239

incluserit in numeros. Non placet; nam mox Corydon iactat sua carmina, quem nodum non soluit solutio Turnebi. Qui volet, accipiat Poëtam pro versibus factis ex tempore, vt opponuntur conditis, artificiosis, laboriosis. Qui volet, capiat συνθετα, aspera. Cui opponet, ἀνεμεναι.

Queri ad montes, adag.

10. MONTIBVS ET SYLVIS.] Adagij formam habet; *queri ad montes, ad sylvas, ad rupes, Inue, inclamare montes*, aut quid simile, ad explicandum studium quoddam inane, & nihil proficiens. Hoc multa aperiunt. Hesiod. in Theogon. Ἀλλα τιν μοι ταυτα μελει δρυν, ἡ ἀπο πετρης; *sed quo mihi haec ad quercum aut ad petram?* A Theocrito in Epitaphio Adonidis Venus inducitur clamans διὰ δρυὸς: *per sylvas*, cùm videlicet iam nulla spes. Huc pertinet locus Eunapij Sardiani in vita Ædesij. Cùm enim hic pararet amicos fugere, vt bem relinquere, & pastoris vitam agere inter rupes & saxa, obstitere amici, Διεσαν δ' αὐτὸν ἀπελθοντες, εἰ παγκαυτων, ἡ παλαιφατων σοφιων ἐξ τα ὀρη, καὶ τας κευρυδρεις, καὶ τα διὸς ἐν τρεπει: *Minabantur si illum laniaturos, si tantam tamque recondam eruditionem manibus, rupibus, arbustisque transcri-*

A *beret.* Quja videlicet in consortio rupium & arborum nulla vtilitas, & inane studium. Hanc rem fassè, vt solet, attigit Plaut. in Mercat.

Non ego idem facio, vt alios in Comœdiis
Vidi facere amatores, qui aut noctu, aut die,
Aut Soli, aut Lunæ miserias narrant suas.

Et in Asinar. lepidè; *loquens lacerat diem.* Srych. *ego hunc lacero diem.* Ab hoc non abit illud Ennij in Medea, ore nutricis:

Cupido cepit miseram nunc me † proloqui,
Cœlo, atque terræ Medeæ miserias.

† Alij legunt, Prosequi.

A multis abstineo. Itaque, *queraris ad lapides, montes, sylvas, arbores*, eandem vim prouerbialiter habebit, atque illa, *Asinum tondes, Æthiopem lauas, mortuum flagellas*, & plura alia.

B

11. IACTABAT.] Cùm Poëta hoc verbo explicet inane studium, fortasse hæsit Afranio, qui in Priuigno: *Interea verba iactare, & labia inter se velitari, velificarier*: id est, leuiter contendere, & tantum verba iacere. Vt verò hic *iactare*, de sermone & verbis, ita Afranius, idem in Simulante: *Conicere verba inter se.*

[a] O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere, mori me denique cogis.
[b] Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillúmque herbas contundit olentes.
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
[c] Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras,
Atque superba pati fastidia? nónne Menalcam?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.

C Amaryllidis, aut Menalcæ; quamuis illa iracunda esset, superba, fastidiorum plena: ille nigricanti facie. quasi dicat: nigra facies Menalcæ me in amore incendebat, sed candor tuus ô Alexi in furias agit: illud ergo malum leuius Vel sic. Ille, qui nigra erat facie, etiam si interdum fastidiosus, sed respondebat tamen aliquantulum amatori: tu nihil me curas, auersus es, alienus es.

ARGVMENTVM.

Amplificat Corydon crudelitatem Alexis ab effectis breuiter, assumtis aliarum rerum comparationibus longius.

EXPLICATIO.

[a] PROBAT duobus primis versibus, Alexin esse crudelem triplici effectu, & crescit semper oratio cum maiori affectu, hac ratione. Graue est, ô Alexi, te non curare mea carmina, inhumanum, omnem misericordiam exuisse ferinum & bestiarum, me ad mortem cogere, qua nihil horribilius. Verè ergo crudelis, qui despector, qui immisericors, qui homicida.

[b] Fingit Poëta hunc flagrantem amatorem erupisse in has insanias tum die medio, tum media æstate, cum Sol est feruentissimus: & aptè hoc fingit, vt tu intelligas vim amoris, cuius ignis efficit, vt incendia omnia cõtemnantur. Igitur sex versuum hæc est sententia. In hoc diei feruore bruta, & humana sibi consulunt, ego vnus insanissimus sum. bruta nã pecudes adeunt vmbrosa loca captandi frigoribus, lacerti latent sub spinetis: humana, nam messores prandere apparant, vt à labore interquiescant, Thestyli cibos conficiente ex alliis, serpillo, herbisque olentibus. Igitur ego insanus sum, qui media æstate, sole ardente, cicadis inclamantibus, deinde impransus te, non solũ sequor, sed auidissimè etiam quæro vestigia, vbi pedẽ fixeris. *Nunc etiam*, est, etiã num.

[c] Vidit pastor suam hanc insaniam, & ad se redeus ait, melius vtique fuisse sibi pati tyrannidem

D

NOTÆ.

1. OCRVDELIS ALEXI.] Conuitiũ hoc amatoribus in ore. Atiadna apud Quid. 1. Art. *Torsea crudelẽ surdas clamabat ad vndas.* Horat. 4. Car. ad Liguri num: *O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.* Nemesian. 4 Ecl. *Respice me tandem puer, ô crudelis Iola.*

2. MORI ME DENIQVE COGIS.] Affectũ hunc ita expressit Theocr. εἰδ. 3. απαγχεσθης με σαυτου: *efficies, vt me sis pendam.* Censent viri prudentis iudicij superari hic Theocritum à Virgilio, Quia hic *cogis*, ille, *facies.* Maior enim vis amoris signatur in coactione. Deinde Latinus efficaciùs de præsenti, quasi iam sit mors in oculis; quàm Græcus de futuro. Neque enim verum est, quod aliqui dicunt, legendum in Virgil. *coges* ad imitationem Theocriti. Imò docuit nos ille, qui debuisset Græcus dicere. Etenim simili affectu Apuleius ad Fotidem lib. 2. *Pereo (inquam) mò iam dudum perij, nisi tu propitiaris.* Vbi non contentus adhuc præsenti confugit ad præteritum, nam in futuro sententia semper est languida, & affectus exiguus. Tertiò, sciunt omnes, quid secum afferat

Theocritum superat Virgilius.

VVA. BHSC. BU 00239

asserat turpitudinis mors suspendij, adeò vt neque in summa desperatione debeat nominari. Præterea neque affectus ita exprimitur; nam dum restis quæritur, dum laqueus aptatur, quantæ moræ? quanto est satius dicere? hic statim præ dolore contabesco. Quod accidit Narcisso.

3. NVNC ETIAM PECVDES VMBRAS, ET FRIGORA CAPTANT.] Est, captant vmbrosa frigora, vt illud, *pateris libamus & auro*. id est, aureis pateris. Græci dicunt ἐν δια δυοῖν. Rectè verò monet Germ. soluisse Poetam duplici voce vnam Græcorum σχιθηρον, quæ vox signat locum captandæ vmbræ idoneum. Cetrum hoc loci attingit Poeta voluptatem, quam pecudes in media captant æstate, cum ad vmbras confugiunt: à quo non abiit illud Calp. 3. Ecl.

Hæc pete nunc salices, & lenis flectite sub vlmos,
Nam cum prata calent, illic requiescere nostet
Tityros amat, solidaque iacet spatiatus in vmbra.

Prætereo Petrum 3. Sat. Horatium 3. carm. Nemesianum 4. Ecl.

4. VIRIDES LACERTOS.] Ita Horat. 1. Carm.

— viridesque rubum
Dimouere lacertæ.

Est etiam attributum hoc omnium serpentium in genere. Idem 1. Carm. *Viridesque colubros*. Stat. 2. Theb.

— viridémque draconem
Lucentes à fronte tubas. Nican. de Dracone, χλοάοντα.

Videntur mihi Poetæ Latini hoc epitheto soluisse Græcorum χλοροσαῦρον.

5. THESTYLIS.] Nomen est rusticæ famulæ, quæ messoribus cibos parabat. Vide Seruium. Potius amicæ, nam paulo pòst nescio quid insinuat de rivalitate.

6. RAPIDO ÆSTV.] Præclarè, quòd Sol omnia calore suo rapiat, & atterat. nam Lucret. lib. 6. dixit: *Præterea magnam Sol partem detrahit æstu.*

Allij etymon.

7. ALLIA, SERPILLVMQVE] Si etymologiæ standum esset, *halium* scriberem ab halitu, quem fragrantissimum hæc herba spirat. Pierius censet scribendum *alium*. Huius iudicium sequuntur aliqui, in primis doctissimus P. Victorius in Notis ad Catonẽ.

Serpilli etymon.

Serpillum dictum à serpendo, sicuti Græcis ἕρπυλλον ἀπὸ τὸ ἕρπειν. *serpere*. Sæpe enim Latini Græcis vocibus addunt, Var. lib. 4. Ling. Lat. *Ex Græcis vocabulis ἕρπυλλον, ἕδδον, addita, & commutata vna litera, serpyllum, rosa*. Neque verò tamen serpillum omne serpit, sed syluestre tantùm, non satiuum. Vide Plin. lib. 22. Dioscoridem lib. 30. Theophrast. lib. 6 Hist. Plantar. Sed quod cibi genus hic indicatur? Turn. moretum accipit, quod genus edulij rusticis ea tempestate in pretio erat, vt facilè colligas ex Virgiliano Moreto: constabat verò præcipuè ex alliis. Nam messoribus hoc cibi genus neque in media æstate noceret, vt daris admodum, & agrestibus. Ioannes Scopas lib. 1. Collect. cap. 20. hoc cibi genus ex allio, & serpillo refert ad amorem veterum, quo his herbis rustici vtebantur, vt cùm dormirent, odorem illo serpentes repellerent, qui solent inter somnos huiusmodi homines inuadere. Nam Macer Poeta de serpillo sic scribit:

Nidor combusti serpentes effugat omnes,
Et quoduis animal infandens ore venenum,
Hoc ideo misere cibis messoribus est mos,
Vt si forte sopor fessos depresserit illos;
Vermibus à nocuis tuti requiescere possint:
Pestiferos morsus bibuli iunat. De allio quoq; sic:
In quarto posuere gradu manfum, vel inuentum:
Curat quos serpens, vel scorpius intulit illos,
Et notui vermes tuti pellantur odore.

Infert Macer multa alia in hanc sententiam. Addo ego Simeonis Antiochensis verba in Syntagmate de Cibarijs. Facultatibus, qui loquens de allio, ait: τοῦτο δὲ πᾶν καὶ ὄφεις, ἅσπερ ἐστὶ τὰ πόμανα φυγόντες hoc serpentes, Sicut tutam.

8. OLENTES.] id est, fragrantes halitu.

9. RAVCIS.] De cantu cicadarum, quibus hic dat raucedinem alibi loquor.

10. VESTIGIA LVSTRO.] Lustrare alterius vestigia, hominem oculis, molitem pedibus, Virgilij sunt variis in locis. Græci ἴχνος κοπεῖν dicunt. & Plato καὶ ἴχνη ἀλλοτρίου per vestigia. Phrases nostræ, *insistere, & hærere alterius vestigiis*, videntur respondere huic τρέπεσθαι ἴχνεσι.

11. SOLE SVB ARDENTI RESONANT ARBVSTA CICADIS.] Signat tempus meridianum, tidie canunt. Rem pluscula firmabo propter auctoritatem Hesiodi, quæ videtur pugnare. Sanè Poeta omnes, alij etiam ab hac nota meridiem signant, cur non princeps omnium? Calpurn. 5. Eclo cum diem diuidat in matutinum, meridianum, vespertinum; medium hac nota distinguit: *At simul a gutæ nemus increpuere cicadæ.* Sid. Apol. lib. 2. Ep. 2. *Quam voluptate auribus insonare cicadas meridie concrepantes.* Apul. lib. 2 Florid. *Natura quibusdam auribus breuem, & temperatum canum cõmodauit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis sanum, vltilis vespertinum, bubonibus nocturnum, gallis amicucanum.* A Theocrit. eid. 16. cicada vocatur ἑνδεῆ, *meridiana*. Athen. lib. 6. vbi sermo est de quopiam, qui, quod multùm loqueretur, dicebatur cicada, sic scribit: μεσημβρίας λαλεῖν, Τέττιξ: *meridie loqui, cicada*. Aristænetus lib. 1. Ep. 3. Ἔτι δὲ τὸ ἔμπνουν τῶν ἀδῶν κηρυττὸν ὑπηχεῖτο μᾶλλον ὧν τεθέλγων χορῶν, δι' ὧν καὶ τὸ πνιγῶδες τῆς μεσημβρίας ἡπιώτερον ἔφερον. *Sed & aurea vocalis sonus argutum resonabat sonoro cicadarum sono: quæ & meridiei æstum leniabat.* Nazianz. Orat. 34. de cicadis ait, τὰ μεσημβρινὰ μυτρύοντες: *incitari ad canitus meridiano tempore*. Sed apertissimè Poeta ipse, cuius mentem requirimus, lib. 3. Georg.

Inde vbi quarta fitum cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

A multis tempeio. Hæc nubes Hesiodum obruit, cui placitum ab cantu cicadæ integrum diem signare. Versus eius in scuto sunt.

— Ἡνίκα τέτλιξ
Καὶ τε πεπνυμένοισι τεκμαίρεται ἀνδράσι,
Ἥδεϊ ἐν ὑπαύτῳ, πόθι τε χρόα σίνεται ἀκτὶς.

Clamosa cicada, eum toto die, & ab aurora fundit cantilenam. Calore in grauissimo, quando corpus Sirius siccat. Sed quid si Hesiodus trahi posset ad vulgarem sententiam? fortassis. Vt cunque sit, tu lector meridiem tantùm significabis eo cantu, non reliquum diem. Et in hoc versu Virgilij, caue explices diem integrum: tantum enim dicit Corydon, se laborasse sub ardenti Sole, id est, die medio, vel ex Lucretio, qui lib. 2. ita scribit:

Sol etiam summo de vertice dissipat omnes
Ardoreis in partes, & lumine conserit æstus.

Vbi *summus vertex*, meridies est, in quo Sol ardens est, vt ait Virgilius: ardorem mittit, vt ait Lucret. Est enim tunc feruentissimus Sol, & ideo Greg. Nazian. Orat. 1. contra Iulian. μέσης ἡμέρας ἥλιε τὸ φλεγῶδες ἐκλάμπων: *Die media ardentissimo Sole lucente*. Atq; hæc satis de hoc. Dicam deinde nonnihil de verbo *resono*, quod est in eodem versu. Eo vsus est Poeta ex peritia Græci sermonis, quo cicadæ non solùm τέττιγες dicuntur, sed ὀχεῖται, vel ἀλάτται quasi resonantes. Inde Theocritus eid. 16. τέτλιξ ἀχεῖ: *cicada resonat*. Carolus Stephanus in suo Seminario capit per

arbusta

UVA. BHSC. BU 00239

arbusta nemuscula, & syluulas quasdam, in quibus A desectæ arbores sunt, nam in his locis ait cicadas per extremos æstus maximè insonare.

12. RESONANT ARBVSTA CICADIS.] Mirè dictum pro, cicadæ resonant in arbustis. Eadem forma dices; syluæ mugiunt tauris, antra serpentibus sibilant, arbores resonant auiculis. Quod prius scripseram, quàm vidissem versum istum Lucret. lib. 1. *Frondiferæ syluæ, volucres audire, syluas.* Ideo Virgilius 2. Georg. sibi similis: *Aues tum resonant auibus virgulta canoris.* Videtur verò adumbratus à Virgilio Ennius 6. Annal.

——omne sonabat
Arbustum.

13. NONNE FVIT SATIVS.] Fluxere hinc illa Proper. lib. 1. Eleg. 17.

Nonne fuit melius domine peruincere mores?
Quamuis dura, tamen rara puella fuit?

Et lib. 2 Eleg. 25.

Nonne fuit satius duro seruire tyranno?
Et gemere in tauro sæue Perille tuo?

14. TRISTES IRAS.] Ait Seru. iras dici tristes, vt veræ esse intelligantur, non fictæ, vt esse plerunque inter amatores solent per iocum.

15. AMARYLLIDIS.] Quã intelligat Poeta per Amaryllida, quem per Menalcam, vide Seruium.

16. FASTIDIA.] Vox depromta ex penu amantium. Inf. *Fastidit Alexis.* Ouid. 2. Rem. *fastidit amans.* Paris Helenæ: *subeunt fastidia.* Nemes. 4. Ecl. *Meroes fastidia longa superbo.* Videtur mihi Virgilius descripsisse fastidium amatorum in 8. Ecl. istis: Fastidium, vox amantium.

Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capella,
Hirsutumque supercilium, prolixaque barba.

17. QVAMVIS ILLE NIGER, QVAMVIS TV CANDIDVS ESSES.] Non caret sapore Adagij. Vt, si velis dicere, quamuis ille ignobilis, tu nobilis: ille paupet, tu diues: ille indoctus, tu literatus: ille priuatus, tu cũ imperio: ille seruus, tu liber: ille externus, tu ciuis: ille deformis, tu pulcer. Sumsi hoc ex Iacob. Pontano, qui ante nos symbolas edidit in Virgilium B eruditas, & graues. Hic breuiter lectorem moneo; nos, priusquam illas symbolas videremus, addo etiã, priusquam illæ excusæ essent, elaborasse has nostras in Virgiliũ lucubrationes. Testes patres grauissimi nostræ Societatis. Itaque, si quid hic repereris, quod ibi inuenias, scias nos aliunde, & à suis fontibus priùs hausisse. Si quid dicã, quod tantum viderim in illis Symbolis, gloriam viro doctissimo nõ negabo.

a O formose puer, nimium ne crede colori:
b Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
c Despectus tibi sum; nec, quis sim, quæris Alexi:
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.
d Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
e Nec sum adeò informis: nuper me in littore vidi,
Cùm placidum ventis staret mare. non ego Daphnin
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.

ARGVMENTVM.

Admonet illum, ne ætati fidat ab exemplo florum, qui fragiles sunt: deinde, quo puerum illiciat, iactat opes suas, musicam, formam.

EXPLICATIO.

a HIVS versus sententia est duplex. Prior. Ne fide ætati tuæ, & pulcritudini, neque his dotibus velis superbire: memineris flauescentem hũc, & roseum colorem, quo tantopere gloriaris tandem periturum. Quod vt credat, proponit illi in sequenti versu fragilitatem rosarum, quod facere solent amantes suis despectoribus. Posterior. Ne crede colori, id est, ne crede colorem hunc diu permansurum, atque adeò ne sine ætatem labi absque voluptate; nam ætas citissimè auolat, marcescitque instar florum: ergo ætate tua fruere. Hæc sententia commodior ad mentem Corydonis, qui hac ambage ætatis perituræ ad mutuum amorem puerum inuitat. Præclarè verò illud, *ô formose*, quia eum respectu ad initium Eclogæ, quasi sæpe recurrat ad eosdem scopulos, impingátque in eundem lapidem formositatis, nam hæc vna reddebat pastorem insanum. Sic etiam infra: *Huc ades ô formose puer.* Sed volo, vt adhuc expendas verba ista, *ne crede colori.* Fides dos est C animi, color dos est corporis: deinde, fides est firma rerum opinio, color caducus est: qui ergo fides animi niti potest in colore corporis, vt illi credat? Ita ratio explicandi diligentem reddet imitatorẽ Virgilij, vt sciat, quemadmodum ille, ita concipere.

b Ex dictis in superiore versu sententia huius clara est. Sed dicam, vti explicet Turn. lib. 30. Adu. Satius mihi fuerit Menalcam amare, quamuis esset niger: neque enim tantopere expetendus est color candidus, quo tu insolescis, nam ligustra candida negliguntur, vaccinia, etiamsi nigra, leguntur, expetunturque inficiendo colori purpureo.

c Explicatio versuum quatuor ista est. Despicis me, & adeò indignum iudicas tuo consortio, vt neq; velis quærere quis sim: cum ego tamen ditissimus sim pecoris, ditissimus lactis: pecoris, nam mille D meæ agnæ errant vagantúrque in montibus Siciliæ; lactis, nam & æstate, & hyeme mihi semper nouum suppetit. Considera verbum *abundans lactis.* Lac enim vndans est latex, melius ergo *abundans*, quàm quoduis aliud.

d Iactat deinde musicam suam, & se comparat egregio cantori Amphioni Dircæo, cùm is, aduentante nocte, vocans armenta ad stabula, suauissimè canebat in monte Aracyntho, qui dictus Actæus.

e Post diuitias & musicam inducit formam corporis, qua se ait præstare, vsum tranquilla aqua pro speculo: quo experimento deprehendit, non se esse forma inferiorem Daphnide, etiam teste ipsissimo

UVA. BHSC. BU 00239

Alexi.illud *si nunquam* est, si nequaquam. Coniunge iam omnia, vt melius intelligas mētem Virgilij. Tu ô Alexi credis colori tuo, nimirum accidenti cuipiā hærenti in cute corporis, sed hoc accidens caducum est instar florū. Quin potius crede rebus meis, neque illas despice, nam meræ sunt substantiæ. Est enim mihi pecus, est lac: pecus non qualecūque, sed numerosum, nam mille agnæ pingue, nam in Sicilia fertilissima orbis parte: lac, non qualecunque, sed nouum, & omni tempore. Deinde, cùm è rupe mea cano, repræsento nobilissimum cantorem Amphionem Thebarum, cùm in Aracyntho feras commouebat, flectebat saxa, vellebat arbores. Tertiò, non mihi tantùm color, vt tibi; sed tota corporis forma præstatis est: cuius rei testis ego, qui vidi; testis mare ipsum, quod sacrum, & diuinum; testis tu ipse, si me cum pulcerrimis etiam conferas.

A eam ita describit Brodæus: *Arbor est parua, foliis oleæ similibus, floribus candidis, racematim Maio mense emergentibus, semine primum virente, deinde temporis processu nigro.*

3. ALBA LIGVSTRA CADVNT.] Absoluiré, tantùm moneo studiosum prouerbiorum, vt in horum numerum recenseat hemistichium istud, *alba ligustra cadunt*. Eò poterit significare humanam fragilitatem, pulcritudinis fugam, speciem oris defloréscentem, formæ marcorem, auolantem iuuentutem. Certè multi idem extulere sumta similitudine florū, qui caduci. Et quia istud sæpe obuium in inspiratis literis, adducam nonnulla exempla, quibus studiosus sacrorum rem suam exornet. Num 4. Ecl.

Non hoc semper erit, peraunt & gramina flores,
B *Perdit spina rosas, nec semper lilia candent,*
Nec longum tenet vua comas, nec populus umbras.

Pulcritudo floribus cōparatur.

Ouid. 2. Art.

Nec semper violæ, nec semper lilia florent,
Et riget amissa spina relicta rosa.

Auson.

Collige virgo rosas, dum flos nouus, & noua pubes;
Et memor esto ævum sic properare tuum.

Horat. 2. Carm.

Non semper idem floribus est honos
Vernis

Hieronym. in Epist. ad Lætam: *Citò flores pereunt, citò violas, & lilium, & crocum pestilens aura corrumpit.* Ita verò præclarè Aristænetus lib. 2. Epist. 1. ore Interpretis: *Similis est prato mulier: quod prato flores, hoc forma mulieri: quandiu coma prato florens, tamdiu color integer floribus: at vbi ver abiit, pereunt flores, senescit pratum; ita mulieri, vbi species præterijt, forma abiit, quid relinquam.* Homerus 6. Iliad. οἵπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν: *Quale genus foliorum, tale virorum est.* Enarrator Demosthenis in 2. Olynth. cùm Orator de Philippo dixisset verbum αὐθεν, florere, ita ipse subdit, καὶ τὸ ὥσπερ, ἀεὶ σαφῶς καὶ ἀδιάλειπτον ἐδήλωσε τὴν δύναμιν τῶν μακεδόνων· καὶ τὰ αὐτὰ ἀεὶ σαφῶς καὶ ἀπλῶς: *vsus est verbo florentis, vt ostenderet temporariam & instabilem potentiam Macedonis. nam flores temporarij sunt & non diuturni.* Mimnermus apud Stob. τοῖς ἡλικίοις πάγιον. ἓν χρόνου ἄνθος ὅσον τε τερπόμεθα: *Tempore perfruimur cubitali flore iuuentæ.* Fronda huic assimiles. Vbi breuitatem vitæ expressit & ex floribus, & ex cubito. Nonnus quoque lib. 3. Dionys. ἀνωμάλων μεμέλεαν ἠελίῳ φύλλοισιν ἐοικώς: *Genus mortalium, qui cito moriuntur, foliis simile facio.* Græcus Poeta 3. Anth. χαρίεν ἔαρ ἠδὺ μαραίνει: *marcescit gratiarum ver dulce.* Absoluam hunc locum, adiunctis verbis S. Hieronym. in Explicatione Psalm. 89. quæ habetur Epist. 139. *Sicut mane virens herba, & suis floribus vernans, delectat oculos contemplantium, paulatimque marcescens amittit pulcritudinem, & in eum quod conterendum est, vertitur: ita omnis species hominum vernat in parvulis, floret in iuuenibus, viget in perfecta ætatis virtute, repente, dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur, &c.*

NOTÆ.

Pulcritudines fugax.

NE CREDE COLORI.] Val. Flac. 7. Arg. *Heu forma ne credile tua.* Sed cū hoc dictum sit à Poeta forma quadam parcemiæ, qua docemur non fidendum ætati, illam sic locupleto. Nemes. Ecl. 4. *donum forma breue est.* Seneca in Hippol.

Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui bonum breue temporis,
Vt velox celeri pede laberis.

Et iterum: —*fulgor teneris qui radiat genis*
Momento rapitur nullaq; non dies
Formosi spolium corporis abstulit:
Res est forma fugax.

Auctor Octauiæ: *Florem decoris singulis carpunt dies.* Ouid. 2. Art. *Forma bonum fragile est.* Horat. 1. Carm. Od. 11.

—*dum loquimur, fugerit inuida*
Ætas.

Theocrit. in ἐφεσῆ. Καὶ καλὸν μὲν ἰσὶ τὸ παιδίον, ἀλλ' ὀλίγον ζῆ: *Pulcra est puerilis formositas, sed vnius exigua tempore.* Calab. li. 4. Ἀνδρῶν γὰρ ἥβη ἐστὶν ὁμοίη ἄνθεσι πόντι. *Est genus mortalium simile floscvlis.* In lib. 7. Epig. cùm quidam misisset Nymphæ coronam pulcram, sic absoluit:

Ταῦτε σε καλὰ δῶν, λίζον μεγάλων ἐόντα
Ἄνθεϊ, ᾧ κάμνεις ὦ τύ, ᾧ οὐράνιε.
His vbi frontem ornans, elate fronti honores
Spernes: vives, perit hæc rosa, tuq; simul.

Verbo est Lucæ Fruterij.

2. ALBA LIGVSTRA.] Ligustri candorem omnes celebrant. Maro hic. Claudi. de Rap. *Hæc gradiuntur stellata rosis, hæc alba ligustris.* Ouid. in Met. *Candidiori folio niuei Galatea ligustri.* Columella in Horto:

—*niueo permista ligustro*
Balsama.

Ligustrum, quid.

Sic legendum ex correctione Parrhasij. Mattial. lib. 9. Ep. 27. *cana ligustra.* Et lib. 8. Epigr. 28. coniungit cum Liliis, atque ebore. Roges, quæ hæc arbor? Putat Plin. lib. 24. cap. 10. eandem esse arborem, quæ in oriente Cypros dicitur. & lib 12. cap. 24. Cypron, ait ex quorundam sententia in Italia ligustrum appellari. Eustathius scribit, Cypro insulæ inditum nomen ab vberrate eius arboris. Sed viri doctissimi sententiam Plinij constantissimè refellunt: inprimis Massarius, qui ait ligustrum non esse cypró, vel cyperon. Massario accedit Had. Iunius. Brodæus quoque lib. 4. Miscel. c. 18. ait ligustrum à cypro dissidere. Petuicit itaque doctissimorum hominum sententia, qui putant ligustrum esse eam arborem, quæ Hispanis dicitur Athena: ea est Aftis notissima, qui caudas equorū intingunt succo radicis eius arboris,

C

D

E

4. VACCINIA NIGRA.] Grauissima fuit quæstio de Vaccīnijs Virgilianis quæ sint. Seruius ait, esse violas coloris purpurei. Alij arborem faciunt, in his est Pompon. Sabinus. Atque ad eandem rem nōnulli aduocant auctoritatem Plinij: quod facit Parrhasius. Mihi, vt alios omittam, duplex sententia probatur, vel Turnebi, vel Brodæi: neque enim nunc moror sententiam Volatterrani, qui in Virgilio, non Vaccinia, sed baccinia legit, & intelligit ligustri acinos, qui nigri sunt coloris. Quò etiam spectat Leonhardus Fuschius, qui ait Virgilium, vnius literæ mutatione dixisse vaccinia, quæ Græci κάπνα, vel

Vaccinia, quæ.

UVA. BHSC. BU 00239

vel *Cariniæ*. Eadem ferme cum Volaterrano Amatus Lusitanus in Dioscoridem enarratione 114. Putat enim eandem esse arborem liguſtra, & vaccinia, & Poetæ ſententiam esse hanc. Ne ſuperbi tua pulcritudine, nam liguſtri flores pulcerrimi pereunt, & tantùm manent vaccinia eiuſdem arboris, quæ nigra ſunt, & ſeruiunt ſcriptorio atramento: ſic te, amiſſa pulcritudine cutis, manent rugæ, & deformitas. Igitur Turn. lib. 12. Aduerſ. ait. Iam non esse dubitandum, quid vaccinium ſit, cùm hanc litem Mato diremerit, qui quod ſcripſit Theocritus, ἡ τὸ ἰὸν μέλαν ἐστὶ, καὶ ἀγεραὸν τὸ ἄνθος, vertit Eclog. 10. *Et nigræ viole ſunt, & vaccinia nigra.* Proinde ait, *Vaccinia nigra leguntur, de hyacintho intelligamus.* Brod. vero lib. 4. cap. 18. Miſcel. ita ait: *Ego vaccinia mora agreſtia esse dico, quæ à rubo ſentis producta, ad tingendas ſeruorum, plebiſque veſtes olim legebantur.* Had. Iunius, eiuſdem esse ſententiæ videtur. cum Brodæo, nam explicat, paluſtres quaſdam baccas. Sed quoniam ſententia Turnebi mihi maiori in pretio, vt quæ Virgilij doctrinam firmet, quæ ram, quæ poſſim, firmamenta. In primis, magnum pondus Virgilius ipſe, qui hyacinthum Theocriti, vertit vaccinium. Deinde, Turnebus idem lib. 16. ait reperiſſe ſe in antiquo lexico, vaccinium esse anchuſam, & hyacinthum. Gloſſas, credo, intelligit, in quibus est, *vaccinium, ἄγχουσα ὑάκινθος*. Tertiò, Dalecamp. in Plin. lib. 21. cap. 26. pro hac ſententia Plinium ipſum adducit. Nã Pli. lib. 21. c. 26. attribuit hyacintho, quæ lib. 16. c. 18. attribuerat vaccinio. nec motor ab Dalecampio Plinii oppugnari. Quartò pro te eadem ego Hermolaum adduco, qui ait hiſginum idem esse, quod vacciniũ, & hyacinthus? Vaccinium ergo, & hyacinthus, idem ex ſententia Hermolai. Quintò iuuat hanc ſententiam, Virgilium infrà dicere, *Mollia luteola pingus vaccinia caltha.* Quo eodem epitheto in 6. Ecl. hyacinthum ornat, cùm ait: *molli fulſtus hyacintho.*

5. His abſolutis dicam duo. Primum, Vaccinium olim expeti tingendo purpureo colori. Nam Interpres Nicandri ait, vaccinium esse, φυῖον ξανθὸν πρὸς πόρφυραν, ἢ μέλαν πρὸς ὑάκινθον βαπτόμενον: *arborem flauam colore, fructu vero nigro tingendæ purpuræ.* & Plin. lib. 16. cap. 18. *Vaccinia Italiæ in ancupiis ſata: Galliæ verò etiam purpurea, tingendi cauſſa ad ſeruitiorum veſtes.* Non hæc otioſè, vim Virgilij mens fuerit, ea, quam ſuprà adduxi in explicatione illius, *Vaccinia leguntur.* Alterum est, cur vaccinia dicantur nigræ? Facile me expedio. Hyacinthus purpuraſcens est. & Manil. aperte dixit: *Pallentes violas, & purpureos hyacinthos.* Atqui, quæ purpurea ſunt, eo ipſo nigricant rubore illo, & denſitate. Lege Alciatum lib. 2. Parerg. Obſeruaui etiam, quæ nigra ſunt, dici à Poetis purpurea, & è conuerſo. Nihil frequentius in Homeri interpretibus, quàm explicare purpureum colorem aquarum per nigredinem. Certè hic Seruius nigrorem Vaccinij per colorem purpureum exponit.

6. Sed & hemiſtichium iſtud (ne hoc inobſeruatum abeat) parcemiam ſapit. Te aliquis amicum deſpicit, & alium indigniorem te ſibi adiungit, dic tunc, *Vaccinia, &c.* Reges & Principes ad gratiam ſuam admittunt indigniſſimos aſſentatores, fideles & bonos miniſtros repelliunt: vaccinia, &c. Duces ad bellum tyrones eligunt, contemnunt exercitatum militem: vaccinia, &c. Tu paria excogita.

7. DIVES PECORIS.] Hom. 2. Il. πολύαρν@.

8. PECORIS NIVEI.] Vſinus coniungit attributum cum lacte, non cum pecore, ex Tibullo, Clearcho apud Athen. Cratino, Varrone, ex quibus Latini lac dicunt album, & candidum: Græci λάϊον. Non tamen illi hæreo, & Virgilium, *pecus niueum* dixiſſe credo. Fuit enim hoc magnæ felicitatis inter paſtores, & hanc de ſe prædicat Corydon. Deinde Poeta ipſe 3. Georg. dixit: *Munere ſic niueo lana.*

9. MILLE MEÆ SICVLIS.] Attingit morem Amantium, qui deſpecti cùm ſunt, ſuarum opum commemoratione aliorum ad ſe amorem conantur allicere. Hyſpipyle apud Ouid. vt laſonem reuocet alieno amore occupatum, genus ſuum laudat, nobilitatem, opes: *Si te nobilitas, &c.* lege tria diſticha. Paris Helenæ: *Non ego coniugium generoſæ degener opto.* Tu reliqua. Acontius ad Cydippem: *ſunt & opes nobis, ſunt & ſine crimine mores.* Lege, quæ ſequuntur. Apud Nonn. lib. 16. Bacchus amans Nicææ res ſuas impenſè iactat.

10. Vix credas, quàm multi imitati ſint hoc Virgilianum, & omnes recenſere, ingratum: ita nonnullos, neceſſarium. Cyclops apud Ouid. libr. 13. Metam.

Hec pecus omne meũ est, multæ quoq; vallibus errant,
Multa ſylua tegit, multa ſtabulantur in antris.

Clarius 4. Metam.

Mille greges illi, totidémque armenta per herbas
Errabant.

Calpur. 2. Eclog. *Mille ſub uberibus balantes paſcimus agnos.* & 3. Ecl.

Sum quoque diuitior, certauerat ille tot hædos
Paſcere, quot noſtri numerantur veſpere tauri.
Quid tibi qua noſtri referam? ſeu optima Phyllis,
Quam numeroſa meis ſuccetur buccula mulctris:
Et quàm multa ſuos ſuſpendat ad vbera natos.

Reliqua omitto. Hi ſatis, vt ſcias ipſe ad horum imitationem ſententiam Virgilij conuertere leui aliquo flexu. Non abeunt in re alia illa Lucani lib. 8. de Pompeio iam victo, ſed reſumente ſpiritus:

Mille meæ Graio voluuntur in æquore puppes,
Mille duces: ſparſit potius Pharſalia noſtras,
Quàm ſubuertit opes.

Verſus Homericus Il. 11. habet vicinitatem cum Virgiliano.

—χιλὶ' ὄρεσφι
Αἰγὸς ἑλὼν, ὄϊες, τόσ' ἀπέτελ ποιμαίνοντι.
—*mille promiſerat*
Capras ſimul, & oues, qua ei multæ paſcebantur.

11. Sed cùm totus hic locus ductus ſit ad imitationẽ Theocriti, audiendus ille *eid.* 11. Cyclopis ore.

Αἰνὰ δ' οὐδ' ὁ ταῦρος ἐὼν, ὅσσα γάλακα δόσκα,
Κἠν τύποιν τὰ κρέσσον ἀμελγόμενον γάλακ πίνει.
Τυρὸς δ' ἁ λείπα μ' ἂτ' ὐν βίβ', ὅτ' ἐν ὄπωρᾳ,
Οὐ χειμῶν@ ἄκρο, παρὰ δ' ἁ χαρὰ ἕρπες ἰέν:
Verùm ego ille, qui talis ſum, oues mille paſco,
Et lac optimum, quod ex illis mulgetur, bibo:
Nec caſeus mihi deſit in æſtate, neque in autumno,
Neq; ſumma etiã hyeme: caſcella enim ſũt onerata ſemper.

Tam Theocritum, quàm alios, quos ſuprà dedi, longè ſuperat Virgilius, nam ſibi mirè reſpondet, quod ſuperat Virgilium nemo alius. Expendi iam in explicatione; ideo hîc non repeto. Pergo ad alia. Theocrit. ſimpliciter, *paſco mille oues.* Virgil. *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Quiſque vult oſtentare ſuas diuitias, Cyclops vt Galateam afficiat, Corydon vt Alexin. Non dubium igitur, quin verſus Virgilij plenus ſit diuitiarum, opéſque totus ſpiret; nã verbo *errant* agnuſcis numeroſam multitudinem: cùm ait, *montibus*, ingens agri ſpacium, quod occupat tanta multitudo: cum *Siculis*, ſignatur agri paſcui fertilitas; nam Sicilia optima, & opima habitat terrarum; ergo, quàm nitidæ eſſent, oues, & præpingues, quæ in his paſcuis eſſent? Theocritus, *bo bo lac.*

Theocritum

UVA. BHSC. BU 00239

hoc caret noster, & cum magno iudicio. Debuisset Græcus dicere, tibi seruo, tu bibes, aut quidquis aliud, sic melius inuitaret. Theocritus tria anni tempora induxit. Cur tacuit ver? melius noster, qui duas tantùm anni partes, æstatem, & hyemem, ex more, quem alibi aperio. Mitto, quàm præclarè *frigore* pro hyeme. Theocritus, *caseus mihi non defit*. Certè caseum (hoc Seruius vidit) seruari omni tempore, nihil est mirum; atqui *lac* difficile: illud verò *nouum* difficillimum. Sed istam difficultatem vincit numerosa ouium multitudo. est enim vnde semper mulgeatur.

12. SICVLIS IN MONTIBVS.] Hoc non caret vel imitatione, vel historia. Imitatione, nam Theocritus in Sicilia Idyllia sua constituit, vt qui Syracusanus: historia, nam Sicilia pecoris fertilissima esse prædicatur. Et Pind. od. 1. Olymp. ait Hieronem sceptrum tenere ἐν πολυμάλῳ σικελίᾳ: *In diuite pecoris Sicilia.*

Lac nouum, quid.

13. LAC NOVVM.] Seru. & Had. Iun. intelligunt colostram, fortasse quia hoc lac nouum est, dicente Plin. lib. 28. cap. 9. *Est autem colostra prima a partu spongiosa densitas lactis.* & Martial. lib. 13. Epig. 37. *De primo matrum lacte colostra damus.* Arist. lib. 6. hist. Animal. cap. 21. lac recens à partu vocat ἀφώατον γάλα: *lac primum.* Hoc autem genus lactis in deliciis habitum veteribus satis indicat Plaut. qui in Pœnulo ait: *Meum mel, meum cor, mea colostra, meus mollicellus caseus.* adduxi hæc in gratiam Seru. & Iunij. Poeta tamen explicandus, vti suprà à me. Adeò mihi est numerosa multitudo ouium, vt lac mihi hyeme, & æstate suppetat. Itaque *lac nouum* dicit ea arrogantia, qua pastor quidam apud Nemes. sese Danaei puellæ insinuat:

—Scis mille iuuencas
Esse mihi, nostri nunquam mea mulctra vacare.

Et Calpur. 2. Eclog. *Per totum niueus premitur mihi caseus annum.* Pari arrogantia apud Ouid. 13. Met. Cyclops.

Lac mihi semper adest niueum, pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.

Firmat meam explicationem aperta Homeri imitatio, 4. Odyss. Ἀλλ' αἰεὶ παρέχουσιν ἐπιστάμεν' ἄλγε' ἔχειν: *Sed semper præbent per totum annum lac mulgendum.* Ergo, ait Corydon, se nunquam cessare à mulgendis ouibus. Deinde credibile est, Poetam sibi esse consonum: atqui in 5. Eclog. & 5. Æneid. per *lac nouum* intelligit recens mulctum. Adi, quæ dico 3. Æneid. ad illud, *Infirmum tepido spumantia cymbia lacte.*

14. FRIGORE.] Pulcrè pro hyeme. ita 5. Eclog. *Ante focum, si frigus erit.* id est, si hyems, Tibul. lib. 1. Eleg. 8.

—quæ frigore sola
Dormiat.

15. CANTO.] Plutarchus in Erotico inter reliqua amatoria connumerat etiam ἐπὶ θύρας ᾄδειν: *ad fores canere.* Non autem dubium, quin Virgilius imitetur Theocritum multis in locis. Græcus in Cyclope. Συρίσδειν δ' ὡς ἄπτι δύσεμαι οὐδὲ Κυκλώπων: *Scio sic canere, sicut nemo alius Cyclopum.* & ibid. 24. Ἁδὺ δέ μοι τὸ μελέδημα, καὶ ὧδ' οὐ συρίγγι μελίσδω: *Suauis mihi est cantilena, etiam si canam fistula.* & ibid. 4. Ἐγὼ δ' εἰμὶ μελίκτας: *Ego autem cantor sum.* Theocrito, & Virgilio hærens Nemesianus:

Nec sumus indocti, calamis cauternus auenæ,
Quæ Dijs cecinere prius, quæ dulce locutus
Tityrus.

Mos veterũ pastorum.

16. ARMENTA VOCABAT.] Vult Cæsar Scal. in Critico, attingi hic à Poeta morem illum, quo priscipastores sero diei appetente, quasi receptui canentes, suauissimè modulabantur, vt à pastu greges reuocarentur cum numeris. Hunc morem firmat re nulla. Ego in locum incidi Nazian. qui in Apolog inter pastoris officia: Ἀναπαύσεις, καὶ ἀποκινήσεις, καὶ ἀναλήξεις, ὁλίγα μὲν τῇ ϛάκτρῳ, τὰ πολλὰ δὲ τῇ σύριγγι: *Sistet gregem, monebit, reuocabit, aliquando quidem baculo, sæpissime verò fistula.* Et Orat. 28 de pastoribus. ita ait: Οἱ μὲν τὰς σύριγγας λαβόντες ὅλῃ πνοῇ σκοπιαῖ αὐηλοῦντες, πληροῦσι τῆς ἁδυμελίας τοὺς δονακας καὶ ἀναπαλιν τις ὡς λογικὰ τὰ πανομόνυμα καὶ ὑποκλώσει, καὶ αἴρεσι μᾶλλον, ἢ, &c. *Illi quidem arreptis fistulis, fleculam quandam euecti, calamos omnes mœrore implent, & falantes oues reuocant quasi ratione præditas. Quòd si paruerint, magis gaudent, quàm, &c.* Quod & ad alia quoque munia extendit Orat. 7. ἅπας ποιμαντικὸν τῇ ϛακτηρίᾳ, πάντα τῇ σύριγγι: *aliqua oues pascendæ baculo, aliqua fistula.* Apollon. quoque libr. 1. Argon. hunc morem obiter notat: nam adducens comparationem, ait, oues sequi pastorem suum εἰς αὖλιν, *in ouile*, ad cantum fistulæ, qua ille oues præit modulabundus, carmine pastorali. Versus omisi, vt plures. Libanius etiam in Progym. dixit, αὐλοῦ δὲ καὶ σύριγγος, νομέων εἰς αὖλιν ἑλαυνόντων βοῦν ἀγέλας, καὶ πίπλια, καὶ πύμνια, *tibiæ, & fistulæ pastorum ducentium ad stabula boues, caprasque oues.*

17. AMPHION.] Fuit hic filius Iouis, si Homero credimus Odyss. 11. & Heracl. Pontico apud Plutarch. in lib. de Musica: si verò Diophani lib. 1. Hist. Ponticæ, filius fuit Theoboontis. Sed hæc omnia fabulis sunt deformata. Lege Natalem, Palæphatum, aliosque. Huic Plin. lib. 7. dat inuentionem Musicæ. Ferunt, illum didicisse artem hanc à Mercurio, quòd primus omnium huic Deo aram dedicauerit. Sic ferme in Bœot. Pausanias. Muros ad lyram erexit, cantu saxa, ferásque commouit. Horat.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

Cassiodorus 2. Var. *Amphion Dircæus canendo chordis Thebanos muros dicitur condidisse: vt cum homines labore marcidos ad studium perfectionis erigeret, saxa ipsa credeuentur relictis rupibus aduenisse.*

18. DIRCÆVS.] Sic dictus, quia Thebanus, & Thebarum muri conditor. Nam Plin. lib. 4. Dircem fontem in Bœotia agnoscit, aliíque: atque Thebæ in Bœotia sunt. Sunt, qui hoc epithetum referant ad facinus Amphionis, velintque desumtum à Dirce, quę interfecta est ab Amphione, & Zetho fratribus: nam ea Antiopam horum matrem persequebatur. Vide ista latiùs apud Apollonij interpretem lib. 4. & Nicocratem in Cypriis.

19. ACTÆO ARACYNTHO.] Aracynthum montem Acarnaniæ Plinius agnoscit lib. 4. cap. 27. Strephanus Bœotiæ, Vibius sequester Atticę, Seruius Thebarum, Eustathius in Dionys. Ætoliæ: sunt etiam, qui Arcadiæ, sed falsò: nam in Vibio legendum Acarnaniæ, non Areadiæ, ex nota Brodæi lib. 2. Misc. cap. 8. Inde mirè variatum ab interpretibus in explicatione huius loci: nam quî dici Aracynthus potest mons Actæus, cum hic mons in Attica non sit? Vibij enim opinio cum nullo consonat veterum Geographorum. Inde lapsus videtur Ioan. Scopas lib. 1. Collectan. cap. 21. qui omissis omnibus Historicis, & Geographis vni tantùm adhæsit Vibio. Ergo in hac tanta varietate adhæreamus Stephano, & Seruio, qui Bœotiæ, & Thebarum montem faciunt, hoc enim quadrat cum superioribus. Nam qui Dircæus, id est, Bœotius, aut Thebanus, canebat in monte Bœotiæ, aut Thebarum.

Aracynthus mons, vbi.

Roges,

UVA. BHSC. BU 00239

Roges, si huic hæreas opinioni, quid de epitheto dices sumto ab Attica? Placet duplex solutio aut Fulvij, aut Germani. tu, quam velis, eligas. Ait prior, Actæum hic sumi pro παραθαλασσίῳ, id est, *littorali*. Nam sicut 5. Æn. actam posuit pro littore proximo mari. Posterior accipit *actæum* pro saxoso, & petricoso Græcorum imitatione, qui ἀκτὴν non solùm vocant littoralem oram, sed τρόπον πέρα θάθι, *locum saxosum*. Nam & Homero ἀκτὴ πετρήεις est, promontorium, seu scopulus. & ἀκτὰ Ammonio sunt loca maris petricosa, sicut σύρτις arenosa. Addo ego Oppianum lib. 3. Venat. qui dixit, -ταύροιο νιφοκλήτας ὑπὲρ ἀκτὰς: *Tauri nivosa supra juga*. Ergo, mons Actæus erit, qui Catullo *præruptus*, & Ouidio, *Scopulus adesus, pendens*q. Prior: *Ac tum præruptos tristem conscendere montes*. Posterior: *Nunc scopulus raucis pendet adesus aquis*. Demum hanc rem firmat Propertij auctoritas, qui Virgilium interpretans dixit lib. 3.

Actæus, quid.

—*Victorque canebat,*
Pæana Amphion rupe Aracynthe tua.

Itaque hic dixit *rupe*, quod Virg. *Actæum*. Est qui *Oetæo* legat, id est, Bœotio: cui minus fidem damus, vt nullo exemplari, & veterum codicum testimoniis fulto. Alciatus 5. Parerg. cap. 4. aliter interpretatur, cui nec hæremus.

20. NEC SVM ADEÒ INFORMIS.] Iactat suam pulchritudinem, quod facere amatores solent. Theocritus in Bubulco *eid.* 24.

Ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν ἀθάνας.
Τὸ σῶμα ἢ τακίλας γλυκερώτερον:
Oculi mihi sunt graviores cæsia Minerua.
Os dulcius coagulo.

Tu reliqua Pastor apud Calp. 3. Ecl.

Quem sequeris, quem Phyllis fugis? formosior illo
Dicor.

21. NVPER ME IN LITTORE VIDI.] Admonent nonnulli, Poetam mari dedisse rationem reddendæ imaginis, non tam ex Physica rerum natura, quàm ex Theocriti imitatione: negant enim accidere posse, vt imago reddatur ex vndis maris, propterea quòd oleosum semper, & pingue supernatet; sicuti neque in obnubilato speculo, neque in aqua, in qua fuerit cocta caro. Sed sciant isti experimento sæpe probatum, in mari tranquillo reddi imaginem. adeant mare, qui hoc negant. Deinde, qui falsi tot testes? Hos adducam Virgilio tum fulciendo, tum illustrando: atque etiam, vt cognoscatur imitatio, & discatur variatio eiusdem rei. Inprimis Aristot. in Problem. Sect. 23. quærit, διὰ τί ὁ θάλαττα οὖσα βαρυτέρα τοῦ πόσιμα ὕδατος, μᾶλλον ἔστι διάπλους; *Cur mare, cum sit grauius aqua, quæ apta ad potum, perspectius tamen sit, & liquidius illa?* Plato etiam in Sophista meminit εἰδώλων, & κατόπτρων ὑδάτων: *simulacrorum, ac speculorum, quæ sunt in aquis*. Artemidorus libr. 2. c. 7. dixit, ἐν ὕδατι κατοπτρίζεσθαι. Theocritus *eid.* 6.

Καὶ τὸ σὸν εἶδ' ὅτι ἔγω κάλον, ὡς μὲ λέγοντι.
Ἢ τὸ σφὼ ἐς πόντον ἀτίκλεπτον, ὃς ὁ γαλάτα;

A *Neq, verò speciem habeo malam, sicut mei dicunt.*
Me certè nuper in maris vidi, erat enim tranquillitas.

Theocritum expressit Lucianus in Dialog. sic enim Doris loquitur cum Galatea: Ἐπεὶ τά γε ἄλλα, ὠνύτ' ἀγαθὰ λέγειν οἷα τοῖς ἀθύροις ἅπαν τὸ ὑγρὸν, ἅπαντες νῶν, εἴπερ τε γαλήνη εἴη, ὁπποκύμασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἰδὲ σαυτὴν, ἰδὲν ἄλλο ἢ χρόαν καλὴν ἀκείσῃ: *Si cetera præterea velis, qualis sis facie, ex petra quapiam, si quando sit tranquillitas, procumbens in aquam, te ipsam inspice, nihilq, aliud videbis, quam album omnino.* & in Alcione, ἀκύμαντον δέ, ἢ τὸ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος ὅμοιον ὡς ἐπάνω κατόπτρῳ: *Quietum & tranquillum mare vniuersum, ac simile, vt ita dicam, speculo.* Pergo ad Latinos. Statius 6. Theb.

Mare instar speculi.

B *Sic vbi tranquillo pellucem sidera ponto,*
Vibratúrq, fretis cœli stellantis imago,
Omnia clara nitent. Ouid. de Cyclope libr. 13. Metaph.
Certè ego me noui, liquidaque in imagine vidi
Nuper aque, placuitque mihi mea forma videnti.

Hic locuti sunt de aqua maris, Calpurn. 2. Ecloga,

Fontibus in liquidis quoties me conspicor esse
Admiror toties, &c.

Nemes. 2. etiam: *Quin etiam fontis speculo me mane notaui.* Tu reliqua. Hieronym. lib. 2. aduersùs Iouinian. *fontis speculum* dixit. Ex eodem Virgilij fonte fluxere versus plurimi, qui circumferuntur inter epigrammata Virgilij.

22. CVM PLACIDVM VENTIS FLARET MARE.] Seneca lib. 6. Nat. Quæst. ita Virgilium explicat: *Sic tranquillum mare dicitur, cum leuiter commouetur, nec in vnam partem inclinatur. Itaque si legeris: cum placidum ventis staret mare; scio illud non stare, sed succuti leuiter, & duci. Tranquillum est, quia nec huc, nec illuc impetum capit.* Sic legit verba Senecæ Ioseph. Castalio in Var. Lect. Videtur huic hæsisse Tibul. lib. 4. *Quin rapidum placidis etiam mare constitit vndis.* Plaut. Most. dixit: *Tam placida est, quàm est aqua.* Variat Horat. 4. Carm. per verbum *paco*, cùm ait: *Pacatum volitant per mare nauita.* Lucretius eleganter ad risum confugit lib. 1. *tibi rident æquora Ponti.*

C

23. IVDICE TE.] Habuit credo vatem ante oculos Ouid. cùm scripsit in epist. Paridis ad Helenã:

D *Nec puto collatus forma Menelaus, & armis,*
Iudice te, nobis anteferendus erit.

& Alcimus Auitus lib. 3. de Mundi Orig.

Forma nudis proprio melius contenta decore
Iudice se placuit.

& Iuuen. Sat. 8. *Iudice me dignus vera cruce.* & Martial. lib. 4. Ep. 24. —*nam me quoque iudice verum est.* Appian. in Libyc. ἐμὲ κρίνοντ' & dixit.

24. SI NVNQVAM FALLIT IMAGO.] Videtur hoc dictum, nam quæ ex aquis redduntur, non semper vera. Seru. *in aqua rerum integrum, quasi fractum videmus.* Sed & Lucill. in Epigramm. speculum vocat ψεύδεσι *mendax.*

a O tantum libeat mecum tibi, b sordida rura,
Atque humiles habitare casas, & c figere ceruos,
d Hœdorúmque gregem viridi compellere hibisco.
e Mecum vna in syluis imitabere Pana canendo.
f Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit; g Pan curat oues, ouiúmque magistros.
h Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Hæc eadem vt sciret quid non faciebat Amyntas?

UVA. BHSC. BU 00239

A

ARGVMENTVM.

Pro his postulat, vt secum rus adueniat: proponit, si id faciat, quæ aduentum hunc consequantur, exemplo sui, & Amyntæ.

EXPLICATIO.

a EXPENDE lector. Bonum vtile, delectabile, honestum, magnam vim habent ad commouendum: hæc tria proposuit Corydon; vtile, in numerosis ouibus, in lactis abundantia; delectabile, in musica, quæ nata ad voluptatem aurium, & delectationem; honestum, in forma corporis, hæc enim non abit a ratione boni honesti: ergo ait, tot bona nihil sunt absque te. vna tua tantùm libido tot bona hæc cumulabit, & me beatum faciet. Libeat tibi tantum mecum habitare, & beatus ero. Nihil de se sublimius poterat prædicare pastor grandæuus, quàm tria illa boni genera; nihil abiectius petere, quàm vnicam tantum pueri lubentiam. quid ergo non consequeretur, si loqueretur ad auras humanas, non ad rupes, & feras?

b Commoda est Seruij interpretatio, *tibi sordida*, id est, quæ tu putas sordida. monétque bis repetendam vocem *tibi*, vt sententia sit, libeat tibi habitare mecum rura tibi sordida.

c Duplex sententia, vel furcas defigere, eo modo, quo Plaut. in Mil. dixit: *figam palum*. Vel ceruos venari. Posteriorem Seruius priori præfert, alij etiam, & meritò. Potius enim credi debet inuitare pastor Alexin ad voluptatem venationis, quàm ad laborem figendarum furcarum.

d Sententia est, libeat tibi gregem compellere baculo ex hibisco. Hæc mens Turnebi. Ergo, ita Alexin inuitat ad vitam pastoralem, vt proponat, quæ iucunda sunt; amoueat, quæ molesta. Itaque ait, non ages capras, non tauros, non armenta: sed hœdos, qui molliculi, & tenerrimi, qui ludibundi, & grati. Deinde gestandus tibi viridis hibiscus pro baculo; non ponderosum pedum, quod manus lædat. Explicationem aliorum in Notis dabo. Nam mihi semper statutum, quoad fieri possit, vnicam tantùm sententiam in explicatione adhibere.

e Inuitat iam præmio, si secum rus adueniat. Eris excellentissimus artifex musicæ, imitaberis non quemcunque è Diuis, sed ipsum fistulæ inuentorem Deum. Et nota, latere occultè laudem, arrogantiámque ipsius Corydonis. inuitat enim se scire iam Pana canendo imitari, & eo ipso stimulos adhibet ad veniendum, quasi dicat: Ego iam imitor, iam sum artifex, aspirare ergo & tu quoque ad tam egregium decus potes.

f Hoc dicitur occasione superioris versus. Per calamos plures coniunctos cera, intelligit veterem fistulam, de cuius forma loquar in Notis.

g Quasi dicat. Adiunge ad musicam, quam hic discis, te fore sub tutela & præsidio magni Numinis Panis, cui oues, & pastores commissi.

h Amouet hic quoque molestiam, vel potius conatur amouere. Si discas canere fistula, lædes ea atterésque labella tua, quæ grata, & mollicula, atque indigna, vt atterantur: sed magna res est, si Alexi, Panem imitari, cum eo viuere, illum præsidem habere. Ergo ne pœniteat breue incommodum pati pro re tam magna. Deinde exemplum habes Amyntæ nobilissimi pastoris, qui multa passus est, artem hanc vt disceret.

NOTÆ.

1. OTANTVM LIBEAT.] Hausit ex Theocrito in Cyclope:

Ποιμένειν δ' ἐθέλοις ζωὸς ἅμα, καὶ γὰρ ἀμέλξεις,
Καὶ τυρὸν πάξαις:
Vna velis mecum pascere, hac mulgere,
Et caseum cogere.

Potuit etiam & ex Alcæi inuitatione hac affectus plena:

Σύν μοι τίνε, σωμέα, συνεφαινόρτ.
Σὺν μοι μανυλλίῳ μαίνεο, ζὼν σώφρονι σωφρονί:
Vna mecum bibe, pubesce, ama, coronare:
Vna mecum insaniente insani, & cum respuero respuisce?

2. CASAS.] Constant hæc ex stragmentis, & cespitibus. Seneca Epist. 90. ita describit: *Furcæ vtrinque suspensa fulciebant casam: ipsissalis ramalibus, ac fronde congesta, & in proclive dispositæ, decursus imbribus, quamuis magnis erat.* Casarum originem ad militiam refert vir quidam doctus, & easdem esse cum scenis putat, vnde & dicta castra autumat. Non erraret meo iudicio, qui contrà sentiret, & militares referret ad pastoritias. Hoc enim materia indicat, cespites (inquam) & stramenta, quæ propria pastorum. Deinde pastores quouis sunt bello vetustiores. Casarum origo.

3. FIGERE CERVOS.] Pocta ipse 1. Georg. *figere damas*. Qui locus mirè facit pro posteriore explicatione, quam elegi. Seneca etiam in Furen. *Tutosq; fuga figere cervos.* Et in Hippolyt. *Igni & manus leuare manu.* Græci passim in re venatoria, ἐλαφους: *cervos figere.* Propert. Eleg 19. lib. 2. *figere aurum.* Sunt præterea cerui furcæ pastorum; inde vox traducta est ad militiam, scribente Cæsare 7. Gal. *Aggerem, & vallum pedum duodecim extruxit, grandibus cervis eminentibus, qui ascensum hostium tardarent.* Liu. lib. 44. *Romanus ad Clitas qui ab vocant, munimenta cervis etiam obiectis, vt viam intercluderent, a Macedonico ad Toronaicum perducit.* Tibul. lib. 4. ad Messallam:

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Quæ decet vtraque castris præducere fossam,
Qualiter aduersos hostis defigere cervos.

Figere ceruos, quid. Cerui pro furcis.

His ostensum etiam, qui vsus ceruorum in bello, videlicet, obstructio, impeditio, moræ.

4. VIRIDI.] Hinc Calpurn. Ecl. 4. *Viridique famem solarer hibisco.*

5. COMPELLERE.] Ita Calp. 5. Ecl. *Ad fontem compelle greges.* Plaut. Bacchid. sic variat: *Amabo, quis has huc oues adegit?* Philo de opificio mundi extulit per verbum διαμῆναι quasi dirigere, & significare.

6. HIBISCO.] Est è genere syluestrium maluarum, vulgus vocat *Malum insci.* Græci ἀλθαίαν a multitudine remediorum, & frequenti eius vsu, vt ait Dioscorides. Est enim Græcis ἀλθαίνω, *medeor.* Ceterùm, locum hunc aliter Seru. explicat, videlicet compellere gregem ad pastum hibisci. Eodem etiam modo explicat Ioseph. Scaliger in Notis ad Varr. lib. 2. Rei Rust. cap. 11. quibus verba quædam de pascuo viridi perpurgante accipit de hibisco, ita vt Varro circumscriptione quadam vsus fuerit. *Nam & in eam* (inquit) *ouium & caprarum, agnorum & hœdorum gregem compelle hanc.* Virgilius: *Hœdarumque gregem viridi compellere hibisco.* Sed præter Turnebum, quem pro me adduxi, est etiam Carolus Stephan. in suo seminario, vbi ait, malua ita interdum grandescere cultura, vt ex matura herbacea videatur in arborem transire, & inde esse, vt commodè posset seruire vsibus pastorum ad baculos, adducitque versum Hibiscus.

VVA. BHSC. BU 00239

versum hunc Virgilij. Ceterùm inuitatio, quæ sequitur, *Mecum vna in Sylvis, &c.* adumbrata est à Nonno lib. 11. Et enim qui Nonnum legat, inueniet sæpe illum locupletatum Latina Virgilij Musa. Sic in dicto libro, vbi Bacchus inuitat puerum Ampelum, ne à se abeat, multa sunt ad vestigia huius Eclogæ. Vt cùm ait Bacchus, *μίμνεμοι, ἀλλ᾽ὁσσοντι ζωιακῶσων διονύσω: Mane, ac mecum Dionysio venante vna venaberis.* Sic lib. 16. Bacchus idem ambiens Nicæam nympham, *τὶς ὀθὸν & ἀλκώνευν σι ζωιαχκώσουτη λυσίω: Quæ inuidia est, & te nolle vna venari cum venante Baccho?* Hæc, & plura alia nihil abeunt ab stylo huius Eclogæ.

Pan inuentor fistulæ.

7. PAN PRIMVS CALAMOS.] Celebre hoc Græcorum Latinorúmque carminibus. Plat. lib. 4. Epig. *αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελισδέτῳ τυκελάδῳ Παῦ: Quando Pan ipse sonora canit fistula.* Bion in Bucolicis: *Εὗρε πανάγιαλον ὃ Πᾶν, ὃς καλὸν ἄδιαε: Fistulam inuenit Pan, vt tibiam Pallas.* Sic reddidi *πανάγιαλον*, quia visus mihi est Græcus id velle attingere, quod de Pane alij prædicant. Lucret. lib. 1.

——cum Pan
Pinea semiferi capitis velamina quassans
Vnco saepe labro calamos percurrit hiantes.

Virg. iterum 8. Ecl.

Panaque, qui primus calamos non passus inertes:

Nemes. 3. Ecl. loquente ipsomet Pane:

——nulli fas est inflare cicutas,
Quas ego Menalijs cera coniungo sub antris.

Vnde nata sit fabula lege Ouid. in Metam. & Natalem in Mythol. de loco ipso, vbi primùm inuenta fistula huic Deo, ita Pausan. Arcad. *Consurgunt montes, qui Nemij dicuntur. est in illis Nomij Panos fanum: vicum proximum Melpeam, ac si modulatricem dicas, nominant, quod fistulæ modos illic Pani primùm excogitatos dictitant.* Dei huius ornatum lege in Artem lib. 4. c. 74. vbi dat illi fistulam. Ideo Non. lib. 7. proprio attributo, *παιδὸς & σύριγγος.*

8. CALAMOS CERA CONIVNGERE PLVRES.] Hic locus, & qui sequetur statim.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula,

pendent necessariò ab his, quæ nunc dicturus. Ergo plures calami septem, aut cicutæ septem, & vtraque locutio veterem fistulam signat, quæ compacta erat è septem cicutis, vel auenis coniunctis cera: ideo Æschylus fistulam *κηρῶ σωλῆνα* vocat. & Pollux de fistula, *κηρῷ σωλῆνια.* & Theocrit. *εἰδ. 1. ἐκ κηρῷ σύριγγα.* Habebat vnaquæque cicuta sonum suum ab aliis discrepantem. Verba Scaligeri in Historico figuram

Fistulæ veteris descriptio.

fistulæ apprimè signant: *Proportione certa ad alia figuram. in summo, qua inflabantur, æquales; in æquales, qua exit spiritus.* Forsitan in hac figura explicanda respexit vir doctus aduersùs Ouid. qui lib. 8. Met. de pennis Dædali:

——ponit in ordine pennas
A minima coptas longam breuiore sequente,
Vt cluo creuisse putes. Sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.

Itaque ordo fistularum semper decrescebat, iuxta hanc Tibulli descriptionem:

Fistula cui semper decrescit arundinis ordo,
Nam calamus cera iungitur vsque minor.

Formam veteris fistulæ multis persequitur Achilles Tatius Alexand. lib. 8. Meminit Calpur. 4. Eclog. *septena modulator fibula canna.* Sidonius Apoll. lib. 2. Epist. 2. *Cui concentus licebit adiungas fistulæ septisoris armentalem camenam.* Pind. Od. 2. Pyth. *ἑπτακτύπου* dixit, non quidem fistulæ, sed *θόρμιγγος: septisonæ cithara.* Theocritus ab his discrepat, quæ docuimus, nam *εἰδ. 8.* sic ait, *Συρίγγι αὖ ἑπτάκλαδα κολλᾶι ἐγὼ ἀννεάφωνον: fistulam ego pulchrè compinxi nouem vocum.* Oritur igitur, vel audaciter hoc, quod vult Scaliger: vel per nouem voces tantùm signat multitudinem vocum. Porrò nihil magis aperiet formam antiquæ fistulæ, quàm ipsissima typo expressa: eam igitur hic tibi subiicio ex marmoribus.



9. PAN CVRAT OVES.] Quia is pastorum Deus, & præses rusticorum. Virg. 1. Georg. *Pan ouium custos.* Inde Homerus in hymno, vel quis auctor, illi dat *κορυφὰς ὀρέων, ϗ πτερόεντα κάρηνα: montium culmina, & saxosa iuga*, quæ loca pastorum sunt. Addidit antiquitas Nymphas. Vide Natalem.

10. CALAMO TRIVISSE LABELLVM.] Cùm septem essent calami, necessariò, vt sonus ederetur, omnes percurrebantur, vnde fiebat, vt plerunque labrum læderetur, & veluti attereretur. Inde Lucr. lib. 4. *vnco saepe labro calamos percurrit hiantes.* Et lib. 5. *calamos vnco percurrere labro.* Fluxit versus Virg. ex Theocrito, qui *εἰδ. 24. χείλεα τρίζειν: labra terere.* Paulin. Nat. 9. Felicit. *Labra terit calamis.* Nonnus lib. 3. *ὑπὸ λίσσοντες δοιδῶ.* & lib. 2. *σύριγγι μετώπατα χείλεα σύρων*, est hoc, quod Latini *percurrere.*

51 a Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, b Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
40 c Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo
(Bina die siccant ouis vbera) quos tibi seruo.
d Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat,
Et faciet, quoniam fordent tibi munera nostra.

E

ARGVMENTVM.

Addit donum duplex, fistulam, & capreolos: vtrumque commendat.

EXPLICATIO.

a ANIMVS huius miseri amatoris est, res suas ostentare, quo efficaciùs puerum permoueat,

VVA. BHSC. BU 00239

quem tantopere deperibat. Ergo ait, habere se fistulam, non quamcunque, & vulgarem, sed quæ similima esset fistulæ Dei Panos. nam ea erat compacta è septem cicutis, id est, calamis disparibus. Et bene explicat Cæs. Scal. vocem tantum *septem* referri ad numerum: nam *disparibus* solùm ad quantitatem, videlicet de ordine calamorum decrescente, vt iam suprà explicui.

b Pergit fastu quodam pastor, & commendat fistulam à primo possessore Damœta. Quæ dono dari solent, pretiosa sunt: quæ in morte, vt amantissimi animi fiat attestatio, pretiosissima. Ergo mihi dono data est fistula, & à moriente. quin addit verba amoris plena; *te nunc habet ista secundum*. An hoc parum est? Solet mors vicina sensus omnes abripere, & animum occupare extremæ calamitatis cura. Non sic accidit. Nam Damœtas moriens adhuc integro fuit sensu, vt munus suum commendaret. Pergit Corydon. Aderat Amyntas, qui tanto muneri inuidit præ stultitia sua, qua putabat fore, vt ipse mihi præferretur in vltima illa amoris Damœtæ significatione. Collige omnia. Fistula mihi data est dono, & à moriente, & cum significatione amoris in morte ipsa, & cum alterius inuidia. quale ergo donum?

c Post commendationem fistulæ pergit ad donum alterum, quod seruat Alexidi. Sunt mihi *duo capreoli*, præclare; nam ex ingenio puerorum, qualis erat Alexis, qui rebus exiguis delectantur. itaque non dat oues, non capras, non tauros, sed capreolos, *reperi*; ergo, quos amiserat, & quos quæsierat cum labore. Sed vbi reperti? *in valle non tuta*. itaque quæsiti cum periculo vitæ, nam valles insidiosæ sunt, quia non loca aperta, & clara. Vlterius. *Ipsa sis etiam num pellibus alba*. solent capreoli mutare colorem, & maculas, cum sunt grandiores. Non sic est ait Corydon: adhuc lactentes sunt, & tenerrimi, & ideo addit, *bina die siccant ouis vbera*. Itaque nondum colorem muta unt: retinent illa speciositatē, qua nati. dixi. Hæc ex nota Seruij. Hos igitur tibi seruo ô Alexi.

d Quasi dicat. vide an pulcri capreoli? Nam Thestylis diu anxia est pro illis, orat me: obtinebit, si tibi hæc munera sordida videantur, & nullius pretij digna.

NOTÆ.

1. DISPARIBVS SEPTEM COMPACTA.] Credo Ouidium, & Martialem hæsisse suo Principi, dum eo quemque flexu, Prior 4. Mer.

Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis.

Posterior lib. 14. Epigr. 63.

Quid me compactam cerâ, & arundine rides?
Quæ prima structa est fistula, talis erat.

Ego quoque sic hæsi Virgilio: *Pastor inæquali cecinit compagine ceræ*. Nam ita video Virgilium adumbratum ab Ouid. lib. 1. de Remed. *Pastor inæquali modulatur arundine carmen.*

Cicuta, quid. 2. CICVTIS.] Bene reprehendit Cæs. Scal. Seruium, qui docet cicutam esse internodia calamorum, cum frutex sit omnibus notus, caule aut vacuo, aut ea medulla, vt facile exenterari queat.

Fistulæ antiquiss. vsus Latij. 3. FISTVLA.] Cùm Virg. sæpe suis pastoribus det fistulas, credamus alluisse illum ad antiquissimam ætatem Latii, in quo hoc tantùm instrumentum, & nullum aliud. Docet nos hoc Dionys. lib. 1. Antiquit. Roman. *Dicuntur Arcades in Italiam primùm transluisse instrumenta musica, quæ lyra, & vrigona, & lyra vocantur: cum priorum seculorum homines tantùm fistulis pastoralibus, nec vllo alio instrumento musico vterentur.* Calaber lib. 6. duplicem vsum dat fistulæ. Συρίγγ & δ', ἣ δυσὶ μετπρέπει, ἠδὲ νομεῦσι; *Fistula, quæ apta comitio, & pastoribus.* Coluthus de Paride pastore, εἶχεν ἔχων σύριγγα, ᾗ πάντα κατὰ νομὸν: *Habuit fistulam, & egregios pastorum mores.* Ab Homero Il. 18. pastores inducuntur τερπόμενοι συρίγξι: *gaudentes fistulis.* Sicut & à Platone lib. 3. de Rep. vbi, cùm lyram ac citharam assignet viribus, subdit, καὶ ἄρχοντι τοῖς νομεῦσι σύριγξ: *pastoribus in agro fistula.*

4. DAMOETAS DONO MIHI QVAM DEDIT.] Sententiam hausit ex Theocrito Virgilius, ex vtroque Calpurnius. Græcus enim ante omnes εἶδ. 4. σύριγξ-δῶρον ἐμοὶνιν ἔλεπεν: *fistula, donum mihi ipsam reliquit.* Calpurn. 4. Ecl.

Expectat calamos, here quos mihi doctus Iolas
Donauit, dixitq; Tuces hæc fistula tauros
Conciliat, nostrúq; sonat dulcissima Fauno.

5. INVIDIT STVLTVS.] Vt hic Virg. coniungit cum inuidentia stultitiam, ita Ausonius dementiam, & Terētius væcordiam. Præclarè omnes, nam inuidia mera est stultitia, dementia, væcordia. Prior itaque in sententiis Pyttaci: *Demens superbis inuidet felicibus.* Posterior Adelph.

Hoccine est credibile, aut memorabile,
Tanta væcordia innata cuiquam vt sit,
Vt malis gaudeat, atque ex incommodis
Alterius sua comparet commoda?

6. PRÆTEREA DVO, &c.] Hanc partem Virg. vbi se pastor officiosum præbet Alexi, videtur ante oculos Ouid. habuisse cum scripsit lib. 15. Metamor. ore Cyclopis lenocinantis suæ Galatheæ:

Inueni geminos, qui tecum ludere possint,
Inter se similes, vix vt dignoscere possis,
Villosa catulos in summis montibus vrsæ,
Inueni, & dixi: Domiuæ seruabimus istos.

Dictum hoc ex natura amoris, qui muneribus expugnatur. Ouidius 2. Art. ait, se præcepta scribere pauperibus, qui volunt amare; non diuitibus, qui possunt largiri.

Nil opus est illi, qui dabit, arte mea.
Secum habet ingenium, quicumq; libet, accipe, dicit.
Cedimus, inuentis plus habet ille meis.

Verè idem Ouid.

——auro conciliatur amor.

Ex eodem affectu infr. *Nec si muneribus certes, concedat Iolas.* vbi deperdat Coridon de Alexide, quod is expugnari à ditiori Iola possit. Plato in Sophista adducit genus captādi amoris, quod ipse vocat ἁρπαστικὸν.

7. NEC TVTA VALLE.] A difficultate, vt iam explicui, munus commendat: sic solent amatores, & ita amans Cyclops apud Ouid. 15. Metam. Vallis, est non tuta.

Nec tibi delicias facies, vt legata tantum
Munera contingent, &c.

Par illud 1. Æneid. *reliquias Troia ex ardente receptas.* Nam magnum fuit ex ardente Troia aliquid rapere. Sententiam Poetæ illustrat eruditio Germ. Recepti sunt capreoli ex valle non tuta. His Poeta signat διάφαραγξ. Est verò διαφάραγξ vallis, locus videlicet inter duas rupes profundus, sic dictus ἀπὸ τῆς φαραγγὸς: *cæde*, quia cædes in his locis parari solent. Similiter Nicander Θάτειαν, id est, conuallem ab eadem re ἀπορράγα nominat, quasi trucidatorem. Adiungo ex eadem mente dictum à Claudiano in 4. Cons. Honorij, *frandi quæ commoda vallis.* Verè ergo Corydon ex valle non tuta recepit capreolos.

8. SICCANT OVIS VBERA.] Horat. & Calp. Prior 2. Epod. *distenta si cui vbera.* Posterior 3. Ecl. *siccetur buccula multitrix.*

9. IAM PRIDEM, &c.] Sumta hæc ex Theocrito εἰδ. 3.

Ἦ μάν τοι λευκὼν δίδυμα τόκον αἶγα φυλάσσω:

Τάμε

UVA. BHSC. BU 00239

Τοῖμι κ' ἁ μέρμωνις ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως
Λιτέι, τῷ δόσω οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐσσὶ ναΐθυμπι:
Tibi cerie seruo capram albam geminorum matrem.
Eam à me filia Mermemnonis nigella Erithacis

A *Petit, & dabo ei, quoniam tu me ludificaris.*

10. SORDENT TIBI MVNERA NOSTRA.] Apollonius 1. Excid. Hier. *Et merito, quoniam sordent tibi munera nostra.* Horatius quoque dixit, *Cuncta sordent pra campo & Tibermo flumine.*

45 a Huc ades. b O formose puer, c tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphæ calathis: d tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papauera carpens,
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
e Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis
50 Mollia luteola pingit vaccinia caltha.
f Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.
g Et vos ô lauri carpam, & te quoque h proxima myrte;
55 Sic positæ quoniam suaues miscetis odores.

ARGVMENTVM.

Iterum inuitat, & cum se suis donis nihil videat profuisse, alia à Nymphis offert: cum quibus ipse certat.

EXPLICATIO.

a NOVA inuitatio, & plena amoris.

b Suprà expendi.

c Quasi dicat. Humanam si aspicis curam, si fistulam, & capreolos; ecce in gratiam tui studiosæ sunt Nymphæ, studiosa inprimis Nais. Nihil tam floridum natura produxit, aut odore, aut colore, aut quauis alia dote gratum, quod non illæ coniungant ad gustum tui. Sunt lilia in calathis, &c.

d Cùm dederit Nymphis in communi aggestionem liliorum in calathis, yni Naïdi ait fuisse curam fasciculi conficiendi ex variis floribus: nam hæc carpit violas, & papauera, & cum illis coniungit Narcissum, atque anethi florem. Obserua obiter proprietatem attributorum, quæ mira. violæ sunt *pallentes*, papauera *summa*, nam hæc multum excrescunt. anethum *bene olens*. Attributo caret Narcissus se ipso laudabilis, & nulla egens commendatione. Sed non otiosè prætermittendum epithetum Naïdos. Laborabit in rem tuam Nais candida, quia tu candidus. Sed cur Nais præ aliis Nymphis? Idonea est Turnebi nota. Naiades amabant pueros, nam & Hylam dicuntur rapuisse.

e Superiora retuli ad fasciculum, nam nullus visus mihi est apparere ordo in ipsis floribus. Sed hoc iam refero ad coronam, & sic explico. Facit Nais sertum ex casia, & aliis herbarum generibus, quod illuminabunt distinguéntque flores duo, videlicet vaccinium, & caltha; illud molle, hæc luteola. Ergo triplex genus florum offert à Nymphis: primò lilia in calathis; deinde fasciculum, sed nullo florum ordine; tertiò sertum compositum ex herbis, & illuminatum binis floribus.

f Roget aliquis Corydonem. Túne otiosus in tanto Nympharum studio, & labore Naidos? Non ero (inquit) imò labor meus pretiosior, & vtilior. Nam si ille occupantur in legendis floribus, ego occupabor in capiendis fructibus. Legam enim mala, nuces, castaneas, pruna. Hæc mihi visa mens Poetæ, nam profectò Corydon certat cum studio Nympharum. Et ideo signatè tria quoque verba adiungit. Quasi dicat: Nymphæ ferent, Nais carpet & pinget:

B ego quoque ipse (an alteri curam committerem, quam pro te suscipio?) legam, addam, carpam; ne sim Nymphis minus studiosior. Inde studium illud in ornandis rebus, quas ipse offeret. Perinde ac si diceret. Dabit Nais violas, non vulgares, sed pallentes; vaccinia, quæ mollia; caltham, quæ luteola: sed non me vincet; dabo enim ego mala, quæ pretiosa sua canicie, suo lanicio; dabo nuces, non vulgares, sed illas castaneas; imò verò, quas amabat mea Amaryllis. Quantum hoc est? dabo pruna, illa (inquam) quæ sunt cerea, & quibus iam nouus honos accedet, quod tibi à me consecrentur, non minus atque in honore sunt nuces castaneæ, quod amentur ab Amaryllide. De his fructibus, déque aliis, quæ tibi occurrent, dicam in Notis. Mihi enim in explicatione tantùm assumo expendere sententiam Poetæ, eo modo quo à me præstari vides, non voces explicare. Illud, *castaneasq, nuces*, potes etiam ita capere, vt dicat: Addam etiam castaneas, quas nuces amabat mea Amaryllis.

C

g Addit nouum studium, adhuc cum respectu ad Nymphas. Non solum illas superabo, quia flores illæ, ego fructus legam: sed carpam quoque lauros, carpam myrtum, ex quibus gratus odor exspirat, & eo gratior, quia coniunctæ in vnum. Sed & laurum, & myrtum carpam, quæ virent perpetuò, neque languescunt hyeme: non flores, qui caduci, & cirò languidi. Talem te ô lector Poetam volo. Dices, Quæ à te adducta in tota hac explicatione, neque excogitauit Virgilius. imò nulli tàtum ingenij suus Genius dedit, qui explicando æquet, quæ in suis versibus vates recondit.

D

h Fortasse odore. Et obserua dari Veneris fruticem, quasi in eo esset amoris philtrum.

i Id est, proximæ, ac vicinæ. Est, qui explicet, sine vllo ordine, vtcúque, como quiera. vt illud 4. Georg. *sic positum in clauso linquunt.* Græci dicunt τύπως.

NOTÆ.

1. HVC ADES.] Animaduerti hanc verborum formam (& fubierat quidem referre inter adagia) vsitatam Græcis, & Latinis in appellatione plena amoris. Sappho ad Venerem, ἀλλὰ τὰδ' ἔλθε: *sed huc tu ades.* iterum, ἀλλὰ φαίνεό μοι: *nunc mihi ades.* Theocritus εἰδ. 5. bis inculcat, ἀλλὰ χὰ βοῦκος ὅδ' ἔφυ: *sed enim adest, huc adest.* Virgil. hic, *Huc adeo ô formose puer.* inf. *Huc Ades, insani feriant sine littora venti.* & Eclog. 9 *Huc ades ô Galatea.* Huc ades, in re amoris.

2. TIBI

UVA. BHSC. BU 00239

2. TIBI, TIBI.] Adúerte repetitionem illam, *tibi, tibi*. Omnes pòst se Poetas ditauit Virgilius, non Latinos solùm, sed Græcos, quod sæpe in his nostris Commentariis apparebit. Itaque non dubito, quin Opinianus Græcus Poeta hanc repetitionem lib. 1. de Venat. fecerit cum respectu ad Virgilium: indicabit hoc integra sententia.

Σοὶ μὲν γὰρ θελήθυσα κύς παίδων ἔφερες,
Σοὶ δ' τε πάντα νέων ἀπ' ἀκεανοῖο ῥεέθρης:
Tibi namque florida parturit alma tellus,
Tibique omnia fluunt ab Oceano flumina.

3. LILIA.] Hic, vt vides, varia florum genera offeruntur Alexidi. Cur autem munus hoc amantibus frequentissimum sit, nonnulla inuenies apud Athen. lib. 12. vbi inter alia ait, natura insitum, eos, qui volunt videri formosuli, αὐξολογεῖν: *flores legere.* Faciunt etiam flores ad voluptatem, & lasciuiam. Inde apud eundem lib. 14. in molli quadam saltatione, & choreis cantabatur hoc: Πῦ μοι τὰ ῥόδα, πῦ μοι τὰ ἴα, πῦ μοι καὶ σκίνα; *vbi mihi rosæ, vbi mihi violæ, vbi mihi pulcra apia?* Ex hac amantium vanitate Cyclops apud Theocrit. ἐφερον δέ τοι ἢ ἐν κρίνα λάθρᾳ: *ferrem autem tibi vel lilia alba.* Totum hunc locum ita adumbrauit Pet. Bemb. in Benaco:

Accipe quæ calathis porgunt tibi munera Nymphæ
Luteolum calthæ florem, casiamque virentem,
Lilia, que, & violas, & purpureos hyacinthos.

Nec minùs suauiter Pet. Bargæus, 1. Ecl.

Quin ego rum calathis olim tibi lilia plenis,
Purpureásq; rosas, mmoque tálesque amaranthos,
Narcissumq; crocumq; & suaue rubentem hyacinthum,
Horrida dum sæuis Aquilonibus arua rigerent,
Ansa offerre tuum uenissem credula ad antrum.

Calathi quis princeps vsus. 4. CALATHIS.] Videtur calathus genus quoddam canistri fuisse apud veteres seruandis floribus destinatum, quod colligas ex crebra huius rei mentione. Præter Virg. hoc loco, Ouid. 14. Met.

—*passisque sine ordine flores*
Secernunt calathis.

Sidon. Apollin. lib. 9. epist. 13.

Cytisos, crocos, amellos,
Casias, ligustra, calthas
Calathi ferant capaces.

Prudent. Peristephan. hym. 3. *Floribus vt cumulet calathos.* Hieronym. epist. ad Saluinam: *roseum & liliorum calathum.* Ex quo more signatissimè omnium Theocrit. εἰδ. 20. ἀοιδοδόκον: *Calathum florum suscepticium.* τάλαθον calathum reddidi, quod in re longè alia fecit Had. Iunius. Et Theocriti Interpretes εἰδ. 15. πλαξίπποις, reddunt *calathos.* Demum calathus deseruit non solùm floribus, sed in genere rebus omnibus rusticis. Quam rem efficiunt sequentia. Ouid. 2. Art. *Afferat in calatho rustica dona puer.* Columel. lib. 10.

—*pruníque Damasci*
Stipantur calathi.

Philo lib. 1. περὶ φιλαργυρίας. ἀπὸ τῆς κατ' ἀγρὸν ὀπώρης, ἢ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων, καὶ' ἀνάλογον τῆς κτήσεως ἐν πλατέσι πλήρη κεφίζων: *De ceteris quoque fructibus agri, & reliquarum arborum plenos canistros pro quantitate fundorum comportare.* Homer. Il. 18. Πλεκτοὶς ἐν ταλάθοισι φέρον μελίηδέα καρπόν: *Textis in calathis ferebant dulcem fructum.* & Odyss. 9. repositorium facit cassi, qui proprie rusticorum. Nemes. 3. Ecl.

—*decerpunt viribus vimos,*
& portant calathis.

Calathi noua significatio. Non ergo Poeta abusus hac voce, vt quidam volunt, qui eam tantùm attribuunt lanificio. Imò credo à re rustica, quæ antiquior omni arte, traductam eam vocem ad lanificium. Etymon calathi Eustathius notat, Κάλαθος & παρὰ τὸ ἐκκαλεῖν, à lignis. Sed quando sum in hoc loco, non grauabor explicationem Virgilij afferre, si quibus placeat. Est calathus, non solùm canistrum, sed etiam flores omnes; cùm, postquam erupere, aperiuntur, dilatantúrque in orbem. Tacent omnino dictionaria Latina, sed in promtu est, probatio ex Ausonio, & S. Hieronymo. Prior epigrammate illo. Cuius initium, *ver erat, & blando*, &c. Ita ait:

Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens inclusi semina densa croci.

Posterior epist. 26 ad Pammachium: *Quis parturientem rosam, & papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentium foliorum pandatur ambitio, immaturè decussum, aquis oculis marcescere videat?* Ratio huius significati ducta est à similitudine quadam canistruli, quam reddunt flores iam aperti. Quam rem mihi Plinius indicat lib. 21. c. 5. nam loquens de lilio ita ait: *solia foris striatus, & ab angustiis in latitudinem planitatum se laxantibus effigie calathi.* Redeo ad Virg. Cuius fortassis sententia hæc. Ferunt Nymphæ lilia, non quidem papillata, vt loquitur Hieronymus, sed aperta iam, dilataque in orbem, & effornata in calathos iam plenos præ foliorum multitudine, & exuberantia. Hæc si non mens Virgilij, certè illud habeo, vt puer doceatur huius vocis vsum alium, tacentibus, vt dixi, dictionariis.

5. TIBI CANDIDA NAIS.] Hinc illa Columellæ in Horto:

Et tu, ne Corydonis opes despernat Alexis
Formoso Nais puero formosior ipsa.
Fer calathis violam.

6. PALLENTES VIOLAS.] Signat fortassè illud genus violarum, quod album videmus. Tum quod in illis quiddam insit palloris: tum quod putent nonnulli huic violarum generi respondere, quod Græci nominant λεύκοϊον.

7. PAPAVERA.] Placet subiungere notam, & verba Seruij: *Papauer, Narcissus, Anethus pulcerrimi pueri fuerunt, qui in flores suorum nominum versi sunt, quos ei offerendo admonet, ne quid etiam tale aliquid nunquam ex amore patiatur.* Apud Theocritum in Cyclope similia de liliis, & papauere coniunctim habentur: itaque quamuis Virgilius disiunxerit, non dubium, quin ad Græcum alpirauerit. Ille itaque:

—Ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λάθρᾳ,
Ἢ μάκων ἀνάλαν ὕφυδρα πανταχόθι ἔχοισαν:
—*Adferrem tibi vel alba lilia,*
Vel papauer ter ærum, quod rubra crepitacula habet.

Ex concussis papaueris foliis gratus quidam sonus edebatur, quo, qui alios amarent, quique amarétur, plurimum delectabantur. Dicebatur ludus ipse πλαταγονιστὶ. Platagonisti. Theocritus pro crepitu papauerum. locum iam adduxi. Pollux, τὸ δ' πλαταγώνιον οἱ ἐρώμενοι ἢ ἐρῶσαι ἐσαίζον: *ludebant platagonium amantes, atque amatæ.* Quis sciat autem, an cum aliquo respectu ad ludum hûc papauerum, Corydon suo papauera offerat. Cùm præfertim dicat Interpres Theocriti εἰδ. 3. ἀλαλαμβάνεται περὶ τῶν ἐρώντων τὸ πιλείδιον, ἢ πανθήρουν, εἰ ψόφον ἀπολεῖ, ἐδίδου αὐτοῖς σημεῖόν, ὅτι ἀγλεγῶν τι ὧν τῶν ἐρωμένων, εἰσὶν ἐκ ἀπατεῖ, ὅτι μαίνεται: *Capitur ab amantibus folium papaueris, quod si percussum sonaret, indicabat mutuum alterius amorem: si tacitum erat, indicabat odium.* Ideo itaque Poeta *summa papauera*, indicans folia. Neque enim folium papaueris ita venustum est, vt mereatur coronis adiungi, nisi ex hoc more, quem aperui. Fuit enim flos amantium, & ideo πιλείδιον, quasi πιλείδιον, quod amorem declaret. Iuuat etymum. Nam papauer dictum à re puerili,

VVA. BHSC. BU 00239

rili, quod papæ, cibo puerili, inderetur aduersùs insomnium, quod notauit Menesius, & alij.

Narcissus flos. 8. NARCISSVM.] Seruij præcedens Nota pertinuit ad ferale quiddam, & triste signandum contra Alexim: ideo ait necte nda quoque alia Cœlij lib. 26. Ant. Lect. c. 20. qui ait, Narcissum sacrum esse Diis inferorum, vt vel hoc ipso Alexis admoneatur alicuius mali imminentis. Verba Cœlij sunt: *Scribunt nonnulli, Proserpinam, Narcissum dum colligeret, a Plutone raptam, quod eo plurimum oblectaretur. Putant alij Eumenidibus sacrum Narcissum, vel quod circa monumenta nascatur frequens, vel quia horrorem incutiant Deæ, ac τὸ ναρκᾶν, id est, torpefecendi, caussa censeantur.* His Heruetus in Collectan. ad Clementem adiungit Sophoclem, qui dixit Narcissum esse στεφάνωμα θεῶν νεκύων: *coronamentum inferorum Deorum.* Quod Sophocleum Clemens ipse adducit lib. 2. Pæd. & Phanodæmum, qui lib. 5. Rerum Attic. scripsit, coronas è Narcisso sacras fuisse Proserpinæ. Artemid. quoq; lib. 1. Oniroc. c. 79. inter somnia mali ominis numerat coronas è narcisso, & addit rationem, διὰ τὸν ἱστορίαν, *propter historiam.* Huius rei ratio referri quoque ad odorem potest, scribente sic Clemente lib. 2. Pædag. *Narcissus verò flos est grauis odoris, id autem arguit nominis appellatio. νὰρκη quippe torpor dicitur, vt qui nereus ναρκίας, hoc est, torporem afferat.*

9. ANETHI.] Ex more prisco, quibus hæc herba in delitiis ad coronas. Theocrit. *eid. 7.* ἄνηθον στεφανοῖ infert.

10. CASIA.] Hanc vocem non sumi pro frutice, qui Hispanis est *canela*, certum est. Nam quorsum ea inter flores? Deinde Seruius admonet esse herbam odoris suauissimi. Itaq; credamus esse herbam coronariam. Sed quæ demum hæc verba? Tacent Interpretes. Ea certè est *lauandula*. Hispani dicũt *Espliego*. Ostendo hoc latè 4. Georg. Hic admoniisse satis.

11. INTEXENS.] Coronam, vt credo, signat, vel ex verbo ipso, nam *texere* in coronis frequentissimũ. Hoc prooemium maximum olim, & præcipuum inter amatores. Athen. lib. 13. ferbit Philomelum amicæ cuipiam saltatrici dedisse coronam. Anacreon vltra modum amans: ῥόδοις κεφαλὴ πύκασον: *caput meum rosis tege.* Quod idem mox à Baccho petit. Theocritus quoque in Epithalamio Helenæ huius meminit consuetudinis. Et Nonnus in re pari lib. 10. σύμφ. πόθε ναρκισσον ὑακίνθῳ: *Coronam desidery narcissum implicans hyacintho.*

Suauitas refertur ad colorem, & odorem. 12. SVAVIBVS HERBIS.] Referri potest vox ad colorem herbarum. Nam suauitas de colore dicitur. Virg. 3. Ecl. *& suaue rubens Hyacinthus.* Vide ibi. vel ad odorem, nam mox *suaues misceris odores.* Inde fortasse Athenæ aliíque, vinum suaue, vel insuaue dicitur: nam inter vini laudes odoris est maxima.

Luteus color amantium. 13. LVTEOLA.] Quæ hic dicam, fortasse alicui videantur paregã: non mihi certè. Sed esto πάρεργον, cognoscatur antiquitas, aliis prodita, non ita, vt à me, firmata. Luteus color nouis nuptis, atque sponsis olim in vsu, & pretio fuit. Cùm igitur Corydon vti vellet Alexide (adsit honor auribus) non minùs ac viri nuptis, colorem offert, quem scit gratum nubentibus. Hanc rem multa probant. Plin. lib. 21. c. 8. *Lutei videò honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum.* Lucanus lib. 2. de nuptiis Catonis, & Martiæ: *Luteo demissos velarunt flammea vultus.* Seneca Tragicus Oedip.

Crine flauenti simulata virgo,
Luteam vestem retinente Zona.

Idem in Hipp. de Hercule nubente vt fœmina:

Crura distincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente socco.

Inde Catul. eodem colore ornat soccos Hymenæi, qui nuptiarum Deus.

Huc veni niueo gerens
Luteum pede soccum.

14. PINGIT.] Frequens verbum ad exprimendam varietatem florum. Papin. 2. Sylu.

——varias vbi picta per artes
Gaudet humus.

Hanc phrasin ita imitaberis. Describis coronam ex herbis virentibus, cui additi flores; virens pratum, in quo mistæ rosæ; cœlum candidum, quod distinctum sideribus; vestem sericam, cui gemmæ per interualla adiunctæ: in his omnibus flores, rosæ, sidera, gemmæ dicentur pingere coronam, pratum, cœlum, vestem.

15. VACCINIA.] Vt suprà Vaccinia sumsit pro hyacinthis, ita etiam hoc loco nulla me cogente ratione, cur Poeta à se dissentiat.

Caltha. 16. CALTHA LVTEOLA.] Recenset hanc Plin. lib. 21. inter genera violarum. Iunius eam esse ait, quæ officinis *calendula* dicitur, nonnullis *Verrucaria*. Gallis *Soulcie*, quasi, *solcie*, hoc est, solsequium: nam flos calthæ Solis cursum sequitur. Dioscoridi buphthalmus dicitur, quod obseruauit Dalecamp. in Plin. Idipsum se reperisse in antiquo Lexico Turn. scribit lib. 19. Adu. Et consentit color, nam buphthalmus quoque lutea est. Hinc leuiter Plinij locum corrigebam, lib. 25. cap. 8. *buphthalmus similis boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui & manduntur decocti. quidam cachlam vocant.* Addit Dal. in margine, *cal. ham.* Pro vtraque substituo, *cal. ham.* Luteus color, aut luteolus est, qui repræsentatur in vitello oui.

17. IPSE EGO.] Ipse vult colligere. Affectus simili expressus lib. 7 Epig.

Πέμπω σοι ῥοδόκλεια τὸ σὸν φίλτρον, πλέξον,
Αὐτὸς ὑφ' ἡμετέρῃς ἁρμάδιον παλάμαις:
Floribus implexam mitto tibi Nympha corollam,
Compositu manibus quam, Rhodocle a, meis.

Versio est Lucæ Fruterij. Lege etiam in eodem lib. Meleagri Epigramma, in quo par affectus. Initium πλέξω κλείτον, &c.

Cana mala. 18. CANA MALA.] Volunt aliqui periphrasticè intelligi mala cydonia, seu coronea, *membrillos.* In his Seru. ab ipsa canicie, & lanugine. Nam, vt ait Iunius, malum cydonium Plinio *lanatum* dicitur à lanugine, ab eadem Nicandro χνέωον, Virgilio *canũ.* Et quidem hoc amoribus dicatum, vel ex Plutarcho noscis, qui ἐν γαμικοῖς παραγγέλμασι ait, Solonem iussisse, vt sponsa, priusquam veniret ad sponsum, comederet malum cotoneum, significans placidam esse eam oportere, & suauem in loquendo. Quid si ad hunc morem alludat Virg. Vult Seruius hoc versu rem obscœnam verecunde velatam, quæ ea sit, explicat Lipsius lib. 3. Antiq. lect. non longè à fine.

Lanugo de pomis. 19. TENERA LANVGINE.] Malis dat pubem, & lanuginem, ita Aristoph. in Nebul. χνῶι ὥσπερ μῆλοιον ἐπιῤῥεῖ: *lanugo, quasi malis superfloresceret.* Theophrast. plantas vocat χνοώδη: *lanuginosas.* Plin. *lanata poma.*

Nux castanea. 20. CASTANEASQVE NVCES.] Nucem ita definit Athen. lib. 2. κάρυα δ' Ἀτθίδι, ᾗ ἄλλοι συγχέασιν οἱ κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγοντες: *nuces vocant communiter scriptores Attici, & alij fructus inclusos ligneso putamine.* Inde nux auellana, nux amygdalina, nux Persica, siue mollusca apud Macrob. lib. 3. Sat. cap. 18. Ergo, nux castanea erit ipsissima castanea. Sed adhuc peculiarius castaneæ ipsæ appellatæ sunt nuces. Idem eodem lib. κάρυα ἐκλικνᾷ τὰς ἀμυγδάλας, ᾗ τὰ νῦν καστάνεια: *nuces vocabant amygdalas, & quas nunc castaneas.* Iterum ex Mnasitheo, κάρυα,

UVA. BHSC. BU 00239

κερύων, ἢ κράνων (ἀμφοτέρως δ' κλέπτει) δύσπεπτος ἰσχὺν κατεργάζεται τῇ κοιλίᾳ: *Nucum, aut castanearum (nam vtroq; modo dicuntur) difficilius est ventri digestio.* Nuces castaneas Heracleoticas quoque dici, ex Oppio Macrob. scribit lib. 3. Satur. & à Sardib. *Sardianas glandes.* Vide Dalecamp. in c. 23. Plin. lib. 15. Ouidius, & Alcimus imitati hæc sunt; sed ita, vt cuiuis curam possint inijcere de mente Virgilij. Itaque tantùm repræsentata imitatione, subsistam. Prior 2. de Arte:

Afferat aut vuas, aut quas Amaryllis amabat,
Et nunc castaneas, nunc amat illa nuces.

Posterior inter fragmenta Petronij:

Sordent velleribus hirsuta cadonia canis,
Sordent hirsutæ munera castaneæ.
Nolo nuces Amaryllidis tuas, nec cerea pruna:
Rusticus hæc Corydon munera magna putet.

Ita illi imitantur Poetam; vt discriminent; quasi Poëta dixisset: *addam castaneas, & addam nuces.* cùm tamen hæc non eius sit mens, sed vnicum fructum dare, nimirum nuces castaneas. Sed subsistam, vt dixi, & aliis relinquam rem iudicandam, nam possit aliquis coniicere, neque Ouidium (dicam) neque Alcimum Virgilij mentem tenuisse. Scio distingui nuces à castaneis, vt verè distinguuntur à Plin. lib. 15. cap. 28. Sed non distinguuntur in Virgilio, quem Ouidius, atque Alcimus imitati, sicut neque distinxit idem Plin. lib. 15. c. 23.

Cerea pruna. 21. CEREA PRVNA.] Id est, generosa, scribente Ouid. lib. 13. Metam.

Prunaq; non solum nigro lucentia succo,
Verumetiam generosæ, nouáq; imitantia ceras.

Auctor carminis in Priap. *Magisque cerea lutetum no-*

A *ua prunum.* Versiculus in Copa: *Sunt autumnali cerea pruna die.* Alcimus in epigrammate: *Nolo nuces Amaryllidis tuas, nec cerea pruna.* Plin. lib. 15. c. 13. *Pruna laudatiora cerina, atque purpurea.* Fortasse legendum *cerea*, cùm videatur Plinius respexisse ad auctores se antiquiores. Sed cur hæc tam laudata pruna dicuntur cerea? an quia mollia? aiunt aliqui. Sed ego Turnebum sequor, & Dalecamp. in dictum Plin. locum qui ad colorem referunt, vt *cerea* sint *flaua.* Sed & Hieronym. Mercurial. lib. 5. Var. ad colorem (non, vt vulgus, ad pinguedinem) refert illud Martial. lib. 13. Epigramm. 5.

Cerea, quæ patulo lucet sicedula lumbo,
Cum tibi forte datur, si sapis, adde piper.

Et possis tu quoque illud lib. 3. Epigr. 57. *cereus iuvr-*
B *tur.* Et lib. 10. Epist. 94.

Mutimus autumni cerea poma mei.

22. ET HONOS ERIT HVIC QVOQVE POMO.] Quære? quia iam sub patrocinio Alexidis, sicuti castaneæ sub patrocinio Amaryllidis. Facit ad mentem Poetæ locus Athen. qui ex Diphilo Siphnio ait, pruna esse, εὔχυλα, εὐφθαρτα, εὐκίνητα, ὀλιγότροφα: *succi mediocris, facile corrumpi, facile excerni, parum nutrire.* Itaque abiectum fructum assumsit Corydon, quo maior apparet dignitas Alexidis nobilitantis, & attollentis ad dignitatem rem ignobilem.

24. ET VOS Ô LAVRI.] Notis Seruij, & Rhodiginij iam à me adductis adnectenda consideratio lauri, nam Daphnes quoque, quæ ingrata, versa est in arborem. Theocritus quoque in Epigr. coniunxit, δάφνας & μύρτους: *lauros, & myrtos.*

[a] Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:
[b] Nec, si muneribus certes, concedat Iolas.
[c] Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
60 [d] Quem fugis ah demens? habitarunt Dij quoque syluas,
Dardaniúsque Paris. Pallas, quas condidit arces,
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia syluæ

C *quem fugis ah demens.* Vtcunque, sententia est plena persuasionis. Fugisne Corydonem? demens es. Nam me cur fugias? an quia rus indignum? Non dices. Nam Dij ipsi, qui Superi, & Magni syluas etiam habitarunt. Dices: Dij, nihil mirum, erant enim tuti suo Numine. Contrà est, nam pueri etiam formosi, qualis Paris filius magni Regis Dardanorum, syluas etiam habitarunt. Obiicies Palladem, quæ arces habitat. Nullum hoc argumentum ô Alexi: nã ideo habitat, quia condidit: & quidem bellorum Dea munienda est arcibus: nobis autem (tibi, inquã, & mihi) qui pastores sumus, ac vitę liberioris, syluæ placeãt, non solùm ante arces, sed etiam ante omnia. An tu quicquam potes conferre cum viréte gramine, cum molli herba, cum omnigena florum varietate, cum blandiente vbique parente rerum omnium natura.

ARGVMENTVM.

Ad se redit, & reprehendit consideratæ pueri arrogantia: sed non sinit amor quiescere pastorem miserum, ideo iterum ad rus imitat, exemplo Deorum, & Paridis.

EXPLICATIO.

[a] REPREHENDIT se velut ad se rediês, hæc sententia. Alexis nec dona à Nymphis, nec à te curat, quamuis laboriosè excogitata: contemnit lilia Nympharum, Naidos violas, mala tua, &c. ac perinde rusticus es, qui tamdiu persistis in ambiendo: generosum te esse oportet, & cõtemnenté conténere.

[b] Sed esto velis certare muneribus, & illum vincere: nihil planè proficies, nam, qui etiã ambit puerum Iolas, ditior est te, atque adeò nihil conecdat in certamine profundédarũ opum, si his agenda sit res.

[c] Sententia ista est. Quanquam quod verbum excidit ex ore meo? cur meos amores aliis indico mihi præreprturis, aut turbaturis? Dicit hoc, quia imprudenter Iolam nominauit. Nam hoc (inquit) quid est aliud, quàm Austros floribus immittere, qui noxij venti; apros fontibus, qui aquam turbant. Ergo Alexin floribus comparat, & fontibus: Iolam, verius opes eius, Austro, & apro: nam quid non opes contaminent, quid non corrumpant?

[d] Fortè interpungendum vehementiore affectu,

D

NOTÆ.

1. IOLAS.] Vult Nann. 6. Miscel. per Iolam Augustum intelligi deflexione quadam ab Iulo, à quo originem Augustus ducebat. Nam sic solent Poetæ voces deflectere pari ferme numero syllabarum. Clodia enim dicta est à Catullo Lesbia, Hostia à Propertio Cynthia, Plania à Tibullo Delia, Gratidia ab Horatio Canidia.

2. FLORIBVS AVSTRVM.] Hic ventus noxius

VVA. BHSC. BU 00239

noxius floribus. Papin. 3. syl. *Pubentésque rosa primos* A *moriuntur ad Austros.* Claudian. Bell. Gild. *Pestifer aër secuit, & exclusis regnant Aquilonibus Austri.* & Papin. 5. Sylu. *maligno Afflantur vineta Noto.* & Nonnus 13. Dionys. ὁλοχερὸν νότον, *flammeum Notum.* Hieron. ad Heliodorum. *Marcescebat, proh dolor, flante Austro lilium; & purpura violæ in pallorem sensim migrabat.* Val. Flac. 6. Arg.

Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipuè queis vita brevis, totúsque parumper
Floret honor, fusèis etiam Notus imminet alis.

Allusit idem Papin. 2. syl. u. illis:

Ille velut primos exspiraturus ad Austros
Mollibus in pratis altè flos improbus exstat. B

Auster à Philone lib. 1. de vita Mosis dicitur, ξηρὸς, καρκαλεγὴς, βαρυπνόος, ἀτάσθαλος, καὶ ἀδημονίας ἐμπιπλὰς ἰνδάλματα: aridus, capitis dolorem inuehens, grauedinē, fastidiū, mœrorem. Lege Hippocratem Aphorismo 5. & 17. lib. 3. Non te turbet illud de siccitate, nam sermo est de Ægypto. Ideo etiam Aristot. in Meteor. νότος καὶ αἴθριος καὶ τοῖς ἄνω μᾶλλον. *Notus serenus est Libycis.*

Immisi fontibus apros, adag.

3. IMMISI FONTIBVS APROS.] Simile quiddam scribit Orus Apollo de Ogyge in Symb. Hieroglyph. *Si in soliludine aliqua nactus fu fontē, postquam biberit, aquam turbat ac puluerem, aut lutum pedibus immittit.* Propriè verò *immisi*, dictum de te omni, quæ C grauis, & molesta: vt pestis à cœlo immissa, fulmen, nimbus. Dicta verò hæc cum specie prouerbiorum Erasmus monuit. Illis veteris, cùm rem tuam perdidisti miser, & insciens; vel etiam sciens. Vt si culpa tua se filius eat perditum, vt accidit seni Terentiano; si externum virum in domum induxeris, si rem tuam committas malo colono, &c.

4. HABITARVNT DI QVOQVE SYLVAS.] Credibile dictum hoc, cum respectu ad Deorū templa, quæ olim semper in syluis. Quin tépla ipsa, quæ adhuc erant in mediis vrbibus, luco cingebantur, D quod ostensum est alibi. Vt verò Virgilius Theocrito institit εἰδ. 8. Πρωτεὺς φώκας ἠδὲ θεὸς ὧν ἔνεμε: *Proteus Phocas pauit Deus cum esset:* ita Virgilio Ouidius 2. Art. pari modo ratiocinans:

Cynthius Admeti vaccas pauisse per æstus
Fertur, & in parua delituisse casa.
Quod Phœbum decuit, quem non decet exue fastus,
Curam mansuri quisquis amoris habes.

Ex eodem Virgilij fonte fluxerunt ista Nemes.

Di pecorum pauere greges formosus Apollo,
Pan doctus Fauni vates, & pulcer Adonis.

Verè, nam pro Paride posuit *Adonin.* Quod noster tantùm *Dy*: ille, qui nam hi essent, explicuit. Sed & Fracast. ad Iulium 3. Pont. Max.

Nec te pœniteat pastorem audire canentem,
Quando etiam Admeti tauros formosus Apollo
Pauit ad Amphrysi ripas, tenuique cicuta
Non puduit canere Deum sub tegmine acerno.
Et Veneri dilectus oues ductauit Adonis.

Pallas ædificia inuenit.

5. PALLAS QVAS CONDIDIT ARCES.] Hāc Deam ædificandi rationem inuenisse Lucianus scribit in Hermotimo his verbis: *Inquit fabula Palladem, Neptunum, Vulcanum de artificio contendisse: atque Neptunum taurum fabricasse, τὸν κύκλωπα δὲ οἰκίαν ἐπινοῆσαι: Palladem autem excogitasse domum.* Oppian. 2. ἁλιευτ. Δῶρα δὲ τεκτήνασθαι καὶ μελεδῶνας,—Παλλὰς ὀπιχθονίοις ἐδίδαξατο: *Architectari ligna, excitare ædificia, Pallas homines docuit.* Calab. lib. 12. ait Epeū edoctum à Pallade architectandi rationem. δέδαεν δέ μιν ἔργον ἀθήνη. Inde à Pindaro, & Callimacho πολιοῦχος appellata est ex nota Vrsin. *Vrbium præses.* Cui addo Aristophanem Νεφ. τὸν τόκον ἐπιτρέψαι τῇ πολιούχῳ θεῷ: *vrbem committere præsidi vrbium Deæ.* Catul. *Diua quibus retinens in summis vrbibus arces.* Phornutus, ἱδρυται δ' ἐν πάσαις ἀκροπόλεσι μάλιστα: *habitat potissimum in arcibus vrbium.* Attemidorum, à quo hæc Dea dicitur lib. 2. c. 35. ἐφορία, ab hac architectandi ratione: additque illam propitiam esse χειροτέχναις, *artificibus manuum.* Aliter sacri scriptores. Theophilus enim Patriarcha Antiochenus lib. 2. ad Autolycum ait, primum vrbium conditorem fuisse Cain. Certè Iustinus lib. 1. tantùm ait, Athenas Mineruæ sacratas ab Rege Amphitryone.

6. NOBIS PLACEANT ANTE OMNIA SYLVÆ.] De eo, qui sua mediocritate, & fortuna viuit contentus.

[a] Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam:
Florentem cytisum sequitur lasciua capella,
65 Te Corydon, ô Alexi. trahit sua quemque voluptas.
[b] Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et Sol crescentes decedens duplicat vmbras:
Me tamen vrit amor: quis enim modus adsit amori?
[c] Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cœpit!
70 Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus, mollíque paras detexere iunco?
[d] Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

E hoc florida quadam inductione. Nam leæna sequitur lupum, lupus capellā, capella cytisum; sic ô Alexi te Corydon. Ratio. Quia voluptas sua trahit quemque. Expendo leuiter. Corydon à ferocioribus ad mitiora semper tendit, vt sistat in amore suo, qui blandissimus. Ferox est leæna, atque adeò torua, non ita ferox lupus, iam capella lasciuiens, Corydon totus amor. Deinde structio ipsa versuum hoc idem indicat. Primus enim versus ferocior est, leænæ, & lupi repræsentata sæuitie: alter iam mollior, lasciuientis capellæ, & florentis cytisi mentione: tertius totus diffluit in amores. Plura dicam in iudicio. In

G primis

UVA. BHSC. BU 00239

primis versibus nota miram poëtin. Priùs fœminam lœnam constituit, quæ persequitur marem lupum: mox commutat, & marem lupum facit persequentem capellam fœminam.

b Post querelas frustrà iactatas fingit præclarè noctem aduenire, quasi nihil aliud potuisset pastorem ab eo loco diuellere. Ergo ab adueniente nocte erroris sui admonetur, & videt frustrà insumtum diē. Itaque ait secum loquens. Aspice notas duas noctis aduenientis. Prior est, tauri conuersis aratris, suspensisque ex iugo domum redeunt Posterior. Sol dupliceat vmbras montium, cùm recedit: tu tamen miser amore veris. quasi dicat: Cessat labor boum, cessat ardor Solis: at non tuus labor, non tuus ardor. Sed se excusans addit. quis enim modus adsit amori? hac sententia. Labor boum terminum habet, Sol occasum: vnus amor caret modo, atque adeò nihil mirū, si bobus, & Sole à labore cessantibus, ego nunquam ab amando cessem.

c Cùm iam sit in fine & querelarum, & diei, ita se reprehendit, vt omnino resipiscat, neque redeat ad insaniam Alexidis amandi. Geminatio vocis apta est ad insaniam indicandā, quasi dicat: O Corydon, quæ te cœpit demētia? profectò habes vitē semiputatam, ist est, insanus es. (Est hæc adagij forma, quam postea explico.) Quin, id est, quare nō potiùs aliquid paras facere earum rerum, quæ tibi ad vitæ vsum necessariæ, siue ex viminibus, siue ex iuncis? In Notis aliam afferam explicationem, quæ fortasse verior.

d Ita discedit ab Alexide, vt tamen ostendat proclium suam in amando naturam: nam eo neglecto, alium se inuenturum sperat, qua vna re spem fouet. Particula *hic* indicat despectum. Hic ego quiddā animaduerto in humanis frequentissimum. Vide ardorem. quo initio Eclogæ ardet Corydon, æstum amātis, flammas, incendium: vide iam hic languorem, quo desinit post effusas querelas, & post animum satiatum loquendo. Sic profectò est. Ardes ira in aliquem, iactas cōtumelias, & euomis quicquid habes in corde, ac ftatim refrigescit ille impetus. Tu paria excogita in aliis humanis affectibus. Adeò nihil est, quod eminentissimus Poëta non attingat.

NOTÆ.

1. TORVA LEÆNA.] Theocrit. εἰδ. 10.
Α αἶξ τ' κυπσον, ὁ λύκ & τὰν αἶγα διώκει.
A capra & caprum, & lupus eam persequitur.
Ἁ γέρυς & τ' ἄροτρον, ἐγὼ δ' ὅτι τω μεμάνημαι:
Capra cytisum, lupus capram insequitur,
Grus aratrum, ego autem in te insanio.
Locum istum, & comparationem Virgilij cū Theocrito persequar longiore sermone, vt videat lector, qui debeat Græcos imitari, & semper cum victoria. Alia est ratio mentis Theocriti, alia Virgilij. Græcus exsultantem hostem adoritur, Latinus afflictum recreat. Pares in hoc, nam quisque pulcram tenuit viam. Quæ dixi, explico. Apud Græcum, caprā gaudentem suo cytiso, quem tantopere amat, lupus aggreditur, & perturbat eas delicias. Apud Latinū contra, nam lupus, qui miser est ab insequente lœæna, sentit rerum vicissitudinem, nam ipse statim cōsurgit in capellam, & victor est. Sic etiam capella, quæ lupum in se experta est, statim recreatur, tenditque ad suas delicias: sic ergo ad suas Corydon, nam quisque trahitur sua voluptate. Hactenus pares ex meo iudicio. In reliquis dispares iudicio Scaligeri, qui ita ait: *Tertia persona nominatim, Corydō, plus habet efficaciæ, quam pronomen, ego. Sententia verò illa, trahit sua quemq; voluptas, non solum vellicauit criticorum calumniam, sed etiam nutantem victoriam adepta est. Concludit enim vagas similitudines vulgata certaque hominum opinione; illis verò ridiculi, qui pastoribus nolunt esse prouerbia. Quid enim ciuium magis, quam illud, Alia alios placent. Theocritus autem prouerbia tum multa incidat, tum adeo obscura, nonnulla, vt diu sit eorum quæstio interpretatio.* Addo ego tria pro clariore victoria. Alter versus in Græco nexu caret, nam de grue nulla præcedit mentio: in Latino connexa omnia, nam lœæna lupum insequitur, lupus capellam, capella cytisum florentem, sic Corydon florentem formosūque Alexin. Alterū, in Græco est *insanio*. Ergo desitus, & interruptus iam amor: locutio enim hoc signat. In Latino est, *Te Corydon ô Alexi sequitur* de præsenti. Tertiò Græcus nulla habet attributa, in quo nuda sunt omnia: Latinus victores vestit attributis, victos nudos relinquit; quo certè illorum ferocitatem indicat, horum miseriam. Explico. Lupus cùm habet in se hostem, & capella suum, attributo carent. Lœna, lupus, capella, cùm insequuntur, & feroces sunt, attributum habent, *torua, ipse, lasciua*. Nam ipse de lupo emphaticè dici, quasi ipsi toruus quoque, & ferox sit, non dubiū. Post longam operam adducam Ouidium, qui 1. Metam. simile quiddam:

——sic agna lupum, sic cerua leonem,
Sic aquilam penna fugiunt trepidantia columbæ.
Hostes quaque suos.

Pari gradatione Manil. lib. 4. ad finem:

—— sic auri pondera parui
Excuperant pretio numerosi aris acerui,
Sic adamas punctum lapidis pretiosior auro est.

Par quidam cum Poëtis Plinius c. 22. lib. 18. *Palma ibi prægrandi subditur olea, huic ficus, sico punica, illi vitis, sub vite seritur frumentum.* Vellejus lib. altero: *A rectis in vitia, a vitiis in prauа, a prauis in præcipitia perueniūt.* His similia, infinita in Auctoribus. Pulcerrima est gradatio in Artemid. lib 1. c. 37.

2. LEÆNA.] Placet commentatio Pomponij Sabini: *In omni genere feararum ferociores fœminæ.* Inde itaque lœæna assumpta à Poëta. Sic Virgilius ipse in commemoratione animaliū, quæ feroces sunt, cùm amat, lœænæ, & tigridis fœminarum meminit. Coniunge ad locum istum notas Cont. Rittershusij in Oppian. de canibus venaticis, vbi ostendit fœminas esse generosiores, & ferociores maribus.

3. LVDVS CAPELLAM.] Subaudi, amat. Proluerbium est in eos, quos odio habemus. Nam ille amor verè est odium. vide Erasmum. Lupus capellā, adag.

4. CYTISVM.] Interpres Nicandri in Theriacis apud Vrs. Ἀρχίλοχ & φησὶ τὸν κύπσον τοῦτο ἀφέλιμον τοῖς θρέμμασιν, ὅτι πᾶσι & γάλακτος πιεῖ: *Dicit Archilochus, cytisum plantam esse pecoribus vtilem, quòd ea gignat copiam lactis.* Eupolis apud Macrob. 7. Sat. c. 5. inducit capras se gloriantes de suo cibo, intérque omnigena alia numerant κύπσον. Cytisus.

5. LASCIVA CAPELLA.] Horat. 3. Car. *Lasciuæ similem ludere capreæ.* Iterùm de hædo: *Lasciui soboles gregis.* Non dubito, quin primo saltē loco Virgilium in mente habuerit.

6. TRAHIT SVA QVEMQVE VOLVPTAS.] Prouerbium est ex consensu omnium. Tale illud, *Alia alios placent.* Græci ad verbum. Nam Homer. Odyss. 14. ἄλλ & γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιθρέπτησι ἔργοις. Alibi, ἄλλα παρ' ἄλλοις κραδίη. Eurip. ἄλλ & ἄλλοις μᾶλλον ἥδονται τρόποις. Archestratus, χαίρει τῷ ὁ μῶν τένοις, ὁ δὲ ἐκείνοις. Artemid. lib. 4. c. 3. ἄλλα & ἄλλοις ἡδυπαθήματα, σφίσιν ἕκαστα ἑκάστοις φησὶν ὁ ποίητης & : *Alia aliis legitima, sua singulis existimant, ait Pindarus.* Cic. *Sic se res habent, te tua delectant, me mea.* Lucret. lib. 2. *Quò ducit quemque voluptas.* Prudent. Hamart. *Diuidit huc illuc rapiens sua quemque libido.* Papin. 2. Sylu. *—— sua cuique voluptas.* Trahit sua quemque voluptas.

Theocritum secerat Virgilius.

Verba

Verba Virgilij inseruit suis scriptis S. Doctor Aug. Tract. 22. in Ioan. Non abit ab hac gnome illa Plin. lib. 6. Epist. 27. *non omnibus eadem placent.* neque illa Poëtæ Hispani. *Quis enim damnet sua vota libentes?* Neque illa Ouid. *Cur ego non votis blandior ipse meis?* Coniunxerunt hæc multi, addidi ipse aliqua. Neque omittam versus Prudentij Hamartig. loquentis in eandem sententiam:

—hunc videas lascivas prærete cursu
Venantem tunicas, animum quoque versicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis:
Illum pigmentis redolentibus, & peregrino
Pulvere fœmineas spargentem turpiter auras.

βαλυτὸς, quid.

7. ASPICE, ARATRA IVGO.] Signat proculdubio Poëta βαλυτὸν, id est, tempus illud, quo boues ἀπολύονται τῶν ἔργων, vt ait Homeri interpres *soluuntur ab opere.* Tempus hoc attigit, & descripsit Hor. 3. Car. Od. 6.

— sol vbi montium
Mutauit vmbras, & iuga demouet
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru. & in Epod. 2.
Hæc inter epulas, vt iuuat pastas oues
Videre properantes domum.
Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahentes languido.

Obserua extrema hæc, vt scias variare sententiam Virgilij. Papin. quoque 3. Sylu. Et Ouid. 5. Fast. hic,

— Velut Appula coniux
Agricolæ parci, propere mensasque thoreosque
Instruit, exspectatque sonum redeuntis aratri. Ille,
Tempus erat, quo versa iugo referuntur aratra.

Sed & Auson. Epigram. de Bucula Myronis:

Nec dum caduco Sole iam sub vesperæ,
Ageret iuuencas cum domum pastor suas,
Suum relinquens, me minabat vt suam.

Exemplum Ausonij affine tantùm βαλυτῷ. Certè illud Oppiani lib. 1. de Venat. ἐπ' ἠελίῳ ζυγὰ κλίνῃ: *quando Sol iuga inclinarit*, refert Rittershusius ad iuga equorum Solis abeuntis in occasum. Sed plus ait sibi placere, vt iuga hæc iumentorum sint, & notetur ab Oppiano βαλυτὸς.

8. Contrarium tempus βαλυτῷ, videlicet matutinum, quando ad laborem comparatur, ita descripsit Attius in Oenomao:

Ferte ante auroram radiorum ardentem indicem,
Cum somno in segetem agrestes cornutos cient;
Vi rorulentas terras ferro rosidas
Proscindant glebas, aruoque ex molli excitent.

Et Opp. lib. 1. de Venat.

Πρώτῃ ὑπ' ἠμαθόεντα, θοὴ ἐφοδίην ἀγελαῖον.
Ἠοῶσι δ' ἐνερθεν ὑπ' ἐυπλόκου ἐχέτλιον
Τετράγυον δμηλῆσιν ἐπιβρύσειν ἀρόσσαι:
Primum sub crepusculum, quando diluculo ruricolæ
Subitus temonem sub concinna stiua
Terram proscindens iuuencis accommodati aratrum.

9. DVPLICAT VMBRAS.] Val. Max. c. 7. lib. 8. dixit: *duplicant tenebras.*

Vro in re amoris.

10. VRIT AMOR.] Frequens hoc verbum in re amoris. Theoc. Pharm. ὅτι πύῤῥω πάσα κατπίθομαι: *tota in illa comburor.* Et εἰδ. 7. θερμὸς ἔρως μὲ κατπίθει: *calidus me vrit amor.* Ibycus, ἔρως φλέγων: *vrens amor.* Ouid. 1. Art. *Quo me fixit amor, quo me violentius vsu.* Calp. 3. Ecl.

Vror Iola,
Vror & immodicè.

Horat. 3. Car. *Chloen ignibus vri.*

11. QVIS ENIM MODVS ADSIT AMORIS.] Prouerbium hic agnoscit Iulius Scaliger.

12. QVÆ TE DEMENTIA COEPIT.] Ea forma hoc Latini, qua Græci, ἔρως. vt enim isti ad furorem explicandum *amorem* dicunt, Latini clarius, aut *furorem*, aut *dementiam*, aut quid simile. Isocrat. in Helen. πόσους δ' ἔρως ἐνέπρησε τῶν πόνων, καὶ τῆς ἐσχάτης: *tantus amor incidit laborum, & belli.* Calaber lib. 1. in re plena furoris, ἔρως ἔλαβεν. & ἔρως ἐμπέσοι. Sedulius lib. 1. hoc flexu variat: *Quis furor est? quæ tanta animos dementia ludit?* Iustinus lib. 2. *Quæ vos Iones dementia tenet? quod facinus agitatis?* Possis Virgilij verba prouerbialiter vsurpare, quoties te affectus aliquis extra modum rapit, aut iræ, aut libidinis, &c.

Semiputata vitis, adag.

13. SEMIPVTATA TIBI-VITIS EST.] Forma est adagij, quam ego elicio fultus auctoritate Iunij Philargyrij, & Seruij. Ait Iunius, cuius exstant in Virgilium Notæ: *Animi mente sanos non habeas, qui ex semputata vite bibunt vinum.* Adducitque verba hæc Vari: *Et frondosam semputatam queritur vitem.* Seru. vero: *Non mirum me esse dementem, qui habeo vites semputatas. Nam in sacris dicitur, quod corripiatur furore, qui sacrificauerit de vino, quod est de vitibus imputatis.* In antiquis etiam legibus, sub ista Epigraphe, *Numæ Pompey leges*, hæc legitur: *Dijs ex imputata vite ne libanto.* Itaque, vt prouerbialiter explices, aliquem esse insanum, dices: *Habes vitem semputatam.* vel, *bibisti ex vite semputata.* non aliter atque, ire in Anticyras, &c, dignus helleboro. Hæc esse videtur mens Virgilij. Nam qui de vera semputatione accipiunt, videant fieri non posse. Nam, vt cœtat ex superioribus, quærelæ istæ iactatæ sunt in media ætate, in qua vites non putantur. Itaque, credibile non est, pastorem tantum temporis anteuertisse putationem. Porrò alij cum videant, putationem non posse cadere in tempus æstiuum, signatû à Corydone, capiunt Poëtam de nudatione frondium, quibus vites solebant exonerari, quo vua soles admitteret, vt optima fieret vini coctura. De quo præcepto loquens Colum. 4. c. 28. *silis omnibus nudare* dixit. & lib. 5. c. 5. *vitis nudetur foliaque palmitibus detrahantur, vt maturitatem fructus capere possit.* Et ideo signate Poëta *frondosa vlmo*, quasi vlmus suis frondibus noceret. Vide Plin. lib. 17. c. 23. vbi loquens de arbusti ratione improbat quasdam arbores propter vmbras.

14. FRONDOSA VITIS.] Claudius Marius Vict. in Epist. *frondosa vitis in antro.*

15. QVIN TV ALIQVID.] Similis locus est apud Terent. in And.

Ah, quanto satius est te id dare operam,
Qui illum amorem ex animo dimoueas tuo, quàm id loqui,
Quo magis libido frustra incendatur tua.

16. VIMINIBVS.] Ex hoc versu fluxere duo Nemes. 2. Ecl.

Ipse ego nec molli iunco, nec vimine lento
Perfeci calathos, cogendi lactis in vsum.

Et illa credo Hieronymi ad Rusticum: *vel siscellam texe iunco, vel canistrum lenis plecte viminibus.*

Detexo, quid.

17. DETEXERE.] Est *detexere* perfectè texere, ex vsu Latij: & nunquam, *tetexere*, quod vulgus male putat, & doctè monet Lambin. in Pl. Pseud. itaque, cùm ibi Plautus dixit:

Neque exordiri primum vnde occipias, habes:
Neque ad detexendam telam certos terminos.

Non dicit, ad retexendam, sed, ad perfectè, & exactè texendam. Nam & Titinnius Fullonibus: *Quæ inter dies annos nequisti vnam togam detexere.*

Inuenies alium, adagium, adag.

18. INVENIES ALIVM.] Videtur esse forma adagij. Nam lib. 7. Epig. est. ὦ καλὸς τεκνοῦ, καὶ εὑρήσεις ἄλλον: *Ne plora, fili, inuenietur alium.* & Theocrit. in Cyclope. Εὑρήσεις ταχέως ἴσως, ἢ καλλίον ἄλλον: *Forte aliam inuenies Galateam, & quidem pulchriorem.* Itaque in alicuius contemtu dicas prouerbialiter: *Inuentus alium.*

UVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA TERTIA.

PALÆMON.

MENALCAS, DAMOETAS, PALÆMON.

ARGVMENTVM.

HÆC Ecloga continet amœbeam disputationem inter Damœtam, & Menalcam. Huius carminis lex est, vt qui dicit loco posteriore, vel maiora, vel paria saltem afferat, cum priore: secus victus est. Ergo pastores primùm se contumeliis proscindunt, Damœtas Menalcæ libidinem obiicit, stupra, luxuriem: Menalcas Damœtæ furta. Deinde prouocant se ad certamen pignoribus positis. Tertiò interuenit Palæmon, & constituitur iudex. Quartò certant amœbeo carmine, vbi miri affectus, mille acumina, quibus quisque ad victoriam contendit. Quintò iudex pares dimittit pastores.

Men. [a] Ic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
Dam. Non, verùm Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.
Men. [b] Infelix ô semper ouis pecus, [c] ipse Neæram
Dum fouet: ac, ne me sibi præferat illa, veretur,
Hic alienus oues custos bis mulget in hora:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

A

ARGVMENTVM.

Rogat Menalcas Damœtam de domino pecoris, Damœtas aperit. hinc sumta Menalcæ occasio prima euomendi virus, & primo obiicit crimen furti.

EXPLICATIO.

[a] AIT primus. Dic Damœta, cuium est pecus? Hinc iam incipit contemtus. Quasi dicat. cuium? nam non tuum. ésne furatus aliquo? an est fortasse Melibœi? Alter. Neque Melibœi, vt dicis, sed Ægonis: neque verò ego fur sum, nam nuper mihi Ægon illud pascendum commisit.

[b] Iam hîc aperit clarè Menalcas hostilem animum. *ô pecus ouis*, id est, ô oues (aperiam locutionem in Notis) infelices. Sed quare semper? quia nimirũ sunt Ægonis, pastoris luxuriosi, qui cùm tempus impendat voluptatibus, nihil curat de ouibus: & aguntur à Damœta custode, qui fur est. Itaque semper misero pecori imminet infelicitas, siue à pastore luxurioso, siue à custode latrone.

[c] Rationem, quam nunc dicebam, attingit iam copiosiùs. Ægon meus riualis, dum fouendæ Neæræ operã dat, verens ne illa præferat me sibi, huic oues commisit. hic verò quàm bellus est custos? (omnia hæc afferenda cum contemtu.) bis enim in hora pecus mulget, vnde illi succum, & agnis lac subducit infamis latro.

NOTÆ.

1. DIC MIHI DAMOETA.] Theocrit. εἰδ. 4.
Εἶπε μοι ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἢ ῥα φιλώνδα;
Οὐκ, ἀλλ' αἴγωνος. βόσκεν δέμοι αὐτὰς ἔδωκεν:
Dic mihi ô Corydon, cuius hæ boues? an Philondæ?
Non, sed Ægonis, qui pascere mihi ipsas dedit.
Parodus quidam aduersarius Virgilij:
Dic mihi Damœta, cuium pecus? ánne Latinum?
Non, verùm Ægonis. nostri sic rure loquuntur.
Reprehendebat videlicet Virgilium, quod dixisset, cuium: nam aiebat, dicendum *cuius*, dignus ipse reprehensione, qui rem, etiam vulgatam ignoraret.

2. CVIVM PECVS.] Dixerunt veteres, *cuius, cuia, cuium*. Terent. Eunu. *Virgo cuia est?* Plaut. Cure. *cuiam vocem audio?* in Rud. *Argentum pro istis ambabus, cuiæ erant, domino dedi.* Ibid. ex emendatione Iani Guliel. *Cuia ad aures vox mi aduolauit?* Posteriore quoque æuo Arn. lib. 1. *Nónne cogitatio vos subit considerare, disquirere, in cuia possessione versemini? cuia in re sitis?* Cuius, a, um.

3. INFELIX.] Nam felicitas pecoris posita in pastoris felicitate, & contrà. Theocrit. εἰδ. 4. iuuencas δειλαίας cùm dixisset: *miseras*, caussam hanc addicit, τὸν βωκόλον ὡς κακὸν εὗρον: *bubulcum quod malum inuenere.*

4. OVIS PECVS.] Pro oues. Nihil frequentius hac locutione. Sic *labor Herculis* pro, Hercule, quod Horatius vertit *Herculeus labor*. Et Oppian. (notante Rittersh.) ἔργον ἔρωτος, φυλακῆς, θαλάσσης: pro ἔρωτα, φωλακὴν, θάλασσαν. Sic Claudianus, *flammam chimeræ,* Ouis pecus, pro, oues.

UVA. BHSC. BU 00239

merę, vim hydrę, famem Scyllę, pro, Chimęram, hydram, Scyllam. Sunt qui hanc locutionem ad Hellenismos referant, sunt qui veriùs ad Hebraismos, qui multi in linguam Grącam irrepsere, & inde in Latinam.

Foueo verbum amatorum.

5. FOVET.] Verbum sumtum ex penu amatorio. in 8. Venus Vulcanum *amplexu molli fouet*. Phędra apud Ouid. *Nostras auido fouet igne medullas*. Et 1. Am. *Alteriúsque sinu dextram subiecta fouebis*. Qui versus reddit Grącum illud, ἔχειν τινὰ κόλπον. quod etiam dicitur de re amatoria. Redeo ad foueo, quod Gręca imitatione, nam θάλπω quoque ad amorem traducitur. Inde θαλποφελὼ sumi *ἀπὸ τῆς ἡδονῆς* Homeri interpres aduertit Il. 6.

6. NE ME SIBI PRÆFERAT ILLA, VERETVR.] Accipienda hęc de ritualitate: quò pertinent verba illa Senecæ Tragici: *Nec regna socium ferre, nec tedę valent.*

7. HIC ALIENVS OVES CVSTOS-MVLGET.] Hoc est vitium custodum gregis, qui lucri cupiditate oues sępe mulgent, & perdunt. Inde Calpur. prącipit. 5. Ecl.

Parce tamen fœtis, ne sint compendia tanti,
Destruat vt niueos venalis cędes agnos,

Nam tibi prącipuo fœtura colatur amore.

Eodem pertinet illud Theocrit. εἰδ. 4. ἢ πάντε κρύσσειν τὰ πρόβατα πᾶσαι ἅμερας: *Nunquid ipsę etiam vesperę omnes mulgent?* Varro lib. 2. de re rust. vetat matres mulgeri, dum agni nutriuntur. Inter leges Iustiniani est, ἐὰν εὑρεθῇ πωλῶν ἀμέλγων τὰ πρόβατα λαθρᾷ τοῦ κυρίου αὐτῶν, παραδόσεται, τυπτόμενον & τὸ μισθὸν στρέφειν: *Si fuerit deprehensus opilio oues mulgere clam domino suo, & lacuendere, verberatus mercede priuetur.* Assumsi hęc partim ab Interpretibus, partim ipse addidi. Vitium hoc custodum ad omnes prouerbialiter transferas, qui male tractant rem sibi commissam, quia nō sua. Perdit Rempub. tyrannus, & exhaurit opibus, quadrabit in hunc, *alienus custos oues mulget*. Ait Ioseph. Scal. in Fest. quos Grąci vocant μολγὸς πρὸ τοῦ ἀμέλγειν, respondere Latinis Catillonibus, qui catillos lambunt adsumta prius dape. Adagium, Catillones.

8. SVCCVS, ET LAC SVBDVCITVR.] Elegant. ad signandum furtum Poęta quidam: *Subduximus vbera natis*. & de re furti Plautus: Subduco de furto.

— propino magnum poculum, ille bibit,
Caput ponit, condormiscit, ego ei subduco annulum.

Æquè bene dices, lac prępipere, lac prącipere, ex penu Virgilij.

Dam. [a] Parciùs ista viris tamen obiicienda memento:
[b] Nouimus & qui te, [c] transuersa tuentibus hircis,
Et quo, sed faciles Nymphæ risere sacello.
Men. [d] Tum credo, cùm me arbustum videre Myconis,
Atque mala vites incidere falce nouellas.
Dam. [e] Aut hic ad veteres fagos, cùm Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos: quæ tu peruerse Menalca,
Et cùm vidisti puero donata, dolebas;
Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.
Men. [f] Quid domini facient, audent cùm talia fures?
Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?
Et cùm clamarem, quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

ARGVMENTVM.

Proscinduntur se contumelijs, proiecti in omnem verborum petulantiam, & oris procacitatem. Omnia ferme reducuntur ad libidinem, & furtum.

EXPLICATIO.

[a] EXplicatio Seruij in promtu est, ea mihi nō multum probatur. Mea hæc est. Supprimit pastor aliqua, profert aliqua. Ergo ait: Fateor me lac suxisse, succum pecori ademisse, tamen memineris parcius ista obiicięda esse viris. Quasi dicat: Vir sum, id est, pudicus, non mollis, non proiectus in mōstrosam libidinem, vt tu, quem esse corruptum constat libidine præposteta. nouimus enim qui te corrupere. Certè hi pastores nunquam crimē in sequentibus diluunt, sed euertendi criminis obiecti hanc tātùm habent rationem, vt recriminentur.

[b] Recriminatur, obiicitque grauius & deformius flagitium, hac sententia. Tu. (nemo alius testis) mihi furti crimen obiicis: ego, & alij nouimus eos, qui te corrupere nefando crimine libidinis præposteræ: neque enim semel corruptus es. Etenim hic subaudiri verbum *corripo* Seruius ait. Rectè verò monet

C Iul. Scal. lib. 4. Poët. c. 27. ex suppressione vocis magnos affectus excitari, præsertim in re turpi, vt in hoc loco.

[c] Si neges, quæ ego & alij nouimus, quæ vidimus, aduoco contra te bruta, & Deos. Nā corruptus es, hircis tum tuentibus transuersa, id est, trāsuersim. Aiunt enim hoc animal inuidere voluptatibus, quia libidinosum: & solere hominum Veneré interturbare. Nymphæ verò vide an te viderint, nam risere ad tuum flagitium ex facello suo: sed faciles, quod doleo. debuissent enim te perdere, quòd earum lucum tam deformi flagitio violares. Ergo in te testes sumus homines, bruta, Dij.

D [d] Ista ironicè efferenda. Credo, tunc ego admittebam hoc crimen, cùm incidebam arbustū Myconis, cùm vites nouellas mala, & nocenti falce: Sibi enim ironice imputat, quod verè fecerat Damœtas. Quasi dicat: Admittebam ne ego hoc crimen, cùm tu pessime furcifer bacchabare in arbustum Myconis, in nouellas vites: Ea enim tua est malefaciendi natura, vt non contentus veteres iam, & robustas vites, atque arboribus maritatas (nam hoc est arbustum) perdere, perdideris etiam vites nouellas, & ita spem omnem prædideris prouentus.

[e] Si non admisisti crimen illud ad arbustū Myconis,

VVA. BHSC. BU 00239

conis,& vites nouellas,certè ad fagos veteres. Quin & veteres. Quin eo ferè tempore fregisti per inuidiã arcum,& calamos Daphnidis Nam,vt es peruersus, & prauæ naturæ, dolusisti contigisse puero ea dona: & quidem rumpere præ inuidia, ni puero ratione aliqua nocumentum afferres. Duo hic dicam ad maiorem explicationẽ. Primum. Habet iam integrum crimen Menalcæ ex testib.& circumstantiis, Pastores nouimus,videre hirci, risere Nymphæ:gesta res est ad fagos veteres,ac per id temporis, quo exarsisti in Daphnidem. Solet enim Virgilius notitiam rei ex diuersis locis complere. Alterum,vt ex præcedentibus,& sequentib.apparet,ij pastores sibi tãtum duo crimina obiiciunt:Menalcas Damœtæ furtum, Damœtas Menalcæ libidinem. Idco, quæ hic dicitur de Daphnide sic accipienda existimo. Fregisti arcum,& calamos Daphnidi, quod non tibi in libidine obsequeretur,sed alteri cuipiam,à quo dona acceperat.

f Quid faceret Ægon tuus dominus, cùm tu seruus,& fur ista in me:An excidit, ô pessime, furtum illud capri Damœtis per insidias excepti? Nec mihi desunt testes. Nam Lycisca latrabat, ego clamabam contra te fugientem,& ad Tityrum, vt caueret pecori à tuis rapinis:tu interim & latratibus, & clamoribus territus, coniecisti te post carecta, vbi latuisti. Carecta sunt hispida,neque verò tu ea formidasti,vt te tegeres.

Missa pars.

NOTÆ.

Vir sum, adagium.

1. PARCIVS ISTA VIRIS.] Formam adagij ex his verbis & sententia colligas hanc: *Vir sum.* Qua quis vtetur, cùm pudicitiam suam prædicat. Impulit me in hanc explicationem Suetonius in Vespas.c.13. apud quem Vespasianus tetaxans hominis impudici maledicentiam,adiecit: *Ego tamen vir sum.* Vel.vt est apud Aurelium Victorem, *nosti me virum esse.* Sanè qui adeat locum Suetonij, videbit, verba illa:*ego tamen vir sum*, opponi alterius impudicitiæ. Non dubium autem(& hoc docti fatentur) quin & Suetonius, & Vespasianus ipse animum adiecerint ad locum Virgilij. Ceterùm quod Poëta *parcius ista*, Plato in Phædone, ὠμαθὲς μὴ μέγα λέγε.

Transuersa tuentibus.

2. TRANSVERSA TVENTIBVS.] Tueri transuersa,pro transuersim: ita Græci λάξα πεφορυαγν. Sic vagari incerta,errare auia,sudare plurimas,& similia ex Virgilij & aliorum fonte Ex Virg. Valerius 2.Arg. *transuersa tuentem.*

Hirqui.

3. HIRCIS.] Sunt qui hic legant *hirquis.*& dictũ volunt, quod libido contrudat oculos in ipsas oculorum angustias, quas vocant hircos:vt sentẽtia sit, insignem quandam notam libidinis apparuisse in oculis Menalcæ,cùm corruptus est. Mihi *hircis*, placuit ad exemplum Theoc. *εἰδ.* 5. vbi capellas balantes inducit ad vnius pastoris prædicationem. Versus prætermitto pudori consulens. Vt ergo in Græco capellæ signum dant libidinis visæ: ita in Virgilio hirci. Et credi potest hircis coëuntibus inuidisse, vt qui soleat simili voluptate frui,Herodot.lib.2.ait,*suo euo hircum* coisse propalam cum muliere, γυναικὶ τράγον ἐμίσγετο ἀναφανδόν.

Hircorum lasciuia.

4. Halitus,qui in homine ab alis exspirat Latinis caper,aut hircus dicitur.Horat.Epod.12.

——*aut graues hirsutis cubet hircus in alis.* Catul. in Rufum: ——*tibi fertur*
Valle sub alarum trux habitare caper.

Leo pro halitu graui.

Possis quoque eundem halitum vocare *leonem*, nam Plautus in Men.eo loci, quo minæ iactantur à Menæchmo in senem, ita ait: *Ego hunc proteram leonem Geriulum,olentem, edentulum.* & Plin.lib.11.c.4.ait:*animæ leonis virus graue.* Sed redeo ad caprum Brod.lib.5.

Caper pro libidinoso.

Antra Nympharum.

Propter opacum illi nemus hirci impubes, & edentuli. & in Merc. *Iam plenus a tuis,animaque fœtida*
Seni exhirsutis.

5. FACILES.] Hanc facilitatem Nympharũ Donatus, & Turn. interpretantur de violato luco Menalcæ libidine;nam, cùm Dij alioquin profanatores lucorum acerrime vindicarent, Nymphæ hoc nihil curarunt.Nam Horat.lib.1.

Tu pauum castis inimica mitres
Fulmina lucis.

Addo ego, Poëtam contendisse ad Theoc.qui *εἰδ.*15. eadem sententia Nymphas vocauit ἱλαὰς καὶ εὐμενὰς; *hilares,& benevolas.* optans nimirum sub persona pastoris,vt mites sibi fierent. Quo sensu etiã Martial. lib.11.Epig.104. *Riserunt faciles,& tribuere Dei.* & lib. 12.Epig.5. *Et dare,quia facile vixe tribuere Dei.*

6. RISERE.] Non refero ad subsannationem,sed ad eandem clementiam,& facilitatem in condonando.in 12.Iuppiter dicitur *subridens*, vbi clementissimus inducitur.Ibidem,Iuno *lætata*, id est, clemens iam,ac mitis in Troianos.

7. SACELLO.]Propriè est parua ædicula,seu parauum templum,sacrum Numini Plin.lib.6.c.29. *Delubrum Hamonis ibi religiosum,& toto tractu sacella.* Sed in hoc loco Poëte per *sacellum* intelligo antrũ Nymphis sacrum. Receptum fuit veteribus,vt in antris, quæ in sacraria efformabant, Deos Deásque colerent.Athen.lib.5.in pompa Ptolemæi: ἄντρα κατασκευασταὶ μέσων τῶν ἀντρῶν νύμφαι ἐλείφιπωαι: *Constructæ erant antra; in quorum medio Nymphæ erant positæ.* & lib.12. εἰ τὰ νυμφῶν ἄντρα ἀποδημοῦντες, διετέλουν μετὰ πάσης τρυφῆς: *abeuntes ad Nympharum antra, viuebant cum omni voluptate.* Ad hoc ipsum non male trahi potest illud Pausan.in Achaic. vbi scribit ad caput amnis Melis fuisse antrum, in quo tradatur Homerus fecisse sua carmina. Nam quò ille confugeret,nisi ad loca Musis sacra? Ex hac interpretatione facile capies,quæ fuerint illæ Nymphæ,nimirum Napeæ,nam hæ in antris degunt, dicente Nemes.2.Eclo. *Quæ colitis siluas Dryades, quæq; antra Napeæ.* Obiter nota, ex hoc versiculo colligi discrimen inter Dryadas,& Napeas contra Ambros. Calep. in voce *Napes.*

8. CREDO.] Ironicè dici consuetit, Græci οἶμαι. Ita Budæus. Pro quo Ouidius sæpe adhibet ironicè, *ai puto.* Lege Leopardum lib. 3.emendat.c.6. Ego in Demosthene animaduerti eodem planè ironico sensu dici,ὅτων νὴ δία. Exemplum est in ἀρεξονίσῳ. ibidem effert per *μὰ δία.* etiam ironicè.

Arbores incidere, capitale.

9. INCIDERE.] Arbores alienas incidere capitale olim fuit, quod monet Seruius. Cuiacius quoque lib.9. Obseru.cap.12.de arboribus furtim cæsis ait: actione coerceri latrones,qui arbores, & maximè vites ceciderint. Additque,actionem esse legitimam in eos, qui arbores *cædunt, cinguni, secant.* Has voces ille explicat. adi. Quadrant verba hæc Iustiniani ab Vrs.adducta:οἱ δένδρα ἢ μάλιστα ἡμέρους τεμνοῦσιν ἢ κηπεῖ κολάζοιεν: *Qui arbores, & vites maxime incidunt, subeunt latronum pœnas.* Plin. etiam lib. 17. cap. 1. *Fuit & arborum cura legibus priscis, cauiumque est* XII. *Tabulis, vt qui in uria cecidisset alienas, lueret in singulas aeris* XXV. De eadem re exstat lex ista veterum apud Albericum: *Sciendum est autem eos, qui arbores, & maxime vites ceciderunt, etiam tanquam latrones puniri.* Idem legem aliam profert, vbi signatur pœna, ἐάν τις κόψῃ ἄμπελον, ἢ ἄλλο δένδρον χειροκοπείσθω: *si quis ceciderit vitem, aut aliam arborem,*

UVA. BHSC. BU 00239

arborem, abscindantur huic manu.

10. AD VETERES FAGOS.] Ita hoc dictum exmente Vrsini, sicuti a Theocr. εἰδ. 33. χίνον ἀρχαίαν antiquam schinum.

11. DAPHNIDIS.] Daphnidos graeco genitiuo veram esse lectionem ait Val. Probus, consentit Henric. Stephan. in libello de Abusu linguae Graecae.

Peruersitas de oculis.

12. PERVERSE] Retuli in Explicatione vocem hanc ad peruersam naturam Menalcae: sed quid si vox ad oculos referatur, vt sententia sit; auertis oculis, & iniquis intuebare Daphnidem, vt qui inuidus esses, & libidinosus. Certe Cic. 1. Nat. *oculi peruersi, vt strabonum* dixit. Apollon. lib. 2. ὄμματα κοῖλα. Atqui peruersitas oculorum nota est inuidi & libidinosi, quae duo vitia hic Menalcae obiiciuntur. De intitio Horat. 1. Epist.

— obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat. & Statius 5. sylu.
Quis nam impacata consanguinitate ligauit
Fortunam inuidiamque Deis, quis iussit iniquas
Aeternum bellare Deas nullamne notauit
Illa domum, cruo quam non hec lumine fl[illegible]at
Protinus, & saeua perlubet gaudia dextra?

De libidinosis exemplum est apud Ouid. 1. Art. de Pasiphae irata in vaccam, quae taurum suum amabat:

Ah quoties vultu vaccam spectauit iniquo;
Et dixit: Domino cur placet ista meo?

Dido quoque 4. Aen. inducitur intuens *auersa.*

13. ET CVM VIDISTI PVERO DONATA DOLEBAS.] Theoc. εἰδ. 5. τὸν δ' ὁ κακὸς βοτὸς ἐπάκεσε βαυκαλίασαν. *Tu autem o male tunc liquefiebas inuidens.*

Dolor in affectu inuidiae.

14. DOLEBAS.] Nota in affectu inuidiae dolorem. Virgil. de Liuore: *ieiunia gemitus graues dolores.* Iterum:

Viuit pectore sub dolente vulnus,
Quod Chiromia nec manus leuarit,
Nec Phoebus, sobolisue clara Phoebi.

Ouid. in Descriptione inuidiae: *Risus abest, nisi quem visi mouere dolores.* iterum: *successibus indolui.* Pind. 2. Pyth.

— καμὲ δὲ πυθ- ὲκόμεν- πεσεκτὰς ἐνίπτεσεν ἔλκ- ὀδυναρὸν ἐς ἀραβίαν.

Qui inuidia trahitur propter abundantem alicuius facultatem, corde suo dolendum vulnus infixit. Homer. Iliad. 24. de inuido: ὀδυρόμενόν τε ἄχεϊ θυμὸν dolens moerensque. Cum eodem coniungit Dio Chrysost. orat. 38. ὀδυνῶντα quae dolores afferunt. & τὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἄχθεσθαι: *egrescere ex aliorum bonis.*

A 15. FVRES.] Seru. *Pro furto furem posuit, furta enim specialiter seruorum sunt.* Citatque verba Plauti de seruo: *Tu trium literarum homo vituperas me?* id est, tu fur. Fur pro seruo.

16. NON EGO TE VIDI.] Peritiam legum in Virgilio aduerte. Seru. *Manifeste eum furti arguit dicendo, vidi.* Enarrator Demosth. in 2. Olym. ait, dictum ab Oratore φωράσω, id est, *deprehendam*, cum allusione ad furem manifestarium, & inde ait natam vocem ἐπ' αὐτοφώρῳ. Cuiacius lib. 11. Obseru. c. 38. ex Triboniano: *Singularis ille locus est de fure manifesto, vt non minus ipsius cum re furtiua, quam deprehensa pro fure manifesto habeatur.* Aitq; Tribonianum sumsisse hoc ex Caio, ex Caio Seruium. Addit etiam contra Bartol. idem Cuiacius, Inuentum in furto recte dici, non de eo solum, qui apprehensus est, sed de eo quoque, qui visus. Certe Plautus in Truc. dixit. Fur manifestus, quis.

Plures est oculatus testis vnus, quam auriti decem:
Quia auduntur, audita dicunt; qui vident, plane sciunt.

17. PESSIME.] De fure etiam Horat. 2. Serm.

Non dices hodie, quorsum haec tam putida tendant
Furcifer. ad te (inquam) quo pacto pessime.

18. EXCIPERE.] Verbum hoc ad insidias pertinet, & dolos. De eo alibi.

19. LYCISCA.] Vult Seru. ex Plinio, aliisque Interpretes, etiam Henr. Steph. Lycifcas proprie dici canes natos ex lupis, & canibus. Sed quicquid sit de Ambigenis habetur inter fragmenta Arbitri: *Ai lupus, & catula formant coeundo Lyciscam.* Nec non verba Arist. libr. 8. de hist. Animal. cap. 28. ἐν Κυρήνῃ μίσγουσι οἱ λύκοι τοῖς κυσί: *In Cyrenensi agro lupi coeunt cum canibus foemmis.* Lyciscae canes.

20. ET CVM CLAMAREM.] Respicit ad agium, ὦ φῶρες πῶ βολῶ: *fures clamorem*, subaudit, *timent.* Ait Cuiacius lib. 11. Obseru. c. 38. visum furem non pro manifesto haberi, nisi dominus clamaret, & diceret: quò te fur protipis? quò abit res mea? vel quid simile. Nam in 12. tabul. clamor exigebatur, antequam iure fur posset occidi. Alludit Iouiter Plaut. in Mil. Fures clamorem.

D *— vbi abiit, conclamo. heus quid agis tu inquam in tegulis? Ille mihi abiens ita respondit, se sectari simiam.*

Quis scit igitur, an eo ipso velit furem iudicare, vt qui per tegulas in aedes irrumperet. Hoc si est, lucem Plauto dedi.

21. PROPERIT.] Vsi hac locutione multi. Nunc mihi ante oculos Plautus Captiu. Ammianus lib. 31. Liuius lib. 42. Apuleius lib. 4. & 6. Variat illam Plaut. in Bacchid. *conferre se protinam in pedes.* Terent. Phorm. *conicere se protinam in pedes.*

Dam. [a] An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.
Men. [b] Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triuiis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

E

ARGVMENTVM.

Excusat Damoetas furtum capri, inde iterum occasio est Menalcae lacerandi Damoetae.

EXPLICATIO.

[a] EXCVSAT se Damoetas de furto. Cantabamus fistula ego, & Damon: victus est a me, debebat caprum, negabat posse reddere, vindicaui.

G 4 [b] Arripit

VVA. BHSC. BU 00239

b Artipit Menalcas contemnendi, & ridendi pastoris occasionem. Nota oppositionem verborum. Tu vincis cantando: aut tibi est fistula? Absit. Non enim tu cantas, sed stridis, & perdis carmen: non tibi est fistula, quæ perfecta est, & compacta ex cera, sed stipula. Triualis tu quidem cantor es mi Damœta, & affatim indoctus: de te, si posset, carmen quereretur, se esse miserum.

A Dat Scaliger victoriam Virgilio, qui rectiùs multo, *indocte*, quam Theocritus ἀϋτὰς. Nam non pugnat cum scientia seruitus: multi enim serui doctissimi fuere, inter quos & sapientes Æsopus, & Epictetus. Theocritum, & Virgilium, & hunc aptius æmulatus est Calpur. 6. Ecl. sub persona Aityli, qui sic in Lycidam:

Vincere tu quemquam? vel te certamine quisquam
Dignetur? qui vix stillantes arida voces
Rumpis, & expellis malè singultantia verba?

An, in affectu iracendiæ.

1. AN.] Obserua vsum huius particulæ in affectu iracundiæ hac ratione, an mecum loquereris? an non redderet? an non faceret quæ iussi? ita Ouid. in Epist.

An si quis rapiat stabulis armenta recusis,
Arma feres; rapta coniuge lentus eris?

& Catul. in Cæsarem: *an parum bellatus es?*

5. IN TRIVIIS.] Nannius, & Germ. referunt ad carmen triuiale, non ad hymnos, & sacra Cereris. Triualia enim solent appellari, quæ vilissima. Inde Ciceroni pro Muræna dictum, *arripere maledictum ex triuio*. & Musæo in Carm. de Leandro, & Her. ἐπὶ τριόδων ἀκούει: *in triuiis audit*. verba ista, *in triuiis in doctus*, iactari possunt in circulatores, & magistellos quosdam, qui captandæ famæ cupidi fora circumeunt, & imperitum vulgus imperiti ipsi in admirationem rapiunt. Hi enim abstinent à locis, in quib. docti sunt, & versantur inter triuiales homines. Horum aliquem cùm videris, dic, as *in triuiis indoctus*. Hieron. in Apolog. aduersus Ruffin. *Contemnunt illud elogium, quo procax imperitia denotatur, Non tu in triuiis indocte solebas stridenti miserum stipula disperdere carmen?* Apuleius quoque lib. 1. Florid. eundem Virgilij versum adducit ad signandam imperitiam mortalium ante inuentam Musicam ab Hiagne.

Triualia.

B

In triuiis indoctus, adag.

2. CANTANDO VICTVS.] Otiosi esset multis ostendere modulationis, cantus, vocisq; certamina peragi solita à pastoribus. Annon satis morem indicent tot Eclogæ Virgilij? tot Theocriti? Quin hæc certatio propria est pastorum. Doctè enim ait Cæs. Scal. lib. 1. Poët. modulationem in pastionibus primùm inuentam, vel naturæ impulsu, vel auicularum imitatione, vel arborum Sibilis. Est *victus cantando*, victus cantu. ita loquendo, arando, &c. Poëticè ista.

3. CAPRVM.] Sunt qui putent allusum ad carmen tragicum, cuius præmium caper: ita vt certatio Damœtæ, & Damonis fuisset de tragœdia condita. Sed possit Poeta simpliciter explicari de quocunque genere versuum.

C

6. STRIDENTI STIPVLA.] Notat Germ. Virgilium alludere ad stridulos quosdam calamos, quod Arist. ἀεὶ ἀναυ. dicit esse puerorum, & esse τέρπνα μένες: *terebratos*. Atque in superiore ora pelliculæ ambitu obturatos obductósque. Nam videtur pastor traducere musam alterius vt ridiculam, & puerilem. vt hîc *stridenti stipula*, ita Calp. 3. Ecl. *stridor auenæ*. & Nem. 3 quoque: *sonitu stridentis auenæ*.

4. AVT VNQVAM TIBI FISTVLA, &c.] Hæsit Theocrito, qui εἰδ. 5.

Τὰν τοίαν σύριγγα; τὸ δ' ὑπόκλαρ δώλε συδάρτα
Ἐκτάσω σύεσσιν;

Quam fistulam? quando enim tu Sybarta serue
Possedisti fistulam?

7. DISPERDERE CARMEN.] Propert. lib. 2. leui flexu: — *duro perdere verba sono.*

Dam. a Vis ergo, inter nos, quid possit vterque, vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
30 Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes?
Men. b De grege non ausim quicquam deponere tecum:
Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca:
Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.
35 c Verùm id quod multo tute ipse fatebere maius,
(Insanire libet quoniam tibi) d pocula ponam
Fagina, cœlatum diuini opus Alcimedontis,
e Lenta quibus torno facili super addita vitis
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.
40 f In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter?
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor; quæ curuus arator haberet.
g Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Dam. h Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
45 Et molli circum est ansas amplexus acantho,
Orpheaque in medio posuit, syluásque sequentes.
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Prouocat Damœtas Menalcam ad certamen cantus, ponit vitulam, excusat se Menalcas non à certamine, sed à simili pignore: obiicit pocula fortunæ alea, quibus sua item Damœtas: vterque illa eleganti ssimè commendat.

EXPLICATIO.

a OCCASIONE acceptæ iniuriæ Damœtas aduersarium prouocat ad certamen cantus. Tu, qui me contemnis, qui victoriam meam, & Musam eleuas, vis experiamur vicissim reipsa (nam quorsum verba?) quid vterque nostrûm possit cantu, & musica? Ac ne recuses certamen, depono hanc, quam vides vitulam. Eam tibi quid commendem? bis mulgetur quotidie, binos alit vitulos. vide quæ lactis abundantia, quæ fertilitas vberis. Tu propone, quo pignore velis mecum certare: propone, quid des ad spem mei, ad fiduciam tui. Age, si vir es: si tibi lingua, vt ad contumelias, ita ad cantus.

b Respondet Menalcas. Deponis vitulam, vellem ipse deponere de grege aliquid, sed non ausim. Sum enim sub patre, qui mihi domi est; sub noucerca, quæ iniusta. Deinde, ea est illis gregis cura, vt ambo pecus numerent, pater seorsim hœdos, idque bis in die, cùm it grex ad pascua, cùm redit.

c Sed quoniam libitum tibi est insanire, & rapi ad ruinam honoris (nam quid aliud cogitem de tua temeritate?) ne discedo ab hac mente, magnum enim quiddam deponam, quod tute (id est, tumet) ipse dices esse maius vitula: videlicet duo pocula, multimodis laudanda. Nam *duo* illum intelligere constat ex responsione Damœtæ, quæ mox sequetur.

d Sequitur poculorum commendatio. In primis illa sunt è fago, quæ materia laudatissima ad vasa. (quid sit fagus, iam explicui, 1. Ecl.) deinde cœlata sunt opere Alcimedontis, qui egregius artifex. Hactenus de caussa materiali, & efficienti.

e Pergit pastor ad formam. Hæc præclara est, sed inprimis sciendum, verba hæc *lenta quibus torno*, malè explicari. Nam *quibus* ponunt in dandi, *torno* in auferendi, quod esse nequit. Nam vas torno effici potest: sed qui vitis torno superaddi, corymbi, hederæ, humanæ formæ, quæ ibi quoque? hæc ab arte torni aliena, imò pugnantia. Ego sic expedio. *Quibus* est in auferendi, *torno* in dandi, hæc sententia. In quibus torno ipsis, qui ex arte vna præcessit, vitis est superaddita ex cœlatura, arte altera; quæ sanè vitis vestit corymbos diffusos ab hedera pallente (id est, exstantes nascentésque ab hedera.) Inde mira est oppositio in verbis *facilis, & superaddita*. Quasi dicat: Facile fuit vasa tornare, cœlare difficile; multa enim fuerunt superaddenda, vitis, corymbi, hedera, homines.

f Persistit adhuc in describenda forma. Sunt in medio, id est, in fundo poculorum, atque intus (sic enim explico ex Theocrito) signa duo, Conon, eximius Geometra; atque Archimedes, qui radio, id est, virga sua orbem describit: patefecit tempora, quibus messes secandæ, aranda tellus. Dat Poëta rustico ex decoro affectatam ignorationem.

g Absoluta forma finis restabat, sed hunc nondum pocula obtinuerunt, quæ maior illorum laus, ita enim nitidiora, recentiora, & semper noua, quia nunquam ex illis bibitum est. Colligo ô lector omnia, quæ pertinent ad pocula. Laudantur à quadruplici caussa: materiali, quia sunt fagina: efficienti, quia ab Alcimedonte: formali, quia & facta torno, & cœlata in ambitum hedera, corymbis, vite; intus humanis figuris: finali, seu potius à negatione finalis, quia nullus hactenus eorum vsus. Sunt, qui in hoc versu hypallagen agnoscant istam: non admoui labra poculis, id est, labris pocula. Vt malis, sed ea non necessaria.

h Non est Damœtæ in animo, obiicere pocula fortunæ certaminis, sed ductus gloria ostentat quoque suas opes, ne in hoc ab altero superetur. Itaque ait: Sunt etiam mihi duo pocula, & facta ab Alcimedonte, quibus acanthus mollis ex mira arte circum ansas ducitur. In medio est Orpheus, syluæ illum sequuntur, nondum illis bibi. Sed esto non haberem hæc pocula, quibus tibi par sum: certè, si spectes ad meam vitulam, te supero, ac frustra tum laudes tua pocula.

NOTÆ.

1. VIS ERGO INTER NOS.] Theocrit. ante nostrum *εἰδ.* 8. *χρὴ δῆτις σ' ὧν ἐπιδευὴς χρὴ σεο καταθεῖται ἄεθλον: Visne igitur videre? visne deponere præmium victoriæ.* Vbi quod Græcus ἐπιδεὴς, Latinus *experiamur*. Calpur. Ecl. 6. ita vtrique hæsit:

Vis igitur, quoniam nec nobis, improbe, pares.
Ipse tuos index calamos committere nostris.

2. EGO HANC VITVLAM.] Adumbrat Theoc. *εἰδ.* 1. Theocritum superat Virgilius.

Αἶγά τό τοι δώσω· δὶς δυμάλιον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχουσ' ἐρίφους, σοπτιμέλξεται ἐς δύο πόλλας:
Tunc & capram tibi dabo gemellorum matrem, vt ter mulgeas
Quæ geminos hœdos lactans, duas interea mulctras
lacte complet.

Hoc ad iudicium nõ adduco, & possem meritò cum aperta victoria. Nam quæ illa inculcatio *δὶς δυμαλίσκον* & *δύο ἐρίφους*? Satis alterum. Quæ item alia de lacte? Idem Theoc. *εἰδ.* 8. *Μόχον ἐγὼ θύσω, τὰ δὶς θέτ' ἀμολγὰ, ἰσομάτορα ἀμνόν: Vitulum ego deponam, tu verò depone agnum æqualem matri.* Non leuiter superatur. Ait *vitulam*, noster *vitulam*. Maior enim vtilitas ex fœmina vitula, quæ bis ad mulctram venit, quæ binos aleret, quàm ex vitulo. inde est, vt aduersarius alacrior veniat ad certamen spe maioris præmij. Inde noster *depono*, cùm Græcus *ponam*. & *hanc* digito indicans, vt oculis illam subiiciat. Vide etiam ornatum Latini, *Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus*, cùm Græcus nudè, & ieiunè: *Vitulum ego ponam*. Demum Latinus: *Tu dic mecum quo pignore certes?* Liberam relinquit potestatem, non arctat. Quasi dicat. Quid tu tam magnum habes, quod possis opponere meæ vitulæ? debes simile aliquid; quo, credo cares. Græcus aduersarium premit, vt signatè agnum alæ obiiciat.

3. BIS VENIT AD MVLCTRAM.] Hor. in Epod. ex hoc fonte, nam in Epod. *Illic inuisæ veniunt ad mulctra capellæ.* Mulctra vas.

4. MVLCTRAM.] Virgilius *mulctram* vocat, alibi, *mulctrale*, Horat. *mulctrum*, Græci πόλλα, Hipponax apud Athen. lib. 11. *πολλίσκε, ἐκ πελλίδ' & πίνοντες: bibentes ex mulctra*. Sed & Græcis dici etiã gaulũ testis est Homeri Interpres, qui lib. 1. Odyss. *γαυλοὶ ἀγγεῖα πεπηγυῖα σκαφοειδῆ, εἰς ὃ πεμένες ἀμελγόντες δέχονται τὸ γάλα: Gauli vasa pastoritia excauata, in qua pastores mulgentes lac excipiunt.* Ceterùm vas ipsum ita describit Athen. eodem lib. *πίλλα ἀγγεῖον σκυφοειδὲς, σπυθμένα ἔχον πλατύτερον, εἰς ὃ ἤμελγον τὸ γάλα: Mulctra vas est, Scyphi habens speciem, sed fundum latius, in quod lac mulgere consueuerunt.* Suidas breuiùs, τὸ πεμενί

UVA. BHSC. BU 00239

ποιμενικὸν ἀγγεῖον, ὃ δέχεται τὸ γάλα: *Vas pastoritium, vbi lac excipitur.* Monet verò Athen. si quando hujus vasis mentio inueniatur in conuiuiis, non iccirco annumerandum inter vasa mensarum; sed in vsu tantùm fuisse propter penuriam calicum. A

5. DE GREGE NON AVSIM.] Theocrit. eodem ἰδ.

Οὐ θησῶ πόκα ἄμνῳ, ἐπεὶ χαλεπὸς θ' ὁ πατὴρ μοὶ,
Χ' ἁ μάτηρ· τὰ δ' μάλα νοῦσ' ἐνεῶ πάντ' ἐειμένοισιν:
Non ponam agnum, nam pater meus difficilis est,
Et mater: numerant verò vestere semper oues omnes.

Theocritum superat Virgilius.

Theocr. *non ponam* simpliciter, Virg. ornamentum addit, *non ausim deponere.* Theoc. *pater difficilis*, quod non facile credas, sunt enim patres indulgentissimi in liberos. Vir tantùm *domi est*, quo præsentia patris indicatur, quæ satis ad continendum filium, præsertim morigerum. Theoc. *mater.* Virg. *nouerca.* aperta victoria. Et hæc *iniusta.* Ita sanè est, nam nouercæ contra fas, & ius omnia volunt suis liberis, & priuignos priuari iusta patrum hereditate. Demum Virg (quæ nota Scalig. est) rem nudam variat. Nam *alter hædos* quippe modicum gregem, illi ergo alter satis: vterque verò *pecus*, quia maior numerus maiore indigeret cura. Oppian. 4. Hal. ita rem eandem.

Ὡς δ' ὅτε μηλονόμοι τὴν ἀνὴρ Σοσίνηθεν ἐλαύνων
Εἰροπόκους ἀγέλας ἀνάγει πάλιν, ἢν δι θυρέθροις
Ἰσάμενοι καθμηδὸν τὸν πυμπάξεται οἶδν
Πλησθὲν ἓν δι ἑπτὸν, ἐὶ οἱ σόα πάντα πέλονται:
Vt autem cum opilio aliquis ex pascuis minans
Lanigeros greges reducit iterum, inque ostiis
Stans stabuli, animo numerat ouium (*sint.*
Multitudinem bene recensens, an ipsi salua omnia

6. DEPONERE.] Græci πεσσεύειν. Theocrit. θεῖναι, & καταθεῖναι.

Nouercarum malignitas.

7. INIVSTA NOVERCA.] Malo semper attributo nouercæ inferuntur. Hic dicuntur *iniustæ.* 2. Georg. *Seue.* 3. Georg. *male.* Cestius apud Senecam lib. 4. Controuers. *Crudelis, pertinax nouerca.* Seneca Trag. in Octau. *dolos* dat, & in Agamem. *audaciam*, cùm ait:

— quod nouercales manus
Ausæ.

Apul. lib. 10. *malitiam.* ait enim, *Dira illa fœmina, & malitiæ nouercalis exemplar vnicum.* Iulius Firmicus cap. 6. loquens de Iunone nouerca Bacchi, *furorem, & insidias.* Afranius *impietatem*, in Diuortio *Mulier, nouerca nomen hunc adde impiæ.* ab Apollonio 1. Arg. dicitur propter improbitatem ἀνάδαλος. Eurip. in Ione dat *inuidiam.* φθονῶν γὰρ φασὶ μητρυιὰς τέκνοις: *inuidere ait nouercas liberis.* Idem in Alcestide cum vipere is comparat:

Ἐγθεῖ γὰρ ἡ ποῦσα μητρυιὰ τέκνοις
Τοῖς σοῖσι· ἐχίδνης ἐδὲν ὀπιωτέρα·
Hostis nouerca ante natis liberis,
Ni bilogue mitior nocente vipera.

Statius quoque 5. Sylvar. vnà cum serpentibus coniungit tanquam æquum malum.

— qui voce potes prauertere morsus
Serpentum, atque omnes vultu placare nouercas.

Quid si historias adnectam? Sigismundus dolo nouercæ filium suum interfecit, de qua historia videndus Greg. Turon. lib. 3. Hist. Franc. c. 5. Lysimachus Agathoclem filium fraude Arsyriæ nouercæ, apud Iustinum lib. 17. Theseus Hippolytum dolo phædræ, res vulgata Tragicis. Vuortunerum Regem nouerca sua, quod narrat lib. 5. Chronici Sigibertus, & Duartum Regem Anglorum sua; quod habetur in historiis Anglicis, atque etiam in Romano Martyrologio 18. Martij. Taceo innumera. Lege Artemid. lib. 3. c. 20.

8. A natura nouercarum ortum adagium *nouercale odium.* Indicat prouerbium hoc Plinius in Proœmio lib. 7. vbi loquens de Natura ait, *vt non satis sit æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit.* & Athen. lib. 11. vbi aperiens Platonis vitia, ait: Καὶ τὸ καθόλου πᾶσι τοῖς Σωκρατικοῖς μαθηταῖς ἐπηνύκει μητρυιὰς ἔχων διάθεσιν: *Atque omnino in omnes discipulos Socratis affectum nouerce habuit.* Addes hæc exemplis Erasmi Chil. 2. Cent. 2. c. 95. Et, vt verum fatear, quę ibi adducit, parum probo, nam ea de nouercis proprię, & signatè fumuntur. Oportet autem ad naturam adagij indicandam docere exemplis, qui vocem illam, aut sententiam auctores ad alia traduxerint. Nouercale odium, adag. B

9. NVMERANT.] Hom. Odyss. 4. loquens de Proteo, & Phocis, quas seruabat, his verbis rem effert. ἀεὶθμήσει, λέχεἀλέκτο ἀριθμὸν.

10. POCVLA FAGINA.] Fuit pastorum, & pauperum vti vasis ligneis, quibus interdum contentionis caussa vsi quoque magni Principes. Herodiã. de Caracalla lib. 4. *Mensam vilem apponebat, vtens interdum ξυλίνοις ἐς πότον, καὶ ἐδέσματα σκεύεσιν: ligneis ad potum, & cibum vasis.* Spartianus de Pescennio: *Iussit omne argentum submoueri de castris, additis ligneis vasis vteretur.* Itaque sententiam Virgilij refero ad vitam vilem. & abiectum cultum pastorum potiùs, quàm ad sententiam Plinij, qui lib. 16. cap 38. ait, vasa fagina fuisse olim in honore. Nam alij, cùm loquuntur de cultu paupere, vasa nominant è fago. Lignea vasa pauperum. C

Seneca in Oct.

. Pectora pauper secura gerit,
Tenet e patula pocula fag o.

Quid. 5. Fast. *Terra rubens crater, pocula fagus erat.* Tibul. *Fagineus astabat cum scyphus ante dapes.* Possumus suspicari istam tam exquisitam artem pastorũ in ornandis poculis fagineis initium traxisse à re sacra, ita vt illis vterentur ad sacrificia, dicente Plin. lib. 16. *Nec non in quodam vsu sacrorum religiosius est fagi cortex.*

11. DIVINI ALCIMEDONTIS.] Possum suspicari datum epithetum cum relatione ad nomen ipsum Alcimedontis, nam Homerus viros Heroas, & Deo genitos passim ἀλκίμους vocat, vt videatur in ipsa voce ineste nota, non solùm fortitudinis, sed etiam diuinitatis. vel dicas, locutum Poetam ex more Latij, in quo quæ magna & eximia *diuina* esse dicuntur. Cic. de Oratore: *Homo diuinus in dicendo.* Et in Antonium: *cœlestes diuinæque legiones Martia & Quarta.* Qua forma neque Græci carent. Plato in Menone illam dat Laconibus, καὶ οἱ λάκωνες ὅταν πᾶς ἐς καμιὰξωσιν ἀγαθὸν ἄνδρ, θεῖ & ἀνὴρ, φασὶν, ὅτ: *Laconici quoties bonum quendam virum commenare volunt: diuinus hic vir ait.* Ἀλκιμέ. D Divina dicuntur eximia.

12. LENTA QVIBVS TORNO.] Theocrit. εἰδ. 1. pulcerrimè, & citra inuidiam, vas suum ornat.

Τῷ ἐδὲ μὲν χεῖλοι μεμύσπι υ ὑδὸι κισσὸι,
Κισσὸι ἑλιχρύσω κεκονισμένῳ· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἑλιξ εἰλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Ἐσπεῖσεν δ' γυνὲ, πὶ θεῶν διάδημα πάτυκτος
Ἀσκπὰ πάπλῳ τε, καὶ ἄμπυκι, παῖ δ' ἐ εἰ ἄνδρες
Καλὸν ἐθέσες ζωντες, &c.
Cui circum labra innectitur superna hedera,
Hedera helichryso adglutinata: & circa illam
Fructu capreolus viteus voluitur gestiens croceo.
Intus verò mulier, diuina quædam imago sculpta est,
Ornata peplo, tenuisque mitra verò ipsum viri
Pueri capilli.

Hæc (inquam) citra inuidiam, sed non omnem, nam Virgilius à quadruplici caussa rem effecit, oculatior Græco, qui ab vna tãtùm formali. Homer. Il. 11. Vas Nestoris proponit cum quapiam elegantia. Erant enim

UVA. BHSC. BU 00239

enim columbæ argenteæ ad ansas poculi: sed non dubitauerim imitationem huius loci derivatam vati non solùm a Theocrito, sed etiam ab Homer. Odyss. 15. vbi studiose vas exornatur, & pingitur:

Δώσω τοι κρητῆρα τέλυμνον, ἀργυρέον δὲ
Ἔστιν· ὑπὸς χρυσῶ δ' ἄπι χείλεα κεκλήασιν.
Ἔργον δ' ἡφαίστοιο· πόρεν δ' ἐφαίδιμος ἥρως
Σιδόνιον Φαίηλος·

Dabo tibi craterem fabricatum, argenteum
Est autem, auro autem labra fabricata sunt.
Est opus Vulcani, prabuitque illud illustris heros
Sidonium Rex.

In vase Theocriti vna fuit tantùm forma: in Homerico est materia, & efficiens: in Virgiliano forma, materia, efficiens, & negatio finis, quæ maior laus. In verbis *lenta vitis* videtur Virg. hæsisse Catullo, qui prius:

Lenta qui velut assitas
Vitis implicat arbores.

Vasorum elegantia apud Veteres.

13. Præmissa imitatione dicam de ipso more. Fuit hoc veteris elegantiæ. Nam Trebellius in Claudio exhibet *discum corymbiatum, laucem pampinatam, pateram hederatam.* siue luxuriæ & libidinis, nam Plin. lib. 15. cap. 22. *Iam verò qua vasa adulterijs celata? tanquam per se parum doceat libidines temulentia, ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio inuitatur ebrietas.* Siue humanitatis, vt mauult loqui Varro lib. 7. Ling. Lat. cùm ait: *Non solum vasa ad victum habilia, sed & figura bella, atque ab artifice: quod aliud homini, aliud humanitati satis est. Quadruis sitienti poculum homini idoneum, humanitati nisi bellum, parum.* Vbi ait elegantiam poculorum esse humanitatis. Ergo siue elegantiæ, siue luxuriæ, siue humanitatis, certè mos crebberrimus fuit. Subiiciam quæpiam exempla. Anacreon de poculo, quo ipse vti volebat,

πολύσοφα μέμηλε μοι,
ᾗ Σάτυρος κατ' αὐτὸ·
Vites mihi insculpe,
& racemos in eo.

Apud Achillem Tatium Alexand. (alij vocant, Statium) lib. 2. conuiuium celebraturus pater Clitophontis poculum adhibet, *cuius oram vites in ipso nata coronabant, à quibus racemi passim pendebant, sicco omnes poculo acerbi, immisso autem vino rubentes, & maturi.* Theocritus in Europa. Europam ipsam inducit afferentem aureum calathum, in quo multa ingeniosè fabricata erant à Vulcano. Adrasti quoque patera apud Stat. 1. Theb. *teneri operum cælata figuras.* Apud Plaut. in Amphit. in patera regis Pterelæ erat *cum quadrigis Sol exoriens.* Illud verò præclarè vidit Virg. nonnulli item, qui in suis poculis vites, hederas, & corymbos effingunt, quæ omnia sacra sunt Baccho potationis Deo. Non vt Apollon. 3. qui sphæram celat hedera, nulla cognatione.

14. DIFFVSOS CORYMBOS.] Ita Plin. c. 5. lib. 12. de arbore: *passis diffunditur ramis.*

Conon.

15. CONON.] Quis hic Conon, variant Interpretes, adi si lubet mihi probatur sententia P. Victorij, qui lib. 17. Var. putat fuisse Geometram quèdam peritissimum, qui fuit Archimedis amicus, cuiusque exstat mentio in Epist. eiusdem Archimedis ad Dositheum, cuius initium est: Ἀρχιμήδης Δοσθέῳ. χαίρειν· Κόνωνα μὲν τετελευτηκέναι: *Archimedis Dositheo. cum audiverim Cononem obiisse.* Addit Achilles Statius c. 7. Obseruat. ipsissimum hunc Cononem esse illum, cuius meminit Callimachus de coma Berenices versu illo μὴ κόνων ἐβλαψε, &c. quod Epigramma vertit Catullus: *Idem me ille Conon cœlestis lumine vidit, &c.* Aitque eiusdem meminisse & Hesychium, & Theonē in explicationibus ad Aratum.

A 16. ET QVIS FVIT ALTER.] In hoc quoque mirè variatum ab interpretibus inclinantibus pro cuiusque studio in Eudoxum, Ptolemæum, Aratum, Hesiodum, Anaximandrum. Sequor eundem Victorium, qui Archimedem capit. Nam credibile Archimedes. est, artificem voluisse in eodem poculo coniungere, quos sciret amicitia coniunctos, & in eodem studio claruisse.

17. RADIO.] Virga est, qua vtebantur astrologi, Radius, virgeometræ, mathematici. Sic in 6.

— *cælique meatus*
Describent radio.

Cic. 5. Thusc. *Humilem homunculum (Archimedem intelligit) à puluere & radio excitabo.* De vaticinatione per virgas Salignas lege Herod. lib. 4.

18. CVRVVS ARATOR.] Sidon. Ep. 6. lib. 1. *curuus rastris fossor.* Et *panda curuus falce.*

B 19. NEC DVM ILLIS LABRA ADMOVIT.] Theocritum superat Virgilius. Theocrit. *id.* 1.

Οὐδὲ πω σοτὶ χεῖλα θίγεν καλὸν ἐπταπέτηλον
Ἀχαινῶν.

Neque adhuc labrum tetigit mecum, inæcitque hacclenus
Intactum.

Scal. *Mauro rotundius, Theocritus laxius.* Quidpiam simile Homer. 16. Il. de vase Achillis.

Ἔνθα δὲ οἱ δέπας ἦεν ἐυτμήτοιο θαλάμοιο,
Οὔτ' ἄνδρῶν τινες ἄλλοι ἀνὰ αἴθουσαν οἶνον·

Ibi illi erat poculum elaboratum, neque aliquis alius
Neque virorum bibebat ex eo nigrum vinum.

Credamus itaque, Theocritum sumsisse ab Homero, Virgilium ab vtroque.

C 20. ET NOBIS IDEM ALCIMEDON.] Cùm sæpe Virgilio victoriam dederim de Theocrito, dabo Virgilius sæpe ipse superat. nunc ipsi de seipso. Non dubium quin Damœtas pocula sua ostentet, vt Menalcam vincat, qui tam superbè sua descripserat. Ergo, artificem opponit artifici: bina binis poculis: acanthum viti, atque hederæ acanthi mollitiem lentitiei vitis: huius amplexus per ansas diffusis corymbis hederæ: Cononi Orphea, in quo iam superat, nam Conon simpliciter, Orpheus necessariò cum lyra, & apparatu musico; cui syluas adiungit, fortasse loco illius, qui comes erat Cononi; sed non ideo cessat victoria, nam in syluis feræ, & animalia, quæ sequuntur Orphea. Illud par *Nec dum illis labra admouit.* Sed iterum allucet victoria, cùm addit: *si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.* Habet enim bina pocula, quæ obiiciat binis poculis, & præterea vitulam, quæ sola D venire in contentionem cum poculis mereatur. Itaque vna tantùm in re Damœtas vincitur: nam in suis poculis acanthum tantùm habet, Menalcas vitem, hederam, corymbos: in reliquis vel par est, vel superat. Quæ hic dixi, vidit profectò mens Virgilij, qui non verba effundit, sed cum iudicio ponderat.

21. ET MOLLI CIRCVM EST ANSAS AMPLEXVS ACANTHO.] Theoc. *id.* 1. Theocritum superat Virgilius.

Πάντα δ' ἀμφὶ δέπας ἀνεπτέρωται γύαλοι ἄκανθος· *Vndique circum poculum obiicitur acanthus humidus.* Longum discrimen. *Mollis acanthos.* Signatius ad rem, & ex natura etiam eius plantæ, quæ mollis dicitur, flexa, lenta. Quid faciat ὑγρὸς in re cælatoria, nescias. E Deinde Virg. tantùm *circum*: Theoc. ἀμφὶ, & ἀνὰ. Virg. exquisitiùs *amplexus est.* Theoc. Vulgarius *obtenditur.* Græcum voluit exprimere alter Plin. lib. 5. Epist. *Acanthus in plano mollis, & penè dixerim liquidus.* Iterum: *Acanthus hinc inde lubricus, & flexuosus.*

22. SYLVASQVE SERPENTES.] Virg. ipse in Epig. *Suaui sonósque modos testudinis arbores secutæ.* Euripid.

VVA. BHSC. BU 00239

pid.Iphig.in Aulid.loquens de Orpheo,ὁἱμερτῆι πέτρης:petras sequi.Ouid.11.Met.de eodem:*saxa sequentia.*Horat.1.Carm.

— insecutæ
Orphea silua.

Idem ad vim musicæ signandam *aures* dedit arboribus.

— auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

Cui hæsere Manilius,& Sidon. Apoll. Prior lib.5. Astron.

— Oeagrius Orpheus
Et sensum scopulis,& syluis addidit aures.

Posterior in Eucharistico:

Ogygiámque chelym,quæ saxa sequentia flectens
Canibus auritos erexit carmine muros.

Adducam alios,qui eandem rem variarint. Ouid.

Men. [a] Nunquam hodie effugies:veniam quocunque vocâris.
Audiat hæc tantùm vel qui venit,ecce,Palæmon.
Efficiam,posthac ne quemquam voce lacessas.
Dam. [b] Quin age,si quid habes:in me mora non erit vlla.
Nec quemquam fugio tantùm vicine Palæmon,
Sensibus hæc imis,res est non parua,reponas.

ARGVMENTVM.

Palæmon interuenit,sit iudex.

EXPLICATIO.

[a] PRÆCLARA excogitatio Poetæ.Prouocauerat Damœtas Menalcam,in eo versu,*vis ergo inter nos,&c.* pignus posuerat,ea demum omnia fecerat, quæ sunt prouocatoris. Nunc iam Menalcas sese facit prouocantem,cùm videat non posse certamen subterfugi,& aduersario nomen obiicit formidinis, *non effugies*,quo timorem incutiat,& addit : *veniam quocunque vocaris.* id est,ad quemcunque vel locum, vel iudicem,vel conditionem. Tantùm opto,audiat nos iudex aliquis:vel Palæmon ipse , qui iam aduenit,ecce illum. Confringam in posterum audaciam & efficaciam,ne deinceps,non modò me, sed neque quemquam alium prouoces.

[b] Ita ne putas,quin tu age certator magne profer ad cantum,si quid boni didicisti (puto enim te nihil habere eximium & excellens) ego nihil immorabor. Nec te fugio,nec quemquam. Tantùm te Palæmon,qui iam nobis præsens & vicinus , obsecro mandes rem intimis sensibus , reponásque in animum diligenter:agitur enim inter me , & istum de lucro,& gloria.

NOTÆ.

1. NVNQVAM HODIE EFFVGIES.] Tale quiddam in Oeconomico Xenophontis , ἂν ἐπ ἀφήσω,ὦ σώκρατες,πρὶν:*Non te dimittam Socrates , priusquam,&c.* Aiunt verò Macrobius lib. 6. & Vrs.hemistichium hoc mutuatum à Nævio in Equo Troiano:*Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare.* vsurpauit Hieronym.lib. 3. aduersùs Pelagian. *Sequar propositionem tuam,nunquam hodie effugies , veniam quocunque vocâris.*In his verbis,*nunquam hodie*,agnoscit Henr.Steph.pleonasmum ex archaismo.

2. AVDIAT HÆC TANTVM , &c.] In his , & aliis,quæ sequuntur æmulatus est Theocritum in

A *moneo,*Sen.*traho,*Virg.*ago.* Græcos. Calaber ab Vrsino adductus, ἑφέσπομαι. Ὀρφεὺς , ᾧ μολπᾶσιν ἑφέσπετο πᾶσα μὲν ὕλη: *Orpheus , cuius cantilenam syluæ omnes sequebantur.*Addo ego Antipatrum,qui ἄγω: Apollonium,qui κατάγω:Euripidem , qui συνάγω: Dionem Chrysostomum,qui ἀπάγω:Nazianzenum , qui ἕλκω.Primus Epigram. Οὐκ ἐπ θελγομένας ὀρφεῦ ἅρμας, οὐκ ἐπ πέτρης ἄξεις : *Non iam Orpheo quercus duces, non iam rupes.*Alter 1.Arg.Φηγοὶ ἀς θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίνθεν:*Fagi , quas cantu irretitas deduxit ex vertice Pierio.* Tertius in Bacchis. Ὀρφεὺς κιθαρίζων σύναγε ἄνδρεα μυσαῖς θῆρας : *Orpheus cum cithara musis arbores conduxit , conduxit feras.* Quartus Orat. 35.de Orpheo,ἀπῆξεν τὰς ὀρῦς καὶ τὰς πέτρας,καὶ τὰς λίθους : *Circumduxit quercus, petras , lapides.* Quintus

B Orat.1.contra Iulian. Ὀρφεὺς ἔφέπετο μὲ τῆς κιθάρας, τῇ τῆς πάντα ἑλκύσης ᾠδῇ:*Orpheus iam prodeat cum cithara,& cantu omnia trahente.*

C *ibid.* 5.Sed prius obseruandum iudicium Virgilij.His pastoribus captandus fuit iudex Palæmon , sed ita cautè,vt aduersarius,qui aderat , nihil intelligeret. Atque adeò ita verba componunt (hoc vidit Seruius)vt ne videantur ad iudicis gratiam confugere. Qui ergo captat Menalcas? *Audiat hæc tantùm vel qui venit,ecce,Palæmon.*In quibus nihil supplex petit,nó opem implorat : rideretur quippe à Damœta. tantum vultu,& verbis hilaritatem indicat , qua gaudet;tam bonum iudicem aduenisse : atque hoc ipso illius beneuolentiam colligit.Damœtas verò sic:

— tantùm vicine Palæmon,
Sensibus hæc imis , es est non parua,reponas.

Quibus causam illi totam committit, vt qui de eius fide nihil dubiter,quod præcipuum est ad beneD uolentiam conciliandam.Hæc respiciunt personam iudicis.Sibi verò ipsis acres se & formidandos mutuò exhibent:nam primus, *Nunquam hodie effugies.* alter.*Nec quemquam fugio.* Iterum primus , *Veniam quocunque vocaris:* Alter,*in me mora non erit vlla.* vide,vt se mutuò contemnant. Iterum primus,*efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.* Alter , *Quin age , si quid habes*,quasi dicat:Nihil tu egregium habes , vt mihi ita intermineris.Sanè in tanta animorum proteruia,atque arrogantia parum aptus fuisset sermo supplex ad iudicem.Audi iam Theocritum,

E *— ἀλλά τις ἄμμε*
Τὶς κρίνει;αἰδ' ἔνθοι πάρ' ὄϊακλον ὧδε λυκάπας:
— Verùm quis nos,
Quis iudicabit?Vir am iam huc veniat bouum
pastor Lycopa.

Anxius primum est,deinde optat amicum , caussæ ergo suæ diffidit,non se virum præstat, non imperterritum in hostem suum,aperit proculdubio languorem animi Et quidem hic requiri à pastore amicum,non iudicem integerrimum, satis liquet ex his,quæ sequuntur in Theocrito:quæ, quia multa, prætermitto.Si adeas,iudicabis pro Virgilio. Malè verò ait Seruius.factum hic iudicem edititiũ. Nam iudex edititius est,quem vna tantùm pars elegerat: hic verò ab vtroque eligitur. Theocritum superat Virgilius. Iudex edititius.

3. EFFICIAM.] Sic ferè in Tullio 3. Natur. *Efficiam profectò,vt fateare.*

4.VOCE

VVA. BHSC. BU 00239

4. VOCE LACESSAS.] Non agnosco redundantiam. Signat enim modum, quo vsus Damœtas in prouocando, nimirum vociferanter, & cum verborum strepitu.

5. QVIN AGE, SI QVID HABES] Theoc. εἰδ. 5. εἶα λέγ', εἴτι λέγεις: *Dic age, si quid dicendum habes.*

6. IN ME MORA NON ERIT VLLA.] Arripuit Ouid. in Ibin. *Nulla mora est in me, peragam rata vota sacerdos.* & vterque fortasse à Terent. qui in And. *Neque hîc, neque alibi vspiã erit tibi in me mora.* Et omnes adhuc à Plauto, qui in Stycho: *Non mora erit apud me.*

7. SENSIBVS-REPONAS.] Græci τίθεσθαι φρεσὶν. βάλλειν φρεσὶ. γράφειν ἐν φρεσὶ. Nota est Germani. Cic. dixit, mandare animis. &, animo penitus insedit. Ammian. lib. 26. *sensibus imis hærebant.*

55. *Pal.* Dicite: quandoquidem in molli consedimus herba,
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus:
Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.
Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

ARGVMENTVM.

Inuitat ad cantum ex loci, in quo erant, amœnitate: ver describitur.

EXPLICATIO.

HOc pacto temporis, cùm illi loquebantur, Palæmõ adfuit, atque vt se iudicem ab illis constitutum vidit, sic ad cantus hortatur. Canite Pastores, quando locus aptus ad cãtum. Herba est mollis, in qua consedimus. Ager gaudet suis floribus, & suis arbores, quos parturiunt. Syluæ luxuriant frõdibus, pars hæc anni speciosissima est. Tu Damœta prior incipe, tu Menalca sequere. Dicetis alternis versib. nam hæc carminum vicissitudo grata est Musis.

NOTÆ.

Dico pro cano.

1. DICITE.] Dicendi verbum pro, cano. Ita 3. Georg. *Cui non dictus Hylas puer.* i. cantatus. Sumtum ex Græco penu. Homer. 1. Odys. ἄνδρα μοὶ ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον: *Dic mihi Musa virum versutum.* Matron Parodus apud Ath. lib. 4. Δεῖπνα μοὶ ἔννεπε Μοῦσα πολύτροφα: *Dic mihi Musa lauta conuiuib.* Similiter λέγω, nam Anac.

Θέλω λέγειν ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν:
Atridas volo dicere,
Cadmum volo cantare.

vbi λέγειν, & ᾄδειν synonymicῶs.

2. QVANDOQVIDEM IN MOLLI CONSEDIMVS HERBA.] Similis locus, atque inuitatio est in Theoc. εἰδ. 5.

— ἅδιον ᾀσῇ
τᾷ δ' ὑπὸ τὰν κότινον, καὶ τ' ἄλσεα ταῦτα καθίξας,
Ψυχρὸν ὕδωρ τηνεὶ καταλείβεται. ὧδε πεφύκει
Ποία, χ' ἁ στιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι:
— *suauis cantabis*
Hic sub oleastro, & ad syluam hanc assidens,
Gelida vnda illic fluit. Hîc enata est
Herba, & locus iste, & hîc locustæ murmurant.

Par est locus apud Achillem Tatium Alex. lib. 1. quem omitto, vt longum: & Platonis in Phædro, vt longissimum, vbi inducit mille amœnitates, quę ad disputationem inuitant. Satis est audire Nemesianũ 1. Ecl. *Hîc cantare libet: virides nam suggerit herbas*
Mollis ager, latéque tacet nemus omne.

Partus de floribus.

3. PARTVRIT.] Huic metaphoræ multi hæsere, & ante Virgilium, & post illum Latini, & Græci. Cic. 1. Nat. *fruges, & reliqua, quæ terra pariat.* Ouid. 3. Art. *Quot noua terra parit flores.* Chæremon apud Athe. lib. 13. appellat flores λειμώνων τέκνα. Τέκνα ἔαρος: *pratorum, veris filios.* Ibidem rosa dicitur τίθνημα ἔαρος: *veris filia.* Nazianz. in Carmine ad Nicobulum.

— τὰ δ' ἄνθεα εἴαρος ὥρη
τίκτει:

Ver flores parit. Philo de Opific. Mundi loquens de terra, illi dat κυοφοροῦσα, ὠδίνουσα. Non abest ab hac metaphora illa Claudiani: — *glebas fœcundo rore maritat.* Demum ad hanc rem pertinet Græca Paronomasia inter γυναῖκα, & γῆν, qua carent Latini. Hanc repræsentat Philo de Opific. Mundi his verbis: Οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα (ὡς εἶπε Πλάτων) ἀλλὰ γυνὴ γῆν μεμίμηται. ἣν ἐτύμως τὸ ποιητικὸν γένος παμμήτορα, καὶ καρποφόρον, καὶ πανδώραν εἴωθεν ὀνομάζειν: *Non enim terra mulierem (vt dixit Plato) sed mulier terram imitatur: quam verè Poëtica gens vocare consueuit omni-parentem, frugiferam, Pandoram.*

4. ILLVSTRAVI.] Phrasin Virgilij lubet nunc variare. Claud. 2. Rap.

Omnis in herbas
Turget humus.

Virg. *laxant arua sinus.* Ouid. 4. Fast. *Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt.* & in 1. *Prodit & in summum seminis herba solum.* Anacreon in Descriptione veris. καρποῖσι γαῖα προκύπτει: *se fructibus tellus exserit.* Theocrit. verbum φύω, ποία πεφύκει: *herba producitur.*

Frons, & frõdeo, quid propriè.

5. FRONDENT SYLVÆ.] Hoc primo loco occurrit in Virg. verbum *frondeo*, aperiam quid propriè sit, quid etiam *frons*, & vti distinguatur à folio. certè tritum illud: frondes esse arborum, folia & arborum & plantarum, nemo doctus probet: nisi aliud addas. Credo omnino Carolo Stephano ita discriminanti in seminario. Folium est in planta, aut arbore, quod humore, & carne constat; quod vestit arborem, atque exornat. Frons propriè dicitur id, quod ipse ramus circumquaque producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis, ac veluti caudiculi. Inde frõdare arbores dicimus, pro, ramos arborum expurgare. & cum Virg. dixit 2. Georg. *omne leuandum Fronde nemus*, non tam voluit amputanda esse folia, quæ ipsa sponte cadunt; quã exsecandam esse illã congeriem & inutilem propagationẽ. Nec Plinius lib. 18. c. 31. frondes tantùm, vt vulgus capit, potuit intelligere, cùm dixit: *Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet.*

6. INCIPE DAMOETA.] Est duplex locus in Theoc. primus εἰδ. 8. alter 9. Prætermitto. Si adeas, videbis mirã laxitatem, neque conferendam cũ concisione Virgilij Virgilio optimè institit Calp. 4. Ecl.

Tuque prior Corydon, tu proximus ibis Amynta.

7. ALTERNIS.] Ex eo dictum arbitratur Turn. quod Homerus 1. Il. Musas apud Iouem in Olympo finxerit amœbeo quodam carmine alternis cantare, ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ: *canebant alternantes voce pulcra.* De iisdem Hesiod. Theog. ἀρχόμεναι θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσι τ' ἀοιδῆς: *canere incipiunt, & ab*

UVA. BHSC. BU 00239

cantu desinunt. Quibus alternatio innuitur. Arripuit à Virgilio Statius 1. Theb.

— paulatim alternis in verba, mindsque
Cunctantur.

Et Plin. lib. 25. cap. 13. *Alternis ter desipuat.* Idem Plinius lib. 10. c. 29. alio flexu, *vicibusque reticent.* Ioquitur de auiculis, qua phrasi vsus quoq; Calpurnius.

8. CAMOENÆ.] Camœnæ ne dicendum, an Camenæ, an Casmœnæ, an Casmoinæ, in dubio est. Dictas putant, quasi canienas, à canendo. alij à carmine. Varro aliter ετυμολογίζει. Camœnæ.

6. *Dam.* [a] Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena:
Ille colit terras, illi mea carmina curæ.
Men. [b] Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me
Munera sunt, lauri, & suaue rubens hyacinthus.

ARGVMENTVM.

Gloriantur pastores; Damœtas Iouis se carum esse; Menalcas Phœbo.

EXPLICATIO.

[a] PRÆOCCVPAT Damœtas Iouem. De quo duo dicit in primo versu, & illum esse principium Musæ, & illo omnia esse plena. Alter versus primo opponitur. Priori parti respondet, *illi mea carmina curæ*: posteriori *ille colit terras*. Ergo ait: Ab Ioue principium est Musæ, & ideo ego illi credo mea carmina, vt curæ sint tanto Numini: ille terras colit, quo omnia sunt plena. Et obserua, certamen à Damœta incoari, qui primò prouocauerat. In his minimis apparet diligentia Poëtæ.

[b] Præoccupato Ioue, ad quem confugeret, nisi ad Deum Principem carminis? Ab hoc (inquit) se amari: reddit rationem, quia sunt apud se semper duo munera, lauri, & hyacinthus, quæ duo sacra sūt Phœbo.

NOTÆ.

Iuppiter rerum principium.

1. AB IOVE PRINCIPIVM MVSÆ.] Sic veteres putarunt de Ioue. Sophoc. in Trachin. ἀπάντων Ζεὺς πατὴρ: *omnium pater Iupiter.* Citatur verba hæc Terprandi. Ζεῦ πάντων ἀρχὰ, Ζεῦ πάντων ἀγήτωρ: *Iupiter omnium principium, omnium dux.* Et addit *Musa*, verè. Nam Terprandi verba sequuntur hæc, Ζεὺς σὲ πάντων πάλαι ὑμνῶν ἀρχὰν: *Tibi Iupiter initium hoc hymnorum mitto.* Deinde quid tam proprii Phœbi, quàm ipsius Musa, ipsius oracula? Atqui hæc adhuc sibi arrogat Iupiter. Vates ipse 3. Æn.

Quæ Phœbo Pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit.

2. Dicam & de Imitatione. Sumtum ex Arato in principio Astronom. ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα: *Ab Ioue incipiamus.* Theocritus εἰδ. 17. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ εἰς Δία λήγετω Μοῖσαι: *Ab Ioue incipiamus, & in Iouem desinite Musæ.* Calpurn. 4. Ecl. iisdem hæsit: *Ab Ioue principium, si quis canit attenta, sumat.* Ouid. 10. Metam.

Ab Ioue Musa parens (cedunt Iouis omnia regna)
Carmina nostra move.

Potuerunt etiam Latini æmulari Pind. qui in Nemæis:

Αἰ ἀοιδαὶ πρὸς ὕμνους,
Διὸς ἀρχόμεναι:
He autem inprimis canebant
Incipientes ab Ioue.

Ab adducto Arati versu lucem capit emendatio illa Colinæi, Turnebi, & Lambini in eo loco Cic. 2. Legum, vbi malè legitur, *maiore Musarum primordio.* Legendum: *Ab Ioue Musarū primordia*, sicut in Arati carmine ortū sumus. Hinc est, vt *Musæ* posuerim in genitiuo, non in vocatiuo, sequutus (inquam) versionem Tullij. Porrò de hoc more, vt hoc obiter dicam inuocandi Dei initio rerum gerendarum, lege Gorop. Becan. lib. 2. Hierog. Cicero correctus.

3. IOVIS OMNIA PLENA.] Hoc quoque creditum veteribus ex religione. Notum illud Lucani lib. 9. *Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moueris.* & Apulei lib. de Mundo: *Hanc opinionem vates secuti, professi ausi sunt, omnia Ioue plena.* Aratus in Astronom. Ioue plena omnia.

— μεστοὶ δ' Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγορῆι, μετὴ δ' ἁλάασται,
Καὶ λιμένες, πάντῃ δ' Διὸς ἐμπεδόν ἐσμεν ἅπαντες:
Ioue plena sunt vię, ac vici,
Plena hominum fora, plenum mare,
Portus: omnes denique Ioue plenè sumus.

Symmachus Epist. 54. lib. 10. *Omnia quidem Deo plena sunt, nec vllus peruidis tutus est locus.* Versus Orphicos, qui circumferuntur, quorumque initium, *Iuppiter omnipotens est primus, & vltimus idem, &c.* vide in Apul. lib. de Mundo; vnà cum Græcis, Natali lib. 2. Mythol. Lilio 2. Syntagm. Huc pertinent verba Aristot. lib. 1. de Anima. c. extremo. θαλῆς φήθη, πάντα πλήρη θεῶν εἶναι: *Putauit Thales omnia esse Deorum plena.*

Vates sub tutela numinum.

4. ILLI MEA CARMINA CVRÆ.] Vates sub tutela sunt Numinum. Ouid. 3. Am. Eleg. 8. *At sacri vates, & Diuum cura vocamur.* Tibull. lib. 2. Eleg. 6.

— Diuum seruat tutela Poetas.

5. ET ME PHOEBVS AMAT.] Fortassè ductum ab Ennio, qui in Thyeste: *Et me Apollo se dictat.* vel à Pind. qui Od. 5. Nem. ὃν φίλησ' Ἀπόλλων: *quem amat Phœbus.* Et Od. 2. Olymp. φιλεῖ μὲν παῖδας: *amat eam Pallas.*

6. LAVRI.] Laurus, & Hyacinthus dicantur Phœbo. Vide Ouid. & omnes fabulatores. In his quid morer.

Suauitas de colore.

7. SVAVE RVBENS HYACINTHVS.] Pulcrè: nam suauitas non tantùm de odore, sapore, tactu, sed etiam de colore dicitur. Exempla rem firmabunt, nam quidam non docte suauitatem reiiciunt à colore. Cic. 1. Tusc. *vi corporis est quedam apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate, eaque pulcritudo dicitur.* Virgilius ipse in Citi: *suaue rubens Narcissus.* Et 4. Ecl.

— suaue rubenti
Murice.

Athen. lib. 3. loquens de margaritis, ποικίλας, ἡδείας, καὶ πολὺ διαφόρους τῶν παρ' ἡμῖν. *Varie, suaues, multumque a nostris differentes.* Iulius Firm. c. 7. *cum purpureis violis suauiter rubens amaracus inuenitur.* Ex hac fortassis obseruatione Herueus reddit ex Clemente 2. Pædag. cap. 10. *Coloris autem delectans suauitas malè habet auidos.* Papin. 2. Sylu. dixit:

dulce

UVA. BHSC. BU 00239

— dulce rubenti
Murice.

Et Nemes. 2. Ecl. *dulce rubens hyacinthus.*

8. Sed iam tempus, vt conferam Virgilium, primùm cum Theoc. deinde secum, vel vtrunq; simul. Certum est, legem carminis amœbei, id est, respondere (qualia sunt, quæ nunc interpretor, & in tota hac Ecloga) hanc esse, vt qui posterior dicit, meliora, vel paria saltem afferat: aliter inferior est. Ergo Damœtas in hoc certamine honoris arrogantissimè incipit. Iouem præoccupat omnia implentem, nihil vult relinquere aduersario, quin vult obtuere illum tanto Numine. Adiunge fastum primi versus, qui maximus. Menalcas in his angustiis deprehensus arripit Deum illum, quem scit proximum esse Ioui, & in re carminis principem. Addit affectui, quo caret primus, plus est enim *amat me*, quàm, *curat mea carmina*. Addit vicissitudinem in amore. Ipse me amat, ego illum, nam apud me eius munera in pretio, & honore. Quid si Seruij explicationem admittas? *Et me Phœbus amat*, id est, Iupiter me amat, & Phœbus insuper: mihi duo Numina, tibi vnum. Demum nullum pignus inter Damœtam, & Iouem: magnum inter Menalcam, & Phœbum; depositum

A apud se hyacinthum, depositas lauros. Non dubito, quin hic victor. Audi Theocritum, τὸν Μῶσαι μὲν φιλέουσιν· *Musæ me diligunt.* Respondet alter, ἐγὼ δ' ἐν ὠπόλλωνι φίλομαι· *Et me Apollo diligit.* Vincit hic quid minùm? neseciuit prior præoccupare. Sed Menalcam viciisse, hoc magnum, præoccupato iam Ioue. Deinde noster Deum Deo commodius opponit; Græcus Deas Deo: & illas Deas, quæ comites eiusdè Phœbi, & administræ. Multis de Ioue, & Phœbo traditur, quos sæpe dissidentes inuenias. Pergit Theocr. *Musæ me diligunt.*

Theocritū superat Virgilius.

πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδὸν
Δάφνιν·

Multo plus quam cantorem Daphnin. Peccat Græcus,
B nam huic parti nihil opponit alter pastor. Quæ deinde de capris mactatis, & pulcro ariete inducuntur à Theocrito, bona sunt, Calp. 2. Ecl. vestigiis vtriusque vatis hærens, ita hanc partem æmulatur. Idas primus sic loquitur:

Me Sylvanus amat, dociles mihi donat auenas,
Et mea frondenti circumdat tempora tæda.

Cui respondet Astachus,

Et mihi Flora comas parienti gramine spargit,
Et mihi matura Pomona sub arbore ludit.

Dam. [a] Malo me Galatea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè videri.
Men. [b] At mihi se se offert vltro, meus ignis, Amyntas,
Notior vt non sit canibus iam Delia nostris.

ARGVMENTVM.

Commendat Damœtas lasciuiam Galateæ erga se, Menalcas verum, & stabilem amorem Amyntæ.

EXPLICATIO.

[a] POST iactatum patrocinium Numinum, gloriantur pastores se quoque caros esse puleris, & formosis. Ait primus. Ferit me malo Galatea cũ mille notis lasciuiæ, nam post ictum fugit ad salices, ita tamen vt se in fuga prodat. Itaque sententiam sic concipio, vt prædicet de Galatea vnam potissimam D lasciuiam erga seipsum. Nam malis petere: fuga, manifestatio, signa sunt puellæ lasciuientis, ludibundæ, iocantis cum pastore. Non hic omittam verba Scaligeri: *Expressit lasciuiam, cum petit malis: virginem, cum fugit: mulierbre ingenium, cum vult reseri factum.*

[b] Ait alter. Si tecum lasciuit Galatea, vinco te pastor, nam Amyntas mihi est, qui non lasciuit ridiculè, sed ita me amat, vt ignem dicas, & igné meum, non alterius. Non fugit, vt Galatea quæ gaudium præbet interruptum, sed sese mihi vltro offert. Mihi ita perpetuò est præsens, vt Diana, præses venantium Dea, notior non sit meis canibus.

C disciplina lib. 15. sponsum, qua primo die ad nuptam accederet, solitum edere malum; nec aliũ præterea cibum eo die gustare. Verba eius sunt: παρέρχεται δ' ἐπὶ τὴν θάλαμον πεσσοποιοῦσα μᾶλλον, — ἄλλο δ' οὐδὲν πώ ἡμέραν ἐκείνην. Huic morì non male adiunges illud Artemidori lib. 1 qui ait, malorũ esum in somniis portendere fruitionem Veneris. Alterum de tutela Veneris firmat Scholiastes Aristoph. τὸ μῆλον δῶρόν ἐστιν ἱερὸν: *malum sacrum est Veneri.* Artemidorus dicto lib. a. 75. τοῦτο δὲ ἀνάκειται τῇ ἀφροδίτῃ· *sunt hoc in tutela Veneris.* Inde Pausanias Veneris simulacrum adducit, Canachi opus, quæ altera manu papauerum capita, altera malum tenebat.

Malum pomum sacrũ Veneri.

2. Quatuor versus Virgilij, quos explicui, ducti ex Theocrito in εἰδ. 5. Iudicium nunc prætermitto, vide Scaligerum, & Agel. lib. 9. c. 9. tantum indico imitationem. Comatas pastor.

Βάλλει δ' μαλοισι τὸν αἰπόλον ὁ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελοῦσα, κἀδὺ πιπταλάσδει.
Petit & malis caprarium Clearista
Capras præterageniẽ, & suaue aliquid admurmurat.

Respondet Lacon.

Κἠμὲ γὸ Κεφίλιδας ἁ πιμένα λεῖ & ὑπαυτῶν
Ἐκμαίνει, κἀπεφ' ἁ παῖ αὐχένα σείετ' ἐθείρᾳ·
Et me pastorem Cratidas imberbis occurtens
Furitnam splendida ei circa collum quatitur coma.

E Vt Theocrit. Cratidem opposuit Clearistæ, marem (inquam) fœminæ: ita Virg. Amyntam Galateæ.

3. Adagij verò forma est *malis petere.* Valet perinde ac, inuitare ad Venerem, & commercium voluptatis. Scholiastes Aristophanis: μηλολονεῖν· ἕλεγον τὸ εἰς ἀφροδίτην δελάζειν: *Malis petere dicebant, ad Venerem allicere.* Aristophan. ipse in Nebulis: μήλοισι βληθεὶς ὑπὸ πορνίδιου: *malo percussus ab scorto.* Philostratus in Imaginibus Cupidines plures inducit legentes mala, ac duos præsertim illorum formosissimos, se se illis per iocum impetentes. Ad morem inquit, & locutionem spectant verba Aristæneti lib. 1. Epi. 15.

Malis petere adag.

NOTÆ.

Malũ pomũ in deliciis.

1. MALO ME GALATEA PETIT.] Hoc genus pomi in deliciis semper habitũ, quod natũ vel ex natura ipsius, & pulcritudine, qua aliis præstat: vel ex tutela, nam sub præsidio est Veneris. Primum firmat mos Persarum, à quibus satellites regij milophori dicebãtur, quod gestarent in hastis mala aurea: erant autem hi non ad præsidium solùm comparati, sed ad delicias, vt credo notare Athen. Ab eadẽ pulcritudine, & suauitate natus mos alius Persarum. Scribit enim Strabo loquens de illorum

Persarũ nuptiæ Strabo.

UVA. BHSC. BU 00239

Πάμφιλον. ἢ μᾶλλον μικρὸν ἀποδικλὸν εὐσκοπον εἰκόπον εἰς τὸν κόλπον ἐκείνου ἢ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαζῶν τοῦ πρόσωπον, ὃν ἀπεκρύψατο παρίζουσ: *Pamphilus mali fructulum admorsus recta iecit in eius sinum, illa osculo excepium inter mammas abscondit sub strophio, quo praecincta.*

4. GALATEA.] De hac dicam alibi.

5. LASCIVA.] Vide, an quid sit propriè lasciuia alluceat ex hoc districho Ouid. *Tunc te plus solito lasciuia nostra iuuabat*, videlicet, *crebraque mobilitas, aptaque verba ioco.* Habetur in Epist. Sapphus.

Fœminarũ ingenium.

6. ET FVGIT AD SALICES, ET SE CVPIT ANTE VIDERI.] Attingit Poëta ingenium fœminarum, & amantium. Ita fugiunt, vt velint videri: ita pugnant, vt velint vinci: ita odia exercent, vt tũc ament maximè. Ouid. 1. Art.

Pugnando vincite se tamen illa volet. Alibi:

Quæ cum ita pugnarent, tanquam quæ vincere nollent.

Petron. *malè pugnanti gaudium extorsi.*

Horat. lib. 1. od. 9.

Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ risus ab angulo.

Aristoph. in Pace.

Τυνδίκος παρακλίνασα
Τῆς αὐλείας παρακύψαι.
Ἠὖ τις ἐσσύχη τὸν ὗν αὐτῆς
Ἀναχωρῆσαι.
Κἀτ' ἰῶ ἄνθρ, παρακύψω:

Inclinata mulieres in atrio circumspectant, quibus si quis animum intendat, recedunt; si postea abierit, ipse aspiciunt. Omisi in versione subtilitatem Grammaticorum, qui esse volunt, παρακύψω, obliquis, & limis oculis intueri. Quò tamen proculdubiò in amantis intuitione Plautus respexit, nam in Mil. ita ait: *Adspicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.* Plutarchus quoque hoc ingenium maximè aperit, cùm de Cleopatra ita scribit in Antonio. Περιγωνυομένη δὲ πολλὰς ἀφθόνως ἐδακρύσας, πολὺ τῶν ἄκρων ἀφῆκε, ἃ δὴ ἀπόκρυπτον, ὡς ὃ βουκόλιον καθάνειν ἐκείνου: *Dabat operam, vt sæpe lacrymans videretur, sinum autem lacrymas abstergebat, occultabatque, quasi vellet Antonium latere.* Demum sanctus Hieronym. Epist. 47. his verbis: *Pallidum interdum cadit, vt candidos nudet humeros, & quasi videri noluerit, cælat festinus, quod volens detexerat.*

Meus ignis.

7. MEVS IGNIS.] Præclarè ad eximium amorem indicandum. Ita que locutiones illę Plauti *amare valide* in Mercatore: *amare medullitus*, Mostel. *amare vnicè vnum ex omnibus* in Asin. & plures aliæ Comicæ, videlicet *afflictim, efflictim, affatim, misere, perdite amare.* Et illæ, *mea voluptas, suauium, mel, mea medulla, vita, festivitas, meus pullus passer, mea columba, mi lepus, meum verculum, meum corculum, meum melculum*, id est, ver, cor, mel paruum: quæ omnes sunt in Casin. Plauti, & alibi sæpe, non æquant hanc pastoritiam *meus ignis*, ad signandum summum amorem, atque vltra modum.

Ignis, pro puero meritorio aut pro scorto.

8. Verbum hoc *ignis* pro meritorio aut puero, aut fœmina prouerbialiter vsurpabis. Lux ab multis, Ouid. 2. Am. *At meus ignis abest*, *verbo peccauimus vno.* Nemes. 3. Ecl.

— *Lycidæ crinitus Iolas*
Ignis erat.

Terent. Eunuch. *Accede ad ignem hũc, iam calescet plus satis.* id est, ad mulierem meritoriam. Fotis meretrix apud Apul. lib. 2. *Discede misella, quam procul à me, à foculo discede: nam si te vel modicè meus ignículus afflauerit, vereis intime.* In eandem sententiam, etiamsi non iisdem verbis, locutus est Plaut. Bacchid. vbi adolescens rogatus à meretrice, cur nolit se attingere, cur obticescat, respondet:

— *Quia isthæc lepida sunt memoratui.*
Eadem in vsu atque vbi periculũ facias, aculeata sunt.
Animum fodicant, bona dæstimulant, facta, & famam sauciant.

Apage à me, apage. iterum:

— *quid ego metuam rogitas? homo adolescentulus*
Penetrare huiusmodi in palæstram, vbi damnis dæsudascitur?
Vbi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus?

& iterum: — *vbi ego capiam pro machæra turtiuem?*
Vbique imponat in manũ alius mihi pro cestu caricharũ?
Pro galea scaphium? pro insigni sit corollæ plectilis?
Pro hasta ialusi? pro lorica malacum capiam pallium?
Vbi mihi pro equo lectus detur? scortũ pro scuto accubet?
Apage à me, apage.

Bellissimè numeravit ornamenta, quæ quis amittit; dedecora, quæ acquirit is, qui nihil habens pensi, accedit ad ignem similem. Omitto plures.

9. DELIA.] Aliqui intelligunt amicam pastoris, aliqui famulum, aliqui verè Dianam, quam θηροσκόπον, & θηροφόρον vocant: *fericidam.* & κυνηγέτιν *venatricem.* & Arnob. lib. 3. *venationum præpotens Diana.* In hoc inclinem: nam affectus pastoris magis nobilitatur.

Dam. [a] Parta meæ Veneri sunt munera, namque notaui
Ipse locum, aëriæ quò congessere palumbes.
70 *Men.* [b] Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

ARGVMENTVM.

Ait Damœtas missurum se munera sua Veneri, Menalcas iam misisse, & missurum deinde suo Cupidini.

EXPLICATIO.

[a] POST iactatum patrocinium Numinum; amicæ, atque amici amorem erga se: gloriantur iam pastores de donis, quæ suæ quisque, aut suo mittit. Ait primus. ô pastor parta iam sunt mihi, & comparata munera, quæ dem meæ Galatææ, potiùs meæ Veneri: nam notaui locum, in quo palumbes nidum fecere, has cœpi, & has mittam. Etenim mihi visus est pastor insinuare, se nondum misisse, tantùm habere apud se. Respondet alter.

[b] Ais te missurum munera? ego verò ô bone iam misi mala aurea, lecta manu mea ex syluestri arbore, & si possem, plura mitterem, feci tamen quod potui. Atque hæc misi meo Amyntæ, potiùs meo puero Cupidini, sicut tu tuæ Veneri. Quin nondum absumta liberalitas, cras mittam decem altera.

NOTÆ.

1. SVPERAT proculdubio Menalcas Damœtam. Nam prior tantũ indicat se habere munera, quæ

UVA. BHSC. BU 00239

quæ mittat; posterior clarè ait se misisse & missurũ alia. Verum est, in Damœta quiddam eximiũ esse, nimirum illi rem magno constitisse, nam conscendenda fuit arbor, & hæc alta, vt palumbes caperet, non sine sui periculo: sed Menalcas ita munus suum ornat, cùm ait *decem* perfectissimo numero, & *aurea*, pulcerrimo colore, & *lecta*, vt hæc omnia supplere possint diligentiam Damœtæ. In donis patet inuenio, nam & palumbes, & mala in deliciis sunt amatorum.

2. PARTA MEÆ VENERI.] Theoc. *eid.* 5.

Κηγὼ μὲν δυὸν τὰ παρθένε σὶλλυβα φάσσαν
Ἐκ τᾶς ἀρκεύθο τᾶθεκὸν. τὰ δὲ ἐρίνεος:

Et ego quidem nox virgini dabo palumbum,
Ex iunipero abreptum, ibi enim incubat.

Indicant omnes pro Virg. Græcus *dabo*, quod fugit Latinus, & cùm non dederit, tamen ita sciuit circumflectere, vt nõ loqueretur de futuro, quod tempus minus aptum ad beneuolentiam aucupandam. Græcus *virgini*, Latinus potiore affectu, *meæ Veneri*. Græcus *palumbum*. Latinus *munera*, & *palumbes*, vbi numerus auget affectum. In Græco nulla est, aut exigua saltem difficultas, ascendisse in arborem: in Latino sunt *palumbes aërias*, quasi homini per aëra eundum fuerit, vt suæ Veneri gratificaretur.

Venus pro amica, amore, libidine, re quacũque iucunda.

3. MEÆ VENERI.] Venus amoris Dea pro amica hic ponitur, eleganter, & ex Græca imitatione. Eurip. Hippolyt. τὼ σὼ δ' κύπριν πολλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω: *Tuæ Veneri multum valere dico.* Pindarus:

——κοίτας
Τελεῖν τᾶν ἀφροδίταν:

Venerem simu fouere. id est, amicam. Vbi Henric. Stephan. *puellam* vertit. Petron. Sat. *Quæ nostri Venerem tuam, superbiam captas.* Sed & ab Opp. lib. 1. Cyn. mater sui Principis dicitur, ἀσυγὴν κυθέρειαν: *Venus Assyria.*

4. Dixi *Venerem* pro amica sumi. Addo sumi etiam pro amore, & pro libidine. Primum firmat Latinus Nemes. 2. Ecl. *In Dances Veneren furiata mente ruebant.* & Græcus Æschyl. Prometh. συναίρεσθε κύπριν: *Venerem communicare*, id est, amorem. Alterum tantùm Græcus Oppian. lib. 3. κυν. vbi loquens de furiis, quibus vsi aguntur, ait, πολλὰ μὲν ἀφροδίτην: *multa Venus*, id est, libido. Prouerbiali demum schemate sumitur pro re quacunque, quæ iucunda, & grata. Eunapius Sardianus de vitis Philosoph. ita de Plutarcho: Πλοῦταρχός τε αὖδας ἡ φιλοσοφίαι ἀπάσης ἀφροδίτη, ᾗ λύρᾳ: *Plutarchus ipse philosophiæ totius venus, & lyra.* & in vita Maximi, ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν ἐπνεῖ θεν: *Venus insidebat in labris.* In vita etiam Proæresij ait, Milesium solitum modulari μετὰ ἀφροδίτης τῆς ἐν: *Venere.* Æschylus in Prometh. sumsit pro nuptiis, nam loquens de filiabus Danai, quæ maritos necarunt, ait, πάσι δ' ἐπ' ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς ἐλθοι κύπρις: *nuptialis Venus contingat hostibus meis.* Hieronymus Epistol. 51. ad Domnionem: *monachum disertum, cuius de ore Veneres fluunt.*

Congere de auibus.

5. CONGESSERE.] Hoc verbi alij vsurparunt. Q. Serenus: *Aut lapis ex nido, vaga quem congessit hirundo.* Plaut. Rud. *nidamenta congerit.* Sunt hæc nidamenta festucæ, herbæ, flocci, aliaque huius in explicatore Turnebo, Cic. 1. Diuin. *Midæ dormienti formica in os tritici grana congesserunt.* Apul. 2. Asin. vocauit *aggesta coptica.* quæ de nidis accipit Coluius: Vulgo malè *adepta coptica.*

6. Volo iuuenem docere, quî Græci & Latini variauerint hanc locutionem. Græci in communi συμφορὰν dicunt, quod nos *congerere.* Plutarch. in vita Anton ita extulit, χειλιάδας συνεκάλεσεν. Nazian. Orat. 34. ἐξεσκευάσθαι: *elaborari.* Aristot 6. hist. cap. 1. non solùm νεοττεύειν, sed πτερῶν γένεσιν. & lib. 9. cap. 7. σύλλυβα πτερῶν. Ibidem nidi structionem vocat, σκευοποιΐαν, *scenopegium.* Dio Chrysost. Orat. 72. μετανάστους κλωνας. Græcus poëta lib. 1. Anth. πλοκάμενοι, à luto, Hom. 5. Odyss. pulcrè per verbum εὐνάζω. Ad quem respiciunt Latini, in his Virgil. 2. Georg. qui nidos auium vocant *domos*, & *cubicula.* Plinius cap. 33. lib. 10. ita variat: *hirundines luto conſtruunt, ſtramento roborant, conſpinguntnidos, intexunt, ſuſpendunt, nidificant.* Coniuncta ista sunt. Arnobius libro 2. *nidulorum conſtruere manſiones.* & libro sexto, *nidamenta ponere.* Varro in Satyr. Tanaquilę: *hirundines ſuglino oblitas luto tegulas fingebant.* & huic fortasse hæsit Plinius in tertia sua. Cicer. 2. Natur. ita: *aues & cubilia ſibi, niſi quæ conſtruunt, eoſque quàm poſſunt, mollisſimè ſubſternunt.* Calpurnius variat per verbum *luto*, ait enim: Calpurnius correctus.

——*nidoſque reuerſa lutabit hirundo.*

Sed incidit suspicio legendum fortasse *salutat.* Iuuat Iuuenal. qui Satyr. 1. *Quæque ſaluatio, crepitus concordia nido.*

Palumbes, & columbæ sacræ Veneri.

7. PALVMBES.] Est hæc auis amoris nota insignis, iccirco dono datur amantibus. Inprimis sacra Veneri. Alexis apud Athen. lib. 9. ὁ λευκὸς ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ θεοτρεφὴς: *columbus albus sum Veneris.* & Artemid. lib. 2. cap. 20. de hac aue loquens ait, ἀναιρεῖσθαι τὴν ἀφροδίτην: *sacrum esse Veneri.* Ad hoc pertinet duplex Historia. Prima lib. Var. Histor. cap. 15. vbi ait eo tempore, quo Siculi Erycini putabant Venerem inde soluere in Libyam; euanescere quoque ex eo loco columbas, quasi cum Dea simul discedant, cùm tamẽ reliquo tempore ibi magna videatur earum auium multitudo. ᾗ λέγουσι, τὸν ἀφροδίτιον εἰς λιβύην ἀπὸ τῆς σικελίας ἀναγκῆς, ἀφανεῖς ἐν τῷ χρόνῳ αἱ περιστεραὶ γίνεσθαι. Altera lib. 12. c. 1. vbi ait, Gyrum fecisse statuam Aspasiæ, quam cùm ipse appellasset Venerem, statuit iuxta illam πελειάδα λιθοκόλλητον: *columbam gemmis picturatam.* Inde, quia hæc auis sacra Veneri, eius currum ferre fingebatur. Apul. libro 6. *De multis, quæ circa cubiculum dominæ ſtabulant, procedunt quatuor candita columbæ, & hilaris inceſſibus picta colla torquentes, ingẽ gemineum ſubeunt.*

Columbæ obnoxiæ libidini.

8. Dixi primam rationem, cur ea auis in deliciis amantium, venio ad alteram: quia ea libidini est obnoxia, ac nimium salax, vnde illi Græcum nomen à copioso coitu, quod obseruauit Pet. Victori. libro 3. Vari. Lection. ex interprete Apollonij, est enim θεοτρεφὲς, quasi μετεωρὸς ἐφ' ἑαυτοῦ: *supra modum amans.* Inde huius auis multa amatoria, nimirum in suspicione adulterij *plenũ querela guttur, ſanguisque roſtro vltus, mox in ſatisfactione exoſculatio*, verba sunt Plinij li. 10. c. 34. Ouid. 2. Art.

Quæ modo pugnarunt iunguntſua roſtra columbæ,
Quarum blanditias, verbaque murmur habet.

& 2. Am. *Oſcula dat cupido blanda columba mari.* Iterum Plinius c. 37. *ars illis inter ſe blandiri.* Omitto Plaut. Asinar. & Casina. Senecam Epist. 20. Matium apud Agel. lib. 20. c. 8. Anac. columbam vocat ἐρασιβόλον: *amabilem.* Basil. Hom. 8. Hex. λέγουσι αἱ θεοτρεφεῖς. Galienum Imperator. apud Trebellium tũ leges. De oscolo columbarum videndus Aristotel. lib. 6. histor. Animal. cap. 2. & Ælianus lib. 1. Variar. histor. cap. 14. Est etiam notatu dignum, quod de palumbis Athenæus scribit libro nono; non se deserere vsque ad mortem, sed perseuerare in amore mares cum fœminis, fœminas cũ marib. & addit, quod

UVA. BHSC. BU 00239

mirere, ἀλλὰ ᾧ τελευτήσαντος χηρεύει ὁ ἑτερόλεκτος δίδυμος: *alterò mortuo, qui reliquus est, viduus permanet.* Artem. lib.2.cap.20. ait palumbibus iuuni fœminas πορνευτὰς, *scortatrices.*

9. Absolui rationem alteram. Sed roget quispiã, pleraque tibi de Columbis dicta, atqui Maro palumbes nominat. Nihil id moror, idem est genus auium, & discrimen tantum, quòd vnum syluestre, domesticum alterum. Vnde & Propert. lib. 4. ad Venerem: *sed cape torquata Venus ô regina palumba*, non dicturus, si putaret Venerem eo dono lædi, aut non illius proprium. Athen. quoque vbi suprà, ita ait: Ἀριστοτέλης φησὶ, φάττας μὲν εἶναι τὰς ἐν ὄρεσι, οἴδιν δὲ πόντι: *Ait Aristoteles, vnum esse genus columbarum, sed species quinque.* Inter quas mox palumbem memorat, & columbam.

10. Absolui rem, & sciat lector (cui fortassis hæc multa visa) multa hinc propter modestiam amputata. Sed adhuc non grauabor quiddam subiũgere, vnde appareat noua Virgilij explicatio, & indicta hactenus. Ait Athen. lib. 7. Glaucum amatorem dono misisse Scyllæ τὰς Ἀλκυόνων παῖδας ἐτ' ἀπήρυγας: *Alcyonum natos implumes.* Quis scit igitur an ex hoc more amantium pastor Virgilianus mittat suæ Veneri implumes palumbes: hoc enim denotant verba illa, *notaui locum.* id est, nidum: nam sanè notari tunc nidus potest, cùm cura pullorum matres ad nidum vocat, qui alioquin incertus, & vagus. Iuuat, auiculas non ita facile capi in nidis posse, nisi implumes. Iuuat item Ouid. qui lib. 10. Metam. loquẽs de Pygmalione, & Virginis statua, quam is amabat, ait:

Aues implumes dono dantur ab amatoribus.

Munera feri illi, conchæ, teretesque lapillos,
Et paruas volucres, & flores mille colorum.

11. Addam demum, Poëtam cùm *palumbes* dicat numero multitudinis, omnino intelligere, par vnum columbarum, non plures. Nam is, credo, mos fuit amatoribus. Cyclops apud Ouid. 13. Metam. ait daturum se Galateæ, *parque columbarum.* Et Petron. Sat. sic vouit loquẽs cum Venere: *cras illi par columbarum donabo*, nimirum illi, quem amabat. Nemesianus etiam, 2. Ecl.

Præterea teneram leporem, gemimósque palumbes
Nuper, qui potui syluarum præmia misi.

Iuuat meam coniecturam partus huius auis, scribẽte sic Aristotele lib 6. hist. c. 4. τίκτουσι δὲ πάντα μὲν τὰ θέρους ὠὰ δύο, οἷον φάττα, καὶ τρυγὼν, &c. *Pariunt columbacea omnia ouа bina, vt palumbes, turtur*, &c. 1. de iisdem dixerat, διτόκων. & lib. 3. de Generatione Animal. cap. 1. τὰ δὲ θέρους ὠὰ δύο ὡς τὰ πολλὰ τίκτειν εἴωθε: *Columbarum genus bina magna ex parte solet parere.*

12. Quod potui.] Theocr. *eid.* 3.

Ἦν δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω, τά μιν ἄρτι καθεῖλον
ὧν μ' ἑκάεργος ἔθρεψεν· τὰ νῦν θέλεν ἄλλα τοι οἴσω:

Ecce mala decem affero tibi, ex eo loco decerpta
Vnde me iussit decerpere cras alia afferam.

Leuiter libabo. Græcus *ferò*, Latinus *misi*, quod efficacius: *mala* simpliciter, Latinus elogium addit, *aureа*; & studium, *lecta.*

13. Sylvestri ex arbore.] Non est efferata, & inculta arbor: nam inde decerpi mala, laus esset modica ad gratiam conciliandam. Sed tantùm signat locum, nimirum, quæ in syluis est.

14. Lecta.] Ex studio amantium, qui lectissima, & electissima quæque mittebant, non vulgaria. Theoc. 1. Ecl. ἀρνὸν σακίταν κἀψιν γάεραν: *agnum impiguem accipies domum.* Cyclops apud eundem:

τρίχα δ' εἴλαι ἐς δεκὰ νεχώς
Πάσας ἀμνοφόρους.

Idem Cyclops apud Ouid. 13. Met.

Nec tibi diuitiæ faciles, vulgique fauorque
Munera continuent.

Tibul. lib. 1. Eleg. 5.

Huc veniet Messala meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahet arboribus.

B Calpurn. 3. Ecl.

—in gremium per me tibi lilia prima
Contigerant, primæque rosa, vix diem bene florem
Degustabat apis, tu cingebare coronis.

15. Aurea mala.] Putat Eras. allusum ad mala aurea Hesperidum, nam qui magna, & splendida largirentur, mala aurea dicebantur dare. Sed potius est, vt verè mala intelligamus, nulla metaphora. Hoc posito, quæri potest, quænam hæc mala aurea? Vtrùmus citria accipit, nam hæc Aristophanes apud Athen. lib. 3. vocat χρυσᾶ μᾶλα: *mala aurea.* Eadem opinio Hermolai. Alij χρυσόμηλον κοτωνεον, *cydoneum, membrillos* intelligunt, in his Brodæus lib. 1. Miscell. cap. 34. & Galeotus Martius lib. de Promiscua cap. 28. Demum quicquid est coloris aurei, quem multa mala referunt. Mihi placitum ire in explicationem Ant. Augustini, qui simpliciter *mancanas* capit, quæ propter excellentem pulchritudinem dicantur aurea, vt 4. Ecl. *aurea gens.* Iuuat vehementer Propert. qui ad locum Virgilij alludens, simpliciter dixit *mala.* lib. 2.

Mala aurea, quæ.

C

Tu canis vmbrosi subiter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vique decem possim corrumpere mala puellam.

Alcimus etiam inter Fragmen. Petron.

Lux mea puniceum misit mihi Lesbia malum,
Iam fordent animo cetera poma meo.

Non dubium, quin hi in mente habuerint Virgilium. Petron. attributum Virgilianum addit:

D

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia mittis,
Mittis & hirsuta munera castanea.

16. Ceterùm, quia dixi in hac Nota aliquid de Cydoniis, hic te moneo, Cydonia, & cotonea, eadem esse, nimirum χρυσόμηλα, membrillos. ita sentiunt multi, nunc Brodæus occurrit lib. 1. Miscel. cap. 34. secus, & male Iunius, qui in Nomencl. discriminat. Vides verò, vti mala mittantur ab amante amato puero. Morem istum illustrabis ex Ioanne Zonara tomo 3. Annal. in Theodosio Iuniore, ibi enim Imperator μῆλον ὑπερφυὲς τῷ βασιλεῖ ἀπέστειλε: *Malum insuetæ magnitudinis vxori misit.* Atque illa postea Paulino dedit. Vnde nata rixa inter Imperatorem, & Augustam Eudoxiam, & mors Paulino.

Mala cydonia, quæ.

Mala mittuntur dono ab amatoribus.

Dam. [a] O quoties, & quæ nobis Galatea loquuta est!
Partem aliquam venti Diuum referatis ad aures.
Men. [b] Quid prodest, quod me ipse animo non spernis Amynta,
57 Si, dum tu sectaris agros, ego retia seruo?

E

ARGVMENTVM.

Iactat exsultabundus Damœtas, quæ sibi Galatea dixerit: dolet Menalcas acerbissimè auersam à se Amyntam.

EXPLICATIO.

[a] Exprimitvr ingẽs affectus pastoris nescicẽtis explicare quoties, & quas res secum locuta sit

ta sit Galatea: petit que à ventis, vt partem aliquam (nam omnia non possunt) dulcissimi sermonis ad aures Diuum perferant: potius, *veferant*, id est, conuertant ad Deos, quæ Galatea locuta est cum pastore, vt non humanæ solùm aures, sed diuinæ mulceantur.

[b] Ait pastor, nihil prodesse: se ex animo ab Amynta non iperni: si tamen, dum ille occupatus est in apris sectandis, ipse interim contineatur ad seruanda rectia, ac perinde careat tam pulcra voluptate, tam pulcro comite.

NOTÆ.

1. ROGES in quo sita sit victoria Menalcæ: Locus difficilis, & in quo fortasse aliquis iudicet pro Damœta, & contra Virgilium: qui contra legem amœbei carminis dederit maiorem affectum primo pastori. Ego sic expedio. Non incumbit illi, qui dicit posteriore loco, hærere eidem sententiæ, cui hæsit prior. Cuius rei obuia exempla & in Virgil. & in Theocrit. sed tantùm, sententiam, quam accepit, ornare aut æquo, aut maiore; si possit, verborum, & sententiarum pondere. Ad rem. Damœtas pro argumento amoris verba attulit Galateæ, leue quidem: nam quid leuius verbis, quæ ventus abripit? quid si addas, ea verba esse fœminarum? hoc iam leuissimum. Ouid.

Verba puellarum foliis leuiora caducis.

Pergo ad Menalcam. vult exprimere auersum à se Amyntam. Vide quam viuide, quo pondere queratur? ita ne Amynta mecum sit? non spernor, vt ipse ait, animo, & seiungor corpore? hoc quid est aliud quàm sperni? is ad voluptatem venationis, nec dignaris me comitem? quin, ea iniungis vt seruem, quæ seruus debeat; quæque in venatione minimæ sunt voluptatis: hoc quid est aliud, quàm me despicatui habere? Verè tu fallax Amynta, & nugatorius, qui cùm dicas te non esse animo alieno à me, nulla huius amoris præbeas indicia. Vide lector, an multum intersit, inter leuem illam amoris testificationem, quæ sita est in verbis Galateæ; & grauem hanc querelam Menalcæ, cùm nihil grauius ferant amatores, quàm absentiam, & despectum. Ergo viuidius multo odium sui posterior expressit, quam amorem prior. Ascensiana mihi non placent, tu vide: extorquet enim verba Poetæ amara illa, quam fingit, irrisione. Obiicies: auersus ne à Menalca Amyntas, qui se passim offerebat, dabatque in conspectum pastoris? Nihil id impedit: hic enim varij affectus exprimuntur iam odij, iam amoris: & nulla res capacior affectuum contrariorum, quàm amor. Hæc multis à me, tum vt mens Virgilij intelligatur: tum vt Critici sileant, qui putant posse aliquando Zoilum de Virgilio triumphare.

2. QVOTIES.] Dictum ex amœbæum affectu, qui sibi officia ab amicis præstita sero & sedulò iactant. Inde illa: *Malo me Galatea petit.* &, *At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas.* Ecl. 10. *sera mihi Phyllis legeret.* Oenone ad Paridem: *Me Satyri celeres*, lege tria disticha. Dido Æneæ: *Mitte precis placuit*, & quæ sequuntur.

3. PARTEM ALIQVAM VENTI.] Ventos internuntios Deorum fuisse, non solùm Mercurium, & hic Maro indicat, & vetus prouerbium εἰς Θεῶν ἄπαλλαγεν: vide Erasmum. Apertius Calaber lib. 1.

τῷ (id est, Marti) ὄφελ' ἑκὰς ἀγγελὸν αὐγὴν ἰόντι,
Αὔρεα μυθήσωτο δυσὶ βορέαο θυγατρεσι.
Κόρησι αἰνὸν ὀλεθρον:

— illi per aera incedenti
Nuntiarunt aurae, celeres Boreæ filiæ,
Grauem filiæ perniciem, id est, Penthesileæ.

Venti Deorum internuntii.

Eurip. Troad. dixit, Χρεὼν δ' ἐνεῖν ἢ θεοῦ τιν' ἐκπεμπειν ἀνέμους, φέρεσθαι πρὸς δόμους Graecorum inuentus, & Tiphanorum laudes ventis serendas trado.

4. Ventos quoque fuisse hominum internuntios Turn. monuit ex illo Ouid. 10. Met. *Deuitat auctas preces ad me non iuuida blandas*: vota etiam, quæ irrita cadebant, arbitrabantur dissipari à ventis. Nam Tib. lib. 1. Eclog. 5.

— qua nunc Caurisque Notisque
Iactat adoratos vota per Armenios.

Venti homi-num inter-nuntij.

Quæ etiam nolebant euenire, ventis credebant. Idem Tib. lib. 3. Ecl. 4.

Nec Deus in melius crudelia somnia vertat,
Et iubeat tepidos irrita ferre Notos.

Tale illud, 9. Æn.

— sed aura
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

5. SECTARIS APROS.] Locutio Theoc. *eid.* 5. Θηρία διώκειν. Contrarium *excipere* in Horat. est Od. 12. lib. 3. sed Poeta Varroni institit in Sat. Οὐ θεὸς λυσιν: *Nempe sueis syluaticos in montibus sectaris venabulo, aut canibus.*

Dam. [a] Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cùm faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
Men. [b] Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit,
Et longum formosè vale, vale, inquit, Iola.

ARGVMENTVM.

Vocat Damœtas Phyllida, qua se oblectet: ea voluptate iam se perfunctum insinuat Menalcas.

EXPLICATIO.

[a] IN Natalitiis licebat operam dare voluptatibus: in festo agrorum (ambaruale vocant) omnia erant pura, & sancta. Ergo ait, ô Iola mitte ad me amicam Phillida, qua cum oblecter in die natalis mei, qui iam adest. In sacro pro frugibus, quod fit vitula, veni ipse, amicam remitto. De his, quæ de amica communi ait Seruius. hæreo.

[b] Insistit Menalcas vestigiis Damœtæ. Dixerat hic, ô Iola mitte mihi Phyllida: respondet alter. ô Iola, ego amo Phyllida longè præ aliis, nam fleuit discessum meum, nam formosum vocauit, nam sæpe vale dixit, diu verbis immorans, & longo tractu producens extremam salutem, vt quæ ægrè, ac vix discederet. Scio quæ ad Iolam pertinent, aliter ab omnibus explicari. Non placent. Nam cur Poeta confundat nomina tam breui internallo, & nulla necessitate? Quis enim probet, Damœtam intellexisse per Iolam pastorem absentem: & statim Menalcam, se ipsum, per eundem Iolam.

NOTÆ.

1. VICTORIA huius amœbæi Menalcæ est, vt solet. Damœtas, potiturú se insinuat Phyl-

UVA. BHSC. BU 00239

lide: Menalcas potitum. Primus, *mitte*, alter *amo ante alias*, quam hoc feruentius? Primi ratio; mitte, quia est natalis meus, in quo est nullius affectus: alterius; amo, quia fleuit: in quo est magnus. Demum primus eruditior est, alter in amando feruentior.

In Natali die munera missitabantur.

2. PHYLLIDA MITTE MIHI.] Allusum ab erudito Poeta ad consuetudinem mittendi munera in die Natali, nam signatè ait *mitte mihi Phyllida*, veluti munus gratum, vt ego explico. Morem multa aperiunt. Plaut. Curcul. *Hic est* anulus, *quem ego tibi missi natali die*. in Epidic. *Non memmisti me inaurem aureamad te afferre natali die?* Martial. lib. 8. *vt posscas Clyte munus exigasque. Vno nasceris octies in anno.* Lege integrum Epigramma. Symmachus lib. 1. Epist. 5. *cum iam filiæ vestræ dies natalis appeteret, commodum aderant, quæ munera miseratis.* Morem, quia clarus, non firmo pluribus.

Natalis dies habitus in magna celebritate.

3. MEVS EST NATALIS.] Petit, vt mittat amicam, in suo Natali, quia nimirum hic dies celebrabatur cum magna voluptate. Plaut. Captiu.

— quia mihi natalis est dies,
Propterea te vocarier ad cœnam volo. & Pseud.
Nam mihi hodie natalis dies est, decet eum omnes vos concelebrare:
Pernam, callum, glandium, semen facito in aqua iaceant.

In Persa: *— Hoc age, accumbe, hunc diem suauem*
Meum natalem agitemus, amœnum: date aquam manibus, apponite mensam.

Lege Symmachum lib. 6. extremis tribus Epistolis. & Ouidium 3. Trist. Eleg. 13. Inde Martial. lib. 6. *natalitias dapes* nominat. Cic. in Anton. 2. Phil. *Hodie Antonius non descendit: curat dat natalitia in hortis.* Arnob. lib. 7. Natales Deorum esse ait lætissimos: *Telluris Natalis est: Dij enim ex veris prodeunt, & habent dies lætos, quibus eis adscriptum est auram vsurpare vitalem.*

Natalis dies, vbi luctuosus.

4. ἐκ παρέργου sciendum, Natalem diem Thracibus fuisse luctuosissimum. Docet Archias Græcus Poeta hac versione, quæ vulgo circumfertur:

Toracas, quis laudat, soleant quod plangere natos,
In lucem quoties edidit alma parens.
Contrà felices vocitant, quos fiore iuuenta
Ancillans Parcus mors inopina rapit.
Illi dum viuunt properant ad pessima quæque;
Ast his mors finem contulit ipsa mali.

Egesippus lib. 5. Hierosolymitani excidij: *Nonnullis gentibus mos est, vt hominum ortus fletibus, occasus gaudiis prosequantur: & illos ad errumnam natos doleant, hos ad beatitudinem redisse gratulentur: illos ad seruitutem veniisse ingemiscant, hos ad libertatem remissos gaudeant.* Ad hoc argumentum pertinent plurima illius libri, quem nobis sub Tullij nomine obtrudit Sigonius, cui est titulus De Consolatione.

5. Obseruanda elegans variatio Plauti in Pseud. *hodie natus sum.* Ait enim: *Hodie nate-heus hodie nate, tibi ego dico, heus hodie nate redi.* id est, redi heus tu, cuius hodie natalis dies celebratur.

Facere vox sacrificiorū.

6. CVM FACIAM VITVLA.] Facere vitula, agno, thure, vino, pro sacrificio, ductum ex Græco fonte, in quo, δρᾶν, & ῥέζειν pro eodem sumuntur, quæ tamen propriè sunt *facere*. Athen. lib. 14. οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον: Veteres sacrificare, dixerunt facere. Pind. Od. 10. Pyth. Θεῶν ῥέζοντας: facientes Deo. A Dio quoque lib. 37. τοῦν, quod etiam est *facere*, vsurpauit. ὑπὲρ τῶ δήμω τοιῆσαι: *sacrificare pro populo.* Plaut. Curcul. *Rem diuinam feci.* Ammian. lib. 22. *Cum Iouis faceret rem diuinam.* Huc trahenda verba Varron. lib. 1. Rust. *Dij facientes adiuuant*, id est, operantes sacris, explicatore Muret. in Tibul. In locutione aduertas deesse *rem sacram*, aut quid simile. Liuius lib. 23. clarè posuit: *Omnibus Diuis rem diuinam thure, ac vino fecisse.* Locutionem ita variat Plaut. Curcul. *Rei diuinæ operam dabo.* Notetur eiusdem locus in Aulul. vbi rem ipsam, qua fit sacrum, in accusatiuo posuit: non in ablatiuo, vt reliqui verba eius: *Mulsi congialem plenam faciam tibi fidelium.*

Vitula hostia diuitum, agna pauperum.

7. VITVLA.] Dissidet à Virgilio Tibul. lib. 2. nam de sacro pro frugibus loquens ait: *Cernite fulgentes vt eat facer agnus ad aras.* Itaque hic, *agnus*: Virg. *Vitula.* Sed soluat litem idem Tibul. qui postea:

B *Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis horti,*
Custodes fertis munera vestra Lares.
Tunc vitula innumeros lustrabat cæsa iuuencos,
Nunc agna exigui est hostia parua soli.
Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes
Clamet, Io messes, & bona vina date.

Ergo vitula hostia erat diuitum, agna pauperum. Notes obiter Damœtam diuitias suas ostentare. Subiicio, similem fuisse in re dissimili morem Persarum apud Athen. lib. 4. qui ex Herodoto affert, Persas diuites in celebratione diei natalis exhibere solitos ad sacrum illud boues, camelos, equos, asinos; totósque assátos in fornacibus, quos integros mensis apponebant: cùm tamen pauperes eidem religioni satisfacerent, si exiguas oues apponerent, parcissimísque cibis vterentur, bellariísque non bonis. Herodoti locus est lib. 1.

Ambaruale sacrum, catstum veterinbus.

C 8. IPSE VENITO.] Referendum ad puritatem huius festi, quod Seru. monet: & docet Tibul. lib. 2. eleg. 1.

— discedat ab aris
Cui tulit externa gaudia nocte Venus.
Casta placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite sontis aquam.

Loquitur de Ambarauali sacro: & in fine ita loquitur cum amore:

Sancte veni dapibus festis, sed pone sagittas,
Et procul ardentes hinc procul abae faces.

9. NAM ME DISCEDERE FLEVIT.] Græca est phrasis, pro, fleuit discessum meum.

Longum vale.

D 10. LONGVM VALE.] Inuenio variationem. Martial. *æternum*. lib. 5. *Sic erit æternum Pontiliane vale.* Lucian. in Apologet. μακρὸν χαίρειν. Eurip. Hippolyt. πολλὰ χαίρειν. Demosth. πολὺ εἰρήνης. vsus est verbo φόντυμι: & de falsa legat. ἐρρῶ σε πολλά. Dio Cassius prætet χαίρειν, etiam ὑγιαίνειν, & cum discrimine. Nam sic loquitur de Hadriano. ἠσπάσατο ἅπ᾽ γε τῷ ἐωσινῷ μεσορώματι τῷ χαίρε, ἀλλὰ τῷ ἔσπεσινῷ τῷ ὑγίαινε χεσάμενος: Salutauit vtsus non mattutina salutatione, salue; sed vespertina, vale. Ad eundem verò modum, quo Virgilius hic, & Claud. 2. Rap. dixerunt, *longum vale*. Plaut. Epid. *nimis longum loquor.* in Mercat. *longinquum loqui.* Symmachus Epist. 33. lib. 4. *longum tacere.* & Epist. 37. *longum stetisse.* & Epist. 75. lib. 5. *longum siles.* & Epist. 23. lib. 7. *longum fruar.* Auctor ἀδέσποτος & lib. 3. Ath. κόκκυ μακρὸν.

80 *Dam.* [a] Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
Men. [b] Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Iras suas Damœtas egregiè comparat, egregiè Menalcas amorem suum.

EXPLICATIO.

[a] STABVLIS ouium (ouilibus) tristis quædam res est, & infesta lupus, qui eas deuorat: imbres turbidi, & præcipites frugibus decoctis iam ad messem, qui eas perdunt: venti arboribus, qui eas corrumpunt: nobis nihil est tristius ira Amaryllidis, quæ me, deuorat, perdit, corrumpit. Maluit Poëta, *ira*, quàm *ira*: tum quia numerus auget vim; tum quia ait, *nobis*: itaque respondet numerus numero.

[b] Satis dulcis quædam res est humor lenis & blandus, vnde illa aluntur; arbutus hœdiculis ablactatis: horum matribus leuatis à partu salix lenta: mihi Amyntas vnus, & solus dulcissimus est. Aduertas Lector, fœtum pecus dici frequentius post partum, quàm ante illum, quod suprà iam explicui.

NOTÆ.

1. IN hoc amœbeo pares mihi videntur fuisse pastores, quod satis est ad legem huius carminis, nisi quòd Menalcas signatiùs ad rem suam, *mihi solus*, quàm Damœtas, *nobis ira*. Deinde felicior in materia, vt qui amoris dulcedinem cantandam fuisceperit, cùm prior fœuitiam.

A 2. TRISTE LVPVS STABVLIS.] Respexit ad locum hunc Theocr. *eid.* 8.

Δένδρεσι μὲν γεμίων φόβεδον κακὸν, ὑδατι γ' αὐχμὸς,
Οἰνίον δ' ὑπταλέαν βοτρύοις ἢ λίνα.
Ἀνδρὶ δ' ἀφροσύνας ἀπαλὰς πόθος.

Arboribus tempestas metuendum malum, undis squalor,
Auibus laqueus, ferus syluestribus rete.
Viro autem tenere puellæ desiderium.

3. Hæc phrasis, *triste lupus*, Græca est. Plato, notante Germ. κυνὶ λύκος ἀξιωτατον: *aspernatum lupus canis*. Idem, notante Bud. μοί δοῦόν τι, καὶ δαιμόνιον γίγνεται φωνὴ: *diuinum quidpiam, & numen mihi est vox*. Theophr. 3. de caus. κωφότατον, μηλέα: *surdissimum malus arbor*. Quintil. lib. 11. *Tutissimum ergo pœnitentiæ confessio, & satisfactio culpæ*. Vide Budæum. Cùm verò hic *dulce* & *triste* opponantur; videtur *triste* sumi pro *amaro*, de qua re 2. Georg. ad illud: *Tristia tentandum sensu torquebit amaror*. & 1. Georg. ad illud: *tristisque lupini*: id est, *amari*.

B 4. DVLCE SATIS.] In hoc quoque Theoc. hæsit, demta repetitione: nam Græcus ita *eid.* 9.

Αὐὺ μὲν ὁ μόσχος, καὶ γαμφαίνεται, αὐὺ δ' ἢ χ' ἁβώς,
Αὐὺ δ' ἢ χ' ἁ σύεγξ, ἢ χ' ὁ βωκόλος. αὐὺ δ' ἢ κύων.

Dulce vitulus mugit, dulce & bos,
Dulce fistula, dulce pastor, dulce & ego.

5. ARBVTVS.] Quæ hæc arbor dicam 1. Georg. de qua non vulgaria.

6. PECORI.] Capellas accipe, has signat à cibo. ita Calp. 2. Ecl.

Me teneras salices iuuat, aut olearia putare;
Et gregibus portare, nouas vt carpere frondes
Condiscam. Vbi *gregibus*, id est, capellis, ab cibo.

Dam. [a] Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, Musam:
Pierides vitulam lectori pascite vestro.
Men. [b] Pollio & ipse facit noua carmina. pascite taurum,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

ARGVMENTVM.

Damœtas Pollionem commendat Musæ suæ lectorem, Menalcas factorem carminum: vterque assignat præmium.

EXPLICATIO.

[a] POLLIO egregia animi humanitate amat Musam nostram, etiamsi sit rustica, excellens ipse carminis tragici Poeta: quamobrem vos Pierides vitulam pascite lectori vestro. obserua, quia *nostram*, ideo *vestro*: & quia *Musam*, ideo *Pierides*: & quia Musa *rustica*, ideo *vitula* præmium rusticum.

[b] Idem Pollio facit carmina, quod præstantius est, & ea non vulgaria, sed noua: quapropter vos Pierides taurum pascite iam adultum, non vitulum, & eum non vulgarem, sed cui duplex sit nota generositatis: vt cornu petat, vt arenam spargat: hoc præmio dignus ille.

NOTÆ.

1. SVPERAT Menalcas Damœtam, est enim præstantius facere, quàm amare carmina: auctorem, quàm lectorem esse carminum. Ideo præmiam quoque præstantius, & cum elogio, quo caret vitula. Est & alia latens victoria ingeniosè excogitata à Poëta. Damœtas Pollionem fecit lectorem suorum carminum, Menalcas conditorem facit, & se lectorem tam admirandi, & noui carminis.

C Inde fit, vt se præstatiùs insinuet in amicitiam Pollionis: est enim longè aliud, legis carmina, ab hoc: facis carmina, quæ ego lego, & admiror.

2. POLLIO.] Pollionis hoc loco honesta est mētio, vt qui vnus fuerit eorum, per quos Virgilius commendatus est Augusto. Fuit Poeta egregius, agnoscit eius Poesin Seneca, laudat Horatius 2. Carod. 1. & auctor lib. de oratorib. Plinius quoque lib. 5 Epist. 3. illum in catalogum Poetarum includit. Symmachus ad Gratianum Aug. *Non idem honor in pronunciandis fabulis Publio Pollioni, quam Bauio fuit*. Sunt qui non *Bauio* legant, sed *Ambiuio*.

3. FACIT.] Signatissima & propria locutio, & quam aliquo Synonymo inquines. Nam Græcis ποιῶ est *facio*, & ποιηταὶ Poetæ quasi *factores*. Et Pindaro od. 3. Pyth. Poetæ dicuntur σοφοὶ τέκτονες, *sapientes artifices*. & od. 3. Nem. μελιγάρυων τέκτονες κώμων: *artifices dulcium hymnorum*. Inde & Terent. Andr. *Populo vt placerent, quas fecisset fabulas*. Sed significatissimè omnium Aristot. in Poetica ita scribit: ὃι ἂν δρῶντες συνιστῶντες τῷ μέτρῳ τὰ ποιοῦντες, τὰς μὲν ἐλεγειοποιοὺς, τὰς δ' ἑξαμετροποιοὺς ὀνομάζουσι: *Verbum facio metro homines agentes, hos elegiacis, hos epici carminis factores vocant*. Eadem docet Plato in conuiuio. Ad cuius locum, si quis attentè legat, aspirauit Aristoteles. Inde etiam Poeta ipse 9. Ecl.

——— *& me fecere Poetam Pierides.*

Facio, de carminibus.

D 4. NOVA CARMINA.] Pettinet hoc ad commendationem carminis. Athen. lib. 1. Παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνδρα δ' ὑμνον νεωτέρων Πίνδαρος ἐπαινεῖ: *Laudat Pindarus vinum quidem vetus, & flores nouorum carminum.* Noua carmina.

UVA. BHSC. BU 00239

num. Porrò Pindaricum in Olymp. habetur ad Epharmostum. Horat. quoque pari elogio 1. Car. Od. 26.

— hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio sacrare plectro,
Teque tuasque decet sorores.

Non hinc abit illud Plin. lib. 2. Epist. 19. *Potest tamen fieri, vt libro isti nouitas lenocinetur.* Sic & Homerus (hæc nota est Germ.) Odyss. commendat ἀοιδὴν νεωτάτην: *musicam nouam.* Sed Gulielm. Fornerius in Notis ad Cassiod. hic per *noua* accipit, magna. Nam ipse Cassiod. *Nouum sub amore principis custodire modestiam.* Quasi dicat: Arduum magnúmque est plurimum posse apud Principem, & se tamen moderatè gerere. Hoc parum validum. validius quod sequitur, videlicet, Galenum νεωτικῶς Hippocratis explicuisse γενναίως, σφοδρῶς, ἰσχυρῶς: *generosè, valde, vehementer.*

5. CORNV PETAT.] Locutio soluit *cornupetam*: qua voce alij vsi, non aliter ac Plaut. in Prol. Mustel. *lucripeta fœnerator.* Hieron. Epist. 47. *heredipetam.* Paulin. Epist. 20. *Lenitas alipeta.* vbi sic legendum, non *alipetax*, vt malè quidam. Tatian. Orat. contra Græcos, *humipeta.* Arietem corni petentem ὀρτρέχοντα vocat Auctor Geopon. lib. 18. Sic & Columel. lib. 7. c. 3. de eodem, *in pugnam procurrere.* Herodot. lib. 6. hoc dixit verbo συνωσάμενος.

6. SPARGAT ARENAM.] Ita Plin. lib. 8. cap. 45. de tauro:

Pedes alternos replicans, sparsísque in altum arenam.

Tauri ab Oppian. 2. Venat. dicuntur κονίσμενοι, *pulnere consperso.*

Dam. [a] Qui te Pollio amat, veniat, quo te quoque gaudet:
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
Men. [b] Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

ARGVMENTVM.

Optat Damœtas multam felicitatem iis, qui Pollionem amauerint: Menalcas insana quæque & absurda iis, qui Bauium non oderint.

EXPLICATIO.

a POllio, qui te amat, eò perueniat, quò gaudet te peruenisse: signat triumphum & consulatum. Pergit pastor. Te amanti omnia accidant candidissima, & pro votis: fluant huic mella ex quercubus, nascatur amomum ex rubo. Collige omnia. Huic, qui te amet, opto triumphum tuum, consulatum, aureum ætatem, ac perinde omnem felicitatem.

b Deflectit Menalcas cursum sermonis à laudibus Pollionis in vituperium Bauij & Meuij, qui mali Poetæ. Volunt Interpretes, sub Menalca Virgilium latere, cuius hostes fuerunt illi: atque ideò priuato odio in illos nunc inuehi. Ergo sententia est. Qui Bauium non odit pessimum Poetam, luat supplicium tanto dignum facinore, incurrat (inquam) in Meuiana carmina, quæ peiora. Neque hoc solum, sed opto huic homini absurdissima quæque, iungat hic tam insanus amator vulpes, hircos mulgeat, quo nouas semper insanias addat suæ amentiæ. Porrò, neque vulpes iungi queunt ad currum, aut aratrum: neque hirci mulgeri; sic nec Musæ Bauiana, & Meuiana amari.

NOTÆ.

1. VIDENDVM vti mirificè Poeta vtrumque pastorem componat & opponat. Qui te Pollio amat, qui Bauium non odit: veniat quo te quoque gaudet, amet tua carmina Meui: mella fluant illi, iungat vulpes: rubus amomum ferat, hircos mulgeat: victoriam, si quæras, nemini dem: pares sunt, & hoc satis ad amœbeum: sed si ad vnguem reseces, victor Menalcas. Prior verbum *amat* intulit absque contrario, quem posterior corrigens, dixit, *odit, amat.* Deinde, illa de ætate aurea, tritissima sunt: non item, quæ de vulpibus & hircis dicuntur à Menalca. Dices, tritissima hæc quoque. Certè post ve. sum Virgilij, non ante illum.

2. QVI TE POLLIO AMAT.] Dixi hic signari triumphum, & consulatum Pollionis. Horat. libro 2. Ode 1.

Insigne mœstis præsidium reis,
Et consulenti Pollio curiæ,
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Notanter illud *consulenti*, vt signetur consulatus.

3. MELLA FLVANT ILLI.] Ad felicitatem alicui comprecandam adagij forma est, *Mella fluant tibi.* Allusio sit ad auream ætatem, in quâ mella dicebantur ex quercubus fluere. Tibul. lib. 1. El. 3. *Ipsæ mella dabant quercus.* Horat. 2 Car. od. 19. Mella fluãt, adag.

Fas pernicaces est mihi Thyiadas,
Vinique fontem, lactis & vberes
Cantare riuos, atque truncis
Lapsa canis mereare mella.

C Idem Epod. od. 16. *Mella caua manant ex ilice.* Vide, quæ dicam sequenti Ecloga ad illud:

Et aura quercus suauabunt roscida mella.

Neque verò sine specie prouerbij videtur locutus Horatius lib. 1. Epist. 19.

— pulsi enim manare poetica mella
Te solum.

Vetus etiam Poeta apud D. August. lib. 3. de Musica:

Cunctæ igitur Camœnæ,
Fonticulæ puellæ,
Quæ cantus sub antris
Mellifluos fouetes.

Neque Plaut. Asin. *O melle dulci dulcior mihi tu es.* Huic adagio sequentia annecte: *Rubi tibi amomum ferant, spinæ rosas, vepres lilia, senticeta violas, &c.*

D 4. FERAT ET RVBVS ASPER AMOMVM.] Videtur æmulatus illud Theocr. εἰδ. 1. Νῦν ἰὰ μὲν φερέοιτε βάτοι, φερέοιτε δ' ἄκανθαι: *Nunc vos violas feratis rubi, & vos feratis spinæ.*

5. QVI BAVIVM NON ODIT, AMET.] Ab hac sententia non abit illa Aristophan. ἐν νεφέλ. ὅστις ἐν τέρπεσι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαίρετω: *Istis qui videt, meis ne gaudeat.*

6. BAVIVM.] Scias omnibus ferè omnium gentium Poetis fuisse nomina quædam ridicula, & sordida. Comicis fuit Mæson, de quo Festus, & Athenæus: Satyricis Autolycus, & Burrio, teste Diomede: Attellanis Manducus, Pappus, Macus, Bucco, Sagaris. Sic itaque malos Poetas heroicos vo- Bauij, mali Poetæ.

UVA. BHSC. BU 00239

ces Bauios, Meuios: vide Scalig. in coniectan. Eadē lues vagata in oratores. Nam Demosthenes vocatus est Batalus, & Argas ridiculè, ab Æschyne: & Æschynes ab Demosthene Cothocides OEnomaus. Et Epicrates Cerybion, etiam per irrisionem.

7. MEVI.] Fuit hic etiam hostis Horatij, cuius exstat in Meuium od. 10. Epod.

Vulpes iungere. Hircos mulgere, adag.

8. IVNGAT VVLPES, ET MVLGEAT HIRCOS.] De re quapiam insana, & quæ repugnat naturæ, absona, absurda. Demonactes apud Lucian.

Dam. [a] Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
Men. [b] Parcite oues nimium procedere non bene ripæ
Creditur: ipse aries etiam nunc vellera siccat.

ARGVMENTVM.

Monet Damœtas pueros, fugiani à floribus pratorum, vbi latent serpentes: Menalcas oues, vt à ripis fluuiorum, vbi est periculum.

EXPLICATIO.

[a] O Mei pueri, quibus ego consulo, ô mei pastores, qui flores legitis, & fraga, quæ humi nascuntur, fugite ab angue latente in solo herbido, in virente gramine.

[b] Oues meæ, quibus ego consulo, ne ite longiùs, ne ad ripam fluminis, vbi non tutæ terreat vos exemplum arietis, qui mas, & vobis fortior ægrè periculum euasit. Videte, vt nunc ad Solem villos siccet.

NOTÆ.

1. IAM hic, & in sequentibus pastores, veluti consuetudine canendi in amicitiam venerint, non se pungunt vt in prioribus, sed tantùm sententias sententijs opponunt: in quibus mihi semper pares videntur. Allegoriæ, quas nonnulli excogitarunt, mihi non placent.

Virgiliana imitatio ex Græcis.

2. LEGITIS FLORES.] Sciat lector, ita Virgilium in sua imitatione Græcis institisse, vt sæpissimè vnicam illorum dictionem duabus soluat. Coniungam hic nonnihil exemplorum. Græci ἀνθολογεῖν: Virgil. *Legitis flores*. Græci ξανθοτριχεῖν, quod verbum est lib. 6. Strabonis. Virgil. *aurea Cæsaries*: Pindar. od. 2. Pyth. quadrigas equorum vocat ἐλελιχθόνας. Virgil. de vngula equorum, *quatit campum*. Idem Pind. od. 6. ἐλελιχθὸν ποσειδᾶν, *terræ quassator Neptune*. De eodem Virgil. *quatit ipse tridenti*. & od. 3. Nem. βαθυμηδὴς. Virg. *valles profundæ*. Græci voce vnica, χερσαῖαι. Virgil. & Poetæ alij: *ardentes, fulgentes, micantes, aureos clypeos*. Multa his similia suis locis inseram. Vt verò Poeta, *flores legitis*, ita Arnob. lib. 5. de Proserpina: *Cum in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum matter flores*. Iterum: *flores Proserpina lectitabat*. & Ouid. 4. Metamorph.

Sæpe legit flores, & nunc quoque sortè legebat.

Fraga quæ.

3. FRAGA.] Fragorum esus quiddam habet iucunditatis non illepidæ, ideo à pueris expetitur, & legitur auidè. Hoc cibo suam Galateam perlicit Cyclopes apud Ouid. 13. Metam.

Ipsa tuis manibus siluestri nata sub vmbra
Mollia fraga leges.

Bene igitur, atque ex ingenio puerorum Poeta & flores & fraga coniunxit. Sed quæ sunt fraga? non A posterioris meminit, cum vidisset Philosophos duos loquentes nihil ad propositum institutæ disputationis: Οὐ δοκεῖ ὑμῖν ὦ φίλοι ἕτερ, ἄτερ τῶν τοιούτων ἀμέλγειν ὀΐς; αὐτῷ κοινὸν ὑποπίνειν; *quid, inquit, amici, annon horum alter hircum mulget, alter cribrum supponi?* Porrò repertum iuxta Amboinum in India Orientali hircum lacte hordeo alentem: & in Brasilea tractum, vbi fœminæ lacte careant, habeat viri. ex literis sociorum discimus, qui inibi Euangelium promulgarunt, vide Iac. Pontan.

B certè mora. vt ait Seruius: nam Ouid. apertè discriminat 1. Metam.

Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis.

Neque obstat, Seruium excusari à Brodæo lib. 1. Miscel. cap. 34. Plinij exemplo: sed non dubium, quin habeant similitudinem cum moris. Hispani *Mayuera* nominant, & *Myezgado*. Lege Apul. de virtutibus herbarum, cap. 37. & Plin. lib. 21. cap. 15. Beroaldus in annotat. ad Colum. malè confundit cum fructu arbuti. Refert quidem fructus arbuti imaginem fragi: sed fructus ille, & fragum, non idem. Vide Matthiol. in Dioscor. & Carolum Stephan. in suo seminario: vterque enim discriminat arbutum fructum à fragis, tantùm ponunt similitudinem in figura & forma.

Anguis frigidus.

C 4. FRIGIDVS ANGVIS.] Ante nostrum Theocritus εἰδ. 15. Ψυχρὸν ὄφιν τὰ ῥάδινα δεδόκηκε: *Timeo ne mox me serpentem frigidum.*

Latet anguis in herba, adag.

5. LATET ANGVIS IN HERBA.] Pulcrè Ianus Gulielmius lib. 1. verisim. cap. 13. alludens ad veterem parœmiam, *vipera est in vepreculâ*. Et eo magis, ait, Virgilius huc respexit, quia fragorum meminit, quæ nascuntur in vepretis, citatque Pomponium, qui vsus ea parœmia. Hactenus ille. Adiungo, quæ ipse reperi. Alcæus eadem fere forma dixit: χὼ παντὶ λίθῳ σκορπὶς ὦ ἑταῖρε κοιτὰ δύεται: *Subest ô amice scorpius sub omni lapide.* Nicand. Ther. pari sententia: σκορπὶς ὦ ἀζεστὶδης ὀλίγῳ κεκάλαι λοχάσας. Prudentius in Cathem.

Tractibus anguis inexplicitis
Vuus ineme piger remouit
Gramine concolor in viridi.

D Ignatius Martyr. Epist. 9. ad Antiochenos: *Cauete canes malos, serpentes in arctum se contrahentes, draconculos pellium amictu gaudentes, aspides, basiliscos, scorpios.* Per hæc serpentium nomina intelligit homines improbos Claudius Marius Victor:

Interea dum sic orans, serpentis in ago
Indice visa metu, tacito se tramite ferre
Leniter ad molles spiris reptantibus herbas.

Ouid. 11. Metamorph.

Ecce latens hic ba coluber fugientis adunco
Dente pedem strinxit.

E His affine illud Theocr. εἰδ. 4.

Εἰς ὄφ' ὃς ἐπ' ὀχῦ ἕρπεις, μὴ ἀνίλιπ' ἐρχεο βάϊνᾳ,
Ἐν γὰρ ὄρει ἑᾴμοι τε, καὶ ἀπάλα δοὶ κομόωντι:
Montem cum is Baite sine calceis ne ea:
In monte huius enim rubi, & tribuli virent.

Ergo si velis terrere aliquem à vitio luxuriæ, à fudo, ab ebrietate, aliisque animorum pestibus, dices prouerbialiter: *Latet anguis in herba: vipera est in vepreculâ:*

VVA. BHSC. BU 00239

veprecula: latet sub lapide scorpius: serpentes se in arctum contrahunt: latent dracones sub ouium pelle: tribuli sunt inter herbas. Non abludit illud Hieronymi Epist. 57. ad Damasum: *Mihi credite, venenum sub melle latet.*

6. PARCITE OVES.] Extulit alio flexu, quæ ante illum Theocr. εἰδ. 5.

Σκᾶς ἀπὸ τᾶς κοπιῶ, τηὶ μηκάδες ὦδε νέμεσθε
Ὡς τὸ κάταντες τᾶτο χαὐλοφον, ὄφρα μυρίκαι:
Heus discedite ab oleastro capella: hic pascimini,
Ad declivem hunc tumulum, ubi sunt myricæ.

Ouium natura in pascendo.

7. PROCEDERE.] Pulcerrimè, nam ex natura huius animantis, & ex vi Græca oues dicuntur προβατα ἀπὸ τὸ προβαίνειν: *a procedendo*: quia sic pascuntur, ad diferimen aliorum animantium, quæ dicuntur ὀπισθονόμα, quòd cessim & retrocedendo pascantur, vt leones, quod etiam boum epithetum est. Vide Herodot. lib. 4. Non ergo aptè Nonnus, SS. Dion. ὀπισθοπόρων μήλων: *Ouium retrogradarum.*

8. NON BENE RIPÆ CREDITVR.] Sapit etiã formam parœmiæ, ad eum modum, quo *latet anguis in herba.* Et quidem hanc esse mentem Virgilij apparet inam ex studio videtur, parœmiam parœmiæ opposuisse, vt alias visum. Vt verò hîc *ripæ creditur*, ita vndæ *insidæ* dicuntur, & mare *insidum.* Et de eodem Tertullianus, *dubiam fidem.* Sed de hoc alibi. Quære indicem. Adagium.

9. VELLERA.] Oppianus lib. 5. Halieut. pastorem ouium & arietum προβατοβοσκὸν à velleribus. Ἐλυμαίνων ἐν ἀγκεα πόκου χαμαιζῆλ: *villosum in vallibus pecus pascens.* Quod dictum ad diferimen capratum, quibus pili sunt, non lanæ, aut villi. Vt autem hîc *siccat vellera*, ita Horat. alia sententia, *pecus siccet vbera*, *siccare calices, siccos aues.*

Dam. [a] Tityre pascentes à flumine reiice capellas:
Ipse ego, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
Men. [b] Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus,
Vt nuper frustrà pressabimus vbera palmis.

ARGVMENTVM.

Iterum Damœtas Tityrum, vt capellis consulat: Menalcas pueros, vt ouibus.

EXPLICATIO.

[a] ADMONITVS Damœtas superiore sententia Menalcæ, monet ipse Tityrum, capellas arceat à flumine, ne lauandi studio incurrant in gurgites: nam has (ait) ego curo, & lauabo in fonte, qui tutior flumine.

[b] Pueros suos pastoritios monet Menalcas, oues conducant vnum in locum, vbi frigus captent, & sint in algido. Ratio, ne æstus, qui nimius, siccet vbera, & lac præripiat, ac si frustrà mulgeantur, quod iam nuper accidit.

NOTÆ.

1. REIICE.] Seru. & alij proceleusmaticum pedem agnoscunt. Mihi placet Gisanij sententia, qui non *reiice* legit, sed *reice* dissyllabum, vt sit *reice ea*, pes dactylicus. Nam Lucret. lib. 3. *Nec radicitus è vita se tollit, & eicit*: vbi extremus pes necessariò dissyllabus. Potuit in voce hærere Plautus, qui in Persa: *boues in bubilem reiicere.*

2. OMNES IN FONTE LAVABO.] Theocr. εἰδ. 5. πάσας ἐγὼ λόσω συβαρινᾶ ἐν δοδὶ κρήνᾳ: *Omnes ego lauabo intra fontem Sybaritidem.* Dictum hoc ex disciplina rei rusticæ. Lege Columel. lib. 7. cap. 4. vbi inter alia ouium medicamina ait, eas vel mersandas in mari, si vicinum sit littus; vel cœlestem aquam sub dio salibus in hunc vsum durandam, & decoquendam, atque illa perluendum gregem.

3. LAC PRÆCEPERIT ÆSTVS.] id est, præripuerit, ante cœperit, ante verterit. Inde dicti *præceptores*, quia ipsi priùs rem capiunt, & concipiũt mente, quam alios doceant. Gisanio placet legendum, *perceperit*, pro, insauerit, ex more veterum Latinorum. Nã & Pacuuius Medea: *Horror percipit.* Et Plaut. Amphit. *Nam mihi, & c. mihi horror membra misero percipit dictis tuis.* Lucret. quoque lib. 5. *Aera percipiat calidis feruoribus aruor*: sed censeam non mutandam lectionem Poetæ. Præcipio.

4. FRVSTRA PRESSABIMVS VBERA PALMIS.] Speciem habet prouerbij, quo possis in multis, vti, præsertim in regno exhausto violentia tyranni: sic enim, vt ea vectigalia imponantur, quæ reuocatis ciuibus in angustias, nequeant persolui. Tunc dices: *Frustrà pressantur vbera.* Paria excogita. Est verò *pressare vbera*, ἁμέλγειν. Inde pressorium vas, πιεστήριον, & πιεστικὸν. Glossæ. Adagium.

100 *Dam.* [a] Eheu, quàm pingui macer est mihi taurus in aruo!
Idem amor exitium est pecori, pecorisque magistro.
Men. [b] His certè neque amor caussa est: vix ossibus hærent:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

ARGVMENTVM.

Quæritur prior de macie tauri, cui ipse exitium attulit: posterior de macie agnorum, quibus oculus fascinans.

EXPLICATIO.

[a] QVERITVR pastor, taurum (intelligit dominum gregis) quique vaccis submittitur ad sobolem) macilentum esse in aruo fertili. Hanc querelam (quæ vicem habet quæstionis) sic soluit. ego, qui magister pecoris, amore contabesco, & macer sum: hoc exitium à me irrepsit meum pecus.

[b] Commutat alter sententiam hoc tenore. His meis agniculis, qui macri, & quibus tantùm ossa & pellis, non certè amor in caussa est: nota mihi caussa, sed auctor ignotus. fascinantur ab nequam oculo, hoc certum: à quo nam oculo? hoc incertum. Collige omnia, & finge Menalcam sic loqui. Ab amore ô Damœta tuum pecus est morbidum, à fascino mei agniculi: itaque par est effectus à caussa dissari. Suspicabar ego, lector, velle

UVA. BHSC. BU 00239

velle Menalcam Damœtæ insultare, quasi ipse liber esset ab amore, Damœtas sub eo adhuc tyranno, vt quibus possit modis victoriâ præripiat. Particula *caussa* est, vel rectus vel sextus casus, vt dicat. Amor non est caussa: vel Amor non est in caussa.

A

NOTÆ.

1. HEV.] Aliqui legunt, Heu heu, venustè quoque.

Pingue, & macrum opponuntur.

2. PINGVI.] Opponit has voces *pinguem, macrũ*. Quod sæpe Plin. Colum. alij. Horatius, cum 3. Carm. dixisset, *arvum pingue*. in 1. serm. ait, *macro agello*.

3. MACER EST MIHI TAVRVS.] Hæsit, credo, Poëta duplici loco Theocr. εἰδ. 4. Τὰς πόρτι & δύο τὰ λελειπται Τοῦτα. & paucis interiectis, λοιδὸς μὰν χ' ὁ πῶυ & ὁ πυρίχ & : defecere ipsa iuuencæ ossa. *Fulmus taurus mihi est mater.*

4. ARVO.] Aliqui mutant in *eruo*. Est hoc genus pabuli, quo pinguescunt boues. Plaut. Mostel. *Ervum daturn'estis, bubus quod feram.* & Aristot. lib. 8. Hist. Animal. cap. 7. βόες πιείνονται τοῖς φυομένοις, οἷον ὀρόβοις, ἢ κύαμοις: *Pinguescunt boues his, quæ flatum cient, vt ervo, vt fabis.* Doctiores tamen sequor, qui *aruo* retinent.

Amoris effecta.

5. AMOR EXITIVM EST PECORI.] Ita Ovid. 2. Am. *ossa mihi nuda reliquit amor.* & 10. Met. *facit amor maciem.* & 1. Am. *Longus amor tales corpus tenuauit in vsus.* Apud eundem Canace impensè amans. *Fugerat ore color, macies obduxerat artus.* & in Cydipp.

Concidimus macie, color est sine sanguine, qualem
In pomo refero mente fuisse tuo.

Apud Calp. 3. Ecl. Lycidas amator *pallidus* dicitur. Et alter apud Nem. 2. Ecl. *Pallidior buxo, violæque similimus atræ.* Iulian. Cæsar in Misopogone, de Antiocho Seleuci filio Reginam nouercam vehementer amante, ait non potuisse, quamuis vellet ægritudinem occultare, nam τὸ σῶμα δ' αὐτοῦ κατ' μικρὸν ποιόμενον, φανὰς οἴκοθεν, ὑπορρεῖν τὰς δυνάμεις, τὸ πνεῦμα ἐκαπιὸν ἐπὶ συνήθως: *Corpus sensim contabescebat, tacitè collabebatur, vires deficiebant, cruatque spiritus imbecillior, quam solebat.* Cum sapore ad versum Virg. Papin. 2. Syl. *His amor exitio furor his, & sæua cupido.* Sed quod discrimen.

6. HIS CERTE.] Sententia est, quam iam attuli, sed nihil impedit audire explicationem Iani Gulielmi lib. 1. verisi. Ille sic interpungit:

His cerie (neque amor causse est) vix ossibus hærent.

Et sic explicat. *His* rectus est: nam Don. in Eunuch. *His, hice, his, hisce nominadi casu numero multitudinis promiscuè vsurpabant.* Ergo *his*, id est, hi, vix hærent ossibus: neque amor caussæ est, quę locutio Latina quoque. nam Cic. in Læl. *valetudinem caussa, non mœstitiæ fuisse.* Argutè hæc Janus, sed tantum argutenam notitas Virg. & nitor non amat antiquaria, & obsoletas sed raro, & cum magno delectu.

7. VIX OSSIBVS HÆRENT.] A Virgil. Hieron. in vita Hilarionis: *sic attenuatus, & in tantum exesa corpore, vt ossibus vix hæreret.* Lucr. lib. 6. *pellis super ossibus una.* Hora. 17. Epod. *Reliquit ossa pelle amicta lurida.* Plau. Captiu. *ossa, atque pellis sum miser a macritudine.* & Aulul. *Qui ossa, atque pellis totus est, sta cura macet.* Callimach in Cerer. ὅσσα νέοιας διὰ καίριον ἵκετο χρὼς ὀστέα μοῦνον ἐλειὸν ἔτ': *misero ad nerues sibre, & ossa tantum relicta.* Possis ad multa prouerbialiter traducere. Regnum exhaustum est opibus, crumena nummis: nauis armamentis, ciuitas ciuibus, promiconda penu: hæc omnia dicentur hærere ossibus.

B

Fascinatio.

8. TENEROS.] Ex natura fascini, cuius vis maior in tenera, atque imbecillia. Scholiastes Theocr. post proximè adducenda sequenti Nota, ἢ μάλιστα παῖδας: *potissimum pueros.* Alex. quoque Aphrod. lib. 2. Problem. 54. quærit, διὰ τί τὰς βασκάνους μάλιστα παῖδας: & in fine Problematis ait, hoc malo maximè pueros infestari, quoniam sunt natura tenerrima, & ideo facile affici possunt. Plutar. quoque q. lib. 5. c. 7. dicit, aspectum hominum afferre aliis nocumẽtum, sed potissimum infantibus. Addit caussas, videl. infirmitatem, & humiditatem: quibus facile corpus conuertitur in deterius. Plin. lib. 7. c. 2. ait hoc *malum facilius sentire pueros.*

Oculus fascinans.

9. OCVLVS.] Fascinantem oculum Plut. & Heliod. in Hist. Æthio. vocant βασκανον ὀφθαλμὸν, Quam vocem Theocrit. Scholiastes ita interpretatur, κακόνοια, ἢ φθόνος τὰ ἐσχάτου, *occidentem, corrumpentemque quod cernit.* Dicte. Nam Græcis oculus, cui C hæc pestis dicitur, non solùm βάσκανος, & βασκανικὸς, sed etiam φθορικὸς.

10. FASCINAT.] Hæc Nota omnino sententiam Virg. aperiet. Ex narratione Plutarch. lib. 5. Quæst. Conu. c. 7. colligas duplex genus fascinationis: ex amore alterum, cum is, qui amat, eliquat, perditque amatum intuitu, modò lumen, modò fluor fit, quod ex oculo emanat: alterũ ex inuidia, & odio. Vtrumque ad mentem Maronis: quasi dicat Menalcas. Tu amator fascinas, & perdis pecus tuum: mei agni alterius inuidia fascinantur.

Fascinatio qui fiat.

11. Heliodorus lib. 3. Histor. Æthiop. aperit, qui fiat fascinatio. Adducam verba Scotti Interpretis: *Hic aër nobis circumfusus per oculos, nares, halitus, aliosque meatus ad profunda penetrans, & ex qualitatibus D exteroribus eo secum inferens, qualis insuxerit, talem etiam his, qui excipitur, habitum ingerit. Itaque vbi aliquis liuore perciuus res pulcras inuuetur, circumstantem aerem qualitate malefica repleat, ac proprium spiritum acerbitatis plenum in proximum quemque contorquet: spiritus autem vipote subtilis, ad spiritum vsque & medullas ipsas peruadit, ac plerisque morbus sit inuidia, & proprium accipi nomen fascinationis.* De Deo Fascino veterum, ego hic nihil, consulens pudori: adiri potest Varro lib. 6. Ling. Latin. & quæ Herodotus scribit lib. 2. de Eutelida, qui se ipse effascinauit spectans formam suam in aqua. Lege Plutarchum lib. 5. quæst. Conu. capit. 7. Neque abit narratio pueri, qui formam suam spectans in puteo, ea delectatus in aquam cecidit. Exstat de hac re epigramma lib. 3. Anthol.

Dam. [a] Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
105 Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas:
Men. [b] Dic quibus in terris inscripti nomina Regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

E

ARGVMENTVM.

Mutuo sibi quæstiones proponunt, neque soluunt.

EXPLICATIO.

[a] DEFESSI pastores longa disputatione se nodis impetunt, & proponunt ænigmata. Ro-

I gat

VVA. BHSC. BU 00239

gat prior, vbi nam gentium sit tellus ea, in qua de cœlo nihil videatur, præter tres vlnas. Hoc si diuinet, ait Damœtas, se habiturum Menalcum loco Apollinis, vt egregium coniectorem.

b Rogat posterior vicissim, dicat, vbi sit ea pars terrarum, in qua flores habeant inscripta Regum nomina. Hoc si diuinet, cedit ipse à Phyllide, & amico iuis tætum in Damœtam transfundit.

A in Scipione, Catullum non semel, Senecam sæpe, alios multos, qui mundum pro cœlo tantùm capiũt. Ad rem. Cùm mundus & cœlum idem sint, placuit Poetæ mundi, id est, fossæ illius verbum dissimulare voce cœli. Iam pro tribus diebus *tres vlnas*, dixit, accipiens mensuram vsualem pro mensura temporis, qui sunt dies. Hactenus Ciaconius. Detraxi aliqua, addidi aliqua. Si quis roget, quare hanc explicationem multis, ac pene infinitis prætulerim: ratio est, credibile esse, Poetam in rebus Romanis versatissimum voluisse attingere res illius populi, quod sæpissime facit cum laude magna.

Notæ.

1. DIC QVIBVS IN TERRIS.] De hoc ænigmate adi Serv. Brodæum, Vrsinum, qui Seruium defendunt: Iunium Philargyrium, Alciatum, 1. Parer. cap. 18. Petrum Crinit. lib. 3. Hon. Disciplc. 8. Cõmentatores omnes Virgilij. Omnes omitto, quia facile adiri possunt. Ego totus eo in explicationem Petr. Ciaconij, & Franc. Brocensis. Nec mor, aliquos præferre interpretationem Alciati huic, quam subdam. Ergo, si Damœtas quæstionem ita proposuisset: Dic, quibus in terris mundus paret per tres dies: facilis fuisset solutio. Nam mundus, vt ex Plutarcho in vita Romuli, & aliis discitur, fossa fuit in Comitio, in ipso vrbis centro, Etrusco ritu, Romuli tempore facta. Fossa hæc, vt ex Atteio Capitone Festus scribit, tres tantùm dies patebat, videlicet postridie, aut pridie Volcanalia, nam in hoc discrimen inucnio, deinde ante diem tertium Non. Octob. demum ante diem sextum Id. Nouem. Hi dies religiosissimi habebantur. Habes iam fossam eam dici mundum, & tres tantùm dies patere solitam. Procedo. Mundus pro cœlo sumitur apud scriptores & Poetas. Plinius ita opus suum incoat: *Mundum, & hoc quod nomine alio cœlum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, Numen esse eruditi par est.* Ante Plinium Plato in Timæo, ὁ κόσμος, ἢ χρῄζει ὅτι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦ ἡμῖν ὀνομάσθαι. Necessaria non est versio Plinianis præmissis. Arnobius lib. *Nunquid vertigo hæc mundi primigeny ortus moderamen excedens, aut tardius repere, aut præcipiti cœpit volubilitate raptari.* Philo: περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. κόσμος καὶ ὁ ἕτερον ὄνομα· ἕκαστος : *Mundus secunda significatione, est, tantummodo cœlum.* Pergo ad Poetas, imò fileo Poetas, videlicet Lucretiũ lib. 5. Ennium

Mundus fossa.

Mundus pro cœlo.

B

C

2. DIC QVIBVS IN TERRIS, INSCRIPTI, &c.] Omnes explicant Virgilij locum de hyacintho, ita vt allusio fiat ad Aiacem Telamoniũ, qui versus est in eum florem, qui flos adhuc seruat notam hanc, AI. quæ est vel Aiacis Latini, vel Græci Αἴαν. Possis Lector sequi Interpretes; sed si me consulis, nec potes, nec debes. Apage, vt Virgilius adduceret pro ænigmate rem satis tritam, & cuilibet obuiam. Quæ hæc gloria Menalce? qui satisfaceret legi amœbei carminis? qui laudem assequeretur, si proponeret rem adeò facilem, cùm Damœtas proposuisset nodum difficillimum? Ego itaque Poetam aliter capio, & gratias ago viro cuidam docto, qui me in hanc mentem impulit indicatis nonnullis. Celebrauit Damœtas suo ænigmate rem Romani Populi, Menalcas Augustum ipsum Romani Populi Principem: nullam enim occasionem prætermittit Maro sui Principis ornandi. Ad rem. Inter Augusti imagines adducit Sebastianus Erizzius illam, quam excudi fecit L. Aquilius Florus triumuir, illámque argenteam. Eiusdem meminit vir noſtræ ætatis longè clarissimus Velserus lib. 6. Rerum Aug. Vindel. Huic nummo vna ex parte inerat forma Augusti cum hac inscriptione, CÆSAR AVGVSTVS. In altera inerant flores cum hac, L. AQVILIVS FLORVS III.VIR. Flores notant ipsum triumuirum, qui dictus Florus, voluit enim in imagine Cæsaris se vna commendare, addito suo nomine vt ferè fiebat: & additis floribus sui nominis. Dicebantur isti Romanis: Æris, auri, argenti flandi, feriundi III.viri. Augusti nummum repræsentari hic feci, quo rem meliùs teneas: *

Nummi in floribus.





* Ad hanc igitur imaginem animum videtur Maro adiecisse suo Principi lenocinans. Perinde ac si dicat Menalcas: Rogas, quibus in terris appareat cœlum tres tantùm vlnas, & rem capis de Romano foro: ego vicissim rogo, quibus in terris flores nascãtur cum nominibus Regum, & rem capio de Augusto, cuius nomen apud nos inter flores cuditur. Adduco pro coniectura, inde fortasse ortum nomen Florinorum in re nummaria.

3. Remouco tria, quæ possunt obstare. Primò obijcies, non nomen Augusti hic inter flores, potiùs

D nomen Flori triumuiri. Hoc nihil impedit, satis est enim & Augustum & flores cudi in eodem nummo. Deinde obijcies, qui Augustum vocat Regem? certè prudenter Imperatorem Augustum velat per nomen regium, tum vt griphus difficilior sit, tum etiam vt sit species lenocinij: volebant enim Imperatores dici Reges, tantùm timore plebis terrebantur, ne id facerent. Id planè confitebitur, qui scit Romanas historias. Tertiò, quid habet verbum *cudo*, dicet aliquis, cum verbo *nascor*? Impropriè enim dicentur nasci, quæ cuduntur? Non ita impro

VVA. BHSC. BU 00239

impropriè, Lector, cùm enim flores dixerit, consequens erat, vt natos adderet, non cusos. Imò hæc vna vox ænigma conficit, nam nihil esset difficultatis, si diceret: Dic quibus in terris cudantur flores inscripti nomina regum. Deinde vir ille doctus, cuius iam suprà memini, ad rem hanc firmandam explicat verba Tullij è lib. 9. epist. 3. ad Varronem, vbi præmissis quibusdam monitis, ita subiungit: *Sed quid ego hæc ad te, cuius domi nascuntur γλαῦκες εἰς Ἀθήνας?* vbi *nascuntur*, est, *cuduntur*. Nam adagium, *noctuas Athenas*, non natum est à multitudine volucrum, quæ ibi essent. Hoc enim quamuis aliqui dicant, nemo firmat testimonio. & fortasse dabis auctorem neminem ex veteribus, qui dicat, copiam harum volucrum esse in Attica. Veritas est, ab nummis cusis in Attica, & præcipuè Athenis, ortum adagium. Res tota à fabulis pendet. Nam cùm noctua in tutela esset Palladis, factum vt ea ciuitas, quæ à Pallade nomen accoperat, auem illi Deæ sacram in nummis sculperet. Lege Erasmum prouerbio, *Ululas Athenas*, ch. 1. cent. 2. c. 11. & prouerbio, *Noctua Lauriotica*, ch. 2. cent. 8. c. 31. vbi cùm nulla re firmet illud de multitudine volucrum, de nummis, tam ipse, quàm alij multa suppeditant. Quotquot enim sunt docti, ideo aiunt, Athenis multas esse noctuas, quia nummi multi cum eo signo. Hinc ille efficit, verba Tullij adducta capienda de cusione, nam profectò ad id allusit, vnde sumtum adagium. Sed fortassis non opus tanto molimine ad explicadum Tullium, cùm verbū *nascuntur*, referri queat non ad noctuas, sed ad consilia, quæ subaudiuntur. Loci huius, & ænigmatis Virgiliani explicationem boni, Lector, consule; ortam non studio aucupandæ nouitatis, sed indagandæ veritatis.

Noctuas Athenas, vnde dictum.

4. INSCRIPTI NOMINA.] Hæc phrasis & locutio tota est Græcorum, qui γεγεμμένοι, & γεγραμμένοι ὀνόματα, & illi quidem, monente Budæo, κατ' ὑποβολήν. Latini aliquam quoque præpositionem subaudiant necesse est, vel rem enuntient flexu aliquo, hac ratione: Inscriptus nomen, id est, inscripto nomine.

5. ET PHYLLIDA SOLVS HABETO.] Duo hic notanda. Primum allusionem fieri ad superiora. Dixerat Damœtas, *Phyllida mitte mihi*, &c. Respōderat Menalcas, *Phyllida amo ante alias*. Itaque vterque amabat. cedit hîc parti suæ Menalcas. Alterum, præmium hic dari pro solutione ænigmatis, cum allusione ad veterum morem, qui præmia donabant iis, qui griphos & ænigmata soluissent. econtrario pœna statuebatur in coniectores ineptos. Vide Athen. lib. 10. qui de hac re, quam attigi, eruditè & latè. De ænigmate, vide quæ latè congessit ex plurimis Anton. Ricciardus in Comment. symbolicis. vbi etiam tibi supperet magnam copiam ænigmatum, quibus ludas. Signatè autem *habeto*, innuens quid impudicum. Tibul. lib. 1.

Ferreus ille fuit, qui te cùm posset habere,
Maluerit prædas stultus, & arma sequi.

Ouid. 1. Rem.

Helenem Menelaus habebit. Sed hæc res satis illustrata est à me, 1. Ecl.

Pal. [a] Non nostrum inter vos tantas componere lites.
[b] Et vitula tu dignus, & hic, [c] & quisquis amores
110 Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
[d] Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

ARGVMENTVM.

Iudex pares dimittit, & cum elogio.

EXPLICATIO.

[a] AIT se non parem tantæ liti iudicandæ. Ad sententiam pertinet nota Germani, qui ait, rustico more tem tantùm transigi, non iudicari. Expende leuiter, *nostrum*, quia *vos*. Aliquis nil pensi habens diceret, non meum.

[b] Tu Damœta, & hic Menalcas, vterque dignus vitula. Nominat tantùm vitulam, quia ea posita pro pignore, & digito indicata, erat enim præsens: nam pocula nunquam allata.

[c] Non vos solùm digni tanto præmio, sed quisquis vos canendo æmuletur: quisquis exprimat carmine metum, qui est in amante, vt tu expressisti, ô Menalca: quisquis exprimat amaritiem, quam expertus est in amore, vt tu Damœta expressisti. Sequutus sum explicationem Seruij. Quippe Amyntas dulcis erat Menalcæ, quod liquet ex eo disticho, *Dulce satis humor*, &c. Sed timebat Menalcas de firmitate huius amoris, vt liquet ex illo. *Quid prodest*, &c. Amaricies verò, quam passus est Damœtas, expressa est illo, *Triste lupus stabulis*, &c.

[d] Demissio verè rustica, & huic loco aptissima, ac tota (vt puto) allegorica. Nam quæ hîc mentio pratorum, & irrigationis in tam acri certamine? Nam loqui cum respectu ad alios quosuis pastores, tum infacetum est, tum impropriùm, cùm hoc non sit muneris pastoritij. Ergo ait: Claudite ô iuuenes riuos ingenij, carminis, acuminis: satis iam prata omnia delectastis canore vestro, dulcedine, suauitate. Quippe consederant ad canendū in herba molli. Allegorica quoque ea demissio lib. 2. Georg. *Sed nos immensum spatiis*, &c.

NOTÆ.

1. NON NOSTRVM INTER VOS.] Potuit insistere loco huic Theocr. εἰδ. 6. νίκα κἀν ὑδ' ἄλλος, ἀνάξατα τί' ἐγένοντο: *Vicit sane neuter, sed erant muricti.* Scaliger allusum putat ad alterum eiusdem Theoc. εἰδ. 5.

Παύσασθε κέλομαι τὰν ποιμῆνα. τὶν δ' Κομάτα
Δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα:
Iubeo ouium pastorem desinere; tali verò Comata
Donat Morson agnam.

Potuit etiam Poëtæ versari ante oculos locus Aristophanis in Ranis, vbi Dionysius pares dimittit Æschylum & Euripidem, neque eos vult iudicare, ne in alterius inimicitiam incurrat, ac demū addit, τὸν μὲν γὰρ ἡγοῦμαι σοφὸν, τὸ δ' ἥδομαι: *Alterum sapientem puto, delector altero.* Vbi etiam ita ait, ἀνδρες σοφοὶ, κ' ἀγαθοὶ μὲν αὐτὼ ἀ κενὼ: *Viri sapientes, ego quidem ipsos non iudicabo.* Ad Virgilij & Græcorum imitationē Calpur. 2. Ecl. pares quoque pastores suos demittit:

Esse pares, & ob hoc concordes viuite; nam vos
Et decor, & cantus, & amor sociauit, & ætas.

Scaliger comparans cum Virgilio locum alterum Theocriti, quem iam adduxi, ita iudicat: *Prudentius Maro, qui indiscussam litem reliquit, quam Theocritus, qui Caprario palmam dat. Suspensus etiam num est auditor. Fortasse etiam multo melius dixisse videtur victus, quàm*

VVA. BHSC. BU 00239

victor. Non omittendum ex nostro dixisse Plin. lib. A 17. cap. 1. *Diligentiam insuperuacuis affectare, non nostrum est.*

2. COMPONERE LITES.] Ductum ex foro, in quo verbum *pono*, & composita frequentissima. Sic Græci à verbo πάσμαι, *pono*, dicunt θέσθαι, & ὑποθέσθαι, controuersias caussarum. Cic. θέσιν. Sic *opponere se lici*, id est, *suscipere* alienæ caussæ defensionem, quod Demosth. κρὸς ὑπόθεσιν, πεῖσαντες τὰ πράγματα. Vide Budæum Com.

Amor dulcis & amarus.

3. AMORES DVLCES ET AMAROS.] Vtrunque in amore multi coniunxere. Quid. 2. Art.

Este procul lites, & amare prælia linguæ,
Dulcibus est verbis mollia cedendus amor.

Sappho apud Hephestionem eum allusione ad apiculã: ἔρως γλυκίπικρον ἕρπετον: *Amor dulci-amarum aute.* Cum eadem Poeta quispiã inter fragmenta Petron.

—— mella propagas
Dulcia,
Et in miseros telum iacularis amoris.

Eurip. Hippol. ἐρᾶν μὲν ἡδὺν τῶν ἀπ' αὐτοῦ λόγων, ἀλγεῖν δ' ἅμα: *Amare suauissimum ò puer, idemque amarissimum.* Plutarch. 5. sympos. q. 7. voluptatem & cruciatum, qua amatores irretiuntur, quo dolent, vocat γλυκὺ πικρόν: *dulci-amarum*: & amorem ipsum γλυκίπικρον quoque Orpheus appellat. Plato in Timæo dixit: ἡδονὴ μὲν λύπου μεμιγμένον ἔρωτα: *voluptate & dolore mistum amorem*: Græcum epigrãma lib. 7. de amore, γλυκὺ, & πικρόν. Paul. Cistel.

Namque ecastor amor & melle est fœcundissimus.
Gustu dat dulce, amarum ad satietatem vsque aggerit.

Alij legunt, *aggerit*. Apul. 2. Asi. in re amoris: *Dulce, & amarum gustum carpis, cauc ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas.* Catul. de Venere: *Quæ dulcem curis miscet amariciem.* Notetur cum Eralmo Chil. 4. cent. 10. cap. 33. dici ab auctoribus, præsertim à Plauto, *amarum & dulce*, specie prouerbij pro re læta & tristi. Illius exemplis possis adiungere omnia, quæ attuli, neque enim vllo illorum vtitur. Sed & Hieron. qui Epist. 19. ad Eustochium: *Dulcibus amara socians sunt.*

Piam etymon.

4. PRATA.] Etymon vocis Plinius aperit lib. 8. B cap. 5. *Prata antiqui parata dixere.* Allusum ad cultum, & amœnitatem pratorum. Vlpianus tit. de verbor. significat. quòd paratum sit ad fructum capiendum.

Bibo de herbis.

5. BIBERVNT.] Amœnissimè, ita idem 4. Georg.

Irriguumque bibant violaria fontem.

Ouid. El. 9. lib. 1. de Ponto.

Et dare quas suiens iam bibat hortus aquas.

Tibul. lib. 2. El. 2.

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Plin. lib. 13. cap. 4. loquens de palma: *Gaudet & riguis, itoque anno bibere cum amet, &c.* Vidi in Græco C quopiam (auctor enim & locus excidit) πίνειν traductum ad rem herbaceam. Affine verbum *poto*. Virg. 4. Georg.

Poto de herbis.

Quoque modo potis gauderent imbra riuis.

Non abludit phrasis Silij lib. 15. *tela bibunt cruorem.* & lib. 17. *bibit tellus cruorem.*

FINIS ECLOGÆ TERTIÆ.

ECLO



UVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA QVARTA.

POLLIO.

ARGVMENTVM.

ASININVS POLLIO *ductor Germanici exercitus, cùm post captos Salonas, Dalmatiæ ciuitatem, primò triumphum duxisset, mox etiam Consulatum gessisset, eodem anno filium suscepit, quem à capta ciuitate Salonimum vocauit, cui nunc Virgilius genethliacon dicit, admiscetque interim & patris Pollionis, & Augusti Imperatoris laudes. Cuius rei occasione Poëta infert, quæ legerat scripta à Sibylla de aurei seculi felicitate, ad quam rem facit, quod se vidisse in Romano Codice Pierius dicit, nimirum pro lemmate huius Eclogæ scriptum esse,* seculi noui interpretatio, *& in Longobardico*, de interpretatione seculi noui. *Sed omnia huius Eclogæ* CHRISTO *Seruatori conueniunt, de quo tam mira Sibylla cecinit, cuius rei ignarus Poeta omnia transtulit ad Cunas, & natalitium Salonini. Adi Eusebium in vita Constantini, vbi plurima huius Eclogæ Græcè reddita, inuenies. Sunt qui seriò affirment, Poetam capiendum in toto hoc sermonis excursu tantùm de Augusto, vt eius incunabula celebrentur: nullatenus de Pollione, aut Salonino. Mihi non dubium, quin Virgilius respexerit ad tempora Augusti, quæ felicissima, tranquillissima confectis iam bellis: sed ita tamen, vt negari nequeant, quæ dicuntur de Salonino, vel eo versu,*

Téque adeò decus hoc æui, te consule inibit Pollio.

Neque video cur Poeta accusandus sit maiestatis, si seculi instaurationem alij, quàm Augusto tribuat. Potuit sanè, quæ Augusti essent, dare Salonino amoris & beneuolentiæ ergò.

[a] SICELIDES Musæ, [b] paulo maiora canamus,
Non omnes arbusta iuuant, humilésque myricæ,
[c] Si canimus syluas, syluæ sint consule dignæ,
[d] Vltima Cumæi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
[e] Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
[f] Tu modò nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina, [g] tuus iam regnat Apollo.

ARGVMENTVM.

Inuocat Musas Siciliæ, ait, adesse ætatem auream ex vaticinio Sibyllæ, proponit eas eius signa, sermonem conuertit ad Salonimum.

EXPLICATIO.

[a] INVOCAT Poëta Musas Sicelas, id est, Theocritias.

[b] Ideo *canamus* verbum heroicum, quia *paulo maiora*: sequitur ratio, cur nunc Musas inuocauerit, cur canat paulo maiora: quia videlicet, non omnes A delectantur arbustis, myricísque humillimis. Intelligit, vti ego credo, opus Georgicum, opus Bucolicum: primum signant arbusta, alterum myricæ.

[c] Sequitur excusatio cum respectu ad Pollionē. Quasi dicat: Roges Pollio, cur res tuas magnas atque eximias velim persequi hoc cursu syluestrium Eclogorum? sed memineris arborum & syluarum curam ad Consules quoque pertinere, atque adeò dignas te esse.

[d] Vide, qua magnitudine orationis incipiat? veniisse (inquit) extremam illam ætatem cantatam ab Sibyllæ Cumææ carmine: in qua ætate nascitur ordo quidam annorum eximius atque excellens. Sed

UVA. BHSC. BU 00239

quis hic ordo magnus seclorum? Audi.

[e] Hi duo versus explicant superiores duos: venit ætas vltima, nascitur ordo nouus: quia redit virgo, quæ terras reliquerat: redeunt secula aurea, quę floruerunt sub Saturno: redit progenies noua Heroũ, quos dicas lapsos è cœlo: adeò diuini, & penè vltra mortalem sortem. Non dubium, quin hic præsertim signet Cæsarem, & Cæsaris familiam: deinde magnos illos viros, qui vnà cum illo Principe. His omnibus magnam dat laudem, vt qui ipsi de nouo, & ab integro constituant aureum æuum iam per tot secula intermortuum.

[f] Conuertit se ad Dianam præsidem parturientium (quam Lucinam vocant) à qua petit, faueat parturienti matri, nascenti puero: & quo efficacius moueat, proponit Deæ, quæ sectum apportet nascẽs Saloninus, videlicet finem ætatis ferreę, initium aureæ. Sed elegãtiùs excogitauit Poëta, nominat enim *gentem*, non ætatem. Nam qui efficiunt æuum aureũ, nisi gẽs aurea? Ergo signat, immites, & acerbos mores desituros, incepturos mites & mansuetos sub Augusto Principe.

8 De vero Apolline capio, sed cum respectu ad Augustum, qui tunc regnabat, & Apollinem se dici volebat, & eius cultu sæpissime ornabatur.

A simum Poëtam respexisse morem veterũ, quo Consulibus syluarum quòque cura iniungebatur: quæ prouincia dicebatur minor, vt à maioribus distingueretur, quas dicebant consulares. Aduocat locum Sueton. interpretationem hanc eludit Turnebus; sed approbant Cæsar Scal. in Histor. cap. 4. & Pet. Victor. in comment. ad lib. 6. Polit. Arist. & Brod. lib. 1. c. 39. Quibus patronis licet discedere à Turn. Locus Suetonij, quo omnes nituntur, hic est: *Eadem ob causſam opera ꝓximis bus data est, vt prouincia futuris consulibus minimi negotij, id est, syluæ, calles que decernerentur.* Habentur in Iul. c. 19. Prius male legebatur, *colles*, correctionem debes Turn. qui mutauit *calles*. Sũt hæc itinera pecudum inter montes angusta & trita:

B sic dicta à callo pecudum, vt ait Isidorus. Vide Leuinum in Sueton.

5. CVMÆI CARMINIS.] De Sibylla Cumana adeunda, quæ dico in 6. Æn. Bene autem *carmine*, nam carmen ad vaticinia refertur, dictúmque à canendo; vel à Carmenta fatidica. De Sibyllis vide Lactan. Plin. Plutarch. à quo quiddam non vulgare traditur de Sera Num. Vind. Agellium, Macrob. Cic. Pausan. apud quem in Phocicis reperies quæpiam de ossibus Sibyllæ Cumææ: Clementem Alexand. 1. Strom. Vide etiam Ælian. lib. 12. var. Histor. cap. 55. Nouitios, qui de illis scripserũt, quid attexam? Carmen de vaticiniis.

6. MAGNVS AB INTEGRO SECLORVM NASCITVR ORDO.] Syncere Poëtam explicui. Neque enim aptè credo cõfugi potest ad annum illum, quem *mundanum* vocat Macrob. lege illum 2. Som. c. 11. & Ciceronem 2. Nat.

7. MAGNVS AB INTEGRO SECLORVM NASCITVR ORDO.] Hanc aurei seculi restaurationem sub Augusto cecinerunt multi ante Poëtam, post illum multi. Ergo, non dubium, quin imitatio tota petenda sit ex versibus Sybillinis, in quibus multa de aduentu Seruatoris Christi, quæ Poëta ad rem suam transtulit. Versus Sybillæ est: ἡ τότε δὴ Θεὸς ἤξει ὑπ' οὐρανὸν ἀστερόεντα: *Tum Deus è magno Regem demittet Olympo.* Ex eadem circumferuntur hi Latini:

Sed posſquam Roma Ægyptum reget, imperióque
Frænabit ſummi tunc ſumma potentia regni
Regis inexſtincti mortalibus exorietur.
Rex etenim ſanctus veniet, qui totius orbis
Omnia ſeculorum per tempora ſceptra tenebit.
Tunc que Latinorum non eluctabilis ira
Tęs Romam triſti fatorum flumine perdent.

Hos, & plures multo reperies lib. 2. Sibyllinorũ oraculorum ad extremum. Habentur libri isti tomo 8. Bibliothecæ sanct. Homerum quoque suis versibus nonnullos ex Sibylla Phrygia inseruisse Germanus admonet ex S. Augustino. Fatetur hoc ipsumet Sibylla lib. 3. inuenies pag. 26. tomi 8. Biblioth. Notat quoque Vrsinus: ab Arato ἐν φαινομ. quem hic secutus est Maro, illud iustitiæ datum, quod Hesiodus, ad cuius imitationem Aratus aspirauit, Nemesi, & Pudori dederat. Itaque Aratus Hesiodo, Virgilius Arato instituit. Hæc de iis, quos æmulari potuit Virg. iam de illis, qui ipsum æmulati sunt. Hi sunt Calpurnius 1. Ecl. Eusebius in vita Constantini. Sannazarus de partu Virginis. Isti clarè: subobscurè Horatius od. extr. Epod. Bernardinus Parthenius. Vide etiam Lactantium lib. 5. cap. 7.

8. AB INTEGRO. id est, de nouo. Teren. Heaut. *de integro*, dixit. Credo locutionem traductam à foro, in quo *integra causſa*, dicitur. Quæ hæc sit, sciunt omnes. Qui verò in foro sint *integri, vtentes, instaurantes*, lege apud Poller. lib. 4. Romani fori c. 6. Ab integro, vide.

9. IAM

NOTÆ.

C 1. SICELIDES.] Retinuit Græcam formam σικελίδαι. Sicut & Ouid.

Nunc mihi Sicelides blandiſſima carmina dictant.

Nam Latinè Sicilides diceret, vt Sicilia. Id factum, vt exiguitas literæ vitaretur, Pierius admonet. vt hic *Musæ Sicelides* cum respectu ad Theocritum: ita Ecl. 6. *Syracuſio verſu*. Monet autem Turn. loca illa, in quibus magni Poëtæ floruerunt, obtinuisse, vt inde Musæ euocarentur à posterioribus Poëtis. Et ideo Musas Pierides & Libethrides inuocari propter Orpheum, Heliconidas propter Hesiodum, Siculas propter Theocritum. Varro lib. 6. Ling. Lat. *Ab terreſtribus locis cognominatæ Libethrides, Pupleides, Pimpliades, Theſpiades, Heliconiades.* Vnde colligit Varro, Musas quoque Olympiadas, cùm illæ inuocantur, deduci quidem non à cœlo, sed à monte O-

D lympo. Itaque in his inuocationibus magna ratio habetur aut locorum, aut Poëtarum, qui in his locis floruerunt: non semper diuinitatis, vt credidit elusa gentilitas. Silius lib. 14. Siculam ex Theocrito & Hesiodo ita signat:

Hic Phœbo dignum, & Muſis venerabile vatum
Ora excellentum ſacras qui carmine ſyluæ,
Quique Syracuſia reſonant Heliconia camœna.

2. ARBVSTA, MYRICÆ.] Non prætereant oppositiones plenæ elegantiæ, quæ sunt hoc loco. Myricæ humiles opponũtur arbustis, quæ excelsa sunt. Ita etiam *vltima: naſcitur: deſinet: ſurget: aurea, ferrea.* Quæ sint arbusta, quæ myricæ, tum clarum est, tum à nobis credo explicatum, tum aliunde peti potest.

Myricæ, pro-nerbialiter. E Tantùm obserues, in Virgilio & aliis sumi myricas penè prouerbialiter ad signandam rem tenuem, & pretij exigui. Notat Basil. Hom. 6. Hex. signari hac arbuscula mores improbos atque ancipites ab Hieremia, nam myrica amphibion, prouenions videlicet ἐν τοῖς φιλυδροῖς χωρίοις ἀεὶ ὑφύεται, in locis aquosis, & in desertis.

3. IVVANT.] Verbum hoc pro *delectõ* ex vsu Latij. Horat. *Mulcos caſtra iuuant.*

Syluæ sub cura Cõsulum. 4. SI CANIMVS SYLVAS, SYLVÆ SINT CONSVLE DIGNÆ.] Perstrinxi iam sententiã, hic latinsculè. Vult Cœl. Rhod. lib. 26. lect. c. 5. scientiſ-

9. IAM REDIT ET VIRGO.] Nimirum iustitia, de qua Seneca in Octau.

Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum cruenta cæde pollutus manus
Astræa virgo sidera magnum decus.

Itaque non dubium, quin Poeta Astræam virginem intellexerit, cum Sibylla tamen, vnde ille accepit, Deiparam virginem. Est verò mens Poetæ, redisse virtutes in terram, vnde abierant: simili blandimento dictum à Symmacho in Epist. ad Theodosium & Arcadium: *Credimus iguur his remotis ad regnum suum redisse virtutes. In ædificiis parsimonia, in Senatu ordo retinebitur, nec se ostentabit opulentia semper bonis infirma temporibus.* Idipsum de se iactabat Iulianus Cæsar, quod Ammian. narrat lib. 25. Hist. redisse se imperante ad terras iustitiam, quam Aratus in cœlum abstulit. Hoc genere lenocinij vsus sæpe Claudian. nam res aurei seculi renouatas, multis attribuit. Stiliconi *mellis lacus, lactis flumina.* in 1. Paneg. & de Theodoro ait, terram lætari *reuerso numine.* Attingit eadem in laudibus Probi: *Mella ferani syluæ, iam prefluat ebrius amnis.* Demum multi hac blandiendi ratione Principes suos exornant.

Blandimenti genus.

Saturni regna, aad adagium.

10. SATVRNIA REGNA.] Pro magnis & felicissimis rebus prouerbialiter dictum. Philo de legatione ad Caium, ait, per initia principatus Caij tantam fuisse vbique rerum vbertatem, felicitatem, hilaritatem, securitatem, ὡς τὸν ὑπὸ Ποιητῶν ἀναγεγραμμένον χρονικὸν βίον μηκέτι νομίζειν εἶναι πλάσμα μύθου: *vt iam fidem minuisset descriptum in Poetarum fabulosis figmentis Saturnium seculum.*

11. IAM NOVA PROGENIES.] Nam ab renouato orbe nouæ hominesita de suo æuo Symmachus lib. 1. Epist. 7. *nouis fecula fata.* Quam instaurationem tribuit Gratiano.

12. COELO DEMITTITVR ALTO.] Sententiam Turn. explicat ex doctrina Stoicorum, qui putabant semina de cœlo cadere ad humani generis instaurationem, de qua re Cic. 1. Nat. *Semina Deorum decidisse de cœlo in terras putamus, & sic homines patrum similes exstitisse, vellem dicerent, Deorum cognationem, agnoscerem non inuitus.* Sed possis quoque putare allusisse Virg. ad formulam Latij penè prouerbialem, qua dicebant eximios homines, lapsos de cœlo. Cic. 1. Nat. *Tanquam modo ex Deorum concilio, & ex Epicuri intermundiis descendisset.* & ad Q. Fr. *E cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum.* & pro Pomp. *Pompeium omnes, sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur.* Ammian. lib. 22. loquens de Iuliano Imperat. *Effundebatur atas omnis, & sexus, tanquam demissum aliquem visura de cœlo.* Capitol. de pulcritudine Maximini iunioris: *Speciem illam vel diuinius lapsam.* Eadem pene forma inf. *Cara Deum soboles, magnum Iouis incrementum.* Apud Homerum Il. 6. Græci putant Hectorem ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι: *descendisse è cœlo.*

De cœlo cadere, quid.

13. FERREA.] Dicta hæc sunt cum respectu ad ætates, auream & ferream, vt omnino respiciant formas prouerbiales. Quæ præstantissima sunt, dicuntur aureæ, quæ deterrima, ferrea; ex vnius metalli præstantia, alterius duritie. De auro firmat Erasmus: omitto. De ferro hæc accipe. Hom. Il. 10. σοὶ δ' ἐνδοθὲν & ἔνδοθι θυμὸς: *tibi intus mens ferrea.* & 23. σιδήρεον μὲν & πυρὸς: *Ignis vis ferrea.* Eutropius Sardianus in vita Proæresij, ἀπαραίτητόν τινα, καὶ σιδήρεον ὑπεκλάβανον: *Iudicabant illum sine affectibus, ac ferreum.* Philo lib. de Abraham, σιδήρεα ψυχὴν, dixit *animum ferri.* Græci passim, χάλκεον ἦτορ, *cor æneum* esse, ita Calaber. lib. 3. χάλκεος & σιδήρεος esse, dixit prouerbialiter, & Synesius Epist. 101. τὸ δ' ἀτυχίας εὐδαιμονίαν ἀλλάξασθαι, χρύσεια χαλκείων ἐστί: *mutare enim felicitatem cum calamitate, est aurea cum æreis.* Eurylochus apud Homerum 12. Odyss. loquens cum Vlysse, vt indicet huius infelicitatem, ita aitὦ ἄνσ σοίχε σὺδήρεα πάντα πέπυκται: *Plane omnia tibi ferrea sunt.* Et de tyranno Dio Chrysost. orat. 6. χαλκᾶς σὺδηρᾶς. De voce Cerberi Hesiod. χαλκεόφωνος. vir, *vox ferrea.* Cic. in Pis. *ferreum os.* & ad Q. Fr. *Quem ego ferreas ac ferrens è complexu dimisi meo.* Theron. Epist. 47. *Etiam ferreas mentes libido domat.*

14. GENS AVREA.] Hæsit Hesiodo, qui ἐν ἔργ. σιδήρεον γὰρ & χάλκεον γένος μερόπων ἀνθρώπων. Huius quoque rei frequens mentio in oraculis Sibyllinis. in lib. 3. habentur hæc:

Tum demum surgens magni præclara Dei gens,
Qua duce mortales omnes bene viuere discent. iterum:
Tunc hominum tandem surget gens sacra piorum.

& adhuc tertiò:

Atque iterum magni florebit amata Dei gens
Diuitiis, auro atque argento, purpureoque
Ornatu, telluisque parens gaudebit, & aquor.

Ferrea, ideſt, deterrima.

15. FAVE.] Voci huic locum dat Brisſ. lib. 1. Form. inter eas, quibus precatio fiebat ad superos. Nam Tib. lib. 2. *Phœbe faue.* Ouid. 3. Fast. *Bacche faue vati.* & 6. *Vestra faue.* integra lege in illo.

Faueo, pertinet ad lucra.

16. LVCINA.] In nulla forte Dearum explicanda tot, tamque multiplices opiniones sunt. & quia alij de hac re parum distincte, ego quæ reperi ad quinque sententias referam distinctissimè. Prima ait, Deam hanc esse Iunonem. Indicat vetus forma parturientium *Iuno Lucina fer opem.* Arnob. 3. Auersi. Gen. *Puerperis Iuno præest.* Psyche apud Apul. lib. 6. in oratione ad Iunonem, de illa prædicat, solitam subuenire prægnantibus. Et subdit loquens cum illa: *quam cunctus oriens Zygiam venerotur, & omnis occidens Lucinam appellat.* Altera, esse Dianam. Inclinat hic Poeta, tum quia *castam* vocat, quod non cadit in Iunonem: tum, illata mentione Apollinis, quasi vna fratrem, sororémque contungat. Clarè Horat. Nam in hymno ad illam:

Lucina, quæ Dea.

Montium custos, nemorumque virgo
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimisque leto
Diua trisormis.

Plutar. αἴτιον præmisso nomine ἀρτέμιδ & , subdit, διὸ παῖς λοχείαις, καὶ ὠδῖσι αἱ γυναῖκες ἐπικαλοῦνται: *quam mulieres inuocant in puerperio, & partus doloribus.* Callimachus in hym. Dianam inducit loquentem cum Ioue, dicentémque, se nunquam montes relicturam, nisi cùm à parentibus inuocetur, quibus ea præest. Addit causſam, ὥσι μὲ καὶ τίκτουσα, ὃς πλησίον ἕρσεται Μάτηρ: *Quòd mater nunquam indoluerit, cum me peperit, cum gestauit in vtero.* Lege etiam Macr. 7. Sat. cap. vltimo. Tertia excludit & Iunonem, & Dianam. Hanc facile eliciet ex auctore hymni in Apollinem. Versus multi sunt, sententiam perstringam. Cùm Latona Dianam peperet, Lucina voluit illi subuenire, sed Lucinam continebat Iuno. Alia ergo Lucina ab Iunone, & Diana. Ex hac sententia capies facile illud Pausan. Attic. vbi meminit templi Lucinæ, cùm hæc ex Hyperboreis venit Delum, vt parturienti Latonæ opem ferret. Quarta proximæ opponitur, & omnia confundit: nam sunt, qui indistinctim putent esse idem Numen Iunonem, Dianam, Lucinam; tantùm diuersa nomina ab diuersa etymologia: ita vt eadem Diana dicatur iam Iuno ab iurandis genitricibus, iam Lucina ab danda luce infantibus. Huc trahi possunt verba Cic. 2. Nat. *vt apud Græcos Dianam, eandemque Luciferam, sic*

UVA. BHSC. BU 00239

apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo innocant. Et Catin Carmine ad Dianam:

Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis.

Quinta demum opinio Venerem facit Deam præsidem partuum, scribente Pausan. Bœot. Lycium Olen, qui antiquissimos Græcis fecit hymnos, cecinisse in hymno Lucinæ, hanc Deam matrem esse Cupidinis. Quæ hæc nisi Venus?

17. TVVS IAM REGNAT APOLLO.] Paucis perstrinxi sententiam. Hic scias mirum discrimen Interpretum. Alij verum capiunt Apollinem, qui A iam regnat, quia eius vaticinia comprobantur euentu ætatis aureæ, quam ipse futuram prædixerat Sibyllæ ore. Germanus Augustum capit, qui Apollo nominetur, nam princeps ille huius Dei cultu sæpissime visebatur. Et quidem Cæsares, Cæsonésque omnes Apollini Medicinæ Deo consecrati putabantur, ex quo *primus Cæsarum à cæso matris utero ductus* ait Plin. lib. 7. c. 9. Eadem mens Serv. qui ait: *Tangit Augustum, cuius simulacrum factum est cum Apollinibus cunctis insignibus.* Alij demum confugiunt ad ipsum Saloninum, cui dicatur genethliacon. Cæsares vnde dicti. Augusti simulacra.

[a] Téque adeò decus hoc æui, te Consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.
[b] Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
[c] Ille Deum vitam accipiet, Diuísque videbit
Permistos Heroas, & ipse videbitur illis,
[d] Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.

ARGVMENTVM.

Præcedunt quæpiam illo adhuc latente in vtero cum præsagio ad futuræ admiscetur sermo de patre Pollione.

EXPLICATIO.

[a] OPollio. Saloninus tuus, qui verè æui aurei instaurati decus, te Consule nascetur tibi, vitámque inibit: ac tam felicis vitæ exorsu procedent menses, magni verè, atque eximij: quos nullius vita potuisset dare maiores, feliciores, fausti ores.

[b] Si quæ verò restiterint reliquiæ bellorum ciuilium, in quę nos per summum scelus incurrimus, tuo ductu, atque auspiciis conterentur: quicquid est formidandum, irritum erit, te copias ductante.

[c] Viuet tuus natus, vt Dij olim vixerunt, viuet Deorum vitam: Deos videbit, a Diis videbitur: cernet vna quoque Heroas magnos, qui omnes coniuncti æuum aureum agitabunt.

[d] Ac demum in possessionem orbis aduenient, quem reget, postquam tu orbem pacaueris Imperatoriis virtutibus.

NOTÆ.

1. ADEO.] Elegantissimè redundat, vt plurimæ dictiones apud Græcos, quæ tantum addunturcaussa ornamenti. Sed ita tamen in Poeta redundat, vt signet consecutionem rei vlterius procedentis.

Decus, adag. 2. DECVS ÆVI.] Hic affectus Latinis in vsu. Sic de Daphnide: *Tu decus omne tuis.* Sappho Phaoni, *O decus, atque æui gloria magna tui.* Cicer. 2. Philip. *Pompeium, qui imperij, populique Romani decus, ac lumen fuit.* Symmachus Epist. 10. lib. 7. ad filium, *decus meũ.* Ammian. lib. 30. *Demosthenes perpetuum Græciæ decus.* Pari blandimento Græci, nam de suo Hectore Andromacha apud Q. Calab. 1.

Καί μοι ἐὼν μέγα κῦδ' ἐν ἀνηβήτοις πολίτεσσιν
Ζωὸς ἐὼν·

Erat mihi decus, & diuinis meis parentibus cum viueret. Theocrit. in Epitaph. Bion. τὸ σᾶμα κλέος: *Sami decus.* Nazian. Orat. 32. χαῖρέ μοι ὦ Τειὰς, τὸ ἐμὸν μελέτημα, καὶ καλλώπισμα: *Salue Tritula meditatio mea, &* B *decus meum.* Et in Epist. ad Sophronium, τὸ ἡμέτερον σεμνολόγημα: *decus nostrum.*

3. MAGNI MENSES.] Non placet explicatio Serv. de mensibus, Iulio & Augusto: neque Turnebi lib. 16. Adu. c. 13. Lege illum. Quæ enim dicunt, præsertim quæ Turn. nihil habent peculiare ad commendationem ætatis aureæ. Vti ego Poetam explicui, explicat Alciat. lib. 8. Parerg. cap. 8. Adi. Te etiam obiter remitto ad opusculum Franc. Robortelli de appellationibus mensium ex nominibus Imperatorum. Magni menses, qui.

4. SCELERIS VESTIGIA.] Hæc verba, & quæ paucis interiectis, sequuntur, *Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis*, videntur mihi prolata à Sibylla cum aperto vaticinio peccati originis, quod hæret in mortalibus ante expiationem Baptismi. Nam, C quæ sunt alia vestigia sceleris, quàm contracti à primis parentibus in loco voluptatis? quæ ea prisca fraus, nisi techna serpentis inuasoris? Poeta tamen huius rei inscius, Sibyllæ vaticinium accepit de renouatione aurei seculi facta sub Augusto, & per vestigia sceleris intellexit reliquias belli ciuilis. Et quidem hoc pertinere ad Christum, qui deleturus esset vestigia antiqui sceleris, clarum ex August. c. 27. lib. 10. de Ciuit. vbi versum Virgilij de Redemtore accipit. Peccatum originale.

5. SOLVENT FORMIDINE TERRAS.] Eadem phrasi ex Nota Germ. Eurip. λύειν, καὶ ἀπολύειν φόβε. Et Propert. *Solue metu patriam.* Vt Latinorum venustatem capias, & verbi huius vsum, attribues illud rebus omnibus, quæ econtrario vim habent contrahendi, alligandi, constringendi. Ergo *soluere* as alienum, *naues*, *beneficia.* quia alienum æs contrahitur, naues alligantur, beneficia constringunt. Simillima sunt hæc Græcorum, λύειν ἐγκλήματα, ἁμαρτίαν, κακότητα, *soluere crimen, peccatum, miseriam.* Quia hæc omnia animum contrahunt. Sic calor hominem soluit, quia frigus contrahit. item λύειν ὀπτοὺς ἀεὶ, καὶ γεγυμασμένους, quibus adstrictio conuenit. Nec non somnum λυσιμελῆ vocarunt Homerus, Apollonius. Orpheus, *soluentem membra*, nam curæ, & vigiliæ animos contrahunt. Soluo, quid proprie.

6. ILLE DEVM VITAM ACCIPIET.] De Salonino capiunt Turn. & Germ. nam illius natales ceciderunt in principium aurei seculi, in quo homines viuebant Deorum vitam, scribente Hes. ἐν ἔργ. lib. 1. ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες:

UVA. BHSC. BU 00239

τας: Vt Dijs viuebant sicuro animo prediti.

Videre Deos, nota aurei seculi.

7. DIVISQVE VIDEBIT PERMISTOS HEROAS.] Hac verborum ambage intelligit renouandum aureum seculum, in quo Dij cum hominibus conuiuebant, & se passim illis dabant conspectandos. Faciunt versus Catul. de Nupt.

Præsentes namque ante domos inuisere castas
Sapius, & sese mortali ostendere cœtu
Cœlicolæ nondum spreta pietate solebant.
Sæpe Pater Diuum templo infulgente reuisens,
Annua dum festis venissem sacra diebus
Conspexit terra centum procurrere curus.

Loquitur plura in hanc sententiam. Attingit Papin. 3. Sylu. vbi loquens cum Pietate Deorum:

Qualis adhuc præsens, nullâsque expulsa nocentum
Fraude rudes populos, atque aurea regna colebas.

Ouid. 1. Fast. *Tunc ego regnabam, patiens cum terra Deorum*
Esset, & humanis Numina mista locis.

Eodem pertinet historia Dionys. Hal. lib. 6. Antiq. vbi narrat, Dictatori Posthumio, & Romanis cetteris in acie pugnantibus contra Latinos apparuisse Pollucem, & Castorem, qui hostes prosternebant. Quam Deorum præsentiam scriptor refert ad probos illius æui mores. Signatiora sunt: *Quibus ex rebus, prater multas alias, ea quæ magnas conuincere est, gratam cari essent Dijs illius seculi homines.* Tu de hac historia vide Val. Max. c. 9. lib. 1. Plutarchum in vitis, Ouidium in Fastis, Lactantium c. 8. lib. 2. Ciceronem 2. Nat. Latinum pacatum in Paneg. atque etiã Minutium. Ad eandem Deorum humanitatem refert Delrius illud Sen. Med.

Ad regum thalamis Numine prospero,
Qui cœlum superi, quique regunt fretum
Adsint cum populis rite fauentibus.

Et ego Arnob. lib. 7. vbi ex doctrina gentium, quam impugnat, ait, *Deos ad hominum curam, fa-*

A *miliaritatemque reuocatos.* Impugnans (inquam) errorem, nam ista, vt fabulosa narrat Philo περὶ εὐσεβ. τῶν verbis istis: πλανᾶται μὲν οὖν ἀληθῶς λέγω, ὅτι τὸ θεῖον ἀνθρώποις εἰκάζοντες ἀλλοδαπεῖς, ξένοις τὰ πόλεις ἐγκυκλοῦντας καὶ πανηγύρεις ἀγείροντας. Et decantatum prisorum fabulis. *Numen humana specie ciuitates ob reverendum quid inter homines fieret contra ius, & fas.* Homerus 7. Odyss. Deos mortalibus, solitos apparere scribit sacrificij tempore. Locus in promtu est.

8. ATQVE IPSE VIDEBITVR ILLIS.] Perfectam indicari Apotheosin Germ. recte admonet, vt videat Deos, aliisque videatur, iuxta illud Dion. Calig. *Vos Dij videre potestis vos inter vos.* Porrò non assentior eidem Germ. qui hanc Apotheosin ad Augustum refert, nam quantum res ipsa, & versus permittant, de Saloninо accipienda omnia. Addo

B Turnebum, qui à me. Neque video, cur Maro accusandus sit maiestatis, vt ait Brocens. si viuente Augusto, non illi, sed alij hanc dignitatem attribuat, Quam multa sunt in Poetis simillima? quis enim vetat dedisse hoc vatem amori suo erga Pollionem? Quod est ius amicitiæ, nisi hoc est.

9. PATRIIS VIRTVTIBVS.] Non hoc frustra. Hesiod. enim *ὑπ ἐρ.* inter felicitates æui aurei infert etiam similitudinem prolis ad parentes, quia nimirum tunc abest suspicio adulterij. Inde Horat. 4. Carm. Od. 5. Aureæ ætatis felicitas.

Nullis pollutur casta domus stupris,
Laudantur simili prole puerpera.

Martial. *Est tibi, qua patris signetur imagine vultus,*
Tristis materna nata pudicitia.

C Catullian. *sit suo similis patri Manlio.* Stat. 1. Syluæ.

—— nullum de patre decoris,
Plus de mane capis.

Ergo, quod alij de corpore, Poeta commodissimè transfert ad virtutes animi, quibus Salonius erat similis patri: hæc enim potior similitudo.

[a] At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaque ridenti Colocasia fundet acantho.
[b] Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones.
[c] Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
[d] Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet, Assyrium vulgo nascetur amomum.

ARGVMENTVM.

Canitur eius puericia cum notis vitæ aureæ, quæ sequuntur eam ætatem.

EXPLICATIO.

[a] O Salonine tellus in gratiam tui fundit omnigenam florum varietatem, hederas, baccar, colocasia, acanthum.

[b] Capellæ in gratissimis pascuis versabuntur; hoc indicabit lactis copia, quo plenæ domum redibunt: quæ verò armenta in agris resistent, tuta erunt ab magnorum leonum incursu.

[c] Ipsamet incunabula in gratiam tui blandissimis floribus pullulabunt.

[d] Quin hoc cauebit tellus, vt non solùm producat, quæ gratissima; sed enecet quæ mortifera: ni-

D hil enim noxium sinet reuirescere. Tuti erunt flores ab angue latente in virente gramine, herbæ omnes salutares erunt, nulla legentem fallet, nulla cum veneno. Sed & pro omni fallaci herba amomum illud, quod olim in Assyria pretiosum, vbique terrarum nascetur.

Expende leuiter (nam hoc pertinet ad explicationem) versus Poetæ. Cùm hic canteretur huius infantuli genethliacon, plurima hic infantilia inuenies ex magno iudicio. Nimirum *munuscula*, cum diminutione *Baccar* depellendo fascino, cui imprimis subiecti infantes. *Risus*, quo maximè ea ætas allicitur. *Lac*, quid aptius ad infantem *vbera*, quæ blandissimè tractant pueri. *Cunabula*, & *flores blandos*, vbi Seru. *iucundos, vt puero*. Reliqua ipse obseruabis. Deinde signate expende primum versum: *prima munuscula*, quia primitiæ semper gratiores, sed addit *nulla cultu*, quia hæc non solùm grata, sed supra naturam. Ac si dicat: Tellus nullis laboribus vexata, nullis ligonibus

E

VVA. BHSC. BU 00239

gonibus lacerata, sponte sua effundet omnia. quæ A requiris ò puer in gratiam tui miracula maiora? Possem omnia expendere simili modo, sed multa relinquenda diligentiæ lectoris.

Notæ.

1. PRIMA MVNVSCVLA.] Cùm hîc dicat fructus terræ offerendos Salonino alluſit ad vaticinium. Sibylla enim prius dixerat de Christo seruatore: *Hoc puero nato proper auit gaudia tellus, Cœlestis ruſit ſedes, & geſtiet orbis.* Lege plura tomo 8. Biblioth. pag. 61. vbi aperta Vaticinia Christi. Pertinent verò ista ad apotheosin Salonini, nam Diis primitiæ offerebantur. Plin. lib. 4. c. 12. ad finem, scribit Hyperboreos solitos frugum primitias mittere Apollini B Delio, quas primitias ferebant Virgines, & lib. 18. c. 2. *Ac ne de guſtabant quidem nouas fruges, aut vina ante, quàm Sacerdotes primitias libaſſent.* Ergo ait: Suas primitias ô Salonine tibi tellus offert, vt Deo. Mori offerendi primitias Diis adnectes, eundem seruatum in bello, nam Xenophon lib. 7. παι. ἐπεὶ δ' ταῦτα ἐπήγγειλτο, πρῶτον μὲν τὰς μαγικὰς καλέσαι, ὡς θυσομένου τοῦ πόλεως ὅσης, ἀκροβολίω τοῖς θεοῖς, καὶ τιμένη ἐκέλευον ἕξειν: *Vbi autem hæc gesta sunt, vocatis primum Magis, iussit, vti ex vrbe bello capta primitias Diis, & templa eligerent.* Primitiæ Deorum.

2. ERRANTES HEDERAS.] Epithetum ita variat. *Vagantes* ex Seruio, *ſequaces*, & *lambentes* ex Persio in Prol. *flexibiles* ex Ouid. 10. Met. *Vos quoque flexibiles hederæ venitis.* Sed fortasse in Ouid. legendum *flexipedes*, nam cùm dicat *venire*, commodum est, vt det pedes. Præfertim cùm dicat Seru. hederas olim dictas *flexipeas* ab antiquis Lyricis. In lib. 6. Epig. κισσὸν πολυπλανῆ. Vult Seru. indicari hîc Poetam fore Salonînum, iuxta illud 7. Ecl. *Paſtores hedera crescentem ornate Poetam.*

Baccar contra fascinũ. 3. BACCARE.] Acutè hoc Maro. Indicatur enim Salonînus esse pulcerrimus, cui baccar datur depellendo fascino idoneum. Itaque tacitè, dum puero baccar quærit, pulcritudinem signat. Nam ipse in 7. Ecl.

— baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Sic ferme Seru. Baccar aliqui appellant nardum rusticum, sed horum errorem corrigendũ censet Plin. lib. 21. c. 16. Est certè herba odorata, & coronaria, cuius radix odoris fragrãtia refert cinamomum, ideóque olim vnguentis expetita. Vide Dioscoridem, Plinium, alios. Sunt qui in recto dicant *baccaris*, vt Plin. lib. 12. c. 12. Hesychius, & Græci omnes βάκκαρ. id verius. nã qui *baccar*, pauci, neque classici. Obserues etiam in orthographia dici non solùm βάκκαρ. sed etiam βάκχαρ, inde aliqui in Latinis, *bacchar.*

Rideo, de agris. 4. RIDENTI.] Pulcerrima metaphora, & schema. Lusere Græci, & Latini. Homer. Il. 19. γελάσσε χθὼν: *risit tellus.* Oppian. 1. Hal. ἔαρ & ὅσα γελάσσων: *Veris horæ riserint.* & 1. Epigram. μείδησε ἔαρ & ὥρη ρισε *veris hora.* Pergo ad Latinos. Petron. *Albaque de viridi riserunt lilia prato.* Horat. 2. Od. 6.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet.

Claud. 1. Ruf. *Ridebunt virides gemmis naſcentibus algæ.* Maximianus apud Delr. in Oet. Sen. *Veris honos tepidi flores, vere omnia rident.* Martial. lib. 10. Epig. 51. *Rider ager.*

Colocasia. 5. COLOCASIA.] Colocasium inflexit Maro, alij *colocasia*, & per primam. Est hæc faba Ægyptia. Theophrasti descriptionem omitto, quia longiuscula. Eam tu quoque in Athen. reperies lib. 3. Breuiora aliquantulum sunt Pliniana hæc lib. 21. cap. 15. *In Ægypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc e Nilo metuntque grandem, cum coctus eſt, araneoſo in mandendo, hyoſyſ autem, qui inter folia emicat, ſpectabilioris latiſſimis*, vide reliqua. Nonnihil differt à Plinio Theophrastus. Dioscoridi tamen colocasia non est integra planta, sed eius tantùm radix, sicuti neque Athenæo, cuius hæc sunt, ὧν τὰ κυάμια τὰ αἰγυπτία ῥίζαι, ἅπερ λέγεται κολοκάσιον, εὐστόμαχόν τε ἐστι, καὶ ἡδύσμα. *Fabæ Ægyptiæ radices, quæ dicitur colocasium, & ſtomacho apta eſt, & nutritiom.* Posteriorem hanc sententiam Germ. sequitur. Sed placet rimari, quam ob rem Poeta in Salonini genethliaco colocasias inserat? Vt colligi ex Seruio Danielis potest, ideo hîc mentio est illata colocasiæ, quòd ea in Augusti honorem creuerit, nam posſ deuictam ab eo Ægyptum hæc herba tum primùm Romæ innotuit. Mihi placet, coniunctam illam cum hederis, baccare, acantho fuisse, tanquam vnam è coronariis herbis. Auctor mihi Nicander in Georgicis apud Athen. lib. 3.

Καὶ κυάμου ἀνείρει αἰγύπτιον, σόφα θυρίοισι
Ἄνθεσι μὲν στεφάνας ἀγύης.

Leguntur versus hi corrupti apud Athen. sequutus sum lectionem Had. Iunij, & Dalecam. Illos ita vertit Natal.

Nyliacas ſerito inde fabæ cet tempore flores
Colligere hinc ſertis valeas:

Ergo, coronando puero tellus fundet colocasiã. Hæc non solùm ad vsum coronarum fuere, quod iam explicui, sed vasorum. Plin. lib. 21. c. 15. *Adeóque Nili ſus dotibus gaudent, vt implexis Colocaſiæ foliis in variam ſpeciem vaſorum, potare gratiſſimum habeant.* Id genus poculi *ciborium* nuncupant scriptores. Meminit Horat. 2. Car. C Ciborium, quid.

6. ACANTHO.] De hac herba alibi.

7. IPSÆ.] Vox *ipſe* hoc loco non habet vulgarem significationem, quod rectè Nannius, & Germ. sed quàm αὐτὸς apud Græcos: ita vt *ipſe capella* sint, αὐτόματοι, καὶ ἀπὸ ταυλῆς. Quibus Græcis vocibus respondet Latina hæc Seruij commentatio, *Magna latet in hoc eſt, quod ait, ipſæ referent, id eſt, ſua ſponte.* Sic (ait Germ.) capiendus Tibul. *Atque aliquis voti compos libet ipſe ferebat*, hoc est, αὐτο φέρεσθαι, αὐτόχειρι, αὐτουργῷ. Sic 1. Æn. *Ipſa ſuis manibus Dido fuerat.* Sic illud de cetuo manſueto 7. Æn. *Ipſe domum, ſera quamuis ſe nocte, ferebat.*

D 8. DISTENTA.] id est, plena, & turgentia. Lo- Distendo. cutione hac delectati Latini. Lucret.

— lacteus humor
Vberibus manat diſtentis.

Horat. 2. Ep. *diſtenta ſiccet vbera.* & 16. *referatque tenta grex amicus vbera.* & lib. 1. Sat. 1. *Quidque aliena capella gerat diſtentius vber.* Vir. in Mel. *diſtentas lacte capellas.* & in Moeti: *diſtentent vbera vaccæ.* Lucilius lib. 23. *diſtenio corpore*, de corpore cibis pleno, & illuuiem parante ex ventre. Enn. *diſtentum corpus.* Vidi etiam hanc locutionem in Cas. Plauti, in Apoth. Prudentij, in Apuleio 2. As. in S. Hieron. Epist. 22. & 44. in Ammiano. lib. 21. in aliis. Græcè ita extulit E Ælian. lib. 13. Var. Hist. c. 1. σφιγγόντων τῶν μαζῶν, καὶ ἐμπιπλαμένων ὑπὸ τῦ γάλακτος: *turgentibus, & granatis vberibus pre lacte.*

9. NEC MAGNOS METVENT ARMENTA LEO- Aureæ ætatis NES.] Eadem Sibylla sic cecinerat apud Lactant. felicitates. lib. 7. cap. 24.

Οὐδὲ λύκοι σὺν ἄρνασ' ἐν ἤθεσιν ἀμιλλώνται,
Κόρτον παῤ λύγκες σ' ἰρίφοισιν ἅμα βόσκονται,
Ἄρτοι σὺν μόχλοισιν ὁμῶς πᾶσι φόβοισι.
Σαρκοβόρ τε λέων φάγεται ἄχυρον πως φάτναις:
Nec lupi cum agnis in montibus dimicabunt,
Hæ bam

VVA. BHSC. BU 00239

Herbámque lynces pariter cum hœdis pascentur,
Vtsi cum vitulis simul, omnibusque animalibus.
Carnivorus leo comedet paleas ad præsepia.

Poetæ tamen satis fuit ad hanc felicitatem explicandam regem animalium inducere mitem, ac mansuetum. Et Lactantius ipse suis verbis: *quieta, & placida erunt omnia: leones, & vituli ad præsepe simul stabunt, lupus ouem non rapiet, canis non venabitur, accipitres & aquilæ non nocebunt, infans cum serpentibus ludet.* Versus Græcos, quos iam dedi, inuenies Latinè redditos pag. 33. tomi 8. Biblioth. Calpurn. 4. Eclog. in cuiusdam Apotheosi locum hunc tractat, assumtis aliis felicitatibus:

Iam neque damnatos metuit iactare ligones
Fossor: & inuento si fors dedit, vrtitur auro.

Tu reliqua. Virg. in Apotheosi Daphnidis, *Nec lupus insidias pecori, &c.* Paria sunt illa Senecæ in Oct.

Iuxtaque impauidum pecus
Sedit Marmaricus leo.
Nec damæ trepidant lupos.

Et illa Claudian. in Prol. lib. 2. Rap.

Securum blandis leporem fouere molossi,
Vicinumque lupo prebuit agna latus.
Concordes variæ ludunt cum tigride damæ,
Massylam cerui non timuere iubam.

10. IPSA TIBI BLANDOS FVNDENT CVNABVLA FLORES.] Similes blanditiæ dicuntur Anthemio Augusto ab Sidon. Apol. in Paneg. Adiungam illustrando Virgilio:

Te nascente ferunt exorto flumina melle
Dulcatis cunctata vadis, oleique liquores
Isse per attonitos, bacca pendente, trapetas.
Protulit vndantem segetem sine semine campus,
Et sine se natis inuidit pampinus vuis.
Hibernæ rubuere rosæ, spretoque rigore
Lilia permistis insultauere pruinis.
Tale puerperium quoties Lucina resoluit,
Mos elementorum cedit, regnique futuri
Fit rerum nouitate fides: venisse beatos
Sic loquitur Natura Deos. Et Serenæ ab Claudiano his versibus:

Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
Diuitiis vndasse Tagum, Cilleca riset
Floribus, & roscis formosius Dunia ripis,
Vellere purpureo passim mutauit oule.
Cantaber Oceanus vicino litore gemmas
Exspuit, &c.

Virgilij Cunæ religione insignes.

Vult Donatus, quod Nannio placet, & Germ. Virgilium hoc loco alluisse ad suas ipsius cunas insignes religione virgæ populeæ, quæ ipso natinitatis Maronis die depacta, & mandata terræ, ita coaluit ac se sustulit, vt modico tempore æquarit cacumina altissimarum pinuum: ac demum puerperarum votis Virgilio consecrata, nobilissima arbor euaserit. Non negem admitti hoc posse, sed ego simplicius caperem, vt dicat Maro, nascituros flores vbicunque sint cunæ, qui affectus creberrimus Poetis in re simili. Sæpe enim dicunt, flores ad alicuius pedes suboriri. Ita in 7. Ecl. *Phyllidis adæmus nostræ nemus omne virebit.* Adi eum locum.

11. OCCIDET ET SERPENS.] Dixerat hoc Sibylla cum aperto vaticinio aduentus Christi, Virgilius ad Cunas Salonini transtulit, Sannazarus 3. Part. proprie accepit:

Occidet & serpens, miseros quæ prima parentes
Eluit, portentificis imbuta venenis.

12. FALLAX HERBA VENENI.] Plin. lib. 20. cap. 11. ait, nasci in Sardinia apiastrum, quod venenatũ omnino est. De hac herba vult Seruius (quam ipse Sardonicam, alij Sardoniam vocant) debere Poetam accipi, nam cùm apiastro sit simillima, sit vt facile legentes fallat. Eandem Apul. *scelerata*m nominat, obseruante Iunio Latinis *ranunculus*, & *strumea* dicitur, à medendis strumis. Vide Iun. Nomen. Dalecamp. in Plin. & me 7. Ecl. Vrsinus *aconitum* capit sic scribens in hunc locum: *Videtur, hanc herbam, quam intelligat, indicasse: cum lib. 2. Georg. dixit: Nec miseros fallent aconita legentes.* Idipsum Seruius indicat. Vt significes incidisse te in herbam mortiferam, dices herbam *fallacem*. Sed & constructio Græcorum est, ait Bud. apud quos adiectiua omnia habent genitiuum. Latinè dicas, herba fallaci veneno. ita Hom. dixit 22. Il. κλόπα & μύθων: *fallax verborum.*

Apiastrum.

Scelerata herba.

Ranunculus.

Strumea.

13. OCCIDIT.] Sæpissimè Poetæ, & scriptores transferunt ad rem herbariam, fruticum, arborum verba, quæ mortẽ significant. Alibi exorno, & vario.

14. AMOMVM.] Scaligero placet amomum esse propriè, quam vocant Hierosolymitanam herbam: Gesnero, piper hortense. Vuarum amomi sæpe Galenus meminit, & Plin. semel lib. 12. c. 13. Cùm ait *Assyrium*, excludit Ægyptium, & alia, quæ non in tanto honore. Amomi celebre vnguentum fuit, quod item dictum amomum. Huius duplex vsus. Ea mortui vngebantur. Pers. *Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.* Et viuorum Comæ. Sid. *Indus odorifero crinem madefactus amomo.* An Indi solum. Nequaquam. Græcis dat Sen. vbi Thyestem sic inducit loquentem, *Pingui madidus crinis amomo.* Romanis Ouid. *Spissaque de nitidis tergit amoma comis.*

Amomum.

Amomi vnguenti vsus duplex.

[a] At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit, poteris cognoscere virtus,
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus vua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
[b] Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
[c] Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella:
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

D

ARGVMENTVM.

Adolescentia cum incremento eiusdem vitæ aureæ.

EXPLICATIO.

[a] QVINQVE primi versus hanc habent sententiam. vbi post pueritiam attigeris iuuentutem,

UVA. BHSC. BU 00239

uentutem, in qua possis bonis studiis operam dare, A
poesi, historiæ, philosophiæ, (hæc explicatio non latuit Seruium, qui per *heroum laudes*, poëtin intelligit: per *facta parentis*, historiam: per verba illa, & *quæ sit poteris cognoscere virtus*, philosophiam moralem) tunc vna tecum tellus maiora dabit incrementa, non munuscula, non flores blandos; sed segetes, vuas, mella.

[b] Ita in adolescentia tua renouabitur ætas aurea, vt tamen superstint vestigia fraudis illius, & malitiæ, quæ erant in ætate ferrea: sed præsertim tribus in rebus, videlicet in nauigatione, militia, agricultura. Atqueadeo mare tentandum est nauibus, vt merces necessariæ ad humanum vsum hinc inde transmittantur: oppida cingenda sunt mutis, ne externa vis occupet: arada est tellus, vt victus suppetat. B

[c] Adiungit causas. Tentabitur mare, quia erit nouus Tiphys, noua Argo, in qua noui etiam, & delecti heroes: cingentur muris oppida, qua nouus Achilles ad Troiam mittetur: aranda est tellus, quia erunt bella altera. Dices: Non capio hoc extremum. Audi: Nihil magis cõtrarium est agriculturæ, quàm bellum, cuius etiam metu, & opinione agri deseruntur. Ergo, vt sustineantur bella imminentia, necesse est frumenta priùs sint in horreis. Sic Poetam explicui, nam mihi non possum persuadere, nihil respondere illi parti de tellure arandanon enim sic esse solet obliuiosus Maro.

Notæ.

Literarum studium vtile adolescentibus.

1. At.] Explicationem Seruij, quam adduxi, de studiis Salonini, sequetur locus hic communis, (& quidem à communibus locis semper vsui abstinere, sed me vrgent aliqui.) Nihil magis necessarium adolescentibus, quàm studium literarum. Lege Plutar. in opere de instituendis Liberis, vbi disciplinam necessariam esse iuuentuti comparatione canum peregregia ostendit. Lege Apul. 1. Flor. de studiis adolescentium apud Indos, & videbis æui nostri dedecus, si cum barbaris conferas. Plutarch. τοὺς τῶν ἀκόνων ait, doctrinam afferre adolescentibus μεγάλην σφῆκαν: magnam virilitatem. Inter Elogia literarum, illud est magnum à Tullio datum pro Archia: *studia adolescentiam alunt*. Achilles apud Eurip. in Aul. gloriatur se à Chirone enutritum in iuuentute, à quo didicerit habere ἦθος τροπὰς ἁπλᾶς: *mores simplices*. Inde Opp. lib. 5. Hal. Pædagogos vocat

——— Ἐπιστάτας
Αἰδοῦς, περσαίδων τε, νόων τ' ὀπιμπνείοντας:
Episcopos in spe, & verecundia, pectoriisque ac mentis moderatores. Lege Orationem 49. Dionis Chrysost. vbi de adolescentia Philippi, Alexandri, Epaminõdæ; qui traditi sunt eruiendi Pelopidæ, Aristoteli, Lysidæ. Plato in Theage aliquid ad hanc rem, vbi etiam ait, institutionem literariam esse filiorum nobilium. Attingit etiam in Menone, loquens de filiis Thucydidis Melesiæ, atque Stephano, qui dati sunt formandi præceptoribus Xanthiæ, & Euodoro. Sed multis argumentum hoc persequitur lib. 6. Legum, Theodosius Imperator apud Claudian. de 4. Cons. Hon. hoc in primis commendat filio Honorio:

Increra Musis animus dum mollior instet,
Et qua mox mittere queas: nec desinat vnquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.

Quæres, cur tantopere adolescentibus necessariæ literæ: Imò cur non necessariæ? Audi Vopiscum in Probo: *Apparet neminem vnquam peruenisse ad virtutem summam iam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid insitum assignas-*

set. Paria ferme scribit Plato lib. 9. Polit. loquens de illo, qui prima ætate assueuit ad tyrannidem: postea enim crumpit voluptatum examen confertissimũ, & robustissimi satellites vitiorum. Præterea, ruit hæc ætas impotens in vitia, hac exercitatione coërcenda. Op. 3. Hal. τοῦ ἀνίου χαλεπὸν ἀκεσθῆναι: *Iuuenes vel iracundiores impotentes pubertatis*. Sed parum est *relaxat*. Quid tu Plato, cuius dicta aurea? Tur. 7. Leg. ita, Ὁ παῖς παῖζων ὅτιοῦν ἐν ἁπλῷ τρόπῳ γενόμενος παύσεται: *puer omnia ludicra intractabilia*. Ideo Xenocrates apud Plutarch. vbi sup. dicebat, Amphotidas (sunt hæc tegumenta aurium, quibus athletæ vtebantur) pueris potius, quam athletis necessarias, ὡς ἐκείνων μὲν τὰ ὦτα ταῖς πληγαῖς, τούτων δὲ ταῖς λόγοις τὴν ὀδὴν διαφθειρομένων: *quod illorum aures ictibus, horum mores sermonibus pueriles amittant*. Ergo his furoribus, quibus intractabiles; his sermonibus quibus decipiuntur, quid magis ex directo opponas, quàm rectam auditionem? Inde hoc studium formandi pueros veteribus maximum fuit: sed & cum magna laude versati sunt in formandis quoque virginibus. quod obseruauit Guilielm. Forn. in Notis ad Cassiod. ex Liuio in historia de Virginia. Plin. lib. 1. Epist. 17. Athen. lib. 13. Luciano de Mercede conductis, Plutarcho de Instit. Liberorum. B

2. Simvl.] Latini sic loquuntur, pro, *simulatque*, Itaque, *simul cognouerit*, est, simulatque cognouerit. In hac elegantia plurimus inprimis est Horat. quod copiose obseruauit Lamb. Simul, pro, simul atque.

3. Molli.] id est, matura, & coacta. ergo cum imitatione Virg. dices, *vna mollia omnium molle*, ad signandam maturitatem. C Mollis, id est, maturus.

4. Flavesc et.] Elegans locutio ad signandam maturitatem segetum in agris: tunc enim illæ maturæ cum adest flauor. Locutio Anacreontis perbella est, τὰ βροτῶν δ' ἐκαμεν ἔργα: *Hominum nouerunt labores*. Fortasse cum allusione ad flauitiem segetum. Nota autem hæc seruiet maiori explicationi Poetæ. Flauorem dat agris constituens adolescentiam Salonini, & pubertatem: quasi agrorum flauities sequatur flauitiem puerũ, nam pubertas sæpe est flaua. Itaque, sicuti puerum munuscula, & cunabula sequebantur, & mox virum sequentur quæ virorum sunt; ita nunc flauities agri flauum adolescentem: facit enim Poeta, vt cuilibet ætati æqua respondeant munera, & dona naturæ. Flauor.

5. Rvbens.] id est, matura, ex adiunctis. Sic in Georg. *Ceres rubicunda* est iam concocta. & Horat. 4. carm. *cerasinem vnum purpura*. id est, rubentem. Sic Græcus quispiam πορφύρουσα σῖτον. D Ruborsignat maturitate.

6. Pendebit.] Signatissimè ex more Italiæ, vbi vites arbustiuæ, & ideo vuæ semper pendentes.

7. Et dvræ qvercvs svdabvnt roscida mella.] Dixi iam Poetam in his felicitatibus annumerandis hæsisse vaticinio Sibyllæ. Lege Lactant lib. 7. cap. 24 vbi plura adducit, versus etiã Virgilij, quos nunc interpretor, quos ille confert cum Sibyllinis. inter plura alia enumerat κηρὸν οἰνὸν καὶ μέλι & γλυκὺν, λευκὸν γάλακτος, καὶ σῖτον: *fructum vini, mellis dulcis, lactis candidi, frumenti*. Et alia Sibylla, χθὼν σίσει, Νᾶμα μέλιτ & ἀπὸ πέτρης, &c. *tellus feret fluenta mellis ex petra*. In lib. etiam 2. Sibyllinorum oraculorum, vbi agitur de præmiis Sanctorum, legitur versus hic: *Fluminibus è vinis vinum, lac, mella scatebunt*. Apud Sixtum Senensem leguntur versus Sibyllini, quos adi ipse, nam de hac eadem re. Æras aurea rerum omnium abundans. Sibyllini versus. E

Nazianz. in Epist. ad Cardianum, ita merè præuerbaliter: *Rupes etiam lac fundant, & fontes mel: ac planta vim is tam culta, quàm agrestis mitibus fructi*

UVA. BHSC. BU 00239

fructibus redundet: cuiusmodi scilicet Poetarum figmenta sunt, cum terram benignitate aliqua vicinum inuicunt. Et in carmine Nicobuli, σταζει δ' απο νυκτα βλεπα: *stillent mella ex arboribus.* Ad hanc tem pertinent, quæ de Indis mentiti auctores. de istis ita Dio Chrysost. Orat. 35. ενει γε ὡς φασι, πταμαι ἑτεων, ἐχ ὑσατος ποτε ὑμιν ὑδατος, ἀλλα μελιτος, ἀλλ' ει' ἐκαλε: *Ilice, vt aiunt, fluuim non aqua fluminia, vt apud vos, sed hic quidem fluuius lactis est, hic vini limpidi, alius mellis, alius olei.* Lege quæ in eo sequuntur, omnia ad prodigium, & vltra verum. Sed his relictis, possum suspicari Poetam hæsisse Hesiod. ἐν ἐργ. qui paria de quercu. Vide etiam elegantem locum Platonis, 2. Polit. & elegantissimam parodiam Pherecratis apud Athenæum, qui omnia, quæ sunt ætatis aureæ, ad rem coquinariam traduceit. Vt verò hic Poeta tam mira prædicat de natalitio huius pueri; ita ad eius imitationem Bembus in Benaco de Gisberto.

8. SVDABVNT.] Pro, stillabunt. Phrasis digna Virgilio. Repetit 8. Ecl. *sudent electra myrica.* Variabis ex Ouid. 1. Metam. *Flauaque de viridi stillabant ilice mella.* Ex Claudian. 1. Ruf. *Rorabunt quercea fauis.* Ex Horat. 6. Epod. *Mella cana manant ex ilice.* Ex Hesiod. ἐν ἐργ. δρυὸς ὀφρα μελισσας: *quercus fert apes.* Lactantius lib. 7. c. 24. Virgiliana phrasis *rupes montium mella sudabunt.* Cic. 2. Diu. *mel ex olea fluxisse.* Antithetum harum locutionum in Virg. est 1. Georg. *Mellaque decussit foliis.* Sudo, pro stillo.

9. ROSCIDA.] Sunt cœlestia, & plena roris.

10. FRAVDIS.] Quia nondum perfecta ætas aurea vsque ad perfectam ætatē Salonini, in qua nullus error futurus, nulla vitia: nam de ætate aurea ita prædictum erat. Lactantius ex Sibylla lib. 7. cap. 24. *Mundus ipse gaudebit, & omnis rerum natura lætabitur erepta, & liberata dominio mali, & impietatis, & sceleris, & erroris.* C

11. TENTARE THETIN.] Pro nauigare. Variabis ex Lucano, 3. Phars. *mare lacessere.* Ipso verbo innuit vterque audaciam mortalium. In hac re reprehendenda plurimi sunt Poetæ, præsertim vbi sermo est de primo velificatore. Ab Oppian. 1. Piſc. πολυκνεις dicitur, *audax*, & Catul. *Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.* Claudianus Bel. Get.

—— equor
Armatum scopulis audax irrumperet Argo.

De eadem Seneca in Med. *audacia carinæ.* In promtu sunt, quæ de hac re Horat. scripsit lib. 1. ad 3. quæ Seneca in Medea, quæ Claudian. in Præfat. Sophocles in Antig. cùm dixerit plurima vbique videri stupenda, tum nihil magis eo homine, qui mare transit, signate vocat δεινοτερον. Lege quæ contulit Rittershusius in Oppianum ex Lacrtio, Iuuenale, Arato, Calabro. In hanc audaciam ita Propert. lib. 1.

Ah pereat quicunque rates, & vela paranit
Primus, & mauo gurgite fecit iter.

Lege etiam Lucanum, 3. Phars. l. sed signatissimè omnium Poeta ad indicandam hanc audaciam dixit, *& ratibus, & rebus.* Quasi dicat: Ea est audacia, vt mare adeant non firmis nauibus, sed nauigiolis tenuissimis; neque eam aquas, quam Deos temnat. Liban. in Prog. de re simili dixit, πολμαν. D

12. THETIN.] Fuit hæc vxor Pelei, Achillis mater, Nerei filia. Primum testatur Catul. de Nupt. Pelei, & Thetid. Thetis.

Tum Tocidis Peleus incensa fertur amore,
Tum Thetis humanos non despexit Hymenæos.
Quin Thetidi Pater ipse iugandam Pelea sensit.

Alterum Horat. 1. Carm. vbi Achillem vocat filium marinæ Thetidis. Tertium Euripides Iphig. in Aul. νηρεα συλωρεῖν θελεῖ Θ' Nereæ Thetidis geniorem. Plures quid congeram in re perspicua: Extremū subditum opinioni, vt fabulosa omnia.

13. INFINDERE SVLCOS.] Pro arare. ex penu Virgilij: ex Græco quoque. Nā Oppian. 1. de Venat. aratrum vocat νεοδμον, id est, *terram scindens.* & Apol. 2. διηκοντες αρυσσω dixit: *terram insundentes.* & lib. 2. ῥοθια χαλκοδυσεες. Et Pind. 4. Pyth. συοιξας νοτον γαιης findebat tergum terræ. Inde etiam Ouid. 3. Am. el. 7. *Nec valido quisquam terram findebat aratro.* Herodot. lib. 2. ὑστερῳ ἀνεξευγνυσθαι. Infindo, pro, aro.

14. ALTER TIPHIS.] Prouerbialiter dictū, non dubium, pro quocūque magno nauis gubernatore. Propriè accepit Ouid. 1. Art. *Tiphys in Æmonia puppe magister erat.* & Sen. in Medea. Alter Tiphys, adag.

B *Ausus Tiphys pandere vasto*
Carbasa ponto, legesque nouas
Scribere vento.

Et multi alij. Sed prouerbialiter idem Ouid. *Tiphys dicar amoris ego.* Atque idem Seneca his versib. plenis vaticinio:

Venet annis secula seris,
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus,
Tiphysque nouos detegat orbes,
Nec sit terris vltima Thule.

& in hoc loco Virgilius. Neque hoc solum, sed à Tiphy dicti *Tiphæenses* populi Bœotorum, qui essent scientissimi rei maritimæ. quod est apud Pausan. in Bœoticis. Quin ab eodem gubernatore nauigium sic dictum est, nam Sidon. Apollin. lib. 1. Epist. ita scribit: *Tiphyn cursoriam sic nauigio nomen est ascendo.* Tiphys, nauigij genius.

15. ARGO.] Volunt Poetæ, quique illorum res celebrant, hanc nauem primam omnium transmissile maria. Manil. lib. 1. Argo nauis.

—— tum nobilis Argo
In cœlum subducta, mari quod prima cucurrit.

Catul. *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitritem.* De eadem Ouid. 3. Trist. *Per non tentata prima cucurrit aquas.* Seneca de Medea: *Merces prima digna carina.* Inde elogium illud Orphei apud Dionem Chrysost. Orat. 37.

Αργω τε σαλου εἰμι, θεῳ σ' ἀνεμεσσι λιαινω,
Γεγαμια δ' Νηρεϊδι σεβασσομαι πιτυϊν:
Illa ego sum nauis Argo, quæ lassis sacrauit Neptuno,
Coronatum pinu Isthmiorum, & Nemeorum.

Sed hoc accipiendum ex sententia Diodori lib. 5. qui ait, hanc nauem excessisse magnitudine, & apparatu priores. Nam priùs quidem mare nauigabatur, sed σχεδιαις (inquit ille) ὁλκασιοις ἀσχυτοις: *ratibus, & parum aptis.* De etymo variant fabulæ. Dicta enim est Argo vel ab architecto, vel quòd secum Argiuus tuleris, vel ab celeritate. nam ἀργος antiquis velox erat. Pherecydes apud Laz. Bayf. dixit eā fuisse nomen ab Argo Phryxi filio. Tu lege, quæ latè scribit Hier. Columna in Medeam Enni. Iam de loco, vbi constructa, nō minora dissidia. Illud certum, locum eum vocatum Pagasas ἀπο τε πηγνυσθαι, à *compingendo*, auctor Strabo. quem, & Pausaniam lege. Apollonij scholiastes signat verticem Magnesiæ, ait, Pagasam appellatum ἀπο τε ἐκει πεπηχθαι πιν ἀργω. Ab Catullo hæc nauis magno elogio dicitur *mater*, vt etiam ab Apollon. lib. 4. μητηρ. E

16. DELECTOS HEROAS.] Argonautarum elogia sparsa plurima in Poetis Græcis, & Latinis. Pindaro od. 4. Pyth. dicuntur νοστοι ἀνδρῶν: *flos nautarum.* Sicut & Theocrito εἰδ. 13. ἀνθος ἀνδρων ἡρωων. Eidem ἀριστῆς: *principes.* vt & Apollodoro libro primo Bibliothec. ἀριστοι. Ouid. Eleg. 5. lib. 1. de Argonautarum elogia.

VVA. BHSC. BU 00239

Ponto: *Primos telluris Achiuæ.* Virgilio, Ennio, Ciceroni, *delecti.* Primo hic. Alteri in Med. Tertio in Tusc. spiranti Ennianum sermonem. Pergo ad alios. Catullo *lecti* dicuntur. ita Apollon. lib. 4. λεκτὰς ἡρώων. Papinius Achil. *Argoos Reges.* Par laus Valerij Flacci lib. 1. Arg. *pressam Regibus almam.* Iterum: *Video vestro toti in æquore Reges. & turba ducum.* Demum initio ipso *magnos nautas* nominat, cùm ait: *Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis.* vbi aliquis non *nautis*, legunt, sed *natis* grandiori elogio. Ridet Massarius, sed defendunt plurimi, quibus hærere pene visum. Nam Catul. *Heroes salaces, Deum genus*; exprimens illud Hesiodi, ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος. Simili elogio Apoll. lib. 1. ἀνδρῶν ἡρώων θεῖ & φάος· ὑπερθύμων ἐνοσίφρονα κοῦρον heroum B *diuinus cœtus.* & lib. 3. ἀδμῆτα θεᾶς· *filij immortalium.* & Seneca in Medea:

Valerij lectio mutata.

Decus illud ingens, Gracia florem inclytum,
Præsidia Achiuæ gentis, & prolem Deum.

& Manil. lib. 1. Deos apertè nominat, nam loquens de illorum nauc: *seruat do Dea facta Deos.* Demù, quid sideat. cùm ipsemet Val. lib. 3. de iisdem *Diuum progenies.* Iterum *Reges Diis genitos.* Lege quæ de Argonautarum laude scribit Philo lib. περὶ παῤῥησ. ἐλευθ.

Achilles pro quouis viro forti.

17. ACHILLES.] Prouerbium item pro quouis viro forti. Seruius hic: *Sane specialia pro generalibus ponit, nam per Typhyn, quemcunque gubernatorem accipimus: per Argo, quamcunque nauem: per Troiam, quamcunque ciuitatem: per Achillem, quemcunque virum fortem.* Inde in 6. pro Turno positus: *alius Latio iam partus Achilles.* Plaut. in Mil. de Milite ipso glorioso, *Hicine Achilles est?* Iterum inde eadem Comœd. *Age mi Achilles, fiat quod te oro.* Et in Mercat. *Achillem orabo harum mihi det, Hectorem qui expensus fuit.* Nazianz. in Epist. ad Eudoxium Rhetorem. διὸ Ἀχιλεῦ, δύσμορον ὄνυμι μέγαν· Ἀτ, ὦ τοι Achilles, ingenium vacuum dicam. Apud Romanos Q. Cotius propter fortitudinem cognominatus est Achilles, vt auctor est Valer. Max. cap. 2. lib. 3. Huc spectat (vt ab vno Achille ad alios transgrediar) integra lepidissima scena ciusdé Plauti in Bacchid. vbi plurima nomina ex bello Troiano ad rem longè aliam vsurpat. Argentum quod surtripitur, nominat Ilium: seruum Chrysalum, Agamemnonem, &c. Vlyssem: adolescentes Pistoclerum, & Mnesilochum: Epeum & Sinonem: senem, à quo aufertur argentum, Priamum. Regredior ad Achillem. Ideo ille prouerbialiter pro quouis viro forti, & signate pro quouis vrbium expugnatore (hoc enim indicat Poeta cùm ait, *ad Troiam mittetur magnus Achilles*) quia ab Homero Achilles dictus πολυπτολέθρος: *vrbium expugnator.* Ergo, lapsus infigniter me- Cicero lapsus memoria est Cicero, cùm lib. 10. Epist. 13. scripsit: *Quæ enim M. Antonium oppressit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Aiacem, non Achillem, sed Vlyssem appellauit* πολύτροπον. Verum est, id epithetum datum Vlysse, sed non certè eo Achilles caruit. Eustathius Il. 2. in ea verba, πολύτροπ' & δυσεὺς, ita scribit: πολύτροπον λέγει ὁ ποιητὴ τὸν δύστεκε, διὰ μέαν πολιν Τροίαν τὸ πολεμεῖν καρτερικὸν. ἀχιλέα δὲ τὸν πολλὰς πόλεις πορθησάμενον ἕλλησι, ἅπαξ καὶ πολύτροπον ὀνομάσαι ἠξίωσεν: *expugnatorem vrbium Poeta Vlyssem vocat, propter vnam Troiam, quod belli caput. Achillem autem, qui multas ciuitates Græcis bello auxilii semel tantùm voluit vrbium expugnatorem vocare.* Sed certè, non minus quàm Cicero, lapsus quoque est memoria Eusta- Eustathius lapsus memoria. thius, nec debebat, vepote Interpres. Nam etiamsi sæpissime Vlysses eo attributo afficiatur ab Homero, videlicet, 2. & 10. Il. & in Odyss. lib. 8. 9. 14. 17. 22. 24. tamen Achilles non semel tantùm, vt ille ait, imò ter, ni mirum Il. 8. 1 5. 24. Signo loca, quia contra Eustathium. In 8. — πμένε ἀχιλῆα πολύτροπον: *honorare Achillem vrbium expugnatorem.* Eadem verba repetuntur in 15. In extremo ait, ortam esse contentionem inter Deos, ἕκτορ & ἀμφὶ νίκυι χ' ἀχιλῆϊ πολυπτόλεθρε, *propter cadauer Hectoris, & Achillem vrbium expugnatorem.*

[a] Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.
[b] Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator,
[c] Nec varios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
[d] Talia secla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

D nascentur quæ necessaria sunt ad victum. respicit quippe illud de Theti tentanda.

[b] Vacabit tellus à rastris, qui circumduci solent ad frangendas glebas: vacabùt vineta à vulnere falcium, nam omnia hæc cogente nemine, proferent fructum: vacabùt boues à labore, horum enim vsus non necessarius in spontanea terræ fœcunditate.

[c] Illi quoque, qui varios colores lanis & velleribus indunt, non erunt necessarij, suppetente hanc pulcerrimam colorum varietatem natura ipsa. Ergo lana nullum colorem mentietur, nam omnes erunt naturales. Dilatat hoc in arietibus, & agnis. Illi in ipsis pascuis mutabunt lanas vel cum purpura suauissimè rubéti, vel cum luteo croceo, id est, cum colore aureo: isti colorabuntur fuco herbæ Sandycis.

[d] Hanc

ARGVMENTVM.

Perfecta, & virilis ætas perfectissima vita aurea.

EXPLICATIO.

[a] AIT, plenam fore felicitatem ætatis aureæ, vbi Saloninus attigerit virilem. Dicit hoc cũ respectu ad ea, quæ dixerat de adolescentia, quamuis abundaret bonis multis, tamen subesse vestigia priscæ fraudis. Ergo. Vbi vir fueris, non erit necessarius Tiphys, non vector, qui merces hinc inde cõmutet, & transportet. ratio, quia vbique gentium

UVA. BHSC. BU 00239

d Hanc tantam felicitatem non interturbarunt Parcæ, quin concordes stabili fatorum numine dixerunt suis fusciis, Currite per talia, támque felicia secula. id est, ne rumpite tam fausta secula.

NOTÆ.

1. HINC VBI IAM FIRMATA VIRVM TE FECERIT ÆTAS.] Obserua, qua locutione Poëta gradum faciat ex vna ætate ad aliam. eámq; varia ex Mosscho, & Oppiano. Prior ait, ὧδ' ἀνὴρ ἐς μέτρον ἔλθῃς: *Vt veneris ad viri mẽsuram.* Posterior 5. ἀλλ' ὅτ' ἂν τέλος ἡμαρ ἕκῃς: *Cum peruenere ad finem ætatis robustæ.* Ex Terentio in And. & Plauto in Mercat. variabis, *excedere ex ætate, ex ephebis.* Sil. lib. 3. ita extulit: *Inde vbi flore nouo pubescet firmior ætas.* Sanè eum, qui transit ex pueritia ad iuuentutem *parectatum*, ex Nonij obseruatione appellauit Lucilius lib. 8. Satyr. *Vnde parectato chlamydes, ac barbula prima.* & lib. 20. *Tum ephebum quendam, quem vocant parectaten.* Artemid. lib. 1. c. 52. transitum vnius ætatis in aliam sæpe effert per μεταβάλλει.

Parectatus, quis.

Firmata ætas, pro virili.

2. FIRMATA ÆTAS.] Pro virili & forti, eleganter. Græci dicunt ἀνδρεύσιμον, ἀνδρώδη. Herodotus lib. 1. dixit ἀνδρευσιμώτατον. Hippocrates aphorif. 13. li. 1. homines in virili ætate positos vocat κμθεωώτας. Tacit. 12. Ann. *robur ætatis* dixit pro virili: *ampletti Britannicum, robur ætatis, quam maturrimum precari.* Claud. de 3. Conf. Honor. ad puerum transtulit eum oppositione ad infantilem ætatem: *Mox vbi firmasti recta vestigia gressu.* Sed Poëta signatissimè locutus est cum allusione ad ætatem auream. Nam Theocrit. *eid.* 12. vbi huius ætatis meminit:

—— ἦσαν χρύσειοι πάλαι ἄνδρες: *Erant quondam aurei viri.*

3. CEDET ET IPSE MARI VECTOR.] id est, conquiescet nauigatio, & mercatura. Est verò idem, quod *cedere è mari.* vt, *cedere via*, id est, è via. qui enim datiuum faciunt non satis ad stomachum. *vectores* sunt, qui nauibus vehuntur, & merces transmutant. Poëta videtur locutus eum respectu ad Tiphyn. Discrimen inter epibatas, vectores classiarios, vide apud Bud in Pand.

4. PINVS.] Non solùm locutus Poeta ex tropo, vt Ouid. 2. Art. —— *tua pinus in vndis*
Nauigat.
vt Horat. 1. Carm. od. 14. *Pontica pinus.* Sed cum respectu ad nauem Argo, cuius mentio præcessit, illa verò ex pinetis facta. Ouid. in Hypsip. *Quid mihi cum Minyis? quid cum Tritonide pinu?* Sen. in Med.

Argo nauis ex pino.

—— *fœdera mundi*
Traxit vnum Thessala pinus:
Iussitque pati verbera pontum.
Catul. de Nupt.
Peliaco quondam prognatæ vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per vndas
Phasidis ad fluctus.
vel, si placet, refer locutionem ad materiam eius arboris aptam fabricandis nauibus, quod Poeta ipse attingat, 2. Georg. Ideo Theophr. 9. hist. cap. 2. πύκνως πεφυλάχθαι: *pinum marinam.* Ita à Claudian. *fraxinus* pro ariete militari, quia à fraxino. *Non ventus quateret puppes, non fraxinus vrbes.* Qui in Claudiano hastam explicant, videãr, an rectè. Redeo. ita Euripides scutum vocat *salicem*, quia à salice. κρύον γ' ὑπέρτατ' ἐπίκαρ λαβὼν χερὶ: *salicem Creon deinde suscipiens manu.* Inde Hesychius: ἰτέαι αἱ ἀσπίδες, διὰ τὸ πλέκεσθαι ἐκ τούτων τὰς ὕλας κατασκευαζομένας: *salices, scuta: quia primitus ex hac materia sunt facta.* Ita demum, ferrum pro gladio, lignum pro hasta, aurum pro patera, & sexcenta alia.

5. MVTABIT MERCES.] Amplificatunt sententiam istam Boetius Metro. 5. lib. 2. Ouid. 1. Met. Tibullus lib. 1. eleg. 3. Seneca Tragicus in Med. Sunt verò, qui & Virgilium, & Horatiũ 1. Serm. Satyt. 4. *Hic mutat merces*, capiant de emtione, & venditione, quæ olim fiebat mutatione, in his est Lamb. Sed qua necessitate hic recurritur ad tropũ? nulla, vt video. Ergo dicamus, *mutare merces.* in Virg. & Horat. esse, ex vna parte orbis in alteram transmutare. Iuuat, Virgilium statim dicere pari significatu, *mutabit vellera.* Lege, cùm tibi otium, elegantem locum Philonis lib. de Cherubim, vbi de hac mutua mortalium, & rerum omnium necessitate, qua vnis locis abundãt, quæ alibi desunt.

6. OMNIS FERET OMNIA TELLVS.] Nota locutionem, quæ soluit Græcam γῆ πάμφορον. vt etiam in Georg. *Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt.* Lucret. quoque lib. 1. loquens de arboribus, dixit: *ferre omnes omnia possent.* & Ouid. 2. Met. de terra, *omniferos vultus.* & à Virg. 6. Æn. *omniparens.* Possis Virgilij verba transferre ad adagium ad significandam rerum abundantiam vbique florentem. Adagium.

7. PATIETVR.] Visus est mihi Poeta tacitè alludere ad locutionem elegantem, Latinisque tritã, qui in re simili vsurpãt *vulnera.* Nam quid est aliud, *vinea non patietur fulcem*, quàm, *vinea non patietur vulnus falcis?* Locutionem eam hæc firmant Ouid. 2. Metam. sub persona terræ: Vulnus de falce, aratro, &c.

—— *adunci vulnera aratri,*
Rastrorumque fero.
Idem 1 Metam. *tellus saucia vomeribus.* Cui simile illud Plin. lib. 2. c. 6 3. *terra omnibus cruciatur horis*, & in re pari lib. 12. c. 14. *saucias arbores.*

8. ROBVSTVS.] Modico flexu reddidit Lucretium, qui bis lib. 5. & 6. *robustus moderator aratri.* Variabis ex Ouid. qui lib. 11. Met. *lacertosos* vocat alij *torosos.* Maro ipse, 1. Georg. *duros agrestes.* sicut & Polit. in Rust. *duro agricolæ.*

9. IVGA SOLET.] Variat Horat. *iuga demere.* Virg. Græcum expressit, ζυγὸν λύειν.

10. DISCET MENTIRI.] Eleganti locutione dantur lanæ, tei inanimæ, verba, quæ hominũ sunt. ita Horat. lib. 1. od. 15. *amat ianua limen.* & 3. od. 16. *aurum amat ire.* Lucretius lib. 6. domibus, turribus, ædificiis dat verba, *metuo, video.* & lib. 2. *res vociferatur.* & 3. *vocem natura mittat.* iterum de eadem natura, *inclamet magis, & voce increpet acri.* Horat. 1. ep. 7. *ipsem mentita seges.* Trita est Xerxis insania, qui iussit póto trecenta verbera infligi, colaphos incuti. Herodo. 7. Hominũ voces dantur rebus inanimis.

11. IPSE SED IN PRATIS ARIES.] Eximitatione Virgilij videntur effluisse illa Claudiani lib. 1. in Ruff. ad finem.

—— *nec murice tinctis*
Velleribus quæretur honor, sed sponte rubebunt
Attonito pastore greges. pontúmque per omnem
Ridebunt virides gemmis nascentibus algæ.

12. VOLVNT Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 7. & Seruius in hunc locum, allusum à Poeta ad disciplinam Hetruscorum, qua creditur Maro augurari imperium Augusto, aut Pollioni: nam in illorum libris scriptum erat, ait Macrob. *Purpureo, aureóue colore outs, arietsue sit aspergetur, principi ordinis, & generis summa cum felicitate largitatem auget, genus progeniémque propagat in claritate, latiorémque efficit.* Quibus adnecto prognostica plurima, quæ ex colore hoc habuerunt viri magni ad obtinendum summum imperium. Albino apud Capitol. imperium portẽdit hos natus *purpureis cornibus.* Maximino, apud eundẽ, vitis, Purpureus color quid signet.

VVA. BHSC. BV 00239

quæ attulit intra annum *ingentes vuas purpureas*. Antonino Getæ, apud Spartianum, agnus natus, *qui vellus in fronte purpureum haberet*. Quid Lampridius? Apud hunc omen accipiunt imperij Diadumenus, & Alexander Seuerus. Prior, nam eadem die, qua natus est, *pater eius purpuras forte insp exit*. & quia, *in agro patris eius oues purpureas duodecim fecerunt natas*. Posterior, quia *oum purpurei coloris, eadem die natum, qua ille natus est*, & quia, *mater eius pridie quam pareret, somniauit se purpureum draconculum parere*. Mitto Lampridium, pergo ad Vopiscum, qui sæpissime rem hanc attingit. Aureliano factum est omen ad imperium, nam infans inuolutus est a matre crepundiis fictis *ex palliolo purpureo*: nam matri natus est vitulus *purpurantibus maculis*: nam illo nato, natæ etiam sunt rosæ purpureæ. Hæc Vopiscus, cuius, & aliorum, qui scripserunt vitas Imperatorum, multa prætereo. Purpura enim cum Regum sit, per eam indicari regnum credebant. vt etiam scribit Artemid. lib. 2. cap. 3. ϗ τὸ ἁβρώματα κατάλληλον εἶναι, πλοῦτ ϗ εὐδοξίαν σεσημειῶσθαι: *cum dignitati conueniat, præsagit honorem & nominis claritatem*. Scriptores sacri hæc omnia reiiciunt ad ornamẽta Poëtica, & fabulas. Tertull. lib. de Habitu Mul. *Non placet Deo, quod non ipse produxit, nisi si non potuit purpureas, & carinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, utique non licet fingi*. Cyprian. de Discip & Habitu Virgil. *Neque enim Deus coccineas, aut purpureas oues fecit, aut herbarum succis, & conchiliis tingere, & colorare lanas docuit*. Profani contrà. Nam Oppian. 2. κυν. ita scribit, &, vt apparet, non fabulosè.

Εἰσὶ δ' ὅτε ξανθοὶ, πυρώπιες ἐν τέρμασι Κρήτης,
Ἐν βαιολῇ μάλα γοργυιδὴ, πέτρες κέρσλες,
Λάχνη πορφυρόεσσα δ' ἐπὶ χροὸς ἐστράνωται.

Sunt autem oues rufæ extremæ in finibus Cretæ,
In humili terra Gortynide quadricornes,
Lana autem purpurea pelli circumdata est.

Hanc etiam rem fatetur Agroetas in Libycis, vbi ait, nulla fuisse poma aurea Hesperidum, sed re vera oues coloris fului: artam verò fabulam ex ambigua significatione vocis huius μῆλα, quæ sunt & mala, & oues. Aristot quoque lib. 3. Histor. Animal. cap. 12. δοκεῖ δ' ἡ ὁ σκαμανδρος ποταμὸς ξανθὰ ποιεῖν. διὸ καὶ τὸν ὅμηρον φασιν οὕτω σκαμανδρε, ξανθὸν ποταμοῦ αὐτὸν: *Scamander etiam amnis flauas reddere oues creditur: quamobrem Xanthum pro Scamandro nuncupatum ab Homero autumant*. Cui testimonio annectæ sententiam Columellæ scribentis lib. 7. c. 2. nasci in Asia colores ouium *ruilos, quos vocant ἐρυθροὺς*. & addit, in hoc pecore præter album, pullum, & rutilum colorem, reperiri alias varietates, docente hoc vsu. æstimet lector, quæ sint istæ varietates. Demum ipsemet Tertul. in lib. de Pal. ita scribit: *Nec de ouibus dico Milesiis, & Selgicis, & Altinis, aut queis Tarentum, vel Boëtica cluet, naturæ colorantes*. vbi videtur insinuare ea, quæ de Boëticis ouibus, multi scribunt, & effusè laudat Martial. lib. 9. Epigr. 62. & lib. 12. Epig. 64. & 100. Lege illum. Faciunt etiam ad hanc rem firmandam, quæ leguntur cap. 30 Genes. Lege Franc. Vallesi. lib. singulari de sacra Philosoph. c. 11. & quę scribit Oppian. lib. 1. Cyn. de arte, qua equi iniuri equas pingebantur variis coloribus, quo fiebat, vt equę parerent pullos multi coloris.

13. IN PRATIS ARIES.] Elegans locutio, & A obseruanda lectori, qua vtatur ad Virgilij imitationem. Nam *est in pratis* valet, *est in pascuis, pascitur*.

14. MVRICE.] Pisciculus est, pro Purpura hic sumitur. Martial. lib. 13.

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Innuis, & non est hoc satis, esca sumis.

Notetur obiter, virtutem illam celebratam scriptoribus de Echeneide pisciculo, alio nomine, Remora, conuenire etiam generi cuipiam muricum, & concharum. Plin. lib. 9. c. 25. ait ex Mutiano, *muricem esse latorem purpura, neque aspero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro: sed simplice, concha utroque latere sese colligente, quibus inhærentibus, plenam ventis stetisse nauem, portantem nuntios a Periandro, vt castraretur nobiles pueri: conchasque quæ id præstiterint, apud Gnidiorum Veneremcoli*. & lib. 31. c. 1. præmissa prius narratione de Echeneide, subdit: *Nec dubitamus valere idem omnia genera, cum celebre & consecrato etiam exemplo apud Gnidiam Venerem conchas quoque eiusdem potentiæ credi necesse sit*. Muricis eadem virtus, quæ Remoræ.

15. CROCEO LVTO.] Alciat. 2. Par. c. 1. luteum colorem dictum ait à lutea herba, quam Græci Isatidem, Latini glastum, vulgus gualdum appellat. Eo colore est vitellum ouj, item caltha, quam ieciro Poëta *luteolam* vocat. Hic color, si vergat in maiorem ruborem, iam est croceus. Idem pene scribit Guliel. Philander in Annotat. ad Vitruu. Tu vide Dioscorid. Plin. lib. 33. c. 5. Turn. in Aduers. Bayfide Re Vest. Anton. Thysel. de coloribus. Erit ergo *lutum croceum* amarillo encendido. Obserua etiam hanc herbam Plinio dici, *luteam*: Virtuuio lib. 7. cap. 14. *luteum*. Maroni hic, *lutum*. Nisi quis in Virgilio legat *luteo*, & Synæresin agnoscat: tu lege de hac re Notam Achillis Statij in Eleg. 8. lib. 1. Tibulli. Deinde obserua miram poëtin. Quantum enim detrahit murici, dicens illum suauiter rubere; tantum addit luto, cùm croceum, id est, inflammatum, & aureum facit. Quod dictum Virgilio ex obseruatione antiquitatis: neque enim solum purpurea vellera in ouibus celebrata sunt, sed etiam aurea. Hinc sanè ortæ discordiæ inter Atreum, & Thyestem, nato inter greges Atrei aureo agno. Citat enim Cicer. 3. de Nat. versus hos sub persona Atrei: Luteus colorlor.

Addo huc, quod mihi portento cœlestum Pater
Prodigium misit, regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aurea clarum coma,
Quondam Thyestem clepere ausum esse è Regia

16. SANDYX.] Est herba huius nominis, est etiam color. Plin. lib. 35. c. 6. explicat locũ hunc Virg. de herba, vt videlicet agni colorentur fuco illius herbæ, quam pascebant. Sunt qui Plinij iudicium reprehendant, sed defendit Turn. lib. 15. cap. 20. Adducit etiam auctoritatem Hesychij, qui dixit florem Sandycis habere colorem ὑακινθῖνον κόκκῳ: *similem coco*. & Vopiscum in Probo, (debuisset dicere, in Aureliano) qui dixit Sandycem *purpuram facere*. Additque hæc indebita esse, & non necessaria ad tuendam Plinij auctoritatem, cùm ipsa per se multum valeat. Mihi etiam pro argumento est vox ea *pascentes*, quæ quodam modo videretur otiosè posita, nisi ad herbam referretur. Sandyx herba, & color.

13. CVRRITE FVSIS.] Arripuit phrasin à Catul. *Currite ducentes subi, equina, currite fusi*. De fuso fatali Necessitatis vide apologũ Platonis lib. 10. Politic. vbi etiam de Parcis.

[a] Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores
Cara Deum soboles, magnum Iouis incrementum.

Aspice

UVA. BHSC. BU 00239

[b] Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrásque, tractúsque maris, cœlúmque profundum:
Aspice, venturo lætentur vt omnia seclo.
[c] O mihi tam longæ maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.
[d] Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
[e] Pan etiam, Arcadia mecum si iudice, certet;
Pan etiam, Arcadia dicet se iudice, victum.

ARGVMENTVM.

Inuitat virum ad honores gerendos, quo omnia in posterum meliora sint: optat res eius canere, vita & spiritu suppetente: opponit se canentem res Salonini Lino, Orpheo, Pani.

EXPLICATIO.

[a] CVM iam fingat, Saloninum esse proximum virili ætati, aptum putat gerẽdis magnis honoribus, id est, magistratibus: petítque, vt aggrediatur, id est, (vt ego capio) candidatus sit honorum, séque omnibus conspicuum præbeat, appetente iam virili ætate. & cur non honores magnos gerat, qui magna Deûm soboles, qui sub Ioue increuerit.

[b] Caussa animi tam impensè optantis duplex est, videlicet præsentis ætatis tristitia, & lætitia futuræ. Ergo ait: Aspice, vt mundus nutet, deuehat se ruátq; in perniciem, quia nutant eius partes, videlicet terra, maria, cœlum: aspice igitur, vt te aspiciente omnia meliora sint, & lętiora in posterum.

[c] Comprecatur sibi Poeta optátque tam lõgam vitam, tantúmque spiritum, quantus necessarius est ad dicenda facta Salonini. & aduerte signatè optari duo, videlicet senectam, & spiritum: quia illa aptior est, & maturior formando stylo; hic necessarius ad halitum, & respirationem dicentis, qui in senibus solet deficere. Itaque optat & bene scribere, & bene dicere.

[d] Egregia, & ingens pollicitatio. Nemo (ait) me vincet poetarum? non Orpheus, qui magnus olim in Thracia, non Linus. Adde adiutores. Nec timeo. Ergo, pugnent in me Orpheus cum matre Calliope, quæ præses Heroicorum vatum; Linus cum patre Phœbo, qui præses carminum; nemo me vincet. Redundat hoc in ingentem laudem Salonini, quasi dicat: Scribentem, dicentémque de tuis rebus nemo vincet, nec Dij quidem ipsi. Et nota modestiam Poetæ: non dicit vincam omnes. Sed, vincet me nemo. cum hoc enim stare potest victoriæ æqualitas. Textum subobscurum sic ordina. Non me vincet Orpheus, non Linus, quamuis huic Orphei adsit mater Calliopea, huic Lino pater Apollo.

[e] Hoc multo grandius. Certet mecum in cantu Pan inuentor fistulæ, sit iudex tota Arcadia, quę hũc Deum colit: profectò ipse se victum fatebitur, ipsa pro me iudicabit. Itaque non contentus victoria mortalium, aspirat ad victoriam immortalium.

NOTÆ.

1 AGGREDERE.] Alij *ingredi* de magistratibus dixerunt, Poëtæ placuit *aggredi* magno iudicio, qui voluit exprimere excellentem virtutem, & magnitudinem animi, qua is deberet Rempubl. capessere, vitia pessumdare, leges erigere.

2. O.] Optantis particula, & hîc mirè inserta, neque mihi suppetit qui explicem tantam elegantiam. Nam alia exempla præ hoc frigent.

3. MAGNOS HONORES.] Cic. quoque honores, vbi sermo est de Magistratibus, *magnos*, vocat. Hor. *tergeminos*.

4. IOVIS INCREMENTVM.] Θρέμμα διὸς. Alludit ad Homer. qui viros principes vocat, διοτρεφεῖς, *nutritos à Ioue*. Ergo *incrementum Iouis* est, alumnus, & veluti enutritius Iouis. Pari elogio Hom. διογενεῖς: *genitos à Ioue*. Eustath. 1. Il. διοτρεφεῖς τοὺς βασιλεῖς λέγει, ὃν τρόπον καὶ διογενεῖς: *Ioue nutritos vocat Reges, sicut & Ioue genitos*. Non abit locutio Theocr. εἰδ. 7. ἐκ διὸς ἔρνος: *ex Ioue ramus, surculus*, Ergo variabis locutionẽ istis. *Iouis incrementum, alumnus, nutritius*, θρέμμα, ἔρνος, διοτρεφὴς, διογενὴς. Nazarius Paneg. Constantini, Constantium vocat, *incrementum maximum publici boni*. Perutilis verò est ad cognitionem huius loci Nota hæc Seru. *Sane Iouem meritò puerorũ dicunt incrementa curare, qui cùm sumserint togã virilem, ad Capitoliũ eũt. Nam & in 9. Ascanius in Numanũ intendens sagittam, Iouem magis inuocauit: Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis*. Hinc fortasse dictum in Epist. ad Pis.

Principes nutritij Iouis.

Iuppiter curat pueros.

— *Puerósque Deorum.*

5. ASPICE CONVEXO.] Credo veram explicationem Poetæ esse, quam adhibui. Alij sic explicant. Aspice, id est, prouidè, & inuigila, vt mundus lætetur. Sed frigide videtur mutari significatio verbi. Eodem plane, & vulgari sensu capiendum verbum *aspice* in vtroque loco. Sed proponam hîc aliam explicationem trium versuum, si cui placeat. Quid, si non dicat Poeta. Aspice, vt mundus nutet in exitiũ: aspice; vt te aspiciente omnia sint læta. Sed potiùs, Aspice, vt mundus nutet ex exitio, quo est submersus, in aureum statum; aspice, & contemplare, vt omnia iam sint lætiora. Itaque, dicetur mundus nutare ex ferreo æuo in aureum, non contrà. Huic explicationi fauent Seruius, & Germ. qui hîc ἀποκατάστασιν agnoscunt, id est, *Omnium rerum* (inquit Seru.) *reuolubilitatem ex siderum ratione venientem*. Sed quæ erit mutatio, si mundus ruat in perniciem, in quam priùs quoque procliuis? Deinde, quia nescias cur præcedente iam pueritia, & adolescentia Salonini, in quibus penè aurea omnia, iterum mundus rueret in perniciem. Congruit igitur potiùs, vt dicamus sic. Te puero incipiet æuum aureum, nam tellus mittet flores, &c. te iuuene perficietur, nam aristæ in agris flauescent, &c. sed erunt tamen aliqua vestigia fraudis veteris: te iam viro nihil erit fraudis, non arabitur, non seretur, omnia suppetẽte terra; purpura nascetur in arietibus; erunt tempora hæc felicissima Parcis cõcordibus. Certè in hoc pũcto tẽporis nõ ad rem esset, si diceret, mundũ nutare

UVA. BHSC. BV 00239

in malum: potiùs post illam felicitatem quadrat, vt A dicat sic. Aspice igitur mundum mouentem se, & commutantem in omnimodam felicitatem, quæ adcrit te viro.

6. NVTANTEM MVNDVM.] Græca elegantia, quam quispiam in Epig. (nota est Germ. πᾶσα πόλις nutauit vniuersa ciuitas.)

7. NON ME CARMINIBVS VINCET, &c.] Locum istum de Orpheo, & Lino, cui adiuncta suauissima vocum gemmatio, imitatus est Pet. Angelius Barg. 1. Ecl. alienis nominibus:

Non me carminibus Phyllis, nec Daudior Ægle
Æquiparat: quamuis tenues imitare cicutas
Docta Ægle, quamuis celebris per compita Phyllis
Agrestem querulo moduletur arundine Musam.

Orpheus Thrax.

8. THRACIVS ORPHEVS.] Epithetū a patria, quo vsi sunt (vt admonet Dekrius in Senecam) Seneca ipse, Phanocles, Ouidius, Claudianus, Auienus, Arnobius. Quibus addo Apollonium, 4. Argon. διὰς γεροὸς Θρῄκιος Οἰάγροιο: *Oeagri filius Thracius Orpheus*. Leonidam, Θρῄκιος ὀρφικὰ μοῦσαι σὺν ἔμοιγε: *Sepelierūt Musa Thracium Orphea*. Boëtium, 3. Consolat.

Quondam fanera coniugis
Vatis Threicius gemens.

Linus Orphei magister.

9. LINVS.] Vidit hoc bene Poëta, qui Linum vna, & Orpheum iunxit; præceptorem, & auditorem. Orpheus enim, Thamyras, Hercules fuisse C dicuntur discipuli Lini: ac de Hercule perspicuè Theocrit. ἐν ἡρακλίσκῳ. Fuit Linus filius Apollinis. Theoc. εἰδ. 24. λίνῳ θ' ὑὸς ἀπόλλωνος. Martial. lib. 9. Epig. 88. *Ipse meum fleui, dixit Apollo, Linum.* Lege Pausan. in Corinth. sed præsertim in Bœo. vbi de Lino quæpiam. Sed fabulæ omnes incertæ, vt sæpe

Linus cuius filius. monui. Itaque quamuis Pausanias ipse alicubi filiū faciat Apollinis, tamē in Bœoticis Amphimari. Adi, quæ Natalis congessit. Fuit egregius musicus, ideo hic assumtus à Poëta in contentionem. Vide Pausan.

Linus cātus. in Bœot. de cantu flebili ob mortem Lini, quem cātum Ægyptij Emanerum, Græci Linon vocarunt. Pamphus etiam hymnum de Lini morte vocauit Ottolinum à fletu.

Adsum pro faueo, verbum fori. 10. ADSIT.] Pro, faueat, dictum est Latij ve- D nustate. Sed, vt hoc notum, ita fortasse incognita origo. Verbum traductum est à foro. Patroni, & aduocati *adesse* dicebantur reo, quia verè aderant in subselliis, vt illum tuerentur, inde natum, vt *adesse alicui* sit fauere. Sic contrà *deerant reo* patroni, qui inde aberant: inde *deesse alicui*, est, non fauere. Hinc multa Ciceronis loca sese aperiunt, quæ in tenebris. Mihi satis vnus ad rem indicandam. Initium Actionum in Verrem hoc est: *Si quis vestrum iudices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur*, &c. Certè dirigit sermonem signatè ad iudices, & ad patronos, non ad alios.

11. ORPHEI.] Datiuus est Græcus, ab recto ὁ Orpheus. Sic apud Catul. Pelei ὁ πηλεύς, vide Mac. 5. Sat. c. 17. Ioseph. Scal. in Castig. ad Catullum.

Orphei matrei quæ. 12. CALLIOPEA.] De Orphei matre variè opinantur Poetæ, vocantes ad hanc dignitatem Callipen, Polymnian, Menippem, Thamyridem. Virgilio prima placuit, vt etiam Apollonio, 1. Arg. Antipatro in Epig. Phanocli, Asclepiadi, Nonno 13. Dionys. Senecæ Tragico in Oetæo: *Orpheus Calliopæ genus.* & Arnobio lib. 5. *Calliopes filius.* Dioni Chrysostomo Orat. 78. Rimandum nunc, cur Virgilio (vt de Apollonio, & aliis taceam) placuit opinio illa de Calliope? Negot nemo, quæritam hic comparationem inter Orpheum, & Linum. Ergo facturus Poeta Lini patrem Apollinem, non quemcumque, sed formosum: eius epitheti oppositionē quærit à Calliope, quæ dicta est à pulchritudine. Sed adeò nihil certum in fabulis, iam Cic. 1. Nat. ita de hoc vate loquitur: *Orpheum Poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cecropis.* Illud sanè certum, opera, quæ Orpheo attribuuntur, illius non esse. Locus tantum postulauit, vt dicerem de matre Orphei, adnecte hic de patre. Apollonius lib. 1. & 4. Oeagri filium facit. Sequitur illum Statius 5. Theb.

Orphei pater.

— Oeagrius illic
Acclius malo medius intersonat Orpheus.

aliisque Menæchmus Apollinis filium facit. πίερες θρῃκὶ ἀποκλαύσαντες ἀπόλλωνι φίλον υἱὸν: *Pierides Orpheum interfecerunt carum filium Apollini.* Inde est, vt cùm apud Ouid. 11. Met. & alios audis *Apollineum vatem*, possis intelligere non de musica solum, sed de naturali generatione. Quæ ex Menæchmo adduxi, sunt qui tribuant Cæri, in his est Deltius in Medeam Senecæ.

Apollo formosus. 13. FORMOSVS APOLLO.] Proprium attributum. Callimach. ἀεὶ καλὸς, ἠεὶ νέος: *semper pulcer, semper iuuenis.* De eodem, & Baccho Tibullus *eterna iuuenta.* & Oppian. 1. Ven. Verunque vocat ἀγήστορ: *spectabilem.*

Pan Deus Arcadum. 14. PAN ETIAM.] Sic legendum, etiam in primo versu cum doctis omnibus. Quin Lucas Frut. lib. 1. Versic. 2. Pierium reprehendit, qui legit, *Pan Deus, Arcadia mecum si iudice certet.* nam sic (ait) languida efficitur sententia. Est verò Pan cultus in Arcadia. Simonides hunc Deum vocat τετράβατον, ἠ ἀρκάδα: *Capripedem, & Arcada.* Lege hymnum ad hunc Deum, qui ad calcem Homeri. Ait Versinus, hunc locum desumtum ex Theoc. εἰδ. 7. Locum ipse adducit. Præterea, quia non placet. Illud certè verum, non alia mente quàm Virgiliana duxisse Claudianum in Epith. Honorij, & Mariæ:

Quæ digna formæ laus erit ingeni?
Te Leda mallet, quam dare Castorem.
Præfert Achilli te proprio Thetis.
Victum fatetur Delos Apollinem.
Credit minorem Lydia Liberum.

60 [a] Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
[b] Incipe parue puer: qui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

E

ARGVMENTVM.

Redit ad puerum, quem allicit ad risum, quo inde omen sumatur ad reliquam ætatem.

EXPLICATIO.

[a] HORVM versuum explicatio perplexa est, & variè ab auctoribus agitata. Mihi visum hærere Ios. Scaligero in castigationibus Catullianis.

Hic

VVA. BHSC. BU 00239

Hic tantùm explicationem ipsam dabo; postea verò quæ necessaria, vt ea firmetur. Sed scias prius, secundum versum non explicari ab Scaligero, sed à me contra vulgares omnium explicationes. Ait itaque Poeta: Incipe ô puer risu tuo matrem cognoscere: debes illi hunc risum, & voluptatem, nam decem menses, quibus tu gestatus es in aluo, attulerunt matri tuæ longa fastidia.

[b] Fingit Poeta, puerum nondum inuitatum ad risum, atque adeò iterum allectans ait: Age iam, & incipe ridere: nam qui non risere ad parentes, modò pueri sint, modò puellæ, infortunati sunt: quia nec hunc, id est, puerum mensa accipit Deus Genius; nec hanc, id est, puellam, cubilia accipit Dea Iuno.

NOTÆ.

Risus puerorum.

1. RISV COGNOSCERE MATREM.] Ridere pueros ad parentes suos habitum veteribus pro bono omine. Catul. in Epithal. Iuliæ, & Manlij:

Torquatus volo paruulus
Matris è gremio suo
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem
Semihi ante labello.

Nemesian. 3 Ecl. vbi infantiam Bacci canit enutriti à Sileno, sic ait:

Quin & Silenus parum veneratus alumnum,
Aut gremio fouet, aut resupino sustinet vlnis,
Et vocat ad risum digito, motisque quietem
Allicit, aut tremulis quassat crepitacula palmis.

Vult Silenus infantis risum elicere. Eadem mens videtur Statij 5. Sylu.

Protinus exorto dextrum risere sorores
Aonides.

Vbi rident Nymphæ, vt infans rideat. His adnecte versum Martialis, quem postea adducam. Ad hunc risum, & omen traho versus Phocæ, qui de Virgilio nascente:

Infantem vagisse negant, nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipse puerperis adrisit latior orbis.

Vbi mundus adridet ridenti puero, nam huius risus videtur describi per serenam frontem, per non vagitum. Qui ex historia Zoroastris apud Plin. lib. 7. cap. 16. putant, risum infantibus esse aduersum omen, non bene videntur coniectare. Cùm præsertim dicat Hippocrates, vbi loquitur de partu, pueros ridere statim natos, & Plinius in Procemio lib. 7. die quadragesimo, quod accepit ab Aristotele lib. 7. Historiæ c. 10. Hoc cùm sciret Virgilius, puerum inuitat, vt rideat, & ita det omen reliquæ vitæ. Certè apud Herodotum lib. 5. nulla res alia Cypselo salutem attulit, quàm quod σεσιγήλατος, arrisit illi, cui traditus erat occidendus. Vt enim puerum ridentem vidit, destitit à nefario facinore, & eius exemplo alij. Apud Nonnum lib. 9. natus Bacchus ἐγέλασεν.

2. COGNOSCERE.] Vult Nonius poni hic *cognosco*, pro, *agnosco*, cui hæreo, nam hic affectus regnat.

Decimo mense nasci infantes.

3. DECEM.] Quare decem menses, cùm nono nascantur infantes? Solutio multiplex. Turnebus accipit de mensibus Lunæ, qui breuiores. Delrius in Thebaidem, ait locutum Poëtam ex veterum opinione, qui vt nos nono mense, ita illi decimo mulierem patere credebant. Seruius ita expedit: *mares in decimo nascuntur mense, fœmina verò in nono.*

A Mihi placet capiendum Poëtam de decimo mense incoante, quæ res in omni æuo accidit. Etenim siue puer, siue puella in vtero latet per menses nouem, & decimo lucem videt. Vel, si mauis, capias Poëtam de decem integris mensibus, quasi plus solito Saloninus latuerit in vtero, & ideo additur, *longa fastidia*. Quæ res exemplo non caret, scribente Aristotele lib. 7. de Hist. Animal. c. 4. mulieres etiam vndecimo mense partu liberari. & Varrone in Satyra, cui titulus *testamentum* ex eodem Philosopho: *Si quis mihi filius vnus, aut plures in decem mensibus gignuntur, si eorum vnus λόγος, exchereder sunto. Quod si quis vndecimo mense κατ' ἔκκαιδεκάτου natus est, &c.* Et Plato in Cistel. *Decimo post mense exacto hic peperit filiam.* Sueton. in Octauio cap. 94. scribit, *Augustum natum*

B *mense decimo, & ob hoc Apollinis filium existimatum.* Mihi certè suspicio, ad Augustum suum respexisse hic Virgilium, vt erat sui principis blanditor eximius. Cæterùm vide Plinij cap. 5. lib. 7. vbi nonnulla ad hoc propositum. Vtcunque sit, crebertima est mentio decem mensium. Terent.

— virgo ex eo
Compressa grauida facta est, mensis hic decimus est.

Varro Mysteriis, *Vix duo homines decem mensibus edolatum vnum reddunt puerum.* Menand. γυνὴ κυεῖ ἐννέα μῆνας· mulier decimo parit mense. Arnob. lib. 1. loquens de Ioue: *in vtero matris suæ formatus, absolutus decem & consummatus mensibus.* S. Hieronym. Epist. 47. *decem mensibus vtero clausa vixerit.* Quibus verbis cuertitur sententia Seruij, nam de fœmina loquitur

C Hieronymus. Atque vt rem absoluam, Aristoteles lib. 4. de Gen. Anim. c. 4. in ea est opinione, vt putet, cæteris animantibus statutum esse tempus pariendi, in genere hominum nullum certum, ac fixum terminum, cùm nascantur mense septimo, atque etiam decimo, & mensibus inter hos positis. Græca, quæ signatiora ad rem, ἑπτάμηνοι, καὶ δεκάμηνοι γίνονται, καὶ κατὰ τοὺς μεταξὺ χρόνους. Ex Aristotele videtur hausisse verba sua Cæcilius in Plotio, vbi ait: *Insolitæne mulier decimo mense parere? pol nono etiam, septimo, atque octauo.*

4. TVLERVNT.] Interpretes, qui verbum *fero* hoc loco explicant, pro, aufero, & ij sunt omnes, quos ego viderim, nec satis Latinè, & eleganter loquuntur, neque cum exemplo. At certè *fero* pro, affero vsitatum, quis neget? Dices enim ferre vel afferre alicui literas, pallium, donum Exempla obuia, præsertim in Poetis. Itaque non admitto explicationem illam trinialem. Ride, quod si feceris decem menses tulerint, id est, abstulerint matri tuæ longa fastidia, quæ passa est, dum te in vtero gestauit. nam innititur locutioni parum Latinæ. Legant aliqui *tulerint*. Sed prior lectio doctis probatior, & aptior ad mentem Virgilij & cur mutent, cùm exempla obuia similis licentiæ Virgilius ipse *fuerunt*. Luc. lib. 3. *transtulerunt: occiderunt*. Laberius apud Macrob. 2. Sat. cap. 7. *potuerunt*. Tib. *profuerunt*. Sil. lib. 4. *miscuerunt*, quod verbum bis est in Virgilio. Propert. *contulerunt*. Nolo me scribendo, te legendo delassare.

E 5. FASTIDIA.] Videtur Poeta vsus hac voce in omni proprietate, scribente sic Scal gero in Fest. in voce, Cupes: *ἀνιᾶται est re vera, quem fastidiosum vocant admonuimus: qui non multa, vt voratores, sed electilia edit: neque fa. ile mouent quod ad palatum faciat.* Hæc omnino quadrant fœminis gestantibus fœtum in vtero. Ad lucit deinde verba hæc vetustissimi oratoris Fauorini: *Is nunc flos cœnæ habetur inter illos, qui se sumtus, & fastidium pro facetijs procedit.* Itaque *fastidium* proprie de prægnantibus dicitur. Ad quam rem confero Alcimum auitum libro ad Sororem,

Fastidia grauidarum sunt.

VVA. BHSC. BU 00239

Et cùm longa decem complent fastidia menses,
Perfertóque grauis fœtu distenditur aluus.

Et S. Hieronymum aduersùs Heluidium: *Iunge, si libet, & alias naturæ contumelias, nouem mensibus vterum infolescentem, fastidia, partum, sanguinem, pannos.* Omitto verba eiusdem lib. 1. contra Iouinianum, & Epistola 146. ad Damasum. Produco Arnobium lib. 3. *fastidiosos ducere atque habere conceptus.* Varronem 2. Rust. c. 5 loquentem de vaccis: *cùm parere cœperunt, secundùm (tabula pabulum seruari oportet integrum, quod egredientes degustare possint: fastidiosa enim sunt.* Aristot. 7. Animal. c. 4. de prægnantibus dixit, ἀσῶνται: *fastidiunt.* Hippocrat. lib. 5. aph. 61. de iisdem: ἄσηται.

6. RISERE PARENTES.] Pro, ad parentes. Subaudiri præpositionem, & pendere accusatiuos ab illa tacita veteris fuit elegantiæ neque solum hoc loco Scaliger, sed docti omnes variis in locis adnotarunt. Plautus Menæch. *Ibo, & consulam hanc rem amicos*, id est, circa hanc rem. Idem in Casina. *Quid tibi hunc tactio fuit?* id est, quid tibi tactio fuit ad hunc? quid hunc tetigisti? Lege Lambinum in eum locum Plauti. Idem Plaut. in Mil. *quæsas cetera*, id est, erga cetera. Martial. lib. 12. Epig. 21. ex emendatione Scaligeri: *Te citò ridebit peregrinus Clodia partus.* id est, ridebit ad te. Hæc elegantia ducta est à Græcis, qui sæpissime subaudiunt κατά. Dionys. Hal. lib. 5. ῥώμῃ καὶ ἰσχύϊ. id est, κατὰ ῥώμην: *robore præstantissimus.* Pind. Od. 6. Nem. χερσὶν ἰμάντι δεθεὶς: *manus loro vinctus.* Si quis quærat, cur hanc explicationem aliis prætulerim, hæc est ratio. In primo versu vox illa *risu* capitur de risu pueritiæ matrem suam agnoscentis; ergo necessariò in tertio versu illud *risere* capiendum quoque de infantibus, qui rident ad suos parentes. Etenim si *risere* pertineat ad parentes, non solùm frigida est, sed inepta sententia. Nam quale est hoc? Incipe puer ridere, incipe matrem agnoscere, age incipe ridere, nam nisi patres rideat ad pueros, &c. Quanto hoc præstantius erit. Incipe puer ridere, matrem agnosce, age incipe, nam nisi pueri rideant ad patres, &c. Dices, quæ necessitas cogit, vt *risus* in primo versu capiatur de risu infantis? Dico primò, hoc pendere ex imitatione, nam Virgilius loquutus est procul dubio, vt alij, quos iam indicaui. Deinde, quid obsecro hortatur conatu bis repetito, nisi vt rideat? Ego enim nequeo, neque tu fortasse, intelligere, quomodo infans matrem suam agnoscat, nisi hoc prodat signo aliquo, hoc signum vult Poëta, vt sit risus ad indicandam felicitatem. Hæc ergo est caussa cur libenter acceperim explicationem Scaligeri supplentis præpositionem *ad*. Vt dicat *risere parentes*, id est, risere ad parentes.

7. NEC DEVS HVNC MENSA.] Putabant veteres nascentibus adesse mari Genium, qui est Deus mensæ: fœminæ Iunonem, quæ est Dea cubilis. Vide, quæ de vtroque doctè scripsit Polit. c. 89. Miscel. Demum, si velis loci integri duas alias explicationes, lege Quintilian. lib. 9. c. 3. quem defendit Turn. lib. 16. Aduers. c. 13. & Erythræum in Indice ad Virgilium, qui proponit, & tuetur explicationem Bembi: reliquas nihil moror, neque Politiani dicto loco: nam ego enim, vt *parentes* sit in vocandi. Genius Deus.

FINIS ECLOGÆ QVARTÆ.

ECLO

VVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA QVINTA

DAPHNIS

MENALCAS. MOPSVS.

ARGVMENTVM.

SVperior Ecloga vnius natalem celebrauit, hæc alterius obitum deflet. Præcedunt quæpiam inter pastores ante cantilenam, hæc ab vnoquoque absoluitur versibus quinque supra viginti: laudant se inuicem, & inuicem dant munera. Posterior oratio priori opponitur, hæc tota luctuum, & funeris; illa gloriarum Apotheosis plena. Sed est magna difficultas inter Interpretes, quis hîc lateat sub nomine pastoris Daphnidis? Sunt qui verè Daphnin intelligant, pastorem Siculum, quem mater compressa à Mercurio, & enixa abiecit, ac pastores mox inter lauros inuenere, vnde & illi nomen. Hunc Pan Musicam docuit, amauit eum Nympha, astrinxitque graui iuramento, ne cum alia iungeretur. Sed dum boues persequitur, ad Regiam peruenit, vbi appetitus ob pulcritudinem cum Regis filia consuetudinem habuit. Resciuit Nympha, orbauit oculis; ille patrem Mercurium in auxilium vocauit, qui filium in cœlum rapuit. fontémque in eo loco elicuit, qui Daphnis vocatur, vbi quotannis sacrificant Siculi. Sic ferme Seruius Pet. Dan. Addit Diodorus lib. 4. hunc primum inuenisse in Sicilia carmen bucolicum, Pastorem hunc ita celebrat Silius lib. 14.

—— Daphnin amarant
Sicelides Musæ, dexter donauit auena
Phœbus Castalia, & iussit proiectus in herba
Si quando caneret, lætos per prata, per arua
Ad Daphnin properare greges, riuósque silere.

Pergit pluribus. Lege. Hæc est prima sententia. Altera ait, latere sub hoc nomine Julium Cæsarem, pro quo facit, nonnulla huius Eclogæ posse illi commodè attribui. Tertia vocat ad luctum hunc Salominum filium Pollionis, nam obiit ille immaturè: videtur enim consonare, vt nunc eius Apotheosin canat, cui in superiore Ecloga tribuit vitæ aureæ restaurationem. Quarta mauult deflere Flaccum Maronem Virgilij Maronis fratrem. Nam exstat pervulgatum distichum Poetæ ἀδήλου.

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem Diis immortalibus æquas.

Extrema denique Quintilium Varum accipit, cæsum in Germania cum tribus legionibus. Me profecto nihil inclinat, vt hoc potiùs præ illo credam, ideo tibi sententias omnes retuli. Lege etiam Luysinum lib. 1. Parerg. c. 24. qui ex Polluce putat deflere Borimum Iolam, Opij regis filium, iuuenem in venatione, messis tempore extinctum.

Men. SVr non Mopse (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere versus)
Hîc corylis mistas inter consedimus vlmos?

Mop.

VVA. BHSC. BU 00239

Mop. [b] Tu maior: tibi me est æquum parere Menalca:
Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras,
Siue antro potiùs succedimus: aspice, vt antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis.

ARGVMENTVM.

Menalcas Mopsum inuitat ad canendum, tum à loco vmbroso, qui aptus; tum à cupiditate ostentandi ingenii. Cedit Mopsus, vt qui minor, & vult canere; de loco tamen proposito ambigit, & alium proponit.

EXPLICATIO.

[a] O Mopse, inuitant nos omnia ad cantum. Vide hanc arborum opacitatem, hanc frondium dulcedinem, hanc ridentis & blandientis naturæ suauitatem: vide vlmos commistas corylis, ne aditus sit Soli, nobis vt noceat: deinde, qui aptiores ad cantum, quam tu ipse, atque ego? tu peritus in flandis calamis, ego dicendis versibus. Ergo, cur non sedemus: cur non canimus?

[b] Tu maior es, me tibi parere æquum est: modò ad vmbras arborum sedeamus, vt tu ipse vis; modò huic antro succedamus, quod potiùs duco. Nam vmbræ arborum, quas laudas, incertæ sunt ex crebra commotione ventorum, qui cum arbores agitent, vmbras perinde mouent; antrum speciosum est, syluestri labrusca diffusa per ambitum, vnde rari pendent racemi: quo loco nullus pulcrior, & ad canendum aptior.

NOTÆ.

Bonus, pro peritus.

1. BONI.] Notat Pet. Victorius in Arist. 5. Polit. *bonos* Græcis dici, peritos artium, quas didicerint. Sic Arist. ipse, τὸς ἀγαθὸς φησὶ ποιητὰς ὀρθῶς ποιεῖν τὰ μετρούμενα πρὸς ἕτερα, ὅτι, &c. *Atque eos, qui boni sunt aliqua in re, sic honorare, vt, &c.* Additque hunc loquendi modum expressum hoc loco à Poeta ad imitationem Græcam. Verè hoc Victorius. Nam Virgilius (vt puto) reddidit Homericum illud Odyss. 13. εἰδότες ἀμφὶ scientes ambo. Itaque, quod Homerus per scientiam, Virgilius expressit per bonitatem. Incidi etiam in locum Platonis 1. Alcib. vbi σκυτοτόμῳ, id est, *cerdo sutorque calceorum* vocatur ἀγαθὸς, *bonus*, cum respectu ad artem, quam exercet: ea enim mens Platonis.

2. BONI INFLARE, DICERE.] Purus putúsque Hellenismus. Æschylus Prom. δεινὸς εὑρεῖν: *gnarus inuenire.* Apollon. 3. Arg. ἐπιδεῖν οἰωνούς. legunt alij, ἐναισίμους οἰωνοὺς ἰδεῖν, vel *legui augurta.* Sophoc. Oedip. δεινὸς δρέπειν: *optimus inuenire.* Eo delectati Latini. Hor. Od. 29. lib. 1. *docti* in *sagittas tendere.* & Od. 24 lib. 3. *Indere doctior.* Seu. Futen. *flectere doctí.* D Ouid. 5. Met. *Figere doctius erat, sed tendere doctior arcus.* In voce *calamos inflare*, respicit Græcum αὐλεῖν. nam aula, à flatu dicta. Artemid. lib. 1. c. 58. ad verbum κάλαμος αὐλεῖν.

3. TV CALAMOS INFLARE LEVES, &c.] Integer versus videtur factus ad æmulationem illius Theocriti εἰσὶ 8. ἄμφω συρίσδειν δεδαιμένοι, ἄμφω δ' ἄεισεν: *ambo fistulam inflare, & ambo canere periti*, vel alterius ex εἰσὶ. 6. αὐλεῖν δυσκόλως, συρίσδειν δὲ δαῦνος ὁ ζώτης: *Tibiæ canebat Damœtas, fistula verò canebat Daphnis bubulcus.* Sed Virgilius leuiter deflexit. Nisi quis malit imitationem ducere ab Apollonio, qui 1. Arg. ἴστρον δ' ἄμφω γνάρι ambo. Illa verò tantùm *calamos inflare*, A ducta videntur ex Sophocle, cuius hoc est apud Tul. 2. ad Attic. φυσᾷ γὰρ ὡς σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι: *non enim iam parus inflat tibiolis.* Aut ex Lucret. lib. 5.

Et Zephyri caua per clamorum fibula primum
Agrestes docuere cauas inflare cicutas.

Nemesianus cum intuitu horum 1. Ecl.

— nam te calamos inflare labello
Pan docuit.

Et 3. *nullis fas inflare cicutas.* Et Symmachus Ep. 60. lib. 7. *Pastorales inflare calamos.* Et Arnob. lib. 2. *inflandis buccularum distenderem tibias.* Obserua etiam distributionem, quæ amata est Maroni. *Ambo*, inquit, & mox distribuit, *tu inflare, ego dicere.* Talis ea Ecl. 7.

Compulerántque greges Corydon, & Thyrsis in vnum,
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.

Est apud Lipsium lib. 1. Elect. c. 5. carmen veteris Poetæ, in quo post mentionem Apollinis, & Liberi fit distributio hæc: *Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.* B

4. HIC CORYLIS MISTAS INTER CONSEDIMVS VLMOS.] Hærere potuit initio Eclogæ duplici loco Theocriti ex εἰσὶ. 1. vbi fit inuitatio ex amœnitate loci.

5. TV MAIOR.] Locum hunc ex Homero, & Theocrito desumtum Vrsinus indicat, & Germanus Calabri locum.

6. TIBI ME EST ÆQVVM PARERE.] Locum communem de obedientia, quem hic Poeta attigit, sic exorno. Chorum ducat Xenoph. de Rep. Laced. ἐπεὶ περ ἐγνωσαν τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι, καὶ ἐν πόλει, καὶ ἐν στρατῷ, καὶ ἐν οἴκῳ: *Quandoquidem cognouerunt maximum esse bonum parere, tam in Rep. quam militia, ac domi.* Præcesserat quippe illud dignum, quod audiatur. *Spartanos principes cum vocantur, currendo potius, quam eundo obedire.* Græca sunt, ὅταν καλῶνται ἐφ' ἑαυτοὺς, καὶ μὴ βαδίζοντες ὑπακούειν. Faciebant hoc, vt ipse addit, quod existimarent se principatum assecutos σφόδρα πείθεσθαι: *vehementer, & enixè obtemperando.* Theopompus Laconicus apud Brusonium, dicente quoque, Spartam ideo seruari, quod Reges scirent imperare: minimè (inquit) sed quia ciues parere. Apud Thucydidem lib. 1. gloriantur Corinthii, quòd præstent Athenienſibus non solum militari peritia, & militum numero, sed etiam, quòd omnes peræquè ad imperata properent, ὁμοίως πάντα ἐς τὰ παραγγελλόμενα ἴσμεν. Inde bene Æschyl. in septem Theb. πειθαρχία γὰρ ἐστὶ τῆς εὐτραξίας μήτηρ: *est enim obedientia mater felicitatis.* Quæ hactenus dixi, eò pertinent, vt videas, quantum commodi situm sit in hac virtute. An deest voluptas? minimè. Xenophon enim lib. 3. Pæd. obedientiæ dat μεγάλας ἡδονὰς: *magnas voluptates.* Vtilitati, & voluptati adde honestatè. Isocrates in Trapezitica dicit obedire Principi, ἐάν τε ὀρθῶς ἐπιτάττῃ: *bonum esse, & honestū*, etiam nullo alio commodo. E contrario putabant, μηδὲν εἶναι μεῖζον κακὸν ἀναρχίας, verba sunt Aristotel. apud Stob. Serm. 41. id est, *nullum malum inobedientia maius.* Et reddit rationem, quia nulla est salus, μηδενὸς ὄντος τοῦτο, *vbi nemo præest.* Ad quam rem ita Soph. in Antiq. C

Obedientiæ elogia.

Ἀναρχία γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
Αὕτη πόλεις τ' ὀλλυσιν, ἥδ' ἀνάστατος

Oikas

UVA. BHSC. BU 00239

ὄϊνος πίθηνον, &c.
Inobedientia enim maius non est malum.
Hæc ciuitates perdit, hæc euertit
Domos.

Dixi, obedientiam habere se in bonum vtile, delectabile, honestum: dixi, quod malum sit inobedientia: attexam exempla duo obedientiæ, & inobedientiæ. Virtutis est apud Xenophontem 4. Pæd. per initia, vbi legitur, Chrysantam in bello, sublato in altum ense, habuisse hostem sub ictu, sed destitisse ab certo vulnere, quia tum audiuit receptui canì: quæ res & hosti vitam dedit, & Chrysantæ immortalem gloriam. Vitij apud Ælian. lib. 6. Var. Histor. cap. 5. *Athenienses missos in Arcadiam legatos, quoniam alia via, quam imperatum erat, profecti fuerant, tametsi rem bene gessissent, ἀπείθειαν interfecerunt.* Quod leuius peccatum, quod grauius supplicium? Elegi hæc tantum ex multis, quæ paraueram: sed non prætermittam adagium, quod de præstanda obedientia est apud Demetr. Phalereum, πᾶς ἀνθρώπος ὁ σὺν μουσῶν λόγος. Quo significabant, hero vnica tantùm syllaba opus esse ad seruum. Neque verba Xenophontis in Hipparchico, quibus de præmio obedientis ita præclarè: *Porrò autem, vt dicto sint obedientes equites, vtile est, qua in re tè parendo commoda insint, oratione explicare. Re etiam ipsa, vt lex præscribit, declarandum est, vt qui se composuè & obedienter gerunt, augeantur, & meliore sint conditione: qui autem non paruerint, deuiciantur, deteriore que sint conditione in rebus omnibus.* Docet videlicet debere Hipparchicum docere ista suos milites. Vide, quæ Plato scribit lib. 6. Leg. de his, qui nunquam seruierunt: hi (inquit) nunquam poterunt dominari.

7. INCERTAS VMBRAS.] Græci σκιὰς ἀσάρκους.

8. ZEPHYRIS MOTANTIBVS.] Sidon. Ep. 2. lib. 2. *Ventis motantibus.* Columel. lib. 1. c. 4. *ventorum motibus.* Huc pertinet etymon κλωνὸς. Est κλὼν summus ramus, aut surculus, ita dictus à motu, quoniam vento κλονεῖται. κλὼν, quid proprie.

9. ANTRO SVCCEDIMVS.] Ex hoc antro fluxere vmbræ Calpurnij, Ecl. *Nos quoque vicinis cur non succedamus umbris.* Iterum: *Et iam captate pariter successimus umbra.* Et Claudiani in Epith. Palladij.

Forte Venus blandos quæsitum frigore somnum
Viribus inuexit gremio successerat antri,
Densaque sidereos per gramina fuderat artus.

10. ASPICE, VT ANTRVM.] Ad imitationem Virgilij eleganter pastor quidam apud Calpurn. 6. Ecloga,

Si placet, antra magis, vicinaque saxa petamus,
Saxa, quibus virides stillanti vellere muscus
Dependet, scopulisque cauum sinuantibus arcum
Imminet, excelsa veluti testudine concha.

Ad imitationem (inquam) Virgilij, nam antra cùm proposuisset, mox saxa studiosiùs laudauit. Iterum paucis interiectis:

Seu residere libet, dabit ecce sedilia tophus.
Ponere seu cubitum, melior vires herba lapillis.

Tityrus etiam apud Nemes. 1. Ecl.

— vlmos potius, fagosque petamus,
Hic certare libet, virides nam suggerit herbas
Mollia ager, latéque tacet nemus omne.

A Quæ attuli non dubium, quin facta ad lucem Virg. Sed & forasse latet hic Eurip. imitatio in Cyclope, vbi locus sic commendatur: καὶ μὴν λειμὼν δεῖ τοῦδε τοῖς αὐθαιρέτοις κλόης; atqui floridum hoc solum frondenti herba. Quippe Cyclops vult, vt ibi fiat inuitatio. Similis est omnino locus Cicer. 2. Leg. vbi Attiqus mutare locum ad loquendum cupiens, & ire in insulam Fibrenum, studiosè proponit Ciceroni, quanta illius loci delectatio, & voluptas. Est & alius locus eiusdem 1. Leg. simillimus, quod fragmentum est apud Macrob. 6. Sat. Habet quoque affinitatem locus Cypriani Epist. 2. *Ac ne colloquium nostrum arbiter profanus impediat, petamus hanc sedem: dant secessum vicina secreta, vbi dum arentici palmitum lapsus, nexibus pendulis per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt.* Obseruanda etiam est B tibi florida Poetæ descriptio de antro pastorali. & quid si ad illam aspirauit Sid. Apollon. lib. 5. Epist. 17. cùm ait: *Hic pars sub vmbra palmitis adulti, quam stipitibus altis, cancellatim que pendentibus pampinus superducta texuerat: pars cespite in viridi, sed floribus odoro consederamus.* Saltem habuisse in animo Virgilium mihi non dubium, etiamsi modico flexu rem variauerit. Sic & lib. 2. Epist. 9. *antro in hemisphæri formam corylis flexilibus intexto.* Ceterùm si frui vis amœna descriptione antri pastoralis, adeundus tibi Ælian. lib. 13. Var. histor. cap. 1. vbi inter alia, καὶ ἄμπελοι δὲ πάνυ σφόδρα εὐσυνώτου βοτρύων θεὸ τὰ ἄνθρου τεθηλότα ἀεὶ etiam vites plenis fertilibusque vuis ante spelunCam crescebant. Quidpiam simile Dio Chrysost. Orat. 2. κύκλῳ δὲ τὰ σπήλαιον, ἅμπελον πεπλεγμένην ὁρᾷς ἐν ὕπνῳ θεωμένην: *In circuitu verò spelunca vitem speciosam, ambientem omnia, vuis grauatam.* Libanius in Progym. simili quadam voluptate dixit, loquens de vita ruris, ὑπραιωρουμένων βοτρύων. Paria Nonn. lib. 16. Dion. Sumsere omnes ab Homero Odyss. 5.

Ἡ δ' αὖτ' ὑπὸ τέγεϊ μεγάλῳ ἐλελίζετο δαιδάλεος τοῖ
Ἥμερις ἡδώσασα, τέθαλει δὲ σταφυλῇσι:

Atque illic extensa erat circum spelunca cana
Vitis pubescens, florebat vero vuis.

Claudian. in Epith. Pallad. simile antrum describens:

C — *crispatur opaca*
D *Pampinus, & vitem sudantem ventilat vuis.*

11. LABRVSCA.] Est vitis syluestris. In Culice neutro genere extulit: *Densaque virgultis auidè labrusca petuntur.* Dicta, quòd in labris terræ ad ipsas macerias, & septa nascatur. Dioscoridi dicitur ἄμπελος ἀγρία. Theophrasto ἀγελεμπέλος vnica dictione. Eidem (ex nota Dalecam. in Plin.) *athragena.* Plinius Græcam vocem vsurpauit, sed Latinis notis lib. 23. cap. 1. *labrusca quoque amanthen fert, quæ Græcis ampelos agria appellatur.* De lectione Plinij, quam repræsentauit, lege Hieron. Merc. 2. Var. cap. 16. Volunt idem Mercur. & Dalecamp. sensisse Plinium, labruscam eandem esse cum taminia vua. Neque negligenda nota Remberti Dodonæi in historia, quam fecit de vite: ad hoc syluestre genus vitium pertinere, quas Plin. lib. 16. cap. 27. triferas, ac insanas vocari ait: quoniam in his alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. Labrusca.

Men. 2 Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.
Mopſ. b Quid si idem certet Phœbum superare canendo?
10. *Men.* c Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri,

Incipe:

UVA. BHSC. BU 00239

Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
Mops. [d] Imò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi,
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
Men. [e] Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
[f] Sed tu desine plura puer: successimus antro.

ARGVMENTVM.

Præcedunt quæpiam ante cantum, in quibus maior Menalcas materiam canendam proponit; iuniorMopsus, ea reiectis, pro arbitratu eligit, quam vtli ipse est sparsa adolescentis arrogantia in omnibus, quæ ipse dicit: viri modestia, & vrbanitas in placando adolescente.

EXPLICATIO.

[a] PENDET sententia ex superioribus. Mopsus, cùm de loco tantùm dubitasset, in quo futurus cantus, certè de cantu ipso nunquam dubitauerat, imò se ad parendum alacrem dixerat. Hanc alacritatem Mopsi ducit Menalcas pro argumento victoriæ alienæ, atque adeò veluti subterfugiens certamen, ait, non ego tecum certem; Amyntas solus certet, qui magnus cantor in his montibus. Vel referri potest sententia ad quatuor versus Mopsi præcedentes, vt dicat Menalcas. Certet tecum tantùm Amyntas, non egonam versus, quos nunc fudisti, præclari sunt.

[b] Hoc ipsum indignatur adolescens pastor, & respondet ita: Quid tu mecum certare posse Amyntam putas? possit quidem, si certet superare Phœbum cantu. Clarius. Si Amyntas certet, asperè tecque ad victoriam Phœbi, me quoque cantu aggrediatur, non aliter. Et notanda est proprietas Poetæ, qui iuniori dat hos animos ex ingenita ætatis huius arrogantia.

[c] Exacerbatum iuuenem lenit vir pastor, & primas offert in canendo, ac triplicem offert materiã, amatoriam, laudatiuam, contentiosam. Ergo ait: Cane amores Phyllidis Reginæ Thracum, quibus cõplexa est Demophoontem, quibus sibi mortem attulit: aut laudes Alconis, peritissimi sagittarij: aut Codri Atheniensium Ducis iurgia, quibus, & morte sua victoriam patriæ peperit. Potes tutò canere, nam Tityrus hœdos seruabit.

[d] Nihil horum placet, imò experiar, id est, adducam in experimentum & periculum carmina quædam, quæ nuper concidi, atque inscripsi in fago: & cùm ea modulatus sum, notaui alterna, id est, alternatim, videlicet, inflans iam fistulam, iam canens carmen. Itaque alternatio hic refertur iam ad flatum calami, iam ad somitum oris. Pergit pastor. Hæc postquam audieris, iube Amyntas certet, qui tibi in pretiosi sanus non iubebis.

[e] Extrema Mopsi iudicarunt, altius adhæsisse in animo iuuenis vultus illius de Amynta adducto secum in contentionem: quamobrem ita blandissimè, & cum lenocinio Menalcas. Quantum salix lenta cedit oliuæ pallenti, id est, ornatæ, & vestitæ suo fructu, qui pallidus est, cùm concoctus, & maturus: quantum saliunca humilis rosetis purpureis, tantum Amyntas tibi. Perinde ac si dicat: Amyntæ ingenium lentum est, & humile, si tecum conferatur: vt in quo nihil sit viuidum sententiarum, nihil sublime verborum: tuum verò & sententiarum grauitate redundans, & verborum amœnitate: itaque adiungis cum vtilitate delectationem. Certè hanc esse mentem Poetæ coniectabam, cùm comparet ingenium Mopsi cum oliua fructuosissima arborum, cum rosa amœnissima florum: ingenium Amyntæ cum salice, quæ arbor infructuosa; cum saliunca, quæ parum assurgit, ac perinde se minus conspicuam, & elegantem dant.

[f] Sed age puer, meæ delitiæ, desine plura effundere, desine pluribus conqueri: concine aliquid, quando iam agrum liquimus, quem ego amabam; antro successimus, quod tu prætulisti.

NOTÆ.

1. MONTIBVS IN NOSTRIS.] Quod Theocrit. κατ' ὄρεα. Virg. *in montibus.* Quo docet nos Poeta, qui debeamus eleganter reddere Græcum Accusatiuum cum κατὰ. qui enim casum pari casu reddunt, sæpe inelegantes sunt.

2. TIBI CERTET.] Notat Lambinus in Horat. locutionem hanc Græcam esse, vt μάχεσθαι τινι: *pugno tibi.* Latine dicas *certet tecum, pugno tecum.* Ita Æn. 4. *pugnabis amori?* Horat. *Asperum decertantem Aquilonibus.* Alibi: *vnam certantem purpura.* Plura ille. Certo tibi. Pugno tibi.

3. AMYNTAS.] Hoc pastore varie, & ad quodcunque propositum, vsus est Poeta. Pro æmulo: *Hæc eadem vt sciret quid non faciebat Amyntas.* Pro inuido, quod primo proximum: *inuidi stultus Amyntæ.* Pro molli: *neus iguis Amyntæ.* Et, *siue esset Amyntas, Seu quicunque furor.* Pro cantore: *cantaret Amyntas.* In hac Ecloga pro Poeta. Amyntæ nomen communе.

4. PHYLLIDIS.] Non hic silentio inuoluam consecuturam meam de vigilantia Poetæ, qui cùm triplicem materiam cantandam assignet Phyllidis, Alconis, Codri, videtur, vt est vigilantissimus, & nihil frustra effundens, allusisse ad triplex causæ genus, iudiciale, exornans, deliberans. Interfecit se Phyllis propter amorem Demophoontis, vocari possit in iudicium, an eò amor debeat procedere, vt sibi quis manus inferat, & sit homicida sui? Alconis laudes clarè vides. Circa Codri iurgia disquiri in foro posset, an eo modo paranda esset victoria, quo is parauit: & proculdubio homines in eam deliberationem irent, vt sic pararetur. Sed dicas: Phyllis esse possit non ea heroica, sed quæpiam fœminis pastoritiis, cuius amores cantandi proponantur. Certè historiæ, quæ de Alcone, & Codro subduntur, ducit nos in eam mentem, vt de heroina capiamus. Causarum genus triplex vbi insinuet Virgilius.

5. ALCONIS.] Hic ego insisto vestigiis interpretum ferè omnium, & aliorum, qui hunc Alconem (nam plures fuere huius nominis) referunt ad celeberrimum sagittarium, quem dicunt ea fuisse peritia, vt serpentem confixerit, quem vidisset superstare

UVA. BHSC. BU 00239

ſtare corpori dormientis filij, filio non læſo. De patria hæreo, nam Athenienſem aliqui, aliqui Cretenſem faciunt. Facti huius Epigramma exſtat lib. 6. cuius initium ex aliena verſione:

Cùm pater aſpiceret natum ſerpente teneri
Alcon, mox arcum, fidaque tela capit.

De eodem capienda hæc Manilij lib. 5. cenſent nonnulli:

Quin etiam ille pater tali de ſidere cretus
Eſſe poteſt, qui ſerpentem ſuper ora cubantem
Infelix nati ſomnimque animámque bibentem
Suſtinuit miſſo petere, ac proſternere telo.
Ars erat eſſe patrem, vicit natura periculum,
Et pariter iuuenem ſomnoque & morte leuauit.

Phalerus fi- lius Alconis. Puer verò, qui ſeruatus eſt ab ſagittario Alcone fuit Phalerus ille, qui poſtea dux magnus inter Græcos. De hoc Valerius Flac. lib. 1. Arg his verſibus:

Inſequeris, caſuſque tuos expreſſa Phalere
Arma gerit: vacua nam ſuſpenſ ab arbore parmam
Ter quater ardentem tergo circumuenit anguis.
Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.

Ergo, nomen patris Alcon, filij Phalerus. Certè, qui ſupperet tempora, inueniet non longè hùc Phalerum abiiſſe ab æuo Codri, & Phyllidis: vt videatur Poeta vicinas hiſtorias ſuo carmine tetigiſſe. Scripſeram hæc tantùm coniectura, priuſquam vidiſſem Apollon, & eius Scholiaſtem. Ille lib. 1. ὑμνεῖν τὸν φάλης & Ἄλκων μὲν ἀσέληνος ἐοσ τοξεύσας Phalerus, Alcon ipſum premiſit pater. hic, ἄλκωνα τὸν φαλῆρα πατέρα. Diuerſam porrò ab Alcone hiſtoriam vide apud Pauſan. in Phocicis de patre, qui vnà cũ Dracone filium ſuum eodem telo traiecit.

Codri facinus. 6. CODRI.] Quid hìc hæream verbis interpretum? vbi exſiſtant hæc Val. Max. lib. 5. cap. 6. *Rex Athenienſium Codrus, cùm ingenti hoſtium exercitu Attica regio debilitata ferro ignique vaſtaretur, diffidentia humani auxilij ad Apollinis Delphici oraculum confugit, perque legatos ſciſcitatus eſt, quonã modo illud tam graue bellum diſcuti poſſet. Reſpondit Deus, ita illi finem fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet. Quod audiens non ſolum totis Athenienſium caſtris, ſed etiam contrarijs percrebuit. Eóque factum eſt, vt edicerentur, ne quis Codri corpus violaret. Id poſtquam cognouit, depoſitis inſignibus imperij, familiarem cultum induit, ac pabulantium hoſtium globo ſeſe obiecit: vnumque ex his falce percuſſum in eadem ſuam compulit: cuius interitu, ne Athenæ occiderent, effectum eſt.* Habes hiſtoriam integram, & quæ ſint illa Maronis iurgia. Qui autem fuerint hoſtes Athenienſium, quod Valerius ſiluit, explicat Iuſtinus lib. 2. qui Dorienſes nominat, & Ammian. lib. 22. Ait enim de Codro: *qui ſe pro patria bello ſeruit Dorico deuouiſſe.* Quod repetit lib. 28. ſanctus Auguſtinus lib. 18. de Ciu. Dei cap. 19. hos hoſtes fuiſſe, ait, Peloponnenſes, adducítque verſum Virgilij, & ſignatè meminit iurgiorum. Sicut & Oroſ. 1. c. 18. Velleius lib. 1. Lacedæmonios nominat. De hoc Codro vide Pauſaniam in Phocicis, Horatij Interpretes ad Od. 19. lib. 3. ad eum verſum, *Codrus pro patria non timidus mori.* Herodotum lib. 5. Ammianum lib. 22. Adonem in Chron. ætate 4. Lactantium lib. 3. cap. 12. Ciceronem 3. de Nat. Deorum. Iuſtinum lib. 2. Velleium lib. 1. Adi etiam ex nota Vrſini, orationem Lycurgi contra Leocratem. Porrò ſimile oraculum narrat Iuſt. lib. 2. Spartam delendam, ni Rex caderet. Si te hiſtoriarum ſimilitudo delectat, ſimilis exitus fuit Cleomacho Chalcidenſium Duci, qui cadens ipſe egregiam victoriam Chalcidenſibus parauit, pete à Plutarcho ἐν τῷ ἐρωτικῷ. Similis Aglauriæ filiæ Cecropis, quæ ſe, accepto oraculo, ex muro præcipitauit, vt Athenienſes bello liberarentur. Narrant hoc multi, in his Demoſthenes enarratur in orat. de falſa legat. Neque abit hiſtoria illa Æliani lib. 12. Var. hiſt. c. 28. qui narrat fuiſſe Athenis templum dictum Leocorium, quod vir quidam Leos dictus filias ſuas Praxitheam, Theopam, Eubulam mactandas in honorem Mineruæ tradidiſſet, propter oraculum Delphicum, quod monebat aliter non poſſe ſeruari vrbem. Hiſtorias Deciorum in memoriam tibi tãtùm reuoco.

7. PASCENTES SERVABIT TITYRVS HOEDOS.] Expreſſum eſt illud Theocriti εἰδ. 1. τὰς δ' ἀγέλας τὰν τῶ τοὶ δοῦ ποιμένι κάπρος ἀπεὶς ἐρίφους ἐνέμεν τὸ ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσι. Quadrat autem in hunc locum Brocenſis nota in 1. Eclog. qui in hoc carmine paſtoritio per Tityros intelligit paſtorum famulos à τίτυρος, id eſt, obſcuro. ita hic, —— *paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos.* Alibi: *Tityre dum redeo, breuis eſt via, paſce capellas.* Sidon. Epiſt. 2. lib. 2. *Noſtrorum montium Tityri.* Tityri paſtorum famuli. B

8. IMO HÆC IN VIRIDI, &c.] Deflectit à Theocrit. εἰδ. 7. Sed non ita, quin appareat imitatio.

ἔρρε φίλα, ἔρρ' ἀδελφεὰ
τὰν ἐμὰν ἐν ὄρει τὸ μεσσάτιον ἐξεπόνασα.
Vide quæſo num tibi placeat
Hoc, quod nuper in monte, breue carmen imitatus
ſum.

Nemeſ. 1. Ecl. apertè ad Virg.

Sed quia tu noſtræ muſam poſcis auena,
Accipe, quæ ſuper hæc ceraſus quã cernus ad amnem,
Continet, inciſo ſeruans mea carmina libro.

9. CORTICE FAGI CARMINA DESCRIPSI.] Vide Ecl. 10. in illo: C

—— *teneræque meæ incidere amores*
Arboribus.

Hìc tantùm obſerues, à quibus natus hic mos ſcribendi in corticibus. Hanc rem perſpicuam faciunt verba Symmachi Epiſt. 28. lib. 4. *Mallem Aborigenum more dictionem ſalutis alternæ ligno, aut corticibus ſcribere. Ægyptus papyri volumina bibliothecis, ſoróque texuit.* Quibus innuit, non ſecus natum ab Italis morem ſcribendi in corticibus, quàm ab Ægyptiis ſcribendi in papyro. & Virgilius quidem de Italo paſtore loquitur. Mos ſcribendi in corticibus.

10. DESCRIPSI.] Vel accipe compoſitum pro ſimplici, quod ſæpe ex vſu Latij. vel, ita attentè ſcripſit, vt non tam ſcriberet, quàm deſcriberet, id eſt, pingeret notas characterum. D

11. ALTERNA.] Seruius hìc confugit ad alternos pedes; quibus varie exratione muſicæ, & carminis Poetæ vtuntur. Sed non placet. Intellige, vt quid. ego iam explicui. Ducet te in hanc mentem Nonnus lib. 11. Dionyſ. qui loquẽns de Ampelo Bacchi puero, ita ait: κηλάκει ἡ βομβύκια παρεζομένοιο τεχείρῃ πίδι & σύριγξι δάδα μέλπε δικεῖος Σάτυρος & Bromio accumbente ad menſam Adoleſcens fiſtula canebat inſuetam muſam commutans. Quare, commutans? quia nemo quit voce canere, cùm flat fiſtulam. Ergo, in Poeta, *modulans alterna notaui*, eſt, iam modulabar, iam notabam, & ideo alternatim. Hanc meam explicationem clarè infrà indicat Virgilius, cùm ait: *Nec calamis ſolum aequiparas, ſed voce magiſtrum.* vbi videtur mihi Menalcas laudans Mopſum alludere ad illud, quod de ſe Mopſus dixerat, *modulans altera notaui.* Alterna, in Virgilio, quid. E

12. LENTA SALIX QVANTVM.] Expreſſus hic Theocrit. in εἰδ. cui titulus Aitas: ſed Virgilius ſatis duxit poeſin exornare duplici comparatione, & ea noua, cùm Græcus verboſior exſiſtat. Ait enim Oeobani ore:

Quantum hyemi præſtant genitiui gaudia veris,
Vi granibus malis ſuperantur pruna Damaſci,

VVA. BHSC. BU 00239

Lanigero est vt ouis tenero villosior agno,
Ter nupiæ quantum vetula mollissima virgo
Præferri poterat, quantum leuis humulus omni
Concedit virido, quantum dulcissima canna
Perpetuo cunctas vincit Philomela volucres,
Tantum inter reliquos mihi tu carissimus omnes.

Voluit te lector lassare ipsa versuum multitudine, vt præ Græco-Latinum tibi imitandum proponas, qui duabus comparationibus rem integram absoluit.

12. PALLENTI OLYVÆ.] Expressa Græca forma: *ἀλλὰ χλωρὴ, καὶ ἐλαία.* Germ.

Saliunca. 14. SALIVNCA.] De hac Plin. lib. 21. c. 7. *Saliuncæ foliosa quidem est, sed breuis, & quæ nec non possit. Radici numerosa cohæret herba virtus quam fios, aensa, veluti manu pressa, breuitérque cespis sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiúmque aprica.* Sunt qui ex Dioscoride confundant cum nardo Celtica, vel spica nardi: hi sunt Had Iunius, Leonicenus, Fuchsius. Dissentit Andr. Matthiol. tum quòd Plinius locis separatis de vtraque, tanquam herbis inter se differentibus, tractauerit: tum quòd differant non solum notis, sed natali solo; nam Dioscoridi Celtica Nardus prouenit in Alpibus Liguriæ, atque in Istria; Plinio Saliunca in Pannonia, & Noricis. Decepti sunt tres viri docti verbis Dioscoridis, qui ait Nardum Celticam nasci in Liguriæ Alpibus, & vocari patrio nomine *ἀλίγγιαν, Aliungiam.* Ab Aliungia in Saliuncam facile visum est illis transire. Tu vide Matthiolum ipsum in c. 7. lib. 1. Dioscor. vbi late etiam contra Anguillarium, qui putauit Salihncam Plinij diuersam esse ab ea de qua Virgil. hoc loco.

15. IVDICIO NOSTRO.] Expressa Theocriti locutio *εἰδ. 7. ἐμὸν κρῖν᾽ ἐμὸν νόον.* Varia ex Cæs. 3. Ciuil. *Ex domestico iudicio, atque animi conscientia.* Hoc item ductum ex Græco Basilius in Epist. *τὸ ἐμὸν κρῖναι*: sic *domesticum* idem, quod Virgilianum *nostrum.*

Puer vox blanditiarū. 16. SED "TV DESINE PLVRA PVERI.] Amatorium hoc, & blandiens est, neque dubium hanc A vocem *Puer* referre inter adagia. Itaque iuuenē quoque, addo & virum possis vocare *Puer* amoris, & blanditiarum ergo. Redundant exempla in 6. Æn. *ne pueri, ne tanta animis assuescite bella.* Erant verò hi Pompeius, & Cæsar Pastor Astachus apud Calpur. 2. Eclog. benignitatem in se Nympharum commemorans, ait: *Accipe dixerunt Nymphæ, puer accipe fontem.* Affectus huius plenus est Anacreon. Faciūt hoc, credo, Poetæ cum alluſione quadam ad Cupidinem. Nam sicuti quem amamus, solemus vocare *Cupidinem*; etiamsi sit æuo grandiuta & *puerum.* Inde efficax ille affectus 3. Ecl. & nunquam fortasse expensus:

Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
B *Aurea mala decem misi.*

Nam ea vox videtur opponi *Veneri*, quam prior intulerat, eo versu: *Patria mea Veneri sint munera.* Ad has blanditias alludum quoque 1. Ecl. *Pascite vt ante, boues, pueri, submittite tauros.* Quem versum explicans S. Ambros. lib. 1. de Abraham, cap. 9. ad seruitutem detorquet more sacrarum literarum, in quibus serui, etiam grandi ætate, dicuntur pueri. Vtraque explicatio apta est: blanditiarum, ex his, quæ hic attulit: seruitutis, ex his, quæ in 1. Ecl. ibi enim imago serui repræsentatur. Puer de seruis.

17. SVCCESSIMVS ANTRO.] Atticus ad Ciceronem loco iam adducto, quem dixi esse simillimum Virgiliano: *sed ventum in insulam est.* An verò aliquid in Poeta latet? fortasse. Rem sacram facturi pastores (talis est hæc Daphnidis apotheosis) non nisi in antro faciunt, eóque inumbrato foliis vitium, & labrusearum racemis. Sacrum itaque sibi locum deligunt ad rem sacram: speluncæ verò apud veteres sacris initiabantur, & colebantur religiosè. Apul. 1. Florid. *Neque enim iustius religiosam moram viatori obiecerit aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata.* Huc trahas illud, *Nympha rifere sacello*, vide. Speluncæ sacræ veteribus.

20. *Mopſ.* [a] Exſtinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant: vos coryli teſtes, & flumina Nymphis,
Cum complexa ſui corpus miſerabile nati
Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.
[b] Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigidá Daphni boues, ad flumina, nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
[c] Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum montéſque feri, ſyluæque loquuntur.
[d] Daphnis & Armenias curru ſubiungere tigres
Inſtituit, Daphnis thyaſos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.
[e] Vitis vt arboribus decori eſt, vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis,
Tu Decus omne tuis. [f] Poſtquam te fata tulerunt,
Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo.
[g] Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.
[h] Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo
Carduus, & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.
[i] Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras
Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis.

Et

UVA. BHSC. BU 00239

Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.
Daphnis ego in syluis, hinc vsque ad sidera notus.
Formosi pecoris custos formosior ipse.

ARGVMENTVM.

In hac oratione Mopsi, primò Daphnin defient Nymphæ & parens; bestiæ mites, atque immites. Deinde narrantur eius præclara facta erga sacra, ornamenta erga suos. Tertiò defletur calamitas, quæ secuta eius obitum. Quartò fiunt illi sacra, addito tumulo & elogio.

EXPLICATIO.

[a] INCIPIT fletus à Nymphis, his testes sunt arbores, & flumina: signat deinde tempus illius fletus, cùm videlicet mater defuncti corpus cõplecteretur, quereretúrque ad Deos, & astra. Itaq; aptè Poeta eum Nymphis tantum fletum, matri dat querelas, & impatientiam. Sic sanè est in omni obitu: vicini, cognati, amici deflent parentes, inprimis matres, qui sexus imbecillior, queruntur; & querelis admistus is dolor, qui redundat in indignationem.

[b] A fletu Nympharum, à querelis, & indignatione matris, transit ad mœstitiam pastorum, boum, equorum. itaque ait: Pastores præ dolore pastos boues non duxere ad potum. Quasi dicat, pasci boues casus fuit, & fortunæ; potus, qui pendet à cura pastorum, omnino neglectus est. Equi vero sibi & pastum, & potum interdixerunt.

[c] A bestiis mitibus transit ad immites. Leones, ô Daphnis; & Africani quidem, qui feroces, gemuerunt tuum obitum. Testes sunt montes feri, testes syluæ, quæ illorum fremitum audiuere: & nunc loquentur, quæ audierunt.

[d] Hactenus exsequutus est fletum, nunc se conuertit ad narranda facinora. Quid mirum omnia flerent defunctum Daphnidem, nam Bacchi sacra (incipit enim primum à religione) nemo illo melius curauit: tigres enim, quæ feroces natura (notanter Armenias designat, nam istæ generosiores) instituit, vt currui Bacchi subiungerentur; vt thiasi, id est, choreæ, Baccho inducerentur, vt thyrsi (nam hi sũt hastæ lentæ) foliis intexerentur.

[e] A sacris, quæ ornauit, gradum facit ad ornamenta alia, rem explicans comparationibus rusticis. Fuisti decus, & ornamentum tuis, & quidem omne, nam nihil extra te habuere. non aliter atque arbores decorantur vitibus, vites vuis, greges tauris, arua segetibus.

[f] Vide quantum nocumentum mors tua nobis attulerit. Pales Dea pastorum, Apollo, qui versari nobiscum solitus, agros reliquit.

g Priuati te, priuati Numinibus quid nõ experti detrimenti sumus? nihil nobis pro votis successit. Hordea, & grandia quidem, terræ commisimus; pro quibus lolium, quod infelix; auenæ, quæ steriles, agros occupant, & latè malum dominatur.

[h] Neque verò solùm fructus nobis deterior accidit; sed ager violis prius, & narcisso floridus, iam carduis, & spinis horret.

[i] Agite verò pastores, Daphnidem, vt Deum colite: itaque flores iacite, fontes arboribus inumbrate. ille iubet, & cum imperio; potest, vt qui Deus. Erigite tumulum, addite carmen, cuius hæc sit sententia. Ego sum Daphnis ille, qui à syluis viam in cœlum, & cum fama, reperi: cuius pulcritudinem inde colligas, quod formosum pecus cum pauerim, longè ipse eram formosior.

A

NOTÆ.

1. EXSTINCTVM.] Hæsit Theocrit. in Epitaph. Adonidis, siue Moschi, vt quidam,

Καὶ Νύμφαι κλαίυσιν· ὀρειάδες ἀί· ἀρροδίτα
Λυσαμέναι πλοκαμίδας ἀνὰ δρυμὸς ἀλάλυνται
Πεῦσαλέαι.
Flent illum Nymphæ Oreades, Venus autem
Soluta crinibus per syluas errat
Luctuosa.

Deflexit Virg. qui pro Venere Græci ipse matrem posuit. Cùm verò *exstingui* de igne propriè dicatur, ea ratione videtur ad hominem traductũ, qua ánima, quæ ignea est naturæ (hoc enim veteres putauerunt) morte opprimitur. Signate ad hanc rem Terentius in Adel. *seni animam exstinguerem.* & quidem *exstinguo* ignis esse, multa indicãtum Plaut. in Pers. *da illi cãtharum, exstingue ignem.* Ad filũ porrò Theocriti, & Virgilij Nonnus deflens obitum Carpi pueri lib. 11. νηϊάδες φθίγξασθε τὸν ὀτρεϊὸν ἔρσῃ & ἐρώτων· *Naiades dicite, quis exstinxit lucem amorum.* B

2. NYMPHÆ FLEBANT.] Ad signandam vim mœroris Nymphas quoque flentes inducit, quæ vltra mortalem sortem. Quem morem Poetæ alij tenuere, & illo sua poemata exornarunt. Apud Ouid. 10. Met. Venus propter Adonin suũm, & capillos rumpit, & se palmis percutit. Paria Theocritus de eadem Venere in Epitaph. Adonidis. Vide luctum Phœbi apud Ouid. 2. Met. propter Phaetontem & multorum Deorum apud Theocritum in Epitaph. Bionis. Næuius citante Agel. lib. 1. c. 24. C Nymphæ flent.

Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent Diuæ Camœnæ Naeuium poetam.

3. VOS CORVLI TESTES.] Tritus hic mos Latinis vatibus ad poemata sua exornanda, vt confugiant ad testimonia mutorum. ita Enn. Sat. 3.

— *testes sunt lati campi.* Alibi: *testes sunt campi m ogni.*
Catul. *Testis erit magnis virtutibus vnda Scamandri.*
Horat. 4. Car. od. 4. *Quid debeas ô Roma Neronibus*
Testis Metaurum flumen.

Hecuba apud Senecã testatur patrios cineres. Pind. od. 9. Olym. D

— σύνδικοι
δι' αὐτῶ ἰοὰν
τύμβοι & τεσσία est Ioalai tumulus.

Neque verò Cicero hoc caruit, nam pro Milone, Albanos lucos obtestatur, tumulósque implorat. Fictionem hanc in Nonno millies reperi. Sed pulcerrimus inprimis est locus, qui habetur lib. 15. ad finẽ, de obitu Hymni pastoris. Omitto, vt longissimum.

4. CVM COMPLEXA.] Obseruat Seruius Lugentium. gentium esse, vt inhæreãt corpori. Locupletauit hoc Iacob. Pontanus. Omitto, & addo à me locum Val. Max. c. 8. lib. apud quem Calpurnia vxor Iulij Cæsaris, vitit in quiete Iulium *multis confectum vulneribus in suo sinu iacentem.* Eo hoc aptius, quo multi aiũt deseri hic finus Iulij. Potuit autem Virgilius poetico inte tribuere matri, quæ essent vxoris. Ex affectibus Virgilij suos cõformauit Papi. in Epicædio Glauciæ. E

Teque patrum gemitus superantem, & brachia matrum
Complexam que rogas, ignemque hauritre parantem.

5. ATQVE DEOS, ATQVE ASTRA VOCAT CRVDELIA.] Procedunt hęc ex veterum opinione. Vocabat Deos suos crudeles, quòd patarent non Dij apud veteres cur crudeles.

VVA. BHSC. BU 00239

bona ab illis solùm, sed mala etiam proficisci. In 3. Æn.

—— inclementia Diuum
Has euertit opes.

In 2. *Quem non incusauit amens hominúmque Deorúmque.* iterum in 3. *Posquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem*
Immeritam visum superis.

vbi notanter illa *immeritam*, & *visum superis*. quasi illi pro libidine obtrahunt gentem nihil immerentem, piam, & cultricem Numinũ. Eurip. in Hecub. ex versione Erasmi.

Te aliquis exstinxit Deus
Felicitatis pristinæ inuertens vices.
Bonaque anteacta paribus exequans malis.

Fracast. lib. 1. Syphil. *Sæpe Deos sæpe astra miser crudelia dixit.*

6. NON VLLI PASTOS, &c.] Æmulatur Theocrit. in Epitaphio Bionis. nam Græcus quoque ibi abstinendam boum induxit, sed Virg. more suo à Græco deflexit, & cultius ornauit.

—— βόες αἱ ποτὶ ταῦροις
Πλανᾶτο, ζωρὸν γοερὸν ἀφ' ἕλκεος αἷμα λιοῦσαι.
—— bones apud tauros
Errantes lamentantur, & nolunt pasci.
Et lib. 4. ἢ μὰν δακρυόεσσαι ἀφ' ἕλκεος αἷμα λιοῦσαι *non amplius volunt pasci.* Præcesserant *damulæ iuuencæ.* Similis est locus Prudentij de Pœnitentia Niniuitarum hymn. 7. Cathemer.

Greges & ipsos clausit armentalium
Solus vitorum cura, ne vagum pecus
Contingat ore roscidam gramina,
Potum strepentis nèue fontis hauriat.

Clarius ad Maronem Nemes. 2. Ecl.

Nulla meæ vnnu tetigerunt gramina vaccæ
Luciferis, nulloque hiberunt amne liquores:
Siccaque sæuarum lambentes vbera matrum
Stant vituli, & teneris mœstibus æra complent.

Istis capiet illustrationem aliquam locus Ionæ, cap. 3. vbi nota doloris præcipitur à Rege barbaro, vt iumenta, boues, & pecora nihil gustent, nõ pascantur, non bibant aquã. Putat Luysinus 3. Paterg. cap. 5. repræsentatum hic à Vate in feris animantibus morem hominũ, qui in summo luctu ieiunium sibi indicunt, probatque ex Aristophane, & Plutarcho. Omitto. Mos lugendi.

7. EGERE BOVES AD FLVMINA.] Variat Calpur. 5. Ecl. *ad fontem cogere greges.* & 4. Ecl. *Nunc ad flumina oues deducite.*

8. NVLLA NEQVE.] Hanc locutionem refero ad hellenismum. Latinis quidem duplex negatio affirmat, sed non Græcis, quod vnice obseruandum in Latinis auctoribus, quorum loca nisi ex nota hac, difficile expedientur. Erunt fortasse, quibus placeat lectio Codicis Longobardici repræsentata à P. Orio, *vlla neque.* Nec deest exemplum, nam Virgilius ipse, *vale inquit Iola.* Sed cùm ceteri omnes legãt, *nulla neque*, placebit potiùs recurrere ad Græcam elegantiam. Dicam de Imitatione verbum vnum. Aspirat tantùm ad nostrum Tibullus, neque enim æquat multis spatiis:

Vlla nec aerias volucris perlabitur auras,
Nec quadrupes densas peruadiabit aspera syluas.

Adi censuram Scaligeri in Hypercritico.

9. QVADRVPES.] Cùm bona pars Interpretum putet celebrari hic epicedium Iuliannæ cædis in Senatu, consequenter dicendum, Poetam ad veram historiam alludisse, nam inter prodigia cædis Iulij, hoc memorat Sueton. cap. 81. *Proximis diebus equorum greges, quos in traiiciendo Rubicone flumine conseuerarat, ac vagos sine custode dimiserat, comperti pertinacissimè pabulo abstinere, vberiorumque fletu.* Hæc facilior ratio expediendæ sententiæ Virgilij. Nam qui per *quadrupes* boues intelligunt, videant sententiam stare: nam quid est, boues prius pastos dici, & mox iisdem negari & potum, & pastum? Qui rursum oues intelligunt, difficile quoque se expedient, nam quis vsus auctorum arctat hanc vocem *quadrupedes* ad oues? Ergo, ait Poeta. Boues pascebantur, non ducebantur ad potumatque equi vtrumque sibi negabant. Dices: nonne quadrupedes sunt feræ aliæ ab equis? Sunt quidem: sed tantum pro equis accipi κατ' ἐξοχὴν nulla res impedit. Nam Virg. ipse: Equorum fletus. Quadrupedes κατ' ἐξοχὴν, equus est.

Quadrupedémque citum ferrata calce fatigat. &:
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

iterum: *—— perfractaque quadrupedantum Pectora.*

Quibus in locis per excellentiam quandam equi capiuntur. Quod vicinum notæ alteri, qua *semel* κατ' ἐξοχὴν pro equo sumitur.

10. NEC.] Consectio hæc post neque *nec*, vt elegans obseruata est Godescal. lib de Ling. Lat. itaque nec solùm dices: *neque, neque: nec, nec.* Sed *neque nec.* Virg. in 12. *sed neque currentem se, nec cognoscit eunte.* Cic. 5. Epist. *Neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt.* & ad Attic. *Rogatio Sexti neque dignitatis satis habet, nec cautionis.* Plaut. Bacchid. *Neque habebis nec finam.* Neque nec.

11. GRAMINIS HERBAM.] Phrasis Poetica, pro, gramen. de qua alibi.

12. INGEMVISSE LEONES.] Feris gemitus, & lacrymas multi dant. Lege quæ adduco 11. Æn. ad illud, *—— Æthon*
It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Vt verò hic ad obitum Daphnidis finguntur leones gemere, ita Calaber lib. 3. inducit balænas complorantes ad fletum Nereidum, cùm Nymphæ illæ deflebant Achillem mortuum. ϑῆεν δ' ἐλεεινὸν ὑ λυγρὸν Κῆτεα μυρομένων. Ita Nonnus lib. 5. inducit canes μυρομένους. datque illis ὀδύρεσθαι. & lib. 15. tantum, iuuencam, vaccam complorantes infert. Primò dat δοκρυεν, alteri ὀδύρεται, vaccæ, ἔϛενεν & postea vrsis quoque ἔϛενον. Sed Maro loquutus cum respectu ad Theocr. εἰδ. 1. Feratum luctus.

Τίλλον μὲν βόες, τίλλον λύκοι ὠρύοντο,
Τίλλον χ' ὡ ἠ ἀργυιὸς λέων ἀϊόλα κάνθεπε Σιμίχα:
Illum quidem boues illum lupi vlulabant,
Illum in syluis leo aetiens mortuum.

iterum: *—— πολλοὶ δ' ἔτε ταῦροι*
Πολλαὶ δ' αὖ δάμαλαι, ἠδ' ἀσβόλες ὀδύσσαντο:
—— multi item tauri,
Multi iuuencæ, & vitulæ ingemuerunt.

Qui sint thoes perspicuum ex Plinio 3. vide Scholia Hieron. Vairlenij in Epist. Ignatij Martyris: Nemes. 1. Ecl. ad lucem Virgil. & Theocr.

Sylueſtres te nunc Panaeus, Molibœe, sub ſtirpe cubantem
Te pinus reboat, te cupreſſi carminis Echo
Reſpondent ſyluæ, nec vocibus antra loquuntur.

13. MONTESQVE FERI, SYLVÆQVE LOQVVNTVR.] Sic solent Poetæ suos locos exornare. Æschyl. Prom.

—— βοᾷ δ' πόντου κλύδων
Ξυμπίπτων, ϛένει βυθός,
Κελαινὰς σ' ἄϊδου ϛόμιας ἐρέμνας μυχὸς
Γᾶ, πανδίῳ δ' ἀροῖ ῥοὰς πυκνομένων
Στένουσιν ἄλγους οἰκτρὰ φωνῆ:
Resonat maris fluctus
Confluens, ingemiscit profunditas,
Alter Plutonis secessus fremit
Subtus terram, & fontes fluuiorum sacrorum
Deplorant miserabile malum.

Calaber lib. 1. cùm priùs Niobis lacrymas posuisset, deinde subdit: Καὶ οἱ ἀὼν ϛυνάγκη ἑοᾶι πολυηχέϛ ἐρεμὶς

Cui

UVA. BHSC. BU 00239

Cui condolent fluenta sonori Hermi. Lucan. lib. 7. *Ingemuisse putes campos.*

Vox datur inanimis.

14. LOQVVNTVR.] Ita hîc syluis datur locutio, vt naturæ à Plinio lib. 18. c. 27. & à Lucretio *vociferatio.* & idem Lucret. metallis, cùm strident:

Aeraque quæ claustris restantia vociferantur.

Infrà in hac Ecloga montibus dat vocem, rupibus carmina, arbustis sonum. & de montibus Plin. lib. 2. cap. 44. *voces reciprocas.* Sic Pind. od. 4. Pyth. βροντᾶς δίσιον φθέγμα: *tonitrui fausta vox.* Plato etiam 3. Polit. attribuit φωνὰς tonitruo, vento, grandini: aliis etiam multis. Et Catullus, credo, *virgulta loquuntur.* Libanius etiam in Progym. lapidibus dat φωνὴν. & alibi: πόλις ἐβόα. De equo Herodot. lib. 3. φθέγξατο. Nonnus lib. 5. De collibus, φθέγξαδε. & de monte: εἶπε. & infr. εἴπατε πέτραι. iterum: σῶσον ἐειπεῖν.

Tigres Bacch.

15. DAPHNIS ET ARMENIAS.] Hoc apertè pertinere ad Iulium Seruius vult, nam ille primus sacra Liberi ex Armenia Romam transtulit. Tigres enim Bacchi fuere. Ouid. 3. Metamorph.

Quem circa tigres, simulacraque mania lyncum,
Pictarúmque iacent, fera corpora pantherarum.

& de Baccho alibi: *Tigribus in cœlum vecta Ariadna tuis.* & 1. Art.

Iam Deus in curru, quem summum texerat uuis,
Tigribus adiunctis aureo lora dabat.

Virg. 6. Æn. *Liber agens celsi Nysæ de vertice tigres.* Hor. 3. Car. od. 3. *Hac te merentem, Bacche pater tua*
Vexere tigres.

An scribendum *tigris*, an *tygris*? adhuc dissidium inter doctos. Ego *tigris* scripsi: in hoc plures video inclinare. Porrò ex Virgilio arripuit Tibullus:

Armenias tigres, & fulua ire leænas.

Thiasus, quid.

16. CVRRV.] Pro curru ex recepto Poetarum more, & prisco æuo: hoc enim in Catone, Varrone, & aliis reperies ante cultum Tullij.

17. THIASOS.] Suidas, Θίασος· ἱερὸς χορὸς: *thiasus sacer chorus.* Athen. lib. 8. καλεῖται δὲ καὶ ὁ τοῦ Διονύσου παρεπόμενος ὄχλος. Θιάσους δὲ καὶ Εὐριπίδης φησίν: *Dicitur thiasus multitudo ea, quæ Bacchum sequitur, vt ait Euripides.* Inde Bacchus ab Orpheo ἐρίζορος: *horrisonus.* à Lycophrone ἐνόρχης διώνυσος: *tripudij Deus.* Seruius sic definit: *Sunt thiasi cœtus virginum, at que puerorum bacchatum plangentibus Nymphis.* Iuxta quam definitionem Ouidius thiasos describere putandus est lib. 4. Met. his versibus:

Quacunque ingrederis clamor iuuenilis, & una
Fœminæ voces, impulsaque tympana palmis
Concaluaque æra sonant, longóque foramine buxus.

& in 6. *Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti.* Hi thiasi fiebant ad numerum, inde ab Alcæo ἔρχησιν βρόμιε: *Saltator Bacche.* Ducta iam est vox hæc ad quâcunque celebritatem: non ad eam tantùm, quæ est Bacchi. Inde ex Nota Germani Διώνυσος sunt Aristoteli, omnes qui simul choros exercent: & ex mea Athenæo lib. 8. thiasus est genus conuiuij, & conuiuæ ipsi Synthiasotæ. De orthographia est, quod te moneam. Sunt qui scribant *thyasus* à verbo θυάζω: *orgia celebro.* Doctiores in *Thiasus* inclinant, & deducunt παρὰ τὸ θεῖα ἄσαι: à diuinarum rerum cantu.

Synthiasotæ.

Inducō vox facrorum.

18. INDVCERE.] Verbum hoc ad sacra pertinet, ita & infrà: *inducite fontibus umbras.* Rursù Ecl. 9.

— quis humum florentibus herbis
Spargeret, aut viridis fontes induceret umbras?

Thyrsus Bacchi.

19. ET FOLIIS LENTAS INTEXERE MOLIBVS HASTAS.] Thyrsi periphrasis. Id erat insigne Bacchi, mimirum hasta vestita frondibus, pâmpinis, ac foliis hederæ, in cuius extremitate cuspis erat, aut mucro forma coni pinei. Plin. lib. 16. c. 34. *Hederæ Liberi patris adornat thyrsos.* Inde Eurip. in Bacch. thyrsum vocat χιονίων βέλη & *hederaceum telum.* & Ouid. in Epist. *hastam pampineam.* eo versu:

Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur.

Iustinus: ὥσπερ αἱ βάκχαι διὰ χηρικῆ & εἰρωνικῆ τὰς κογχυλὰς ἐν τοῖς θύρσοις ἀειφέρουσιν: *veluti Bacchæ per speciem pacis lanceas in Thyrsis circumferunt.* Addit Macrobius, mucronem quoque ipsum tegi lambente hedera. Seneca clarè in Furen. Act. 4. *tectam virenti cuspide thyrso gerens.* Nonnius lib. 9. hunc thyrsum dicit κλιβώδεσσον πεπλωσι: *occultatum foliis.* alibi, καταπλειον: *inibratum.* Quæ hactenus dixi, pertinent ad thyrsi descriptionem: sed illum esse Bacchi, certum. A Sidonio Antipatro Bacchus dicitur θύρσου δαΐδας: *thyrso terribilis.* Stat. 5. Syl.

— *cui ius venerabile thyrsi*
Bacchus.

Eandem rem firmat Insania Antigoni, & Antonij. Prior apud Herodotum lib. 1. Bacchum repræsentaturus tum hederam capiti circum ponebat pro causa, & diademate: tum maximè ferebat θύρσον ἀντὶ τοῦ σκήπτρου: *thyrsum pro sceptro.* Posterior apud Velleium: *Cùm Liberum Patrem appellari se iussisset, cum redimitus hedera, coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, coburnisque succinctus, curru velut Liber Pater vectus esset Alexandriæ.*

Thyrsus etiam Bacchatum.

20. Fuit verò thyrsus, non Bacchi solùm, sed Bacchantum, cuius virtute nixas illas, atque eludentæ dæmone, mira quæpiam prodigia fecisse, antiqui prodidere. Apud Euripidem Baccharum vna cum petram thyrso percussisset θρασσόνυς ὕδωρ ἐκπιδᾶ νοτὶς: *fons exsiluit aquæ rorulentus.* Alia, vt in terram tecit, remisit Bacchus κρήνην οἴνου: *vini fontem.* & ferè statim: — ἐκ δ' ἱκισίων θύρσων γλυκεῖαι μέλιτ' ἐσταζον ῥοαί: *ex hederaceis thyrsis fluxere mellis fluenta dulcia.* Neque abest mentio lactis apud eundem Tragicum:

Υ ἐὶ δ' γαλακτι πέδον,
Υ ἐὶ δ' οἴνῳ, ῥέει δ' μελίσσων
Νέκταρ.
Fluit & lacte campus,
Fluit vinoque fluit & apum
Nectare.

Bacchi thyrsus adag.

Cùm igitur tot ac tanta miracula Thyrsus Bacchi patraret, possis elicere hanc formam adagij, *Bacchi Thyrsus*, ad explicandam summam felicitatem, & aurei æui remigrantem naturam: velit enim fortasse aliquis, mentione celebritatis Bacchi trâslatæ à Cæsare Romam ex Armenia, innui æuum aureum, & floridum, quod ille Romam inuexerit. Quam verè, nihil motor: nam quid veri requiras in adulante Poetæ? Ex his, quæ dixi, apparet etiam ratio Proucrbij Platonici in Phædone: διὸ δὴ (φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετὰς) εὖ πεπονθότες οἱ μὲν πολλοὶ, βάκχοι δ' παῦροι. *Sunt enim (aiunt qui in mysteriis versantur) Thyrsigeri quidem multi, Bacchi verò pauci.*

21. VITIS VT ARBORIBVS.] Theocrit. prius εἰδ. 8.

Τᾷ δρυὶ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλέδι μᾶλα,
Τᾷ βοῒ δ' ἁ ἰσχὰς, τῷ βωκόλῳ αἱ δρύες αὐταί:
Quercui glandes ornamento sunt, malo sua poma,
Vaccis vituli, bubulco verò ipsæ boues.

Potuit quoque hærere loco alteri eiusdem bucolici, sed commutata, vt sæpe solet, sententia: quod genus imitationis obseruandum in Virgilio, quod alibi latè ostendo. Ergo Theocr.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν σοβερὸν κατὰ ὦρος ἀείρει,
Ὄρνιξιν δ' ὕπνος ἐγρομένοις ἀγορεύει
Ἀνδρὶ δ' παρθενικᾶς ἀνακᾶλεῖ πόθος:
Arboribus tempestas metuendum mouet annis, vndis verò
sicciias.

UVA. BHSC. BU 00239

Auibus laqueus, feris silueſtribus retia.
Viro autem tenere virginis deſiderium.

22. VT.] Aduerte particulam *vt*, quater reponi cum ſumma elegãtia. Receſſit quoque à triuio, nam iſtæ particulæ hac connexione iungi ſolent: *vt ſic vt, ita.* Sed Poeta abſolutè poſuit, quam elegantiam obſeruauit Godeſcal. lib. Ling. Lat.

23. TV DECVS.] Hæſit Franciſ. Petrarcha in Eel.
Du decus ei nemorum, tu ſpes paſtoribus ingens.

Deorũ exilia & fletus.

24. IPSA PALES, &c.] Paſtorum Dea, quam & hic, & 3. Georg. vnà cum Apolline coniungit. Dictum autem hoc à Poeta ex affectu illo, quo veteres putabant ſuos Deos mœrere ad mortalium calamitates, & ſibi exſilij pœnam irrogare. Sic Venus & Phœbus ſyluis exſularunt, poſt obitum, illa Adonidis, hic Hyacinthi. Iterum apud Ouid. idem Phœbus poſt caſum Phaetontis vult mundo officium ſuum negare, ac ſeſe abdere, præ mœrore. Idem de virgine Nonacrina: *Hunc odio nemus eſt & conſcia ſylua.* Ad hanc rem non male referas Tyriorum morem apud Plutarch. Problem. & apud Curtium lib. 5. qui ſuorum Deorum ſtatuis vincula iniiciebant, vt ea expligo, ne abirent. Eraſmus aliter, adagio *Dij ancos habent pedes.* Ceterum ſimilis conqueſtio excitatur à Papinio lib. 6. Theb.

Tyriorum mos in alligandis Diis ſuis.

Dij ancos habẽt pedes.

——Linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana Pales, Sylua miſeſque arbiter vmbre,
Semideumque pecus, nigrantibus aggemit illis
Sylua, nec amplexu diuinum robora Nymphæ.

Adi, quæ dicam 2. Æn. ad illud:

Exceſſere omnes adytis arifque relictis ——Dij.

25. GRANDIA.] Cato lib. Rei Ruſt. c. 141. *virgulta grandiora.* Pacuuius in Dulorete: *Nec grandiri frugum fœnum poſſe, nec miteſcere.* Cic. 1. de Diuin. *Lentiſcus triplici ſoluta grandeſcere fœtu.* Ad Virgilium contendit Ennodius in Panegyr. *Qui dum* (Serranus) *grandia ſulcis ſemina commendaret, honorum ei meſſis oboria eſt.*

Lolium.

26. INFELIX LOLIVM.] Noriſſima herba, Hiſpani vocant *ſyro.* Germanus hoc Theophraſti ἔξεμος ἢ πυρὸν, vertit, *loliſcere triticum, & quaſi in lilium degenerare.* In hac autem re diſſentiunt ſcriptores rei ruſticæ. Plin. lib. 18. cap. 17. *Primum omnium frumenti vitium auena eſt, & hordeum in eam degenerat.* Auditi, hordeum degenerare in auenam. Atqui Theoph. lib. cauſſ. (quod etiam video in hunc locum Plin. admoniſſe Dalecampium) hordeum in lolium degenerare tantùm ſcribit, non in auenam. Ego in locum alium incidi eiuſdem Theoph. lib. 8. Hiſt. c. 8. ᾗ δ' ἄλλη δὲ ἐκ τῶν πυρῶν, ᾗ κεῖθεν διαζευγνύουσι, *lolium ex tritico, & hordeo corrupto enaſcitur.* Sed Poeta, vt in re dubia, vtramque opinionem ſequi maluit, & hordeum (inquit) degeneraſſe in lolium, atque in auenam. & Hieronym. Epiſt. 57. quæ eſt ad Damaſ. *obruta ſulcis frumenta in lolium, auenaſque degenerant.* Iterum Epiſt. 61. ad Pammach. de errore Ioan. Hieroſol. *Quaſi bonum triticum in lolium, auenaſque degenerat.* Sed ab omnibus quidem Baſilius Magnus diſſentit Hom. 5. Hex. cùm ait: *Id quod lolium appellatur, ex eraque adulterina ſemina, quæ ſeſe cum ſeculentis ſolem immiſcere, quaque Scriptura ζιζανία nuncupare conſueuit, non tritico mutato, ſed ex origine ſua principióque naſcuntur, obinénique proprium genus.* Græca quæ ad rẽ, ἐκ τούτου τὰ σῖτα μεταβολὴν γίνεται, ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου ἀρχῆς ὑπῆρξεν, ἄλλον ἔχοντα γένος. Sed in hac lite hæreamus Theophraſto, Plinio, Virgilio, & Scriptoribus reliquis rei ruſticæ, quorum eſt forum iſtud: hæreamus etiam oculis, qui hoc ſæpe cernunt.

Loliſcere quid ſit.

27. STERILES DOMINANTVR AVENÆ.] Perdunt hæ bonas fruges. Symmachus: *Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec auena fruges necauit, ſacrilegio annus exaruit.* Virg. 1. Georg. *Exſpectata ſeges vanis elusit aristis.* Ita Turn. lib. 19. c. 29. Addo hanc necem agrorum peruenire ex vſtione, nam Poeta ipſe 1. Georg. *Vri enim lucet campum ſeges, vri auena.* Ceterùm hoc *Vri enim lucet* ſibi Apul. conciliat lib. 2. Florid. Cum verſu autem eorum ſibi Apul. conciliat lib. 2. Florid. Cum verſu autem hoc quoque ad Virgilium Hieronymus, credo reſpectu quoque ad Virgilium Hieronymus, credo reſpectu Pelagian. *lolium auenas ſteriles fatur* noſtro. lib. 1. contra

plausu,& sacris,quibus Cybele accipiebatur:

Æra atque argenti sternum ter omne viatum,
Largifica stipe dilatites, pinguique rosarum
Floribus,umbrantes Matrem, comitumque caternas.

Nazianzenus orat. 2. contra Iulia. ἵνα δὲ ἀνθοι στέφωμεν ἀγυιάς: *ne floribus vicos sternamus.* Tacit. 14. An. *Oliuæ imagines gestant humeris, sparguni floribus, storáq; ac iteris stratum.* Sanctus Paulin. Natal. 3. Sancti Felicis:

Spargue flore solum, prætexite limina seriis,
Purpureum ver spiret hyems, sit funeus annus
Ante diem.

Olim etiam in sacris certaminibus foliorum sparsio in vsu fuit testimonio Clemen. Alex. lib. 2. Pædag. *In certaminibus autem primum fuit donum athletarum, secundò plausus excitatio, tertio foliorum sparsio, vltima autem fuit corona.* Pind. quoque od. 4. Nem. ἄνθεσι μίγνυον: *floribus spargebant.*

31. INDVCITE FONTIBVS VMBRAS.] Aperte attingit morem, & sacra veterum. Var. lib. 5. Lin. Lat. *Fontinalia à fonte, quod is dies feriæ eius: ab eo autem in tum & in fontes coronas iacunt, & puteos coronant.* Illustrabitur hic locus his, quæ dixi in Argumento Eclogæ de fonte Daphnidis. Fontanalia.

Tumulus defunctorum.

32. TVMVLVM FACITE.] De tumulo defunctorum ita præcipit Plato 11. Legum, χῶμα δὲ μὴ χωνύναι ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐπιτετᾶ ἡμέρας ἀπετελεσμένον: *Agger non altior sit eo cumulo, quem viri quinque diebus quinque construere possunt.*

Inscriptiones defunctorum.

33. TVMVLO SVPERADDITE CARMEN.] Notus est mos, quo veteres tumulis mortuorum aut versus, aut solutum aliquid inscribebant. Diyllus apud Athen. lib. 4. vertente Natali,

Hoc iacet in tumulo dulcis Teion ille monaulos,
Scenis, & mimis gratia multa viro.

Vopiscus in vita Probi: *Ingens ei sepulcrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt, cum titulo eiusmodi inciso marmori. Hic Probus Imperator, & verè probus situs est, victor gentium, victor etiam tyrannorum.* Facile erat, huius argumenti paginas plures complere. Hic tu obseruabis, quod Virg. *carmen.* Euripidem in Troad. vocare *epigramma.* Nam vbi Hecuba queritur de Astyanacte interfecto à Græcis, sic ait,

— ἦ καί ποτε
Τρέφειν ἄνυσε μυστοῖς ἐν πάροι;
Τὸν παῖδα τὸν ἐμὸν ἐκλιπεῖν ἀρνειοῦ ποτε
Δείσαντες αἱ σγοὶ πύτίγραμμ' ἐν ἐλάδι.
— *Quidnam*
Scribebat de te Poeta in sepulcro?
Hunc puerum interfecere Argiui olim
Timentes: turpe fuerit epigramma hoc.

Quæ obseruatiuncula conducit ad sequentem notã.

34. DAPHNIS EGO IN SYLVIS.] Obseruat Virgilii clausisse epitaphiũ vnico disticho, quod genus epigrãmatum venustũ, dicente sic Cyril. lib. 1. Epig.

Πάν κελάδει δ' ὀπίγραμμα τὸ δίστιχον· ἀλλ' ἀφαρίζθης
Τὰς τρεῖς ἐφελοῦσ' εἰς κὰκ' ἐπίγραμμα λέγεις.

Vertit Soter: (*xeris vltra,*
Omne epigramma venustum est distichum, vbi au-
Dulce poema facit, non epigramma facit.

Defunctorum inscriptiones includendæ disticho.

Ex quo Cyrilli carmine notat Gifanius ad lib. 7. Il. id de Epitaphio capiendum, monétque elogium funebre, quod supra distichum excurrit, non esse verum elogium. Mitto, an id debeat colligi ex eo epigrammate Cyrilli (cùm fortasse Græcus, non tantùm de epitaphio, sed de omni loquatur epigrammate.) Sed certè, quod colligitur, bene habet. Nam illa sunt pulcerrima elogia defunctorum, quæ duobus tantùm versibus includuntur. Probat hanc rẽ Virgilij auctoritas hic, & in Culice Theoc. eiũ. 1. Thucydidis lib. 6. Herod. lib. 7. qui in defunctorum epitaphio, quod vnico absoluit disticho, vt notet illud esse epigramma, ait, ἐπίγραμμα γράμματα. Non. lib. 11. Dionys. vbi Carpi & Calami epitaphium duobus versibus includit: sicut & epitaphium Hymni pastoris lib. 15. Inde signate Propertius de suo tumulo lib. 1. eleg. 19.

Et duo sint versus: qui nunc iacet horrida pulvis,
Vnius quondam seruus amoris erat.

Omitto epitaphia Ausonij, Græcorum Epigrammatum, inscriptionum Smetij, in quibus plurima inuenias duobus tantum versibus inclusa. Plato tamen lib. 11. leg. ait epitaphia defunctorum debere contineri numero πεπάσων ἡρωϊκῶν εἴκων, quatuor versuum Heroicorum: & ideo præcipit, lapides superstruendos non maiores esse debere, quam vt capiant hos versus. Volo etiam obserues cum Cicerone 2. leg. versus Heroicos, adscribi solitos pro epitaphio in sepulcris, vocari ab Ennio *versus longos.* Versus longi. Fortasse ad discrimen epitaphij facti hexametris, & pentametris versibus. Sed placitum comparare Virgilium cum Theocrito: si comparatio dici potest victoria aperta.

35. Ex multis locis Theocriti, quæ iam dedi, vnum tantum ad iudicium seruauit. Itaque ille 1. εἰδ. Δάφνις ἐγὼν ὧδε τὰν βῶν ὠδὲ νομεύων,
Δάφνις ὁ τὸς τάυρους καὶ τὰρνας ὧδε ποτιβδών:

Sententiam tribus versibus includit Eob. omitto. Ego his duobus:

Daphnis ego hic ducens ad pascua læta iuuencas,
Et tauros ducens, vitulasque ad flumina Daphnis.

Sed quale discrimen? In Græco nulla nota diuinitatis ad eam, quam intendit apotheosin, & procul dubio intendit, vel ex Matone imitante: in nostro maxima illis verbis, *hinc vsque ad sydera notus.* Deinde non satis teneas, cur Græcus fœminis pastum dederit, & mox maribus & fœminis potum: cur ergo mares arcentur à pastu? Tertiò, in nostro omnia venustatis syluis est Daphnis, à syluis in cœlos venit, atque adeo in sidera, in quæ Daphnis, id est, lusius cõuersus est. Quartò, res comparatione exornatur, quæ nulla in Græco, & sua forma stat. Daphnis dicitur formosum pecus superare. Quintò vulgaria omnia in Græco, in nostro nihil tritum: quid magis vulgare, quàm pecus duci à pastore ad pastum, ad potum: & quid minus tritum, quam pastorem reperisse viam è syluis ad sydera? & non quamcunque sed cum notitia, & fama. Demum præclarè vidit noster, qui hunc titulum seruat ad extremam orationem Mopsi, & eo absoluit: cùm Græcus, post adductum illum latè euagetur.

36 HINC VSQVE AD SIDERA NOTVS.] Postis prouerbialiter vsurpare, vt explices aliquẽ adeptum fuisse famam magnam, & notitiam inuenisse in orbe. Multa te in hanc mentem ducent. Virgil. ipse, *famam qui terminet astris.* Horat. *sublimi feriam sydera vertice.* Ouid. *& sidera vertice tangam.* Atreus apud Senecam,

Æqualis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum.

Vsque ad sidera aut cœlum adag.

Ante omnes Herodotus in Thalia. Ἀνύσει τὴ κεφαλὴ τὸ θεωνὸν: *cælum caput attigerit.* Demum trita est locutio illa Latinorum: *ferre in cœlum laudibus.* Virg. inquit, *Daphninque tuum tollemus ad astra:*

Daphnin ad astra feremus.

Horat. Satyr. 7. lib. 2.

— *Vbem*
Tollit ad astra.

Liu. lib. 7. *Decimum in cœlum ferunt.* Hæc omnia non carent lapore adagij. Ergo *vsque ad sydera notus* erit, homo notissimi nominis, opinionis, famæ.

VVA. BHSC. BU 00239

45 *Men.* [a] Tale tuum carmen nobis diuine Poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
[b] Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
50 [c] Nos tamen hæc quocunque modo tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphninque tuum tollemus ad astra,
Daphnin ad astra feremus, amauit nos quoque Daphnis.
Mopſ. An quicquam nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
55 Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.

ARGVMENTVM.

Laudat Menalcas Mopſi carmina adductis comparationibus, parem facit magistro, ſua qualiacunque promittit dicturum: hoc extremum gratum ſibi fore ait a Mopſus, cuius rei ratio duplex.

EXPLICATIO.

[a] DIVINVS es Poeta, ô Mopſe, non tu humanus, neque ex illis, quos fama hactenus celebrauit. Dulciſſimus eſt ſopor in virente herba animantibus feſſis; dulciſſima aqua in æſtate ad ſitim reſtinguendam, ſi præſertim hauriatur à riuulo ſaliente, atque ſtrepente inter glaream, in quo plus eſt voluptatis: his rebus carmen tuum comparo. B Hæc ſententia. Pueri ſic ſeriem ordinent. Tuum carmen eſt tale quiddam, quale quiddam eſt ſopor, quale quiddam eſt reſtinguere ſitim, &c. Clariùs. Tuum carmen talis eſt res, qualis res eſt ſopor, qualis res eſt reſtinguere.

[b] Pares magiſtro tuo, non flatu ſolùm calamorũ; ſed cantu, & voce oris. Felix es, qui iam loco eius eris: nam poſt illum eris iam nunc alter magiſter opinione mortalium.

[c] Etiamſi tecum non conferendus canam viciſſim, quo potero modo, & modulo, hæc quæ vides carmina, tollámque ad aſtra Daphnin tuum, & tollam quidem, quia meus quoque: nam me etiam amauit. Cùm ait, *(hæc noſtra,)* puto, oſtendiſſe in ſcriptis ſua carmina: ſic & Mopſus in fago ſcripſerat. C

[d] Hoc verè munus erit quo nullum maius: tum quia Daphnis dignus eſt quouis præconio, tum quia iſtis tuis laudator acceſſit Stimichon. *Iam pridem eſt*, iam diu, iam multo ab hinc tempore, *ἐπὶ πολλῶ*, vt in Tullio, 1. Cat. *ad mortem te, Catilina, duci, iuſſu Conſulis iam pridem oportebat.* Et nota, latere arrogantiam in iuuene Mopſo. Nam de ſuis carminibus, *nuper deſcripſi in cortice fagi.* De alienis, laudata mihi *iam pridem* ſunt. Opponuntur ergo verſus nuper facti & vix emendati verſibus iam diu meditatis. Res iſta latenter cedit in laudem Mopſi.

NOTÆ.

TALE TVVM CARMEN.] Potuit reſpicere ad multa Theocriti, flexu, vt ſolet, ſuo. Eſt in *εἰδ.* 8.

Ἁ δ' ὑπὸ τὸ σπάσασα, χ' ἑφίμερ' & ὦ Δάφνι φωνὰ
Κρέσσον μελπομένω τεῦ ἀκουέμεν, ἢ μέλι λείχειν:
Quam tibi os dulce eſt, & vox amabilis, ô Daphni.
Iucundius eſt te audire canentem, quam mel lingere.

In 9. Οὐτ' ἐαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, ὅτε μελίσσας
Ἄνθεα, δόσον ἐπὶ μῶσι φίλαι

Nec ver ſubitum dulcius eſt, neque tam apibus
Flores, quam mihi Muſa cara ſunt.

Sed ita reſpexit ad hos locos, vt variauerit, vt cultiùs dixerit, vt nouas ipſe ſimilitudines excogitarit. Itaque pro melle, pro vere, & floribus ipſe ſomnum inuenit. qui dulciſſimus feſſo; aquam, quæ ſitienti dulciſſima eſt. Hoc enim debet eſſe ex ingenio imitantis. Porrò locum alterum, ad quem reſpexit, reſeruo ad criſin. Sed vide quàm fertilis eſt Muſa Virgilij, non illa Latinos ſolùm Poetas ditauit, quod Virgilius Græcos ditat. ſæpe viſum, ſed Græcos: nam quis dubitet Oppian. 2. de venatione ad noſtrum alluſiſſe? cùm enim multis comparationibus vtatur ad explicandam voluptatem venationis, tum hac:

Τυχρὸν δ' ἐξ ἄντροιο πεσχύμενον ἄργυρον ὕδωρ
Οἷον κεκμηκόσι πόδα, γλυκερόντε λοετρὸν:
Frigida ex antro profuſa pellucida aqua,
Qualis eſt fatigatis potus, dulceque lauacrum.

2. Accedat iam criſis Theocr. *εἰδ.* 1.

Ἆδιον ὦ ποίμαν τὸ τεὸν μέλ & ἢ τε κατ' ἀχὲς
Τὸν ἀπὸ τᾶς πίσσας καταλείβεται ὑγρὸν ὕδωρ:
Dulcius ô paſtor tuum carmen, quàm reſonant
Illa è petra diſtillat ſuperne aqua.

Cùm optima hæc ſint, deteriora eſſe apparent cum Latino comparata. Addit enim Virg. æſtum, in quo nihil dulcius paucula aqua ad refrigerationem; addit etiam epithetum dulcedinis, & id, quod eſt maximum, vt aqua recreet animum, & ſitim extinguat, & capterur ore, quæ magna eſt voluptas: cùm Græcus voluptatem tantùm conſtituat inuidenda, aut audienda aqua ſuperne ſtillante. Iam illud *riuo* non caret ſuo lepore, facit enim magis ad voluptatem riuulus in glarea, & per gramen perſtrepens, quàm flumen. Illud *ſaliente*, vel muitum me rapit ad hauriendam aquam, quanto magis ſitibundum. Hic non omittam, Theocritum in ſuo opere hæſiſſe forTheocritus Homeri imitator. taſſe Homero 16. Iliad. qui ſic,

— κρήνη μελανύδρ & —

Ἥ τε καὶ αἰγίλυπ & πέτρης δυσερὸν χέει ὕδωρ
— *Fons profundus,*
Qui ab alta petra aquam aſperam fundit.

Idem lib. 17. Odyſ.

— κλαῖε δ' ὑγρὸν ἔδωρ
Τ' ἔβδωρ ἐκ πέτρης:
Defluebat aqua frigida
Ex alto ex petra. Quidpiam Homero ſimile Ouid. 4. Faſt.

Valle ſub umbroſa locus eſt aſpergine multa
Viuidus, ex alto deſilientis aquæ.

3. CARMEN.] Sciendum antiquis, orationem compoſitam, & ſolemnem quamlibet dictionem *carmen* dictam, etiamſi metrum non fuiſſet: quod Carmen etiam pro ſoluta oratione. aiunt monuit Lipſius in Paneg. Plinij. Nam Plinius ipſe *carmen comitiorum*. Fortaſſe huc trahi poſſit

UVA. BHSC. BU-00239

sit locus Tacit. 3. Ann. de funere Germanici: *vbi illa veterum institutapropositam toro effigiem meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrymas?* Fortasse (inquam) quia, vt nuptialia solebant, celebrari versibus, ita fere funebria soluta oratione. Vide etiam Kirchman.

Poetæ diuini.

4. DIVINE POETA.] Ex opinione mortalium, qui diuinos putabant Poetas, in quorum gratiam hunc ego locum locupletabo. Iactatum de Homero illud incerti auctoris,

Εἰ Θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἐτέτο·
Εἰ δ' ἄν μὴ Θεὸς ἐστι, νομίζεται ὡσ Θεὸς ἔνδον,
Si Homerus Deus est, venerare illum inter Deos:
Si non est Deus, putato esse Deum.

De eodem Dio Chrysost. Orat. 53. ὅστις διαζώσης φύσεως ἅπτεται νυμφῆς, & Plato in Phædone θεῖον νομίζω. Et maiori elogio 2. Alcib. Ὅμηρον θεῖόν τινα ποιητὴν. Vt etiam de Tyrteo 1. leg. θεῖος ἀνὴρ Agathias in Prologo Histor. ἀλλ' ὁ θεῖος ποιητὴς, ἱερὸν χρῆμα, καὶ ἐνθουσιάσεως ἐμπλεὼς μᾶλλον ἢ λογικῆς: *Est profecto omnino sacra quædam, & diuina res: afflantur enim animi in ea diuino furore.* Theocrit. in Hieron. μειζόνων -- ἱερὰς ἀοιδοὺς: *Musarum sacros vates.* Est plurimus in hac re Ouid. 3. Art.

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,
Sedibus ætherei spiritus ille venit. Fast. 6.
Est Deus in nobis, agitante calescimus illo
Impetus hic sacræ semina mentis habet. Am. 3.
At sacri vates, & Diuum cura vocamur:
Sumi etiam qui nos nomen habere putent.

Et 3. de Pont. El. 4.

Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro,
Hoc duce præsaco vaticinamur Deo. Iter. 1. Art.
Sanctaque maiestas, & erat venerabile nomen
Vatibus.

Martial. lib. 7. loquens de Silio: *sacra cothurnati non attigit ante Maronis.* Videndus Cicer. pro Archia, Velleius lib. 1. loquens de Æschylo, Sophocle, Euripide, ait: *diuini spiritus viros.* Et de Sophocle tantum Cic. 1. Diuin. *Poetam Diuinum.* De collega suo Claudianus Mamertus: *Diuinum memorabo Poetam* Manil. lib. 1. ait carmen descendisse à cœlo. Plato in Ione ait, Poetas fieri diuino afflatu, non arte humana. Ab eodem in Menone, poetæ dicuntur θεῖοι, *diuini.* Et 2. Polit. τῶν Θεῶν γενόμενοι, *Deorum filij.* Et 3. Legum, θεῖον ποιητικὸν γένος, *diuinum genus poetarum.* Inde est, vt poetæ olim cum canerent, Lauream Apollinis virgam manu tenerent, argumento quodam diuinitatis, quod & Rhodig. adnotat lib. 7. c. 1. & sequenti. Eodem traho, illos dici διερμηνέας, vnde & Iuue. *laurigeræque memordit,*

Poetæ cur Daphnifagi.

Demum vnis Poetis, non Scriptoribus, non oratoribus signate datur ἐνθουσιασμὸς, *diuinus afflatus.* Ideo Horat. 2. Epist. — *Adeo sanctum est vetus omne poema.* Et 1. Serm. Sat. 4.

— *Neque si quis scribat, vti nos,*
Sermoni propiora, putes hunc esse Poetam.

Quis ergo Flacce?

Ingenium cui sit, cui mens diuinior atque
Magna sonaturum, des nominis huius honorem.

Fessus.

5. FESSUS.] Eleganter vsus est hac voce, scribente in Senecam Delrio (quem quiuis magnifaciat) qui somno opprimebantur, *fessos* dici. Sic 4. Æn.

— *Carpebant fessa soporem*
Corpora.

Et Seneca ipse in Par.

— *Vultus in somnum cadit,*
Et fessa ceruix capiti labat.

Gramen de re amœna.

6. GRAMINE.] Pertinet hæc vox ad amplificandam amœnitatem loci, in quo somnus captatur, quod in Horat. monuit Michae. Brutus. Sæpe enim animaduertes fieri mentionem graminis, vbi loci amœnitas describitur. Virg. ipse 3. Georgic.

Muscus vbi, & viridissima gramine ripa. Horatius 2. Car. od. 3. *Seu te in remoto gramine per dies*
Festos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.

Lib. 4. Od. 7. in descriptione veris: — *Redeunt iam gramina campis.* Et od. 12.

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ouium carmina fistula.

Aqua cur dulcis.

7. DVLCIS AQVÆ.] Varro in Manio: *Dulcem aquam bibat, sal. bre & flebile cœpe.* Sed qui dulcis nostris quis Græcis γλυκὺ ὕδωρ cum scripserit Aristoteles, aquam debere esse ἄχυμον: *experiem fastidit.* Varie satisfaciunt eruditi nostri. Mihi hic omnino confugiendum ad inconditatem aquæ, quæ maxima est sitienti homini. Nam cum dicat Poeta, dulcem esse ad restinguendam sitim, videtur dulcedo referenda ad hanc inconditatem: ergo dulcis, quia iucunda sitibundo. Probat hanc rem duplex historia. Darij altera, altera Artaxerxis Memnonis. De Dario ait Cicero lib. 1. Tuscul. post eporam aquam turbidam, inquinatamque cadaueribus, negauisse, se vnquam iucundius bibisse; addit rationem, *nunquam sitiens biberat.* De Memnone scribit Plutarchus in eius vita: illo, cum longe abiisset à castris, præ siti deficiente, & propè moriente, Satibarzanem Eunuchum potum quæsiuisse; incidisse in hominem rusticum ex Caunis, qui in vtre sordido habebat aquam inquinatam, & putridam; attulisse ad Regem, hunc bibisse, quem cum rogaret Eunuchus, an aqua fuisset ingrata, Regem in hunc modum respondisse: οὐ μᾶλλον τὸν Θεὸν, ὅστις οἶνον ὑδάτων τῶν πάντων πιστικώτατον, μήτε ὕδωρ τὸ κερδαλέον, καὶ ἀφροδισιακώτατον ἀπεργασάμενον: *Deos, se nunquam iucundius bibisse, neque vinum, neque aquam, etiam lenissimam, ac mundissimam.* Eadem de Memnone scribit Maximus Tyrius, Serm. 35. Inde suspicio est doctis, Ciceronem lapsum memoria tribuisse Dario, quæ essent Memnonis, neminem videlicet historicorum, qui res Darij fusè persequuti sunt, scribente illud de Dario. Sed defendi possit Cicero. Nam exercitus Darij in fuga aquam turbidam bibit; cur non posset Rex ipse deinde potiri? Cicer. legisse historia, quæ nondum ad nos. Redeo. Historiæ ipsæ probant, potius historia; aquam dici dulcem propter iucunditatem, qua à sitiente hauritur. Vide, an dulcis, cum hanc rem summopere Phædra optet suo Hippolyto, quem impense amabat, apud Ouid.

Lapsus memoria Ciceronis.

Sic tibi dent Nymphæ, quamuis ab esse puellas
Dicerit, arcentem qua lucet vnda sitim.

Vti alij quæstioni satisfaciant, dicam 1. Æn. ad illud, *intus aquæ dulces.*

8. SALIENTE.] Columel. lib. 1. cap. 2. *aquæ silientes.* Et cap. 4. *Salientem.* Vitruu. lib. 8. *docti salientes.* Frontinus de aquæ ductibus: *salientes diuersorum aquarum.*

9. CALAMIS.] Fabulam de calamo vide apud Seruium.

10. MAGISTRVM.] Per hunc Interpretes capiunt, Theocritum per discipulum, Virgilium. Possis simplicius capere.

11. TV NVNC ERIS ALTER AB ILLO.] Defluxit quoque illud Theocriti ex ἐσσ' ὁ μετὰ πᾶνα τὸ δεύτερον ἆδλον ἀείσω: *Post Panem secundus ego miti fides.*

12. ALTER AB ILLO.] Hæc locutio non videtur sumenda communi significatu, id est, secundus illo, quid. ab illo. nam si Mopsus æquiparat Magistrum, nec magister primus, nec Mopsus secundus. Est ergo dictum hic *alter ab illo*, eo modo, quo dicimus, amicus

UVA. BHSC. BU 00239

cus est, alter ego. Sumsi hanc notulam ex Iacobo Pontano. Et ego notaui ita locutum Artemidorum lib.1 cap.2. Cùm enim loquatur de patre cum relatione ad Filium, ait: ὅσπερ ἦν ἄλλος αὐτὸς τῷ καὶ σώματος καὶ ψυχῆς μετέχειν σῆς αὐτῆ: *qui erat alter ipse communione corporis & animæ.* Ergo *alter ab illo* est, eris iam loco illius. Neque enim placet Sigon. explicans *alter ab illo*, id est, secundus.

13. DAPHNINQVE TVVM TOLLEMVS AD ASTRA.] De hac forma iam suprà. Exemplis ibi indicatis possis addere Ouidium, 7. Met. Claud. 3. Hieronym. epist. 65. Ammianum lib. 15. Lucanum lib. 7. Lucretium lib. 1. Horatium, Catullum, Senecam, innumeros alios Græcos, qui locuti hac forma, adiungam alibi.

Adagium. 14. AMAVIT NOS QVOQVE DAPHNIS.] Obseruaui in Virgilio loca quinque, ex quibus non sit difficile formam adagij dicere. Tria in 3. Eclog. duo in hac. Ait ibi:

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit.

Et me Phœbus amat, & mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas. Dicuntur hæc à posteriore pastore, postquam prior res suas prædicauerat. Similiter hîc: *amauit nos quoque Daphnis.* Infrà: *Damnabis tu quoque votis.* Nam huic extremo simile illud lib. 1. Æn. *Vocabitur hic quoque votis.* Neque abeat fortasse illud 6. *Te quoque magna manent regnis penetralia nostris.* Itaque si velis res tuas commendare coram iactatore aliquo & arrogante, vteris simili verborũ forma, hunc in modũ. *Et mea quoque ars in pretio. Et mihi fauor apud vulgus. Et mihi meus genius, & ingenium. Et mea quoque venusta carmina.* Ex eadem forma pastor apud Calp. 2. Eclog. postquam alius res suas iactauerat, subiicit:

Et mihi Flora comas parienti gramine spargit,
Et mihi matura Pomona sub arbore ludit.

Simili planè forma apud Homerum 3. Il. Paris ita loquitur,

Νῦν μὲν γὰρ μενέλαος ἐνίκησεν σὺν ἀθήνῃ.
Κεῖνον δ' αὖτις ἐγὼ, παρὰ γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν:

Nunc enim (me) *vicit Menelaus cum Minerua.*
Illum rursus (vincam) *ego, nam Dij adsunt, & nobis.*

Par ferme illud: *Et nostro sequitur de vulnere sanguis.* Et apud Ouid. 3. Met. Narcissus puer: — *Et amarunt me quoque Nymphæ.*

15. MVNERE.] Obseruaui hanc vocem dici de Poetis, versibus, carminibus. Nec pigebit monere lectorem, quibus testimoniis nitar. Cic. pro Archia cùm dixerit, Poetas ab Ennio sanctos vocari, addit, *quòd quasi Deorum aliquo dono, & munere commendati nobis esse videantur*, Horat. 2. Epist. — *Adhæc Musarum dona vocares.* Et 4. Car. od. 8. Munus de versibus.

Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare, & pretium dicere muneri.

Martial. lib. 5. Epigram. 15. de suis versibus: *Cui victura meo munere fama datur.* Et lib. 6. Epigramm. 60. *Nescio quid plus est, quod donat secula cartis.* Inde est, vt verba *mitto*, & *do*, quæ de muneribus ac donis signatè dicuntur, ad versus transtulerit idem Martial. lib. 7. Epigram. 45. & lib. 8 Epigramm. vltimo.

16. ET PVER IPSE FVIT CANTARI DIGNVS.] Fluxere hinc illa Nemesiani, 1. Ecl.

Namque fuit dignus senior, quem carmine Phœbus,
Quem calamis, fidibúsque Linus, modulatibus Orpheus
Concinerent, atque acta viri, laudésque sonarent.

Men. [a] Candidus insuetum miratur limen olympi,
Sub pedibúsque videt nubes, & sydera Daphnis.
[b] Ergo alacres syluas, & cetera rura voluptas,
Panaque pastorésque tenet, Dryadásque puellas,
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sydera iactant
Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, Deus, Deus ille, Menalca.
[c] Sis bonus ô felíxque tuis: en quattuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo.
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterásque duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo inprimis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit, si messis in vmbra,
Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar,
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon,
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
[d] Hæc tibi semper erunt, & cùm solemnia vota
Reddemus Nymphis, & cùm lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, noménque tuum, laudésque manebunt:
[e] Vt Baccho, Cererique; tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis.

ARGV

UVA. BHSC. BV 00239

ARGVMENTVM.

Canitur Daphnis, vt Deus ad eius Numen omnia afficiuntur voluptate, requie, lætitia. Deinde offeruntur illi, quæ Deorum sunt aræ, lac, vinum, oleum: illique attribuuntur sacra compitalitia, vt Deo Lari. Tertiò, perpetua hæc fore promittuntur. Quarto datur illi Numen non in pastores solum, sed etiam in agricolas.

EXPLICATIO.

[a] ORATIO hæc superiori opponitur, illi initium fuit à luctu, huic à lætitia. Duo primi versus, qui sunt fundamentum aliorum, hanc habent sententiam. Daphnis pulcer & formosus nuper in cœlum, vt Deus receptus est. Probat hoc à signo duplici. Nam &, vt nouus incola admiratur gloriosa cœli palatia, limen insuetum; & deinde, admirabundus videt sub pedibus nubes, & sydera.

[b] Dicam sententiam septem versuum. Colligit ex superioribus hunc in modum. Daphnis Deus est, inde ergo orta voluptas, requies, lætitia vniuersorum. Voluptas, nam syluæ & rura cetera, vt prata, agri, vineæ, deinde Pan, pastores, Dryades incredibili voluptate afficiuntur: requies, nam pecori, & ceruis nullæ sunt insidiæ à lupis, à retibus, nouo Deo amante otium vniuersorum, vt qui vere suis bonus: lætitia, quia montes præ gaudio vociferantur, rupes carmina insonant, arbusta quoque, nam illa mihi quotidie nomen tuum inclamant. Postrema hæc explicatiùs hanc habent sententiam. Dicit pastor, admoneri se quotidie his vocibus (Deus, Deus ille) de diuinitate Daphnidis, cùm nihil frequentius in syluis audiat, quàm huius nomen, & nihil crebrius Echo repetat.

[c] Post cantatam diuinitatem Daphnidis, post voluptatem, requiem, lætitiam vniuersorum, conuertit se ad nouum Deum, & enarrat latè quæ illi offerat, vt Deo iam facto, idque per versus nouem hac sententia. Qui Deus iam es, esto nobis bonus, id est, propitius, esto felix. Vt verò eliciat à Daphnide hanc benignitatem erga se, & felicitatem quam optat, ita prosequitur. Te, ô Daphni, vt ipsummet Phœbum, religiosè veneror. Vides aras quattuor? binas tibi, binas illi dedico. Et quia te in numerum Larum pono, statuam quotannis vni tibi duo pocula, quæ lacte spumenti duo item, quæ plena sint pingui oleo. Exhilarans verò inprimis (obserua lector vti ordino hos tres versus) conuiuia Baccho multo, fundam è calathis, id est, vasculis, vina Aruisia, quæ instar noui nectaris ideque ante focum, si frigus, in vmbra, id est, in compitis, si æstas: nam sacra tibi faciam compitalitia, vt Laribus. Neque deerunt cătilenæ, & saltationes fieri solitæ in Deorum honorem: cantabunt sanè Damætas, atque Ægon, qui Lyctius, id est, Cretensis ab vrbe Cretæ; saltabit Alphesibœus, vt Satyri solent saltare.

[d] Quinque deinde versus insumuntur in confirmanda hac apotheosi in omne æuum. Hæc sacra tibi perpetua erunt, perpetuò fient. Quamdiu Nymphis honos reddetur, quamdiu fiat agrorum lustratio, quæ sacra perpetua sunt pastoribus: deinde quàdiu aper in montibus deget, pisces in aquis: quamdiu apes thymo cicadæ rore pascentur, tamdiu durabunt honores tui diuini, nomen, laudes.

[e] Cùm hactenus promiserit, Daphnidem celebrandum à pastoribus, absoluit orationem hunc in modum. Apage verò, vt tibi tantùm à pastoribus sacra fiant, non sic erit, eris enim agricolarum etiam A Deus, illi tibi vota quotannis facient, vt Baccho & Cereri suis Numinibus: & quia illi tibi vota faciét, tu quoque vt vnus è cœlestibus, illos isdem votis damnabis. Quasi dicat, erunt tibi damnati, id est, deuincti, atque obligati votis, quæ tibi fecerint, donec persoluerint: vel, damnabis illos votis, quæ fecerint, nisi persoluerint, quæ promiserunt.

NOTÆ.

1. CANDIDVS.] Epithetum candoris pertinet ad diuinitatem Daphnidis, cuius celebrat apotheosin. Elicias hoc ex Poetis, qui hoc attributum Diis accommodant. Tibul. lib. 3. El. vltima, *Candide iuber ades.* Ou. 5. Tr. El. 6. ad Natalé Deum: ita alloquitur: *Candidus huc venias.* Hic adnectenda B Nota, quæ in multis obuia. Deorum filios dictos veteribus *albos*, quod scribit Plato, 5. de Rep. & ex Platone Plutarchus lib. de Discrim Adul. & Amici. Seruius hic: *candidus, id est, Deus.* Natum hoc ex præstantia huius coloris. Inde in diebus festis quæsitus ille ad vestes: inde in fœminis ille laudatus præ aliis, nam Anacreon suæ incesse volebat ἐλεφάντινον μέτωπον; inde ille adhibitus in omni re sacra. Apul. enim lib. 11. in pompa sacerdotali sæpe eius meminit, nam mulieres inducit *candido ipsientes amicimine*, turbam omnem initiatam *limeæ vestis candore puro luminosam*, antistites sacrorum incinctos *candido lineamine*. Ergo, eadem coloris præstantia attributum hoc Diis dedit, neque abludunt ab his, quę de albi coloris symbolicis significationibus scribit C Anton. Ricciardus in commen. Symbol. ex Arnobio, Hieronymo, Beda. significat enim vitæ innocentiam, puritatem, sanctitatem. Auctoribus Ricciardi adiungo Nazianzenum, qui orat. 23. ait: Ideo Angelos indicari cum veste candida, & splendida ad notam τῆς κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν καθαρότητος & naturalis puritatis, quæ est in ipsis. Plato quoq; 11. leg. dixit, χρῶμα τὸ λευκὸν, πρέσσυτ' ἂν θεοῖς εἴη, *color albus maximè decet Deos.*

Candidus color Deorum.

Deorum filij albi.

Angeli.

2. Sic mihi visum de hoc loco, sed non negligenda Nota existimantium, Lacteum fortasse hic circulum intelligi, vbi Romani putabant Heroas suos habitare. Nam Cicero in Somno Scip. ait, viros præstantes viuere post mortem in lacteo orbe. cui adiungo verba Hierony. Epist. 24. ita loquentis de quo- D dam designato Consule, qui obiit: *nunc desolatus es & nudus non in lacteo cœli palatio, vt vxor meritior infelix, sed in fordentibus tenebris continetur.* & versus Paulini, siue Ausonij, vt plures volunt, qui in cantico:

Pande viam, qua me post vincula cor, oris agri
In sublime ferampuri qua lactea cœli
Semita ventosæ superat vaga lumina Lunæ:
Qua proceres abiere pij, &c.

Lacteum circulum habent Heroes mortui.

Nam Christianus Poeta alludit ad gentium locutionem, vti sæpe aliàs Manilius quoque lib. 1. reddés rationem cur lacteus circulus niteat *crasso lumine*, ita ait: *An fortes animæ, dignæ atque nomina cœlo,*

Corporibus resoluta suis, terræque remissa
Huc migrant ex orbe, suisque habitantia cœlum,
Æthereos vnum annos, & Mundáque fruuntur.
Atque hic Æacidas, hic & veneramur Atridas.

Itaque vult spissitudinem claritatis effici ab multis Heroibus ibi degentibus. Vnde manarit hic error gentium colligas facile ex verbis Philonis lib. περὶ εὐγενείας. ἀναλάβων ὁ ἔπαινος αὐτῶν τὸν αἰθέρα τὰς καθαρωτάτας (ψυχὰς,) ἃς οἱ μὲν παρ' ἕλλησι φιλοσοφοῦντες ἥρωας καλοῦσι. Μωϋσῆς δ' ὑπολαμβάνει ἐυδυβόλου χρώματος & ἀγχίστα περιφερούσας: *In summo autem prope ipsum æthereum esse (animas) purissimæ, quas Græcorum Philosophi Heroas*

UVA. BHSC. BU 00239

Heroas vocant Moyses ex ve angelos nominat. Alludit ad nuntios, quos perferunt. Hinc ergo natus videtur error. Cùm enim gentilibus aliqua fuisset notitia angelorum, etiamsi obscura, illis dederunt nomina suorum Heroum.

3. MIRATVR LIMEN OLYMPI.] Tale quid Lucanus lib. 9. de Anima Pompeij eunte in cœlum.

— *Illic postquam se lumine vero*
Impleuit, stellásque vagas miratur, & astra
Fixa polis.

4. LIMEN.] Guliel. Cant. lib. 4. Nou. Lect cap. 2. *lumen* legit, & prior illo Gifanius. Sed nihil muto, quia nihil necesse.

Olympus quare pro cœlo.

5. OLYMPI.] Quare Olympus pro cœlo: variè omnes. Fortasse non displiceat illud Ennij in Euemero: *Eadem tempestate Iupiter in monte Olympo maximum partem vitæ colebat, & eo ad eum in ius veniebant, si quæ res in controuersia erant.* Indè itaque credamus natum, vt pro cœlo sumatur is mons.

6. SVB PEDIBVS, &c.] Non minus hæc, quàm alia, explicant Daphnidis diuinitatem. Solitū enim Poetis, inprimis nostro, vti Deos faciant è summo cœlo spectantes, & videntes omnia. Quin Daphnin parem facit Ioui, nam vtrumque è cœlo spectantem facit. cùm reliquos Deos è nubibus, aut aere. In 9. Apollo videt acies Ausonias, vrbémque *Nube sedens.* Atqui Iupiter in 11. *Obseruans oculis summo sedet alius Olympo.* Vtriusque rei obuia exempla. Ergo, Ioui per Daphnis Congruit cum istis commentatio hæc Seruij, *Meritum eius ostendit, qui summos circulos, & cœli secreta conscendit.* Pari elogio loquitur Symmachus de Imperatore relato in Deos in Epistola ad Valentinian. Theod. Arcad. Auggg. *Spectat senior ille Diuus ex arce siderea lacrymas sacerdotum, & se culpatum putat, more volato, quem libenter ipse seruauit,* illa *sub pedibus,* illustrat Scalig. in Coniect. Nam Ennius: *Musæ quæ pedibus magnum pulsatis Olympum.* Aratus. Θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται. Catullus ex Callimacho: *Sed quanquam me nocte premunt vestigia Diuum.* Qui sententiam Poetæ referunt ad persuasionem veterum, qui credebant illustres animas post obitum ad Lunæ globum conscendere, & Lunam pedibus premere: vide (inquam) an errent, qui ad hoc referunt Poetam, nam ille non Lunam, sed sidera, quæ altiora multo, sub pedibus dat: non ergo Daphnis in globo Lunæ. Scio hoc persuasum veteribus, quod præter vulgares auctores, quos alij dant, firmat Eunapius Sardianus in vita Ædesij, vbi Sospatra vaticinatur Eustachio coniugi, fore, vt post fatum occupet Lunarem globum. Sed mens Poetæ alia esse videtur.

Iouis & aliorum Deorum diuinum.

7. ERGO ALACRES SYLVAS.] Opponuntur hæc illis: *Non vlli pastos, &c.*

8. DRYADAS.] Nymphas syluarum ἀπὸ τῆς δρυὸς: *quercu.* Festus vocat Querquetulanas.

9. NEC LVPVS INSIDIAS.] Adumbrat Theoc. εἰδ. 25. de infantia Herculis,

Ἔστι δὲ τῶν ἄμαξ ὑπνίῳ νεκρὸν ἐν ἐυκτῇ
Καρχαρόδων σίνεται ἰδὲ λύκος ἠὲ λέοντος

Tempus erit illud, quando humulum in suo lustro,
Serratis dentibus lupus videns, lædere non volet.

Vtrumque Calpur. in Ecl.

Non tamen insidias prædator ouilibus vllas
Afferet, aut laxis abiget iumenta capistris.

Et Arnob. lib. 1. *Ouilibus insidiatur lupus. Nunquid in culpa natura est, quod lanicius exulit importunissimam beluam.* Arist. 1. Hist. cap. 1. lupum adhibet pro exemplo eorum animalium, quæ sunt ἐπίβουλα: *insidiosa.* Confine his illud, 4. Eclog. — *nec magnos metuent armenta leones.* Et Ouidius in summo malo: *Nat lupus inter oues.* Et eiusdem de Arione,

Sæpe canes, leporéque vna iacuere sub vmbra,
Et stetit in saxo proxima cerua lea.

Et Cassiod. de Orphei musica Ep. 40. lib. 2. *Deseruerunt vrsi amabiles syluas, leones domestica tandem canneta reliquerunt, suetia prædonem suum præda gaudebat. In vnum conuentum contraria vota collecta sunt, & fidem, dicente Lyra, omnia sibi aduersa crediderunt.*

10. DOLVM MEDITANTVR.] Obseruo hîc tria. Primò, dari *dolum* venationibus: alterum, dari *meditor* lupis, & retibus: tertiò, coniungi *dolum,* & *meditor.* Primum illustro ex Pindaro, qui od. 3. Nem. ἄτερ κυνῶν, δόλιον δ' ἐρέκτον: *sine canibus dolosique sepis.* Calabro lib. 7. dicente de venatione ceruorum, ἐς ὕσχατον δόλον: *in extremum dolum.* Oppianum ex Græcis taceo, qui sæpissimè Nonnum, S. Dionys. & alios. Greg. Turonensis lib. 2. c. 37. *Anes absque vllo hominum dolo manu capiebantur.* Pari gustu Manilius lib. 5 *mendaces foueas.* Alterum ex Plinio, & Prudentio. Prior luscinijs attribuit, vt Virgilius lupis: nam lib. 10. cap. 29. *meditantur aliæ iuniores, versúsque, quos imitentur, accipiunt.* Repetit cap. 42. Posteriori seminibus dat, vt Virgilius retibus. In Cathem. hym. 10.

Dolus de venatione.

Meditor datur etiam rebus inanimis.

Sic semina sicca virescunt,
Iam mortua, iámque sepulta:
Quæ reddita cespite ab imo,
Veteres meditantur aristas.

Omnes isti accipiunt hoc verbum pro exercere, & comparare. Lege Nebriss. in Quinquag. Tertium ex Plaut. in Epid.

Permeditatam meis dolis, astutisque onustam
Mutam.

Gaudentio Episc. Brixiens. Tract 5. de Exodo: *Si cogitet mala, si concupiscat aliena, si dolum meditetur.* Non abit Nazianz. qui Orat. 1. de Pace, τοῖς ἁρπαξι τῶν ψυχῶν λύκοις ἐπιτυθῆναι θήρατρα: *excogitantem laqueos lupis animarum raptoribus.*

Bonus de Diis.

10. BONVS.] id est, benignus. Pertinet quoque hæc vox ad indicandam diuinitatem. Sic profectò est. Ath. lib. 2. vbi de Baccho loquitur: δεῖγμα τῆς δυνάμεως τὸ ἀγαθὸν: *iudicium virtutis Dei boni.* Idem Deus apud Plutarch. de Is. & Os. πολυγαθὸς dicitur: *valde bonus.* Quid. de Natali Deo: *Optime Natalis.* Lucilius citante Lactantio lib. 4. cap. 3. *Pater optimus Diuum.* Virg. 2. Æn. *bona Iuno.* Horat. 4. Carm. od. 2. *bonique Dij.* Poeta statim: *Sis bonus ô felixque tuis.* Hinc refert tritam formam, *Dij Optimi & Maximi.* Hinc lux Horatio lib. 4. od. 5. *Diuis orte bonis optime Romule.* Vbi Augustum vocat Romulum, & *optimum* signatè nominat, quia *ortus à Diis bonis.* Quasi dicat: tu verè Deus, qui à Diis genus ducis. Nam quæ sequuntur, eandem assentationem spirant. Pari blandimento Martialis de Domitiano lib. 4. *Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar.* Loquitur enim cum respectu ad diuinitatem, nam postea *Iouem* nominat.

12. IPSI.] Mouet te lector pronomen hoc iucundè positum, *ipsi, ipse, ipsa, ipsi montes, ipsa rupes, ipsa arbusta.* Ita in 1. Ecl.

— *Ipse te Tityre pinus,*
Ipsi te montes, ipsa hæc arbusta vocabant.

13. VOCES AD SYDERA IACTANT.] Obseruanda verba, in quibus latet periphrasis Echus, quæ imitatur humanam vocem, & ludit humanis accentibus. Ita statim *arbusta sonant.* Synesius etiam Epistol. 33. de Echo loquens, ἀπὸ ὤτων φωνὰς voces *refert.* Ceterùm (vocem) dat inanimis. Ita supr. *montésque feriss, siluæque loquuntur.* Et Ammian. lib. 25. loquens de mis. Iuliano Imperatore: *Si nocturna lumina, inter quæ lucrubabat, potuissent voce illa testari, &c.*

Vox inanimis.

14 INTONSI.] Incædui, sylusi, non refecti.

15. SIS

VVA. BHSC. BU 00239

Sis bonus felixque.

15. SIS BONVS Ô FELIXQVE TVIS.] Fuit hæc formula precationis ad Deos 1. Æn.

Sis felix, nostrumque leues quemcunque laborem.

In 12. *Vos ô mihi Manes Este bon.* Ea traducta est ad homines. Tibullus 3. *Sis felix, & sint candida fata tua.* Plura his Brissonius. Expressit autem Virgilius versum Theocr. *eid.* 1. 5. ἱλατὸς νῦν εἶν᾽ ἄδωνι, καὶ εἰ νεόπ᾽ ἐνθυμῆ Κωΐς. *Sis nunc placatus Adoni, & imposterum latifices.* Et Virgil. Paulinus Nat. 2. Felicis: *Sis bonus ô felixque tuis; Dominumque potentem, &c.*

Diis singulis aræ duæ.

16. EN QVATVOR ARAS.] Attingit Poeta morem veterum, qui singulis diis aras duas siue altaria consecrabant: qua de re manifestus est Pausaniæ locus in Arcadicis, ore boni interpretis: *Τέρψιν illic Iouis Lycæi, quò nulla ducit semita. Quæ sunt intus in conspectu sunt omnia. Altaria Dei duo, mensæ duæ, totidem mensis pares aquilæ.* Et Æliani lib. 8. variar. Historiar. cap. 19. vbi Anaxagora in Deos relato, geminæ aræ consecrantur, altera mentis, altera veritatis inscripta. Græca sunt: βωμοὶ δύο ἵστασαν, τὸν μὲν νοῦ, ὃ δὴ, ἀληθείας. Alludit Manil. lib. 1. *Bina mihi positis lucent altaria flammis.* Itaque, etiamsi verum esse appareat, quod ait Turn. lib. 17. Adu. cap. 6. Manibus honoratorum solitas constitui duas aras, tamen morem latiùs patere, ex Pausaniæ loco, quem adduxi, perspicuum fit. Videtur verò Poeta hîc locutus absque vllo discrimine altaris, & aræ. Nam dicunt altaria esse superorum; aras aut Heroum, aut inferorum. Non (inquam) locutus hoc cum discrimine, nam Phœbi altaria primùm sub aris comprehendit. Falsò itaque ex hoc loco morem nescio quem eliciunt nonnulli Interpretes. Certè doctè Hadr. Iunius. *Ara est quauis, in qua dearis, id est, votum concipimus.* Est ergo vox generalis ad aram, & altare. Græcæ voces, quæ nostris respondent, sunt βάσις, / ἐσχάρα Glossæ: *Altare, βωμὸς: ara ἐσχάρα.* Sed de Græco hæreas, nam βωμὸν quoque *altare* reddunt boni Interpretes. Absolui remised, quia multi per Daphnidem intelligunt Iulium Cæsarem, adducam Xiphilinum (& multos possem) de ara illi excitata. *Ita plebs accensa est ira, vt Cæsarem in foro combusserit, deinde sepeliuerit, βωμόν τε ἱδρύσατο, καὶ θεὸν τὸν Καίσαρα ἀπεκάλεσε. Cæsarem aram ei dedicauerit, & ad eam sacrificare Cæsari, ac si Deus esset, conata fuerit.*

Ara quid.

Iulio Cæsari ara excitata.

Lac. vinum, oleum in vsu sacrorum frequentissima. Virg. 1. Georg. *Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.* Theoc. *eid.* 5.

Σπεῖσον δ᾽ κρητῆρι μέγαν κυκεῶνα γάλακτι
Ταῖς νύμφαις, τῶνον δ᾽ ἐς σὲ θεὸν τὰ πολλὰ καὶ ἄλλα.

Statuam craterem magnum albi lactis
Nymphis, statuam & alium dulcis olei.

Lac. vinum, oleum in vsu sacrorum.

Volui tamen hæc, quia de rebus coniunctim: sed separatim de lacte in vsu sacrorum meminere Theoc. *eid.* 5. Ouid. 4. Fast. de Dea Pale, & de eadem Tibul. lib. 1. Eleg. 1. Eleg. 1. Horat. de Syluano, 2. Ep. De oleo etiam in vsu sacrorum crebra mentio, præsertim in Athen. & aliquando in Homero. De vino quis ambigat? Pertinet verò insigniter ad hunc locum, in apotheosi fieri solita sacra cum lacte, quâ rem cum alibi attingat Poeta, ibi ego quoque. Est autem *lac nouum*, recens mulctum, & ideo spumans Nicander in Alex dixit, γάλακτι ἀφρίζοντι. Iterum γάλακτι ἀφρισσῶν τεύχεσι.

Lac nouum Nicandri.

18. CRATERAS PINGVIS OLIVI.] Bene obseruat Iac. Pontan. hanc Græcam esse locutionem. Nam vt Theoc. κεράσσας γάλακτι, dixit, sed intellexit, μιγνύν. Ita in Virg. subaudiendum *plenos*. Reddit autem Poeta Græcum λίπα ἔλαιον καὶ λυπρὸν.

19. ET MVLTO INPRIMIS.] Est in *eid.* 7. Theoc. locus, quem omnino Virgilius habuit ante oculos in toto hoc tractu: quem locum, quia lõgus, dabo tantùm Latinis versibus Eob.

Lucè illa nouæ sertæ geram vel olentis anethi,
Liliaue alba rosis contexta, rubentibus addam.
Atque meo viridem faciem capiti inde coronam.
Inde hæc vina bibam, pateris Prœlectica plenis.
Ante focum residens, aliquis mihi grata fabarum
Segmina de sociis, calido torrebit in igne.
Lectus erit verò variis denssissimus herbis,
Cæsaque asphodeloque refexibilique selino.
Suauiter ipse bibam cari memor Agæanactis,
Euacuans plenos toto craterras Iacchio.
Donec in allapsis immergam fecibus ora.
Pastores duo cantabunt, quorum hic sit Acarnan.
Ille Lycopites: sed & hic mihi Tityrus ipse
Cantabit, Daphnis quibus ignibus arserit olim.
Quando peregrina flagrauit amore puella.

20. HILARANS.] Diceret aliquis, lætificans. Sed certè lætitia, quæ à vino modum habet, hilaritas ebriorum est, & hoc spectauit Poeta. Sæpe in Plauto hilaritatem videas de vltra modum ictabudis. Ad hanc vini copiam signandam dicit *Baccho*, non vino. Quid verò sententiæ Virgilij tertius? Alexis apud Athen. lib. 2. inter vini laudes, ἱλαρὸς ἡ μάτηρ ποτὸς: *ebilarat nos.* Male in vulgatis, ἱλαίνει. Et Mnasith. ibid. ἐνθυμίαν φέρειν τὸν οἶνον. Lege multa in hoc Scriptore lib. 12. Horat. 1. Car. *vino pellite curas.* Nonnus 12. Dionys. coniuuia vocat ἀτερπέα, *inuicunda*, videlicet ὅτου μὴ παρέσονται, vbi sibest vinum. Sed quid hoc consecter? Tantum adduco etymon, quod ad hanc rem iuuat, οἶνος Græcis ἀπὸ τοῦ ὀνήσιος, quod iuuet, quod recreet. Scio alios aliunde deducere. Vocem ipsam hilaritatis in re coniuij Petron. infert in Satyr. *Adiuuit hilaritatem comessantis Cymbalistria.* Iterum *Pigritiam recedenti imposuerat hilaritas largior.*

Hilaritas de ebriis.

Vinum exhilarat.

Vini etymõ.

21. ANTE FOCVM SI FRIGVS ERIT, SI MESSIS IN VMBRA.] Quæ hic dicam, attigit Pithoeus lib. 1. Aduers. c. 9. Sed quia ibi non satis aut Virgilius explicatus, aut mos firmatus est, dicã, quæ visa mihi necessaria ad hûc locum. Promittit pastor habiturum se Daphnidem, vt Deum larem. Animas enim hominum in numerum Deorum relatas veteres putauerunt Lares esse, vti ex Sext. Pomp. Paulus notat. Id etiam colligi ex Athen. potest lib. 11. Et ex Hippocrate lib. de insomniis. Et apertè ex Varrone Arnobius lib. 5. his verbis: *Varro Laruas dicit esse lares, quasi quosdam genios, defunctorum animas mortuorum.* Et paulo altius ait, Lares pronuntiari ab aliis esse Heroas. Facit insigniter lapis repertus Celeiæ oppido inferioris Stiriæ cum hac inscriptione, GENIO AVG. E. LARIBVS. Aliorum quoque lapidum cum laribus Augusti frequens est mentio. Adi antiquas Smetij inscriptiones fol. 34. numeris 5, 6, 7. Habes iam has animas solitas coli, vt lares. Procedo. Compitalitia, aut compitalia sacra erant Deorum Lariũ, hæc aut in Compitis, vnde nomen inuenere, aut ad focum celebrabantur. Primum & ex nomine ipso perspicuum, & illud probaut verba hæc Varr. lib. 5. Ling. Lat. *Compitalia dies attributus Laribus, vt alibi: ideo, vbi vie competunt, tunc in Compitis sacrificatur.* Et Arnob. lib. 3. de Laribus ait: *quos arbitrantur vulgus vicorum, atque itinerum Deos esse, ex eo quòd Graci vicos cognominant Lauras.* Alterum efficit Martialis lib. 3. Epigram. 57.

Lares qui.

Compitalitia.

Cingunt serenum lactei focum verne,
Et longa festos lucet ad lares sylua.

Marcus etiam Cato de Re Rust. c. 5. dixit, Compitalia nisi in compitis, aut in foco, non esse facièd. Nequius in Tunicularia; aut Cunicularia citatus à Festo.

M *Theodo*

UVA. BHSC. BU 00239

Theodotum compellat, qui aras compitalibus
Sedens, in cella circumtectas tegetibus
Lares ludentes pueri pinxit bubulo.

Quod testimonium ad hanc partem traho, nam illa *aras in cella circumtectas tegetibus* hyemem & focum signant. Alludit ad hæc sacra Plaut. in Aulul.

Nunc Tusculum ibi, & hasce coronas floreas:
Hac imponentur in foco nostro Lari.

Ex dictis conclude sic mentem Poetę. Faciam tibi vt Lari sacra compitalitia; in hyeme ante focum, in æstate in vmbra, id est, in Compitis, quæ vmbrosa. In hanc sententiam explico verba Varron. lib. 1. de vita Populi Roman. *Ad focum hyeme, & frigoribus cœnitabant, æstivo tempore in propatulo.* Restat, probem, Latibus fieri sacra vino, nam hoc nominat Poeta. Plautus in prologo Aululariæ loquentem Lare ita inducit: *Huic filia vna est, ea mihi quotidie aut thure aut vino, aut aliquo semper supplicat.* Addit Poeta lac, & oleum, à quibus non abest, primitias solere offerri Laribus. Tibul. Lib. 1.

Laribus vino fiùt sacra.

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis horti
Custodes fertis munera vestra Lares.

Horat. *frugem* nominat lib. 2. Od. 23.

Si thure placaris, & horna
Fruge Lares, avidaque porca.

Sueton *flores* in Aug. cap. 31. *Compitales Lares ornare bis in anno instituit vernis floribus, & æstivis.* Iuuenal. Satyr. 9.

O parui nostrique lares, quos thure minuto,
Aut fame, & tenui solea exornare corona.

& Satyr. 12.

— *Laribusque paternis*
Thura dabo, atque omnes violæ iactabo coronas.

Profectò hæc non abeunt à mentione vini, lactis, olei, quæ syluestria omnia. Demum proponam hîc coniecturam meam, cur Manibus Principum, quos lares esse volebant, sacrificarent veteres primitiis terræ? Puto itaque originem ductam ab Hebræis, qui suis Principibus huiusmodi primitias offerebât. Auctor moris huius aut S. Hieronymus, aut is, qui ex illo multa compilauit in lib. Quæst. Hebr. supra lib. 2. Reg. cap. 4. explicans enim verba illa, quæ habentur de morte Isbosteth facta à Rechab, & Baana, *ingressi sunt autem domum latenter, assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine*, ita ait: *Spicas tritici quasi caussa primitiarum tulerunt, vt honorem Regi deferre viderentur, & eorum dolus nequaquam deprehenderetur.* Ergo cùm Hebræis Regibus, cùm viui essent, primitiæ istæ offerrentur; facile fuit à gētilibus morem istum traduci, ad Reges suos non viuos tātùm, sed mortuos etiam colendos. Firmat quæ dixi mos alter, quo Romani imagini viuētium Imperatorum sacrificabāt vino, & thure. Quod expressè scriptum est à Plin. lib. 10. Epist.

Hebræorum mos in colendis Regibus.

22. NOVVM NECTAR.] Pro vino vetere dices eseganti oppositione.

23. CALATHIS.] Notanda verbi significatio, non solùm est calathus viminea fiscella, sed poculum ad vsum vini. Mart. lib. 9. Ep. 60.

Calathus pro poculo.

Expendit veteres calathos, & si qua fuerunt
Pocula, Mentoreæ nobilitata manu.

Et in Apoph. Epigr. 107. lemmate *calathi* ita ait:

Nos satyrus, nos Bacchus amat, nos ebria tigris
Perfusis domini lambere docta pedes.

24. ARVISIA.] De lectione ambigas in nonnullis legi *Arethusia*, obseruauit Dalecamp. in Plinium, Heruetus in collectanea Clementis, Pierius in hunc locum. Alij malunt *Aruisia*, in his sunt Manut. Henric. Stephan. P. Victorius. Certè Plutarchus in opere, quo astruit, viui iucundè non posse ex Epicuri sententia, *Aruisium* legit, πίειν οἶνον ἀεισιον. Ita etiam Strabo, ita Clemens lib. 2. Pædagogi. Et ita etiam legit noster Seruius. In hoc inclino. Sed quæ hæc vinæ? Ex Chio insula interpretatur Seruius, in qua promontorium Aruisium, siue Arisium ferax vini optimi. Irrepsit error in Silium lib. 7. in quo legas *Aruisia pocula.* Aruisia vina.

25. NECTAR.] Prouerbij vicem habet nectar pro re quauis dulci ac suani. Ita hîc vinum *nouum nectar.* Vetus Poeta apud Lipsium 1. Elect. c. 5. Nectar adare gium.

Bacche vnium reperior plenus adsis vicibus,
Effigias dulcem liquorem comparandum nectari.

Martial. lib. 9. *Nomen nectare dulcius beato.* Lucret. lib. 1 *nardi florem, nectar qui naribus habet.* Symmachus lib. 9. Epist. 79. *literæ tuæ halantes Platonicum nectar.* Claudius Marius in Genesin,

Motaque dum leni vibrat se nemus aura, meatu
Vnum ex diuerso nectar permiscet odore.

Iterum lib. 3. ita de vinea loquitur,

— *vinea citi*
Luxuriat fructu, totaque ex arbore nectar
Parturit.

26. SALTANTES SATYROS.] Inducit hîc Poëta saltationem in conuiuiis, & eam dat Satyris. De primo nihil hîc dicam, quia satis obuium in Athen. lib. 1. bis aut ter, in Ouid. 5. Fast. in Petron. Sat. Attingunt plures species saltationum Plato, Homerus, Xenophon, Athenæus, Pollux, Lucianus, Strabo, Herodotus, Aristoteles, Plutarchus, Galenus. Pergo ad alterum, Athen. lib. 1. Meminit cuiusdam saltationis Satyricæ, quæ dicta est Sicinnis: vnde ait, Sicinnistæ dicuntur Satyrici. Ad hoc pertinent versus Horat. 2. Ep. Satyrica saltatio Sicinnis.

Lucenti speciem dabit, & torquebitur, vt qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.

Et Mosehus, quem aduocat Vrsinus, qui Σκίρτησε δὲ Σατύρος, dixit: *Saltatores Satyros.* Et Nonius, & Pollux, quos ego, ille lib. 15. Dion. μιμηλὸν Σατύροισι συνεσκίρτησε χορεῦσαι: *Saltabat pariter choream imitantem Satyros.* Ab eodem lib. 18. Satyri inducuntur ἄκοσμα σκίρτοντες. Et lib. 21. Σατύροι σκίρτησαν. Pollux verò lib. 4. cap. 14. ὀρχημάτων Ἐμμέλεια, Τετραγωνικὴ, Κόρδακες, Κωμικαὶ, Σικιννὶς, Σατυρικὴ: *Species saltationum, Emmelia Tragica, Cordaces Comica, Sicinnis Satyrica.* Hanc triplicem saltationem multi attigerunt. Malè itaque aliqui confundūt Cordacem cum Sicinnide. Nam præter Pollucem eas quoque discriminant Athen. & Lucianus ἀπὸ ὀρχήσεως. De Sicinnide Satyrica, loquitur etiam Euripid. in Cyclope, & Dionys. Hal. lib. 7. Antiq. Rom. Eo autem magis, quæ dixi de Sicinnistis, aut Sicinnide, tibi placebunt, si adeas quæ scripsit Lil. in lib. de vario sepeliendi ritu: vbi admonet à Sitis, id est, tumulatis dici Siticines: erāt autem Siticines, qui apud Sitos, id est, defunctos canebant. Additque Siticines quoq; dictos Sicinnistas, & inde Sicinnidē, & Sicinnum manasse, genus veteris saltationis: placebunt (inquam) quæ adduxi de hac re, cùm apud Poetam sit commemoratio de exsequiis Daphnidis. Satyrica saltatio Sicinnis.

27. Porrò de Satyris tria do parerga; de etymo, de forma, de discrimine inter hos, & Silenos. Cæsar Scal. etymon ducit Satyrorum ἀπὸ τῆς σάθης, à salacitate, & tentigine: fuere enim salacissimi. Et in libris originum reiicit etymon illorum, qui ducunt ἀπὸ τῆ σατυρίαι. Certè salacitatis Satyricæ loculeles est exemplum apud Pausaniam in Atticis, de muliere barbara, quæ obiecta est à nautis Satyrorum libidini. Pergo ad formam. Pausan. Atticis: *Rufos esse, & caudas haud multo equinis minores insita clunes habere.* Plin. lib. 7. cap. 2. *Satyri pernicissimi animal, tum quadrupes, tum recta currentes humana effigie.* Adiice caprinos Satyrorum etymon. Satyrorum forma.

VVA. BHSC. BÚ 00239

nos pedes ex Poetis, & cornua ex eisdem, atque etiam ex Athen. lib. 5. idipsum perspicuè sanctus Hieronymus in vita sancti Pauli Eremitæ. Et ex eo Isidor. cap. 3. lib. 11. Tertium est de discrimine. Certè Iul. Scaliger, & docti plures in id abeunt, vt putent Tityros, Satyros, Silenos eosdem esse. Id ipsum censeo, nam plurima loca aliter nequeunt explicari. Sed tamen scias ab nonnullis distingui Satyros & Silenos. Nonnus ita canit,

Satyri & Sileni.

Καὶ λασίων Σατύρων κενταυρίδ' ἅμμα γενέθλης,
Σιληνῶν τε φάλαγγα:

hirsipedorum Satyrorum sanguis generis aculeati. Silenorum que phalangem. Athen. lib. 5. de pompa Ptol. Ἠκολούθουν δ' αὐτῷ Σάτυροι, καὶ Σιληνοὶ ἐκ τῶν εἰκόνων ἐστεφανωμένοι: *Sequebantur illum Satyri, & Sileni centum & viginti coronati.* Iterum ἐφ' οἷς ἦσαν Σιληνοὶ, καὶ Σάτυροι ἐστεφανωμένοι: *quibus iuxta erant Satyri, erant coronati, & Sileni.* Scio hæc eludi posse iuxta ea, quæ dicam sequenti Ecloga. Et vere eludi debent.

28. Et cvm solemnia vota reddemvs Nymphis.] Vult Turn. lib. 13. cap. 4. propriè hoc scriptum à Poeta, & è ritu: nam cùm Nymphæ rusticorum Deæ sint, & rusticæ, rectè illis in agris res diuina fit. Ita apud Eurip. Ægisthus rus exit, vt in agro Nymphis rem diuinam faciat. Sic ferme ille, & ex eo Brocensis, tacito nomine. Sed hæc mihi parum probantur, nam potiùs videtur Poeta illud,

Nymphis sacra fiunt in agris.

Et cum solemnia vota
Reddemus Nymphis,

distinguere ab eo, quod sequitur, *& cùm lustrabimus agros.* ita vt prius ad domos referatur, posteriùs ad agros. Placet itaque mens Germani, & Victorij lib. 6. Var. cap. 24. qui hoc referunt ad morem Siciliæ, vbi in priuatis domibus quotannis res diuina Nymphis fiebat, ante quarum simulacra homines saltabant temulenti. Vterque aduocat Athenæi verba è lib. 6. sed Græca tantùm, ea tibi Latinis his verti: *Scribit Timæus lib. 22. Historiarum, Damoclem assentatorem fuisse Dionysij Iunioris. More autem in Sicilia vigente, vt in domibus Nymphis sacra fierent, saltarentque homines: Damocles Nymphas contemnebat, ac veniens ante Dionysium saltabat, dicens: non oportere mentem intendere, ac vacare inanimis simulacris Nympharum.* Est hic Damocles ille, cuius meminit Cicero 5. Tusculan. Est deinde ratio, cur posteriorem explicationem priori præferam. Nam Poeta ipse: *Ante focum, &c.* non ergo alienum ab eius mente, vt Daphnidi sacra fiant in domibus: cùm præsertim ad res Siciliæ sæpe alludat in hoc Bucolico. Ad eandem rem conducunt, quæ inuenies in Æliano lib. 10. Var. Hist. c. 16. de Daphnide Syracusio, & Bucolicis carminibus in Sicilia primùm cantari solitis. Portrò in istis, *reddemus vota,* exprimit Græcam phrasin, ἀνύσαι ἀποδιδόναι.

Siculorum mos in sacris.

Domocl.

29. Et cvm lvstrabimvs agros.] Ambarualia innuit, de quibus dicam 1. Georg.

30. Dvm ivga montis aper.] Hic locus huius feræ, vt etiam scribit Xenophon lib. de venat. & Arist. lib. 6. Hist. c. 28. Huic ferę attribuit, τὰς δυσκατόπτους τόπους, ἀποκρήμνους, φαραγγώδεις, συνεχεῖς: *loca inuia, præcipita, angusta, aprica.* Opp. 2. Cyn. aprosdat ὀνὶ ξυλοτομίην ἐν ὕλῃσι. Et Gal. lib. 6. ἄγειν θῆρσι κάπρον, *aper agrestis in montibus.* Homer. Il. 12. ἀγρωστήροισι συῶσιν ἐοικότες, τῶν ἐν ὄρεσσιν: *Feris apris similes, qui in montibus.* Et 19. Odyss. ἠΰτε δ' ἄρκτον ἀδμὴν συνιέντ' ἐν ὄρεσσι κεῖντο μέγας σῦς: *Tunc autem in densa sylua iacebat magnus aper.* Quin, ait Varro, aprum dictum ab asperitate locorum, in quibus agit. Sed præstat deducere ἀπὸ τῆς κάπρου. Similes verò affectus require, 1. Æn. ad illud: *in freta dum fluuij current.* Hic tantum discrimen nota: nam hoc loco res pastoritiæ assumuntur à pa-

Apri degunt in montibus.

Apri etymo.

A store, ibi à sapiente diuersæ.

31. Dvmqve thymo pascvntvr apes.] Nam eo mirè delectantur. Horat. 4. Car. Od. 2.

Thymo apes delectantur.

— *apis grata carpentis thyma.*

Claudian. 2. Rap.

— *Credas examina fundi*
Hyblæum rapiura thymum.

Nicander de apibus βοσκήμοσι θυμὰ πεφυῖ: *thyma pedibus depascentes.* Ideo ait Colum. lib. 1. c. 3. thymum seri ab curantibus aluearia. Sed quod hoc optimum, & magis gratum: Plin. lib. 11. cap. 15. *Mel aptissimum existimatur è thymo coloris aurei, saporis gratissimi.* In hoc fi inciderunt apes, qua cupiditate in illud ferantur, ita scribit Plut. lib. de Audiendo, αἱ ἢ πολλάκις ἰοῦσαι ἐπὶ βόδων καὶ ὑακίνθων διαπεπάρθαι λεγόμεναι, ὀπὶ τῶν θύμων κατάρασαι: *Sæpe transuolant prata violarum, rosarum, hyacinthorum, ac se in thymum demittit.* Vide quæ negligant præ thymo. Idem in lib. de Tranquillitate animi: πρὸς μελίτιας φέρει μέλι ὁ θύμος, *thymus mel dat apibus.* Vsque adeò hoc verum, vt dicat Plin. lib. 21. c. 18. Apiarios prouentum mellis sperare, longè floreſcente thymo.

32. Dvm rore cicadæ.] Hic enim cibus his animalibus. Theocrit. *Idyl.* 4. πρῶτος σίλλίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ τοῖς δρόσοις παίζει, *velut cicada.* Anacreon in carmine ad cicadam,

Cicadæ rore vicitant.

— Δενδρέων ἀπ' ἄκρων
Ὀλίγην δρόσον πεπωκώς:

Arboribus in summis roris parumper bibit. Hesiod. in Scuto,

— ἠχέτα τέτιξ
Ὥρῃ πόσει, ᾗ δρόσοις δεδυκυῖα λέῃσι:

sonora cicada, cui & cibus & potus ros tener est. Lege Plin. lib 11. cap. 26. Ex adductis auctoribus obserua proprietatem Poetæ, qui *pascentur* signatè dixit: est enim ros cicadis non solùm potus, sed etiam cibus. Ideo Athen. lib. 2. verba τρέφουσιν, & τρέφεσθαι. imò argumento cicadarum ita colligit: ὅτι δὲ τὸ ὕδωρ ὁμολογουμένως οὐ τρέφει, δῆλον ἐκ τῶ τρίζειν πᾶσι τοῖς ὑδρόβιοις μόνων τῶν ζώων, ὥσπερ τὰς τέττιγας. Quod autem aqua haud dubie nutriat per spicuum est, *cùm animalia quædam ea sola nutriantur, vt cicada.* & Aristotel. 4. Histor. cap. 7. δρόσῳ τρέφεται, *nutritur rore.* Iterum lib. 5. cap. 30. τρεφομένων τῇ δρόσῳ. Illud Antipatri in Epigram. rarum est, non enim ait, solùm rore cicadas viuere, & ali, sed etiam inebriari: ea est in hoc animante roris cupiditas. Græca sunt: ἀρκεῖ πέτηται μεδύσα δρόσῳ. Inde Politian. in Mant.

Nigraque dum raucum tremulis euibrat ab alis
Carmen, & epoto canit ebria rore cicada.

33. Ex victus natura, quo cicadæ aluntur, adagij formam hanc ducit Hadr. Iun. Cent. 1. num. 70. ἐν ἀεὶ, ᾧ δρόσῳ σίλλύων: *tuere & rore saginatus.* Probat ex Plutarcho & Philone. Lege illum, atque etiam Albericum lib. Virg. Lect. c. 10. vbi latè persequitur similia victus genera in aliis animalibus.

Adagium.

34. Damnabis tv qvoqve votis.] Putat Henr. Stephan. legendum *voti*, nam hoc Latinius. Ego hoc firmo. Liu. lib. 5 *fierere ciuitatem, quæ damnata voti.* Et lib. 10. *bis ciuis fem voti damnata Rep. in religionem veni.* Et lib 27. *damnarentur que votorum, quæ pro ipsis suscepissent.* Sed ita firmo, vt defendam quoque vulgatam lectionem, nam Sisenna lib. 4. Historiar. *Quo vota damnati, fœtum omnem dicuntur eius anni statim confecrasse.* Sunt verò *damnare votis*, aut *voti*: vel, *damnatus*, aut *damnas voti*, communia Latinis: vt & Interpretes etiam admonent: verba Pōtificia. Quod omnes *damnatus voti* dicunt. Martial. lib 9. Ep 45. *votiat, debitor voti.*

Damnare voti & votis.

Damnas voti.

UVA. BHSC. BU 00239

Mops. [a] Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neque me tantùm venientis sibilus Austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
Men. [b] Hac te nos fragili donauimus ante cicuta.
Hæc nos, formosum Corydon ardebat Alexis.
Hæc eadem docuit; cuium pecus? an Meliboei?
Mop. At tu sume pedum, quòd, me cùm sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari,
Formosum paribus nodis atque ære Menalca.

ARGVMENTVM.

Vicem reddit Mopsus Menalcæ, nam eius quoque laudat carmina, adductis etiam comparationibus: deinde sibi mutuo dant, & commendant dona.

EXPLICATIO.

[a] DICIT se habere nihil quod reddat pro tam dulci cantilena, quæ superat dulcedine, suauitate, voluptate Austri sibilum blandè insonantis, littora percussa fluctu, fluuij impetum præcipitari per saxa.

[b] Pendet ex superioribus. Quasi dicat: Nihil tu habes, quo me dones: atqui te ego prius donaui hac fistula, nunc illam in manus trado, cape. Vide quanti apud me fuerit, nam ea me docuit diuina carmina secundæ, & tertiæ Eclogæ: id est, canẽs ego cum hac fistula didici carmina. Est enim hîc enallage.

[c] Non potest iam aliter facere, quin ipse quoque donet, & donat pedum, cuius duplex commendatio. Prior, do tibi lubens, & sponte, quod non dedi Antigeni ab eo rogatus: & quidem merebatur, nã pulcer, & amore dignus. Posterior à forma, & materia: habet nodos pares, habet æs in imo.

NOTÆ.

1. REDDAM.] Propriè. nam Mopsus suprà vocauerat Menalcæ versus *munus*, & iam illud acceperat.

Sibilus austri.

2. SIBILVS AVSTRI.] Locutio elegans pro, Austro: & ex Græco fonte, πνοιὰς ἀνέμου, ἀντὶ τοῦ ἀνέμου: *flatus venti, pro vento.* Ita Catullus, *Zephyri auras.* Lucret. *flamina Cauri.* Furius Antias in Poematis *spiritus Eurorum.* Enn. 17. Ann. *spiritus Austri.* Notauit hoc Columna in Enn. vt Poeta *sibilus austri*, ita Lucan. 2. *sibilet aura.* & Ouid. 15. Met. *insibilat Eurus*: & Silius lib. 17. *stridor sibilat.* Cùm verò dicit *venientis*, innuit lenitatem. Aliquis hîc nullo iudicio diceret, flantis, sonantis, strepentis: ita in sacro eloquio: *Veni Auster*, vbi fit inuitatio cum blandimento.

Sibilus de ventis.

3. QVOD, ME CVM SÆPE ROGARET, NON TVLIT ANTIGENES.] Dictum ex peculiari more, & superbia amantium; qui, cùm opes suas iactant; tum illud inprimis iactant, se aliorum amorem, & pulchritudinem contemnere. Itaque ait: Dignus erat amore meo, sed contemsi. Apud Calp. 3. Ecl. pastor Lycidas: *Callyricem spreui, quamuis cum dote rogaret.* Paris ad Helenam: *Vtque ego te cupio, sic me cupiere.* Ouid. 2. Art. tũ se felicem putat fore, cùm propter se altera lacrymetur, doleat, angatur adeò, vt etiam teneras petat vngue genas. Hinc multa amputo, quæ adiici poterant.

Amantium superbia.

4. ROGARET.] Verbum hoc aptè positum, est enim ambientium amore. Docet hoc vsus ipse. Ouid. 2. Am. El. 7. vbi purgat se apud Corinnam, quòd diceretur ambiisse illius ancillam, ita ait: *Scilicet ancillam, quæ sit tibi fida, rogarem.* Et 1. Art. hoc verbo explicat fœminarum libidinem: *Fœmina iam partes victa rogantis aget.* iterum: *Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ.*

Rogo, vox ambientiũ.

5. FORMOSVM.] Commendatio muneris creberrima, Theocrit. εἰδ. 6. cum adiecto dixit: ὃ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν: *ille huic pulcram tibiam dedit.* In Virg. non satis fuit, *quàm diues pecoris*, nisi adderet *niuei.* Apud Nemes. Ecl. cùm dono datur luscinia multimodis commendatur. Hoc argumentum vt fertile à me relinquitur.

FINIS ECLOGÆ QVINTÆ.

ECLO

UVA. BHSC. BV 00239

ECLOGA SEXTA.

SILENVS

ARGVMENTVM.



LII hanc Eclogam Metamorphosin nominant, alij Theologiam, alij Varum, vulgus Silenum. *Nam in ea multarum rerum metamorphoses numerantur, & quædam gentium Theologia, quantum illarum captus: scriptaque est in gratiam Vari, & cantata à Sileno. Vtcunque sit, certè Virgilius operam dedit sub Silene magistro Sectæ Epicureorum condiscipulo Quintilio Varo. Ideo hic de rerum origine canitur iuxta Sectam Epicureorum, & Silenem repræsentat Silenus. Post cantatam originem primam nascentis orbis, eiusdémque renouationem transit ad fabulas. Dicitur Ecloga hæc fuisse à Virgilio ingenti fauore recitata, & cùm eam postea Cytheris cantasset in theatro, audissétque, & stupuisset Cicero, quæsiuisse, cuius esset, & cùm Auctorem tandem vidisset, nouisset, adisset: dixisse ad suam & Virgilij laudem*, Magnæ spes altera Romæ: *quod hemistichium postea Vates suis versibus inserendo, nobilitauit. Hoc, an verum, aliorum esto iudicium.*

[a] PRIMA Syracusio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalia.
[b] Cùm canerem Reges, & prœlia, Cinthius aurem
Vellit, & admonuit: pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
[c] Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine Musam.
[d] Non iniussa cano: si quis tamen hoc quoque, si quis
Captus amore leget, te nostræ Vare Myricæ,
Te nemus omne canet. nec Phœbo gratior vlla,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

ARGVMENTVM.

In hoc prœmio dicit Poeta, se primum omnium donasse Latino poemate Bucolica Theocriti: deinde cœpisse se heroica canere, sed à Phœbo admonitum abstitisse. Tertiò, ex iussu hoc Phœbi excusat se, quòd Vatis res non attingat. Quarto promittit, se in his rusticis Vari laudes celebraturum.

EXPLICATIO.

[a] MVSA nostra, quæ Latina, & Romana dignata est ludere, id est, abiecit se ad lusus Bucolicos Theocriti, qui Græcus & Syracusanus: neque erubescimus syluas tractare ad imitationem illius: nam primi omnium hoc fecimus.

[b] Sed roges Vare, cur me abiecerim ad syluas? ad res pastorum? ad stylum Theocriti? Attende. Cùm maiora canerem, cùm Reges & prœlia cogitarem: Phœbus præses carminum, aurem vellicauit, atque admonuit: non oportet, ô Tityre, facere hoc pastoré, quin potiùs, oues pascere, carmen dicere humile, ac tenue: non superbire Heroum vatum stylo: lude, ne cane. Dicunt Donatus & Seruius, Poëtam inuasisse primum omnium res Romanas, sed omisisse territum asperitate nominum. Non displicent, qui vocem *pingues* explicant, *vt pingues sint*: sed potest locus vulgariter accipi.

[c] Nunc ergo ô Vare Princeps maxime bellorũ, ludam pastoritio ludicro monente Phœbo: nam me hic Deus ad res tuas non vocat, quæ inelytæ: super erũt tibi multi, qui illas, qui bella tua, quæ magna, sublimius extollant.

M 3 [d] Ita

UVA. BHSC. BU 00239

d Itaque Vare, cano ea tantùm, quæ iussa mihi, A pareceres tuas non attingenti. Aliqui hoc referunt ad imperium Cæsaris. Nihil est necesse. Sed si quis tamen humillima hæc legerit captus amore styli tenuis, si quis (inquam) hæc legerit, videbit vti illa spirent laudes tuas: quia myricæ istæ, id est, tenues Eclogæ, pastoritium hoc nemus, in quo versor, te canent: nam Phœbo ipsi, qui me vetuit res tuas magnas attingere, nulla pagina erit gratior, quàm quæ Vari nomen gestat in titulo.

Notæ.

1. Prima Syracvsio.] Cùm dicat Poeta, primum se omnium intulisse in Latium Theocriti Eclogas, credi potest alluisse ad illum Propertium lib. 3. el. 1. cùm dixit: B

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos,
Itala per Graios orgia ferre choros.

Certè Virsuus Virgilio annectit Propertium. Circa vocem *prima* adhæsit explicatio Iac. Pon. vt non dicat Poeta, *prima nostra Thalia*: sed *prima* sit in plurali, pro *primo* ex Græca elegantia τὰ πρῶτα. Adiungo rationem: nam quamuis vni rei duo attribui possint, optimi tamen erit consilij, ea cùm possis, excusare, tam in tuo, quàm in alieno carmine.

2. Ervvit.] Propriè, nam aduetti, vt pudorem de pueris, ita ruborem de puellis ac virginibus dici: scio hæc commutari.

Thalia agriculturam inquirit.

3. Thalia.] Docte hoc, & ex historia. Thaliam enim ex Apollonij interprete obseruauit Germanus, γεωργίαν, ἣ τὴν ἀπὸ τοῦ γεωμετρεῖσθαι διρικήνατο: *Agricultura inuenisse, & artem plantationis.* Poëta quoque in Epid. Κωμικὸν εὗρε Θάλειαι βίον, ἢ πῆται κεδνά: *Comicam vitam Thalia inuenit & probos mores.* Qui hi, nisi agricolarum? Porrò per illud: Κωμικὸν εὗρε βίον, illustratur Ausonij carmen: *Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.* C

4. Cvm canerem Reges, et prælia, &c.] Similem locum ante Virgilium, post Virgilium tractarunt alij. Credamus illum superioribus, inferiores illi adhæsisse. Quod si hoc non est, certè locorum paritas digna est, quæ sciatur. Anacreon in carmine de Lyra: Θέλω λέγειν ἀτρείδας,

Θέλω δ' ἑκάβην ἔδειν.

Reliquis parco, quia multa, do tantùm versionem Henr. Steph. D

Cantem libens Atridas,
Cantem libensque Cadmum.
Sed barbiti mihi vnum
Nervis sonant amorem.
Mutata nuper à me
Chelys fidesque cuncta.
Iamque Herculis labores
Canebam: at illa contra
Sonabat vsque amores.
Heroes ergo longum
Mihi valete posthac.
Nam barbitis mihi vnus
Nervis sonant amorem.

Ouid. 1. Am. Eleg. 1.

Arma graui numero, violentaque bella parabam
Edere, materia conueniente modis.

Postea addit prohibitum se à Cupidine, ne arma caneret, vti hic Virgilius à Phœbo: sed Horatius & Propertius ab ipsissimo Phœbo, id est, Virgilio, Prior lib. 4. od. 15. ait:

Phœbus volentem prælia me loqui,
Victas & vrbes, increpuit Lyra,
Ne parua Tyrrhenum per æquor
Vela darem.

Posterior lib. 3. Eleg. 3. cùm dixerit, voluisse se canere Albanos Reges, Curios, Horatios, Æmilios, Fabium, Cannas, Annibalem, subdit:

Cùm me Castalia speculans ex arbore Phœbus,
Sic ait, aurata nixus ad antra Lyra.
Quid tibi cum tali demens est flumine? quis te
Carminis Heroi tangere iussit opus?
Non hic vlla tibi speranda est fama Properti,
Mollia sunt paruis prata terenda rotis.

5. Canerem.] Opponit hoc præcedenti ludere: est alterum heroicum, alterum bucolicum.

6. Avrem vellit.] Est *aurem alicui vellere*, prouerbialiter, admonere aliquem. Tractum vel à prisco ritu, vt vult Eras. quo in ius ducturi quempiam, alicuius aurem vellicabant, quem esse voluissent testem: vel certè, quia *est in aure ima memoriæ locus*, verba sunt Plin. lib. 11. cap. 45. id ipsum Seruius. Vsi sunt hac forma Virgilius hic, & in Copa. Calpur. 4 Ecl. Seneca lib. 4. de beneficiis, & alibi bis aut ter. Omitto omnes, quia illorum loca iam contulere partim Erasmus in Adagiis, partim Muretus lib. 12. var. cap. 5. & addo illorum exemplis Val. Maximum lib. 1. c. 5. de C. Cassio: *(consentaneo vocis iactu C. Cassij aurem fortuna peruellit.* Ammianum lib. 22. *Eusebium intolerabilem hunnavorum spectatrix Adrastia, aurem (quo dicitur) vellens, monensque vt castigatius viueret, reluctantem præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelsa.* Paulinum Epist. 34. *Vellicata blandè auricula suscitauit*, vt penè *dixerim*. Addam & illud Mureti, reperiri nummos æreos antiquos; in quibus essent duo viri insculpti, quorum vnus alteri aurem vellebat, cum scriptione hac in orbem μνημόνιος. Ceterùm, quod in re iuris omnes dicunt, *aures vellere*. Plaut. *atterere* dixit in Pers. Aurem vel. à lere.

— *tua ne ego causa cornufex*
Cuiquam mortali libero aures atteram?

Et Ouid. 1. Amor. bellule:

Si quid erit, dè me tacita quod mente loquaris,
Pendeat extrema mollis ab aure manus.

7. Pastorem Tityre, &c.] Elice hinc formam adagij: *Pastor oues pascat*: vel, *ne pastor vltra oues.* Nam hæc profectò mens Virgilij, qui docet, quempiam debere suo esse contentum: itaque non hæc aliena est ab illis: *Ne sutor vltra crepidam. Ne faber supra malleum*: ἀνὴρ ὑπὲρ γέρροφ. Spartam nactus es, hanc orna: de quibus vide Eras. & illius opera, quæ multa Chil. 2. cent. 5. cap. 1. adde Ælian. lib. 2. var. hist. c. 2. qui illum verè esse ait dignum laude, numerandúmque inter ἀπαιτηθέντας, qui nihil attigerit eorum, τῶν μηδὲν πεφυκότων: *quæ nihil ad se pertinent*: & Dionem Chrysost. qui ait Orat. 4. filium sutoris, aut fabri δεῖ μανθάνειν αὐτὸν πλὴν τὰ πατρῷα τέχνην, oportere, vt discat artem paternam. Eodem pertinet sententia Platon. 2. Polit. cùm in ea vrbe, quam ipse statuit, ait, ἀδύνατον, ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας: *Impossibile esse, vnum plures artes bene exercere.* & postea, ἀλλ' ἔστ' ἂν ἐφ' ἑαυτοῦμεν διεκωλύομεν, μήτε γεωργὸν ἐᾶν χειρίζειν ἅμα, μήτε ὑφάντην, μήτε οἰκοδόμον: ἀλλὰ ταυτοῦμεν, ἵνα δὴ ἡμῖν τὸ τῆς σκυτικῆς ἔργον καλῶς γίγνοιτο: *Prohibuimus ne coriarius exerceret simul rem agricolæ, textoris, architecti: sed in sua duntaxat arte versaretur, vt ipsius opus quàm optime nobis conficeretur.* Mirum est in adagio, *ne sutor vltra crepidam*, non vti Erasmum hoc testimonio ita obuio. Subiicit porrò idem Plato nonnulla in eandem sententiam sequenti libro, vbi ait, rhapsodos non posse esse histriones, neque histriones Comœdos, aut Tragœdos: & reddit rationem, quia natura hominis est concisa & determinata ad minora, neque posset plura pro dignitate Pastor oues, adag.

VVA. BHSC. BU 00239

tate imitari. Iterum postea vult in sua ciuitate coriarium, agricolam, militem res tantum suas exercere, non alienas. Libat aliquid eiusdem argumenti lib. 4. Eodem pertinent, quæ scribit Herodotus lib. 6. de moribus Ægyptiorum, & Lacedæmoniorum, apud quos filij succedunt in paterna officia. Itaque filius coqui, tibicinis, præconis (adhibet ille hæc exempla) est coquus, tibicen, præco, neque altius quærit munus. Itaque omnes κατὰ πάτρια ἐπιτηδεύσει, *in paterno opere perseuerant.*

8. PINGVES OVES.] Reddit Græcum, πίονα μήλα.

Deductum carmen. 9. DEDVCTVM DICERE CARMEN.] Tenue, explicatore Macrobio; nam Afranius in Virgine: *Verbis pauculis respondit, tristis voce deducta*, id est, tenuata: & Pomponius in Atellana: *Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba*: id est, extenues. Addit Seru. translationem sumi à lana, quæ ducitur in tenuitatem. Præclare. Nam Horat. 2. Ep.

—— tenuis deducta poëmata filo.

Tib. *Deducas plena fiamina longa colo.*

Ouid. in Ep. *Crassaque robusto deducis pollice fila.*

Accedit ad Seruium auctoritas multorum, Manutij, Henr. Stephani, Gifanij, Germani. Itaque nescias, quid Seruium reprehendat Erythræus. Adde adhuc Græcorum elegantiam, qui dicunt κατάγειν, filum nendo deducere in tenuitatem; & κατάγειν ἐείαν: *lanam deducere.*

10. NVNC EGO, NAMQVE, &c.] Obseruauit Germ. Tibulli locum huic similem:

Conueniènt quæ tuas cupidè componere laudes
Vndique, qui canent vinclo pede, quique soluto.

Victorius verò lib. 19. var. c. 4. vult, Virgilium allusisse ad locum Isocratis in Oratio. ad Philip. Græca is adduci: omitto. Leoniceri Interpretis hæc sunt: *Cùm enim ipsis indicarem, quod orationem tibi transmissurus essem, non quæ euidenti demonstratione & encomio bella per te gesta laudatura esset, nam aliy sese ad hoc accin-*

A *gent: sed quæ conentur te adhortari ad res magis peculiares, pulcriores deinde, quæ tibi maiorem commoditatem allatura sint, quam quæ nunc delegeris.* Insertii hunc locum, nam video quoque eumpte placuisse Germano.

11. SVPER TIBI ERVNT.] Supererunt tibi.

12. TRISTIA BELLA.] Bellorum epithetum. Velleius lib. 2. *Triste deinde & contumeliosum bellum in Hispania.* Cic. 1. de diuinat. *Quid verò Phœbi fax, tristis nuntia belli.* Iterum post multa: *Bellum domesticum triste ac turbulentum fore.* Calab. lib. 2. ὀϊζυρῷ πολέμοιο. & lib. 4. δύσιν ἀμείλιχον: iterum, ἐείδ & πολέμοιο. & lib. 10. ἀργαλέῳ πολέμοιο. Quæ attributa omnia ferme ad tristitiam. Certè Vari bella tristissima fuerunt. Vide Suetonium in Aug. c. 23. Sed ad B hæc alludere nequit Virgilius, nam illa bella post eius obitum. Tristia, bellorum epithetum.

13. AGRESTEM TENVI MEDITABOR, &c.] Auson. in Epigr. *Et commutata meditatur arundine carmen.* cùm ait, *tenui arundine*, referti ad tenuitatem agrestis Musæ, perspicuum est. Sed relinquo aliis videndum, an Poeta (vt in quo summa est doctrina) alluserit ad tenuitatem flatus: hoc enim instrumentum capax est flatus admodum exigui, & modici, scribente Euripide in Oreste,

Σύριγξ & ὅσων πνοαὶ
Λεπτῶν δ' ὀπαὶ καλάμων: *Fistulæ velut flatus arundinis tenuis.*

14. SI QVIS TAMEN HOC QVOQVE, SI QVIS.] Geminatione exprimitur humillimum genus Bucolicorum.

C

15. TE NOSTRÆ VARE MYRICÆ.] Formam noui adagij suppeditat Virgilius, qui à tenui hoc virgulto intelligit pastoritias Eclogas: ita in 4. Ecl. *Non omnes arbusta iuuant, humilesque Myricæ*: id est, non omnes iuuant pastoralia. Hic apertè:

—— te nostræ Vare Myricæ canent: id est, nostræ Eclogæ. Myricæ significant Eclogas.

16. PRÆSCRIPSIT.] Refer hoc verbum ad titulum paginarum, qui in summo præfigitur.

[a] Pergite Pierides. [b] Chromis, & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas, vt semper, laccho.
[c] Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
[d] Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
[e] Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambo
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
[f] Addit se sociam, timidisque superuenit Ægle,
Ægle Naïadum pulcerrima: iamque videnti
Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
[g] Ille dolum ridens, quo vincula nectitis (inquit)
Soluite me pueri, satis est potuisse videri.
Carmina quæ vultis cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit: simul incipit ipse.

D in viam, & ludite.

ARGVMENTVM.

Pergit ad opus, in quo Satyri duo ligant Silenum somno, & ebrietate plenum; sit illis comes Nympha Ægle, quæ faciem Deo interpingit colore rubeo. Ridet Silenus dolos, petit, soluant, accingit se ad cantum.

EXPLICATIO.

[a] QVASI dicat: Satis iam proœmij datum ad rem rusticam: agite iam Pierides, redite

[b] Chromis & Mnasylus duo Satyri pueri viderunt aliquando Silenum iacentem in antro, ac dormitantem: erant seni venæ inflatæ ex vino hesterno, vt semper alias.

[c] Varie hic locus explicatur: mihi ita videtur capiendus. Erant Sileno notæ omnes ebrietatis: nam iacebat in antro, dormiebat, erat venis inflatus, habebat in manu cantharum: tantùm deerat nota vna, quæ potissima, nam serta delapsa è capite procul iacebant. Quasi dicat, nota est ebrietatis habere coro-

VVA. BHSC. BU 00239

nam in capite, hæc tantùm deerat in Sileno, nam A serta iacebant procul delapsa è capite. Sed vide argutiam Virgilij. Ponit notam, quæ deerat ad communem ebrietatem, vt exaggeret ipsam ebrietatem. Perinde ac si dicat: Haberet notas omnes ebrietatis, si esset corona in capite: sed hanc esse lapsam maior erat ebrietas. Neque Turnebi, neque alia Brocensis explicatio mihi probatur. Explicatio Turnebi, si quis nostram respuat, hæc est. Erant serta tantùm delapsa è capite, alioquin integra, illæsa, non rupta. Vir quidam doctus, & princeps literarum humaniorum in Academia Salmanticensi, ita explicabat: Erant serta Sileno, tantùm delapsa è capite: inclinataque ante ipsos oculos: nam hic procul capiebat pro oculis. Explicationem meam ego tibi Notis firmabo.

[d] Cantharus Bacchi vas *pendebat* è manu, quasi è clauo aut fuste: itaque non manus ipsa continebat, vt quæ ebrij, & non potentis administrare humana munia. Erat *grauis*, vt in quo multum meri. *Ansa attrita* ex continuo vsu bibendi.

[e] Aggrediuntur illum subitò, *inuicunt vincula ex ferris*: id est, iniiciunt vincula (vt ita dicam) ferrea: sicut, iniicere vincula ex ferro, erit, iniicere vincula ferrea. Reddit rationem, cur illigauerint senem: nam sæpe illusi ab illo, cùm sæpe voluissent canentem audire.

[f] Timidi erant ex facinore, quod aggressi fuerant, ac tum opportunè interuenit Ægle, quæ illis animos addidit & ademit metum, vt quæ pulcerrima inter Naiadas putarunt enim fore (id quod accidit) vt, visa Nymphæ pulcritudine, minus irasceretur Silenus: imò potius gauderet se ab illa capi. Inde est, vt iam Sileno videnti, id est, reuocato ab ebrietate & somno, & sui compoti illa ausa fuerit pingere frontem, faciem, tempora moris rubeis, nemo alius.

[g] Risit dolum, quo captus est in somno; & ait: Quo me nectitis? soluite. Satis sit, me, qui Deus sū, a vobis esse visum: non vos latuisse, vt soleo. Scio quid vultis; audietis carmina vos pueri. Nam huic aliud erit merced is, si nunc quidem impudicū ad visum Æglen.) Vix hæc dixerat, cùm ftatim incipit.

Inde Poeta Satyros vocat *pueros*, Silenum ipsum infra, *senem*. Ad hanc rem pertinet fictio, quam inducit Iulianus Imp. in serm. de Cæsar. vbi Silenum vocat Bacchi τροφέα, καὶ παιδαγωγὸν: *nutritorem, institutorem*: & Bacchus ipse sæpe Silenum vocat παππίδιον *paterculum*: & iterum Silenus dicitur, γέρων σάτυρος: *senex Satyrus*: Lucianus, ὦ θεῶν ἐκκλ. loquens de Sileno: ὁ γὰρ γέρων σιμὸς πῶς φίνει: *Senex calutè, nare simus*. In Ouidio quoque, vbi Silenus cadit ex asello ab Satyris reliquis *pater* vocatur:

Ebrius ecce senex, parido delapsus asello,
Clamarunt Satyri, surge age, surge pater.

& 3. Fast. *Concurrunt Satyri, turgentiaque ora parentis*
Rident, percusso claudicat ille genu.

Seneca in Oedip. illum *senem* vocat: & Politian. in Rust. signat: *Silenique senes*: & Ouid. 4. Met.

Quique senex frenis tuibantes ebrius artus Sustinet,

Hic ergo, qui & senex & pater Satyrorum, commodè doctor Satyrorum inducitur, fortasse quia Bacchi institutor. Sidon. Apoll. in Burgo:

Bassaridas Satyros, Panas, Faunosque docebat
Ludere Silenus iam numine plenus alumni.

& Iulius Firmicus cap. 6. ait, illum fuisse Bacchi pædagogum. Ad hanc doctrinam pertinere potest adagium, *Sileni Alcibiadis*. Socrates enim eximius doctor Sileno comparatus est ab Alcibiade, non solùm propter neglectum habitum, & formam rusticam; sed quia doctores dicerentur Sileni. Hinc ab optimo Poeta, in quo nihil otiosum, Silenus ebrius dicitur, non vino, Baccho, aut Lyæo, sed signate *Iacchо*. Nam inter Bacchi nomina hoc ad religionem & mysteria spectabat, quod aperiam, 1. Georg. ad illud: *& mystica vannus Iacchi*. Oportet verò distinguas ebrietates: μεθύειν enim, i. e. *inebriari*, dupliciter contingit, ait Philo lib. περὶ φυτῶρ. est enim tantùm οἰνῶδες, *vino madere*, & est, ὑπερὲν ὑπ οἴνῳ: *ebriare vino*. Prior modo capio ebrietatem illorum, qui docent. Nā, vt ait idem Philo πρὸς μέθην μεθύουσι οἱ νήφοντες: *ebrietas est cum sobrietate*: sed quando mihi sermo est de Sileno, aperiam etymon. Omittis multis adduco verba Ælian. lib. 3. var. Hist. c. 40. Σιληνοὶ ὃ ἀπὸ τῦ σιλαίνειν. τὸν ὃ σιλλὸν λόγον λέγουσι μὴ παιδιᾶς ὑπαρξιν: *Sileni dicti sunt a verbo σιλλαίνειν, quod est commitatoria sermonis iacere cum molesto quodam lusu*. Eodem modo ετυμολογίζει Phornutus. Inde libri Timonis, quibus dogmaticos omnes maledict is proscindebat, dicti sunt libri Sillorum. Mitto etymon Interpretis Aristophanis, qui Silenos ducit à voce σιν, id est, cauda & penis.

Pierides, vnde dictæ.

2. PIERIDES.] Sic dictæ vel à Piero monte, vt Festus, Cicero. vel à ciuitate, aut regione, vt Stephanus: vel à monte, siue Thraciæ, vt Interpres Apollonij; siue Macedoniæ, vt Interpretes Hesiodi: vel à patre Piero, vt Ouidius: vel à Piero vetustissimo Poeta, qui plurimum Musas celebrauit. Copiosius hæc Lil. 7. Syntag.

3. CHROMIS.] Satyrorum esse nomina hæc Seruius vult: qui addit, per hos intelligi Maronem ipsum, & Quintilium Varum; qui operam dederant Sectæ Epicureorum sub Silone Philosopho, quem intelligit sub Sileno, quibus Ægle adiungitur, quia Secta illa tota ad voluptatem.

4. MNASYLVS.] Probus hîc agnoscit *Mnasylos*: sic in 8. Ecl. *Ismaros*: & 1. Georg. *Scorpios*: & 8. Æn. *Ægyptos*: pro *Mnasylus, Ismarus, Scorpius, Ægyptius*: ita Val. Max. lib. 4. c. 3. *Epiros*, non *Epirus*, vt vulgo legitur.

Satyrorum & Silenorum discrimen.

5. SILENVM.] Faciet hæc nota ad illustrandam totam Eclogam. Chromis & Mnasylus Satyri sunt; Silenus quoque Satyrus: sed quod discrimen? tantum Satyri grandiores ætate, & iam senes dicuntur Sileni: iuniores, Satyri. Docet hoc Pausan. Attic.

NOTÆ.

1. PERGITE.] Vni Maroni hoc placuit, cùm vulgus omne, *agite*. D

2. PIERIDES.] Sic dictæ vel à Piero monte, vt Festus, Cicero. vel à ciuitate, aut regione, vt Stephanus: vel à monte, siue Thraciæ, vt Interpres Apollonij; siue Macedoniæ, vt Interpretes Hesiodi: vel à patre Piero, vt Ouidius: vel à Piero vetustissimo Poeta, qui plurimum Musas celebrauit. Copiosius hæc Lil. 7. Syntag.

3. CHROMIS.] Satyrorum esse nomina hæc Seruius vult: qui addit, per hos intelligi Maronem ipsum, & Quintilium Varum; qui operam dederant Sectæ Epicureorum sub Silone Philosopho, quem intelligit sub Sileno, quibus Ægle adiungitur, quia Secta illa tota ad voluptatem.

4. MNASYLVS.] Probus hîc agnoscit *Mnasylos*: sic in 8. Ecl. *Ismaros*: & 1. Georg. *Scorpios*: & 8. Æn. *Ægyptos*: pro *Mnasylus, Ismarus, Scorpius, Ægyptius*: ita Val. Max. lib. 4. c. 3. *Epiros*, non *Epirus*, vt vulgo legitur. E

5. SILENVM.] Faciet hæc nota ad illustrandam totam Eclogam. Chromis & Mnasylus Satyri sunt; Silenus quoque Satyrus: sed quod discrimen? tantum Satyri grandiores ætate, & iam senes dicuntur Sileni: iuniores, Satyri. Docet hoc Pausan. Attic.

6. SOMNO IACENTEM.] Homer. ὕπνῳ πεδιόωντα. Virg.

7. INFLATVM IACCHO.] Petitum hoc ex historia, quia semper hic Semideus ebrius inducitur. Ouid. de illo 4 Met.

Silenus semper ebrius.

Quique senex ferula tuibantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter haeret ab asello.

In Iride eodem: *tuba tantem anniſque meroque*. Huc pertinet historia Pausaniæ in Attic. de fonte Midæ: πιόντων οἴνῳ κεράσαι μέλαν ὅσα πιὼν ὄνος τῷ σιληνῷ. Dicitur *Midas frustem hunc vino miscuisse*, vt *Silenum* caperet: & lib. 6. narrat, templum dicatum Sileno, in quo, μέλαν οἶνον ἐν ἐκπώματι αὐτῷ δίδοσθαι: *Ebrietas illi vinum porrigit in poculo*. Iulianus Imper. in sermo. de Cæsar. Neptunum inducit, dantem Sileno vites, & obiicientem illi ebrietatem. Ibidem Silenus vineas vocat θυγατέρας, *filias*. Volunt Mythologi, ideo ebrium induci hunc Satyrum, quia aliorum doctor. Doctorum verò pectora oportet esse madida, & plena doctrinis præstantissimis. Inde fortasse Bacchus doctor fingitur ab Horat. lib. 2. od. 19. *Bacchum in remotis carmina rupibus*

Ebrietas ad doctrinam. Bacchus cur doctor.

Vidi.

Ebrietas duplex.

Sileni Alcibiadis.

C

UVA. BHSC. BU 00239

Vidi docentem, &c. Sed hoc iam supra attigi.

Porrò ex Virgilio fluxere illa Nemesiani 3. Ecl.

Tum pr mum roseo Sileni cymbia musto
Plena sen ex, unde non aq is viribus hausit,
Ex illo venas inflatis incitare dulci,
Hortor namque gratis semper ridentur Iaccho.

8. INFLATVM VENAS.] Locutio est Græcorũ, illi subaudiunt κατὰ τὸ circa, aut quam voles: vt dicat: *Inflatum circa, ad, per venas, &c.* Ad inflationem venarum ex vino pertinet Lucretium dixisse lib. 3.

Venæ inflatur vino.

— hominem cum vini vis penetrauit
Acris, & in venas discessit diditus ardor.

Ouidium: *Vt solet infuso vena rubere mero.* Sed hunc possis aliò torquere. Redeo: Isidorum lib. 20. orig. cap. 3. *Vinum inde dictum, quòd eius potus sanguine venas ciò repleat.* Est hæc nota in symbolis Fac. Pont. Addo, quod Virg. *inflatum venas.* Lucilium lib 20. Satyr. dixisse: *venas extendere.* Et Martialem Epigr. 4. lib. 5. pati nota ebrietatis: *Hunc tu rubentem prominentibus venis.* Notas ebriorum plurimas, & satis eleganter Basilius exhibet Orat. κατὰ μεθυόντων. Aliquas Ouid. 6. Fast. Non paucas Nonnius in Dion.

9. SERTA PROCVL.] Duo hic mihi dicenda. Primum, fuisse veteribus notam ebrietatis habere coronam in capite. Deinde, notam quoque ebrietatis fuisse, lapsam esse coronam ex capite. Primum morem suppeditat Plautus, qui Amphit. *Capiam mihi coronam in capite, simul, bono esse ebrium:* & Menæch. *cum corona me accubeto ebrium:* & Pseud. Scen. vlt.

Ebrij coronati.

— quid video ego
Cum corona ebrium Pseudolum tuum?

iterum: *Quæ isthæc audacia est, te sic interdiu cum corolla ebrium incedere?* Hinc pertinent multa, quæ obuia in Athenæo, nam lib. 5. Bacchus ebrietatis Deus inducitur in pompa Ptolomæi: ἐστεφανωμένος κισσοῦ, καὶ ἀμπέλου ἔχων στέφανον habens coronam ex hedera, & pampinis auream. Et de Sileno ipso Sidonius in Burgo:

Sed comitet tamen ille caput: nam veriùs nudo
Amissos ferus studet excusare capillos.

Val. Max. c. 9. lib. 6. de Polemone Athenienſi: *Vino grauis, unguentis deliburus, fertis capite redimitus.* Plato in conuiuio postquam meminit Alcibiadis, σφόδρα μεθύοντος καὶ μέγα βοῶντος: *Insigniter ebrij, & præ ebrietate insultantis:* illum inducit statim, ἐστεφανωμένον αὐτὸν κισσοῦ πολλοῦ καὶ ἴων, καὶ ταινίας ἔχοντα: *Coronâ quadam ex hedera violisque conserta redimitum, vittasque habentem.* Hæc ergo nota communi ebrietatis caruit Silenus, sed ita tamen, vt hoc ipsum arguat eius maximam ebrietatem. Fuit n. magna nota ebrietatis corona lapsa è capite. Ouid. 1. Am. el. 6.

Ergo amor, & modicum circum mea tempora vinum
Mecum est, & madidis lapsa corona comis.

Statius 2. Theb. *— effusi passim per tecta, per agros*
Serta inter, vacuosque mero crateras, anhelum
Profabant sub luce Deum.

Ad hanc lapsæ coronæ notam reiicio Auctores, qui ebriis dant coronam in collo. Nam cùm est in hac parte corporis, lapsa à capite putanda est. Hi sunt præter vulgares, Dio Chrysost. orat. 4. qui de ebrio ita ait: στέφανος πεπὶ ἐστεφανωμένῳ & ἑώκει τῷ τε κεφαλῇ καὶ ἀεὶ τῷ τραχήλῳ: *Coronis quibusdam marcidis coronatus caput circa collum.* Et Clemens Alexandr. lib. 2. Pædag. cap. 2. *Videre ergo licet aliquos eorum semimortuos, cessipitantes, in collis coronas habentes.* Ergo Poeta notauit insignem fuisse ebrietatem Sileni, cùm & ptiùs coronam habuerit, & eam deinde præ nimia temulentia amiserit. Ebrietas sanè nimia caput inclinat. Philo ἀεὶ μέσῃ, καὶ εὐφραινόμενος τὸν ὀφθαλμὸν ἀεὶ οἴνῳ, καὶ πῶς κεφαλῇ πεφαλλῶν, & αὐχένα ἐγκλίνων: *Grauatus oculus præ vino, demittens caput,*

A *obliquans cervicem.* Hanc inclinationem sequatur lapsus coronæ, necesse est.

10. CAPITI.] Hæc vocula obscuritatem addidit huic loco. Non est Datiuus, sed Ablatiuus: veteres enim frequentissimè hos casus delinebant in tertiam vocalem non in secundam. Ita *vespere, i,* pro *vespere.* Cato: *Ex fegeti vellito ebulum.* Ausonius de occasione: *O capiti calvo ei.* Varr. 5. Ling. Lat. *In campo cum prima luci adsit.* Plaut. Casi. *Sortis sum victus.* Seneca in Thyeste: *Cerna capiti nexere rosa.* Inde illud tritum *ruri* pro rure. Addam etiam huic parti in vtilitatem iuuentutis, quo melius auctores capiat, elegantiam veterum. Quoties interrogatio fiebat per *vbi*, frequentissimè delinebant hos casus in tertiam vocalem: quoties per *vnde*, in secundam. Plaut. Mercat. *Pecua rure pascere: vxor rure est tua: rure ipsa abest. Si rure redierit: rure iam rediit vxor mi. Amater rure rediit? aduenisti mater rure.* Eadem elegantia vsurpata in propriis oppidorum. Nam in Pœnul. *Carthagine ego sum natus.* Ibidem: *Surrepui Carthagine.* Ablatiuos definebant an iqui per tertiam vocalem.

B 11. CANTHARVS.] Fuit Bacchi vas. Sidon. Burg. de triumpho Bacchi: Cantharus Bacchi vas.

Cantharus & thyrsus dextra leuaque feruntur.

Silius 7. loquens de Baccho:

Lumine purpureo frontem cinxere corymbi,
Et fusa per colla comæ, dextráque pependit
Cantharus.

Plin. 33. c. 11. in fine: *C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur, ille arator Arpinas, & manipularis Imperator.* Hieron. contra Vigilan. *Libere prædicam tibi, te esse Liberum patrem, pro ebrietate, & cantharo ex humeris dependente, &*
C *semper rubente facie, & spumantibus labris.* Arnob. lib. 6. *In Lib ri dextera pendens potorius cantharus.* Vide etiam Val. Max. c. 6. lib. 3. qui eadem cum Plinio. Commode ergo Bacchi educatori datur Bacchi vas. Quæ Macrobius scribit lib. 5. c. 21. in promtu sunt. Hoc genus poculi ansatum fuisse, & ex loco hoc Virgilij liquet, & idipsum scribit Fuluius Vrs. in Append. ad Rom. Tricl. aduocatque antiqua marmora, & numismata. Vide Nannium lib. 1 Miscel. vbi explicat locum Terent. And. de cantharo suffarcinato.

12. INICIVNT IPSIS EX VINCVLA SERTIS.] Nihil video vnquam dici à Poeta sine more, aut historia, aut antiquitate. Silenus, nisi vinctus, nunquam vaticinabatur. Maximus Tyrius sermo. 30. ait, Silenum ebrium, & vinculis constrictum
D multa prædixisse Midæ. Ouid. quoque 11. Met. Silenus non vaticinatur nisi vinctus.

At Silenus abest, titubantem annisque meroque
Rusticolæ capiere Phryges, vinclisque coronis
Ad Regem duxere Midam.

Plutarch. in Consol. ad Apollon. τῶν δὲ ἐνίων ἀεὶ φρονίμων καὶ τὸν σιληνὸν συνηθροῖσθαι τῷ μίδᾳ ἀποφαίνεται: *Idipsum scribit Aristoteles, Silenum vinctum Midæ demonstrasse.* Extende latiùs hunc morem ad omnes Semideos, qui nisi vincti non vaticinabantur. Suppeditat hoc historia Protei in 4. Georg. qui vinctus ab Aristæo: atque etiam historia Fauni & Pici, qui vincti ab Numa: de qua latè Ouid. 3. Fast. fusè Arnob. lib. 3. adu. Gen. ex Valerio Antiate. Latet autem fortassis in Virgilio imitatio Anacreontis, apud quem amor coronis ligatur: Semidei vaticinantur vincti.
E

αἱ Μοῦσαι τ' ἔρωτα
Δῆσαν σεφάνοισι
Τὸν κλαυσιπάριδωκαν:
e Musæ florea vincla
Capto n-per amori
Imecerre coronas
Vinctum dant que decori.

Phrasin

UVA. BHSC. BU 00239

Phrasin Virgilij Hieronymus arripuit contra Vigilantium: *Tu Apostolis vincula inijcies?*

13. IPSIS EX VINCVLA.] Hæc verborum transpositio amata aliis. Lucret. *Tuisque ex inclyte carthis.*

14. ÆGLE.] Putata est Solis & Neæræ filia. Adi Lil. 5. Syntag.

15. PVLCERRIMA.] De hoc attributo, quod datum fœminis, vide quæ latè suo more Tiraquel. in leg. connub. Lege etiam Muret. lib. 4. var. cap. 4.

16. SANGVINEIS FRONTEM MORIS.] Germanus hoc accipit pro *fucum facere & illudere*. Atque etiam Erasmus Chil. 1. cent. 5. cap. 48 sed, vt verum est, *os alicui sublinere*, esse, verba dare, vt clarum ex Sophocle & Plauto, quos alij adducant: & ex Symmacho Ep. 18. lib. 4. quem ego: ita mihi omnino improbabile, Poetam capiendum esse metaphoricè, & cum respectu ad hanc formam adagij: itaque credo Silenum pictum verè moris fuisse à Nympha, & eo in explicationem Seruij Petri Daniel. qui sic ait: *Multi ob hoc dictum pictum, quòd rubeus color Deorum sit, vnde & triumphantes face miniata, & in Capitolio Iupiter in quadrigas miniatas.* Deesse hic verba aliqua, certum: sed habeo ex his sententiam Seruij: & obserues obiter, Seruium dixisse *robeum colorem*, non rubeum. Veremur eo modo indigitabant veteres, & etiam *robium*, aut *robum*. Lege Scalig. in Notis ad Varr. lib. 2. rei rust. cap. 5. Redeo, & mentem Seruij, explicationémque meam aliunde probo. Scribit Plin. lib. 33. cap. 7. minium veteribus non modò in summo pretio fuisse, sed etiam religione; nam festis diebus simulacra Deorum eo oblinebantur. Quod firmat externa religione; quia apud Æthiopes non modò proceres eo tingebantur, sed is quoque erat Deorum color. Et lib. 35. cap. 12. Romana: nam de Ioue dedicando in Capitolio à Tarquinio Prisco, ait: *Fictilem eum fuisse, & ideo miniari solitum.* & addit: *Hæ enim tum effigies Deûm erant laudatissimæ.* Deinde apud Pausan. Achaic. Bacchi simulacrum audies intinctum fucatúmque ξανθῷ κινναβάρεως: *minio.* Idipsum de simulacris veterum Plutar. scribit, ἐρυθρώματι. Cum allusione ad hâc rem, credo, Varr. in Satyra Tanaquile: *Mihi facies Meandrata, & vermiculata.* Allucet etiam locus Arnobij lib. 6. numerans enim formas varias & simulacra Deorum, ita ait: *Inter Deos videmus leones toruissima facie, mero oblita minio.* Postremò quis neget, hanc esse mentem Poetæ, cùm audiat Ecl. 10.

Pan Deus Arcadia venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem.

Robeus color.

Miniari Dij. Minium in quo olim pictio.

A Hic ergo color non solum Magnis Diis, sed rusticis etiam sacer. Itaque gestauit secum Nympha colorem illum, quem sciebat Diis gratum; & quo sciebat se sibi conciliaturam rusticum Deum, vt eliceretur inuitaretúrque ad cantum. Epithetum *sanguinis* additum motis cum respectu fortasse ad fabulam Pirami & Thisbes, nam ex ea cæde mora contraxerunt eum colorem.

17. PINGIT.] Philo lib. 2. Allegoriar. hoc dixit per verba φαρμάττειν, ὑπογράφειν τῷ ὄφιν.

18. QVO VINCVLA NECTITIS? INQVIT. SOLVITE ME PVERI.] Putat Gifan. Poetam alluisse ad locum Lycophronis, quem his verbis repræsentat Athen. lib. 10. Μαρτυρεῖ δ' ἡμῖν καὶ τῶν Λυκόφρονα ὁ Χαλκιδεὺς γράψας Σατύροις, Μενέδημον, ἐν οἷς φησὶν ὁ Σιληνὸς ὧδε τοὺς Σατύρους, παῖδες κρατίστων παῖδες ἐξωλέστατοι: *Testatur Lycophron Chalcidensis in Satyris, Menedemum scribens, quibus verbis Silenus Satyros suos alloquatur: ea hæc sunt. O pueri quàm pessimi pueri, pergam optimi.* Posterius est in gignendi.

B

19. VINCVLA NECTITIS.] Variabis istis. Supra *inicium vincula.* Sic & Tacit. 12. Ann. *iniicuntur catenæ.* & Æschyl. Prometh. δεσμὰ προσβαλεῖν. 2. Æn. *reuinctum manus post terga.* Cui respondebit, ἀναδέτῳ. Nam Eurip. Hecub. ἀναδέτοις μίτραισιν: Græcis communia δέω, πέδας δέω, δεσμεύω. Æschyl. in Prom. δεσμῶται παρασάλου ὧν. Theocr. λυγίζειν ἔρωτα: vbi interpres, λυγίζειν, δεσμεύειν, δῆσαι. sumtum à lucatoribus, qui alter alteri nexus dicuntur λυγίζειν. Mihi in mentem, an inde Latinum *ligo*, & Hispanum, *liga*. Hieron. Epist. 83. cum Virgilio: *Reluctanti vincula vmectere.*

C

Liga, vox Hispana, vnde.

20. SATIS EST POTVISSE VIDERI.] Procedit hoc ex veterum opinione, qua putabantur Semidei videri tantum, cùm voluissent, quod rarò & difficile. Seru. Henr. Steph. Illustrabitur hic locus 2. Æn.

21. HVIC ALIVD MERCEDIS ERIT.] Hoc hemistichium in adagij formam vertit Symmachus Epist. 23. lib. 6. nam ab impudica significatione, quam hic habet, ad iracundiam transtulit: *Dura commotio est, quam gignit inuitia.* Et post aliqua: *Hæc eò scribo, vt miratum me scias, quòd constantiam tuam lis priuata mutauerit, quam sub assimum nomine (vt opinio mea est) Baiani litoris persultator animauit: sed illi aliud mercedis erit.* Tu lector exemplo Symmachi transfer ad signanda alia. Aduoco exemplum. Habet iudex in vinculis latrones quatuor, tres primi leue furtum admisere, postremus multa & grauia. Dicat. Tres verberantur, quarto aliud mercedis erit, quo innuat suspendium.

Huic aliud mercedis erit.

D

[a] Tum verò in numerum Faunósque feráque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea,
[b] Námque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarúmque animæque marísque fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tenor mundi concreuerit orbis.
[c] Tum durare solum, & discludere Nerea Ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas:
Iámque nouum terræ stupeant lucescere Solem,
Altius atque cadant summotis nubibus imbres:
Incipiant primum cum syluæ surgere, cúmque
Rara per ignotos errent animalia montes.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Ludunt ad illum Fauni, & feræ aliæ flectuntur arbores, gaudent rupes. Canit Silenus primum orbis constitutionem ex atomis, enumeratisque partibus mundi peculiaribus omnia aptè discriminat.

EXPLICATIO.

[a] LVDEBANT, saltabántque ad numerum Fauni, ac feræ aliæ: quercus nutabant apicem tã blanda cantilena illectæ: gaudio omnia vbertim redundabant. Non ita canente Phœbo Parnassus lætabundus exsultat: non ita canentem Orpheum sui montes Rhodope & Ismarus demirantur, quantum agri illi, montes, syluæ gaudent, stupent ad cantum Sileni.

[b] Reddit rationem superioris lætitiæ & stuporis. Quid non agri gauderent, quid non stuperent ad cantum Sileni? Ceterùm ad explicationem quatuor versuum præmitto ex doctrina Seruij, Virgilium hic hæsisse Epicureorum sententiæ, qui dicebant, duo esse rerum principia, corpus & inane: per corpus intelligebant atomos, quas Poeta hic vocat semina: per inane, spatium illud, in quo atomi. Ab his duobus principiis dicebant, quatuor ista generari, ignem, aërem, aquam, terram. Iam Poëtam capies. Canebat, vti atomi coniungerentur in magno inani, quæ atomi erant semina terræ, animæ, id est, aëris, aquæ, ignis liquidi ac puri. Deinde canebat, vti ex his quatuor principiis omnia exstitissent, excreuissétque orbis in magnam vastitatem & molem initio tener. Ergo. Ab atomis & spatio quatuor elementa: ab elementis cetera omnia orsum habuere.

[c] Sed extremi versus hanc habent sententiam. Canebat etiam, vti solum, quod prius tenerum, cœperit se obdurare, & soliditatem accipere. Nereo, id est, aquis discluſis à solo, inclusisque & amandatis in pontum, quæ fluxu suo & lætitiæ soliditatem terræ impediebant: quo facto iam solum capiebat nouas rerum formas. Canebat etiam, vt terræ stupescerent nouum Solem, & hactenus inuisum. Canebat, vti imbres caderent ex nubibus summotis altius à terra. Demum canebat, quando syluæ primũ inciperent surgere, attollíque è terra in truncum, caudicem, ramos, brachia, comam: &, vt animalia iam ἐμψυχα, id est, viua errarent per montes, rara illa quidem, quod par in prima rerum omnium paucitate. Sane hic, *stupeant, cadant, incipiant, errent*, accipio pro, *stupescerent, caderent, inciperent, errarent.*

A — *in numerum procedere cùm simulacra Cernimus in somnis.*
Pers. Sat. 5. — *ad numeros Satyri mouere Bathylli.*
Manil. lib. 5. *Ad numeros etiã illæ ciet cognata per artem Corpora, quæ valido saltant excussa petastro.*
Virgil. hìc de saltationibus Faunorum: *in numerum ludere.* & de cyclopibus: *brachia tollunt in numerum.* Ituat rem istam Homerus Il. 18. Μολπῆ τ' ἰύγμῷ τε ποὸὶ σκαίροντες: *Ad cantum & numerum pedibus tripudiantes.* Tendo ad modum: Catul. *In modum dicite.* Modus de voce.
Iterum: *Concinnæ in modum.* Cic. ad Q. Frat. *Vox extra modum absona.* Et in lib. de Consiliis, quod fragmentum est apud Boetium lib. 1. Mus. *Tardatæ modorum, & grauitate cantus illorum fuerentem petulantiam resedisse.* Horat. 3. car. od. 30. — *Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos:* & od. 11. *Dic modos, Lyde quibus obstinatas Applices aures.* Sidon. Apollin. Epist. 2. lib. 9. *modificatis fusciniarum querelis.* Apul. lib. 11. *Tibia modulis dulcissimis personabant.* Demum Horat. læpe discriminat, non ergo idem: in Ep. ad Pis. *Acceſſit numeris modisque licentia maior:* & 1. Ep. *Quamuis nil extra numerum fecisse, modúmque curas.* & 2. Ep. — *numerósque modósque ediscere vitæ.* Eodem traho Poetam in hoc loco, ait enim: *Simul incipit ipse:* en modus. Mox sequitur: *Tum verò in numerum, &c.* en saltationes. Itaque numeri Faunorum sequebantur modos Sileni. Sed hoc discrimen vnicè docet Cic. lib. 1. Oeconom. quod fragmentum est in Columb. lib. 12. c. 2. *Vbi choris canentium, non certis modis, neque numeris præcinitis magistri consensit, dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur, &c.* vbi modis, & dissonum, sibi respondent: sicuti *numeris & tumultuosum.* Hæc ideo lata, quia pendent necessariò ex turba exemplorum.

2. RIGIDAS QVERCVS.] Quid sit rigidum, explicant verba ista Glossar. *Rigidum, ἀκαμπὲς, σκληρὸν, ἰσχυρὸν, inflexibile, durum, forte.* Tam Glossastem ipsum, quàm Virgilium illustrant verba ista Philonis in lib. de congressu, qui cùm dixerit, Esau significare quercum, ita subdit: Δρῦς μὲν γὰρ, παρ' ὅσον ἀκαμπὴς, καὶ ἀμείλικτος, ἀπειθής τε, καὶ σκληρύνει φύσιν: *Interpretatur quercus, quia inflexibilis, inexorabilis, inobsequens, cui cervix dura.* In his rigor Esau explicatur per ἀκαμπὴς, & σκληρὸν, vnde illustratio Glossastæ: & adhibetur exemplum in quercu, vnde Virgilij. Notãdum in eodem Philone hominem δρύινον, *querneum,* Querneus. poni statim pro immiti & inexorabili: & in lib. de Perfugis: ἀλλ' οὐχ ὁ δρύϊνος καὶ ὑπ' ἀμαθίας ἀνειθὴς τρόπος: *querneus ille, & præ insciria contumax mos.*

3. GAVDET RVPES.] Ita solent Poetæ. Lætitiam dant montibus. Quisquam: *Exsultat Apollinæ Lesbos.* In superiore Ecl. *Ipsa lætitia voces ad sidera iactant*
Intonsi montes.

Rigidum.

NOTÆ.

In numerum. 1. IN NVMERVM.] Germanus, *in numerum* accipit pro, *in modum.* Muretus quoque illud Catul. de Nupt. Iul. & Manl. *in modum dicite*, explicat, *concinnè*, εὐρύθμως, *id est, numerosè.* Non negem aliquando hæc confundi, nam Virg. cùm dixit 9. Ecl. *Numeros meminì, si verba tenerem*: videtur per *numeros* intelligere *modos*: & Manil. etiam numeros ad vocem retulit lib. 1. — *in numerum Phœbo modulante referre.* Sed volenti rem exactiùs scire, aperiam meam obseruationem: *Numerus* ad saltationes propriè pertinet; *modus* propriè ad cantilenas. Firmant hoc exempla. Lucretius lib. 2. *in numerúmque exsultant.* & lib. 5.

In modum.

Numerus de saltationibus.

Atque extra numerum procedere membra mouentes
Durirer. Et lib. 4.
— *simulacra moueri,*
Brachiáque in numerum iactare. Iterum:

Atomi.

4. NAMQVE CANEBAT, VTI MAGNVM PER INANE COACTA SEMINA.] Rerum siue discluſionem, cùm prius in æceruo quodam fuissent (loquor, vt Ethnici, quos interpretor) siue coniunctionem ex atomis, & seminibus, alij ante Poetam cecinere, quibus potuit insistere, (mitto nunc Philosophos) alij post illum. Inprimis Germanus, Vrsinus, Cæs. Scaliger aiunt, reddidisse Poetam versus Apollonij c. 1. Arg. vbi ille canentem inducit Orpheum hunc in modum. Omisi Græca, quæ omnes dant:

Ille canebat, vti tellus, mare, sidera cœli
Mista fuere olim, atque vna cognita forma.
Quæ tamen in varias formas cessare, deinde
Astra prius cœpere polum, fundatáque in illo
Haerent: hìc Lunam videas, Solisque labores.

Consecti

UVA. BHSC. BU 00239

Conſpecti montes, & latis flumina campis,
Enata Nymphæ, mox terra reptile cunctum.

Macrobius verſus Poetæ confert cũ his Lucretianis è lib. 5. *His neque tum Solis rota cerni lumine clara*
Altivolans poterat, neque magni ſidera mundi,
Nec mare, nec cœlum, nec denique terra, nec aer.
Nec ſimilis noſtris rebus res nulla videri.
Sed noua tempeſtas quadam, moléſque coorta.
Diffugere inde loci partes cœpere, paréſque
Cum paribus iungi res, & diſcludere mundum,
Membraque diuidere, & magnas diſponere partes.

Adiungit Germ. locum alterum Lucretij de ſeminibus, & atomis coniunctis:

Diſſimiles igitur formæ glomeramen in vnum
Conuenium, & res permiſto ſemine conſtant.

Quæ de hac re Ouid. ſcripſit, cuiuis vulgaria ſunt: non ita hæc Tibulli lib. 4.

Alter dicat opus magni mirabile mundi,
Qualis in immenſo deſcenderit aere tellus,
Qualis & in curuum pontus confluxerit orbem,
Et vagus è terris qua ſurgere nititur aer,
Huic & contextus paſſim ſtuat igneus æther,
Pendentique ſuper claudantur vt omnia cœlo.

Neque iſta Claudiani Mametri:

Ne vagus innumeros Epicuri ſomnia mundos,
Quos atomis demens per inane parentibus edit,
Irritus in vacuum ſpatiato pectore quæras.

5. COACTA SEMINA.] Quod Virg. *coacta*, Cic. dixit de eadem re loquens 1. Nat. *cohæreſcunt, concurſum.* Minutius per verba *coaleſco, conglobo, concurſationes.* Hermias in irriſione Philoſophorum, vbi incidit in hanc opinionem, ita effert: *Multiplici & multiformi cõplexione cuncta & oriri & interire.* Notat Germ. Poetam non reſpicere Anaxagoræ παντοσπερμίαν & ſeminarium, ſed Democriti & Epicuri atomos, quas Lucret. paſſim vocat ſemina, è quibus rerũ omnium ſubſtantia & diuerſitas conſtituitur, vario ſui ordine, ac poſitura. Congruunt hæc cum his, quæ adduxi ex Seruio. De hac ſtulta gentium opinione ita Arnob. lib. 1. *Audiuimus enim quoſdam philoſophandi dedito cæſibus furiatis & concurſionibus temerariis ſummam rerum conſtruere, atque diuerſitatis impetu fabricari.* Eandem opinionem oppugnat & euertit Cic. 2. de nat. Deor.

Anima, pro vento.

6. ANIMÆ.] Animam ſumi pro aere & vento, & ex hoc loco, & ex multis aliis docemur. Attius in Myrmidonibus: *Vela ventorum anima immittere.* Varro in Cosmophthoro: *Deus habenas animæ leni, dum ventus vos flamine ſuo ſuauem ad patriam perducat.* Horat. lib. 4. od. 12. *Impellunt animæ lintea Thraciæ.* Lucret. lib. 1. *Ex igni, terra, atque anima procreſcere, & imbri.* Quo verſiculo amplexus eſt quatuor elementa: & lib. 6. vbi ſermo eſt de terræ motibus,

— quas extitus hic animai
Diſturbat vrbes. Et ſtatim:
— tamen impetus ipſe animai, Et feta vis venti.

& alias ſæpe idem Poeta. Cic. 2. Nat. de aere loquẽs: *Terra circumfuſa vndique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer.* Ennius apud Vart. lib. 1. rei ruſt. c. 4. *Aqua, terra, anima, Sol.* Arnob. lib. 1. *Nunquid ſuas animas exſpirauerunt venti?* Inde frequenter pro flatu accipitur, quo viuimus. Plaut. Aſ. *Dic, amabo, an fœtet anima vxori tuæ?* Titinnius in Fullonibus citante Nonio: *Fœtida anima naſum oppugnat.* Martial. lib. 1. Epig. 88. *Atque duplex animæ longius exit odor.* Ouid. Faſt. *Surgit amans, animámque tenens.* Teren. Phorm. *Animam compreſſi, aurem admoui.* Arnob. lib. 7. *Cœli animam ducere*, pro reſpirare. Inde *animare* pro inflare. Apul. lib. 1. Florid. *Duas tibias vno ſpiritu animauit.*

Anima, pro flatu.

7. LIQVIDI IGNIS.] Non aptè Macrob. lib. 6. c. 5. expromſit in Virgilium ſuam Criticam, cùm ſcripſit audaciæ maximæ fuiſſe, dici ignem liquidum, niſi priùs Lucretius eo epitheto vſus eſſet. Nõ (inquam) aptè, nam ab aqua ad ignem transferri locutiones, crebrum eſt, ac plenum vetuſtatis & venuſtatis. Lucret. lib. 6. *Liquidi calor aureus ignis.* Adducat Turnebus Lactantij verba hæc: *Aliud verò ille à nobis exigit lumen, & quidem non fumidum, ſed, vt ait Poëta, liquidum, atque clarum, mentis ſcilicet:* ſed ego aliũde. Tria hæc verba *abundo, fundo, verbo*, aquarum ſunt: at Lucret. lib. 6. *Ignis abundare Ætnam, flammi-ſcere cœlum.* Ibid. *Fundique ardorem longè.* Iterum: *Turbidus ardor.* Quid tam proprium aquæ, quàm nubes, quæ aqueæ? Sed Virgil. ipſe 3. Æn. de Ætna: *Atram prorumpit ad æthera nubem*: quàm fons, qui aqueus? Atqui Æſchylus in Prometh. πυρὸς πηγήν: *fontem ignis.* Has tamen commutationes metaphorarum inter elementa fusè perſequor lib. 5. Æn. Eſt itaque *liquidus ignis*, explicante Turn. *defæcatus, purus, clarus, ſyncerus: non turbidus, non admiſtus, non inquinatus.* Huic explicationi, quæ veriſſima, apto verba Symmachi Ep. 31. lib. 1. *Nitere liquido aëre, coacta nube palleſcere.*

Ignì attribuuntur quæ liquida ſunt.

Aquarum verba attribuuntur igni.

8. EXORDIA.] Sic vocat primos mundi natales, alij *primordia.* Lucretius etiam lib. 4. *ordia.*

Prima, id eſt, principia.

9. PRIMIS.] Pro principiis dictum ex imitatione Lucretij. Gifanius monet. Itaque quæ ſuprà *ſemina*, nunc vocat *prima*: & obſeruet appellari Lucret. *corpuſcula, cœca corpora, figuras, prima principia, principiorum corpora, materiem, materiai corpora.* Iſtæ omnes voces ſignant atomos. Ammian. lib. 26. vocat *individua corpuſcula, voluntia per inane, atomos.* Manil. lib. 1. *cœca materies, ſeminibus minimis.* Arnob. lib. 2. *individuorum concurſiones.* Minutius: *Fortuitis concurſionibus totius mundi membra coalita, digeſta formata.* Iterum: *Fruſtis quibusdam temere cohærentibus* (mundum) *conglobatum.* Claud. de Conſ. Theod. *His vaga colludunt cœcis primordia plagis.* Quæ Latini his omnibus vocibus, Ariſto. 1. de Anim. c. 2. ἄτομα, *inſecabilia.* Baſil. hom. 1. ἑξαημ. σώματα ἄτομα, ἀμερῆ, συνιόντα, συγχεόμενα, ὄγκους, πόρους: *Corpora inſecabilia ſine partibus, concurrentia, congmentantia, moles, meatus.* Putat autem Gifan. Epicureos, qui de atomis loquuntur in hac rerum conſtitutione, non intelligere per atomos, puluiſculos illos, qui videntur in radiis Solis: ſed quædam corpuſcula ἀδιάφορα, quæ ſub aſpectum non cadunt, indiuidua ac ſimplicia: & de his quoque capiendum hic Poetam, cùm vocat *ſemina*, & *prima*. Vtcunque hoc ſit, illud certè eſt verum, Ariſtotelem loquentem de hac re dixiſſe, atomos principiorum ſolaribus eſſe ſimiles ex Democrito. Verba eius lib. 1. de Anim. c. 2. *Hæc indiuidua corpuſcula ſimilia corpuſculis his eſſe, quæ in aere ferri videntur, in ipſis (inquam) radiis, qui per feneſtram ingrediuntur, & rerum elementa generandarum, ſemina totius eſſe naturæ dixit.* Græca præcipuè neceſſaria ſunt: ἔτι μᾶλλον ἃ φαίνεται ἐν ταῖς διαπύροις ἀκτῖσιν. Atomorum ſententia explicatur.

Semina principiorum vel atomi, qui appellentur.

10. TENER ORBIS.] Retuli in explicatione ad natales mundi, cùm is erat tener, ve qui in infantili veluti ætate: & commodè, nam Poeta ipſe 2. Georg. loquens de primis orbis natalibus, dicit, res fuiſſe teneras, cùm primum natæ ſunt. Quo argumento efficit, mundum fuiſſe conditum vere tempore. Philo diſputans, verùm mundus ab æterno fuerit, ita ait: εἰ γὰρ ἦν ἀΐδιος ὁ κόσμος, ἦν μὲν ποτ' ἄνθρωπος γεγενημένος πρὸς ἡλικίαν ἀνδρικὴν ἀκμάζων ἢ νήπιος: *Si mundus eſt conditus, fuit aliquando (vtar ætatum nominibus) ad modum infans.* Hinc colligas, mundum appellatum

Tener ornatus, quis ſit.

UVA. BHSC. BU 00239

latum puerum ab his Philosophis, qui putarunt conditum, non æternum, vt vere fuit putandum. Iterum in eodem lib. νέ & κόσμε. Non abit Apul. lib. de Mundo, vbi mundo dat pubertatem iuuenilem. verba sunt: *Et quidem hic inundus magnitudine immensus, cursibus rapidus, splendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuuenis.* Hoc dixi, nam multi volunt explicari hic à Marone rotunditatem & læuorem cœli: quia Veteres, quod læue & rotundum, dixere *tenerum*. Martianus Capel. cœlum vocat globosum ac tenerum corpus, superni roris lætitate compactum. Cicero 2. Nat. *Videsne sublime fusum immoderatum æthera, qui tenero terram circonclusu amplectitur.* Plin. lib. 2. c. 3. de motu cœli loquens: *Nec, vt in volucrum notamus ouis, læuitate continua lubricum corpus, quod clarissimi auctores dixere tenerum.* Inde & Græcis τερπδὸν τετεδὸ, genius vermis rotundum: & τερέω pro terebro & torno. Euripidis versus alibi do. Ergo, sic isti: Poetam explicant: canebat, vti ex seminibus exstitissent quatuor elementa, vti cœli rotunditas excreuisset. Nam hic per *mundum* cœlum capiunt ex nota, quam alibi dedi. Scio hoc esse verum, sed nescio, qui parum quadret ad sententiam Virgilij.

Tenerũ pro læuigato & rotundo.

Teredo vnde dicta.

11. DISCLVDERE NEREA PONTO.] Aduertendus vsus verbi *discludo*, non obuius: ita significat abiungi res à seipsis, vt eo ipso norint incluſas in alium locum. Res clara exemplis. Cic. 1. Tuscul. *Duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit:* ita ira & cupiditas disceluduntur à se, vt eo ipso in suum quæque locum incluadatur. Cæs. 4. Gal. de ponte supra Rhenum ait, de tignis, non de fibulis, vt malè vulgus: *Quibus disclusis, & in contrariam partem reuinctis.* vbi disceluduntur à se tigna, & includuntur reuinciuntúrque fibulis in contrariam partem. Sic dicas, valuas disceludi, quia quæque incluſa suo cardine. Pauciſſima erunt exempla in Auctoribus, quæ non ad hanc formam dirigantur. Ergo in Poeta: ita disclusæ sunt aquæ à terra, vt incluſæ in Ponto loco suo. Mihi suspicio, malè legi in Silio lib. 11. vbi musicum canentem inducit:

Disceludo, quid.

Tum Deus vt liquidi discussit flagra profundi:

vbi legendum *disclusit*, ad imitationem Virgilij, cùm præsertim ibi citharœdus canat ortũ rerum. Deinde noto, huic disclusioni opponi molem rudem, indigestam, confusam, de qua locutus Ouid. & de qua Philo de opificio mundi his verbis: *ἦν γὰρ ὑλη ἐξ ἁπάντων ἄτακτος, ἄπυρος, ἄλυκος, ἀνάρμοστος, ἀσυμμετρίας μέστη: Erat enim ex se expers ordinis qualitatis, animationis: plena alterationis, confusionum, discordiarum.*

12. NEREA.] Pro mari posuit, vt Ouid. in Deian. *Qua latam Nereus cœrulus ambit humum.* Nereus, pro mari.

Sed video in Virgilio quid peculiare. Nereus ab Hesiodo in Theog. signate dicitur filius Ponti, non maris, aut æquoris. Itaque coniungitur filius cum patre. Verba Hesiodi: *Νηρέα τ' ἀψευδέα, καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος: Nerea fatidicum ac veracem genuit Pontus.*

13. NOVVM SOLEM.] Sunt qui putent, Poetam respexisse ad sententiam illorum, qui putabant, Solem quotidie mori, quotidie de nouo nasci, quod necesse non est: nam proculdubio loquitur de primæua orbis constitutione, vt clarum ex adiunctis. Arnob. ad eandem signandam *diem primum*, dixit lib. 2. Et quidem, vt mundus tener, ita quoque Sol puer, aut infans fingebatur fuisse in ea prima origine. Quam Gentilium opinionem repræsentat Maternus ad Constantium, & Constantem Augg. c. 7. *Quis vidit puerum Solem? quis fefellit?* Ideo Claudian. de Sole picto in veste Proserp. 2. Rapt.

—*tenerum vagitu desuit ignem.*

Quod alij referunt ad natalem in Delo: sed mẽs nostra placebit alicui ex adiunctis lucis & radiorum.

[a] Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseasque refert volucres, furtúmque Promethei.
[b] His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: vbi littus Hyla, Hyla omne sonaret.
[c] Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaen niuei solatur amore iuuenci.
[d] Ah virgo infelix! quæ te dementia cœpit?
Proëtides implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla secuta est
Concubitus: quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in læui quæsisset cornua fronte.
[e] Ah virgo infelix! tu nunc in montibus erras,
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,
Aut aliquam in magno sequitur grege. [f] Claudite Nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus:
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia: [g] forsitan illum
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum
Perducant aliqua stabula ad Gortynia vaccæ.

ARGVMENTVM.

Post orbem conditum canit orbem renouatum à Pyrrha, Saturno, Prometheo. Adiungit aliæ fabulas, primam Hylæ à Nymphis in fonte, & inclamati ab Hercule: alteram Pasiphaes taurum perditè amantis; hanc mirè exornat Pasiphaes infelicitate, dementia, turpitudine, erroribus, tauri incuria & neglectu.

N EXPLI

VVA. BHSC. BU 00239

EXPLICATIO.

a PRIMA orbis constitutione transit Silenus ad orbem renouatum. Huius triplex renouatio. Prima facta post diluuium à Deucalione, & Pyrrha lapidibus post tergum iactatis. Altera à Saturno, qui agrestes mores commutauit in meliores, & vere aureos. Tertia à Prometheo, qui dolēs paucitatem hominū ignem è rota Solis furto surripuit, quo igne ex luto homines animauit: cuius audacia punita est attroci pœna vulturis, aut aquilæ excarnificātis deuorantisque eius viscera, iecur, cor, fibras, in monte Caucaso, vbi ligatus Prometheus.

b Post orbem primò conditum, post renouatum, dilabitur iam ad fabulas. Prima omnium continet raptum Hylæ. Fuit hic puer Herculi in deliciis, illum secutus est in Colchica expeditione, iuit ad fontem ad aquam hauriendam, ineidit, obiit: vulgarunt Argonautæ raptum à Nymphis ob pulcritudinem oris. Ab omnibus in discessu tanto gemitu inclamatus est, præsertim ab Hercule, vt ea littora Hylæ nomen redderent. Hęc omnia Silenus cecinit.

c Secunda fabula cōtinet res Pasiphaes, quæ Cretensium Regina, Minois vxor, Tauri amica. Hanc consolatur amore, id est, recreat ab amore & insania, qua amabat peritè iuuencum niueum, vocans illam felicem, nisi amasset, nisi fuissent armenta. Fabula breuiter hæc est. Amauit Pasiphae taurum impotentissimè, desperauit à cōcubitu, communicauit consilium cum Dædalo præstantissimo fabro: is in vaccam ligneam ineluſit Pasiphaen, tautus sui generis animal ratus, in eam insilit, fecit grauidam, & matrem Minotauri. Quid ista vel mythologicè, vel historicè significent, in promtu est apud Natalem, & alios. Hoc enim meum non est.

d Conuertit se Silenus ad tam infaustos amores, & veluti oblitus fabularum, quas inceperat, in hac vna diu moratus. Vocat virginem infelicem, vocat dementem: ait, eius insaniam superare insaniam filiarum Prœti. Prætulerunt se illæ Iunoni in pulcritudine, irasciturque Dea, immittit furorem, quo putēt, se esse vaccas: putant, edunt mugitus, sed falsos, nam vere virgines: timent aratrum, si fortè vident: quærunt cornua in fronte, sed læui, id est, humana, nam feræ hirta sunt fronte, atque hispida. Ergo, tu infelicior, tu insanior Pasiphae, nam illæ, aut illarum aliqua nihil vnquam brutum amauit, qui amor, qui concubitus turpis, flagitiosus, abominandus.

e Vide tuam infelicitatem, Tu per montes erras, & illum quæris: ille vel non errat: vel, si errat, te nō quærit. Ostendit primum, non errat, quia ad nigram ilicem pallentes herbas ruminat, & illi pro thoro est hyacinthus mollissimus, quo fulcitur. Ostendit alterum, quia, si errat, aliquam vaccam sequitur è magno grege, non te. Tu ergo infelicissima quæ quæris te non quærentem, imò quærentē alias.

f Dictum hoc, non ex Sileni persona, sed ex Pasiphaes, Seruius vult: cui addit Germand. Videri Pasiphaën velle concitare Nymphas ad venandum, vt taurum plagis, ac retibus cingerēt. Nam optat ipsa, vt hac diligentia Nympharum ferant, id est, offerant se tandem vestigia errantis bouis. Aptè hoc à Poeta fingitur. Errabat per montes Pasiphae, fatiscebat labore, ergo confugit ad Nymphas, quæ diuinæ, & ideo potentes opem ferre. Nymphæ Dictææ, sunt Cretenses. Geminatio illa, *Nymphæ, Nymphæ*, hanc habet sententiam, O Nymphæ Siculæ, non omnes, sed quæ estis Nymphæ nemorum.

g Pergit Pasiphaë cum aperta allusione ad ea, A quæ suprà Silenus dixerat: videlicet, aut iacet in molli herba, aut aliam sequitur è grege. Ad hæc (inquam) alludens ait: Forsitan illum aut herba captum, aut sequentem armenta vaccæ perducent ad Gortynia stabula. His indicat Nymphis, vbi possint taurum reperire.

NOTÆ.

1. LAPIDES PYRRHÆ.] Obseruabis, solere Poetam cōplere cognitionem rerum variis in locis. Iactarunt lapides Pyrrha, & Deucalion: hic iactat Pyrrha nulla facta viri mentione, in 1. Georg. Virgilij mos in fabulis attingendis.

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

vbi nulla mentio vxoris. Duo etiam obseruabis in hoc initio ex mente Seruij. Primum, dilapsum Poetam ad fabulas, nam hic tractat Sectam Epicureorum, quæ tota ad voluptates & iocos. Alterum, inuerti ordinem fabularum. Nam Saturnus & eius ætas ante Deucalionem & Prometheum fuit. Prometheus ante Deucalionem, nam ille huius pater. Fabulas hic non recensebo, vt quæ facile possint vndecunque peti. B

2. CAVCASEAS VOLVCRES.] Nam illigatus Prometheus in Caucaso (imperio Iouis, & ministerio Vulcani iuxta Æschylum; Mercurij iuxta alios) passus est carnificinam auis: sed quæ hæc auis lanciuansne vel aquila iuxta Hesiod. Theogonia, Apollonium 2. Arg. Ouidium, cuius versus in promtu, Attium in Prometheo sic scribentem: Prometheus lacteratur, vel abaquila, vel à vulture. C

Jam tertio me quoque funesto die
Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus,
Iouis satelles pastu dilaniat fero.

vel vultur, iuxta Fulgentium in Mythol. & Petronium in Hendecasyllabo;

Cur vultur iecur vltimum peterat,
Et pectus trahit, intimasq; fibras.

Et hæc fortasse ratio, quare Virgilio dictum multitudinis numero, *volucres*, quasi insinuet Prometheum iam ab aquila, iam à vulture miserè lancinari: nam aliter dixisset auem, aut volucrem, vt Propert. & Martial. ille lib. 2. El. 1. *à medio pectore pellet auem*: hic in Amphit. *Assiduam nudo pectore pauit auem.* Porrò quid Mythologici velint per hanc carnificinam, siue aquilæ, siue vulturis, extra rem meā est. Tu vide Seruium hic, Natalem in Myth. Alciati emblema 102. eiúsque interpretes. Fulgentium, Platonem in Protag. Agrætam apud Apollonij interpretem libr. 2. Æschylum in Prometh. Eraſm. Adag. D

3. FVRTVMQVE PROMETHEI.] Ita Hesiod. Theog. κλέψας πυρὸς αὐγὴν furatus ignis splendorem: & ipse Prometheus apud Æschy. Promethei furtum.

Θηρσὶν κλοπαίαν πυρὸς

Πυγὸν κλοπαίαν: rapui ignis fontem furtiuum. Ex Æschylo Cic. 2. Tusc. *doctus clepsisse dolo.* Horat. 1. car. od. 3. *ignem subductum.* De Prometheo & Epimetheo satis fusè Plato in Protagor. vbi de furto, in quo sum, ita: ὁ κλέψας τὴν ἐμπυρον τέχνην τὴν τοῦ πῦρος, ὃ δὴ πολλὴν τὴν τῆς σοφίας, διδοῦσι ἀνθρώποις, ὃ ἐκ τούτου εὐπορία ἐστὶ ἀνθρώποις τοῦ ζῆν γίνεται: *Furatus est* (Prometheus) *igneam, Vulcani artem, aliamque Minerue, atque homini tradidit, qua viuendi facultas obuenit.* Nicander in Ther. vocat illum πυρὸς κλῆπτην. Artemid. lib. 3. c. 17. & eodem, τὸ πῦρ κλέψαι. Quæstionem illam, an ignis, qui inter nos est, sit particula cœlestium luminarium, tractat Iunilius Episcopus Afr. lib. 2. de partibus diuinæ legis c. 2. E

4. HYLAM.] Apollonius & Valerius Flaccus ab vna Nympha in fonte raptum scribunt; Theocritus Hylas.

UVA. BHSC. BU 00239

tus à tribus; Nicander & Orpheus à pluribus. Demaratus tamen, Diodorus, Dionysius Mitylenæus, scribunt illum ad Colchos vsque peruenisse cum Argonautis. Lege Apollonij interpretem, in quo præter alia, inuenies ex Socrate, Ὕλαν ἐρώμενον τοῦ Πολυφήμου, οὐ μὴν ἡρακλέους φησὶν: *Hylam fuisse amasium Polyphemi, non Herculis.* & quidem Plutarchus in ἐρωτ. Ioalaum fuisse amasium Herculis, non Hylam. Apollonius tamen lib. 1. ministrum facit Herculis: & Herodot. lib. 8. adhuc filium. Anticlides in Deliacis, non Hylam, sed Hylum nominat, & aduertit sic sentiendum: ὅτι Τλαν εἰς τὴν ὑδρείαν, ἐξελκυσθέντα, ἀλλὰ μὴ ὕλον, ὃς αὐέρδυτον ἡρώϊδος: *Non Hylam aquatum venisse, sed Hylum esse, qui disparuit.* Hylæ infortunium passus est puer alius, & ad imitationem Hylæ mendacium quoque confictum de raptu. Vetus inscriptio: *Fundi huius dominus infans hic iacet, similis Deo. Hunc ab ante oculos parentis rapuerunt Nymphæ in gurgite. Monumentum, quod filius patri facere debuerat, ipse fecit.* Simile quiddam Martial. lib. 6. Ep. 68. de morte pueri Eutych. Lege Nonnum 11. Dionys. apud quem Carpus puer submersus, fingitur raptus ab vna Naiadum: & Astacides pastor ab Nympha quapiam: de qua re exstat epigramma Callimachi lib. 3. Anthol.

Hylæ inclamatio.

5. CLAMASSENT.] Hæc inclamatio Herculis, solemnis est. Theocr. de Hercule: τὸν εὖθ' Τλαν ἄϋσεν: *Ter Hylam inclamauit.* Valer. Flac. 3.

Rursus Hylam, & rursus Hylam per longa reclamant Auia, resonant syluæ, & vaga certat imago.

Iuuen. Satyr. 1. *Aut multum quæsitus Hylas.* Papin. 1. Syl. 1. *Quantum non clamatus Hylas.* Solin. c. 54. *Prusiadem vrbem præterueat Hylas flumen, & alluit Hylas lacus, in quo resedisse creduntur delitus Hercules Hylam puerum, Nymphis rapinam: in cuius memoriam vsque adhuc solemni cursitatione lacum populus circuit, & Hylam voce clamant.* Apollonius quoque 1. Arg. scribit, quibusdam in memoriam Herculis manisse hunc morem multis pòst annis quærendi Hylæ. Demum hæc inclamatio locum fecit adagio: *Hylam inclamas*: de re nullum exitum habitura. Ego hos clamores refero non modò ad luctum Herculis, sed etiam ad morem, quem Poeta attingit 1. Æneid. in illis, *nec iam exaudire voc. tos*: lege.

Hylæ inclamas, adag.

6. VT LITTVS HYLA, HYLA OMNE SONARET.] Ductum hoc ex Ennio 13. Ann. Vult Hier. Columna. *Littera lata sonant.*

7. ET FORTVNATAM, SI NVNQVAM ARMENTA FVISSENT.] Qui sæpe aliis, sibi interdum hæret, ingenium suum experiens, & vires indicendo. Nam cùm hoc loco vicinitatem in sententia habet ille ex 4. Æn. de Didone:

Felix heu nimium felix, si littora tantùm,
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

Itaque felix Dido, nisi Troianæ naues Africam appulissent: felix Pasiphae, nisi fuissent armenta.

8. NIVEI-IVVENCI.] Iterum inf. *Ille latus niueum.* Propert. lib. 2.

Vxorem quondam magni Minois (vt aiunt)
Corripuit torui candida forma bouis.

Ouidius 1. Art. plenius ita describit:

Forte sub vmbrosis numerosa vallibus Idæ
Candidus armenti gloria taurus erat
Signatus tenui media inter cornua nigro,
Vna fuit labes, cetera lactis erant.
Pasiphaë fieri gaudebat adultera tauri, &c.

Itaque epithetum est non tam ad voluntatem Poetæ, quàm ad narrationem eius fabulæ. Ausonius quoque eidyl. 6. *Pasiphaë niuei sequitur vestigia tauri.* Paria de tauro Europæ Ouid. 2. Met. *Quippe color niuis est.* Iterum: *Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis.* Paria etiam Apollonius lib. 4. Arg. de bobus Solis: πάσαι γάλακτι εἰδόμεναι: *Omnes lacti similes.*

9. AH VIRGO INFELIX.] Si non hinc expressa, atqui his simillima in affectu, & reprehensione Ouidiana illa 1. Art.

Quid vbi Pasiphaë preciosa sumere vestes?
Ille tuus nullas sentit adulter opes.
Quid vbi cum speculo mentana armenta petenti?
Quid toties posita fingis inepta comâ?

10. VIRGO.] Qui virgo Pasiphae, cùm peperit non Minotaurum solùm, sed Phædram, Ariadnen, Androgeon. Quantum elici potest ex monumentis veterum, & ex his, qui varias obseruationes scripserunt, hoc nomen etymologiam ducit à viriditate: ac perinde propriè competet illi ætati, in qua fœmina est incorrupta, nam tum vere est in ætatis virore & flore. Isidorus c. 1. lib. 12. *Virulus & virtula à viriditate vocata sunt, id est, ætate viridi: sicut virgo.* Et lib. 11. cap. 2. *Virgo à viridiore ætate dicta est, sicut virga & virtula.* Sumsit à Seruio, qui hìc: *Virgo autem à viridiore ætate, nam iam mater fuerat.* Eò pertinent verba hæc Glossarij: παρθενεύω, *virgino*: παρθενία, *virginitas, virginium*: παρθενικὸς, *virgineus, virginalis*: παρθενικόεον, *virginula.* Quæ voces videntur habere affinitatem cum voce *vigor.* Ex his Claudianum explico, qui 1. Rap. alludens ad etymon virginis, dixit:

Virgo, quid proprie, & eius etymon.

Claudianus explicatus.

Ætnæa Cereri proles optata virebat.

Docte ergo Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum: *Certè ostendant mihi, vbi hoc verbo appellentur & nuptæ, & imperitissimi confitebor.* Nam propriè virgo est, quæ viridis, & nomen viroris vnicè debetur virginibus & incorruptis. Sed aliquando tamen auctores ducunt hanc vocem ad significandam corruptam, non ex proprietate, sed ex accommodatione, quia videlicet etiam corrupta potest esse robusta & valens, ac perinde veluti in virore & vigore. Exempla multa sunt. Caluus apud Seruium de Ione post partum:

Ah virgo infelix herbis pasceris amaris.

Ex Euripide & Terentio idem obseruat Germanus. Prior in Ione παρθένον pro corrupta dixit, cùm ait, παρθένῳ τε τικτούσῃ. Posterior in Hecyra, mulierem post partum vocat virginem. Philo περὶ ἀφθαρσίας, εὐγενὲς παρθένον, dixit: *Virginem fœcundam.* Hesychius presbyter Hierosolymitanus Homil. de Maria, virginem, Euam appellat virginem, ex versione Pici, hunc in modum: *Cum enim prima virgo concluderetur molestiis per sententiam condemnationis: fecunda virgo, &c.* Ex hoc vsu Cœcilius in Plotio videtur dixisse:

Cœcilius explicatur.

—*quæ nostrum fuit*
Integra ætatula, quæ hoc itidem à viro
Impetrauit suo, quod ego anus modò
Effeci.

Vbi d. cit integram ætatem de ea, quæ habet virum. Recessi in explicatione huius vocis à vulgi Grammaticorum, cùm dicant, Virginem dici à virore ætatis, addunt propriè competere omni ætati viridi, etiam nuptis, si adhuc valentes & robustæ: & tantùm per accommodationē dici de incorruptis. Ego secus assero, propriè dici de virginibus, nam istæ vere sunt in virore: & solùm per accommodationem impropriè de corruptis. Hæc enim ratio facilior mihi visa est expediendis locis sacræ Scripturæ. Tu vide Alphonsum Salmer. Prolegom. 14.

11. PROETIDIS.] Quidam Prœtidas tres faciùt Lysippen, Iphonoen, Cryanassam. Alij duas, Elegen, Cælenen. Prœtus pater fuit Rex Argiuorum: matrem faciunt Sthenoboeam; Homerus Antiopam. A furore, quem iam habes in Explicatione,

VVA. BHSC. BU 00239

Prœtidas Melampus sanauit. Est apud Vitruu. lib. 8. c. 3. elegans Epigramma, quod inscriptum erat in lapide apud eum fontem, vbi Melampus sacrificiis purgauit rabiem filiarum Prœti, quod Latinùm fecit Bartholom. Pratensis. Eudoxus apud Stephan. fontem hunc in Azania constituit, additque Melampodem in eum ἀποκαθάρματα ἐμέλειν, purgamenta proiecisse, quibus Prœtidas expiauerat. Cui fonti hanc dat virtutem, vti gustantes illius aquam, nequeant deinceps vel odorem vini tolerare. Græca, si quæris, sunt. ὅ τὰς γ' Δίσας ἀνδρὸς τὸ ὕδωρ τ' ἀπεὶ μηδὲ πῶν ὀσμὴν τὸ οἶνο αἴρεσθ'. Idem scribit Ouid. vlt. Met.

—purgamina mentis in illas
Misit aquas, adiitque meri permansit in illis.

Clemens lib. 7. Strom. cap. 3. adducit quibus rebus Prœtides fuerint expiatæ à furore: nimirum tæda, Scilla, sulphure, bitumine. Adiungit Heruetus Helianum, qui *caprino lacte*, & Plinium, qui *nigro Elleboro*. Addo, Plinium sumsisse ab Dioscoride, lib. 4. cap. 134. Tu lege Politian. c. 50. Miscell. vbi latè de Prœtidibus.

12. TV NVNC IN MONTIBVS ERRAS.] Est inter Fragmenta Petronij connexio variorum carminum, quibus Poeta quispiam Pasiphaes fabulam coniunxit ex metris Horatianis: sed in quibus multa sunt ad filum quoque Virgilij ducta. Lege ipse. Cum Pasiphae vagante per nemora omnia, ac doloribus cruciata habet maximam vicinitatem descriptio pulcerrima Oppiani lib. 1. Cyn. de fœmina primipara, cum percussa partus doloribus misere admodum vagatur. Sicut & descripcio Nonni lib. 5. inducentis Autonoen errantem per mœtes, cum quærit filium Acteonem conuersum in ceruum.

Fultus, quid veteribus.

13. FVLTVS.] Seruius Pet. Danielis locum hûc bene explicat: *Apud veteres unusquisq; eo super quod iacebat, fultus dicebatur.* Firmat hoc, nam Lucilius in 3. *Et pulvino fultus.* & Virg. in 7. *Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat.* Addo Martialem, qui lib. 3.

Cubitis tru dit hinc, & hinc conuiuas
Effultus ostro, ferioq; pulvinis.

Porrò de vsu pulvinorum in conuiuiis lege Pet. Ciacon. & Fulvium Vrs.

14. ILICE NIGRA.] Epithetum proprium Claud. 1. Ruf. —*& caligantia nigris Ilicibus.* Seneca Thyeste: —*& nigræ Ilice Obscura nutat silua.* Aliqui in Virg. explicant *nigra*, id est, vmbrosa.

Pallentes herbæ, quæ.

15. PALLENTES.] Seru. *Pallentes autem, vel aridas: vel quæ Ventris calore propria viriditate carebant.* Non displicet, vt neque ceteris Interpretibus. Sed fortasse alia mens Virgilij. Solebant Magæ carminibus, & incantationibus pallorem rebus inducere, præsertim cùm amarent. Talia de Circe, & Medea apud Poetas audies. Est ergo credibile, amante Pasiphaen pallorem hunc, & infectionem herbis addidisse, quibus taurus vescebatur: & agrum, in quo is versabatur, incantasse, vt taurum ad se allicceret, & à vaccis auerteret.

Rumino, qui bos modis efferatur.

16. RVMINAT.] Quod Virg. simpliciter *ruminat*, Ouidius periphrasticè: *Atque iterum pasto pascitur ante cibo.* Calpur. 3. Ecl. *Et matutinas revocat palearibus herbas.* Plin. lib. 10. cap. 73. ad rem hanc vsus est verbo *remando*. & lib. 10 c. 47. loquens de onocratalo dixit, per voces istas, *in os reddere, in alium vehere.* S. Hier. in vita Malachi ita extulit de Camelis loquès: *præteritos cibos in ore volvere, & in alium missos iterum retrahere.* Paulinus Nat. 6. Felicis: *Armentum reduces*

A *dum gutture ruminat esca.* vbi præclarè: *Escas reducens.* Philo ita lib. de Agricult. τὰ μηρυκώμενα πᾶν ἀφεγγὲς τὸ σκληρότατον ὑπ' ἀναπτύσεων αὖθις ἐπὶ τὴν γαστέρα ἀναλύοντα. *Ruminans animal cibum semel deuoratum, & rursus sub dentes reuocatum asterit.* Oppian. 1. Hal. ἐπὶ τοῦ ἀλεγεῖν.

17. MAGNO GREGE.] Periphrasis armenti. Nam qui *grex magnus* nisi armentum? infrà clarè. *armenta secutum.* Ergo, studiosus Virgilij dicat pro armento *magnum gregem*, non gregem, tantum. Magnus grex, quid.

18. CLAVDITE.] Verbum venatorum, & ex ea notitia positum hîc à Poeta. Dicuntur enim venatores saltus, syluas, nemora claudere ad capiendas feras. & hoc volebat fieri Pasiphaae. Hanc significationem multa aperiunt. Tibul. lib. 1.

B *Nec velit insidiis altus sic claudere valles,*
Dum placeat, humeris retia ferre reges. Virg.
Inclusum veluti si quando flumine nactus Cerui, &c. Lucan. lib. 6.

Claudo, verbum venatorum.

—saltus memorosaque tesqua,
Et silvas, vastâq; feras indagine claudit.

Sidonius lib. 8. Ep. 6. *rendus, cassibusque scrupea rupes, atque opacandis habilia lustris clusor statarius nemora circumnient.* Idem Paneg ad Anthem.

Inuentas agili vel feras, & fronde latentes
Quærere deprensas, modo claudere cassibus arctis.

Donatus in And. Terent. Act. 1. sc. 3. ad illud: *vt ab illa excludar, hæc concludar.* sic ait: *Ex ferarum translatione concludar dixit.* & Phorm. act. 5. sc. 1. ad illud: *concludam hic habeo vxorem sanam.* ita: *bene concludam præcludi, vt si diceret feram.* Notarunt hæc & Germ. hic, & Cokius in Sidon. Addidi à me aliqua. Et adhuc addo, habere vicinitatem cum re Poetæ sententiam Artemidori, C qui lib 2. c. 11. ait, venationem esse præsagium malicuentus; nisi, cùm quis fugitiuum persequitur, & querit perditum. Ergo, fortasse in gratiam & solatium Pasiphaes (nam hoc quærit Poeta) illatæ sunt voces venatoriæ sub persona Pasiphaes quærentis & sequentis taurum suum.

19. DICTÆÆ.] Dictæ mons Cretæ, vbi celebrati, & vulgati amores Pasiphaes.

20. NYMPHÆ NEMORVM.] Notat Dryadas.

21. ERRABVNDA BOVIS VESTIGIA.] Refert hoc Seruius ad Homericum εἰλιπόδας βόας· *flexis pedibus boues.* Sed commodiùs Ger. Vrs. Eras. ad verbum ἀπημάλευτ', quod de tauris dicitur, cùm ij solent vaccas negligere, fastidire, neque coitum appetere: ac tum deerrant soli, & quærunt secessum. Queritur itaque Pasiphae suum taurum aut omnino esse ἀπημάλευτον: aut ita ἀπημαλεύειν, vt se spreta aliàs vaccas sequeretur. Ferae ἀπημάλευτον opponit Philo in lib. περὶ θείας λογίων, ἀγελαστικὸν & σωήνιον ζῶον: *gregale & compascuum animal.* Arist. & alij ἀγελαῖον vocant. Taurus pedibus boues.

22. PERDVCANT.] Verbum hoc commodissimè infert, esse enim lenocinantiũ, sicuti apud Græcos προαγωγεῖον, Germanus admonet: & illis est προαγωγὴ, quod nobis *productio*, id est, lenocinium. In antiquo Lexico, vnde & vulgares sumserunt, reperi μαστροπεύω, *lenocinor, perduco.* μαστροπὸς, *leno, productor.* Ergo ait Pasiphae, fore fortasse, vt per lenocinium, & blanditias vaccæ aliæ formosum taurum secum perducant, & sic tandem reperiatur. Perduco, & perductores verba lenonum.

23. GORTYNIA.] Cortyna, aut Gortyna Cretæ oppidum. Imperabat Minos in Cnoso, non illuc volebat Pasiphae taurum venire; sed Cortynam, vbi aliquando fuerant armenta Solis, nam Pasiphae Solis fuit filia. Seruius.

a Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:
b Tum Phaetontiadas musco circundat amaræ

Corticis,

VVA. BHSC. BU 00239

Corticis, atque solo proceras erigit alnos.
c Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes vt duxerit vna sororum,
Vtq; viro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit: hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ,
Ascræo quos antè seni: quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo,
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.

ARGVMENTVM.

Tertiam Atalantæ decepta malis aureis. Quartam sororum Phaetontis, quæ mutatæ in arbores. Quintam narrationem, quam ipse confingit, de Gallo, qui ductus est ad cœtum Musarum, & factus Poeta, vt olim Hesiodus.

EXPLICATIO.

a DEINDE cecinit Silenus Atalantam admirantem pulcritudinem malorum aureorũ, quæ decerpta ex hortis Hesperidum, quibus ipsa morata in cursu, quibus adducta ad nuptias.

b Deinde non tam canit sorores Phaetontis eõmutatas fuisse in arbores, quàm ipse tunc commutat viuida cantus narratione. Itaque circumdat illas musco corticis amaræ, id est, muscosa & amara cortice; erigit alnos à solo in altum, quasi tunc depangantur, & inter ipsos canentis modos in proceritatem excrescant.

c Deinde canit historiam Cornelij Galli Poetę, quam Virgilius cõfingit in gratiam amici. Ea est talis. Errabat fortasse Gallus ad flumen Permessum, offendit illum vna è nouem Musis, duxit ad montes Bœotiæ, sacros Apollini, ex vatibus: assurrexit illi statim honoris ergò vniuersus Chorus Phœbi, videlicet, Musæ, Nymphæ, Poetæ. Princeps omnium pastor Linus, qui filius Apollinis, cui in capite corona ex floribus, atque apio amaro, allocutus est Gallum diuinis verbibus, hunc in modum: Accipe hos calamos, quos tibi dant Musæ, dederunt prius Hesiodo, sed seni iam, tibi in iuuenta: his ille ita dulcissimè modulabatur, vt ornos quoque è montibus deducerẽt; his tu Hesiodo par; canes originem Grynei nemoris, atque ita suauiter, vt quamuis Apollo plura habeat loca sibi sacra, tamen hoc vno potissimè glorietur tuis verbibus nobilitate.

NOTÆ.

1. TVM.] Ter hîc repetit eleganter. Similia loca alij obseruarunt: tu semper explica *deinde*.

Hesperidũ mala.

2. HESPERIDVM.] Tangit fabulam Atalantæ, eius narrationem sic breuiter complector. Præstabat hæc cursu, quo nisi vinceretur, coniugij sui spem ademerat omnibus procis. Exarsit in eius amorem Hippomanes adolescens; parat cum ea cursu cõtendere, implorat opem Veneris, offert Deæ mala tria aurea. His acceptis, obsicit primum puellæ currenti, ac se vincenti: illa, dum capit, moram facit, ac vincitur: mox redit ad cursum, & superat: tardatur secundò, deinde tertio pomo, donec perueniendum ad metam est cum victoria Hippomanæ. Multis hæc alij. Duo hîc te moneo ad integram cognitionem.

A Primum est. Ait Poeta, poma decerpta fuisse ex hortis Hesperidum (qui hi fuerint, peti vndecũque potest, & ego nonnihil 4. Æn.) discrepat Ouid. 10. Met. qui canit adducta è Cypro. Alterum. Ait turba fabulatorum, adolescentem illum, qui contendit cursu cum Atalãta, fuisse Hippomanẽ, dissidet Musæus, qui Melanion esse scribit; & Diodorus li. 4. qui Meleagrum. Porrò tertium, quid myt hologice signarit mala Hesperidum, meum non est. Lege Guillielmum Philandrum in Annot. ad Vitruu. lib. 8. cap. 3. vbi in Virgilio per mala Hesperidum intelligit ex Hermolao peculiare genus pomi. Non placet, nam profectò Virg. totus aspirauit ad fabulam.

3. MIRATAM MALA.] Hanc admirationem ita Ouid. expressit:

Obstupuit virgo, nitidæq; cupidine pomi
Declinat cursus, aurumque volubile tollit.

B Atalantam re tardatam cursu ab aureis pomis, eiusque fabulam, signare artis chymicæ magisterium Nazarius scribit Som. 3. c. 14.

4. PHAETONTIADAS.] Hanc fabulam prætermitto, quia facile peti ab Ouidio potest.

5. MVSCO.] Est muscus quicquid in ipsa cortici arborum quarundam superficie lanuginosum apparet, veluti cani quidam arborum villi.

Cortex, quid

6. AMARÆ.] Est cortex pars bruta arboris, vt loquitur Scal. in Theoph. lib. 5. caus. c. 9. habétque in se terrestre quiddam magis, quàm partes reliquæ arboris, inde contrahit saporem salsum.

Alnus.

7. ALNVS.] Pars ceteta fabulantium, & Poeta quoque ipse in 10. Æn. in populos, non alnos, conuersas scribunt sorores Phaetontis. De Alno, quæ nam arbor quæ vires? vide Matthiol. in Dios. pag. 141. Vide etiam signatissimum locum Cæsarij Dial. 1. vbi huius arboris vtilitates rimatur ab eius fructu, folio, & oleo, quod fit ab ftolonibus.

Permessus fluuius.

C 8. PERMESSI AD FLVMINA.] Phrasis Poetica, pro, ad Permessum: qua Græci quoque delectati, nã & in hoc ipso flumine Nicander (adnotante Germ.) παρ' ὕδωρ περμησσοῖο: *ad aqua Permessi*. Ortum habet hic fluuius in Helicone monte Bœotiæ.

Aonia.

9. AONAS.] Aones, siue Aonij, montes sunt Bœotiæ: dederunt hi nomen prouinciæ, siue acceperunt ab ea, nam ea quoque dicta est Aonia. Notabis obiter cum Li. 7. Sint Aonias Musas, dici quoque Hyantias ab Hyantiis populis Bœotiæ: inde ille corrigit Statij locum.

Assurrectio nota honoris, erga Deos.

D 10. ASSVRREXERIT.] Fuit hæc semper nota honoris maximi, erga Deos, erga homines, & signatè erga Poetas. Homer. 1. Il.

——Θεοὶ δ' ἀνὰ πάντες ἐδέσσαν·

Ἐξ εδέσσαν: *Dij omnes simul surrexerunt è sedibus*, mirum Ioui Il. 15. Iunoni venienti in cœlum πάντες ἀνίστασαν

UVA. BHSC. BU 00239

ἀνίστασαν : *omnes assurrexerunt.* In Hym. Θεοὶ ἀνίστασαν ἅπαντες ἐσελθόντα Ἑρμῆν : *Dii assurgunt prope aduenienti*, id est, Apollini. De Diis infernorum Claud. in Rap.

—Dominis intrantibus ingens assurgit Phlegethon.

Erga homines. Pergo ad homines. Appian. 5. Ciu. ὁ δὲ Καῖσαρ ὡς ἀνέῳγε τε αὐτῷ καὶ ἀνίστατο : *Cæsar aduenienti assurrexit.* L. Piso. lib. 3. Annalium : *idem Cn. Flauium Anei filium dicitur ad Collegam uenisse uisere egrotum, & in concluue postquam introuit adolescens, ibi complures nobiles sedebant. His contemnentes eum, assurgere ei nemo uoluit.* Suetonius in Octau. c. 56. filiis suis *præterquam adhuc assurrectum ab unuersis in theatro, & a stantibus plausum, grauissimè questus est.* Et in Tiber. c. 31. scribit, tantam fuisse tum temporis auctoritatem, & maiestatem Consulum, vt ipsemet Tiberius illis assurrexerit. & decesserit via. Dictatorem Syllam solitum assurgere uni Pompeio honoris ergò Appian. scribit 1. Ciuil. Σύλλας ὡς αὐτὸν ἐπῄει. Idem narrat Plutarch. in Pompeij vita. Et trop. certè lib. 6. Histor. Iulianæ cædis in Senatu hanc potissimam causam assignat, quòd *senatus ad se uenienti non assurgeret.* Sieut & Appian. lib. 2. Ciuil. Apud Homer. 11. Il. venienti Patroclo Nestor ὦρτο : *surrexit.* Et lib. 9. Patroclus ipse venienti Vlysse, & aliis proceribus ἀνέστη. iisdem Achilles ἀνίστατο. Digna obseruatu verba ista Herodoti lib. 2. *Congruunt præterea in hoc cum solis Græcorum Lacedæmoniis Ægyptij, quod minores maioribus natu obuij cedunt uia, ac desistunt, aduenientibusq; e sedili assurgunt, qua in re cum nullis aliis Græcorum conuenunt.* Quibus apertè ait, solos Lacedæmones honorem istum præstare solitos, cùm Ægyptij cum illis solis conueniant. Fortassè, Principes in hac re Lacedæmonij fuerunt, à quibus in reliquos Græcos mos manauit, & inde in Latinos. Nam solis fuisse morem nemo credat. Multa enim Herodoto aduersantur. Sed Poetas, qui extremi in mea diuisione. De his locus est, præter hunc Virgilij, apud Val. Max lib. 3. cap. 7. vbi de Attio Poeta sic scribit : *Is Iulio Cæsari amplissimo, & florentissimo uiro in collegium Poetarum uenienti nunquam assurrexit : non maiestatis eius immemor, sed quòd in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret : quapropter insolentiæ crimine caruit : quia ibi uoluminum, non imaginum certamina exercebantur.* Hoc testimonio colligit Germanus assurrectum Gallo à Poetis ob peritiam Poeticæ. Testimonium aliud repetias apud Apulei. 1. Apolog. vbi de Sophocle vocato ad iudicium ita loquitur : *Ibi ego comperio, omnes iudices tanto Poetæ assurrexisse, miro laudibus eum tulisse, ob argumenti solertiam, & eloquentiæ facundiam.* Sed cur in hac honoris nota Poetis exhibita prætermittam locum suæ Taciti, siue Quinctiliani lib. de Orator. vbi de ipso Virgilio ita : *Malo securum & secretum Virgilij secessum, in quo tamen neque apud Diuum Augustum gratia caruit, neque apud Populum Romanum. Testes Augusti Epistolæ, testis ipse Populus, qui, auditis in theatro uersibus Virgilij, surrexit uniuersus, & forte præsentem spectantémque Virgilium ueneratus est, sic quasi Augustum.* Adduxi in hac Nota multa loca nulli hactenus libata. Est etiam locus insignis de hoc motu apud alterum Plin. lib. 6. Epistol.

Virgilij vestibus assurrectum à populo.

11. LINVS.] Dictum iam de hoc.

12. DIVINO.] id est, vaticinante, ac diuinante carmine. Nam Linus cecinit præsentium poeseos, quæ futura in Gallo.

Poetæ floribus coronati.

13. FLORIBVS ATQVE APIO CRINES ORNATVS.] Attingit morem illius ævi, quo Poetæ floribus coronabantur. Ergo Linus ex eo more inducitur coronatus floribus, quibus admistum apij, quæ herba quoque coronaria. Morem, quem dixi, aperiunt numi, statuæ, marmora, in quibus sæpius videas Poetas coronatos : deinde testimonia. Val. Flac. 1. Arg.

Phœbe faue, si Cumeæ mihi conscia uatis
Stat casta cortina domo, si laurea digna
Fronte uiret.

Virg. 7. Ecl. *Pastores hedera crescentem ornate Poetam.* Lege istum locum. Apud Plutar. lib. 3. Quæst. Conu. Sappho illa, quæ Poeticæ laude floruit, indoctam fœminam reprehendens ait, illam non habituram coronam ἐδόκουν ἐκ πιερίης : *rosarum ex Pieria.* Turnebus versum Horatianum sic legit, *vndiq; decerptam fronti præponere oliuam*, cùm priùs legeretur, *deceptæ frondi.* trahitque ad morem Poetarum, qui versus condituri, velut auspicato, se fronde coronabant. Ductus fortassè mos à Phœbo Poetarum præside; qui lauro coronabatur. Eustathius 1. Il. ὧδ᾽ ὃ μάντιον τὸ δάφνιον τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος : *corona Phœbi ex lauro erat.* & Phœbus ipse apud Ouid. 1. Met. cum lauro ita loquitur :

—semper habebunt
Te coma, te citharæ, te nostræ laure pharetræ.

Ductus à Musis, quæ rosis coronabantur, quò traho Anacreontem, qui de rosa, χαίρει φυτὸ Μουσῶν : *planta amica Musis.* Sunt aliqui Interpretes, qui cùm videant mentionem apij, coniiciant aliquid de ludis Nemæis. vt lubeat.

Apium cur amarum.

14. AMARO.] Vnde Epithetum? An quia Græci sepulcrales coronas faciebant ex apio? quod ex Plutar. in Timoleonte elicies. Et Plinius apertè lib. 20. cap. 11. defunctorum epulis feralibus dicatum. Quò pertinet illud Artemid. lib. 2. cap. 79. dicentis, coronis ex apio visis ægroto inter dormiendum, signari mortem. σελίνων ὄψεσθαι & νοσοῦντας τε αὐτοὺς τελευτᾶν. Sed non credo in re læta illatum hoc omen à Virgilio perspicacissimè videnti omnia. Recurro ad naturam apij, quam esse acrem ex Plinio disces non vno in loco. Quæ autem acria, & acuta dici amara quodammodo possunt.

Hesiodus laurū à Musis accipit.

15. CALAMOS.] Hesiodus ipse in Theog. laurum nominat, non calamos. καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον : *Et mihi sceptrum dederunt, lauri peruiridis ramum*, præcessit mentio Musarum. Et Symmachus Epist. 47. lib. 1. *Nisi forte in siluis Apollinis concinarius, vt ille pastor Hesiodus quem Poetica laurus Carnæn alis familia coronauit.* De Chrysost. Orat. 55. de Hesiodo loquens, παρὰ τῶν Μουσῶν ἐλαύσειν ἐν δίκῃ ὄζον τοῦτο πάντων : *a Musis accepit Poesin in ramo lauri.* Poetæ placuit laurum commutare in calamos.

Ascræus, pro Hesiodo.

16. ASCRÆO SENI.] Pari forma Ouid. *Ascræus uates.* & Ammian lib. 14. de eodem Hesiodo, *Ascræus uates.* Fuit Ascra Hesiodi patria. Ad fabulam, quam hic Poeta attingit, alludit Ouid. 6. Fast.

Ecce Deas uidi, non quas præceptor arando
Viderat Ascræas cum sequeretur oues. Idem:
Non mihi sunt uisæ Clio, Cliusque sorores,
Seruanti pecudes uallibus Ascra tuis.

Longè abeunt à vero, qui putant allusisse ad hanc historiam Persium in illis versibus.

Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, vt sic repente Poeta prodirem.

Allusit quippè ad somnum Ennij. Lege Conjectanea Scaligeri, & Hieronymum Columnam. Porro historiam Hesiodi, à nemine melius disces, quàm ab ipso initio Theogoniæ. Mihi satis, quæ dixi in Explicatione Hesiodum omnino intellexit Dio Chrys. etiamsi non nominet, cùm ait Orat. 1. ἄλλον δ᾽ ποιμένα ἐν ὄρει τινὶ τῆς Εὐοπίας αὐτῶν ἀλύειν τῶν Μουσῶν : *Pastorem alium in monte quodam Bœotiæ Musas ipsas audiuisse.* Et Orat. 77. vocat eundem Μουσικῶν μαθητὴν : *discipulum.* Vt & Libanius in Prog. μυστικῶν.

17. CAN

VVA. BHSC. BV 00239

17. CANTANDO, RIGIDAS, &c.] De his miraculis in 8. Ecl.

18. GRYNEI NEMORIS.] De hoc Seruius aliqua, & plura adhuc is Seruius, qui nuper emersit beneficio Danielis: inde multa in hunc locum possent transferri, multa etiã ex Lil. 7. Syntag. Gryneum nemus.

A Lege Pausaniam in Attic. & Strab. lib. 14. Quod his addam habeo nihil, si tantùm scias nemora omnia in genere sacra fuisse Apollini, vnde Apollo Temenites, nam Græcis τέμενος lucus est. Temenitis Apollinis mentio est apud Suet. in Tiberio.

[a] Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah, timidos nautas canibus lacerasse marinis:
[b] Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit?
Quo cursu deserta petierit? & quibus ante
Infelix sua tecta superuolitauerit alis?
[c] Omnia quæ quondam Phœbo meditante beatus
Audiit Eurotas, iussitque ediscere lauros,
Ille canit, pulsæ referunt ad sidera valles.
[d] Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre
Iussit, & inuito processit vesper Olympo.

B ctum, quasi cœlum ægrè ferret carere suauissimi cantus dulcedine, & vellet diem retinere.

ARGVMENTVM.

Sextam Scyllæ mutatæ in marinos scopulos. Septimam Terei, Philomelæ, Prognes, qui versi in aues. Datur finis Eclogæ cum laude Sileni, qui par Phœbo cum nocte aduentante.

EXPLICATIO.

[a] DICVNTVR iam hæc ex persona Poetæ, non Sileni. Quid loquar vt narrauerit Silenus Scyllam Nisi filiam de qua sparsit fama, conuersam fuisse media sui parte in canes marinos, quibus infestauit classem Græcam Vlyssis, quibus lacerauit miseros eius classis socios, qui in eos scopulos impegerunt. Tu hic expende horrorem loquentis Poetæ in re plena horroris. Latrant monstra, vexant rates, lacerant nautas, idque in alto gurgite, & marinis canibus. Omnia miserrima. Quid si expendas vti similia narret 3. Æn.

[b] Explicabo quatuor versus longè aliter quàm alij Interpretes. Quid loquar vti narrauerit artus Terei mutatos, id est, Tereum mutatum in vpupam? Quid loquar, vti narrauerit dapes miseras, dira dona, quæ Philomela parauerit Tereo? & quo cursu petierit deserta commutata in Lusciniam? Quid loquar, vti narrauerit, quibus alis infelix Progne superuolitauerit ante tecta sua conuersa in hirundinem?

[c] Antequam explicem tres versus sequentes, moneo lectorem, non debere esse post *lauros* distinctionem hanc: sed potius istam, sic enim sententia liquidior. Nec me mouet, primum illud exhiberi ab omnibus. Ergo ait, Canit Silenus, & respondent valles, canit (inquam) omnia illa, quæ Eurotas audiit, quæ iussit lauros suas ediscere; audiuit videlicet illam Eurotas canente apud se Phœbo, beatus tanti Numinis præsentia.

[d] Cecinit Silenus donec nox aduenit. Hæc sententia, quam dilatat à signis. Nam paulo ante noctem oues coguntur, ad stabula, recensetur numerus, procedit vesper. Illud inuito Olympo mirè dicitur, quasi Olympus inuitus esset, quòd Silenus cantu suo detineret diem.

NOTÆ.

1. QVID LOQVAR AVT SCYLLAM, &c.] Mirè hîc variant non modò Interpretes, sed ij, qui varios locos Poetarum scripserunt: nam cùm certum sit Scyllam Phorci filiam conuersam fuisse in canes marinos; de Scylla, Nisi filia, addubitant, & ideo Poetam damnant. Seruius ait, illum miscuisse fabulas, Poetarum iure; & dedisse vni fœminæ, quæ essent alterius. Alciatus lib. 1. Parerg. cap. 16. ait, Poetam sequutum naturam famæ, quæ plerunque est mendax, & ideo fabulas commutasse. Alciato accedit Nannius 6 Miscel. Ex hoc errore natus alius, videlicet variæ huius versus lectiones, quas ego negligo; & tu, si lubeat, in Nannio reperies. Ego Poetam aliter defendo, nec enim miscuit fabulas, nec mendax fuit; sed prodidit, quæ prodita. Sciendum enim, vtramque Scyllam, videlicet filiam Phorci, & filiam Nisi, conuersam fuisse in canes marinos. De Phorci filia nihil dicam, nam de ea nihil Poeta, & omnes id sciunt, & credunt, imò ideo Poetam reprehendunt. De altera, in qua discrimen tuendi Poetæ, triplex mihi testimonium Strabonis, Ouidij, Lucretij. Ait primus lib. 8. *Scyllæum, quod est in Hermione, nomen accepisse aiunt à Scylla Nisi filia, qui Minois capta amore, cum illi Niseam prodituræ tradidisset, ab eodem in profundum deiecta est, & fluctibus horsum agitata sepultura obtinuit.* Græca lignatiora. Σκύλλαιον ὄρμημά φασιν ἀπὸ σκύλλης τῆς νίσου θυγατρὸς. Alter in Amoribus:

Pernos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos, inguinibusque canes.

Postremus lib. 5. vtranque coniungit:

Aut rapidas canibus succinctas semianimis
Corporibus Scyllæ.

In Lucretio forsitan legendum *rabidis*, vel ex Ouidio imitante. Redeo. Scio ab Ouid. 8. Met. hâc fabulam aliter denarrari, dicit enim Scyllam filiam Nisi mutatam in auem fuisse, sed cùm vaga sit, & incerta fabularum narratio, potuit Virgilius vnum præ

Virgilius defenditur.

Scylla vtraq; conuersa in canes marinos.

VVA. BHSC. BU 00239

alio sequi ad gustum. Fabula in promtu est apud Ouid. vel apud Dictionaria Latina.

2. CANDIDA.] Ex hoc versu fluxit Propertianus de Scylla: *candidaq; in seuos inguina versa canes.*

3. SVCCINCTAM.] Seneca in Med.

Quid? cum Siculi virgo Pelori
Rabidos vtero succincta canes
Omnes pariter soluit hiatus.

Cic. in Verr. *Quod multo se pluribus, & maioribus canibus succinxerit.* Virg. in Cir. *Illum Scylla rapax canibus succincta molossis.* Lucret. lib. 5. *Scyllas succinctas canibus.* Hieronym. ad Demetriadem: *Hanc feram Charybdim, Scyllamque succinctum multis canibus fugiens.*

4. LATRANTIBVS-MONSTRIS.] Explicabuntur omnes Poetę adducti, qui semper de his canibus loquuntur numero multitudinis, & in his Virgi- B lius, nummo Sexti Pompeij, quem adducit Anton. Aug. Dial. 5. Icon. In eo cœlata est mulier, nuda vmbilico tenus, quæ vtraque manu gubernaculum tenet minas intentans, quasi malum alicui inflictura: deorsum in piscem desinit, in duplicem caudam diuisum; inter vtranque autem caro ipsa triplici cane protenditur, exsertis collis. Accedat his auctoritas Greg. Nazianz. Orat. 1. contra Iulianum, qui non tria solum, sed sex capita dat huic monstro, eo loco, quo incipit esse fera. τὸ δικέφαλον κυνῶν πῶν Σκύλλαι ἓξ ἐν κυκλῳ κυνόδους κεφαλαὶ, ᾗ θηριώδεις: *maritimum malum Scyllam, cui sex circum sunt capita, canina & bellua.* Porrò Græca conuulsa sunt, ne multa adducerem. Consule etiam Poetarum fabulas. Ideo ergo C Poeta numero multitudinis *monstris latrantibus.*

Nummus Sexti Pompei.

5. DVLICHIAS.] Vlysseas ab Dulichio insula, cui Vlysses imperabat. Propert. cadem vsus est voce: *At cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras.*

6. VEXASSE.] Vide Agel. lib. 2. c. 6. & Macrob. lib. 6. c. 7. qui Poetam explicant, & defendunt à calumniis. Sed illis omissis, præfero Notam Germani, qui ait, allusum esse ad Etymon Scyllæ, est enim σκύλλω vexo, & infesto. Hic tantum te moneo, quæ Agellius, & Macrob. scripserunt de hoc verbo, ante illos prius attigisse Asconium, & Probum. Porrò ex nota significatione huius verbi, quæ est, reciproco impetu iactare; siue, vt glossæ veteres explicant, ὀχλεῖν, σείειν, γυμνάζειν, Plautus in Cistell. dixit: *iactor, crucior, agitor, stimulor, vexor in amore vota vt miser.* Ita enim legit Ianus Guliel. in Quæst. Plautin. Cistell. c. 1. Adiuuante præsertim libro vetere, in quo est *vexor*, non *versor*, vt in vulgatis.

Scyllæ etymologia.

7. TERET.] Totam hanc fabulam, & metamorphosin Terei, Philomelæ, Prognes, pete ab Ouidio, a Latinis D Poetis, ne ego hic paginas cõpleam.

8. QVAS ILLI PHILOMELA, &c.] Firmabo hic explicationem meam, sed prius præmitto, esse hic grauem difficultatem diu ab doctis agitatam. Philomelæ & Prognes uerfum fuisse in hirundinem, Philomelam in luscinem. In his est Ouid. 2. Fast. nam cum dicat: *veris præcursor venit hirundo*, mox Progne nominat. & Martialis lib. 14. *Et Philomela nefas infelix Tereos, &c.* cui Epigrammatis lemma est *Luscinia.* Philomela ergo ex mente Martialis versa est in Luscinia. Petron.

Inprimis certum est, esse qui dicant, Progne con- E

——rectis sfluctter aedon,
Atque vbi vna Progne.

Progne ergo in hirundinem versa ex mente Petronij, non in aedonem, nam ab hac discriminatur. Sic rursum alij, & hi quidem multo plures, qui dicunt, Progne versam in Luscinia, Philomelam in hirundinem, Scholiastes Aristophanis, σκοχνη εἰς ἀηδόνα. ἡ δὲ Φιλομηλα εἰς χελιδόνα μεταπλασθῆναι. M. Varro 4. Orig. *Luscíola ex Attica Progne in luctu facta auis.* Statius: *—non sic Philomela Penates circuit.* quæ conueniũt hirundini. Ac ne plures afferam, huius partis sunt Homerus Odyss. 19. Gabrias in Fabulis. Tzetzes in Chil. Aristot. 3. Rhet. Seneca in Oetco, Probus in Virgilium: omnes demum illi, qui Itym faciunt filium Philomelæ. Horum omnium verba omitto, consulens breuitati. Hinc profectò mirere, cur vulgus tam frequens ierit in priorem sententiam. Iam, cum in hoc loco sim, volo scias, tertiam quoque esse sententiam; nam Plautus Ruden. Act. 5. sc. 1. vtranque sororem dicit versam in hirundinem. Versus est: *Natas ex Philomela, atque ex Progne esse hirundines.* Sed omisso Plauto, disquirendum nunc est de mente Virgilij, sequatúrne priorem illam, quam attuli metamorphosin an posteriorem? Seruius ait, debuisse illum dicere pro Philomela Progne, sed abusum nomine. Alij addunt quæpiam, è quibus Virgilij auctoritas spreta. Ego possum existimare (alij, vt velint, sentiant) Virgilium stare, pro sententia, quam primo loco attuli: itaque ait, Philomelam versam in Luscíniam, Progne in hirundinem. Verba illa:

Quas illi Philomela daperisque dona pararit?
Quo cursu deserta petierit?

de Luscinia capio, nam hæc in syluis agit, & hæc nota non cadit in hirundinem. Apul. lib. 3. Florid. *Luscinie in solitudine Africana canticum adolescentie garriunt.* Octauia apud Senecam (vel quis ille est auctor) cùm se esse luscíniam dixerit, addit notam certam hanc:

Sola in vacuo nemore, & tenui
Ramo pendens querulo possem
Gutture mœstum fundere murmur.

Calab. lib. 12. de hac auc. ἐρημαίου θεσμόν ἐτι ἀμφὶ κελαδῶ. Sophoc. in Oedip. inducit canentem luscíniam γλωσσῆς ἀπὸ θέσπιδος, & sedentem inducit ad οἶνον παλαιὸν. Ab Homero quoque 19. Odyss. inducitur δυσφόρων ἐν πενθεσιοισι κακῶν πυκινοῖσιν. Et lib. 1. Anthol. in extremo Epigram. ᾧ ὦπ' ἄλσος ἀηδὼν. Petron. *Syluester aedon.* Deinde, illa: *& quibus ante Infelix sua tecta superuolitauerit alis.* de hirundine interpretor, in quam necessariò versa Progne, cùm iam Philomelam exclusérit. Nec fuit necesse Poetæ, vt Prognem, aut hirundinem nominaret: nam satis fuit, vt illam indueret suis tectis superuolitantem, quæ nota certissima est hirundinis. Arn. libr. 6. *hirundines intra ipsos ciuium circumuolantes tectos.* in Anthol. vbi supra, χελιδόνες ἀμφὶ μέλαθρα. Petron. *Vrbana Progne.* Ouid. 3. Trist. Eleg. 12. *—hirundo Sub trabibus cui sua tectaque parua fuit.* Hirundines ipse apud Nazianz. in Epist. ad Clusium, ἡμῶν δ' αἱ πολεῖς, καὶ αὐθρωποι. Ab Calab. lib. 7. inducitur hirundo deplorans filios suos. ἀμφὶ μέλαθρα. & ab Opp. 5. Hal. in ὀρθρίοις. Refitat facilis nodus. Qui ait Poeta de Philomela, parasse epulas, cùm fecerit hoc Progne? Te id non moretur, vt Seruium: nam potuit Philomela vna cum sorore operam suam locare ad tam diras epulas. Imò id aperte Ouid. narrat: nam Progne vulnus intulit puero, *lateri, qua pectus adhæret*, at verò, *iugulum ferro Philomela resoluit.* Et mox ambæ coxerunt artus, quos Tereo darent epulandos. Vt ab nota infelicitatis Virgilius signat hirundinem, volucre ipsa non nominata; ita credo Horatius cum æmulatione ad vatem, libr. 4. Od. 12.

Hirundinis nota ab ædibus.

Nidum ponit, Ityn sub liter gemens
Infelix auis, &c. Quę dixi, probo: sed proponam tamen candido Lectori coniecturam meam. Quid si in Virgilio legendum *ales*, non *alis*. Vt dicat. Quid dicam, quo cursu Philomela petierit deserta, & quibus cum tibus infelix ales (id est, hirundo) superuolitauerit

UVA. BHSC. BU 00239

tauerit ſua tecta. Quis enim neget iteratas & ſæpius repetitas hirundinis itationes ad nidos, dici poſſe curſus? & facilis quidem fuit lapſus vnius literulæ mutatione. Sed hoc aliorum ſit iudicium.

9. EVROTAS.] Accepit nomen ab Eurota Rege Laconiæ, qui ſtagnantem in campis aquam ad mare facto alueo deduxit: quod fuit reliquum aquarum in iuſti amnis morem fecit defluere. Pauſan. in Laconic. per initia.

Eurotæ fluminis lauri. 10. IVSSITQVE EDISCERE LAVROS.] Liuius quoque de hoc amne in Bell. Maced. *Ripaſque habens frequentibus lauris conſitas.* Vulgatum verò fabulis, Eurotam iuſſiſſe lauros ſuas diſcere, quæ ibi cecinisſet Phœbus in luctu, quem habuit propter Hyacinthum: ad eius enim ripas puer obiit percuſſus diſco. Huc ſpectat Claud. Paneg. 1. Stil.

Te memor Eurotas, te ruſtica Muſa Lycæi,
Te paſtorali modulantur Menala cantu.

Echus ſonitus. 11. PVLSÆ REFERVNT AD SIDERA VALLES.] Signat Echo. Variabis locutionem ex Syneſio Epiſt. 33. φορὰς αὐτοδίδοτοι. Idem Epiſt. 101. ita extulit, τὴς ἠχοῦς αὐτοθεγγοφόμης ἠμῖν. Ex Eurip. Hecub.

Πέτρας ὀρείας πλὴς λέκτρ' αὐδᾷ ἑαυτοῦ
Ἔχὼ διδοῦσα δέρμ' ὅμοιον.

Rupis profunde filia per exercitum reboauit
Echo concitans ſtrepitum.

Et Horat. 3. Od. 29. ——*non ſine montium Clamore.* Ex Virg. ipſo, qui in 8. bis variat: *colles reſultant. Diſſultant ripæ.* Ex Pacuuio in Medea: *Clamore, & ſonitu colles reſonantes hoant.* Ex P. Pomponio apud Terentianum: *Adſonet omne virens late nemus.* Ex Hieronymo Epiſt. 41. ad Ruffinum: *Illi ſum ſcopulis æquor reclamat.* Ex Lucano lib. 7. qui ſæpe ita variat:

Excepit reſonis clamorem vallibus Æmus,
Peliaciſq; dedit rurſus geminare cauernis.
Pindus agit gemitus, Pangæaq; ſaxa reſultant,
Oetæaq; gemunt rupes, vocéſque furoris
Expauere ſui tota tellure relatas.

Sed & *Reddere aerem* pro ſonare ex Varrone in Andabata citat Nonius. Albinouanus ad Liuiam per *redeo* cùm ait: *Et vox adueſſi collibus icta redit.* Sed Virgilius omnino videtur hæſiſſe Lucret. 2.

——*clamore ciere montes*
Ictibus reiectant voces ad ſidera mundi.

Hic *ictibus*, ille *pulſæ*. Hic *reiectant*, ille *referunt*. Vterque *ad ſidera*.

12. COGERE DONEC OVES.] Hanc clauſulam Eclogæ ſuam fecit per imitationem Nemeſ. Ecl. 1.

Sic pueri Donacem toto ſub ſole canebant,
Frigidus è ſyluis donec diſcedere ſuaſit
Heſperus, & ſtabulis paſtos inducere tauros. & 3.
Hæc Pan Menalia pueros in valle docebat,
Sparſas donec oues campo conducere in vnum
Nox iubet, &c. Atque etiam Claudius Marius Victor:

Sed iam concluſi nos admonet hora diei
Surgere.

Quod Noſter *cogere* ἐλαύνειν ἄγραις dixit Calab. lib. 8.

13. NVMERVMQVE REFERRE.] Ante noſtrum Theoc. εἰδ. 8. τὰ ἑπτάλαια πολλάκις ἀριθμήσας: *Has autem oues ad veſperam omnes numerant.* Poſt illum Calpurn.

——*Quot noſtri numerantur veſpere tauri.* Virg.

14. INVITO-OLYMPO.] Pari lepore Ouid. 1. Met. de Mercurio.

——*euntem multa loquendo*
Detinuit ſermone diem.

Itaque eodem guſtu dies loquentem audit Mercurium, quo Cœlum canentem Silenum.

15. PROCESSIT VESPER.] Ennius 10. Annal. *Hic nox proceſſit ſtellis ardentibus apta.* Et quidem Enniana Lectio firmatur ex imitante Marone, nam aliqui legunt *præceſſit.*

FINIS ECLOGÆ SEXTÆ.

ECLO



VVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA SEPTIMA

MELIBOEVS

ARGVMENTVM.

CONTENDVNT *in hac Eclogâ Corydon, & Thyrsis amœbeo carmine, vbi quisque ingenij sui opes, & gloriam ostentat. Initium Eclogæ festiuum est. Ex eo apparet Corydonem, & Thyrsin contulisse in diem certum litem suam coram Daphnide, cui tamen liti ex occasione fortuita Melibœus non tam interfuit, quàm præfuit: nam in fine sententiam pronuntiat pro Corydone contra Thyrsin, cùm priùs tamen pares dicti fuissent in pangendis carminibus. Volunt Interpretes per Corydonem intelligi Virgilium, per Thyrsin poetas alios, qui cum illo carminis gloria contendebant. Sed ego Thyrsin libentiùs retulerim ad Theocritum, & Græcos alios, quos Virgilius longè superauit, id quod hoc Bucolico testatum esse volunt. Nam quid rex Poetarum curaret Bauium, & Mœuium poetas sordidissimos? quid dignaretur cum illis contendere? Hoc perspicuum erat; &, vt luce clarius, ita nec lite, nec iudice opus.*

FORTE sub arguta consederat ilice Daphnis,
Compulerántque greges Corydon, & Thyrsis in vnum,
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo:
Et cantare pares & respondere parati.

A

ARGVMENTVM.

Sedet Daphnis ad vmbram, aduenium illo Corydon, & Thyrsis; horum greges scribuntur, virtus corporis, pertia in canendo.

EXPLICATIO.

LOQVITVR Melibœus hunc in modum. Consederat fortasse Daphnis, vt est mos pastorum, ad vmbram ilicis argutæ, id est, vento susurrantis & sibillantis. Itaque illum, & amœnitas vmbræ, & sonitus blandientis arboris illectauerant. Duo alij pastores Corydon, & Thyrsis in vnum locum (in eum videlicet, in quo erat Daphnis) greges compulerãt. Sed quos greges? Thyrsis oues, capellas Corydon, & has plenas, tumentésque vberibus præ lactis copia. Florebant verò pastores duo pari virtute corporum, quia nimirum Arcades, quod hominum genus fortè, & robustum. (in hoc quarto versu explicando dissensi ab omnibus.) Erant denique pares cantu, pares responsione, id est, amœbeo, & responsiuo carmine. Quasi dicat. Dispares erant in gregibus, nam alter oues, alter capras agebat: sed pares virtute corporis, patriæ conditione, cantus amœnitate.

NOTÆ.

1. FORTE, &c.] Totus hic locus factus est ad imitationem Theocriti, qui εἰδ. 6.

Δαμοίτας, ὦ Δάφνις ὁ Σικελὸς, εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν πὰκ' Ἄκρατε σύναγον. ἦν δ' ὁ μὲν αὐτῶν
Πυῤῥὸς· ὁ δ' ἡμιθύρσιος.

Damœtas, & Daphnis bubulcus in vnum locum
Gregem aliquando, ô Arate, compulerunt. erat verò
alter eorum
Rufus, alter semiberbis.

& iterum εἰδ. 8. de Daphnide, & Menalca.

Ἄμφω τὼγ' ἠπίω πυῤῥέτερώ, ἄμφω ἀνάλω,
Ἄμφω συρίσδειν δεδικημένω, ἄμφω ἀείδειν.

Ambobus erat flaua coma, ambo impuberes,
Ambo fistulam inflare, & ambo cantare periti.

B Reprehendit Scaliger Theocritum, quòd imberbes & impuberes posuerit. Nam quid cultum ab inculta ætate? Regredior. Ad Theocriti, & Virgilij imitationem Nemes. 2. Ecl.

Ambo æuo, cantúque pares, nec dispare forma:
Ambo genas leues, intonsi crinibus ambo.

Ab his locis, quos adduxi, non abit ille Calab. lib. 11. etiamsi in re alia.

Ἄμφω δὴ παῖδε δύω ἐγκύσι μητρὶ σαῶς
Αἰνὸν ὑπ' ἀγκίσσιος, ζαλεῖν δ' οὐκ εἶχε δίκτυα·

Ambo

UVA. BHSC. BU 00239

Ambo docti insidias piscibus instruere
Graues hamo, & iacere in diuinum mare retia.

Aliquo gustu ad Virgilium Papinius, 6. Th. *Ambo pij, charique ambo.*

Arguties arborum.

2. ARGVTA.] Explicationem quam adhibui firmant Seruius hic, Muretus in Catullum, Gifanius in Lucretium: qui has argutias ilicis referunt, primus ad canorem, alter ad murmur, tertius ad susurrationem arboris vento agitatæ. Firmant alij, qui arboribus musicam dãt, atque adeò argutias Poetæ nulla est alia, quàm musica arboris vento agitatæ. Adhibebo plusculà exempla, quæ prosint iuuentuti ad variationem. Bion in Bucolicis apud Athen. ἄκρα δρῦς: *pinus canit.* & Theocrit. εἰδ. 1. ἀ πίτυς μελίσδεται: *pinus modulatur.* Septimius Seuerus: *Pinea frondosi coma murmurat Apennini.* Nemes. 1. Ecl.

——gerrula pinus Obstrepat. Claudius Vict. in Genes.

——Senat arbore cunctla
Hymnum sylua Deo, modulataque sibilat aura
Carmina. Ausonius:
Est & arundineis modulatio musica ripis.
Atque arguta suis loquitur coma pinea ventis,
Incubuit foliis quoties leuis Eurus acutis.

Claudian. 1. Rapt. *——nulla lucos agitante procella*
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.

Martianus lib. 1. Nuptiarum Philolog. *motus memorum, etiam susurrantibus flabris canora modulatio mulcet quod am crepitabat appulsu.* Apul. lib. 11. *Arbores elementi motu brachiorum dulces strepitus obsibilabant.* Colligo omnia. Arbores canunt, modulantur, murmurant, obstrepunt, sonant, sibilant, loquuntur, stridunt, susurrant, crepitant, obsibilant. Post hos repertos incidi in Nonnum, qui lib. 3. de arboribus ait ἐψιθύρεσκεν. & de foliis myrti οὐέεσσι. & de aere cupressum feriente, ἠέρὶ πεύκᾳ κώμῳ κυπαρίσσῳ. Elucet inter omnia *arguties* Virgilij, quo magistro dicas, arbores argutantur, & quid aliud voluit Propertius, cùm dixit, *Illa mihi totis argutat noctibus ignes.* nisi canit, insusurratque mihi suos amores? Sic inf. *arguta fistula.* & 8. Ecl. *argutum nemus.* & in 11. Ecl. sylua dicitur resonare Amaryllida.

Virgilius defenditur.

3. CONSEDERAT ILICE. B.] Audiui, & risi quendam Criticum, doctum alioquin, qui diceret, ineptè dictum hoc à Vate. Platanum (dicebat) aut speciosam aliam arborem inferendam, quarum arborum aliis vmbra esset deprædicata. & cur non quercum? imò nihil aptius ad pastores. Deinde apud Theocr. εἰδ. 7. pastor quidam recubat ὑπὸ δρυσίν. & apud Claud. in Epith. Pall.

——triplexq; vncissum
Nexa sub ingenti requiescit gratia quercu.

Horat. od. 2. Ep. *Libet iacere modo sub antiqua ilice.*

4. COMPVLERANTQVE GREGES.] Hoc ita extulit Philo libro de Agricult. ἰοῦσης de gregibus: συλλαβεῖν, ἢ συναγαγεῖν: *colligere, & in vnum conducere.* Cato c. 5. Rust. *pecus impellat.* Dio Chrys. Oratione 4. ἄγραι ἐλαφων.

Corydõ Virgilium repræsentat.

5. CORYDON, ET THYRSIS.] Notat Nann. 6. Miscel. sub Corydonis persona, vt etiam in 2. Ecl. Virgilium latere sub persona Thyrsidis, hostem quemcunque gloria carminis cum Virgilio decertantem: & inde aptè posita hæc nomina. Corydon dicitur ab aue Corydo, aut Corydalo, id est, alauda; cui dignitas est in canendo: Thyrsis à thyrso Bacchi. Ergo quicunque Poeta, etiamsi afflatus Bacchi numine, inferior est Virgilio: nam, vt in fine apparet, victoria Corydonis est.

Virgilius supponat Poetas omnes.

6. DISTENTAS.] Huc transfer, quæ notata Ecl. 4. ad illud:

Ipse lacte domum referent distenta capellæ Vbera.

A 7. FLORENTES.] Non dubium, quin propriè iuuenta sit flos ætatis, non puerilia, non virilitas, nõ senectus. Lux ab multis, Horat. ad Pison. *——florente iuuenta Feruidus.* Liuius li. 7. *eximium florem iuuentutis.* Sidonio lib. 8. Epist. 8. *Gallicanæ flos iuuentutis.* Nazianzeno de Cypriano, τὸ τῆς νεότητος ἄνθος. Pareo aliis. Non ab hac locutione abit alia Pindari, qui ad fructum confugit. Nam od. 6. Olymp. ἔτει λάβεν ἥβᾳ-πὸν ἥβαι: *Vt ad pubertatis fructum peruenit.* Roges, quæ caussa, cur de iuuentute dicatur flos? Forsasse, quia lanugo, quæ in barba promicat, instar est floris. Signate ad hanc rem Pacuuius: *Nunc primum opacat flore lanugo genas.* Dicit ergo Poeta fuisse hos iuuenes in florida, & robusta ætate. Nam *florere ætate* nihil est aliud, quàm esse iuuenē. Vlpianus clare in 1. Olynt.

B vbi Demosthenes ait, τὰν ἐν ἡλικίᾳ: *homines in ætate.* ipse explicat, id est, τὰς νεωτέρους, *iuuenes.* Et adiungit rationem istam. ἡλικίαν γὰρ ἐξαιρέτως ὀνομάζειν τῶν νεωτέρων. ἐν αὐτῇ γὰρ πάντα περαίνειν δυνάμεσθαι λέγει. *Nam enim per excellentiam de iuuenibus dicitur, quod ea ætate agere omnia possumus.* Sed scias locutionem istam transire ad gradus alios ætatis. De viris Valer. Flac. 1. Argum. *——regio-vndat equis florētque viris.* Plinius Paneg. Traiani: *circumfusus vndique nunc senatus, nunc equestris ordinis flore.* vbi flos de Senatu dicitur, in quo senes. De senibus. Empedocles apud Aristot. lib. 3. de Anima, de hominibus ait ἠδὲ κάπνου. Quin (vt excurlum istum impleam) nihil ferè est in natura rerum, quod non assumserit sibi locutionem istam. Pind. 1. Olymp. μικτὸν ἄσσων: *florem musica.* Homer. αὐθῷ πυρὸς: *flos ignis.*

C Ad cuius imitationem Lucretius *flammai flore coorto.* De vino Ennius: *Saucians se flore liberi.* Tametsi hoc Ennij referant aliqui, ad οἶνον ἀνθοσμίαν, & αὐθήλιος: vinum perfusum odoribus, & plenum vnguentis. De quo more legendi ex Nota Iureti in Symmachum Cassiodorus libr. 12. epist. 4. Ælianus libr. 12. histor. Eunapius Sardianus in Iamblico, Arnobius lib. 5. Redeo ad locutionem, in qua eram. Transiit illa ad mores, nam Cassiod. lib. 10. Var. *flos bonorum.* & Pind. od. 3. Nem. ἄνθος: *flos iuuentæ.* Transiit ad literas, nam Agathias 2. hist. ὅτοι δὴ ὧν ἄνθος πάντων τὸ ἄκρον ἐκπονήσαντες τῶν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν φιλοσοφησάντων: *His omnes flos summus, vt poetice loquar, nostri eius philosophorum.* Nota obiter verba scriptoris, qui ait, locutionem propriam esse Poetarum. Ergo, quicquid præcipuum est & optimum, floris nomine signatur.

Flos de iuuentute.

Vinum perfusum odoribus & vnguentis. Anthosmia.

D

8. ARCADES AMBO.] Omnes quod sciam, referunt hoc ad musicam, & cõiungunt, cum sequentibus hæc sententia. Etant Arcades, quia parati cantare, & respondere. Arcadia enim cantoribus florebat, vt Poeta ipse alibi attingit. Hanc explicationem non improbo, vt quæ multorum; imò omnium. Sed ego aliter Poetam explico, nec (credo) malè. Erant robusti ac firma ætate, quia Arcades. Hæc commodior sententia, tum propter vocem *ambo*, quæ cum maiori lepore annectit integram sententiam vnico versu inclusam. Tum etiam, quia Pindarus od. 6. Olymp. Arcadiam vocat εὐάνορα, id est, insignem, & florentem viris, ad quod videtur Poeta respexisse. Aliis etiam scriptoribus dicta semper est Arcadia robustissimis hominibus abundare, quia glande, robusto cibo vescebantur. Artemid. lib. 2. cap. 25. de quercu loquens: ταύτης γὰρ ἐκ τῶν ἀδίων οἱ ἄρκαδες. & de Arcadib. Apoll. lib. 4. φηγὸν ἐδώδιμον ἐν ὄρεσιν. Ab hoc igitur cibo habiti sunt Arcades fortissimi, & dicti magno elogio *viri*, idque ore diuini oraculi apud Herodotum lib. 1. πολλὸ ἐν ἀρκαδίῃ καλαντρόπῳ ἀνδρας εἶναι: *Multi apud Arcadiam nascentes glande viri sunt.* Polyb. lib. 2. histor. ait Arcades nemiri

Arcades fortissimi habiti.

UVA. BHSC. BU 00239

mini Græcorũ esse secundos virtute, ac rebus gestis. Græci illam vocant *δωδεκετηρον, ἡ πυροφόρον*. atque vt de parte alia Varro, *terram altricem exuberantium virorum*. Itaque Arcadia *πυροτρόφος* dicitur, quòd iuuenes ferat robustissimos: ad eum modum, quo Homeros Odyss. 9. Ithacam, & Nazianzenus in Oratione Basilij, Cappadociam, vocant *πυροτρόφον*: ergo ait Poeta: Erant fortes, ac robusti; quia Arcades. Nonn. erant Arcades, quia musici. Roges, quid ad rẽ musicam, quam hic aggrediuntur isti pastores, facit firmitas corporis? Respondeo, Poetæ tantùm animũ esse, adduceresque vtriusque elogia: sicuti ante illum Theocritus vnius pastoris rufos crines, alterius semibarbitium describsit, cùm incoarunt cantum.

9. ET CANTARE PARES, ET RESPONDERE PARATI.] Quis scit, an Tacitus, & Liuius Virgilio hæserint? Coniungunt enim cum eodem participio verbum infinitum. Prior in histor. *paratus decernere*. Posterior lib. 38. *parati referre*. Ante omnes Sallust. in Iug. *parati dare*.

a Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: atque ego Daphnin
Aspicio. ille, vbi me contrà videt, ocyus (inquit)
Huc ades ô Melibœe: caper tibi saluus, & hœdi:
Et, si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
b Huc ipsi potum venient per prata iuuenci.
c Hìc virides tenera prætexit arundine ripas
Mincius: éque sacra resonant ex anima quercu.
d Quid facerem? neque ego Alcippen, & Phyllida habebam
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum:
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
e Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere: alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

ARGVMENTVM.

Iacitur semen ad sequentem disputationem. Errantem enim Melibœum Daphnis videt, vocat, inuitat etiam blandimento loci: ille, visi inuitus, cedit: comparant se ad certamen pastores.

EXPLICATIO.

a EXPLICABO versus quinque. Huc, id est, in eum locum, in quo erat Daphnis, caper mihi deerrauerat, qui vir, & maritus est capellarum: deerrauerat verò, cùm fortasse ego essem occupatus defendendis a futuro frigore myrtis tenetis. Errans verò ipse quærendo, forte Daphnin aspicio. Ille mihi statim, Huc ades, scio quid quæ ras? caprum. mitte hanc curam, saluus est ille; hœdi insuper salui sunt: vidi illos, & scio quo sint loci. Tu verò, qui fatigatus es quærendo, sede ad vmbram, quietem cape, si cessare paululum potes ab labore, in quem natura te, meus, animus semper inclinant. In sequenti versu dabo ista clarius.

b Priusquam explicem, præmitto: videri Daphnin, & Melibœum induci vt amicissimos, quibusque multa fuerit familiaritatis consuetudo, ita vt nosset alter vicissim res alterius. Itaque vix Daphnis Melibœum viderat, cùm iam callebat intimos animi recessus: Hinc procedunt superiora illa, *caper tibi saluus, & hœdi*. Quasi dicat, Non caper solum, quem tu quæris, sed hœdi quoque deerrarunt. Hinc etiam illa: *Si quid cessare potes*, quasi intus nosset pastorem. Hoc habito procedit sententia huius versus, alioqui difficilis: quia, nisi illud præmiseris, nescias quem ad finem fiat hic mentio iuuencorum. Ergo ait: Non te solùm angit capri tui cura, sed iuuencorum: eam verò mitte, nam illi, vt solent, huc ad potum venient: non te egent ductore, non custode. *Per prata* est, pascentes.

c Conatur pastorem pertrahere ad quietẽ, proponitque fortissimum inuitamentum. Anxius erat Melibœus animo, fessus corpore: ademit anxietatem animi, rem eius in tuto esse testificatus: pergit iam ad corpus, vt sic tandem illum ad quietem inclinet: Ergo non cõtentus suprà dixisse, *requiesce sub vmbra*, quo parum motus pastor, addit nunc Mincium, virentes eius ripas, teneras molléisque arundines tunc sucerescentes, apiculas grate insonantes è querceu sacra. Quem ista non mouerent.

d Multis expressum iam est Melibœi ingenium, & natura: indicatur enim fuisse supra modum rei suæ sollicitus. Hic ergo ad ingenium recurrit, sententia hac. Scio in tuto esse caprum, in tuto hædos, iuuencos meos non egere me duce ad potum; video deinde amœnissimum locum ad quietem: sed quid faciam? pungit me denuo cura agnorum, qui depulsi à lacte, neque habeo Alcippen, aut Phyllida (famularum hæc sunt nomina) quæ illos domi concludat. Sed non possum non acquiescere tuis ô Daphni precibus, non tam inuitatus amœnitate loci, quàm quod videam Corydonem, certatorem egregium, comparantem se ad certamen cum Thyrside. Itaque victus posthabui mea seria illorum ludo, i. mea negotia illorũ otio, meos agnos illorũ cãtilenæ.

e Igitur cœperunt contendere amœbeo; voluere enim Musæ, vt alternos tantùm versus dicerent, neque aliter illis flatum, & numen suppeditarunt. Primas egit Corydon, Thyrsis secundas.

NOTÆ.

1. AFRIGORE.] Ex multis Seruij explicationib. coactus sum confugere ad illam de futura hyeme, quam iam pastor, vt erat nimium sollicitus rei suæ, metuebat: nam ex riparum viriditate, ex arundineto pullulante, ex apum susurro, demum ex

UVA. BHSC. BU 00239

ex vmbra ilicis, quam sibi Daphnis delegerat, omnino indicatur tempus vernum.

Virgilius defenditur.

2. VIR GREGIS CAPER.] Nescio cur hîc interpretes, alij etiam, confugiant ad ἀκυρολογίαν. Neque enim improprius est sermo ille, qui iam multorum ore vsurpatus. Vel dicant mihi, quem alium tritum habuere infinitæ metaphoræ, quæ iam nitidissimæ sunt, molliente vsu quicquid principio apparebat ἀκυρολογικόν. In Virgilio, ô lector, raræ sunt acyrologiæ, nullæ fortassis. Testimonia rem claram facient. Theocrit. *eid.* 8. ὦ τράγε τῶν λιπαρῶν αἰγῶν ἄναξ: *ô hirce albarum caprarum vir.* Ibicus in Græco Epigr. σοὶ ὁ κριὸς βαμίσει ἀκεσιμβρότῳ πόπε αἰγῶν: *Vir tibi cæ-* 7
prarum structam mox stabit ad aram. Loquitur cum Pane. Auctor Geopon. lib. 18. loquens de arietibus, ἀρκέσει δὲ ἕνὶ ἀνὶ καὶ πεντήκοντα ὄνυσι πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ ἀγέλης ἐστὶν ἀρχηγὸς: *vni vnus satis erit virginti ouibus.* Manil. lib. 5. de aureo ariete: *vir gregis, & ponis victor.* Quid. 1. Met. *De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.* Martial. lib. 3. Epig. 91. *Et illud oleat, quod viri capillorum.* & lib. 1. Epig. 110. de catella Publij:

Casta tamen inest pudor catellæ.
Ignorat Venerem, nec inuenimus
Dignum tam tenera virum puella.

Seuerus Rhetor, cuius carmen habetur 8. tomo Biblioth. Sanct.: *Hic taurus solidi vir gregis, & pater.* Sic in bestijis *mariti* quoque dicuntur. Virg. de tauro: *Quem legere ducem, & pecoris dixere maritum:* Martial. lib. 14. Epig. 140. *Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti.* & lib. 9. Ep. 73. — *pecorisque maritus Lanigeri.* Papin. 5. Th. de tauro: *is ibulique maritum,* Iuuen. Sat. 3. *mordetur gallina viro.* Plin. lib. 10. cap. 53. loquens de perdicibus *maritos suos fallunt.* Oppian. lib. 3. Cyneg. de tigribus loquens: — πελιοσθεὶς καλὸν ἀκοίτην ἁρπάζει, *& pulcrum maritum.* & lib. 1. docens optimum genus canum existere ex Sarmatico cane, & cane Hispanica, ita floride: Σαρματικὸν τε πόον θρέψεις σὺς ἐσπέρι νύμφιον: *Sarmaticumque maritum ducas ad Hispanicam sponsam.* Præterea bestiæ quoque fœminæ dicuntur *vxores.* Nam Horat. lib. 1. od. 17. *olentis vxores mariti.* Oppian. 1. Cyn. de amorib. equorū, φράσεν ἕης ἀλόχοιο κλυτὴν πόνῳ: *tanta fuisse coniugem præclarum maritum.* Hinc pertinet voces *filiorum,* quæ etiam dantur animalibus. Oppian. lib. 1. Hal. loquens de piscibus, τίκτουσι γοῦν ἐκεῖσε: *illic nouelli.* Si ergo tot testes (nam tot ex industria coniunxi) dant bestijis viros, maritos, vxores, filios, cur tu Virgilio das acyrologiam?

Vir de feris.

Maritus de feris.

Vxores de feris.

Errantia pecora qui dicantur.

3. DEERRAVERAT.] Deerrantia pecora, hoc est, soliuaga, & seorsim pascentia. Græci vocant οἰοβότες, παλυπλάνητα βοσκήματα, μόνον βοσκόμενα. Vide Iac Germanum. Ex Philone variabis, in lib. de Agricult. περὶ τῶν διαπεφευγότων τὴν ἕδρα. Ex Thucyd. lib. 1. διαπεφευγότων τὴν ἕδρα. ex Plauto in Bacchid. ita: *a pecu palitantes oues, a pecu cetero abfuit. libere grassantur.* Nam quamuis de re alia loquatur, sed cum respectu ad oues. A Plauto Cypr. epist. 42. *palabundas, & errantes oues.* Naz. Orat. 32. errans pecus istis variat. πώεσιν ἀστυπλάνοις, ἀνεπίσκοποι, ἄζωστοι, πλανώμενοι, ἀμελεστέροις, σκεδαμένοις, καὶ μᾶλλον ἐκ ἀκεκριδωμένοις: *gregem incompositum, inobseruatum, nullis terminis inclusum, errantem, dissipatum, disiectum, nulla caule circumclusum.* Sed quoniam hoc verbum de capro dictum, obseruabis hac nota distingui capras ab ouibus, ab Aristot. lib. 8 histor. Animal. cap. 10. τῶν ὃ νομικῶν κοινωνικώτερα μὲν τὰ πρόβατα, μᾶλλον δὲ τὰ ἔρια τῶν τριχῶν: αἱ δ' αἶγες ἧττον μεταβλητικαὶ τῶν ἄκρων ἀπόφυσιν μόνον: *Pascuntur oues assidue, & stabiles: capræ celeriter loca commutant, & summa tantum contingunt.*

4. HIC VIRIDES, &c.] Similia his loca alibi exhibui, in quibus ab herbido, & virente solo sit inuitatio.

5. ARVNDINE.] Solent fluminum ripæ arundinetis superuestiri non modico ornamento, vt solent vestes ornari ad limbum, nam huic metaphoræ hæsit Virgil. & ideo signate *pretexit* cum respectu ad vestem prætextam. Sed de hoc alibi, nunc tantùm dicam de arundineto. Ouid. *Amnis arundinibus limosa obsidet ripas,* Homer. Il. 8. παρ' ποταμῷ καλὰ δόνακα ἐπὶ ῥοδανῷ, δονακῆα: *Apud fluuium resonantem, rapidum, cannis circundatum.* Auson. *Est & arundineis modulatio musica ripis.* Hinc tractum, vt fluuij dicantur à Poetis coronari arundine. Claudian. de Cephiso in Rap. *Hunc fractla Cephisus arundine luget,* Virgil. de Tiberino: *crines umbrosi tegebat arundo.* De eodem ego in luctu Greg. 1. Pontificis ter Maximi: *mollis velat arundo caput.* Fluuij arundinetis vestiuntur.

6. SACRA.] Græci quoque quercus ἱερὰς nominant, & Galli sacerdotes, qui sacri, dicebantur Druidæ à quercu. Lege Plin. lib. 16. cap. 44. Sic infrà pinum vocat *sacram.* Referenda est ratio epitheti vel ad Deorum tutelam: nam quercus Iouis, pinus erat Cybelis: vel certè ad Nymphas, quæ arboribus præsidebant, imò latere in illis putabantur. Sed ad primum retulerim, cum præsertim alicubi gentium quercus ipsa tanquam Numen Iouis adoraretur. De Celtis Maximus Tyrius Serm. 38. κελτοὶ σέβονται μὲν Διὸς ἀγάλματα ὑ Διὸς κελτικὸν ὑψηλὴ δρῦς: *Celtæ Iouem colunt, Iouis autem simulacrum est quercus alta.* Quercus famine.

7. RESONANT EXAMINA.] Theocr. *eid.* 1. ὦδε καλὼν βομβεῦντι πὸτ' σμάνεσι μέλισσαι: *Hic pulcrum resonant in alueariibus apes.*

7. ALCIPPEN.] Huius quoque nomen infert Theocrit. *eid.* 5. Non male coniicit Seru. has esse amicas cantantium: vt sententia sit, nec Alcippen se habere, vt vnum; nec Phyllida, vt alterum.

9. DEPVLSOS A LACTE.] Prud. Peristeph. *lacte depulsum.* Varr. cap. 2. *cum depulsi sunt agni a matribus.*

10. ET CERTAMEN ERAT, CORYDON CVM THYRSIDE, MAGNVM.] Id est, Corydon erat magnus certator. Modus loquendi figuratus, & poeticus. Sic idem Virgil. Culice:

Hic & fama vetus nunquam moritura per ævum
Curtius. Manil. lib. 1.
Fabritius, Curiúsque pares, & tertia palma
Marcellus.

In quibus, ita Curtius *fama* dicitur, & Marcellus *palma,* vt Corydon, *certamen.* Ab eodem Manil. lib. 4. Pallas dicitur triumphus: *Séque in Arabnæa magnum putat esse triumphum.* Obseruauit Scalig. in Manil. cum eodem ferè gustu Silius lib. 11. *Hic Varro, & magnum Latia inter nomina Paulus Nomen.* & lib. 16. de cursore agili: *Et modo postremus, nunc ordine tertia palma.* Quod sumpsit à Virgil. qui 5. Æn. & *nunc tertia palma Diores.* Certamen pro certator.

11. POSTHABVI.] Auson. edyl. 9.

— *sua seria ludo*
Posthabet.

12. LVDO] id est, Cantilenæ. Ita illud: *ludere quæ vellem,* &c. pro, canere.

13. ALTERNIS IGITVR.] Expressit Theocritum *eid.* 8.

Πεῖτ' ἢ δὴ ὦν δοἰδαλαχὼν ἰυγὰ μεγάλαις.
Εἶτα δ' ἀμοιβαῖος ὑπεκμείβετο Δάφνις ἀοιδὰν
Βουκολικὰν· τὸτ' ὃ Μενάλκας ἄρξατο πρᾶτος·

Prior igitur cecinit sortitus fistula canens Menalcas.
Deinde alternis excepit Daphnis cantilenam
Bucolicam. Sic vero Menalcas incepit prior.

Concisius *eid.* 9. τὸτ' Δάφνις δέτερος ἤειν. τὸτ' ὃ Μενάλκας: *Sic Daphnis mihi cecinit, sic vero Menalcas.*

VVA. BHSC. BU 00239

Musis cur detur verbū memini.

14. MVSÆ MEMINISSE.] Bene, nam ad natales Musarum, quæ filij Mnemosynes, id est, memoriæ. Inde in 1. *Musa mihi causas memora.* & 9. *& meminisse enim Diuæ, & memorare potestis.* In quo loco, vt

A *potestis memorare*, est, potestis adducere mihi in memoriam: ita hic *alternos Musæ meminisse volebant*, erit, volebant illis Musæ dare alternatim versus. Quod supra flexu isto: *amant alterna Camœnæ.*

Coryd. a Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro concedite (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
Hîc arguta sacra pendebit fistula pinu.
Thyr. b Pastores hedera crescentem ornate Poetam
Arcades, inuidia rumpantur vt Ilia Codro.
Aut si vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

ARGVMENTVM.

Vult Corydon aut versus Codri æmulari poetæ magni, aut cedere artis poeticæ: Thyrsis poetam alium Codro præponit, obiiciens huic crimen inuidiæ, & fascini.

EXPLICATIO.

a INVOCAT Nymphas fontis Libethri, quas ipse colit, vultque, vt dent sibi carmen non vulgare, sed quale solitus erat condere amicus eius Codrus; nam hic non vulgaria faciebat, sed proxima Phœbi carminibus: aut, si non possit aspirare ad dignitatem tanti carminis, vult fistulam argutam, & canoram suspendere ex pinu, quæ Cybeli est sacrata atque in hunc modum artis poeticæ instrumenta relinquere, & consecrare.

b Optauerat Corydon versus Codri, vt magni, & excellentis poetæ: huius conatus, vt nulliùs gloriæ, irridens Thyrsis ait: Pastores Arcades coronate hedera poetam (incertum, an se? an alium quemuis intelligat?) nondum factum, sed adhuc crescentem, assurgentémque, vt Codro Ilia præ inuidia rumpantur: vel si maligne, & contra animi sententiam illum laudauerit, coronate non hedera, sed baccare, ne quid illi noceat lingua Codri fascinans. Ait *futuro*, nam dixerat, illum adhuc crescere, neque dum factum poetam.

B pharum nomine hoc loco Musas intelligi. Quod & Acron quoque docet ad 19. Horat. lib. 2. *Nymphasque audientes*, id est, Musas: nam & Lydi suas Musas vocabant Nymphas. Idem hic ex Varrone Seruius. Sed vide lector, an præ his nostra hæc placeat. Locutus est Poeta, vt est scientissimus, ex cognitione antiquitatis, nam Strabo, & Pausanias, vbi loquuntur de Libethro, Nymphis sacrum signate asserunt, non Musis. imò posterior aperte differminat Musas Libethrides, & Nymphas Libethrides, vt hinc appareat, Poetam locutum vere de Nymphis, non de Musis; neque illum commutasse nomina. Proferam testimonia. Prior lib. 9. ἀντιπέρας δέ ἐστι τὸ, τε τῶν Μακόνων ἱερὸν, ἢ ἱπποκρήνη, καὶ τὰ τῶν λιβηθριάδων Νυμφῶν ἄλσος: *Hoc in loco consecrata est Musis ædes, fonsque Caballinus, & Libethridum speluncæ Nympharum.* Idem lib. 10. *Qui Musis Heliconia consecrarunt Thraces fuere.* Βοιωτία ἀκολουθεῖ δὲ καὶ Λιβηθριὰς Νυμφῶν ἄλσος καθιέρωται. Posterior in Bœoticis: κορώνεια δ' ἐστὶν ὑπὲρ τεταμένη ὄρη, ἀπέχει τὸ λιβήθριον. ἀφ' ἑκατὸν δὲ ἐν εὐθυπλεύσαν τε, καὶ ῥυμοῦσι σπείλαιόν ἐστι λιβηθρίων: *Abest à Coronea stadia ferme quadraginta mons Libethrius. Signa in eo Musarum sunt, & Nympharum cognomine Libethridum.*

3. MEO.] Positus in hac particula magnus affectus amoris. Sup. *meus ignis Amyntas.* Ouid. in Ep. Æsonides dixit: *quid agit meus.* Horat. 4. carm. *Mecœnas meus.* Sappho apud Ouid. *me miseram, dixi, quam modo pæne meus.* Frequentissima sunt in Plauto, *meâ lux, meum vita*, & sexcenta alia. Meus ad notam amoris.

4. FACIT.] Vide illud: *Pollio & ipse facit noua carmina.*

5. SACRA.] De pinu ita Arnob. lib. 5. *Pinus illa solemnizet, quæ in Matris inferior sanctum Deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Atys virum, demessis genitalibus, abstulit: & quam memorant Diuam in solatium sui consecrasse mœrores?* Ab hac historia quæsitum epithetum Poetæ. Nisi velis confugere, & pores, ad communem tutelam Nympharum latentium sub arboribus. Pinus cur sacra.

6. PENDEBIT FISTVLA.] Adumbratur versus Homericus Odyss. 8. κρεμάσθη δὲ ἐκ πασσαλόφιν κρέμασεν φόρμιγγα λιγυφθόγγων: *suspendit autem è palo citharam stridulam*; attingit verò solemnem morem. Qui ab aliqua arte discedebant, eius instrumenta Diis suspendebant, sacrabántque. Adhibebo exempla in Cantoribus plusculà, quia de his Poeta, in Militibus, Gladiatoribus, Piscatoribus. Nuptis singula. De primis hîc Poeta, & Tibul. lib. 2. Attium instrumenta Diis suspendebantur.

Pendebatque vagi pastoris in arbore votum

Garrula sistheris fistula sacra Deo. Horat. od. 26. 3. carm.

NOTÆ.

1. OBSERVA primùm, vt respondeat Thyrsis Corydoni in hoc amœbeo. Inuocat prior Nymphas Libethrides, posterior pastores Arcades: prior extollit versus Codri, irridet posterior: exorsat prior sententiam suam cognitione antiquitatis (quam postea aperiam) de pendente fistula, opponit huic posterior morem alterum de baccare. Sed victoria procul dubio prioris est, qui Codri sui versus egregiè laudat, atque ex comparatione Phœbi diuinos facit; & aspirare ad illius Musam contendit, non secus atque ad Phœbum ipsum totius cantilenæ præsidem. Quæ hac maior laus? Huic tantæ laudi posterior irrisionem suam opponit: sed, si non frigidam (& hoc fortasse) certè vulgarem. Addo, longè aliud esse ad victoriam, inuocasse Nymphas, non pastores; laudasse, non vituperasse; illud candoris est, istud malitiæ.

Libethrides Nymphæ sunt, no Musæ.

2. NYMPHÆ LIBETHRIDES.] De Libethro fonte lege Seruium. Sed cur huius fontis dicuntur, non Musæ, sed Nymphæ? Notat Lilius 5. Syntagmate Historiæ Deorum, & peculiari alio de Musis, Nym-

C

D

E

UVA. BHSC. BU 00239

Nunc arma, defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit.

Nemes. 1. Ecl. *Iam mea ruricola dependet fistula Fauno.* Statius quoque 4. Sylu. in Epist. ad Marcellum ait, finita Thebaide suspendisse vittas poeticas ab arbore. De Militibus lib. 6. Epig.

Κυμβίας, θώρηκα, σάκος, κόρυν, ἔγχος & ἀσπίδα.
Fœtus & Temesæus Gallus & Execestus:
Rufus, Gellius Tembiades suspendit Minerua ocreas, thoracem, scutum, galeam, hastam. De Gladiatoribus exemplum sustinet Veianius apud Horat. lib. 1. Ep. 1. De Piscatoribus lib. 6. Ep.

Νῦν σοι ὁ τοῦλα Βασιλ. ἁλιεύεται χάλυς
Ἀτίζημος κεφαλῇ & μικρὸν τεγομένῃσι:
Rex maris, & solida dominator maxime terræ
Hanc tibi ego Cranius dedico nauiculam.

De nouis Nuptis, in lib. Epig. Ἀρτέμιδι ζώνην ἀνθετο κοῦλιδων: *Dianæ Zonam dedicauit Calliroe.* Aliarum artium artifices prætermittō, ne turgescat hæc Nota. Qui multa volet, adeat lib. 6 Epig.

Poetæ coronabantur hedera. 7. Hedera.] Nam ex hac coronæ Poetarum. Horat. 1. od.

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dis miscent superis. Et Iuuen. Sat. 7.
Qui facis in parua sublimia carmina cera,
Vt dignus venias hederis, & imagine sacra.

Attingit sæpe Ouidius. Nunc mihi ante oculos tria loca. Nam 3. Artis, & 3. Amor. Eleg. 8. & 1. Trist. Eleg. 6. hederam Poetis assignat. vide illum. Ad hederam adiunge Laurum. Expresse hoc Isacius in Cassiand. Lycophronis, vbi ait, vaticinos omnes ad ædem
& lauro. dum vaticinium solitos lauro coronari, χρησμολόγοι & μάντεις σεφανοις δάφνης φορῦντες. & addit rationē hanc, ὡς δενδρέων εὐῶν & τὰ φυλλα, δάκξυσιν: *quia hæc planta semper est viridis, & mala auertit.* Imò ad hanc rem traducit ille fabulam antiquorum, qui dicebant, solitos laurum comedere vaticinaturos. Non sic est, inquit ille, sed potiùs hoc inuoluero signatur corona. Inde obiter capies locum Tibulli Eleg. 6. lib. 2. Lege illum. Pergo. Est etiam inter Fragmenta Petron. *Calliope doctis dat laurea serta poetis.* & Papin. lib. 4. Syl. lauros Poetarum signanter vocat imbelles, vt discriminet contra lauros Imperatorum.

Felix curarum, cui non Heliconia cordi
Serta, nec imbelles Parnassi è vertice laurus.

ibidem: *& amantes carmina laurus.* Claud. de laudibus Herculis:

—laurisque gerens, & florea sertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum.

Quæ exempla addi possunt his, quę Germanus coniunxit, nam sunt, qui negent, non reperiri in bonis auctoribus Poetas olim lauro coronatos, vt hedera.

Hedera cur præmiū poetarum. Sed quæ ratio hederarum? Seruius ad Bacchū confugit. Nam Poetæ insani habentur, & Bacchus Deus est insanientium. Sed non grauabor adducere versus Alciati ex Emblem. 104.

Haudquaquam arescens hedera est arbuscula, Cysso
Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt.
Ertabunda, procax, auratis fulua corymbis,
Exterius viridis, cetera pallor habet.
Hinc aptis vates cinguntur sua tempora sertis,
Pallescunt studijs laus diuturna viret.

Poetæ, cur coronati. Addam hic quidđ non vulgare, cur videlicet Poetæ coronati inducerentur siue lauro, siue hedera: Ratio hæc est. Putabant veteres, cæleste ſtatim numen inspirare vates corona capiti imposita. Qua de re ita Eunapius Sardianus in vita Chrysantij: *Corpus in motu ita illis fuit agile, vt sidem omnem superaret, planēque tuxta Poetas in sublime raptum efferretur. Tanta vero cum Numine illi erat affinitas, & cognatio, & quidem*

A *ex promta atque obuia, vt capiti corona imposita opus non esset: sed oracula vera, & ad genuinam afflati Numine spiritus speciem conformata, Solem tantum spectans funderet, quamquam nec versuum legem scirret, nec dum Grammaticæ præcepta calleret. Ita Deus omnia in illo agitabat.* Huc videtur spectasse Ouid. 2. Fast. apud quem Arion cantatirus *capit coronam.* Ac mox cecinit, quæ nunquam desinet admirari posteritas. Papinius, & alios, qui imposita corona, statim afflabantur, alij coniunxerunt.

8. Arcades.] Quis nescit Arcadiam abunda- Arcadia ferre pastoribus, pastionibus, pecoribus? Pind. od. 6. Olympp. ευμήλοιο Ἀρκαδίας: *pecorosæ Arcadiæ.* Auctor hymni in Mercur. Ἀρκαδίης πολυμήλα: *Arcadiæ diuitis pecorum.* Homerus 2. Il. Orchomenum locum Arca-
B diæ πολυμηλον quoque vocat.

9. Rvmpantvr vt Ilia.] Arripuit aut à Tullio, qui ad Q. Fr. *malis rumpebar.* Aut à Catul. qui: *—omnium Ilia rumpens.* Ab his alij. Nam Propert. *rumpantur iniqui.* Mart. *Rumpitur inuidia.* Horat. *Rupit Hyarbitam Tumagenis æmula lingua.* Omnes adhuc à Græcis. Nam Demosthenes, διαῤῥαγῶσι τίνες. Idem de Corona, διαῤῥαγῆς ὑδὲ δύνῃ &. Chrysost. Orat. 3 1. διαῤῥαγῶσι κελεύοντες. Et Orat. 40. ἀκούοντες διαῤῥήγνυντο. Basil. de homine irato Orat. κατ' ὀργὴν ζωμὸ ἑαυτὸ διαῤῥηγνύοντα seipso rumpitur. Liban. in Progymn. οἱ Σάκαι & ἐῤῥήγνυντο: *vt inuidia rumpebatur.* Certum est autem sermonem hunc duci ab Oratoribus. Rumpi, vox oratoriæ.

10. Vltra placitvm lavdarit.] Laudare vltra placitum, est, nimiè, atque irrisorie laC dare, & vltra quàm placeo, & mereor. Ita Seruius. Ex hac laude ait Virgilius prouenire fascinum, & ideo parandum esse baccar, vt amuletum. Faciunt verbà Plin. lib. 7. c. 2. *In eadem Africa familias quasdam esse fascinantium Isigonus, & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes.* Vides, vti ex laude prouenire fascinum. Faciunt etiam verba Seruij P. Daniel. *Quicquid vltra meritum laudatur, dicitur fascinari.* Præclare itaque ad mentem Virgilij facit Nota illa, quæ in multis iam obuia. Qui alium laudabant, addebant Præfiscine. hanc voculam *præfiscine*, vel *præfiscini*, id est, *fine fascino*, Græcè ἀβασκάντως. quo testabantur, se laudare alios non animo fascinandi, & cum liuore; sed candiD dè, & syncerè. Titinius in Setina, cùm inducat quendam dicentem: *Paula mea, amabo.* subdit alius: *Pol tu ad laudem addito præfiscini, ne puella fascinetur.* Ex eodem more Plaut. Rudente Act. 2. seruum Sceparnionem, cui bene res succesſerat, ita inducit loquentem: *Vi sine labore hanc extraxi præfiscine.* id est, explicatore Lamb. Quàm minimè laboriosè extraxi vrnam ex puteo! Ab sit verbo inuidia, ignoscat mihi Nemesis. Timebat videlicet, ne ex laude sua aliquid sibi mali immineret. Bene autem aduertit Germanus quod Poeta *vltra placitum laudare*, Platarchū dixisse αυτοφάλτως πως χαίρειν τῶν ἐπαίνων, & συνεπιφθονεῖν: *præter animi sententiam collaudare, & suffragari.* Quod ad assentationem pertinere deinde Plutarchus oE stendit.

11. Baccare.] Indicat hic Poeta baccari ineſse Fascinatio ex laudibus. vim contra fascinum. Meminere multi, sed omnes ferme innixi auctoritate Virgilij. Eam esse herbam Baccar contra fascinum. coronariam hic Poeta ait, & Dioscorides lib. 3. c. 44. *Baccaris herba fruticosa, qua in coronas additur.*

12. Mala lingva] Hoc clare à Catullo, qui Malus de fascino. ad fascinum quoque detorsit: *—nec mala fascinare lingua.* Idem de inuido, quod penè idem: *Ne quis malus inuidere possit.* Et incertus Poeta: *Effundit mala lingua virus amarum.*

UVA. BHSC. BU 00239

Cor. [a] Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.
Thyr. [b] Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis
Exspectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.

ARGVMENTVM.

Offert Corydon venatrici Dianæ caput apri, cerui cornua, promittitque eidem venatorios cothurnos: Thyrsis pan-sse suo Priapo lac, & liba, & maiora, suppetente fœtura.

EXPLICATIO.

[a] O Diana, Mycon paruus (credibile, hunc puerum fuisse Coridonis in delitiis, vt etiã Alexin) suspendit in honorẽ tui hoc caput apri, hæc cerui cornua; quod te propitia feliciter venatus fuerit. Si hoc proprium, id est, perpetuum fuerit, faciat te Mycon ex marmore, stabisque euincta vsque ad suras cothurno, qui habitus venatorius est.

[b] Respondet alter. Satis est ô Priape exspectes à me sinum (est hoc vas) lactis, & liba hæc, quæ vides. (Ratio, cur tam parua offerat) quia custodis hortum pauperem. Quasi dicat: Pauper sum adhuc, & modicus mihi hortus. Pergit. Feci te pro tempore ex marmore, faciam proculdubio ex auro, si fœtura gregem suppleuerit. Quod sic capio. Acceperat pastor incõmodum, & diminutus fuerat numerus ouium. Igitur optat, vt nata soboles reducat gregem in pristinum numerum, & suppleat quicquid acceptum fuerat incommodi. Reccîn à Seruio in vtroque terrastricho, videlicet in illis: si proprium hoc fuerit. &, (si fœtura gregẽ suppleuerit,) Et in primo secutus sum Gulielm. Modicium.

NOTÆ.

1. ROGES, cuius sit victoria in hoc amœbeo? Corydonis. Nam in primis est in eo cultus veri Poetæ, præsertim in Epithetis. Aper sętosus est, cerui viuax, cornua diffusa in ramos, marmor leue, cothurnus puniceus. Horum omnium ieiunus est Thyrsis. Deinde Mycon apud Corydonem offert caput apri, caput cerui; Thyrsis, cum his duobus duo item opponat, sinum lactis, & liba; nihil Priapo offert, sed ait tantùm, vt exspectet. Dices, extrema pro Thyrsi faciunt. Nam Corydon sic. Lignea es Diana, faciam te ex marmore. Thyrsis verò maiori pollicitatione. Marmoreus es Priape, faciam te ex auro. Imò hoc ipsum stat pro Corydone, nã tertia & præcipua eius victoria posita est in summa prudentia orationis. Nam quid prudẽtius ea oratione, qua venatrici Deæ dicantur venatoria munera, & promittitur habitus venatorius? Quid verò imprudentius ea oratione, quæ promittit statuam ex auro, vbi præsertim est modicus grex. Hæc mera fuit, & inanis iactãtia, imò amens, & tantum fusa studio vincendi.

2. SETOSI CAPVT HOC APRI.] Morem fuisse venationis, vt ex iaculis confixo grege præmiũ, caput ferę, redderetur Dianę, ex Eustathio monet Germanus. Et ego ex Interprete Aristophanis in Pluto, ita scribente, ἐῷ ὦ, ὡς θηρῶν τὰς πνα ἄγειν μέρος ἢ πῦρ θηρεύοντα, κεφαλὴν, ἢ πόδα, ἀφροντιστῶ παντάπασιν ὅτι πν ἢ δένδρου, ἐστ αὐτῶν τῶν ὕλων ἀφῆς πρῶτ τὰς ἀρτέμιδος: *Consuetudo fuit venatoribus partem prædæ, caput, aut pedem eluo affigere ex quapiam arbore in sylua ipsa in honorẽ Dianæ.* Eundem morem firmat Poeta ipse in 9. ore Nisi ad Lunam, quæ eadem cum Diana.

—*si qua ipse meis venatibus auxi,*
Suspendive thalo, aut sacra ad sastigia fixi.

Et signatissimè Symmachus Epist. 66. lib. 5. ad Olybrium, & Probinum: *Honori Numinũ datur cornua sacrare ceruorum, & aprinos dentes liminibus affigere.* Et Manil. lib. 4. —*postes ornare superbos*
Pellibus, & capitas domibus consigere prædas.

Ex eodem more Dio Chrysost. Orat. 1 δέρματα ἱερείων κρεμάμενα: *Coria victimarum pendẽtia.* Et Ouid. 12. Met. —*vouisti cornua cerui.* Plutarch. quoque ἐν ῥώμ. ita quærit, διά τι πῶς ἄλλοις ἀρτεμισίοις ὀπισθεν ἑλάφου κέρατα προσαπτ. δίκαι, τῇ ἐν Λευτίνοι, Σῶν: *Cur reliquis Dianæ fanis soleant ceruorum cornua affigi ei, quod in Abentino est, boum.* Iuuat demum Liuius, qui lib. 1. *Bos in Sabinis nata cuidam patri familiæ dicitur mirãda magnitudine, ac specie: fixa per multas ætates cornua in vestibulo templi Dianæ, monumentum ei fuere miraculo.* Mos idem seruatus in hominibus, qui sacrificarentur Dianæ. Ammianus enim lib. 22. in longissima Thraciarum descriptione: *Dũs hostiis litantes humanis, & immolantes aduenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orsiloche, cæsorum capita fani parietibus præfigebant, velut fortium perpetua monumenta facinorum.* Non hinc abit historia Manetis, cuius meminit S. Cyrillus Hierosolymitanus de Monarchia Dei Catechesi 6. & ego hîc vel in contumeliam hæreticorum. Maneti itaque Rex Persarum iussit cor ium detrahi, atque interna viscera bestiis cùm deuorãda tradidisset, cutem, qua tanta improbitas continebatur, tãquam vtrem, ante portas suspendi iussit. A quo non abit historia Cambysis de interfecto Sisamne, quam lege apud Herodotum lib. 5. Redeo. Demum, cuique Deo ea dicabantur, quibus ipse præesset. Eumen. in Paneg. *Etenim si bello parta Marti dicantur, si mari quæsita Neptuno.* Sed vti hic mos sæpe immutatus, lege Godescalcum in c. 7. lib. 2. Vegetij.

Dianæ sacrificati hominis.

3. DELIA.] Sic dicta Diana à Delo, vbi nata. Fuit Dea venationis. Tertul. *Martem, & Dianam virisque ludi præsidem nouimus.* id est, gladiatorij, & venatorij. Græci ideo vocant κυνηγέτιδα, θηροκτόνον, θηροφόνον, *venatricem, fericidam.* Anacreon cum illa ita loquitur,

Diana Dea venationis.

Τινὰ θέλεις σ' ἐλαφηβόλε
Ζαυθὴ παῖδὸς, ἀγρίων
Δέσποιν' ἄρτεμι θηρῶν;
Ceruorum iaculatrix,
Et flaua proles Iouis,
Ac domina ferarum
Diana tibi supplico.

Venatores partem prædæ dabant Dianæ.

Pausan. lib. 6. scribit, hanc Deam à cęruorum venatione appellatam Elaphiæam. Et in Achaicis templi meminit, in quo sit Diana sagittas iaculãs. Et in Arcadicis Deam ipsam cerũina pelle velatam describit pendente ex humeris pharetra.

4. RAMOSA.] Quia effornata instar ramorum. Plin. lib 11. c. 37. *Lusit natura animalium armis: sparsit hæc in ramos, vt cęruorum, &c.* Et lib. 8. c. 32. de cornibus cęruorum loquens ait: *indicia quoque ætatis in illis gerunt,*

Ramus de cornibus cęruorum.

UVA. BHSC. BU 00239

gerunt, singulis annis adiicientibus ramos. Et c. 34. de Tarando: *Caput maius ceruino, nec absimile, cornua ramosa.* Opp. 2. Cyn. ceruinum cornu vocat ἔρνος & *germen, ramale.* variabis hanc rem dupliciter, nam in ea explicanda alij vſi ſunt nomine *cuſpidum*, alij *arborum*. De cuſpide Nicander θηρ. ἑλαφοιο πολυλλοιτιμε κεφαλω: *Cerui caput multarum cuſpidum.* De arbore, Virg. 1. Æn. *cornibus arboreis.* Ariſtot. lib. 3. Hiſt. c. 9. hanc ceruorum in varios ramos ſparſionem ita extulit, κέρατα πολυκλάδη. Hominis manus eadem metaphora illuſtrauit Alcimus Auitus lib. 1. de Mũdi Origine: *— ramoſas poſt brachia fortia palmas.* Et Gaza humanas venas, nam ſæpe vertit in Ariſtotele, eas in ramos ſpargi.

Cuſpis de cornibus ceruorum. Arbor de cornibus ceruorum.

Ceruorum vita longiſſima.

5. VIVACIS.] Mutuatur Seneca in Oedipod.

Quid Cadmei fata nepotis
Cum vivacis cornua cerui
Frontem ramis ſtruere nouis.

Celebratur autem Poetis ceruorum vita, vt longa. An verò ita ſit longa, vt illi volunt, adhuc ſub doctorum lite. vtcunque, eius rei crebra eſt mentio. Oppian. 2. κυν.

Ζωεσι δ' αὖ τ' ἔλαφοι πολὺν χρόνον, ἀτρεκέως ϛ'
Καθρόσαν χροιὴ μὲν ἐοικότι τελεχόφοινον:
Viuit ceruus longum tempus, verèque
Hominum genus ipſum celebrauit, quod quatuor
cornicum ætates aquet.

Ceruina ſenectus, adag. Marmoreæ ſtatuæ.

Versus Auſonij de eadem re vbique obuij. Iuuen. Sat. 14. *Iam torquet iuuenem longa, & ceruina ſenectus.*

6. PROPRIVM.] Significare idem quod perpetuum, alibi firmo.

7. MARMORE.] Statuæ ex marmore olim in pretio, & præſtatæ alij materiæ. Athen. lib. 5. infert Veneris ἀγαλμα μαρμαρεον: *ſtatuam marmoream.* Petron. Satyr. *Veneriſque ſignum marmoreum.* Copia exemplorum in Pauſania eſt. In Attic. Hadriani Imperatoris ſtatuas dat ex Ægyptio marmore, & Perſarum ex Phrygio, &c.

ἀνδριάντες.

8. TOTA.] Videtur Poeta omnino locutus ad diſcrimen ſtatuarum, quas veteres vocarũt ἀνδριάντας: erant hæ ſuperiore tãtum parte effigiatæ, & humerorum tenus, non toto corpore. Talem Mercurij ſtatuã exhibuit Alciatus Emb. 8. *Truncæ Deorũ effigies, &c.* Tales fuiſſe auorum imagines, quæ in atriis ſeruabantur, certum. Inde ſignatè dictum Plin. lib. 35. *expreſſi vera vultus.* Lege Liſ. in Elect. Virgilij mentem Seruius cepit, qui ſic: *Tota, quia ſolent plerunque caput tantum, vel thoraca facere.* Non verò videtur rectè diſcriminaſſe Rhodiginus lib. 2. c. 11. nec alij, à quibus ipſe accepit, cùm ſcribit: *Regum andriantes habentur, ſicut Deorum crediuntur Idola, heroum Xoana.* Nam hoc non perpetuum. Fuit enim ſtatua Mercurij in triuiis ἀνδρειὰς, vt planè docent antiquarij.

Cothurni punicei.

9. PVNICEO.] Hic verſus ſimilis illi Æn. 1. *purpureoque alte ſuras vincire cothurno.* Et vterque de habitu venatricis, hîc Dianæ, ibi Nymphæ, ſub qua Venus latebat. Vide ibi. Val. etiam 1. Arg. dixit: *puniceo cothurno.* Et Nonnus 18. Dionyſ. ἐρεβίβωτη κοθόρνῳ.

Sini etymõ.

10. SINVM.] Græci κόλπον vocant; Latini literam commutatũt, ſic quoque ipſi Græci, vt apparet in vocibus, δόλπα & δόγμα. Monuerũt hoc Germanus, & Turnebus. Addit poſterior, fuiſſe hoc vas ventre tumido. Potuit deducere à Varrone, qui ſic dictum à cauitate vult, quaſi ſinuoſum, & cauum. Et quidem Græcis Commentatoribus hoc vas definitur inferiore parte φερομένου rotundum. quod notauit Henr. Stephanus. Rectè autem Poeta illi dat lac, nam hic eius vſus apud paſtores. Columel. lib. 7. c. 8. *Minimè coagulum recipit ſinum lactis.*

Semideis quæ ſacra fierent.

11. LACTIS, ET HÆC TIBI LIBA PRIAPE.] Illuſtrat hoc Liſ. 2. Lect. Ant. c. 18. Dij agreſtes, minores, & ſemipagani, qualis erat Priapus, non victimis, & vino placabantur: ſed lacte, libo, frugibus. Inde Varro: *Semonibus lacte ſis, non vino.* Sic legit Liſius. Et Priapus ipſe apud Catul. iubet ſiſeri, quod ſibi villicus ſacrum hirco feciſſet, & capella, ne Dij alij inuiderent honorem hunc extraordinariũ. Verſus Catulli ſunt:

Sanguine hanc etiam mihi (ſed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus, cornipeſque capella.

Sic Cuninæ, & Ruminę, vtpote Diis Semonibus, lacte tantùm fiebat ſacrum, non vino. Et de poſteriore Plutarchus quoque tradit in Romulo, vbi malè Rumilia legitur. Prudentius contra Symm. de eodem Priapo loquens: *Sinum lactis, & hæc votorum liba, quotannis Accipit.*

12. EXSPECTARE SAT EST.] Non hinc abit Iuſſus Eratoſthenis in Græcis Epig. quem ſic vertit Alciatus:

Bacche bibax Xenophon cuppam tibi donat inanem:
Quam cape fronte hilari, nil habet hic aliud.

Habet etiam hic locum ſententia Iſocratis ex Areopagit. ὡς δεῖ τὰ ἴδια ἀρίστους, ὅπως ἂν ἄριστα διοικῶνται. *Ea ſingulis mandanda, quæ cum ratione rei familiaris eorum congruant.*

Priapus cuſtos hortorum.

13. CVSTOS HORTI.] Tibul. lib. 1. El. 1.

Pomoſique ruber cuſtos ponatur in hortis,
Terreat vt ſauas falce Priapus aues.

Auctor Priapi: Sed ruber hortorum cuſtos. Idem hemiſtichium Ouidius habet. Libro 6. Epig. dicitur hic Deus ἀγροφύλαξ.

14. NVNC TE MARMOREVM, &c.] Multa ſunt aliorum loca, ſimillima cum ſententia horum duorum verſuum. Do primo loco Plautum in Aulul. apud quem ſeruus, ſi aulam inueniat, ita promittit:

— ſi repperero ô fides
Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.

Deinde Silium lib. 7.

— hoc tibi Diua
Interea velamen erit: ſi pellere noſtris
Marmoricam terris nubem Aabis, omnia in auro
Preſſa tibi varia fulgebit gemma corona.

Hæc duo remotiora, proximiora quæ ſequuntur ex Theocrito, & Auſonio Græcus εἰδ. 10.

Αἰβέ μοι ὦναξ ὅττα Κρόνου παῖς φαντὶ πατᾶξαι,
Χρύσιοι ἀμφότεροι κ' ἀνεκείμεθα τᾶς ἀφροδίτας:
Vinam haberem tantas opes, quantas aiunt Cræſum
olim habuiſſe,
Tunc aures ambo Veneri conſecrati ſtaremus.

Latinus ad Valentinianum:

Nunc te marmoreum pro ſumtu fecimus: at cùm
Auguſtus frater remeauerit, aureus eſto.

15. PRO TEMPORE.] Huic locutioni reſpondẽt Græcæ iſtæ ex Nota Germ. ἐκ τῶν παρόντων, τὸ παρὸν, ἀπὸ παρόντων, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων.

16. AVREVS ESTO.] Putat Eraſmus alluſum ad veterem parœmiam, *Aureus in Olympia ſtato.* Lege illum.

Cor. Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cycnis, hedera formoſior alba,
Cùm primùm paſti repetent præſepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.

VVA. BHSC. BU 00239

Thyr. Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior ruſco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.

ARGVMENTVM.

Corydon laudatam priùs Galateam ad conſortium inuitat in eam noctem: Thyrſis, niſi hoc idem vehementer cupiat, diras ſibi, & odium eiuſdem Nymphæ imprecatur.

EXPLICATIO.

EXPLICABO omnes octo verſus. Poſt oblata Diis munera ſunt iam in amoribus, quę materia creberrima in re ruſtica. Vterque cupit Galateam, & vult dare teſtificationem amoris ſui erga illam, inuitatque ad eam noctem: ſed longè alia illicièdi, & inuitandi ratio. Prior narrat ſe totius diſſiluit amoribus, & poſt effuſam laudem triplicem petit, vt cùm à paſtu tauri redeant ad præſepia (eſt hæc periphraſis noctis aduenientis) ad ſe veniat: poſteriori. loquens cum eadem Galatea ſibi tres diras imprecatur, niſi verè putet eam diem, in qua eſt, eſſe longiorem anno: quib. innuit quàm ardenter noctem exoptet, qua ipſe poſſit frui Galatea. Inde in tauros inuehitur, quaſi ipſi lõgiſſima mora in paſcendo diem detineant, & qua paſtor ab tam cupito conſortio retardatur. Quæ hic deſunt petenda à Notis: tantùm enim in genere aperui mentem Poetæ. Verſus Thyrſidis à diuerſis alio modo, imò aliis, explicantur. Sed noſtra explicatio ita eſt commoda, vt nulla fortaſſe magis. Non verò otium ad alias aliorum refutandas.

NOTÆ.

1. VICTOR eſt Corydon: vt ſolet. Præcipuam victoriam pono in duobus primis verſibus Corydonis, vbi Galatea dicitur candidior cycnis, formoſior albenti hedera: quibus comparationibus procul dubio alluditur ad etymon Galateæ, quæ ſic dicta à candore lactis, nam γάλα Græcis lac eſt. Quaſi dicat Corydon: Tuus iſte candor lacteolus cycnos ſuperat, & albam hederam Thyrſis verò, cùm thymo dulci Hybłæ opponat ſatis feliciter herbas amaras Sardorum, deinceps non reperit, quid poſſet venuſtè opponere cycnis candentibus, hederæ albentitaque coactus inopia deflexit ad horridorem ruſci, ad vilitatem algæ: adeò ſciuit Corydon præoccupare, vt aduerſario poteſtatem ademerit, inueniẽdi tes contrarias. Nec tu fortaſſan nunc inuenias, etiamſi multum cogites, quid opponas pari venuſtate, & ita ſentices ingenium tuum deficere. Vtcumque ſit obſeruanda verborum, & ſententiarum oppoſitio inter hos paſtores. Corydon *dulcior thymo Hyblæ*: Thyrſis, *amarior herbis Sardoũ*. Ille, *candidior cycnis*: hic, *horridior ruſco*, iiſdem ſyllabis Ille, *hedera formoſior alba*: hic, pari ferè modulo, *proiecta vilior alga*. Ille, *paſti tauri*: hic, *ſaturi iuuenci*. Inde hic pudorem obiicit, qui ſequuntur ſaturitatem: ille monet, vt repetant præſepia, quod ſequitur paſtionem. Ille optat, vt dies trahatur: hic diem putat longiorem anno.

2. NERINE.] Galatea ea forma dicitur Nerine, id eſt, Nerei filia: qua Thetis à Catullo Neptunine, id eſt, filia Neptuni: *Te ne Thetis genuit pulcerrima Neptunine.*

Galateæ nomen in delitiis.

3. GALATEA.] Notat Erythræus, Poetas, cùm incidunt in Galateam, ſibi plurimum indulgere in ea deſcribenda. Firmat Homero, & Heſiodo. Addo Philoxenum apud Athen. lib. 1. qui illam vocat ἁρμόζοντα. Inde Ouid. 2. Am. El. 11. vbi Galateæ commendat Corinnam nauigantem, tanquam formoſa curare formoſam debeat. Amores Galateę & Cyclopis ſcribunt Lucianus, Ouidius, Theocritus: Galateæ verò, & Tritonis Sidonius Apol. in 1. Epithalamio. Sed cùm multi eius pulcritudinem exornauerint, qui Poetam æquet, non facile inuenies. Adeò hic princeps ſupra omnes à Theocrito in Cyclope comparatur cum candore caſei, cum mollitie agniculi. Ouid. 13. Met. in ea laudanda nullus finis. Martialis lib. 1. Epig. 116. cum reſpectu ad vatem: *Tuo cãdidior puella cycno, argento, nive, lilio, ligуſtro.* Et lib. 5. Epig. 38. *Puella ſenibus dulcior mihi cycni.*

4. THYMO MIHI DVLCIOR.] Loquitur cum reſpectu ad apes, quibus dulce eſt thymum.

5. HYBLÆ.] Oppidum Siciliæ, vulgo Auola, quaſi Apola, aut Apiola, ab apibus. Strabo lib. 6. *Enumerum ciuitates illæ, vnius Hyblæ nomen manet διὰ τὸ ἀρετὴν τ ἐλαίυ μελίτ@, propter præſtantiam Hyblæi mellis.* Tota mellis huius præſtantia ab thymo eſt, quod in Hybla odoratiſſimum. Hybla.

6. HEDERA ALBA.] Nam videlicet duplex hedera: alba, de qua hic; nigra, de qua 2. Georg. Hedera duplex, alba, & nigra.

— atque hederæ pandum veſtigia nigræ. Notat Delrius, hederam albam Plinio dictam, fœminam; ſicuti nigram marem. Tu hinc Poetæ proprietatem elice, qui fœminam Nympham comparauit cum hedera fœmina. Hederæ albæ Galen. meminit lib. 9. de compoſit. Pharmacor. c. 2. & Iulius Firmicus c. 7. de profanis religionibus ad Conſtantium, & Conſtantem Augg.

7. VENITO.] Notabis hanc eſſe amantium formulam, qui ſe hoc verbo blande ſolent inuitare. Ouid. 1. Am. Veni, expẽnu amanniũ.

Ante veni quàm vir, ne quid, ſi venerit ante,
Poſſit agi: video, ſed tamen ante veni.

Iterum Eleg. vlt.

Quid dignus opus eſt graphium laſſare tenendo?
Hoc habeat ſcriptum tota tabella veni.

Penelope ad Vlyſſem: *Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.* Nemeſ. 4. Ecl. *Huc Mauor formoſa veni, vocat æſtus in umbram.* Non cauerunt Græci (nam Latinos multos prætereo) blandimẽto ſimili. Sappho ad Venerem, ἀλλὰ τῆ δ' ἔλθε: *Sed tu huc veni.* Iterum, ἔλθε μοι τ νῦν: *Nunc mihi veni.* Syneſius epiſt. 139. ἔλθοις δ' ἐν φιλίαις ψεφαλῆ: *Veni igitur cariſſimum caput.* Æſchin. Epiſt. 5. ἀρίκιοι πᾶσ ἡμᾶς ποτὲ.

8. SARDOIS HERBIS.] Conſentiunt Interpretes hanc herbam eſſe eam, quæ naſcitur in Sardinia, Apiaſtro ſimilis, quæ comeſa hominum rictus interdum dolore contrahit, interdum diducit, vt quaſi ridentes moriantur: illa enim aut compreſſio, aut diductio labiorum ſpeciem riſus exhibet. Meminere multi, in primis Eraſm. Chil. 3. Cent. 5. cap. 1. Quibus quid addenduм? adeò illa multa. Addam tamen à me, tum verſus illos ex oraculo Sibyllino, qui leguntur lib. 1. Sardoæ herbæ.

Non flebis paſſim duriè rideris inepti?
Sardonium riſum ridebitis, horrida quando.

Tum Dionem Chryſoſt. Orat. 32. quem ille non legit, τῶν γ᾽ὡς βοτάνων ἀκονάβατ, γίνῳ σαρδόνιον τὸ καλούμενον, ἢ γέλωτα μᾶλ ποιεῖ. γελᾶσι δ᾽ ὑ τὰ τοιαῦτα ὑ ἐπ᾽ ἀνθρώπ. De herba

VVA. BHSC. BU 00239

herba vtique audisti, quam Sardonion vocant, quæ risum
idem facit, sed molestissimum, & pernitiosum. Et Orat. 80.
idem prouerbium vsurpat, attribuitque voluptati,
adducam integra quia ea non minus vim adagii ex-
plicant, quàm omnia Erasmi exempla; sit verò satis
audire Interpretem. *Prima enim Domina, opinor, ad*
vnamquamque pariem voluptatis est, sua quidem aliquis,
& hostilis, & insidiosa aspectui cunctis tamen, atque Sar-
donium quiddam subridens accurrit, strictque vincula iuxta
suum naturam, florida molliaque primum, quibus par
est, vincirí Reges, aut Tyrannos, & omnes, quicunque
beatorum dicuntur filij. His autem sanctis nihil, neque ma-
gis inhæret, aut constringit. Sicuti neque Nonnum lib.
20. qui vsurpauit idem prouerbium versu isto, *τοῖος*
δ' οἷον γελάσῃ φιλοκέρτομος, ἰαχέι σωλῆι: Sardonium ridens,
mordacem emisit vocem. Addam etiam Erasmo verba
illa Plin. lib. 20. c. 11. *Apiastrum Hyginus quidam mel-*
lisophylum appellat, sed in confessa damnatione est ve-
nenatum in Sardinia: de hac herba accipienda esse In-
dicium facit Paulæan. qui in Phocicis loquens de Si-
cilia, *ἡ πόα δὲ ἡ ὀνώδης & σπλῆνα μὲν ἰσχὺν ἔχει ἐμφερῆ.* Quod
enim Plinius dixit *venenatum*, Pausan. ὀλέθριον,
quod ille *Apiastrum*, hic, *σπλῆνα ἐμφερῆ*. An est
aliquid aliud Apiastrum, quam, simile apio? Dio-
scorides quoque lib. 2. scribit, hanc herbam ab in-
colis vocari *agreste apium*, id est, Apiastrum. Admo-
net verò rectè Germanus hanc herbam eandem es-
se, quæ Latinis *Ranunculus* dicitur, & Apuleio *sce-*
lerata. Idipsum Had. Iun. qui addit, dictam quoque
Strumeam, à medendo strumæ. Sed qui vellet copiam
nominum, quibus hæc herba afficitur, legat Apul.
lib. de virtutibus herbarum cap. 8. De formis verbi
notat Erasmus reperiri in auctoribus has voces,
Sardonium, Sardanium, Sardium, Sardoum, Sardonicum, Sardinicum, Sardinicum. Quibus adde, *Sardus, a, m.* ex No-
ta Delrij in cap. 10. Solini. Et ex mea *Sardinius* apud
Claudian. de Bel. Get.

Ruscum. 9. HORRIDIOR RVSCO.] Defluxit à Latina
vox Hispana, Germanica, Gallica, omnes enim ap-
pellant bruscо. Est verò propriè myrtus syluestris,
vt scribit Dioscorid. lib. 4. cap. 141. & sequuntur
omnes. Ideo Poeta cum hic dicat, *horridior brusco.* in
3. ait, *densis hastilibus horrida myrtus*, afficiens eodem
epitheto & *μυρσίνῳ, & ἀγρίαν μυρσίνῃν*, siue ὀξυμυρσί-
νῳ, vtroque enim modo Dioscorides indigetat.

Proiecta vilior alga, adag. 10. PROIECTA VILIOR ALGA.] Adagij forma
est ad signandam rem abiectam. Horat. 2. Serm. *Et*
gemes, & virtus, nisi cum re, vilior alga. Prudentius in

A Peristeph. hym. 10. *algis vilibus.* Sed quare Poeta in
sua forma addidit *proiectæ*? Illum sic explico. verè al-
ga vilis est, non vilis, cùm est in medio mari, expe-
titur enim, & quæritur ad tincturas. Inde Græci *πο-*
λίον nominant tam fucum ad tincturas, quàm al-
gam. & Plin. lib. 26. c. 10 & 12. algam ipsam vocat
fucum marinum, reddens Græcum *φῦκος θαλάσσιον*. Et
vide an in pretio, cùm dicat Aristot. lib. 6. Hist. c.
13. nonnullos putare, marinas purpuras pasci alga,
& inde trahere pretiosissimum colorem. Deinde
Diosc. & Plin. inter theriaca numerant, vterque ex
Nicādro. Prior *ἀπὸ φύκ. Νικάνδρου δ' ὑπὸ καὶ θηλαίαν.*
Posterior lib. 32. c. 6. *algam maris theriacam esse Nican-*
dri tradit. Idem scribit Galen. lib. 14. Method. c. 17.
Tertiò, algosa loca maris commodiora sunt nutrie-
dis piscibus, & isti commendationem habent, si illis
alga sit cibus, quod expressè scripsit Aristot. lib. 8.
Hist. c. 19. Ergo in pretio est alga. Sed sciendum,
cùm ea tempestate abiicitur in littus, tunc nullum
esse, aut exiguū eius vsum. Ideo Horat. 3. Car. od. 17.

Alga an vilis.

—— cras solus nemus
Mollis, & alga litus inutili,
Demissa tempestas ab Eure
Sternet.

Itaque cùm proiecta ad littus, tum vilis à Virgilio,
tum inutilis ab Horatio dicitur: ac tum propriè lo-
cum habet prouerbium de re vili. itaque *vilior alga*
proiecta est, vilior alga illa, quæ ad littus tempestate
proiicitur. Ideo Festus: *Alga herba, quam mare ad lit-*
tus proicit. Et Apul. Apolog. 1. inter res viles ita
numerat: *Muscum, & algam, & cetera maris electamenta, quæ vbique littorum ventis expelluntur, salo ex-*
spuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur.
Et Nazianz. Orat. 28. vt de re vili loquens, ita ait,
κἀζήλωσεν μὲν, καὶ φυκίᾳ, καὶ κήρυξι, καὶ τῶν ὀστρέων τῷ
ἐλαφρότατι ἐξωθεῖτο, καὶ ἀπεπέμπετο. Lapilli, alga, buccinæ, & lenissima ostrea, exstrudebantur, exspuebantur. Loquitur
de se spectante mare ipsum. Paria scribit Calaber
lib. 6. Huic confine illud, *simo abiectior.* De quo Iu-
nius Cent. 2.

Lux pro die. 11. LVX.] Pro die. ita Ouid. in Epist. nocti op-
ponit:

Siue latet Phœbus, seu terris altior exstat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.

Symmachus Epist. 102. lib. 9. *brumalis lucis angustias.*
Idipsum notauit Vrs. ex Eurip. qui *ἡμέρᾳ*, id est,
splendorem, pro die posuit in Hecuba. Ennius quo-
que in Medea: *Si te secundo lumine hic offendero.*

45. *Cor.* [a] Musco si fontes, & somno mollior herba,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra,
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.
Thyr. [b] Hic focus, & tædæ pingues: hic plurimus ignis
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

ARGVMENTVM.

Consolatur Corydon commoda, & delitias agrorum; Thyrsis pastoralium tectorum.

EXPLICATIO.

[a] VELT pastor, vt defendant solstitialem calo-
rem à pecore fontes, herba, arbutus; fontes

E sua amœnitate, nam musco sunt: herba sua molli-
tie, nam mollior adhuc somno ipso, arbutus suo vi-
rore, sua vmbra; nam tametsi hæc rara, fontes &
herbam tegit. Subdit rationem cur tantopere cu-
ueat pecori. quia iam æstas venit calida, & feruida.
ac vere torrens: indicium verò aduenientis æstatis
sunt gemmæ vitium iam protuberantes turgentésque in palmitibus.

[b] Vagatus est Corydon suis versibus per agros,
& canit suo pecori: opponit illi Thyrsis commoda,

VVA. BHSC. BU 00239

quæ pastores ipsi, non pecora, capiant ex tectis, non ex agris. Sunt nobis (inquit) focus, tædæ, ignis semper plurimus: huius rei indicium postes ipsi, qui nigri præ fuligine. His tuti sumus à frigore, tuti à Borea, quem tametsi omnium asperrimum, tantum curamus, quantum lupus curat numerum ouium, quantum flumina curant ripas. id est, tantum contemnimus Boreæ frigus, quantum lupus contemnit numerum ouium, quantum ripas flumina. A

NOTÆ.

1. IN hoc certamine duo pastores pares esse videtur. Vterque commemorat commoda, prior agri, posterior tectorum. Vterque hoc commodum ponit in vtilitate, pro diuersa temporum ratione. nam ager in æstate pecus triplici re defendit à calore, videlicet fontium algore; mollitie herbarũ, vmbra arborum: tecta in hyeme defendunt à frigore homines triplici item re, nimirum foco, tædis, igni plurimo. Adde quæ piam non contemnen da ad hãc paritatem. Prior, *umbra rara*: posterior apertè opponens, *assiduæ fuligine*. Prior, *æstas torrida*: posterior, *flumina torrentia*. Prior, præter vtilitatem, quærit voluptatem in agris; nam fontes, herba, arbores iucundæ sunt: posterior hanc voluptatem constituit in foco tædis, igni. An est aliquid in summo frigore luculento igne iucundius? Multa hinc amputaui, ne viderer potius superstitiosus scrutator, quàm verus Interpres.

Muscus. 2. MVSCOSI FONTES.] Suspicetur aliquis primum verſum ductum ex Theocrito *eid.* 8. κεῖνα, ἁ ξοπέται γλυκερὸν φυτὸν: *Fontes, & herbæ, iucunda germina*. Est autem muscus vellus illud, quod in saxis adnascitur iuxta fontes, & loca humentia. Signate ad hunc muscum locuti sunt Calpurnius, Horatius, Catullus. Primus 6. Ecloga *saxa quibus viridis stillanti vellere muscus Dependet*. Alter in Epist.

— ego laudo ruris amœni
Riuos, & muſco circumlita ſaxa, nemuſque.

Tertius: *Riuus muſcoſo proſilit e lapide*. B C

Somno mollius, adag. 3. SOMNO MOLLIOR HERBA.] Somni delimentum, & blanditiæ magnæ sunt: inde, quicquid molle est, & blandum, somno blandius, & mollius dicetur, prouerbiali forma, vt hìc à Virgilio, vsurparunt alij. Theocritus *eid.* 5.

Ἢ μὰν ἁρπαλέος τε, καὶ ἁδὺς τᾷ δὲ πατησεῖς.
Αἰκ' ἐνθὴς, ὕπνου μαλακώτερος:

Certè hic pelles agninas, & lanas calcabis
Somno molliora.

Dio Chryſoſt. Oratione 3. vocat ὕπνον μαλακώτατον παντων: *ſomnum rerum omnium molliſſimum*. Antipater in Epiſt. μαλακώτερον ὕπνου: *mollius ſomno*. Id prius ſcripſeram, quàm vidiſſem prouerbium hoc adnotatum à Iunio cent. 3. num. 60. Quod firmat nouis exemplis. Nam Clemens lib. 2. Pædag. καὶ τὰς ὕπνου μαλακωτέρους ὑπὸς πεφεμπομένας: *valere iubentes lectos ſomno molliores*. Aduocat & hoc τάπητας ὕπνου μαλακωτέρους: *tapetas ſomno molliores*. Sed & Theocritus dixit, ὑπερῴρεις ὁ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνου: *ſuperpurpurei tapetes deſuper ſomno molliores*. Qui in Virg. explicant, *herba mollior ſomno*, id eſt, mollior ad ſomnum, dicúntque comparans ſumi pro poſitiuo; videant tum formam adagialem, quam firmaui: tum ſcribi à Iulio Scaligero, ſi reperiatur tale quiddam, ſubaudiendum eſſe aliquid, quo plena ſit ſententia. Vt ſi ego dicam, vidi hominem maiorem, non erit, vidi hominem magnum: ſed, vidi hominem maiorem ſolito, viſitato, opinione. Ita ſentit Scaliger de hac forma comparationis. D E

4. VIRIDIS.] Epithetum Horat. arripuit od. 1. lib. 1. *nunc viridi membra ſub arbuto Stratus*.

5. ARBVTVS.] Hanc arborem in delitiis habitam à veteribus, & ex Virgil. hoc loco, & aliis Poetis liquet. Horat. lib. 1. od. 17. inter amœnitates agri Sabini: Arbutus in delitiis.

Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latentes, &c.

Plin. lib. 15. c. 24. eam in Arabia prouenire ſcribit mira altitudine, quæ regio dicata fauſtiſſimis, & iucundiſſimis arboribus. Theophraſtus, lib. 1. Hiſt. Plaut. eam numerat inter δενδρυλλα à perpetuo virore, & coniungit cum terebintho, & lauro ſuauiſſimis arboribus, κάλαμῳ, πέρμηθι, δάφνῃ ἰδαίᾳ.

6. SOLSTITIVM PECORI DEFENDITE.] Nemini hactenus dubium fuit, quin diligenter Horatius hæſerit præceptori ſuo; Od. 17. lib. 1. Horatius hæret præceptori Virgilio.

Velox amœnum ſæpe Lucretilem
Mutat Lyceo Faunus, & ingenam
Defendit æſtatem capellis
Vſque meis, pluuioſque ventos.

Itaque, *defendere æſtatem capellis, defendere ſolſtitium pecori*, id eſt, defendendo amouere æſtatem à capellis, ſolſtitium à pecore. Quid autem propriè ſit ſolſtitium in bonis Auctoribus alibi explico. Ceterùm vetus inſcriptio, quam Smetius exhibet fol. 56. pag. 2. *Solis ſtitium* exhibet, pro eo, quod nos contractè *ſolſtitium*.

7. IAM VENIT ÆSTAS.] Alia eſt ſententia Calpurnij 4. Ecl. Sed cum reſpectu ad Virgilianam:

Nunc ad flumina oues deducite, iam fremit æſtas.
Iam Sol contractas pedibus magis admouet vmbras.

8. ÆSTAS TORRIDA.] Appian. in Libyc. θέρος καυσιδιον. Calab. lib. 4. θέρους εὐθαλπέος. Theocrit. *eid.* 9. θέρους φρύγοντος. Arnob. lib. 2. *æſtatis ardorem validum*. Cic. 4. de Rep. apud Non. in Mitis, *æſtate torruerit*. Nihil enim frequentius in æſtatis mentione, quàm exuſtio, ignis, calor. Duplicem æſtatis deſcriptionem vide, vnam in Calpurn. 5. Ecl. alteram veneuſtiſſimam in Sidon. Epiſt. 2. lib. 2.

9. LÆTO-PALMITE.] Ita 1. Georg *lætas Segetes*. Iterum: *lætus ager*. Alibi: *gramine læto*. Horat. 4. Carm. *lætis paſcuis*.

10. TVRGENT-GEMMÆ.] Duo hìc dicam, & de locutione, & de variatione. Turgeſco eſt earum rerum, quæ intumeſcunt, vbi clauſæ conantur erumpere, & nequeunt. ita Horat. de hœdo: *frons turgida cornibus*. Et Virg. 1. Georg. *Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent*. Pergo ad alterum. Sententiam ita reperi variatam. Ennius: *purpureis gemmauit pampinus vuis*. Ouid. 1. Faſt. *Et noua de grauido palmite gemma tumet*. Virg. 2. Georg. *trudit gemmas*. Colum. lib. 6. *gemmas agere*. & lib. 5. cap. 10. *gemmaſcere*. Primam ſumſit ab Ouid. 4. Faſt. *Nunc tumido gemmas cortice palmes agit*. In Plin. vide *prouberare*, in aliis quoque. Græci λοπᾶν, & λοπιᾶν. Turgeſco.

11. HIC FOCVS, ET TÆDÆ PINGVES.] Paſtor Theocritus *eid.* 9. & alieno ore:

Pinguia ad aetria congeſtum è quercubus ignem
Exta coque, quem fagineis tunc nutrio lignis,
Cùm mala venit hyems, qui ſic brumalia curo
Tempora.

Huìc inſtitiſſe Virgilianum paſtorem alij iam dixerunt. Diſtinguit autem Virgilius inter focum, tædas, ignem. Focus, locus eſt ignem continens: tædæ, materia ipſa: ignis, materia incenſa. Non malè autem hæc enumerat inter paſtorales felicitates, quãdo apud veteres & magni habita eſt, & poſita in parte religionis. Primum firmat Horat. ad Taliarchum: Focus, tædæ, ignis, vti diſtinguuntur.

UVA. BHSC. BU 00239

chum: *Dissolue frigus, ligna super foco Large reponens.* A Et Tibul.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.

Alterum de religione idem Horat. in insigni illa cantilena de laude, & delitiis vitæ rusticæ, de vxore villici ita ait: *Sacris vetustis extruat lignis focum.* Martial.

Cinguntque festum lactei focum verna,
Et longa festos lucet ad lares fylua.

12. HIC TANTVM CVRAMVS FRIGORA.] Deflexit à Theocrito, sed illi hærendo. Ita Græcus *eid.* 9.

Τὸ δὲ χεῖρον φρύγονθ' ἑκὰς ἐγὼ τόσον μελεδαίνω,
Ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων, καὶ μητρὸς ἀκοῦσαι:
Æstimem autem torrentem ego tantum curo,
Quantum amans sermones patris, aut matris audire.

13. AVT NVMERVM LVPVS.] Sapit proverbium, sed de quo iam Erasmus Chil. 2. cent. 4. cap. 99.

14. TORRENTIA FLVMINA.] Hinc fortasse epithetum hausit Seneca in Med.

— properátque torrens
Ister, & iunctos vetat esse ponies,
Ac vagus errat.

Cor. [a] Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ,
Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.
Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
Thyr. [b] Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba,
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit,
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.

ARGVMENTVM.

Speciosa sunt omnia, & venusta in agris presente Alexide: squallida, & deformia eo absente. Arescit ager & moritur abeunte inde Phyllide: reuiscit, & viuit ea aduentãte.

EXPLICATIO.

[a] AIT, stare in agris iuniperos, & castaneas, vtranque hirsutam, & spectabilem; quæque poma strata iacere sub sua arbore; demum ridere omnia in agris præ lætitia: hanc verò tantam pulcritudinem commutari in squallorem, abeunte ex montibus Alexi: nam formosus est, & præsentia sua reddit omnia formosa. Huius tantæ vastitatis argumentum deducit à fluminibus, quæ cùm perennia sint, tamen absente puero exaresc unt.

[b] Commutat Thyrsis sententiam in gratiam suæ Phyllidis, & ait agrum arescere: herbam immori, ac sitire præ vitio aëris, nullum vnquam humorem stillantis: Bacchum ipsum inuidisse amœnissimis collibus vmbras pampinorum, id est, ademisse vmbras per inuidiam, noluisseque, vt colles vestirentur pampinis: adueniente verò Phyllide, agrum, & nemus virescere, louémque ipsum plurimum, id est, abundantissimè descendere in herbas imbri læto.

B Nam arenti agro in absentia Phyllidis opponit nemus virescens ea iam præsente, & herbæ morienti præ siti, lætum imbrem: deinde quia dixerat *Liber*, mox *Iouem* infert, quasi Deo Deum opponens, maiorem vtique minori. Demum exquisitum est illud, ad aduentum Phyllidis descendet Iupiter, quasi illa non vitorem solum agris, sed etiam Deos secum adducat.

2. STANT ET IVNIPERI.] Seru. hîc, & Donatus in Terent. explicant *stant*, id est, plenæ sunt. Fortasse fructu. Non placent. imò ait, verè stare has arbores in agris amœnitate sua spectandas: & his stantibus opponit statim poma strata, & iacentia. Sententia Corydonis desumta est ex *eid.* 8. Theocriti, vbi bis eam repetit octo versibus, quos omittam, contentus hic versione Eobani. Ait itaque pastor Menalcas, C

Omnia tunc vernant, tunc omnia pascua florent,
Omnia plena boues vbera lactis habent,
Cùm virgo huc formosa veni: postquam illa recessit
Flauescunt herbæ: pastor, & omne pecus.

Menalcæ ita Daphnis respondet pari sententia,

Tunc geminos pariunt ouis, & capra dulcia mella
Stipat apis, ramos altior arbor agit,
Cùm veni huc Adon formosus: vbi ille recessit,
Pastor & ipse aret, marcet & omne pecus.

Versus istos, in quibus & nihil exquisitum, & multa non opposita, potuissem vocare ad iudicium, nisi ex his, quæ iam dixi, liquida esset victoria: vidisti enim, quàm multa exquisita inuenerint Virgiliani pastores, quàm multa dixerint oppositè. D

NOTÆ.

1. IN hoc quoque certamine pares puto hos pastores, vterque enim quærit exquisita ornamenta, prior suo Alexidi, posterior suæ Phyllidi. Nam vt omittam sententiam ipsam generalem, iam in argumento expositam, expendam quæ quisque acumina inuenerit. Ait prior. Iuniperi, & castaneæ spectabiles sunt sua hirsutie. Præclarè. nam quantum est hirsutis arboribus accedere elegantiam ex præsente Alexide? Sequens quoque versus acutissimus est. Quasi dicat: Crescit ex meo Alexide anni fertilitas, non enim rara sunt poma, sed plurima: neque solùm ornant arbores, sed terram etiam vestiunt: itaque videas tellurem certantem cum arboribus vbertate, & amœnitate pomorum. Reliqua facilia sunt, & cuiuis expendenda. Pergo ad alterum, qui non passus est ingenio se superari. E

3. CASTANEÆ HIRSVTÆ.] Adhuc intra suos echinos locatæ ait Seruius. Sed Hermolaus discrimen constituens inter castaneas, ait, altas pogonias à Græcis vocari, quod barbatæ sint; alias esse pilis hirsutas. itaque hirsutiem ait prouenire à pilis, non ab echinato calice. & certè videtur Poeta quæsiisse oppositionem inter hirsutas, de quibus hîc: & molles, de quibus 1. Eclogæ. Atque adeò vterque locus se inuicem firmat. Illud etiam Interpretis Nicandri, quod ibi adductum, Hermolai sententiam tuetur. Castaneæ, aliæ hirsutæ aliæ molles.

4. STRATA IACENT, &c.] Hæsi in explicatione Gulielmo Cant. lib. 6. Nou. Lect. c. 28. Eius subtilitas aliis iam placuit, præsertim Pontano viro doctissimo in Symbolis. Ergo, non ait Poeta, quæque

UVA. BHSC. BU 00239

que sua poma iacent sub arbore, quod ineptum: A sed, quæque poma iacent sub sua arbore. Neque Virgilius tam *sua*, quàm *sa* scripsit. Firmatur hoc, nam Festus ait Ennium *sos* dixisse pro *suos*. In promtu est versiculus Ennij satis notus: *Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit*. Sed esto, Virgilius scripserit *sua*, cur non fiat liquescentia, & sit vnica syllaba? Leges enim huius figuræ non ita sunt firmæ, vt non sæpe frangantur. Sic in *Suenus*, & *suauis* accidit, vbi iam sunt duæ, iam tres syllabæ ex placito Poetarum. & in suadeo iam tres, iam quatuor. Et si hoc alicui non placeat, cur non etiam sit contractio? Sic *aureus* vox trisyllaba, fit etiam dissyllaba, Poetarum venia. Illi, qui, vt sententiæ mederentur, scribunt *quaque*, aduertant, in nullo veteri codice reperiri eam lectionem. Seruius Danielis, qui nunc emersit, scribit, *quaque*. Quamobrem vulgares Seruij codices, qui habent *quaque*, abeunt à vera lectione.

5. RIDENT.] De hac metaphora alibi.

6. FORMOSVS ALEXIS.] Locutus hîc Corydon cum respectu ad ea, quæ ipsemet in 2. Ecl.

7. MORIENS.] De hac metaphora vide 4. Georg. ad illud: *imersice messes*.

8. LIBER.] Bacchus est, lege Lilium, & me alibi, addito indice.

Inuideo. 9. INVIDIT COLLIBVS VMBRAS.] Græci similiter huic verbo dant quartum casum. Xenophon, τῶτο ἐφθόνησε: *hoc inuidit*. Latini sæpe. Liuius lib. 2. *Non inuiderunt laudes suas mulieribus viri Romani*. Sidon. Apollin. Epig. 7. lib. 5. *inuident tunicatis otia, stipendia paludatis*. Apul. 1. Apolog. *mihi fortuna diuitias inuidit*. Notanda forma, qua Homer. extulerit, 6. Odyss. πολὺ ἡμίσεον ὠφονέα: *Inuideo tibi mulorum*.

Blandimentum, quo Poetæ solent ornare, quos amant. 10. PHYLLIDIS ADVENTV NOSTRÆ NEMVS OMNE VIREBIT.] Hæc sententia, vel certè similis, multis dicta ante Virgilium, multis post illum. Quin Hispanicis quoque Poetis, Italicis, Gallicis nihil frequentius hoc affectu. cùm enim volunt alicuius Nymphæ, aut fœminæ decus ornare, dicunt ad illius aduentum, præsentiam, pedes suboriri flores, rosas, lilia. Sed ego his relictis Græcos tantùm, & Latinos adducam, atque hos, plures soliti, quia neminem eruditorum vidi, qui hac de re aut notam dederit, aut auctores coniunxerit. Ante nostrum Hesiod. Theogon. loquens de Venere,

— ἀμφὶ δὲ ποίη
Ποσσὶν ὕπο ῥαδινοῖσιν ἀέξετο:
— circum, vero herba
Pedibus sub mollibus crescebat. De eadem Lucretius:

Te Dea, te fugiunt venti, te nubila cœli;
Adueniente tuo tibi suaues Daedala tellus
Summittit flores, tibi rident æquora ponti,
Pacatumque nitet diffuso lumine cœlum.

Catullus de Baccho:

Quæ obiecunque ut puellus loca dexter adieras,
Vbicunque sessitaras nona germine tenero
Feriebat arbor aura vedimita pampini:
Vbicunque sessitaras, noua flumina temeti
Placido viam secabant finitantia somitu.

Ad hanc rem pertinent versus plurimi Homerici, 14. Iliad. quibus amœnissimè narrat, terram produxisse varia herbarum, & florum genera, vt in ea Iuno & Iuppiter vna concubuere. Post nostrum Nazianzenus in carmine Nicobuli patris ad filium:

Πάντα μὲν ὑμετέρων ἐπάτρεχε καὶ ἀνὰ πλοῖτο
Ποσὶν ἐπιγομένοισι, καὶ ἄνθεα κάλυκε τύοιτο:
Terra tuis pedibus propriis sit pervia cunctis,
Sit plana, & facilis, floresque educat amœnos.

B Vellem, meliùs ista Interpres. redeo. Nemesian. 2. Eclog:

Te sine (ve misero mihi) lilia nigra videntur.
Pallentésque rosæ, nec dulce rubens Hyacinthus,
Nullos nec myrtus, nec laurus spirat odores.
At tu si venias, & candida lilia sient.
Purpureaque rosæ, & dulce rubens Hyacinthus.
Tum mihi cum myrto laurus spirabit odores.

Paria inuenies in Calpurn. 3. Eclo. imò eadem, ita vt dubitent docti, in his Scalig. vter ab vtro sumserit. Sidon. in Burgo loquens de Bacchо:

Tum salebris saliens quocies se contulit axis
Passim deciduo perfunditur orbita musto.

Inuideo. C Ex quo affectu Pers. Sat. 2. — *quicquid calcauerit hic, rosa fiat*. & Claudianus laudans Probum:

— *Dominum gaudia coronat*
Terra suum, surgúntque toris maioribus herbæ.

Eidem ita blanditur:

— *ver inde serenum*
Protinus, & liquidi clementior aura Fauoni
Pratis te croceis pingat, te messibus æstas
Induat, autumnúsque madentibus imbuat uuis.

Sed & Serenæ sic perquam dulcissimè:

— *quocunque per herbam*
Reptares, fluxere rosæ, candentia nasci
Lilia: si placido cessisset lumina somno,
Purpura fulgebat victa factura cubile
Gramineum: vernáque toti regalis imago.

Ex Nousitiis Poetis Flamminius:

Pulcris vndique vernulis
Instar imbris in aureum
Manabant domina sinum
Flores suaue rubentis, & Bernardinus Parthen.
Salue, latitia cui exsiliunt cane
Rupes, cui omniparens terra coloribus
Ridet picta nouis, cui virides Deæ
Frenare squamigerum pecus. iterum:
Nimbos rosarum passim, & amaracum
Fundunt comantem, lilia hiantia,
Verisque honores decentes
Implicitæ pueris puellæ.

Iuppiter Elicius. 11. IVPPITER, &c.] Dictum hoc, quia credebant antiqui Iouem in pluuia descendere. Inde Græcis dictus ἐκμείλιος, Latinis Elicius. & Plato ἐκ Διὸς ὑέσθαι dixit, *Ex Ioue pluuia*. & Theocritus εἰδ. 4. ζεὺς ὕει: *Iupiter pluit*. Sed hunc versum latè illustro, 2. Georgic.

Coryd. a Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
65 *Thyr.* b Fraxinus in syluis pulcerrima, pinus in hortis,
Populus in fluuiis, abies in montibus altis.

Sæpius

VVA. BHSC. BU 00239

Sæpius at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.

ARGVMENTVM.

Corylus quam amat Phyllis, præfertur arboribus, quas Dij ipsi amant: Lycidas, si sit cum Thyrside, superat arbores, quæ à locis, vbi sunt, commendationem accipiunt.

EXPLICATIO.

a DICIT, quatuor arbores esse gratissimas suis Diis, populum Herculi, vitem Baccho, myrtum Veneri, laurum Phœbo: tantam verò esse Phyllidis virtutem, & quasi numen, vt, illa amante coylos, non has vincant illæ Deorum arbores, quantumuis inclytæ & pretiosæ suorum Numinum amore, & patrocinio.

b Sententia est, arbores quatuor esse pulcerrimas, & commendari à locis, vbi sitæ sunt; fraxinum, quia in syluis est; pinum, quia in hortis; populum, quia iuxta fluuios; abietem, quia in montibus: si verò Thyrsin sæpe reuisat pastor Lycidas, fore vt hic superet illas arbores, quia positus iuxta suum Thyrsin, tanquam in loco debito.

NOTÆ.

1. VICTORIA Corydonis est, & ea manifestissima, & multiplex, adeò vt putet Nannius 6. Miscell. ex extrema hac lite adiudicatam à Meliboco victoriam Corydoni. Sequar Nannium in hoc iudicio, si prius ex me addam, in superiore lite laudatum à Corydone Alexin, qui mas; à Thyrside Phyllin, quæ fœmina. Rursum in præsenti lite res commutatur, nam indignatus Corydon non satis laudatam Phyllin à suo æmulo, ipse illam laudam assimit, vt clarè Thyrsis agnoscat ingenij tenuitatem: adspirat Thyrsis ad victoriam, & marem Lycidam laudandum accipit, sed frustrà aspirat. Sed pergo ad victoriam. Est hæc quadruplex. Intulit Corydon quatuor arbores, populum, vitem, myrtum, laurum: his Thyrsis opponit fraxinum, pinum, populum, abietem; affert itaque inter suas populum iam præoccupatam à Corydone, quod signum est ingenij in aliquo deficientis. En prima victoria. Deinde commendat Corydon suas arbores à propriis Numinibus, quibus illæ dicatæ sunt: quæ laus maior, quàm commendari à locis, vbi sitæ, quod facit Thyrsis. Tertiò, dexterior est Corydon in comparando, nam puellam suam, quam quasi Nympham esse vult, cum Numinibus comparat: arborem etiam cum arboribus, re congentere: contrà apud Thyrsin adolescens Lycidas arboribus anteponitur, cum quibus nihil habet simile, nisi fortasis proceritatem, quod frigidum, & diffusum encomium. Postremò, quod maius est, & grauius. Corylo ex gratia Phyllidis magna dignitas adnascitur: nam quemadmodum aliæ arbores præclaræ sunt suis Numinibus, sic Corylus gratia Phyllidis magna ergo Phyllidis pulcritudo, quæ non aliunde, sed ipsa, dat suæ arbori tantam gratiam, vt hæreat in æquilibrio cum arboribus Numinum. Cõtrà Thyrsis ineptus omnino est in laudando, imò non laudat Lycidam, sed laudat se. Qui dices? Ait ita: si me reuisas, formosus eris, quia iuxta me: sicut arbores illæ formosæ sunt, à locis, in quibus sitæ. Non ergo Lycidas ex se formosus, sed si inuisat Thyrsin.

Populus sa. 2. POPVLVS ALCIDÆ.] Sic est Theocr. Idyl. A 2. de populo ἕγχλιά & ἱερὸν ἔρνος: *Herculi sacram plantam.* Ipse 2. Georg. *Herculeaque arbos umbrosa corona.* &c. hæc. Plin. lib. 12. c. 1. *Herculi populus.* Hercules ipse apud Senecam in Fur. *Populea nostras arbor exornet comas.* Sed quæ species? alba. Ouid. in Epist. *Aptior Herculeæ populus alba comæ.* Seneca in Oct. *cana rigentem populo vinctus comam*, iterum: *cana reuinctus populo horrentem comam.* Inde Statius 3. Syl. loquens de Hercule: *Populeaque mouens albentia tempora silua*, videlicet albicabant à populo. Sed quæ origo huius coronæ? Scribit Olympionicus in lib. de Plantis, Herculem fecisse sibi coronam ex alba populo, quam fortasse inuenit ad ripas Acherontis. Inde putatum, huic Deo hanc esse sacram, non nigram. Eadem scribit Pausa. in Priorib. Eliac. & addit, ideo ab Homero dici populum Acheroidem. & quidem ali ij tradiderunt, certas quasdam arbores certis fluminibus esse cognatas, & veluti alumnas. In qua nomenclatura, sicut dant lauros Eurotæ, oleastrum Alpheo, sita Acheronti albam populum, nigram Etidano. Ad hæc quæ dixi de Hercule, mirè alludunt, quæ scribit Artem. li. 5. c. 74. vbi ait per populum albam significatum fuisse in somnis patri cuipiam filium certatorem & bellicosum. Vnde hoc, nisi à certatore Hercule, qui se patri Ioui ita-sæpe commendauit. Alba.

B 3. MYRTVS VENERI.] Plin. lib. 12. c. 1. *Veneri myrtus.* Idem scribit Plutarch. in Probl. c. 19. Ouid. 4. Fast. Virg. 5. Æn. & 2. Georg. *Paphiæ de robore myrtus.* & Varro, qui 4. Lin. Lat. ait, Venerem dictam à myrto. Murtiam. Sed cur hæc planta sacra Veneri. Ratio. Myrtus Veneris.

C tio duplex. Prior planta hæc maritima est, & amans aquarum, vnde nata Venus. Posterior. Myrtus, cum specioſa sit, amorem conciliat. Scribit enim Pausan. in Eliac. posterior. rosam, & myrtum Veneri sacram, quod stirps vtraque maximam habeat pulcritudinis speciem. Ad vtranque rationem spectat ex hiberia Pausan. in Eliacis prioribus simulacrum Veneris πεποιημένον ἐκ μυρσίνης: *factum ex myrto.*

4. LAVREA PHOEBO.] Attigit Plin vbi sup. & item lib. 15. cap. extremo. Oppian. lib. 1. Cyn. φοίβου δυσνοήσαντα: *Phœbum lauro redimium.* In lib. Fabularum Faerni leguntur versus, quos hic dabo, quia pertinent non solùm ad laurum Phœbi, sed ad populum Herculis, & myrtum Veneris: Laurus Phœbi.

D *Legere proprias Dij sibi quondam arbores,*
Quam quisque vellet esse in tutela sua.
Quercum supremus Iuppiter, myrtum Venus,
Pinum humidi trident isser rector sali,
Apollo laurum, populum excelsam Hercules.

Non dissident Nicolai Perotti versus isti:

Olim quas vellent esse in tutela sua,
Diui legerunt arbores, quercus Ioui,
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurus,
Pinus Neptuno, populus celsæ Herculi.

Reddi autem potest ratio duplex, cur hæc arbor sacra sit Apollini, vel à fabulis, vel à natura ipsa. A fabulis, nam Tertullian. de Corona Milit. ita scribit. *Laurea Apollini, & Libero sacrata stillis, vt Deo telorum; huic, vt Deo triumphorum. Sic docet Claudius.* A natura, quia laurus calida est, cuius folia, & fructus siccant, & calefaciunt. Ratio.

E 5. PHYLLIS AMAT CORYLOS.] Hæsit his Nemes. 2. Ecl. nam arborem, quam Idas diligebat, in æquo ponit cum his, quas Diui:

Nam dum Pallas amat turgentes sanguine baccas,
Dum Bacchus vites, Deus & sua poma Priapus,

Pascua

UVA. BHSC. BU 00239

Pascua læta Pales, Idas te diliget vnam.

6. NEC MYRTVS VINCET, &c.] Non potuit Virgil. in anacephalæosi omnes arbores includere vnico versiculo, quam ob rem contentus duabus, ceteras subintelligit. Quod ante illum fecisse Theocritum in Eunica Nannius aduertit, 6. Miscel. Nam, cùm multos docuisset Deos, & Deas, qui pastores curarent, ex omnibus non nisi tres reposuit, Cybelen, Venerem, Lunam.

Pini varia domicilia.

7. PINVS IN HORTIS.] Aliqui hîc lectionem mutant, & adstruunt legendum *oris*. Nam & Plutarch. pinum vocat πεφίλον: *maritimam*. & Silius in 10. *& amantem litoris pinum*. Demum, certum est hanc arborem esse sacram Neptuno. Sed nihil est, quod istis moueamur ad mutandam lectionem tot seculis hærentem, manuscriptis omnibus firmatam, & probatam doctissimis. Nam idem Plutarch. (quo testimonio neque alij vtuntur, neque Germanus, qui nonnulla ex illo ad hoc propositum aduocat) lib. 3. Quæst. c. 3. ita scribit: οἱ ὀρεινοὶ, ᾗ πνευματώδεις, ᾗ γυμνοὶ τόποι πᾶ διδοῦσι, ᾗ στρόφα τῶν φυτῶν, μᾶλλον πύκας, ᾗ ἐκτροχίλους ἐκφέρειν: *Loci montosi, ac nuosi ferunt plantas califeras, & picem fundentes, inprimis larices, & pinos*. Virgilius quoque 4. Æn. caput Atlantis vocat *pinifirum*. Non ergo pinus solùm prouenit in littoribus. Sed nemo se in hac re fatiget, A cùm sæpe viderit montes plenos pinorum. Cùm etiam videat, non ita stata arborum domicilia, vt mutari nequeant. Nónne certum, cupressos in hortis prouenire, & amœnis locis? atqui Papin. 6. Theb. eam exhibet in Alpino vertice, & quod mirere, confligentem pugnantémque contra ventos, & quamuis interdum inclinatam, tamen victricem, & in auras rursus redeuntem. Versus habes non longè à fine libri illius. Lassem te, si afferam similia de aliis arboribus. Confregi primum telum contra Virgilium. Est alterum. Quid faciunt (inquiunt aliqui) in hortis pinus? Hæc ne arbor ita delicios a, & comparata ad voluptatem, vt esse in hortis mereatur? Referuo hoc ad 4. Georg. vbi paria de pinu.

8. POPVLVS IN FLVVIIS.] Homer. Odyss. 17. populos vocat ὑδατοτρεφέα: *aquis nutritas*. & Il. 4. B — αἴγειρ' ὑψηπέτηα: ἐν εἰαμενῇ ἐκτεθαλυῖα μεγάλοιο ποταμοῖο: *excrescentem populum, quæ in humido loco paludis magnæ nata est*.

9. ABIES IN MONTIBVS ALTIS.] Theophr. 5. histor. cap. 9. ἡ δ' ὀρεινὴ πύκνη, καὶ ἐλάτη: *montosis (ferunt) pinum, & abietem*. Plin. lib. 16. c. 39. abietes *Alpibus, Apenninóque laudatissimas in Gallia, Iura, ac monte Vogeso*. Velserus quidem, 4. Rer. Aug. Vind. putat Virgilium forsan respexisse ad abietes Alpium, & Apennini.

Melib. Hæc memini, & victum frustrà contendere Thyrsin.
Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

C ex illo tempore nobis, id est, Latinis omnibus Corydon, id est, Virgilius princeps est carminis. Geminatio vocis indicat plausum, quo Virgilius acclamatus est esse Victor Græcorum.

ARGVMENTVM.

Sententia Melibœi victor est Corydon.

EXPLICATIO.

FINIS initio respondet. Memini (inquit) hæc ab illis cantata, nam quid aliud meminerim, quàm quæ Musæ meminisse volebant? Addit, frustrà Thyrsin contendisse, nam victus in litibus quatuor, in duabus tantùm par, in nulla victor. Quamobrem

NOTÆ.

1. EX ILLO.] Phanocles ἐκ κείνυ dixit & Theocr. ἐκ τότυ. sumsit ex Theocrito formam sententiæ. Integer eius versus est:

ἐκ τότυ Δάφνις πρᾶτ' ποιμέσι σᾶτο ἔγωντο:
Ex hoc Daphnis apud pastores primus factus est.

FINIS ECLOGÆ SEPTIMÆ.

ECLO



UVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA OCTAVA.

PHARMACEVTRIA.

ARGVMENTVM.

DVÆ sunt Eclogæ huius partes. *In priore Damon Nisæ amore captus, cùm illa sibi Mopsum prætulisset, erumpit in varias querelas. Posterior pars penè tota sumta est ex Theocriti eiusdem nominis Eidyllio, in quo venefica pharmacis, & incantationibus animum viri, à quo spernebatur, ad sui amorem conatur reuocare: ita hîc maga quæpiam inducitur animum Daphnidis incantationibus oppugnans, quem & expugnat. Hæc Ecloga facta videtur Augusto gerente bellum in Illyrio.*

PASTORVM Musam Damonis, & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutatæ suos requirunt flumina cursus.
Damonis Musam dicemus, & Alphesibœi.

ARGVMENTVM.

Inciuur fundamentum Eclogæ. Damonis, & Alphesibœi Musa cum præclaro Elogio prædicatur.

EXPLICATIO.

ACCINGIT se Virgilius ad canendum Damonis Musam, & Alphesibœi: quorum in certando tanta fuit suauitas, tanta in canendo modulatio, vt iuuenca, (parum hoc,) lynces etiam attentissimè illos audirent; illa admirabunda, & passionis oblita, istæ stupore correptæ: quin etiam flumina mutarũt locum, in quo prius fluebant, vt illos cantantes sequerentur, ad quos cùm iam peruenere, continuerunt cursus vt audirent. Ergo, audiamus tam nouã, inauditam, inusitatam Musam pastorum.

NOTÆ.

Carminum vis.

1. IMMEMOR HERBARVM, &c.] Bene monet Nann. Poetam tacitè asscribere sibi eas vires in carmine, quas habuit Orpheus, quem feræ atque arbores sequebantur, & iras mulcebant: ad cuius cantum flumina cursus frenabant. Similia autẽ prodigia multi ante Virgilium, plures post illum persecuti sunt. Ad primam classem refero Calabrum lib. 3. qui de musica Achillis:

Καὶ συ φορμιζοισ' ἐπάιξες ἀθρόα ϖόλλα,
Θῆρες· οἰωνοί τε, βαθυσκόπελοί τε κολῶναι,
Καὶ πυκιμοὶ, καὶ πᾶσα βαθύσκιος ὕλη:
Et te cithara pulsante confluerent diuersa hominum genera,
& feræ, & alites, & colles, quibus est profunditas scopulosa,
& frutices, & omnes silua opacæ.

A Coluthum de Raptu Helenæ, qui de Paride canente in agris:

Οὐ κυνες ὑρτοντο, καὶ ἐμυκήσαντο ταῦροι.
Μύνη δ' ὣ ἠύσασα βοὴ ἀδὰ δειλὴ θ' ἑστώς
Ἰδαίων ὀρέων ἀντήρη θ' ἱαχεν ἠχώ:
Nec canis latratum, nec tauri mugitum attollebant,
Sola autem Echo vocis imperita
Obstrepera resonuit ab Idæis montibus.

Versus Alcæi εἰς σκυλάξιν ab Vsino citatos:

— ϝόον δ' ἔσπετον ἀκόαν
Κωπτὸν ὑρέων ἠχον ἀπὸ στομάτων:
Cursum continuis Asopus, vt audiuit sonũ vocis sibilis.

Tullium pro Archia: *Saxa, & solitudines voci respondẽt: bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque consistunt.* Ad B alteram Horatium, 2. Car. od. 13.

— *carminibus stupens*
Demittit atras bellua centiceps
Aures, & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.

Lege reliqua. Eundem lib. 3. od. 11. *Mouit Amphion lapides canendo.* vide quæ de eodẽ Amphione scribit idem Hora. ep. ad Pisones, quę Auctor Theb. Actu 4. quæ Seneca in Furente, quę Dio Chrys. Orat. 32. Illi omnes mira de Amphione, in cuius mentione nolui Silium citare, sed subiicere. Is itaque lib. 11.

Argolicis quondam populis (mirabile dictu)
Exaudita chelys lapidem testudine promta
Ducere, & in muros potuisse volantia saxa.
Hæc Amphionio vallauit pectine Thebas,
Ac silice aggeribus per se scandente vocatis
Iussit in immensum cantatis surgere turres.

C Transeo ab Amphione ad alios, ista tibi poeseos & musicæ monstra cõiungens. Ouid. in Fast. de Arione:

Quod mare non nouit, quæ nescit Ariona tellus?
Carmina currentes ille tenebat aquas.
Sæpe sequens agnam lupus est à voce retentus:
Sæpe auidum fugiens restitit agna lupum, &c.

P Silius

UVA. BHSC. BU 00239

Silius de Daphnide lib. 14. & eius musica, & carminibus: *Scyllæ tacuere canes, stetit atra Charybdis.* Lege quæ præcedunt, quæ sequuntur. Clemens 2. Pædag. cap. 4. *Gentes flebilis demulceri accepimus, & in hac laqueos inter venandum tantu duci a venatoribus.* His affinia, quæ Ælianus lib. 11. de Animalibus cap. 28. scribit, Pythocharin auletem, cùm ad tibiam magna contentione incitatos, & generosos numeros canere, luporum impetum repressisse. & quæ Mutetus notat lib. 12. Var. cap. 15. ex Gotthorum scriptoribus, Vrsos apud Gothos ita delectari tibiarum, & fistularum pastoritiarum sono; vt, cùm in pastores impetum facturi sint, sæpe ab eis cantu mulceantur: atque hanc esse vsitatissimam pastoribus eius regionis rationem expediendæ ab vrsorum impetu salutis suæ. A quibus non absimile quæ leges in Oro Apollinæ Miliaco, de turture quæ capiebr ad tibias, & saltationem. Eadem de cervis scribit, in capite, quo modo Ægyptij pingerent hominem adulatione deceptum. Ab his prodigiis non abeunt versus Ennij, & Tibulli, vnius in Scipione, alterius ad Messal. quos prætermitto; quia, etsi simillimi his, quos adduxi, tamen de vi musicæ, aut carminum non loquuntur.

Lupi musica capiuntur. Vrsi apud Gothos capiuntur musica.

2. ET MVTATA SVOS, &c.] Aduerte diligenter, vti iam explicuerim, duo enim dicit de fluminibus, & desiexisse ab alueo auiditate audiendi, & cùm peruenissent ad musicam, substitisse. Itaque *mutata flumina* dixit simili ratione, qua Horatius de virtute & potestate Bacchi lib. 2. od. 19. *Tu flectis amnes, tu mare barbarum.* Obiter obserua acumen ex oppositione verborum, mutabantur, & requiescebant.

3. REQVIERVNT FLVMINA CVRSVS.] Omnes, vt video, ita explicant, vt verbo *requiesco* dent actionem. Non abnuo, neque enim hoc exemplo caret. Nam Caluus in 10. *Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus.* & Propert. lib. 2. *Iuppiter Alcmenæ geminas requieuerat arctos.* Sed quid si alia sit sententia Poetæ hoc verborum conceptu? flumina cursus suos mutata requierunt. id est, mutatis cursibus requierunt. Itaque dicetur fluuius mutatus locum, & homo fractus caput, connulsus membra, mutatus vestem. Nihil est enim his Græcis locutionib. frequentius.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris: en erit vnquam
Ille dies, mihi cùm liceat tua dicere facta?
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium, tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

ARGVMENTVM.

Petit fauorem Augusti, ardet eius facta canere, illi Eclogam dedicat.

EXPLICATIO.

PETIT, vt sibi Augustus faueat (nam cùm ait, *tu mihi*, subaudiendum *faue*,) vbicumque sit terrarum, siue Timaui saxa superet, siue oram maris Illyrici præteruehatur (signari his Dalmaticam expeditionem, ait Seruius.) Mox indicat, quam ardens in se desiderium sit celebrandi res Augusti. Veniet ne (inquit) dies ille mihi iam in votis, cùm liceat canere tua facta? (his existimo signari diuinam Æneidem, quæ tota tendit ad Augusti laudes, quámque in animo Poeta iam habebat.) Pergit ardens studium. Aderit ne mihi occasio toties optata, qua possim vulgare per orbem totum mea carmina, sed tua, quia de te scripta: digna, & sola digna cothurnata Sophoclis maiestate? Quæ sequuntur hanc habent sententiam: Cùm nondum me accinxerim ad canendas res tuas, tamen interim Musa mea à te principium sumet, nam tibi dedico hoc bucolicum opus: eadem in te desinet, nam mea Æneis tua erit tota. Ergo, Cæsar accipe principium hoc accepturus mox finem, accipe carmina quæ nunc incipio te volente, ac iubente: & permitte, vt hæc mea hedera serpat inter lauros tuas victrices, id est, permitte vt locus sit meo carmini inter triumphos tuos: ne dedignare Musam meam ô victor orbis.

NOTÆ.

Principes, vt Dij inuocati.

1. TV MIHI.] Non solùm Dij in aditu carminũ, sed Reges, Principes, Imperatores à Poetis inuocantur. Hic Virgilius inuocat Augustum, 1. Georg. eundem, 2. Georg. Mecœnatem. Statius 1. Syl. Rutilium Gallicum, in Thebaide, & Achilleide Domitianum. Lucanus Neronem, Manilius Augustum, Ouidius in Fastis Germanicum, Valerius Flaccus Vespasianum, Oppianus Antoninum.

2. SEV MAGNI, &c.] Aspirauit ad Theoc. qui εἰδ. 1.

Ἆ Πὰν, Πὰν, εἴτ' ἐνὶ χλοῦ ἅρεα μακρὰ Λυκαίῳ,
Εἴτε τὺ ἀμφιπόλεις μέγα Μαίναλον:
O Pan, Pan, siue es iuxta montes Lycæi,
Siue tu circuis magnum Menalum.

Ad Theocritum, & Virgilium alij. Nam Greg. Nazianz. in carmine Nicobuli,

Εἴτε σὺ γ' ἄρτιος ἑσπερίων ἀνδρῶν, εἴτ' οὖν τριτάτης
Φοινίκης κελεὺθ' ἁγνὸν νόμον εἴσ' & αὐονίων,
Εἴτεν' ἀλεξάνδροιο πόλιν μέγα, &c.
Attica siue tuam obiectat luscinia mentem,
Seu magis arridet tibi Berytus, est vbi sedes
Legibus Ausoniis, seu te magis vrbs capit illa,
Nomen Alexandri quæ præferi inclyta Regis.

Sidon. in Eucharist.

Seu te flammata syrtes, & inhospita tesqua:
Seu cœno viridante palus, seu nigra recessu
Incultum mage saxa tenent, vbi Sole remoto
Concaua longæuus asseruant antra tenebræ.
Seu te præruptis porrecta in rupibus Alpis
Succinctos gelido libantem cespite somnos
Anachorita iremit. Et Petron. in Sat.
Sed siue armigeræ arrident Tritonidos arces,
Seu Lacedæmonio telius habitata colono, &c.

Statius ad Lucanum mortuum, 2. Syl. ita eleganter,

At tu seu rapidam poli per axem
Famæ curribus arduis leuatus,
Qua surgunt animæ potentiores
Terræ despicis, & sepulcra rides:

Seu

VVA. BHSC. BU 00239

Seu pacis meritum nemus recluſæ
Felix Elyſius tenes in oris.
Quo Pharſalica turba congregatur, &c.

Idem 5. Sylu. Epicedio ad mortuum patrem:

Seu tu Lethæi ſecreto in gramine campi
Concilia Heroum iuxta, &c.

3. LIMAVI.] De hoc 1. Æn.

Legere otiã. 4. ORAM-LEGIS.] Verbum *lego* ita pertinet ad nauigantes, vt tantùm dicatur de ora, de littoribus: de locis (inquam) quæ terris ſunt proximamũquam enim incidi in auctorem, qui dicat hoc verbum de alto mari. Exempla alibi coniungo.

En, pro an. 5. EN.] Pro *an* hîc poſitum Fruterius notat 1. verſ. cap. 12.

Vt poſt verbum ſubſtãtiuum. 6. ERIT, VT LICEAT.] Particula *vt*, poſt verbum ſubſtantiuum elegantèr ponitur ex Nota Godeſcalci lib. de ling. Lat. Cic. pro Dom. *Ne quid eſſet, vt lingerent boni.* Horat. 1. Carm. od. 12.

Non eſt vt copia maior
Ab Ioue donari poſſit.

Terent. Hecyr. *Sieſt, vt vel* 1. Ouid. *Quid ſunt vt tutas agitaret Dædalus alas.*

7. FERRE.] id eſt, ſpargere, ac vulgare per orbem totum.

Sophoclei carminis maieſtas. 8. SOPHOCLEO.] Aſſumitur hîc Sophocles, cuius cothurno opus ſit ad celebrationem carminis, quod de Auguſto ſcribitur, non Euripides. Nam in quæſtione illa diu ab doctis, ante Quintilianum etiam agitata, de Sophocle, atque Euripide, vter vtri præſtiterit, potuit Poeta eam partem ſequi, quæ Sophoclem facit ſuperiorem. Quod prius ante illum ſenſerat Ariſtophanes in Ranis, vbi Sophoclem, atque Æſchylum Euripidi anteponit. Et tametſi Plutarch. περὶ τῦ ἀκέλου vtrique ſuum vitium det, Eurip. τὴν λαλίαν λογακιτατεμ. Sophocli τὴν ἀνωμαλίαν ἠθικωτάτην. *Iucatem.* Sed illud in confeſſione omnium eſt, Sophoclem præſtare grauitate, & maieſtate; à quibus virtutibus optat Poeta cothurnũ Sophoclis. Vide Græcum Epigramma, 3. Anthol. de ſepulcro Sophoclis, vbi Oſpopæus notat præſtãtiam eius ſupra Æſchylum, & Euripid. Ceterùm ad huius verſus ſaporem Martial. ſuos, nam lib. 3. Epig. 31. *Varro Sophocleo non inficiande cothurno.* Et lib. 3. Ep. 20. *An in cothurnis horridus Sophocleis.* Propertius quoque reſpiciens ad Virg. vt credi poteſt: *Deſine & Æſchyleo componere verba cothurno*, luu. cum *hiatu* mutauit Sat. 6. *Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu.*

9. TV CARMINA.] Interpretes, Germanus adhuc, qui doctiſſimus, & cum illis Beroaldus, ſententiam hanc referunt ad Auguſti carmina: nam Auguſtus exorſus eſt Aiacem tragœdiam. Itaque dicunt, hanc eſſe ſententiam. Carmina tua, id eſt, quæ tu condis Auguſte, digna ſunt cothurno Sophoclis. Sed pace omnium eo libentiſſimè in explicatione Fran. Florid. Sabini lib. 2. ſucc. c. 13. qui vulgarem explicationem multis exturbat, & ſic Virg. concipit. Optoiam ſpargere, & vulgare in orbe carmina tua, id eſt, quæ de te ſcribam. Hoc mihi certum triplici ratione. Primò, quando Virg. celebrauit verſus Auguſti? Nuſquam reperies. Deinde in hoc contextu præcedunt, & ſequuntur Auguſti facta. Præcedunt in illis, *tua dicere facta.* Sequuntur, cùm petit, vt locus ſit ſuis carminibus inter triumphos Auguſti. Itaque optat cancre facta Cæſaris, triumphos Cæſaris, & hoc poſteriore loco, quia triumphi ſequuntur facinora. Quid nunc faciũt in medio Auguſti carmina? Non ita ſolet Maro labi, & quidem hoc vitium in vulgarem poetam caderet, non in hunc principẽ. Tertiò, ipſe ſe explicat, & ſatis exponit, quod vox *tua* dicatur, quia de Auguſto ſcribuntur carmina. Nam

A dicit, *à te Principium, tibi deſinet.* Iterum — *accepi iuſſis Carmina cœpta tuis.* In quibus locis carmina ſunt Poetæ, ſed incipiuntur iubente Auguſto, deſinũt in eius laudem. Ergo, *tua carmina*, quia cœpta ſunt tuis iuſſis, quia de te, & tuis laudibus ſcribũtur. Pro mea explicatione adduco Seruium, qui in hunc verſum ita ſcribit: *At ſi acceret, quanquam impar ſit ingenium meum laudibus tuis, nam tua laudes merentur exprimi Sophocleo tantùm cothurno.* Vbi nulla mentio carminis Cæſariani, tantum laudum, & geſtorum. Hæreat quiſpiam, & roget. Nunquid vox *tua* ſumi poteſt paſſiuè? Ita certè eſt. Lector. Quin omnia pronomina actionem, & paſſionem ex ſe ſignant, & ſententia ipſa rem diſcriminat. Præterea nihil, quod Valla fruſtra negat. Cic. pro Marcel. *Quis non intelligat tua ſalute contineri ſuam?* id eſt, ſalute, quam ipſe habes. En actionem. Idem Phil. 10. *An verò hoc pro nihilo putas, in quo quidem pro amicitia tua ſure dolere ſoleo.* Vbi *amicitia tua*, id eſt, non qua ipſe amas, ſed qua amaris: docte enim Budæus in Com. pro amicitia tua, id eſt, pro amore quo tu diligeris. En paſſionem. Ergo *carmina tua*, erunt, & quæ tua ſunt, & quæ de te ſũt. Hoc ſatis pro re leui, ſed nõ ſatis fortaſſe, nam multi inclinabunt in vulgatiſſimam explicationem, & putabunt ſibi præſtigias fieri. Eſt hoc mortalium ingenium.

Pronomina actionem & paſſionem ſignificant.

B

10. LIGNA COTHVRNO.] Prouerbiali forma, vt quempiam eximiè, & hyperbolicè laudes, dices eſſe dignum cothurno, quod natum à ſublimitate Tragœdiæ, ita Hieronym. Epiſt. 26. ad Pammac. *cothurnatam eloquentiam* vocat illam, quę eſt ſupra modum, & propinqua tumori. Et ad Paulin. *Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur.* Ad formam Adagij omnino ſpectauit Ammon. lib. 20. his verbis: *Ae tragico, quod aiunt cothurno ſtrepertem.* Et lib. 21. de Conſtantio Cæſare. *Imperatoria dignitatis cothurnum vbique cuſtodiens popularitatem elato animo contemnebat, & magno.* Et lib. 27. loquens de Probo Præfecto vrbis, ita ait: *Erat interdum timidus ad audaces, contra timidos celſiorivt videretur, cum ſibi ſiderat, de cothurno ſtrepere tragico, & vbi paueret, omni humilior ſoceo.* & lib. 28. *Cum tumultuariq quid petunt, ſoccos & Matrones videbis, & Lacheas: cum adiguntur, vt reddant, ſita cothurnatos, & turgidos, vt Heraclidas illos Creſphontem, & Temenum putes.* Quæ duo etiam oppoſuit Nazianzen. ad Anyſ. ὁρᾷς ὅτι μεγάλοις τετράκωλοις κωμικοῖς: *Non licuit, puto, habentem tragicè, laudare comice.* Extrema exempla efficiunt non ſolum *cothurnos* ſumi prouerbialiter pro faſtu; ſed *ſocos* etiam pro abiectione. Sed adiungo adhuc Statium 5. Syluar.

Cothurno dignus, adagium.

C

Soccus pro re abiecta.

D

Qui furiat, Regumque domos, auerſaque cœlo
Sidera terrifico ſuper intonet re cothurno.

Et Apul. qui 1. Apol. *cothurnum facundiæ.*

11. COTHVRNO.] Eſt cothurnus Tragicorũ calciamentum, ſicut ſoccus Comicorum. Virg. hîc *Sophocleo cothurno.* Hor. 1. Ser. Sat. 5. *tragicus cothurnis.* Verba auctorum mihi præbent anſam dubitandi, an cothurnus vetetum ſit is, qui Hiſpanis *chapin* in vſu fœminarum? Credo non multum illum ab hoc abire. Ratio duplex, ab vſu & forma. Vſus, nam cothurnus ſtaturam adiiciebat. Tertullianus de ſpectaculis. Diabolus *tragœdos cothurnis extulit, quia nemo poteſt adiicere cubitum vnum ad ſtaturam ſuam, mendacem facere vult Chriſtum.* Iuuenal. Satyra 6.

Cothurnus tragicum calciamentum.

E

— *Breuiórque videtur*
Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis.

Sidon. lib. 6. cap. 11. *Laxo pes natet altus in cothurno.* Apul. lib. 10. *ſocco ad cothurnum aſcendere.* Forma, nam cothurnus erat τετράγωνος, ἐμμετρότατος: *quadrangulus, verè bene conueniens pedi*: vel vt dixit

UVA. BHSC. BU 00239

Nazianz. Ora. 21. ὁ κόθορνος ἀμφοτέρων τῶν ποδῶν κοδόρνος: communis utrique pedi cothurnus. Inde natum adagium cothurna versabimus. Atqui Hispanus chapin, & quadrangulus est, & utrique pedi aptandus. Vnum tantum discrimen inuenio, quòd cothurnus altius per suras excurreret.

12. A TE PRINCIPIVM. TIBI DESINET.] Nemo inficiabitur expressum Theocrit. qui de laudibus Ptolemæi

Αὐδάσω τὸ Πτολεμαίος ἐπὶ πρώτοισι λελόσθω,
Καὶ τύμιος, ἐμὶ δ' ὕστος:

Virorum Ptolemæus laudetur primus, vltimus meditus. & Homer. Il. 9.

Ἀτρεΐδη νῶϊν ἀνὰξ ἀνδρῶν ἀγαμέμνον,
Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σοῦ δ' ἀρξόμενος.

Atride Illustrissime Rex virorum Agamemnon,
In te quidem finiam, à te incipiam.

Ad omnes Horatius allusit: *Prima dicte mihi, summa dicende Camœna.* Ad Virgilium signare Claud. Mar. Victor. in Prolog.

A te principium traxit quodcunque repente
Ex nihilo emicuit.

Et Sidon. in Epist. *à te principium, tibi desinet, nam petitum misimus opus.* Tu lege Erasmum in Adag. *Alpha, omega: prora, puppis.*

13. AGITE IVSSIS.] Ita & in 6. Ecl. *Non iniussa cano.*

14. VICTRICES.] Quia verè victorum & triumphantium. Pli. libr. 15. cap. 30. *Lauris triumphus propriè dicatur.* Et Statius: *Romanis præcipuæ lætitiæ victoriaque nuntia addunt literis, & militum lanceis pilisque. Fasces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Iouis O. M. deponitur, quoties lætitiam nouæ victoriæ attulit.* Cic. 6. de Rep. Lauri victrices.

A apud Macro. 1. Somn. *Non statuas plumbo inhærentes, nec triumphos arrectentibus laureis.* His possem addere Horatium 2. Car. od. 1. Ouid. 1. Met. Tibullum lib. 2. El. 5. Mart. lib. 9. & plures alios. Sed reges, vbi gesta à victoribus: Certe in capite Appianus in Libyco loquens de splendidissimo triumpho Maioris Scipionis, ita ait: πανήγυρις ἐξ ἐλεφάντων φέρει, ἐς ἑκάτερον ἵππον δέκα ἐφιππίους νομίζοντι νίκης συμβολον δάφνην στέφανον. Laurum ferri, quasi Romani insigne quiddam ejus boni. Quod de capite capiendum, nam idem lib. 5. Bell. civ. ὁ δὲ Καίσαρ ἐκπλεύσαντι τῇ δυνάμει, ἐς ἑκάτερον ἵππον ἐλαίου νίκης, ἐκ κεφάλου ἐξηρτημένη: Cæsar sacris peractis coronatus lauro, quæ signum victoriæ, tribunal conscendit. Lauri triumphantium.

B Sed hæc corona mutata deinde est in aurum, ferente Agel. lib. 5. *Triumphales coronæ sunt aureæ, — hæ antiquitus è lauro erant, post fieri ex auro cœpit.* Laurea corona mutata in auream. Coronæ duplicis vsus.

15. HEDERAM TIBI SERPERE.] Allusum ad naturam hederæ, quæ adrepit arboribus. Ea coronantur Poetæ, auctores iam dedi 7. Ecl. ad versum Virgilij factus apparet ille Papin. 5. Sylu. *Iunctæque hederis irrepere taxum.* Et lib. 1. — *Laurum fabricare myrto.* Non abhorret ab hoc sapore illud Plin. lib. 9. Epist. *Tu passerculis & columbis nostris inter aquilas vestras dabis pennas.* Vicinius est illud Dion. lib. 53. vbi loquens de Augusto, ait, decretum esse, vt ante C eius Regiam laurus poneretur, supraque laurum corona ex quercu, videlicet in honorem Augusti. Inde Leopar. lib. 17. emendat c. 8. lucem dat Ouid. 1. Metam. & 2. Trist. el. 1. coniungenti duplicem coronam ex lauro & quercu. Suet. quoq; in Claud. c. 17. meminit duplicis coronæ, nauali, & ciuicæ, quas fixit Claud. in fastigio domus Palatinæ. Itaque videtur Poeta locutus ex eo more, quo illo ævo duæ sæpe coronæ coniungebantur.

[a] Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra,
Cùm ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
Dam. [b] Nascere, præque diem veniens age Lucifer almum
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore,
Dum queror, & Diuos (quamquam nil testibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

D parêtne: nam tenebris, vt cœlũ ipsum, ita quoque Dij tecti & nota altium affectũ. Reuiuiscũt omnia ad ortum diei, venti flant leniter, canũt volucres, viresc it herba, mortales omnes, & animãtia cetera, veluti de nouo, recuperata vita, sibi plaudũt: vnus Damõ tunc moritur, & eam ducit extremam vitæ horã. Illa *quamquam nil testibus illis Profeci*, hanc habent sententiam, Promissum fuisse coniugium Damonis, & Nisę Diis præsentibus, sed nihil profectum tam bonis testib.

ARGVMENTVM.

Describitur Aurora, Damon querelas componas de fraudibus Nisę sibi coniugio pactæ: vult vt Lucifer illas, & Dij audiant: vult illas canere Mænalios versibus.

EXPLICATIO.

a SIGNAT Poeta appetentem Auroram ab vmbra, quæ frigida, quæ vix decesserat: à rore, qui albente cœlo in herba visitur, qui pecori tunc est gratissimus. In hoc puncto temporis Damon oliuæ incubuit fœmæ, ac tereti, vt pondus incumbentis sustineret.

b Quàm signatius affectus! Miserum hominem, E & malo aliquo implicatum: noctes vexât variis cogitationibus: nihil loquitur in tenebris, tantum secum curas voluit, & recurrente dolore sollicitatur. Cùm surgit lecto, cùm erumpit dies, tam tũc ipse in querelas surgit, in voces erũpit. Ergo ex hoc affectu opeat Damon, vt Lucifer nascatur, vt diem præueniat, ad quem ipse, vt ad stellam Veneris amantium Deæ querelas deferat de violato amore Nisæ. Optat cœlestes Deos alloqui iam ex vicina luce cœlo ap-

NOTÆ.

1. FRIGIDA.] Ita hic *frigida* noctis vmbra, vt alibi *humens*, vtrumque ex absentia Solis. Hom. 5. od. dixit: αὐτὰρ ἐπ' ἠῶ παυσάμενοι λύχνῳ ἀνέκει ἠδὲ παρ' Αὔρην ἐξ ἁλὸς ἔρχεται ψυχρὴ πρωΐοιο ἐπὶ δὲ ἔπεσε νὺξ ὀρφναίη. Aura ex fluuio frigida spirat matutino tempore. Et Dio Chrys. Orat. 52. vocat, τὸν ἀέρα λυχνοῦχον ἀπὸ δὲ ἑωθινὸν ψυχρότερον καῦσα aurora. Cic. 1. Diuin. *Cum primum gelidos rores Aurora remittit.* Ad imitationem autem Virgilij Petrus Bargæus pastorem suum induxit spargentẽ querelas in lucis primo ortu. Ita enim ait:

Exulerat medio ætra se nox frigida cœlo,
Cùm fœcunda spargebat gramina rore:
Cùm sua formosæ percussus amore puellæ
Lumina deserui, cycidas venator, &c.

Aurora frigida.

UVA. BHSC. BU 00239

Vix cum. 2. VIX-CVM.] Ex Virgilio aliisque obseruauit Godefcal.lib.de Ling.Lat. hanc vocũ conſecutionẽ, vt elegantem. Ita in 6. *vix ea fatus erat, gemina cum forte columbæ.* Et 1.Æn. *vix è conſpectu — cum luno, &c.* Cic. 2.de Orat. *vix annus interceſſerat, cum iſte.* Cæſar. 6.Gal. *vix agmen proceſſerat, cum Galli.*

Ros herbas mollis. 3. ROS IN TENERA-HERBA.] Latent hîc cauſſa, atque effectus. Ros ipſe teneram herbam, & mollem reddit. Orus Apollo in c. de Peritia ita ſcribit. *Ros in omnes plantas decidens mollit eas, qua habent huiuſcemodi naturam, vt molliri queant.* Similis autem non appetentis lucis ex matutino rore in aliis eſt, Calpur. 5. Ecl.

Aurora venientis nota ex rore.

— Ante diem pecus exeat, humida dulces
Efficit aura cibos, quoties fugientibus Euris
Frigida nocturno tinguntur paſcua rore,
Et matutinæ lucent in gramine gutte. Nem. 1. Ec.
— Viridique gregem permittere campo.
Et ros, & primi ſtudet clementia Solis. Clau. 3. Rap.
Et prima ſub luce legunt, dum rore ſerenus
Alget ager, ſparſoſque bibunt violaria ſuccos. Ab hac nota Silius lib. 1. *Tithoni roſcida coniux, & alij.*

Virgilij varietas in Eclogis. 4. OLIVA.] Obſerua varietatem Poetæ, qua Bucolicum iſtud opus diſtinguit varia herbarum, & arborum viriditate, vt quibuſdam gemmis, in 1. Ecl. Tityrum ſub fago recubantem inducit. In 2. Corydon querelas ſuas iactat non ad fagos ſolùm, ſed ad totam ſyluam. In 3. Palæmon paſtores ſuos inuitat ad mollem herbam, & facit ſedere in virenti loco. In 5. Menalcas & Mopſus rem peragunt in antro ſparſo racemis ſylueſtris labruſcæ. in 6. Silenus quoque vaticinia in antro edit In 7. Corydon, & Thyrſis certant ſub arguta ilice. In hac 8. querelæ iactãtur iuxta oliuam. Ita Poeta ex miro ingenio quæſiuit varia herbarum, antrorum, arborum theatra ad peragendas iſtas, ſic dicã, ſcenulas. Si quis putet hæc caſu aliquo effuſa, & vena tantùm currẽte, mirè errabit.

5. PRÆQVE DIEM VENIENT.] Præueniens diem, πρόϑυμον. Porrò ſentẽtiæ ipſi affinis verſus Martialis, *Phoſphore redde diem, &c.* Affectum cõtrarium habes lib. 7. Epig. vbi quidam optat, Phoſphorum non naſci, ne ſuos amores perturbet.

6. CONIVGIS.] Non coniux Niſa, ſed deſtinata in coniugium, quod ſatis. Tale illud in 4. *Quos ego ſum toties iam dedignata maritos.* Non fuerant illi mariti Didonis, ſed præſumebant.

Querelæ amantium. 7. QVEROR.] Cùm vox iſta accõmodetur omnibus, qui erũpunt in querelas, ſed neſcias qui ſaltim detur amatoribus deſpectis. Itaque, vt conuitia ebriorum ſunt; iniuriæ inimicorum, inſaniæ amentium, ita querelæ amantium. In 4. Æn. *Deſine mẽque tuis incendere, teque querelis.* Calpurn. 3. Eclog. *Aliius iſta querar, ſi forte vocabis ſola.* Briſſeis Achilli.

Si mihi pauca queri de te dominóque, viróque
Fas eſt: de dom̃o pauca, viróque querar.

Ouid. 2. Art. amatorem ſuum inſtruens: *verba querentis habe.*

Amantes infidi. 8. NIL TESTIBVS ILLIS PROFECI.] Nil celebratius aut Poetis, aut aliis, quàm frangere fidem eos, qui amant: nihil curare Deos, nihil iuſiurãdum. Niſa hic Deos contemnit, quibus teſtibus firmatæ fuerant nuptiæ cum Dæmone. Inde natũ adagium. ἀφροδίσιον ὄρκον ἐν ἐμοιχείᾳ ἐπιόρκιον Veneris nõ *punitur.* Ouid. *Tuta frequẽſque via eſt per amici fallere nomen.* Menander apud Stob. ἄτιμον εἶ ἔρως: *inſidum quid eſt amor.* Plato in Conuiuio, ait, Deos, homines etiam omnem impunitatem conceſſiſſe amantib. vt tutò fallant. Locum Platonis integrum Eraſ. adducit Ad hoc argumentum ſpectant illa Ouid. 3. Am. 3. El. *Eſſe Deos credam ne fidem iurata fefellit.* Iterum,

Iuſiurandũ Veneris non punitur adagium.

Scilicet æterni falſum iurare puellis
Dy quoque concedunt.

Et 1. Art.

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.

Ridet quia nõ punit, & tutò illis iurare cõcedit. Huc aduocãda pars magna Epiſtolæ Medeæ ad Iaſonẽ, & aliqua Phyllidis ad Demophoontẽ. Ex hac ergo impunitate, & licentia huic generi mortalium cõceſſa, nihil in his nuptiis profectum eſt, etiam Diis teſtib.

9. INCIPE MÆNALIOS, &c.] Exemplar propoſitum ex Theoc. duplex eſt, alterum εἰδ. 1. ἄρχετε βωκολικῆς μώσας ϑίασος: ἄρχετ᾽ ἀοιδοῦ: *Dicite Bucolicos mea carmina diuite cantus.* Alterum 19. ἄρχεσϑε σικελικαὶ τὴν ϖόνϖην ἄρχελα μῶσαι: *Dicite Siceliides lugentes dicite Muſæ.* Vox Græca ſignatè reſpondet huic *incipite.* Intercalat ſæpe idem Theocrit. ſæpe Catullus, Nemeſ. 4. Ecl. Auſon. εἰδ. 8. vetus Poeta apud Lipſ. 1. El. cap. 5. Nouitij penè omnes imitantur antiquos.

Mænalus mons. 10. MÆNALIOS. Id eſt, paſtoritios: quales videlicet caniſoliti à paſtoribus in monte Mænalo Arcadiæ. Credibile huic monti nomen fluxiſſe ab vrbe eiuſdem Arcadiæ, quæ etiam dicta Mænalus: vrbi nomẽ cõtigit à cõditore Mænalo: auctor eſt Stephanus, & Pauſan. in Arcad. ſunt qui montis nomẽ deducant ἀπὸ τῶ μαίνεσϑαι. Vide Stra. 8. Geograph. ad finẽ.

Mænalus argutúmque nemus, pinóſque loquentes
Semper habet: ſemper paſtorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non paſſus inertes.
Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.

ARGVMENTVM.

Reddit rationem, cur canere parauerit Mænalios verſibus.

EXPLICATIO.

IDEO ad Mænalum paſtor confugit, vt in quo totum nemus dulciſſimè cantillet, pini ſuauiter admurmurent: vt qui audiat ſemper canentes paſtores, & ipſum adhuc Panem paſtoralis muſicę auctorem.

NOTÆ.

1. ARGVIVM NEMVS.] Vide quæ initio ſuperioris Eclogæ.

Loquor muſica. 2. LOQVENTES.] Obſeruaui hanc vocem ad Muſicam pertinere. Poeta ipſe in 6. *Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.* Theocrit. εἰδ. 36. ἀλλήλοις λαλέωντε τὼν χαμαὶ κὰτ ἀείσετον: *loquuntur mutuo Cyparriſſi tuæ nuptiæ.* Lucret. lib. 4. *Et liquidum citharæ carmen: chordáſque loquentes, Auribus accipere.* Horat. 2. Car. od. 9. teſtudinem vocat *loquacem.* Catul. de Phaſello.

— Cytorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.

Auſon.

Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis.

3. AVDIT.] Perſiſtit in metaphora, cui ſemel hæſit. Mænalum loqui pinis dixerat, iam audientem

UVA. BHSC. BU 00239

facit:iuncti hi duo sensus cognatione magna.

Mænalus mons.

4. PANA.] Ait.Mænalus audit canentem Pana. Faciunt ad hoc verba hæc Pausan.in Arcad.τὸ δὲ ὄρος τὸ Μαινάλιον, ἱερὸν μάλιστα ὄντα Πανὸς νομίζουσιν, ὅτι οἱ ἀεὶ ἐν τῷ, ἢ ὑπακούειν ὡς συρίζοντος τοῦ Πανὸς λέγουσι. Mænalium certè montem tam proprium esse Panos prædicant, vt fistula canentem Deum se audire accola affirmare non dubitent.

5. QVI PRIMVS CALAMOS.]Recurre ad illud 2.Ecl.*Pan primus calamos,&c.*

[a] Mopso Nisa datur. Quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis, æuóque sequenti
Cùm canibus timidi venient ad pocula damæ.
[b] Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

ARGVMENTVM.

Est iam in querelis, quibus dolet Nisam sibi abripi, Mopso dari: inde elicit monstra in augurium sequens. Marito inuide gratulatur de nupta.

EXPLICATIO.

[a] CVM Nisa formosa nupserit deformi Mopso, elicit pastor fore, vt amantes nihil non sperent. Gryphes,& equi;damæ, & canes amicitias cõtrahent;nam illi iungentur coitu,isti vna venient ad potum.

[b] Despectus pastor duo admonet pastorem sibi in amore prælatum,primum,vt faces incidat, alterum,vt nuces spargat iam maritus:illud, quia opus est facibus ad ducendam vxorem domum,istud,quia Hespero deserente Oetam montem, secúmque nocte adducente, tempus iam appetit adeúdi in thoro nuptiali ductam vxorem. Sed obseruandum, hæc dici cum dolore animi indignantis prelatũ alterum.

NOTÆ.

Mopso Nisa datur,&c.

1. MOPSO NISA DATVR.] Videtur Erasmo hoc hemistichiũ esse prouerbiale schema, cum præterspem res prælata contingit alicui indigno:nam non est nouũ esse in nominibus emphases.Itaque per Nisam intelligit,puellam insigni forma;per Mopsum,abiectissimum pastorem : vide, vt firmet:& aude à me,non sine specie prouerbij dixisse Plautum:*sortis sum victus:Cajina nubet villico.*

2. IVNGENTVR IAM GRYPHES EQVIS.]Ex duplici explicatione Seruij P.Dan.elegi posteriorem de coitu,quia illa visa aptior ad mentem Poetæ.Sed non hic omittam meam,quæ vera fortassis. Quid si dicat,fore, vt nascatur animal conflatum ex gryphe, & equo;quam mistionem natura non patitur. Nam Horat.verbum *iungo* infert de re simili.

Humano capiti cervicem pictor equinam
Iungere si velit. Idem Ep.od.6.
Nouaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor.

De gryphibus,si hic loquar,multus ero.Tu lege Ælianum lib.4.cap.26.Philostratum lib.3. Vit. Apollonij c.14.Plinium lib.10.c.49. & lib.7.c.2. Pausaniam Arcad Herodotum Thalia. Exornatio hæc ab impossibilibus vsurpata prius est Theocrito *eid.* 1. Græcis parcam.

Impossibilia.

Nunc vidis frondere rubi,floresce spine,
Atque in iuniperis narcissus pulcra virescat.
Omnia mutentur,ferat hoc pyra mollia pinus:
Nunc timide catulos agitent in retia cerui,
Stridula vocali philomela noctua certet,
Dum perit exstinctus crudeli funere Daphnis.

Versio est Eobani,mutaui pauca in melius.Virgiliana elegantiora Theocritis decernit Scalig. Lege illum.Pergo ad Horatium od. 16.Epod. *sed supremus in hac,&c.*Lege locum,est longus.Auctor Octau.

Iungentur ante æuia sideribus freta.
Et ignis vndæ,Tartaro tristi polus,
Lux alma tenebris,roscidæ nocti dies.

Calpur.6.Ecl.

Assyle credibile est,si vincat acanthida cornix,
Vocalem superet si dirus aedona bubo.

Alcimus Auitus lib.5.

— Quid denique restat,
Si mare transitur pedibus,nisi nauibus arua
Sulcentur,cælúmque suo decurrat ab axe,
In superos infernus eat,plaga feruida cœli
Algeat,astatum succedat scorpius vrsæ?

Qui locus simillimus est Virgiliano, nam sicut pastor ab his nuptiis fingit quæuis impossibilia,ita Ægyptij ab diuiso mari. In re quoque matrimonij ita Iuuen.Satyr.6. *Quid fieri non posse putas,si iungitur vlla Vsidio?* Amputaui hinc multa ἀδύνατα.

3. CVM CANIBVS DAMÆ.] Simultas hæc satis nota.

Incidere faces.

4. INCIDE FACES.] Incide in similitudinem spicæ.Clarius in spica. Inciduntur enim in longum minutis virgulis,& desinentibus in mucronem,quo facilius ardorem concipiant,in 2. Georg. sic extulit:

Inspicare faces.

ferróque faces inspicat acuto. Quod Phylargirius explicat,*findere in modum spicarum, cui multæ sunt aristæ.* Ex nostro Plinius dixit lib.18. *faces incidere, ridicas præparare.*De consuetudine faculorum, quæ nuptis præferebantur,dicam in 4. Æneid. ad illud : *nec coniugis vnquam Prætende tædas.*

5. TIBI DVCITVR VXOR.] Hæc repetitio, *tibi ducitur vxor, tibi deserit Hesperus Oetam* , iucunda est.Pari lepore Seneca in Agamem.

O cara salue terra,tibi tot barbaræ
Dedere gentes spolia,tibi felix duo
Potentis Asiæ Troia submisit manus.

Sparsio nucũ in nuptiis.

6. SPARGE MARITE NVCES.] Attingit morem Romanum,quem Catullus expressit in Epithal. Iuliæ,& Mallij, nuptiarum nocte ludibundi aderãt pueri,qui se nucum oblectamento, ac ludo recreabant.Hæ nuces à marito dabantur,spargebantúrque pueris:Verba Catulli:

Da nuces pueris iners
(concubine satis diu
Lusisti nucibus)lubet
Iam seruire Thalassio,
Concubina nuces da.

Hic mos;sed citiùs arenas numeres,quàm moris huius causſas. Narrare omnes, otiosum; nonnullas vtile, & ad morem cognoscendum, & ad capienda loca scriptorum,quæ passim obuia.Vulgaris Seruius

UVA. BHSC. BU 00239

nius ex Varrone hanc adducit, vt Iouis matrimonium celebretur, vt nupta matrona sit sicut Iuno: nam nuces in tutela sunt Iouis, vnde & iuglandes dicuntur, quasi Iouis glandes. Seruius Danielis asiam addit, nimirum spargi illas caussa boni ominis, nam proiectæ in terram tripudium solistimum faciunt. Plinij tertia erit, quæ contra secundam. Eius verba sunt lib. 15. c. 22. *Nec non & honor his* (nucibus) *naturæ peculiaris, gemino proiectis experimento, pulutnati primum calycis, mox ligneæ putaminis. Quæ caussa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis foetu munito. Quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciant.* Quorum verborum sententia est, vt nuces duplici operimento teguntur, ita fœtus duplici munimento muniri. Obiter notabis legendum in Plinio, non *tripudium, sonumve*: sed *tripudium sonuium*. De quo fortasse alibi. Quarta est, nucum strepitu virginis gemitus obtui, neque audiri cum corrumpitur. Hanc adhibet vterque Seruius. Quinta: fiebat hoc à vito, vt indicaret se iam puerilia omnia relinquere. Hanc agnoscunt Muretus in Catul. & Iulius Cæs. Scal. lib. 3. Poetices c. 101. Hæc consentit cum more illius ætui, quo pueri ludebant nucibus. Martial. lib. 5. Epig. 125.

Iam tristis nucibus puer relictis,
Clamoso reuocatur a magistro.

Horat. lib. 2. Satyr.

—— Positquam te talos Aula, nucesque
Ferre sinu laxo &c.

Ideo Persius: *— nucibus facimus quæcunque relictis.* Vide adagium: *nuces relinquere.* Sextam adhibet Iosephus Scal. in Catul. videlicet pueros meritorios, qui erant in domo patrisfamilias, cùm à turpi officio demitterentur, nuces à nouo sponso accipere, quas spargerent, nuptialia, ac fescennina canentes. Atque ideo ait, Plinium dicto loco scribere, nuces esse *Nuptialium & Fescenninorum comites.* Et Catullum signatè ad hunc morem in loco, quem suprà attuli, addere: *Desertum domini audiens Concubinus amorem.* Extremam ipse addo. Quid si ludibundi mariti nuces dabant, vt missilia? Inter missilia enim, nuces quoque spargebant veteres. Qui mos adeò solemnis, vt puces, cicer etiam (nam & cicer spargi quoque solebat) pro omni missili acciperentur. Sinnius Capito dixit, nuces mitti cerealibus, quòd diligerentur supra alia missilia. Lege Ios. Scal. in castig. ad Festum.

Hesperus nuptialis.

7. TIBI DESERIT HESPERVS OETAM. Hanc rem ante Virgilium sæpe attigit Catul. de Nupt. Pel. & Thet.

Aduenias tibi iam portans optata maritis
Hesperus, aduenias fausto cum sidere coniux:
Quæ tibi flexo animo mentis perfundet amorem, &c.

Iterum, *Vesper adest iuuenes, consurgite, vesper Olympo*
Exspectata diu vix tandem lumina tollit,
Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus. & adhuc:
Hesperus, qui cœlo lucet iucundior igni?
Qui desponsa tua firmas connubia flamma.
Nec tam cere prius, quam se tuus exculit ardor.

Vide etiam Senecam in Medea. Claud. in Epithal.

Attollens iubaratis Iadium in hbar
Dilectus Veneri nascitur Hesperus.

Et 2. Raptus: *Iam sinus inferno procederat Hesperus orbi.* Nouitius parco: & loco Nonni satis longo lib. 7. de Ioue optante noctem.

8. Cetera sensim verborum Virgilij, & locutionem ipsam assequuti sunt multi; rationem pauci. Ergo sententia est. Nox fit, surgit Hesperus in gratiam tui ô marite. Sed quæ ratio? Præmitto verba Liuij lib. 46. quæ pro ratione erunt. *Extremo ad*

A *Orientem montes Oetam vocant.* Hinc factum, vt dies, nox, Sol, sidera dicantur oriri ab Oeta. Itaque non tantùm nox (quod multi iam viderunt) sed potiori iure dies ipse dicetur habere ortū ab Oeta. De ortu noctis infinita sunt testimonia, nūc mihi satis illud Catulli: *Iamdudum Oetæos ostendit noctifer ortus.* De cuius versus lectione adi Achillem Statium. Et Virgilij in Cul. *Et piger aurato procedit vesper ab Oeta.* De ortu diei perspicue Statius Papin. lib. 5. Sylua. Oeta mons.

Septima iam rediens Phœbe mihi respicit agras,
Stare genas, totidem Oetææ, Paphiæque reuisunt
Lampades.

Vbi sententia est, se insomnem fuisse, & cùm nox aduenisset, & cùm Sol nasceretur per septem dies. Senec. in Thyest. Act. 1. describens diei ortum:

B *Iam cœruleis cuectus equis*
Titan summum prospicit Oetam. Sil. lib. 6.
Vix dum clara dies summa lustrabat in Oeta
Herculei monimenta rogi.

Hinc errorem Seruij deprehendes, qui cùm rectè dicat, signari à Poeta noctem aduenientem: præmittit malè, ideo hoc dici, quia stellæ videantur occidere ex hoc monte. Non occidunt sed apparent, surgunt, oriuntur: nubes testium contra illum: nihil enim frequentius in Poetis, qui eadem locutionem vsurparunt, quàm Hesperum oriri, illum videri, radios ab illo spargi: quæ omnia contraria occasui. Neque vidi Poetam, qui ad signandum occasum fiderum vtatur monte Oeta. Sed esto: hoc aliquis dicat ad alia sidera, certe per Hesperum nuptialem semper ortus signatur. Quin communiter nūquam fere montes assumuntur ad significandos occasus, sed ortus. Ita Calab. lib. 2. in ortu Luciferi infert ὄρεων ἀκεφωνιωτιων ὀιγα. Et Ammian. lib. 27. loquens de Thracia, *Per dextrum quod Australe est latus scopuli tenduntur Rhodopes, vnde Eorum iubar exsurgit, siniur in fretum.* Possem multis aliis firmare. Addam hic (quando in Hespero sum) quæ sit hæc stella Hesperus, vesper, & vesperugo idem est cum Lucifero, aut Phosphoro: discrimen tantùm, nam vespertino tempore dicitur, vesper. Hesperus, Vesperugo: matutino nomen mutat, & vocatur Lucifer, Phosphorus. Cic. 2. Nat. *Stella Veneris quæ φωσφόρος & Græcè, Lucifer Latinè dicitur, cum antegreditur solem: cum subsequitur autem, Hesperos.* Plato in Epinom. ὁ μὲν γὰρ ἑωσφόρος, ἑσπερος ὁ αὐτὸς ἐστιν. Plinius lib. 2. cap. 8. *Præueniens quippe, & ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans: contrà ab occasu refulgens nunc putatur vesper, vt prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens.* Cinna in Smyrna. Montes significant ortus siderum. Hesperus quæ stella.

C

D

Te matutinis flentem conspexit Eous.
Et flentem paullo vidit post Hesperus idem.

Sen. in Med.

Et tu qua gemini prævia temporis,
Tardè stella redis semper amantibus. & in Hip.
Qualis est primas referens tenebras
Nuncius noctis, modo lotus undis
Hesperus, pulsis iterum tenebris
Lucifer idem.

E Itaque vir doctissimus Turnebus lib. 24. Aduer. c. 27. falsus est, cùm scripsit, aliam esse stellam Nocturnum, id est, Vesperum: aliam Luciferum. Nam Statius in 6. Theb. cui innititur, nihil pro illo. Versus Statij sunt:

Roscida iam nouis cœlo dimiserat astra
Lucifer, & totidem Luna præuenerat ignes
Mutato Nocturnus equo.

Hæc (inquam) nihil pro Turn. Neque enim discriminat Statius, tantùm ait, *mutato equo*, quia eadem stella manè candido, noctu atro equo vehitur.

UVA. BHSC. BU 00239

hitur. Ad eundem modum locutus est Boetius:

Et qui prima tempore noctis
Agit algentes Hesperus horas,
Solitas iterum mutat habenas
Phoebi pallens Lucifer ortu.

Et fortasse in Nuptiis (addam hoc dignum, quod sciatur) fiebat mentio Phosphori, non tantum

A Hesperi, allucente Nazianzeno in carmine ad Vitalianum. Ἕσπερον εἴφυσιν ἄλλῳ, ἐωσφόρον ἄλλῳ ἄνεσι: *Hesperon hic rursum cantauit, Phosphoron ille.* Loquitur de re nuptiali. Reperi præterea neminem, quem adiungam. Itaque ex hoc testimonio liquet, hanc stellam celebratam amantibus sub nomine etiam Luciferi. Luciferi mentio in nuptiis.

[a] O digno coniuncta viro, dum despicis omnes,
Dúmque tibi est odio mea fistula, dúmque capellæ,
[b] Hirsutúmque supercilium, prolixaque barba,
[c] Nec curare Deum credis mortalia quemquam:
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

ARGVMENTVM.

Insultat iã stultitiæ Nisæ, qui prius deformitati Mopsi.

EXPLICATIO.

[a] SENTENTIA habet Ironiam. dicit enim, Nisam coniunctam fuisse cum indignissimo Mopso. inde elicit, quæ fuerit Nisæ stultitia, cùm præ illo omnes despiciat, odio habeat canoram Damonis fistulam, & capellas. His notat Mopsum, & insuauem canendo esse, & minimè diuitem.

[b] Quid ais pastor? Certè Nisa te contemneret. Nam quis amet hirsutiem in supercilio, horrorem in barba? Ergo sententia ô lector ista est. Pro te ô Nisa induxi incultũ, & deformem habitũ, abiecti me, nihil curaui elegantiã corporis, si te possem hac veluti pœnitentia permouere, tu tamẽ omnia cõtẽnis.

[c] Pendet sententia ex superioribus. Contemnis omnia, neque aduertis Deum aliquem fore vltorem tantæ arrogantiæ. Hæc summa est stultitia.

B persona Cyclopis: *Nec mea quod duris horrent densissima setis Corpora, turpe puta.* Turpilius in Paraterusa ita habitum tristem describit: *videbam stare tristes turbido vultu subductis cum superciliis senes.* Terent. Varro in γνῶθι σεαυτὸν: *grandibus superciliis.* Tatianus ita Græcos Philosophos: *capillitium demittunt copiosum, barbam alunt, ungues ferinos gerunt.* Non abit à Theoc. & Virgil. habitus ille, quem dat Seneca Hippolyto his verbis:

Vbi vultus ille, & ficta maiestas viri?
Atque habitus horreni, prisca & antiqua appetens?
Morimque fanium triste, & aspectu grauem?

Ad Virgil. quoque adspiraunt Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. *Vox obscenior est, sermo ferocior, hirsutius supercilium.*

3. Fortasse Theocr. Virg. & alij ad formam adagij adspirarunt, ita vt supercilij nomine intelligerent habitum tristem, adductum vultum, faciem contractam. Certè S. Hieronym. prouerbialiter accipit in Epist. ad Demetriadem: *Eruditorum sibi assumunt supercilium.* Et lib. 1. aduersùs Pelag. *Repente mutaris in Stoicum, & de Zenonis tonas supercilio.* Nihil in Hieronymo hac locutione frequentius. Ammianus quoque lib. 20. *Lupicinum magistrum armorum, bellicosum sanè, & castrensis rei peritum, sed supercilia erigentem, vt cornua.* Et lib. 29. *ardua imperij supercilia.* Martial. lib. 9. Epig. 81. *Pallatinum supercilium* dixit, pro Romanis Cæsaribus. Arnob. libr. 1. *supercilioſa nimium res est, &c.* Et lib. 2. *arrogantiæ supercilio tumidus.* Nazianzenus in Epitaphio Basilij vt diceret, nemini insimorum iniuriam facimus; ita extulit: ἀλλὰ μηδὲ τῶν τυχόντων τινὶ τὸν ὀφρῦν αἰέροντας, *nemini insimorum supercilium attollimus.* Supercilium proueib.

4. PROLIXAQVE BARBA.] Longam capio, productam, promissam: nam hanc pastor fuit crescere ad indicandam tristitiam. Itaque non placet Gisan. qui in Collect. ad Lucr. accipit non tam longam, quàm densam, & negligenter ad mentum reiectam. Videtur enim vir doctus abire a vocis significatu, nam prolixitas ad longitudinem semper refertur. Quis dubitet, Iustinum lib. 4. in illis: *capillo, barbáque prolixis*, capiendum de longitudine. Mitto sexcentos. Sed non signatissimum locum Artem. lib. 1. Oniroc. cap. 20. ἐὰν συμφοραὶ σύνεται θριξὶ: *capillus augebitur in calamitatibus.* Vides, vt propria sit calamitatum pilorum productio. Et quidem, si densitatem, & hirsutiem tantùm voluisset Poeta exprimere, sciuisset vti propriis verbis, ad eum modum, quo Calpur. 6. Ecl. dixiti — *hirsuta ſpinoſior hiſtrice barba.* His præmissis dicam de imitatione. Prolixa barba quæ.

5. Sententia Virg. sumta est à Theoc. qui εἰδ. 3.

Ἦ ῥ᾽ οὐ σιγᾷς κατυπαὶ νομαῖς ἐγγύθεν ἡμέν
Νύμφα καὶ σεσγήσεσθ᾽:
Num tibi sumus videor, cum prope adsum,
O Nympha, & barbatus?

Et

Horatius explicatus.

Supercilium habet notas affectuum.

NOTÆ.

1. HIRSVTVMQVE SVPERCILIVM.] Dicam hîc tria, de nota supercilij, de imitatione, de forma adagiali. Est maxima nota humani affectus posita in superciliis aut iræ, aut doloris, aut inuidiæ, aut cuiusque affectionis Petr. Satyr. *Posſquam ſe amari ſenſit, ſuperciliũ altius ſuſtulit.* Amm. Marcel. lib. 16. de Rege Chomodomario: *ardua ſubrigens ſupercilia, vt ſæpe ſecundis rebus elatus.* In vetere Epig ὕπνῳ δηπρέψαι γυρὰν ὀπωπίτιον: *loquebatur conuertens aduncum ſupercilium.* Philostratus loquens de Achille. ὀπωπιοντότι, ἢ δυμοειδὲς, φρύαγμα: *ſupercilium & faſtus irarum index.* Inde Eurip. in Hippol. ὀφρῶν νέφη dixit: *ſupercilioruṁ nubes.* Et Horat. *deme ſupercilio nubem.* Ista de ira: sequuntur exempla doloris, & inuidiæ. Græcus idem in Alceſt. σύγνῳ σεσωπῶσῃ, ἢ συνωφρυωμένῃ: *Triſti vultu, & contractis ſupercilijs.* Aristot. lib. 1. Hist. c. 9. in illis posuit, si essent dimissa, notam φθόνου: *inuidiæ.* Ab his non abeunt, quæ docte obseruauit P. Victorius lib. 8. var. c. 1. ex Catullo, & Diphilo de hac locutione, *tollere ſupercilia.* Lege illum. Neque verò solùm ad iram, & dolorem, inuidiam, sed etiam ad signandam lenitatem animi. Nam Nemes. 1. Eclog. — *mitte ſeuera Fronte ſupercilium.* Et Nonn. lib. 15. γαληναίων ὑπ᾽ ὀφρύσι μειλιχίη θάρ: *ſereniſ ſupercilijs blanda fera.*

2. Adumbrauit Theocritum, qui in Cyclope,

Γινώσκω χαρίεσσα κἀγὼ τινὰ σὰν ἀνεκ᾽ φεύγεις,
Οὕνεκα μοὶ λασία μὲν ὀφρὺς ὕπα παντὶ μέλαινα
Ἐξ ὠτὸς τέτατται, σοὶ δ᾽ ὥτερον ὡς μία μακρά:
Sed ſcio cur fugias, cur me cariſſima ſpernas,
Denſa ſupercilio quia frons eſt plurima longo,
Inque aurem flexu continga vtramque ſuperbo.

Leui flexu ab vtroque Ouidius recessit 13. Met. sub

UVA. BHSC. BU 00239

Et sanè Virgilius tam ex Cyclope, quàm ex hoc loco imitationem sui amplè hausit, amputatis illis, quæ erant otiosa. Virgil. hæsit Tarianus orat. contra Græcos. *barbam frusti a prolixam alatu.* Et sanct. Hieron. Epist. ad Rust. *videas nonnullos accinctis renibus, pilla tunica, barba prolixa.* Terent. Varr. in Menippea: *coma promissa* dixit: quod noster *prolixa*, Nazianz. orat. de Patris Funere: βαθὺ & ὑπήνης: *barbæ profunditas.*

[a] Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem,
Alter ab vndecimo tum me iam cœperat annus,
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
[b] Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error,
Incipe Mœnalios mecum mea tibia versus.

ARGVMENTVM.

Describit locum, ætatem, tempus, & circumstantias alias, quibus amare Nisam inceperit.

EXPLICATIO.

[a] QVATVOR primi versus hanc habent sententiam. Vidi ego te paruam vna cùm matre mea legentem in sepibus, id est, hortis (signat enim à continente contentum) nostris mala perfusa matutino rore, erâ vero ego dux & tibi, & matri meæ. Prosequitur. Vt tu parua ego quoque paruus, nam me tum annus cœperat tertius decimus, in qua iam ætate contingebam ramos à terra.

[b] Præmiserat, *vidi te legentem mala in meis hortis.* Ergo ait. Proh, me miserum, vt vidi! vt perij, vt erraui! Quasi dicat: miser sum, qui vidi, qui perij, qui erraui.

NOTÆ.

1. CVM MATRE.] Hanc matrem esse ipsius Damonis, non Nisæ, capies ex imitatione Theocriti, ideo signatè ait: (nostris sepibus) Ergo Theocritus in Cyclope.

Ἡνίδε μὲν ἐγὼν ἅδεα τὺν, ἁνίκ᾽ ἐπέρωτον
Ἡνίδε ἐμὰ σὺν ματρὶ, δελοσσ᾽ ὑακινθίνια φύλλα
Ἐξ ὄρεος φέροισ᾽ ἁμὲ δ᾽ ὀδὺν ἠμύθεον:

Amare te cœpi puella tum, cum primum
Venisti cum mea matre, volens, hyacinthina folia
Ex monte decerpere, ego vero dux eram.

Theocr. supetat Virg. Volo legas hic iudicium Magni Scaligeri de loco Virgilij, & Theocriti. *Quæ exprimi, laute dicit: & quæ mutat, sapidiora sunt: & quæ addit, facetæ, ac mollicula. Nonne melius mala, quam folia Hyacinthi? vt omittam calumniæ faciem, petuntur enim magis Hyacinthi flores, quam folia, & in montibus infrequentior Hyacinthus. Descriptio vero ætatis, & non vulgaris, neque affectata tamen, naximéque conueniens pastori.* Similis est vel affectus, vel historia Timoclis in Nexta apud Athen. lib. 13. vbi quidam lugens inducitur.

Αὐλὲ ἐγών, ὁ δύσυχις
ἔφυνες ἐσσᾶσις, ἁνὶ᾽ ἐπ τὴν κράπαεσ

Συνέκας, sed miser ego sum, qui Phrynem tum amauerim, cum capparim adhuc colligeret.

2. ROSCIDA MALA.] Indicat Vrsinus epithetū sumtum à Theocrito, qui de rosis dixit ἐρσοδέντα.

Alter quid propriè signet. 3. ALTER AB VNDECIMO.] Ait Seruius signari annum decimū tertium, nam alter de duobus tantùm dicitur: & sicut, vnus ab vndecimo, erit duodecimus: sic alter ab vndecimo, erit decimus tertius. Sic ferè ille. Consentit Iosc. Scal. in Manilium, nam apud Liuiū ait, altero & vicesimo anno, est anno vicesimo & secundo. Ita etiam explicat Robortellus. Aliter sentit Sigonius explicans locum hūc Poetæ.

B 4. VT VIDI.] Illud Seruij, vnum esse aduertibū temporis, aliud qualitatis, hac sententia; *mox vt vidi, qualiter perij*, cui etiam Erythræus adhæret, mihi non placet, sicuti nec Germano in hunc locum Itaque tantùm est simplex quædam locutio, Græcis quoque in vsu, vt apparebit ex imitatione. Nūc sententiam Virgilij locupletabo, qui ait, oculos esse duces in amando. Ita sanè est. Habet enim animus has duas fenestras: nam mirum quo amore, & ardore feratur in rem visam. Expressit hoc Musæus in Leandro, nam cùm præmiserit corda hominum figi amore tanquam sagittis, subdit, δέδωκεν δ᾽ ὀδὸς εἶναι: *oculus via est.* Ælianus lib. 10. Var. Hist. c. 2. ἐνδιάτων τῶν κυρηναίων ἰδοῦσα λαΐς, πεφίστη αὐτῷ διαλεγομένη: *Lais cum Cubatum Cyrenensem aspexit, ardentissimo in eam amore capit flagrare.* Plutar. de Amore: ᾗ δὲ λὶς τὼ πάθει ἐπὶ λαβὴ: *amoris capiendi ansa victum est.* Vide eūdem lib. 5. Sympos. Quæst. 7. Plato citatus à Clemente 6. Strom. c. 1 ἀρχὴ μὲν ἔρωτος ὄψεσις: *Visus amoris principium.* Eurip. in Hipp. ἔρως, ἔρως ὃστ᾽ ὄμμασιν ταχεῖς πόθον ψυχαῖς, *amor, qui per oculos desiderium instillat.* Apud eundem in Troadib. Hecuba Menelaum admonet, vt Helenam interficiat, subditque ista:

Ὁρᾷς δ᾽ ὅπλα σώμ᾽, ὡς᾽ ἔκ᾽ ἐκ δόλου,
Αἰρεῖ γὰρ ὅμματ᾽ ἀνδρὸς ἁβρεῖ πλόκοις,
Πίμπρησι δ᾽ οἴκους, ὧδε᾽ ἔχει πυρπάκτα:

Hunc, cum videris, fuge, ne te amore capiat:
Capit enim oculos virorum, euertit urbes,
Accendit ædes: sic habet muliebria.

C Maximus Tyrius ser. 8. ἀγαπᾷ δ᾽ ὁ μὲν τῶν ἀβελλῶν ὧδε τὸν ὀφθαλμὸν ὁ ἔρως. *Agestilaus per oculos amor irruit.* Cleopatra apud Appian. 5. Ciu. Antonium mirè impulit, ὀφθεῖσα: *visa.* Ilocr. in laudatione Helenæ de Theseo amante Helenam, ἰδὼν αὐτὴν πόθον ἐνέβαλε τῇ καλλει κρατεῖν τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡς᾽, &c. *Illam vt vidit, tantum eius amore est victus, vincere alios assuetus, vt, &c.* Vide Græcum epigramma lib. 7. inītium, ὀφθαλμοῖ, &c. vbi Silentiarius reprehendit suos oculos. Latinos si ad cam, qui eandem sententiam dixerunt, arenas numerem: sed conchas hic inserere, non erit insipidum. Plaut. Mercat.

Ego illic aspicio forma eximia mulierem,
Quam ego postquam aspexi, non ita amo, vt sani solent
Homines, sed eo pacto, vt insani solent.

E Propert. *Si nescis, oculi sunt in amore duces.* &c: *Cynthia prima fuit, miserum me cepit ocellis.* Adhuc: *crescit enim assidue spectando cura puellæ.* Quintil. in Declam. *Oculi sunt ista nostra luxuria, hi nos vt omnia quotidie vitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt.* Apul. lib. 10. *Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi precordia mea medullis acerrimum commouent incendium.* Amputatis multa ex multis. Sed non omittam, non omnino eos errare, qui ductū hac sententia, quam exornauit, dicunt Græcum ἔρωτα, *amorem*, duci ἀπὸ τῆς ὄψεως, *a visione.* Nam quæ videmus, ea amamus. Ad quod etiam assidui pul-

Amoris etymon apud Græcos.

Oculi duces ad amorem.

UVA. BHSC. BU 00239

cra illa Græcorum paronomasia ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν, *visus amorem efficit.* Non assequitur Latium Græcam paronomasiam : si voluisset afferre, quæ diuini scriptores; quis finis? Sanctus Antiochus Homil. 17. *Ipse enim vel aspectus mulieris, telum est veneno lethali liuum.* Vide, quæ idem Homil. 20. vbi ait, Cyrum abstinuisse ab aspectu elegantis fœminæ, ne caderet. Cyprian. de zelo, & liuore : *offert* (dæmon) *oculis formas illices, & faciles voluptatis, vt visu destruat castitatem.* Nazianzen. Orat. 43. monet abstinendum ab omni voluptate, & absoluit, μηδὲ συναρπαζῆς τοῖς βλεφάροις : *ne te palpebræ transuersum agant.* Dicam iam de imitatione.

5. Hanc locutionem hausit à Theocrito, qui ea delectatus. Nam εἶδ. 12. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην : *vt vidi, vt insanius* : & 3. ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάρνη : *vt vidit, vt insaniuit.* Locutionem istam fluxisse in Theocritum, & Virgilium, aliosque Poetas ex Homero Victorius admonet lib. 35 var. cap. 12. Exempla Homeri ipse adiungit, in omnia nos incidimus. Ego ea vsum vidi

A Oppian. 4. de Pisc. ὡς ἴδον, ὡς ἐκέχυντο : *vt viderunt, vt infusi sunt.* Coluthum de Raptu Helenæ, ὡς ἴδεν ὡς ἐνόησεν : *vt vidit, vt cognouit.* Ab ea non abludit Aristænetus Ep. 2. lib. 2. καὶ ἅμα τῇ ὄψει τῷ σῷ τετόξευμαι κἀγὼ, ὡς τὸ ἰδὸν : *simul vidi simul me forma sauciauit tua.* Horatius quoque hanc phrasin amauit, careat licet geminatione. Epod. *vt gaudet insitiua decerpens pyra.* Et scribens ad Mæcenatem : *vt mihi sæpe Bilem, sæpe iocum vestri mouere tumultus!* Plinius alter lib. 5. epist. geminans : *vt illa patris cæruicibus inhærebat : vt nos amicos paternos & amantes & honeste complectebatur : vt nutrices, vt pædagogos, vt præceptores pro suo quemque officio diligebat.* Loquitur videlicet de laudibus puellæ defunctæ : integrum versum Virgilij arripuit Ouidius diuidens, nam in Medea : *vt vidi, vt perij, nec notis ignibus arsi.* Et 2. Trist. *Illa nostra die, qua me malus abstulit error.* & 1. *Immo ita si scitis, si me meus abstulit error.* Et flexu simili El. 1. lib. 4. Trist. *Scit quoque, cum perij, quas me deceperit error.*

Nunc scio quid sit Amor: duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

ARGVMENTVM.

Qui Mopsi deformitatis insultauerat, & Nisæ stultitiæ, insultat iam sæuitiæ Amoris, obiiciens illis natales feros.

EXPLICATIO.

QVASI dicat : Iam serò tandem scio Amoris naturam, & genus. Explicat quod hoc genus, obiiciens huic Deo contraria omnia illis, quæ ipse habet. Editus est ex Venere, attribuit illi Ismarum, aut Rhodopen montes Thraciæ : gestatus est in molli vtero eius Deæ, dat illi duras cotes, quibus conceptus fuerit : natus est in media Græcia, dicit natũ inter Garamantas, qui extremi. Ergo : Vterus tibi ô Amor, cotes sunt parentes Ismarus & Rhodope; natalitium solum, Garamantes extremi, inde est ait, vt puer hic sit non humani generis, non humani sanguinis, sed totus saxeus.

NOTÆ.

1. NVNC.] Explicatio, quam adhibui, innititur Donato, qui in illud Terent. Eun. *Nunc ego, & illum scelestum esse, & me miserum sentio*, particulam *nunc* explicat serò, quasi dicat, serò scio.

2. NVNC SCIO, QVID SIT AMOR.] Theocritus *eid.* 3.

Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα, Κυρὴ Διός, ἢ ῥά λεαίνας
Μαζὸν ἐθήλασε, δριμὺ θρέμμ' ἔτερος ματέρος.

Nunc scio quid sit Amor, sæuus est Deus : certe leænæ
Mammam suxit, & in saltibus ipsum educauit mater.

3. ISMARVS, &c.] Versum hunc Henricus Stephanus ita legit : *Aut Tmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes.* Quam lectionem peruincit ex vetusto codice, in quo scriptum, *Aut Tmarus, aut, &c.* Ex m. s. Seruij, in quo legitur, *Aut Marus, aut, &c.*

Tmarus mons.

B videlicet de laudibus puellæ defunctæ : integrum versum Virgilij arripuit Ouidius diuidens, nam in Medea : *vt vidi, vt perij, nec notis ignibus arsi.* Et 2. Trist. *Illa nostra die, qua me malus abstulit error.* & 1. *Immo ita si scitis, si me meus abstulit error.* Et flexu simili El. 1. lib. 4. Trist. *Scit quoque, cum perij, quas me deceperit error.*

C demta à librario litera, T. ob incuriam. Deinde quia Bembus iam olim hanc lectionem stabilierat ex Strabone agnoscente montem Tmarum. Postremò, quia particulam *aut* ter disiungentem Theocritus posuit vnico versiculo, quem credi potest imitatum fuisse Virgilium, ἢ Λύδω, ἢ ῥοδόπαν, ἢ κἀυκάσου ἐσχατόωντα : *aut Athos, aut Rhodopen, aut Caucasum extremum.* Qui scripserunt Ismarus, pro, aut Tmarus, videntur decepti vel montis ignoratione, vel versu Virgilij, qui 6. Ecl. *Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orpheа.* Lectionis, quam repræsentaui, indicium est, in duobus codicibus emendatissimis Seruij, vno literis Longobardicis exarato, altero vetustissimo, qui fuit Franc. Philelphi, legi, *Aut Ismarus, aut Rhodope, &c.* Qui versus, cùm consistere non possit, videtur corrigendus per superiores coniecturas. Est autem Tmarus mons Epiri, vt scribit Seruius Pet. Daniel. libr. 5. ad illud : *Fit Beroe Ismary coniux longæua Dorycli.*

D

6. EXTREMI.] Isid. explicat *extremi, id est, sæui*, laudat Turnebus, & alij. Sed nihil est opus. Syncere capio. Extremi verè sunt, sed inde certum est sequi sæuitiem. Nam qui remoti à consortio humano, & extremi, feroces sunt : vt ipsi Garamantes, ad quos est *ver inexplicabile*, ait Plin. lib. 5. cap. 5. Nam cur abeat à se Poeta? dixit enim : *extremique hominum Morinorum* : alibi, *ultima Thule.* Horatius *vltimos Britannos.* Theocritus κἀυκάσιον ἐκάλεσσε. Qui Poetæ propriè capiuntur : sed inde sæuitiem exsistere iam dixi. Exemplum ipsi suppetunt, nam de illis Tacitus 4. Histor. *Garamantes excierat gentium indomitam, & inter accolas latrocinij fœcundam.* Et Plin. cap. 7. *Garamantes matrimoniorum exsortes.* Quod ad sæuitiam referre queas. Dicti verò sunt ita ab oppido. Plin. c. 5. *clarissimum oppidum Garama caput Garamantum.*

E Garamantes sæui.

Sæuus Amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus : crudelis tu quoque mater :
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Indicant sæuitiam Amoris ab eius natalibus, iam à crudelitate Medeæ.

EXPLICATIO.

IN explicandis his versibus sequar Nannium, qui egregiè Poetam expendit, improbato prius syllogismo Seruij, quem non ipse solùm, sed alij improbant. Ergo repræsentatur multiplex affectus Damonis, qui cùm in primo versu, & alterius hemistichio affirmet, Cupidinem fuisse magistrum Medeæ ad parricidium, quo proprios filios interfecit, mox in altero hemistichio subsistit dubitabundus, ac velut excantans conuitium, quasi non totum illud scelus fuisset Cupidinis, matrem appellat crudelem, quasi illud scelus natum fuisset ab immani natura Medeæ. Deinde in tertio versu hoc fundamento iacto vtriusque culpam examinat interrogans se in hunc modum: *Crudelis mater magis, an puer improbus ille?* Tandem in quarto sententiam absoluit, & vtrũque condemnat, relinquens in incerto, parésne, an impares sint culpæ. Ait enim: *Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.* Ita ferme Nannius.

NOTÆ.

a SÆVVS AMOR.] Inter amoris attributa frequentissimum hoc. Omissis omnibus, tantum adducam initium epigrammatis Meleagri venustate plenum.

Δεινὸς ἔρως, δεινοὶ τὸ τὸ πτερὸν, ἢν πτάλαι εἶπω,
Καὶ πάλιν ἀμπέζον πολλάκι δεινὸς ἔρως!

Sæuus amor, sæuus, quid id est, si tèque quatèque
Ingeminem sæuus, sæuus & asper amor.

versio est Lucæ Fruterij. Vertere alij, inprimis Claud. Minos in Emblem Sedul. lib. 2. voluit imitari Virgilium his versibus:

— *Heu noxia coniux,*
Noxia tu coniux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux.

2. NATORVM.] Nomina filiorum Medeæ, quos ipsa interfecit, docet te Pausan lib. 2. Dicebantur illi Mermerus, & Pheres. De horum sepulcro nonnulla non vulgaria.

A 3. MATREM.] Medeæ facinus in maestandis liberis qui Poetarum non perfecuti sunt? Non omnes hos adducere, tantùm præter vulgares, qui circumferuntur, indico tibi Antipatri Epigrammia, cuius initium κοσμεῖνς τὸν ὅπτ᾽ ἔ. Et alterum adespoton in lib. 4. quod vertit Pompon. Guaricus, initiũ, *Quod natos genuina ferox Medea moraturi, &c.* Ausonij duplex est epigramma, vnum ex Antiphilo, alterum ex Philippo. Lege illum. Versus quoque iste adespotos mirus est, φάσγανον ἐν παλάμῃ, θυμὸς μέγας, ἄγριον ὄμμα: *Gladius in manu, animus acer, oculus sæuus.* Nazianz. in carmine ad Vitalianum ita, Medeæ facinus.

Καὶ μήτηρ τέκεσσον ἑοῖς αὐὶ φάσγανον ἧκεν,
Αἰσχυνομένη μὴ παῖδες ἔρωτος.

Natorum mater demisit in ita ferrum,
A patre iura dolens tæda prostrata iugali.

B Ouid. 2. Trist. ita breuiter:

Tingeret vt ferrum natorum sanguine mater
Concitus à læso fecit amore dolor.

Ex omnibus nemo fortasse (nam de victoria nihil ambigo) æquat argutias, quibus Virgilius hanc historiam attigit his quatuor versibus. Id perspicuum erit conferenti Poetarum loca.

4. CRVDELIS TV QVOQVE MATER.] Medea adadex pro crudeli quapiam fœmina in prouerbium potest abire, quod Delrius noster animaduertit ex Ouidio, & Simocato. Prior in Hypsip. Medea adagium pro crudeli.

Pellicis ipsa meos impleuerim sanguine vultus,
Quòsque veneficijs abstulit illa mihi.
Medea Medea forem.

C Posterior in Epist. μηδέποτε, γυναῖκες ἐραστὰι φαίδρας ἢ Μηδείας. *Medea, & Phædra formidabiliora.* Adiungo ex eadem mente dictum Æschylon in Prometh.

Μεγαλεύχους ἐπὶ γαῖας ἐνοικεῖ παρθένοι.
Συγκλαύτους δυνατὸ,
Κοκυτὸν τε γᾶς ἐνοικεῖ παρθένοι.

Tuis lacrymabilibus malis
Condolent homines,
Et terræ Colchidis incolæ virgines.

Quasi nihil maius potuerit dici, quàm vt Colchorũ virgines, quæ sæuæ nimium, condoleserent. Quam infamiam illæ à Medæa procùl dubio contraxerunt.

5. IMPROBVS.] Cur non immanis, dirus, ferus? sed signate *improbus*. Præclarè aduertit Nãnius apud veteres omne genus scelerum hoc modo condemnari solere, *improbè factum videri.* Improbus.

Amoris sæuitia.

Nunc & oues vltro fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: Narcisso floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ:
Certent & cycnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

ARGVMENTVM.

Redit ad impossibilia.

EXPLICATIO.

ADEO visæ pastori sunt nuptiæ istæ deformes, vt redeat ad impossibilia, credátque inde euenire posse omnia, quæ natura exhorrescit, & nemo vnquam vidit. Ait itaque. Nunc, id est, peractis iam his nuptiis lupus fugiat ad visas tantùm oues, & quidem vltro: quercus ferant mala, alnus Narcissum, myricæ electra. Pergit vlulæ, quæ verè vlulant, aspirent ad victoriam cycnorum, qui canunt suauissimè. Demũ Tityrus, cantor rusticus, sit Orpheus, D non quiuis Orpheus, sed ille, qui in syluis potens fuit arbores trahens ad se: sic Arion, neque Arion quiuis, sed ille, qui feras marinas cantu mulcebat. Postrema de Orpheo, & Arione Nannius ante me expendit. Obserua lector mentem Poetæ; triplex est animantium genus vegetans, sensile, rationale, ab omnibus aduocauit sua impossibilia: sunt enim hic arbores, feræ, homines.

NOTÆ.

1. NVNC ET OVES VLTRO FVGIAT LVPVS.] Locutiones istæ omnes referri possunt ad adagiales formas: *Lupus oues fugiat, quercus ferant mala, alnus Narcisso floreat, myrice sudent electra, Tityrus sit Orpheus, Tityrus sit Arion.* Sed ego hic de cycno peculiari Cycnus pro modulatore, adag.

UVA. BHSC. BU 00239

culiariter dicam, qui prouerbialiter poni potest pro quouis perito modulatore, nam primò à Lucr. lib. 2. prouerbialiter dictum, *cycnea mele*. Deinde obseruauit à Poetis sæpè cycnum inferri cum oppositione aliarum auium. Virg. hic illum opponit vlulis, in sequenti Ecl anseri: *argutos inter strepere anser olores*. Sicut & Gallod. lib. 1. Epist. 1. & lib. 9. Epist. 2. Lucr. lib. 3. hirundini: *Quid enim contendat hirundo Cycnis*. Græcus Poeta in Epigr. alaudæ: *εἰ κύκνῳ σύνεσσι λάρυγξ & παιδάριον δὲ ἐνῆσι Cycno alauda assimile quidpiam canere potest*. Theoc. *εἰδ.* 5. vpupæ. Græcus Antipater lib. 3. graculis. Paulinus Epist. 40. fulicis. Martial. Ep. 54. lib. 1. coruo, vt & Claud. lib. 1. in Eutrop. Inde *canere cycnaum* est, canere dulcissimè. S. Hieron. Epist. 2. ad Nepotian. *Ad Poetas venio Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum: qui grandes natu cycnaum nescio quid & suauis dulcius vicina morte cecinerunt*. Idem in Epitaphio eiusdem Nepotiani: *vbi est ille ἐργοδιώκτης noster, & cycneo canore vox dulcior?* Epigramma ἀδέσποτον lib. 3. Anth. — Κυκνείῳ φθεγγομένην τρόμητι: *cycneo ore concinentem*. Antipater in eod. lib. *αἱ δ' παὶ ζώοισι ἀνδάνες: viuent tua tuscimia*. Consentiunt verba ori Apollinis, qui in c. quomodo Ægyptij pingerent senem Musicum, ita ait: *Musicum senem cum volunt significare, cycnum pingunt, hic enim senescens canit quam suauissime*. Apud Apuleium lib. de Dogmate Platonis, Plato comparatur cum cycno mulcente Deorum hominúmque auditus canore musico, appellatúrque à Socrate cycnus cupidinis. Expeditis adagiis transeo ad alias notas.

Cycnus quibus auibus opponatur.

Cycneum canere, adag.

2. AVREA-MALA.] Ita hic capio Poetam, vt iam alibi. Adi indicem. De alno, & myricis alibi quoque dictum. De electro dicam alio loco.

3. ORPHEVS IN SYLVIS.] De hac re dicam latè 4. Georg.

4. ARION.] Factum Arionis notũ est. Lege illud in Agel. lib. 16. c. 19. Plin. lib. 9. c. 8. Ouid. 2. Fast. Dione Chrysost. orat. 32. qui omnes mutuati sunt ab Herodoto in Clione. Dubitarunt multi an hæc fabula fuerit, an verò historia. Plin. in veram historiam inclinat, ait enim: *Quæ faciunt vt credatur, Arionem quoque citharœdicæ artis, &c.* Idem quoque videtur sentire Ouid. nam ait,

Arionis facinus.

Inde fide maius, tergo Delphina recuruo
Se memorant oneri supposuisse nouo.

Pausan. etiam in Lacon. Nam post signum Arionis delphino insidentis, tanquam veritatem firmaturus subiicit historiam aliam delphini alterius, indicat hoc ipsum Apul. nam lib. 6. ait: *Acceades antiquis & ipse miraculis. Credemus enim exemplo tuæ veritatis & Phryxum arieti supernatasse, & Arionem Delphino gubernasse, & Europam tauro supercubasse*. Propertius etiam tanquam de re vera locutus dixit:

Sed tibi subsidio delphinum currere vidi,
Qui puto Arioniam vexerat ante ratem.

Sicut & Claudian. Præfat. lib. 2. in Eutrop.

Victurum moriens frustra delphina vocabis,
Ad terram flos denebit ille viros. & Mart. lib. 8.
Sic Methymneo gauisus Arione delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.

Dio Chrysost. orat. 37. vbi non solùm ré narrat, sed addit nautas illos, qui facinus aggressi, fuisse morte mulctatos. cùm res in quæstione duceretur. Firmant hanc veritatẽ, quæ de voluptate delphinorum erga musi. à passim leguntur, & casus ille, quo Enalus adolescẽs in mari seruatus est à Delphinis, eodẽ penè modo, quo Arion, de quo vide Plutarch. in sympos. septem sapientũ. Quæ hactenus dixi videntur stare pro historia. Cõtrà ad fabulas reiicit Agel. ait enim: *fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione*. Et Strabo lib. 13. *Arion, quem Herodotus in Tænarum seruatum fabulatur*. In Græco est, μυθεύμενον. Ouid. etiam 3. Art. *Arionia fabula nota lyra*. Non te præteriẽat prouerbij forma hæc, *Arion ex pelago*. Vsurpat illam Dio Chrysost. orat. 19. δεύτερος δ', ἀλλ' οὐδὲ Ἀρίων ἐκ τῦ πελάγους: *nullo inferior, neque Arione ex pelago*. Prouerbialiter quoque Plato lib. 5. Polit. σπεύδειν σώζεσθαι ἐκ τῦ λόγου, πῶς δι' ἐλπίζοντες ἡμᾶς ἀποκλεῖν ἀν: *conandum, vt vndas disputationis tuæ euadamus, sperantes delphinum aliquem nos suscepturum*.

Arion ex pelago adagium.

a Omnia vel medium fiant mare: viuite syluæ:
b Præceps aerei specula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios iam desine tibia versus.
c Hæc Damon. vos, quæ responderit Alphesibœus,
Dicite Pierides: non omnia possumus omnes.

ARGVMENTVM.

Moriturus Damon omnibus valedicit. Dat Poeta versus Alphesibœi canendos Musis.

EXPLICATIO.

a PERINDE ac si dicat, Humana iam nihil ad me pertinent, cùm mori debeam: cuncta misceantur, occupet terram mare, tellus enim mihi iam necessaria non est. Viuite syluæ, id est, valete.

Leucadiæ saltus.

b Volunt Interpretes hic indicari saltem Leucadis, nec refragamur. Ergo optat se præcipitem in vndas dare ex rupe, & extremo hoc munere, morte (inquam) donare Nisam. Itaque sic cantum desinit.

c Cedunt hæc in laudem Damonis, cuius Musa adeò sublimis, vt illam se assequi posse diffidat, & ita responsum Alphesibœi Musis dat, non sibi.

NOTÆ.

1. OMNIA VEL MEDIVM FIANT MARE.] Reiicit verba hæc Nannius ad formam Adagij, neque enim tam dira vota concipit, vt velit, omnia inundationibus perire, sed vt moriturus indicat, nihil de se pertinere, quicquid eueniat post sua fata. Tale est adagiale illud Horatij — *eras vel atra Nube polum pater occupato*. Tale illud vulgo iactatum, ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιγήτω πυρί: *Me mortuo terra cœlo misceatur, turbentur omnia*. Quo sensu Medea apud Senecam. *Mecum omnia abeant, trahere, cùm pereas libet*. Et Chor. in Troad.

Omnia fiant mare, adag.

— *Felix quisquis*
Bello moriens, omnia secum
Consumta tulit.

Explicui formam secutus non Erasmum, sed Ioan. Brodæum lib. 6. Miscel. c. 15.

2. VIVITE SYLVÆ.] Prouerbialiter dicebãt veteres *viuere* pro valere, aut valedicere. Aduoco exemplum,

Viuere pro valere, adag.

VVA. BHSC. BU 00239

emplum, viuat, qui mihi malè vult, est; valeat, neque mecum quicquam rei iam habeat. Ita salutem dicebat deserebatq; studia. Huius rei argumenta multa. Inprimis sic explicant Virgilium viri doctissimi. Deinde Græci pro χαίρειν dicunt ἐρρέτω. Tertiò Catullus vtrumque verbum coniunxit synonymikῶς: *Cum suis viuat, valeátque mœchis.* Quartò hoc efficit imitatio Theocriti, ad quem respexit Virgilius, reddens per verbum *viuere*, quod Græcus per χαίρειν, id est, *valere* extulerat. Locus habetur in εἰδ. 1.

Ὦ λύκοι, ὦ σῦες, ὦ ἀν' ὄρεα φωλάδες ἄρκοι,
Χαίρετ', ὡ βωτὸν θ' ὑμμιν ἐγὼ Δάφνις, ὃκ ἔτ' ἀν' ὔλαν,
Οὐκ ἔτ' ἀνὰ ῥωμῶς, οὐκ ἄλσεα, χαίρε θεοῦσα
Καὶ ποταμοὶ, τοὶ χεῖτε ῥοὰν κρ' ὑμᾶς ἐδὲ & ὕδωρ:

O montana lupi quicunque hæc lustra tenetis
Thoes, & altis habentes montibus vrsi,
Non ego vos vltra per deuia lustra videbo.
Per nemora hæc Daphnin satis est vicisse, valete.
Tuque vale patruis Arethusa celebrior vndis,
Et finem quicunque sacram sub Thymbridis vndam
Influitis, vos extrema nunc voce saluto.

Valeat in extremo sermone.

Apud Calab. lib. 5. ita moriturus Aiax, ἐρρέτω ἀρχεῖο ὄλοος στρατὸς, ἐρρέτω αἰὼν — Χαίρειν: *Valeat Græcorum pernicioſus exercitus, valeat vita* — *intoleranda.* Apud eundem lib. 6. Menelaus ira percitus in Helenam, & Patidem, κεινὴ δ' ἀλαπαδνολέτῳ σὺν ἀκοίτῃ. Ἐρρέτω: *valeat illa cum effœminatissimo suo marito.* Apud Nonnum lib. 2. Vxor Cadmi Hæmonia discedens

— σοὶ δ' ἐς πάτρη.
χαίρειν ἠμαθόεσσαν, ὦ πάϊς Διός, Ἀνθεμ Καλέεσθον
χαίρετε, ὦ σκοπιαὶ Κορυφαντίδες:
— *Salue patria.*
vale Emathion, & omnis domus, antra Cabirorum
valete, & spelunca Corybantides.

3. PRÆCEPS.] Erant veteres in ea opinione, vt quicunque è rupe, quæ erat in Leucadia, sese in vndas præcipitarent, amoris obliuiscerentur, cutáque deponerent, quibus vexabantur. His delusa gentilitas ad mortem inducebatur à dæmone, vidè quæ de hoc saltu omnium latissimè Ouid. scripsit in Epist. Sapphus. Meminit illius Eur. in Cyclope, Cic. 4. Tusc. Statius 5. Sylu. loquens de Sapph. & alij, quos adducam in imitatione. Quin Plutar. lib. de virtutibus Mulierum, Phobum quendam nominat, qui se primus ex hac rupe præcipitauit: verba sunt, φῶϐος & ἀπὸ τῶν λευκάδων πέτρων ῥῳῶν & ἀφῆκεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν. Sed mihi iam sermo sit de imitatione.

4. Ante nostrum Theocritus εἰδ. 3. πὰρ Βαύλᾳ ἀποδύσῃ, εἰς κύματα πῆνα ἁλὸς μακ. *vestem exuens in fluctus illos prosiliam.* Et quidem hoc adspirasse Virgil. certum est, tum ex sententia ipsa, & aliis quæ ibi leguntur: tum ex multis, qui hoc affirmarunt. Reperi ego duo alia loca, vnum eiusdem Theoc. alterũ Næuij. Prior εἰδ. 5. — ἢ κρ' πῆνας

πὰς πέτρας ἄνθρωπι μανεὶς εἰς κεφαλὴν ἁλόμαν:
ô homo ab illa petra furens in Cratbin prosiliam.

A Posterior in poemate de Io.

Sequere in alia maria præcipitem mittit
Inopsq; egra sanitatis herois.

Habet etiam magnam similitudinem cum hoc loco compellatio illa Aiacis morituri apud Sophoclem, vbi omnia iubet valere, Solem, patriam, penates, genus suum, fontes, flumina Troianos campos, & locum ita absoluit, — χαίρειν ὦ τροφεῖς ἐμοί,

Τοῦ τ' ὑμεῖν αἰὰς πὰτ & ὕσπιν θρόει:
— *Valete mihi ô parentes mei,*
Iam vobis Aiax vocem postremam emittit.

Est etiam pulcerrimus locus in eodem Sopboc. vbi Philoctetem inducit à Lemno discedentē, cum magna commiseratione: dignus est locus, qui legatur.

5. SPECVLA.] Possis capere simpliciter pro rupe quacunque, vnde est despectus in omnē partem, vel signatè pro ea, quam Græci nominant ὀπωροφυλάκιον, quam custodes pomorum, & sa torum habere consuescunt.

B

6. EXTREMVM HOC MVNVS MORIENTIS HABETO.] Instituit tribus locis Theocr. Duo primi sunt εἰδ. 3. versum enim, quem supra dedi, & alterum, sequitur hic, κἤμ μ' ἀποθνάνω, τὸ χαμὰν πεὸν ἀδὺ πίνυκπαι & quamuis non fuero mortuus, tu voluptatē capies. Iterum,

Κειτεύμαι ϗ ποτὸν, χὴ τοὶ λόγοι ὥ ϗ μ' ἤδυπι,
Ὡς μέλιτοι γλυκὺ πᾶπ κρ' βρύβοιο γένοιτο:
Iacebo hic ſtratus, & lupi hic me comedent,
Vt istud tibi mel dulce fit in gutture.

C Hos duos locos alij indicarunt. Addo ipse tertium ex εἰδ. 28. Ἄγρις πάϊ, χὴ τυγὲ, χὴκὶς ἀνὰ θρέμμα λεαίνας,
Λάϊνε πάϊ, χὴ ἐρωῖ & ἀνάξιε δῶρα τοὶ ὀλδον.
Λοίσθια δ' ὔπα φέρων, τὸν ἐμὸν σρόχον:
Dure puer, quem crudelis peperere leænæ,
Saxee sene puer, nec amari digne, tibi isthæc
Vltima dona ferens veni, quo guttura frangam
Feralem laqueum.

7. DESINE MÆNALIOS.] Ex imitatione Theocriti, qui illi ἄρχεῖε Συκολικῆς opposuit hūc, λήγεῖε Συκολικᾶς ϗδῶν, λήγετ' ἀοιδᾶς: *Desinite bucolicum Musæ, desinite cantum.* Ego ex vtriusque vmbra in Natali Christi: *Desine virgineos, mea desine tibia partus.*

8. NON OMNIA POSSVMVS OMNES.] Hāc sententiā inter prouerbia retulit Eras. Cēt. 3. Chil. 2. Illāmque multis illustrat, qui similes sentētias extulerunt: ego hic tantùm adiungā, quos ille non vidit. Varro de re Rust. *Nemo enim omnia potest scire.* Lucretius lib. 5. *Maior erat natu, nō omnia possumus omnes.* Sed & sanctus Hieron. Epist. ad Nepotianum: *Genus arrogantiæ est, clementiorem te velle videri, quàm Pōtifex Christi est. Nō omnia possumus omnes. Alius in Ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, venter.* Et lib. 1. aduers. Pelagianum, *Hoc totum dico, quòd nō omnia possumus omnes: rarissimæ aut nullus est diuitum, qui in omni substātia sua paria vniuersi possident.* Synesius quoque Ep. 57. οὐχ πᾶς ἁπανπα δύναται: *non omnis omnia potest.*

Non omnia possumus omnes, adag.

Alphes. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta,
Verbenásque adole pingues, & mascula thura,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hîc nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

E

ARGVMENTVM.

Iubet venefica, afferri ibi quæ necessaria ad illiciendum Daphnin amoris philtro; addunturq; carmina ad formam integram.

EXPLICATIO.

VERSVS isti Alphesiboei finguntur facti à quapiam pharmaceutria, id est, maga & venefica, volente adducere ad suum amorem coniugem

Q Daphnin.

VVA. BHSC. BV 00239

Daphnin. Fingitur verò hæc venefica loqui cum Amaryllide horum sacrorum administra. Ergo, iubet magam Amaryllidi, vt paret quæ necessaria sunt ad magiam, aquam efferat, cingat tegátque altaria vitta molli, adoleat pingues verbenas, id est, herbas omnes his sacris dicatas: thura mascula, id est, excellentissima, eximia, & præcipuæ bonitatis. Addit causam, cur hæc petierit, vt insanũ faciat Daphin, qui sanus est, id est, ex non amante amãtem efficiat, nam amatores insani sunt. Adductis iam aqua, vitta, herbis, thure, ait nihil iam desse præter carmina, sine quibus herbæ omnes inanes sunt, & inutiles ad incantationem. Quia ergo ista deerant, subdit, *Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*

A

B

NOTÆ.

Aqua ad sacrificiũ pertinuit.

1. AQVAM.] Aquam ad sacrificia pertinere, & iustralem esse, sciunt omnes. Et quidem Plutarch. ἐν ἤθεσι. per initia, ait illam ἁγνίζειν, sanctificare. Sed ad Virg. facit præcipuè Luciani locus in Asino. vbi enim describitur apparatus vnius Magę, ait, fuisse mensam in discubitorio, vbi esset vas, & in eo comparata aqua calida. Verba, si quis quærat, sunt: τεσσαρα ἐν τῇ κλίνῃ παρεκειτο πολιηιον ἔχοντα, καὶ ὕδωρ ἔτοιμον, καὶ θερμὸν. Inde non malè coniectare possis hanc aquam Maroni calidam fuisse ex more venefi carum.

2. MOLLI CINGE HÆC ALTARIA VITTA.] Apuleius 1. Apolog. loci huius insigniter meminit, sic scribens: *Si Virgilium legisses, profectò scisses alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quantum scio, enumerat vittas molles, & verbenas pingues, & thura mascula, & licia discolora: præterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem.*

C

Vittarũ vsus in sacris,

3. VITTA.] Vsus vittarum in sacris omnibus notissimus est, & præcipuè in magicis adhibentur hic à Virgilio, & è Theocr. in sua Pharmaceutria. Explicui: cingat, tegátque. nam Græcus in suis veneficiis hunc vsum dat vittæ, στέφος τῶν κελεύων φοινικῶν ὀϊὸς ἀώτῳ. *Atque hæc purpureæ rege pocula vellere lanæ.*

Verbenæ quæ sint.

4. VERBENAS.] Hoc nomine non certa aliqua herba signatur, sed omnes illæ, quæ sacris seruiunt, & religionis causa adhibentur, quod iam Turn. in Aduers. & Iunius in Nomencl. adnotarunt. Cuius rei est efficax argumentum, Terentium Andr. dixisse, *ex ara hinc sume verbenas tibi*, quæ tamen Myrti sunt apud Menandrum, ex quo illa Comicus transtulit. quod notauit Dalecampius in Plin. cap. 2. lib. 22. Pro quo adiungo locum eiusdem Plin. lib. 15. c. 29. vbi ait: *Myrtea verbena.* Et quidem in eodem Plin. capite illo 2. lib. 22. verbenæ sunt herbæ ex loco puro decerptæ; quibus, festis diebus, aræ coronantur. Et verbenarius ille, qui mittebatur ad hostes, erat, qui herbam puram ex arce Capitolij sumtam præferebat, & ostẽtabat hostibus. Gorgius quoque Becan. lib. 6. Orig. verbenarum nomine intelligi omnem herbam nascentem in loco sacro, & inde esse, vt ad omnem rem sacram illæ adhibeantur, quasi à loco

D

Thus masculum.

5. MASCVLA THVRA.] Explicatio, quam adhibui, Brodæi est lib. 1. Miscel. cap. 34. ex Dioscoride ita scribente lib. 1. cap. 70. *Primatum tenet in eo genere masculum, stagonias appellatum. suapte natura rotundum: tale autem indiuiduum est, candidum cum frangitur, intus pingue, an fusſitu flatim ardens.* Neque te vox seducat, vt putes esse fœminam, cùm audias thus masculum. Negat apertè Plin. & nomen hoc religioni tantùm tribuit lib. 12. cap. 14. vbi agens de thure ait: *Quod ex eo rotunditate guttæ pendidi, masculum vocamus, cùm alias non ferè mas vocetur, vbi non sit fœmina: religionis tributum, ne sexus alter vsurparetur.* Et quidem thus masculum signatè seruisse religioni clarè elicias ex Q. Sereno,

—iungentur aceto
Mascula thura simul, diuinaque cura valebit.

Arnobio lib. 7. *Non si tu mille pondera masculi thuris incendas, cœlumque hoc totum redundantium vaporum nebulositate eludatur, &c.* Roges, vnde sumtum nomen? Dixi iam ex Dioscoride. thus masculum ita dictum, quasi optimum, & eximium, ac primatum tenens. Rationes alias si velis, quas ego hîc nolo, lege Plinium vbi suprà, Seruium Danielis, Philandrum lib. 8. in Vitruuium.

Amor Magicis conciliatur.

6. CONIVGIS VT MAGICIS, &c.] Nihil notius, quàm plerosque vsos magicis artibus ad aliorum amorem illiciendum. Lucan.

—quos nec concordia misti
Alligat vlla thori, blandæque potentia formæ,
Traxerunt torti magica vertigine fili.

Arist. lib. 2. Hist. Animal. c. 14. candem vim agnoscit in magia circa res amatorias, nam vbi de Echeneide loquitur, ita ait, γράουσι τινες αὐτὴν πρὸς δίκας, καὶ φίλτρα: *Vtuntur hoc pisce aliqui ad causſas iudiciorum, ad veneficia amatorum.* Seneca Trag. in Oet.

—artibus magicis ferè
Coniugia nuptæ precibus admiſtis ligant.

Melite fœmina apud Achillem Tatium Alex. lib. 5. *Nam ipse frustrata, quid facere amplius potui, quam ad herbas & medicamenta, quæ miserorum amantium solatia sunt, confugere.*

7. DVCITE AB VRBE DOMVM, &c.] Reddit Theocritiũ versum εἰδ. 2. ἰυγξ ἕλκε Ϝὸ πῶϝον ἐμὸν ποτὶ δῶμα Ϝὸν ἀνδρ: *Iynx trahe tu illum meam ad domũ virum.*

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam:
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis:
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

E

ARGVMENTVM.

Carminum virtus prædicatur.

EXPLICATIO.

ADIVNGIT triplex effectum carminum, vt ostendat, nihil esse carminibus potentius: illis enim

VVA. BHSC. BU 00239

enim Luna ipsa deducitur è cœlo: illis Circe mutauit Vlyssi socios in varias feras: demum cantando, id est, dum cantiones fiunt, & cantantur carmina, anguis frigidus, id est, nocens disrumpitur. Quanta igitur ea est vis, quæ expugnat formas cœlestes, humanas, ferinas.

NOTÆ.

Carmina potentissima in Magia.

1. CARMINA.] Credebantur carmina potentissima esse in omni re magarum, & incantationum. Ideo Arnobius exsollens Christi virtutē lib. 1. ait, illum mira patrasse *sine vlla vi carminum, sine herbarum, & graminum succis.* Et infrà dixit: *adiunctæ carminum necessitates.* Huc pertinet illud L. Ponponij Poetæ Atellanarum in Pictorib. *Mirum, ni hæc Marsa est, in colubras calles canticulâ.* Alcimus Auitus lib. 2. — *laudato quod possunt carmine Marsi.* Ouid. 7. Metam. — *quid enim non carmina possunt.*

Deductæ Lunæ notæ septem.

Vel, pro etiam.

2. Vel.] Hic pro, etiam, sumitur, & cum respectu ad superiorem sententiam. Quasi dicat. Cur carmina non mutent Daphnidem, quæ etiam cœlos expugnant? quæ Lunam deducunt? Quia nulla in re magis sibi plaudebant magæ, quàm in Lunæ euocatione, & reliquam potestatem videbantur contemnere præ hac. Maga quæpiam apud Petron. Satyr.

—mihi flumina parent,
Hyrcanæque tygres, & iussi stare leones.
Quid leuora loquor? Luna descendit imago
Carminibus deducta meis.

Thessalæ Lunam deducunt.

Deductio Lunæ.

3. DEDVCERE LVNAM.] E' cunctis astris Luna veteribus ita credebatur subdita esse veneficarum cantionibus, vt quoties his luberet, ea è cœlo vel inuita deduceretur. Huius rei sparsa mentio in Poetis. Tibul. *Carmen & è curru Lunam deducere iussit.* Propert. *Et vos deductæ quibus est fallacia Lunæ.* Canidia Maga apud Horat in Epod. — *polo Deripere Lunam vocibus possim meis.* Sil. lib. 8. & *Lunam excussisse polo.* Basil. Hom. 6. Hex. ait, agitari ridiculas quasdam amicularum fabulas, quæ dicunt, ὅτι μαγγανείαις τισὶ τὴν σελήνην ἐξ ὕψους ἀποκυκλεῖσθαι καὶ πρὸς γῆν καταφέρεσθαι: *Lunam veneficis à propria sede dimoueri, deducique ad terram.* Papin. 6. Theb.

—attonitis quoties auellitur astris
Solis opaca soror.

Alij tibi passim occurrent. Sed quæ in hac re peculiares essent notæ, breuiter tibi exponam. Deducebatur maximè à Thessalis: rubebat tunc in modum sanguinis: contrudebatur quò vellent magæ: cogebatur despumare in herbas, & hæc maxima causa, cur deduceretur. nam illis spumis veneficæ vtebantur: negabat, repugnabátque Luna: laborāti illi subueniebant mortales cymbalorum crepitu, & tinnitu: deducebantur alia astra. Firmabo ista septem. Aristophan. in Neb.

Γυναῖκα φαρμακίδ' ἐκ Θετταλίδων, ὦ Θεσσάλη,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην·
Si veneficam Thessalam emero,
Noctu Lunam captabo.

Plutarch. de Defectu oraculorum, vbi ait; solere interdum homines, Deum deuocare ad sua negotia addit hoc exemplum, ὥσπερ αἱ Θεσσαλαὶ λέγουσι τὴν σελήνην·ὑπ' Thessalæ dicuntur Lunam. Plato in Gorg. τὴν σελήνην καθαιρεῖσθαι τὰς Θεσσαλικάς: *Thessalas deducentes Lunam.*

Horat. quoque od. 5. Epod. ait, sidera excantari, Lunam cœlo deripi voce *Thessala.* Martial. lib. 9. Epig. 30. — *Thessalico Lunam deducere rhombo.* Claudian. de Bel. Get.

—Thessalidas patris lunare venenis

A *Incestare iubar.* Seneca in Med. de Luna. *Thessalicis vexata minis.* De rubore sanguinis videndus Cæsarius Dialog. 3. Quid. 2. Amor. *Carmina sanguineæ deducunt cornua Lunæ.* Et 1. *Purpureus Lunæ sanguine vultus erit.* Statius: Luna rubet cum deducitur.

—qualis per nubila Phœbes
Abracia rubet arte color. Ouidius ita expressit hunc ruborem:

Qualè rosa fulgent inter sua lilia mista,
Aut vbi cantatis Lunæ laborat equis.

Lucanus verò lib. 6. ita:

B *— Phœbique serena*
Non aliter diris verborum obsessa venenis
Palluit, & nigris, terrensque ignibus arsit.

Horat. quoque *tubentem* dixit, cuius testimonio adstruitur, quod erat tertium, nimirum contrudi quò vellent magæ, ait enim:

—Lunámque rubentem
Ne foret his testis post magna latere sepulcra.

De Despumatione Lucanus lib. 6.

Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Iterum: *—virus largè Lunare ministrat.* Apul. lib. 1. *Magico susurramine amnes agiles veueris, more pigrum colligari, ventos inanimes exspirare, solem inhiberi, Lunam despumari.* Quintò, negabat Luna. Prop. *Et iam Luna negat toties descendere cœlo.* Ouid. de Medē. in Epist. Hypsip. *Illa reluctantem cursu deducere Lunam Nititur.* Et in 12. Metam.

Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ.

C Cæsarius Dialogo 3. de hac veterum superstitione loquens. *Luna quamquam se non demittat, præ dolore tamen æstuat, exhorret, abdit sese, nubem induens, fratris exēplo splendorem suum indigne largiri denegnatur, &c.* Sextum erat subueniri Lunæ à mortalib. Liuius lib. 26. *Disposita in muris campanorum imbecilis multitudo tantum cum aris crepitu, qualis in defectu Lunæ silentio nocte fieri solet, edidit clamorem.* In re simili, & vt ego credo cum respectu ad Liuium, Pet. Apollonius 1. Excid. Hierol. loquens de turba militari: Lunæ deductæ subueniebatur æris crepitu.

— totúmque per agmen
Laudantur, vox vna fuit, commistus ad astra
Clamor iit: quantum pauidæ succurrere Lunæ
Certantes populi tinnitibus aris acuti
Ingeminant, surdásque Deæ, mirantur, ad aures
Thessalicum ne carmen eat. Ouid.
Te quoque Luna traho, quamuis Temesea labores
Æra tuos minuant.

D Iuuen. *Vna laborāti poterit succurrere Lunæ.* Cæsarius loco adducto: *Quomodo dicunt aliqui incantamentis, & præstigiis Lunam cœlo detrahi? Maxima certè generis humani pars huius rei fama persuasit, & occupati, ferrum & æs pulsando, tanquam è potestate egressam per strepitum ab errore liberari putant.* Sāctus Ambrosius, à quo sumsit sanctus Maximus Taurinensis Episcopus homilia propria de defectu Lunæ. *Quod cum requirerem, quid sibi clamor hic vellit, dixerunt mihi, quòd laborantis Lunæ vestra vociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus iuuaret.* Seneca in Med.

Inque auxilium Dictynna tuum
Pretiosa sonent æra Corinthi. Papin. 6. Th.

—procul auxiliantia gentes
Æra crepant, frustraque timent: at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

E Vide etiam Plin. lib. 2. c. 12. Extremum erat, deduci quoque alia sidera. Hor. od. 17. Epod. *Refixa cœlo denocare sidera.* Tibul. lib. 1. *Hanc ego de cœlo descendentem sidera vidi.* Lucan. lib. 6. Deducuntur alia sidera præter Lunā.

—illis & sidera primum

VVA. BHSC. BU 00239

Præcipiti deducta polo.

Medea apud Senecam: *Hyadesque nostris cantibus motæ labant.* Scribit Clemens in Itinerario B Petri, Zoroastrem magum elicuisse ex stellis veluti scintillas quasdam. Apuleius post verba adducta: *stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.* Absolui, quæ promisi. Addam erroris huius originem. Plutarch. de defectu oracul. initium illius refert ad Aglaonicem Agetoris filiã, quæ, vt Astrologiæ perita, simulauit prima omnium se Lunam incantare, ac deuocare, cum illa erat in Eclipsi: Turnebus, quod videtur Germano placuisse, commentum hoc euocationis Lunæ Callimacho tributi, eam è cœlo in amplexus Endymionis descendere fingenti.

Deductionis Lunæ vndeciror natus.

4. CIRCE.] De hac fabula vide Virg. 7. Æn. Homer. 10. Odyss. Ouidium in Metam. Et tua Dictionaria. Attigit Petron.

— Phœbæque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.

5. VLYSSI.] Ita legas, non, Vlyssis. De quo alibi latè.

Frigidus, pro, venenatus.

6. FRIGIDVS.] Sequutus sum explicationem Delrij nostri, qui *frigidum anguem* accipit, nocétem, noxium, mortiferum, venenatum. In Sen. Agam. ad ea verba, *frigidus custos* ait: *Draco noxius, & veneno plenus. Sic Virgilius frigidum anguem vocauit.* Idem alibi, illud Virg. in Ciri: *Inde Ioui geminat, magno frigidula sacra*, explicat, noxia. Nam vetus Interpres Iuuen. in Sat. 7. ait: *gelidum pro mortifero, quia mors frigida est.* Adiungo istis versum ipsius Iuuenalis, & Macrum, qui cicutam, quæ venenata est, sic vocant, prior Sat. 7.

Nil præter gelidas ausa conferre cicutas. Posterior:

Frigida lethifera vis, & natura cicutæ,
Vnde necat gelidi potantes more veneni.

Demum addo auctoritatem Galeoti Martij lib. de Promiscua Doctrina c. 12. qui ait, doctè Poetam appellasse anguem frigidum, id est, venenatum. Nam per excellentiam, quæ sunt venenati, dici possunt frigida: quia venena huius naturæ momẽtanea sunt, & calidis multo deteriora. Et Isidori, qui cap. 4. lib. 12. ait: *Omne autem venenum frigidum est, & ideo anima, qua ignea est, fugit venenum frigidum.* Ad rem sunt versus Nicand. in Ther. de serpente quopiam, à quo qui puncti sunt, statim inhorrescunt frigore instar grandinis, etiamsi pungantur in media æstate. Sed, ne quid dissimulem, pugnat nonnihil cum his, quæ dixi, auctoritas eiusdem Isid. qui eodem loco: *Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt. Nam, quando sunt frigidæ, nullum tangunt. Vnde & venena earum plus die, quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, & merito, quia frigida sunt nocturno rore.* Hæc, & quæ sequuntur, facile solues, quoniam ista non pugnant contra frigiditatem veneni: aliud est enim, venenũ esse frigidum; aliud, animal, à quo venenum illud, calidum. Vnde, postea ille adducit verba, quæ iam præmisi, de veneni natura semper frigida. Quę pertinent ad Imitationem, breuissimè absoluam. Theoc. ante nostrum εἰδ. 15.

——τὸν ὄφιν ὅσσον τε μάλιστα δεδοίκω

Et Catullus: *frigidum serpentem maxime timeo a puero.* Tertull. Opulc. in Genes. (non Cyrian.) *sexta-que prægelidos vi spiras lubricat angues.* Iterum: *serpebat iacitæ spiras frigentibus anguis.* Nonn. 2. ψυχεὶ νῶτα δ' ἐχόντων.

7. CANTANDO.] Verbum *cantare* pro, incãtare, & exercere cantiones (mitto sic à doctis Virgilium explicari) Ouid. quoque vsurpauit 2. Am. El. 5. *Aut vbi cantatis Luna laborat equis.* Et 3. Am. El. 6.

Cãtare, pro, incantare.

Flectibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

8. RVMPITVR ANGVIS.] Nescias quo fato angues subditi fuerunt magarum cantionibus, adeò huius rei frequens mentio. Manil. lib. 1. *Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.* Nemes. 4. Ecl. *Cantauit quod Luna timet, quo rumpitur anguis.* Ouid. 2. Am. El. 1. *Carmine desiluit abruptis faucibus angues.* & 7. Met. *Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces.* Tibul. lib. 1. *Cantus & iratæ deiinet anguis iter.* Seneca in sacris Medeæ,

Angues subditi incantationibus.

Hic sera serpens corpus immensum trahit,
Trisidamque linguam exserat, & quærens quibus
Mortifera venia, carmine audito stupet,
Turnidumque nodis corpus aggestum plicat,
Cogitque in orbes.

Lucilius lib. 20. Satyr.

Iam dissumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Dissumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Maga apud Petron. lactabunda:

— mihi flumina parent,
Hyrcaneque tigres, & iussi stare Dracones.

Lucanus lib. 6. de virtute Magarum Thessaliæ:

— gelidos his explicat orbes,
Inque prunoso coluber distenditur arvo:
Viperes coeunt absupto corpore nodi,
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

Sil. lib. 3. de Marmaridis:

Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere cerastæ. Alibi:

— serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tractuque graues sopire chelydros,

Sed & serpentes incantari solitos ostendit Del. lib. 2. Disq. ex Petro Chieza, Aloysio Chadamusto, Mago Saltzburgensi, sanctis Patribus. Lege illum, & adice quæ Val. scribit lib. 8. Arg. de Dracone Colchio incantato à Medea, & quæ de eodem Apollonius. & verba Platonis 2. Polit. βεβούλυμαι γάρ μοι φάναι τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὄφις ἀλλοθύμους: videtur mihi Thrasymachus tanquam serpens carminibus delinitus. Et Historiam aspidis, quam omnes narrant, vide signatè apud Isidorũ c. 4. lib. 12. Ait Plato in Euthydemo, incantationem ferarum, scorpionum, viperarum, & demum bestiarum, nihil esse aliud quàm κήλημα, id est, lenimen quoddam, & mitigationem. Quod omnes ferè per verbũ *rumpo*, Apollonius loquens de Dracone Colchico ἀναλύεται, *dissoluitur.*

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Incipit Maga ab ternario numero, qui potentissimus in hac arte.

EXPLICATIO.

CIRCVNDAT Maga loquens cum Daphnide primùm terna licia, quibus item color triplex: deinde

VVA. BHSC. BU 00239

deinde separatim ducit ter circum altaria effigiem ceream Daphnidis: & addit rationem, cur omnia sint terna, quia Deus gaudet eo numero, qui perfectissimus est.

A

NOTÆ.

Ternarius numerus in incantationibus.

1. TERNA.] Non hoc dictum generali illa regula, qua finitus numerus sæpe sumitur pro multiplici, sed verè ternarium indicat, qui in magia semper plurimùm valuit. Et quamuis nulla supperterent testimonia, quæ multa suppetunt, verba Poetæ ita signata sunt, & ternarius numerus ita sæpe repetitur, vt nisi is, alius capi nequeat. Sed adnoco exempla alia. Theoc. in Pharm. ὡς τρὶς ἀποπτύσδω, τὼ τρὶς πάσε πότνια φωνῶ: *Ter libo, ter & hæc pronuntio Mystica verba.* Ouid. 2. Fast. de anu incantatrice: *Et digitis tria thura tribus sub limine ponit.* Tibul. lib. 1. *Ter cane, ter dictis ex spue carminibus.* Petron. de Maga: *ter me iussit exspuere, terque lapillos conicere in sinum.* Apul. 2. Asi. *Propheta sic propitiatus, herbulam quapiam ter ob os corporis, & aliam pectori eius imponit.* Nemesianum, apud quem ita pastor quidam:

Quid prodest, quod me peregrini mater Amyntæ
Ter vittis, ter fronde sacra, ter thure vapore
Lustrarit.

B

Colorũ diuersitas in magia.

2. TRIPLICI DIVERSA COLORE.] Diuersitas colorum in magia plurimum potuit. Virg. ipse inCiri: *Terque nouena ligat vario diuersa colore Fila.* Nemes. 4 Ecl.

Hæc eadem nobis, quæ versicoloria fila,
Et mille ignotas Mycale circumtulit artes.

C

Apul. 1. Apolog. *licia discolora.* Petron. in Satyr. *Illa de sinu licium protulit Varij coloris filis intortum.* Ideo Pindar. in Magicis Medeę od. 4. Pyth. auem motacillam, quæ apta incantamentis, versiculorem vocat, ποικίλαν ἴυγγα.

Licia in incantationib.

3. LICIA.] Fuerunt hæc in magno vsu magiæ. Ouid. 2. Fast.

Tum cantata tenet cum fuso licia plumbo,
Et septem nigras versat in ore fabas.

Et 1. Am. El. 8.

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

D

Qui versus, cùm vna cum rhombo coniungant licia, efficiunt, vt quoties in Poetis de rhombo quidpiam audis, debeas sententiam referre ad licia, quæ erant in rhombis. Sed ad licia inprimis pertinet illa verborum forma veteribus vsitata, qua, cùm per diuinationem furtum deprehendebatur, dicebat: *furtum per lancem, & licium conceptum.* De qua vide Alciat. in Parerg. Rhodig. Ant. Lect. Scaligerum in Fest. verbo *lanee.* Franc. Brocensem in Virg. Pitheœũ in Aduers. cuius explicatio mihi præ aliis arridet, vt quæ Arbitri, & aliorum testimoniis innititur. Fortasse vis scire, cuius materiæ essent hæc licia? credo ex lana. Nam Artemid. lib. 1. c. 79. loquens de coronis, οἱ ἐκ τῶν ἐρίων πεποιημένοι διὰ τὸ ποικίλον φαρμακείας καὶ παθήσεως σημαίνουσι: *quæ ex lanis factæ sunt, significant propter varietatem venena & ligamenta.* vbi vox φαρμακεία ducit te ad pharmaceutrias. Inde Seruius Daniel. ad illud *molli vita*, adiungit, *lanea scilicet.* Ad quem locum adduxi versum Theocriti ad idem spectantem.

Furtum per lancem, & furtum conceptũ, quid sit.

E

Cereæ effigies in incantationibus.

4. EFFIGIEM.] Explicui *ceream*, nam magæ cereas imagines configebant acubus, & maledictis onerabant, quibus vellent obrui illos, qui effigie illa repræsentabantur. Ouid. de Medea in Hypsiph.

Deuouet absentes, simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Et 3. Am. El. 6.

Num mea Thessalico languent deuota veneno
Corpora? num misero carmen, & herba nocent?
Sagáve Phœnicea defixit nomina cera?
Et medium tenues in iecur vrget acus?

Horat. de maga Canidia: *mouere cereas imagines.* Quod ex Marone explico, circumducere. Pet. Blesensis, auctor antiquissimus, Epist. 65. *Suggestione siquidem diaboli quædam mulieres cereas, siue luteas formant imagines: vt sic hostes, vel amasios torqueant & incendant.* Addo, his imaginibus inscribi fortasse nomen illius, qui deuouendus. Itaque credibile est huic imagini inscriptum nomen Daphnidis. Hæc enim inscriptio nominum inter præcipua magarum acta, quod clarè ex Tacito elicias 2. Ann. verba sunt: *Reperiebantur solo, ac parietibus eruta humanorum corporum reliquiæ, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac tabe obliti, aliaque malefica.*

Impar numerus. Ternarij potestas.

5. NUMERO DEVS IMPARE GAVDET.] Non dubium, quin Poeta capiendus de ternario, vt ex præcedentibus apparet. nam sententia refertur ad triplex licium, triplicem colorem, & circumductionem. Huius numeri veteribus celebrata perfectio, vti apparet ex Arist. lib. 1. de Cœlo cap. 1. qui ex sententia Pythagoricorum ait, τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὡρίσθαι: *Omne, & omnia ternario terminantur.* Et addit rationem, nam in hoc numero sunt, τελευτή, καὶ μέσον, καὶ ἀρχή: *finis, medium, principium.* In quam sententiam loquitur etiam Plutarch. lib. 9. συμπ. c. 3. ὁ πάντων ἀειθμῶν πρῶτος τέλειος, ἢ μᾶλλον τελείας, ὡς ἀρχὴν, καὶ μέσον ἔχουσα, καὶ τέλος: *Ternarius numerus omnium est princeps, cum principium, medium, & finem habeat.* Adde, Deorum fere omnium potestatem hoc numero signari, quod notat Seru. P. Dan. firmátque exemplis, quibus caret vulgaris: *Iouis irisidum fulmen, Neptuni tridens, Plutonis canis triceps. Apollo, idem Sol, idem Liber. Vel quod omnia ternario numero continentur, vt Parcæ, Furiæ, Hercules etiam trimestri conceptus.* De triplici Diana omnes sciunt. Inde bene Arist. vbi supra, σεβὸς τὰς ἀγιωτείας χρώμεθα τῶν θεῶν τὸ ἀειθμῷ τούτῳ: *Vtimur hoc numero ad cultum Deorum.* &, quod mirum, ait, hoc homines à natura ipsa imbibisse: παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες. Docemur itaque naturæ ductu Deum colere hoc numero. Notanda verba ista Auctoris Geopon. lib. 18. ἔστι δὲ τῶν πυμνίων ὁ ἀειθμὸς ἄρτιος, ὡς φυσικῶς ἔχοντι πρὸς διαμονὴν, καὶ σωτηρίαν τῶν ἀγελῶν: *Numerus gregis semper sit impar, vt qui naturalem quandam vim habeat ad gregis ipsius salutem, & durabilitatem permansuram.* Goropius Becan. lib. 6. Orig. per Deum gaudentem numero impari intelligit Venerem. Lege, si placet mutata in illo: & quæ idem scribit lib. 10. Hierog. in Dalet. Præterea elegantem Griphum Ausonij de hoc numero, & Constantium Landum in lib. Numism. numo Antiochi Soteris, & Petrum Bongum de mysticis numeris. Dignus obseruatu est mos militaris veterum Romanorum, qui pertinet ad perfectionem numeri imparis, cuiuscunque speciei ille sit. Docet me hunc morem Vegetius lib. 3. c. 8. *fossam aperiunt latam aut nouem, aut vndecim, aut tredecim pedibus: vel, si maior aduersariorum vis metuitur, pedibus decem & septem: imparem enim numerum obseruari moris est.* Volo obserues Virgilij verba adduci à sancto Hieronymo tum in Apologetico contra Iouinianum, tum etiam in Cõmentar. ad Aggæum Prophetam c. 1. in vtroque tamen loco sanctus Doctor capit versum Virgilij de vnitate contra mentem vatis, sed ad rem suam.

VVA. BHSC. BV 00239

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modo, & Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Imperat famulæ partem laboris.

EXPLICATIO.

IVBET Amaryllidi, vt nectat nodis tribus tres illos colores liciorum: vultque vt tum maximè nectat, cùm ipsa iubet. Addit deinde, vt loquatur, dicátque, *nectо vincula Veneris.* quia scilicet veneficia hæc ex verbis habent complementum. Mens magæ est, ita Daphnin implicare, & allicere ad amorem, vt colores illi inter se nodis implicantur. Lege Rhodig. lib. 10. Antiq. Lection.

NOTÆ.

Nodi in incantationib. 1. NODIS.] Scriptum hoc esse ex antiqua veneficiorum & cantionum consuetudine Turn. scribit lib. 19. Adu. c. 22. Probat hoc Synesij testimonio, in quē, sicut & in Auctores sequentes ego quoque incidi. Verba huius habentur Epist. 121. ἀλλ' ἐγώ τοι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα καὶ καταδέσμους, καὶ ἐρωτικὰς κατανάγκας. εἰδὼς ἐκ εἰκὸς ἀντοχὴν δὲ τοῖς βροτοῖς πῶς γαλατεῖαν; *sed ego & carmina scio, & nodos, & amatorias necessitates, quibus verisimile est non posse resistere, ne ad exiguum quidem tempus, Galateam.* Huic Germanus adiungit legem apud Platonem, qua scribitur, ne illi sit impune, qui nodis, inductionibus, cantibus, similibúsque veneficiis ad nocendum paratus, deprehensus fuerit. Idem ex C eodem Platone adducit duplex genus veneficij, posteriusad mentem Maronis hoc est, μαγγανείαις τέ τισι, καὶ ἐπῳδαῖς, καὶ καταδέσεσι πειθοῖ. *Quibusdam imposturis inducit, cantibus, vinculis.* Habentur ista lib. 11. Legum. Nemo adducit testimonium Artemidori lib. 1. c. 79. vbi in re veneficiorum inducit καταδέσμους. Integra adduxi iam ad locum alium huius Eclogæ. Virgil. quoque ipse in Ciri:

Terque nouena ligat triplici diuersa colore
Filaster in gremium mecum, inquit, desine virgo,
Desine ter virgo: numero Deus impare gaudet.

A 2. VENERIS DIC VINCVLA NECTO.] Vt Theocr. in sua Pharm. Hecatem vocauit, ita Virgilius Venerem. Sed audiendum iudiciũ Goropij lib. 6. Orig. *Doctius ergo a Virgilio Venus, quam a Theocrito Hecate, ad aras est vocata; quod illi, & amores, & horũ firmum vinculum, & verbenæ ad id efficaces debeãtur. Quare verò Hecate tria ora habeat, & in triuiis colatur, aliam longe causſam habet, nihil ad propositum hoc facientem.* Veneris verò vincula nihil sunt aliud, quàm nodi incantationum. Tu, si lubet, lege, quæ fusè hunc in locum scribit Gorop. Becanus lib. 6. Orig. Quare verò dicit Fuit ex magarum disciplinis; vt, cùm incantationes facerent, aliquid tunc loquerentur, quod ex Theocrito, & Plinio colligas. Prior in Pharm. πάσας Theocritum superat Virgilius.

B ἅμα, καὶ λέγε τοῦτο τὸ δελφὶς ἐστὶ πάσσω: *Sparge simul, & dic hoc: Delphidos ossa spargo.* Quod iterum repetit. Posterior lib. 20. c. 24. de herba quapiam: *Aunt & lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellaturi sis, qui mordeat, dicat se lieni mederi.* Quo loci magiam adumbrat Plinius. Sicut lib. 28. c. 10. *Si quis asino in aurem, percussum à scorpione se dicat, transire malum protinus, tradum.* Ratio perspicua, quia verba sunt tanquam forma materiatis rebus ad peragenda veneficia. Sic supra adductis aqua, vitta, verbenis, thure; dixit deesse adhuc carmina, sine quibus inania omnia. Et infrà, cùm lauri incenduntur, adduntur verba, *Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.* Et de nouercarum magia Ouid. 9. Met. Verba sunt forma in incantationib.

Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit, & triuiis Hecatea carmina miſcet.

Et Virg. 2. Georg. *Miscuerunque herbas, & non innoxia verba.* Ad Medicinam quoque verba pertinere, & ex adducto loco Plinij clarè vidisti, & Apuleius etiam in Apolog. *Veteres quippe medici etiam carmina remediis vulnerum norant, vt omnis vetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Vlyſſi de vulnere profluentem sanguinem ſiſti cantamine.* Sed, qui volet huius rei & explorum maximam fegetem, legat quæ fusè, & doctè scribit Plin. lib. 28. c. 2. vnde nihil libaui, quia multa suppetunt, & facilis est diligentia.

80 [a] Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno eodémque igni, sic nostro Daphnis amore.
[b] Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Adduntur noua sacra valida, & fortia.

EXPLICATIO.

[a] AD sententiam finge factam à maga duplicem imaginem, vnam è limo, è cera alteram. Vtramque applicuit igni, qui erat in ara comparatus ad sacra hæc, quæ è limo, igne obduruit; quæ è cera, liquefacta est igne. Optat ergo, vt simili ratione Daphnis obdurescat aliorum amoribus, & liquefiat in amorem sui.

[b] Iubet magа, vt Amaryllis spargat molã lauris vrendis, nam istæ erant vice sacrificij. Itaque sicut bos, agna, & sacra alia ante mactationem spargebantur mola salsa: sic vult, vt lauri vrendæ eadem mola D inspergantur. Deinde iubet, vt lauros fragiles, id est, cum fragore, & crepitu sonantes, incendat, sed illatas bitumine, quo faciliùs concipiant ignem. Huic incantationi additur forma verborum hæc: *Daphnis malus me vrit, ego hanc laurum in Daphnide*, id est, cõtra Daphnidem. *Malus* hic est, proteruus, ac repugnans meis votis, neque dum victus his sacris.

NOTÆ.

Effigies in incantationibus. 1. LIMVS, &c.] Quæ hic dicuntur de limo, & cera, explicui de duplici imagine, innixus auctoritate Horat. lib. 1. sat. 8. cuius hæc sunt:

Lanea & effigies erat, altera cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem:
Cerea supplicibus stabat seruilibus, vtque
Iam peritura modis.

Itaque

VVA. BIISC. BU 00239

Præcipiti deducta polo.

Medea apud Senecam: *Hyadesque nostris cantibus motæ labant.* Scribit Clemens in Itinerario B Petri, Zoroastrem magum elicuisse ex stellis veluti scintillas quasdam. Apuleius post verba adducta: *stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.* Absolui, quæ promisi. Addam erroris huius originem. Plutarch. de defectu oracul. initium illius refert ad Aglaonicem Agetoris filiã, quæ, vt Astrologiæ perita, simulauit prima omnium se Lunam incantare, ac deuocare, cum illa erat in Eclipsi: Turnebus, quod videtur Germano placuisse, commentum hoc euocationis Lunæ Callimacho tributi, eam è cœlo in amplexus Endymionis descendere fingenti.

Deductionis Lunæ vndeciror natus.

4. CIRCE.] De hac fabula vide Virg. 7. Æn. Homer. 10. Odyss. Ouidium in Metam. Et tua Dictionaria. Attigit Petron.

— Phœbæque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.

5. VLYSSI.] Ita legas, non, Vlyssis. De quo alibi latè.

Frigidus, pro, venenatus.

6. FRIGIDVS.] Sequutus sum explicationem Delrij nostri, qui *frigidum anguem* accipit, nocétem, noxium, mortiferum, venenatum. In Sen. Agam. ad ea verba, *frigidus custos* ait: *Draco noxius, & veneno plenus. Sic Virgilius frigidum anguem vocauit.* Idem alibi, illud Virg. in Ciri: *Inde Ioui geminat, magno frigidula sacra*, explicat, noxia. Nam vetus Interpres Iuuen. in Sat. 7. ait: *gelidum pro mortifero, quia mors frigida est.* Adiungo istis versum ipsius Iuuenalis, & Macrum, qui cicutam, quæ venenata est, sic vocant, prior Sat. 7.

Nil præter gelidas ausa conferre cicutas. Posterior:

Frigida lethifera vis, & natura cicutæ,
Vnde necat gelidi potantes more veneni.

Demum addo auctoritatem Galeoti Martij lib. de Promiscua Doctrina c. 12. qui ait, doctè Poetam appellasse anguem frigidum, id est, venenatum. Nam per excellentiam, quæ sunt venenati, dici possunt frigida: quia venena huius naturæ momẽtanea sunt, & calidis multo deteriora. Et Isidori, qui cap. 4. lib. 12. ait: *Omne autem venenum frigidum est, & ideo anima, qua ignea est, fugit venenum frigidum.* Ad rem sunt versus Nicand. in Ther. de serpente quopiam, à quo qui puncti sunt, statim inhorrescunt frigore instar grandinis, etiamsi pungantur in media æstate. Sed, ne quid dissimulem, pugnat nonnihil cum his, quæ dixi, auctoritas eiusdem Isid. qui eodem loco: *Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt. Nam, quando sunt frigidæ, nullum tangunt. Vnde & venena earum plus die, quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, & merito, quia frigida sunt nocturno rore.* Hæc, & quæ sequuntur, facile solues, quoniam ista non pugnant contra frigiditatem veneni: aliud est enim, venenũ esse frigidum; aliud, animal, à quo venenum illud, calidum. Vnde, postea ille adducit verba, quæ iam præmisi, de veneni natura semper frigida. Quę pertinent ad Imitationem, breuissimè absoluam. Theoc. ante nostrum εἰδ. 15.

——τὸν ὄφιν ὅσσον τε μάλιστα δεδοίκω

Et Catullus: *frigidum serpentem maxime timeo a puero.* Tertull. Opulc. in Genes. (non Cyrian.) *sexta-que prægelidos vi spiras lubricat angues.* Iterum: *serpebat iacitæ spiras frigentibus anguis.* Nonn. 2. ψυχεὶ νῶτα δ' ἐχόντων.

7. CANTANDO.] Verbum *cantare* pro, incãtare, & exercere cantiones (mitto sic à doctis Virgilium explicari) Ouid. quoque vsurpauit 2. Am. El. 5. *Aut vbi cantatis Luna laborat equis.* Et 3. Am. El. 6.

Cãtare, pro, incantare.

Flectibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

8. RVMPITVR ANGVIS.] Nescias quo fato angues subditi fuerunt magarum cantionibus, adeò huius rei frequens mentio. Manil. lib. 1. *Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.* Nemes. 4. Ecl. *Cantauit quod Luna timet, quo rumpitur anguis.* Ouid. 2. Am. El. 1. *Carmine desiluit abruptis faucibus angues.* & 7. Met. *Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces.* Tibul. lib. 1. *Cantus & iratæ deiinet anguis iter.* Seneca in sacris Medeæ,

Angues subditi incantationibus.

Hic sera serpens corpus immensum trahit,
Trisidamque linguam exserat, & quærens quibus
Mortifera venia, carmine audito stupet,
Turnidumque nodis corpus aggestum plicat,
Cogitque in orbes.

Lucilius lib. 20. Satyr.

Iam dissumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Dissumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Maga apud Petron. lactabunda:

— mihi flumina parent,
Hyrcaneque tigres, & iussi stare Dracones.

Lucanus lib. 6. de virtute Magarum Thessaliæ:

— gelidos his explicat orbes,
Inque prunoso coluber distenditur arvo:
Viperes coeunt absupto corpore nodi,
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

Sil. lib. 3. de Marmaridis:

Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere cerastæ. Alibi:

— serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tractuque graues sopire chelydros,

Sed & serpentes incantari solitos ostendit Del. lib. 2. Disq. ex Petro Chieza, Aloysio Chadamusto, Mago Saltzburgensi, sanctis Patribus. Lege illum, & adice quæ Val. scribit lib. 8. Arg. de Dracone Colchio incantato à Medea, & quæ de eodem Apollonius. & verba Platonis 2. Polit. βεβούλυμαι γάρ μοι φάναι τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὄφις ἀλλοθύμους: videtur mihi Thrasymachus tanquam serpens carminibus delinitus. Et Historiam aspidis, quam omnes narrant, vide signatè apud Isidorũ c. 4. lib. 12. Ait Plato in Euthydemo, incantationem ferarum, scorpionum, viperarum, & demum bestiarum, nihil esse aliud quàm κήλημα, id est, lenimen quoddam, & mitigationem. Quod omnes ferè per verbũ *rumpo*, Apollonius loquens de Dracone Colchico ἀναλύεται, *dissoluitur.*

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Incipit Maga ab ternario numero, qui potentissimus in hac arte.

EXPLICATIO.

CIRCVNDAT Maga loquens cum Daphnide primùm terna licia, quibus item color triplex: deinde

VVA. BHSC. BU 00239

laurinæ naturæ se esse profiteatur, non interno modo igne suo ardeat sed exteriùs etiam sacris ita accendatur, vt nullis aquis queat exstingui, atque is ardoris fomes non aliter atque bitumen adhæreſcat. Itaque ludit Poeta egregia paranomasia, nam laurum contra laurum incendit, Daphnin contra Daphnidem: est n. Græcis δάφνη laurus. Volo hic audias iudicium eiusdem Goropij cuius hæc sunt lib. 6. Orig. *Iudicent alij, vt placet: mihi hoc loco Virgilius ita videtur Theocritum imitatus, vt eum in his versibus longo post se internallo reliqueris, tum in verbenis, & bitumine; tum in Daphnidis, & laurorum conuenientia de nominibus in diuersis linguis idem significantibus studiosè quæsita.* Ceterùm hanc arborem esse A aptam sacris omnibus, inprimis magicis, docent aliqua. Nam Theocrit. initio suæ Pharmaceutriæ: τόσσον τοὶ δάφνα φέρε θέσυλι: *vbi mihi lauri age Thestylide* Apul. libr. 3. Asſ. *Anelhi modicum cum lauri foliis immissum rore fontano datur lauacrum, & poculum.* Eam quoque purificationibus adhiberi testis est Plin. lib. 15. cap. extremo. Neque pugnat locus hic eiusdem in eodem cap. *Adeoque in profanis vsibus pollui laurum, & oleam fas non est, vi ne propitiandis quidem Numinibus accendi ex his altaria, arauè debeant.* Non (ineuam) pugnat, nam tantùm ait, non esse comburendam, vt ea accendantur altaria, cui vsui satis profana materia.

85 Talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuuencum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum viridi procumbit in herba
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
90 Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Nihil his sacris proficientibus sit imprecatio.

EXPLICATIO.

CVM in vaccis sit nota maxima amoris, vt quæ summopere ament tauros, optat, vt Daphnis amet aliquam eo modo, quo bucula amare solet iuuencum suum, quæ fessa taurum quærit; quæ per nemora & lucos errat; quæ amore perdita procumbit in herba viridi iuxta riuum aliquem, nec meminit decedere seræ nocti, id est, non primam solùm noctem perfert, sed seram, in qua densæ iam tenebræ; neque illi aut cedit, aut decedit, adeò obstinatè in herba hæret. Ergo talis amor Daphnin teneat, nec mihi vlla sit cura illi medendi.

NOTÆ.

1. TALIS AMOR DAPHNIN, &c.] Versus isti, & sententia facta ex Nota Macrob. ad imitationem Varij veteris Poetæ, qui sic:

Ceu canis umbrosam lustrans Corynia vallem,
Si vestigia potuit cornæ comprendere lustra,
Sæuit in absentem, & circum vestigia lustrans
Æthera per nitidum tenues sectatur odores.
Non annes illam medij, non ardua tardant
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti.

Sed ego non credo me erraturum, si existimem Virgilium aspiraſſe ad versus Lucretij lib. 2. quibus vaccam post mactatum ad aras vitulum ita dolentem inducit:

At mater virides saltus orbata peragrans
Linquit humi pedibus vestigia pressa bisulcis,
Omnia conuisens oculis loca, si queat vsquam
Conspicere amissum fœtum: complétque querelis
Frondiferum nemus assistens, & crebra reuisit
Ad stabulum, desiderio perfixa iuuenci.
Nec teneræ salices, atque herba rore vigentes,
Fluminaque vlla queunt summis labentia ripis
Oblectare animum, subuáque auertere curam.
Nec vitulorum aliæ species per pabula læta
Derimere queunt animum curaque leuare.
Vsque adeo quiddam proprium notumque requirit.

Non abit duplex Calabri locus, quem summi iudi- B cij vir Germanus Virgilio adiungit. Adducam tantùm Latina, quia Germanus iam Græca suppeditauit. Locus prior libr. 7. habetur, vbi narrantur lacrymæ Deidamiæ:

Vti vacca in montibus horrende immugit
Iuuencum suum quærens in montibus, circum autem maximè
Montis ardui resonant iuga.

Posterior lib. 10. vbi Oenones ob interfectum Paridem:

Vt quando per montis iuuencam tauri amore captam
Animus exstimulat, vt pedibus velocibus feratur
Ardenter.

Sunt etiam suaues versus Coluthi de raptu Helec næ, qui paria cum Calabro:

Ἡ δ' ὅτε τοιήνυτ' ἀποπλαγθεῖσα νομοῖο
Πόρτις, ἐρημαίηνδε διὰ ξυλόχοιην ἀλάτης
Φοιτήσῃσι μόωσι βοῶν ἐλατῆες τυπίσαι:
Verùm perinde ac floridis detorta pascuis
Iuuenca, deserti is syluis agitur errabunda
Percussa cruento æstro, qui boues stimulat.

Catullus quoque errores, furiásque Attis iuuencæ comparatione illustrat:

Furibunda simul, anhelans, vaga vadit, animo egens,
Comitata tympano Attis, per opaca nemora Dux
Veluti iuuenca vitans onus, indomita iugi.

Idem Catul. & alij, qui locuti de Ariadna relicta in littore, furiosum hunc amorem, & veluti vagantem, D ac lustrantem omnia multis expressere. Poeta etiam ipse furiosum hunc amorem, & sine remedio expressit in Silæno sub persona Pasiphaes. Poterit etiam quis vti ad eandem rem amplificandam versibus Oppiani 1. κυν. vbi loquens de fœmina vexata doloribus partus, affectus pares inducit. E nouitiis Poetis adduco Angelium Bargæum, qui 1. Ecl. ita ad imitationem Virgilij:

Hæc simul ætheream Chloris iactauit ad auras
Oblita infelix seræ decedere nocti:
Accurrere pia non vlla è valle Napeæ,
Et secum mœstæ duxere in tecta dolentem.

2. BVCVLA.] Aptè buculam infert ad rem amatoriam, quam Poetæ lasciuientem, & petulantem genium non semel vocant. Philo in lib. περὶ τῦ κλήρου. δαμάλιν ἀπαλὴν, νέαν, σφριγῶσαν: *Iuuencam teneram, iuuenem, lasciuam.* Pindar. od. 11. Pyth. E Iuuencæ inteulans, & lasciuum.

Ἡ ἕτερα λέχεα δαμαλιζομένων
Ἐννυχοι παρ' ἄλοχον κεῖται: *An alieno in cubili lasciuientem*

UVA. BHSC. BU 00239

uientem iuuencæ more nocturni transuersam gerunt concubitus ? Poeta ipse taurorum amores late persequitur, 3. Georg. Hùc spectat illud, ἐκ τῆς ταύρου: *intuen taurum*. Quod in Platonis & Xenophontis conuiuiis legitur, quódque de obtutu amatorio dici Pierius lib. 3. adnotauit. Ab hac lasciuia dictum Horatio:

Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuium grauem
Solantis æstum, nunc in udo
Ludere cum uitulis salicto
Prægestientis.

Ideo ad lasciuiam etiam Helenæ explicandam Ouidius illam vocat, iuuencam:

Graia iuuenca uenit, &c.

A 3. PROPTER AQVÆ RIVVM.] Est hoc Lucretianum: *Propter aquæ riuum sub ramis arboris altæ.*

4. PROCVMBIT IN HERBA.] Variat Lucret. lib. 1. ita:

Hunc fessæ pecudes pingues per pabula lætæ
Corpora deponunt.

5. PERDITA.] In hac voce emphasin agnoscit German. in re amoris, vti etiam in illo Catul.

— toto ex pectore Thesèn,
Toto animo, & tota pendebat perdita mente.

Eadem emphasi dictum, 4. Æn.

— Nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis.

6. DECEDERE NOCTI.] Eadem credo forma dictum, qua decedere alicui, & similia apud Latinos.

Has olim exsuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora cara sui: quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Additur validior & fortior magia.

EXPLICATIO.

AGGREDITVR maga nouum aliud incantationis genus. Vestes (quas hic exsuuias vocat, & cata pignora) Daphnidis grati olim, nunc perfidi infodit sub ipso limine, & terræ mandat, quod vbi factum est, ait, *debent hæc pignora Daphnin*, quasi ad eas exsuuias per occultam vim magicam Daphnis vel inuitus deuoluendus sit.

B *ego terræ mando*, ergo in suis ædibus, vbi tũc erat: non in ædibus Daphnidis, vbi non erat. Per exsuuias autem Poeta (quod bene aduertit Turn.) intelligit vestes Daphnidis. nam sic quoque Theocritus θρόνα, id est, vestes infici voluit veneno. Scio fores amati etiam solere incantari, vel ex Ouid. 2. Am.

Carminibus cedere fores, insertaque postis,
Quamuis robur erat, carmine victa cedit.

Sed cõtra explicationem meam nihil hoc est. Quædam in Theocrito expendenda iam dicam.

2. Alludit ad duo loca Theocriti, qui in exsuuiis, id est, vestibus, veneficia exercet. Ait primum,

Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὰ κεράσεδον ὧλεσε Δέλφις,
Τἀγὼ νῦν τίλλεια κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω:

Hanc à vestimento fimbriam amisit Delphis,
Quam ego nunc diuellens in sæuum ignem spargo.

C Diuidet tantùm Maro, quia non incendit exsuuias, sed infodit. Ait deinde,

Exsuuiæ incantatæ.

Θέσυι, νῦν ἢ καβδόσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ', ἁσυχᾷ ἐοῖ
Τᾶς τύλω φλιᾶς καθυπὲρ τὸ σεῦ, ἃς ἔτι χὠ νύν
Ἐκ θυμῷ δέδεμαι:

Troesyli, nunc capiens has vestes, ea illunc
Limini illius, ad quod limen etiam nunc
Animo alligata sum.

Omnes per θρόνα in Theocrito *venena* reddunt; vnus Turn. *vestes*. quem sequor, ex Marone, qui Græcum imitans reddit *exsuuias*. Non affert Turnebus, cui inniteatur in sua explicatione. Scias, Scholiasten Theocriti adnotare, τὰ θρόνα à Thessalis vocari animalia variegata, à Cypris flotidas vestes, ab Æetiis venena: τὰ ποικίλματα ζῶα, τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια, τὰ φάρμακα. Et tametsi dicat Theocrit. vestes infectas veneno ad limen ipsius incantari, non incantantis, non idcirco credam sic quoque capiendum Virgilium. Nam in Græco peculiaris est ratio, ait enim:

D Theocriti adnotare, τὰ θρόνα à Thessalis vocari animalia variegata, à Cypris flotidas vestes, ab Æetiis venena: τὰ ποικίλματα ζῶα, τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια, τὰ φάρμακα. Et tametsi dicat Theocrit. vestes infectas veneno ad limen ipsius incantari, non incantantis, non idcirco credam sic quoque capiendum Virgilium. Nam in Græco peculiaris est ratio, ait enim:

Ἐκ θυμῷ δέδεμαι.

NOTÆ.

1. HAS OLIM EXSVVIAS.] Hunc mihi locum Apuleius aperit libr. 3. Al. vbi, sermone habito de Veribus hircinis, ita scribit: *Tunc protinus inexpugnabilis magicæ disciplinæ potestate, & cæca Numinum coactorum violentia, illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum, & sentiunt, & audiunt, & ambulant: & qua nidor suarum ducebat exsuuiarum ueniunt*, &c. Hinc liquet in veneficiis multum valuisse incantatas exsuuias, vt ij, quorum essent, accederent ad incantatoris voluntatem, quod hic fieri cupit pharmaceutria: atque adeò ex hac mente addit, *debent hæc pignora Daphnin*. Inde est, vt hic limen capiam ipsius excantatricis, non eum Turn. libr. 19. Adu. cap. 27. Daphnidis incantati. Ratio illius hæc, *quid enim in alieno limine exsuuiæ desiderius aduersus Daphnin possent?* nulla est. Nam illud meum potiùs est è re veneficiorum. Volebat enim maga ad suas ipsius ædes Daphnin deuoluì. Pugnant quoque verba magæ cum explicatione Turnebi. nam de præsenti loquens ait, *Nunc*

Ἄς ἔτι χὠ νύν
Ἐκ θυμῷ δέδεμαι.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrin, sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Commendat maga herbas, & venena, quibus vsa est in sacris istis, veluti admirabunda nihil sibi procedere.

EXPLICATIO.

MEMINIT suprà verbenarum, has nunc commendat, (vtrunque enim generale est nomen, tam verbenæ, quàm herbæ) simul & venena. Hæc commendatio procedit ab admiratione, qua stupet maga, se nihil proficere. Est verò commédatio multiplex: à loco, nam lecta è Ponto, qui feracissimus venenorum: à persona dantis, nam dedit Mœris, qui inclytus in omni magia: ab effectis; hoc triplex, nam illis Mœris se in lupum conuertebat, dabatque in syluas; animæ è sepulcris excitabantur, & surgebant mortui; demum harum vi herbarum sata, & quæ iam radices egerant, alium in locum traducebantur. Quibus effectis accedit fides ab ipsis oculis, ait enim maga, se tria hæc vidisse.

NOTÆ.

Pontus ferax Venenorum.

1. PONTO.] Veneni Pontici, & herbarum Ouid. meminit, Seneca Tragicus in Oet. *Quas Pontus herbas generat, aut quas Thessala Sub rupe Pindus.* Aliique. Cùm duo primi versus contineant duplicem commendationem herbarum, veneníque, & quòd lecta in Ponto, & data à Mœri: de loci commendatione simile quidpiam apud Theocrit. inuenies *eid.* 2. vbi herba venefica commendatur, quòd nata inter Arcades. Apud Ouid etiam 7. Met. herbæ Medeę, quòd vulsæ ab Ossa, Pelio, Pindo, Olympo. De commendatione personæ est etiam locus Theocriti *eid.* 2. vbi venena laudantur, quod non inferiora illis, quibus vsæ Circe, Medea, Perimeda.

In lupos versi homines.

2. LVPVM.] Videntur veteres vel delectari hoc figmento, vel hac ignoratione deceptí, cùm sæpe dicant, homines in feras mutatos, in lupos inprimis. De Mœri hîc audis. De sociis Vlyssis in 7. Æn. *formas magnorum vlulare luporum.* Propertius quoque: *& sua nocturno fallere terga lupo.* Pausan. libro 8. Lycaonem Regem Arcadum scribit, inter sacra, quæ Ioui faciebat, mutatum in lupum, additque Arcadum vanitatem quandam. Nam credebant illi multos mortales post Lycaonem in lupos verti, hac lege: vt decimo anno, si interea humana carne abstinuissent, formam pristinam reciperent; sin hominum carnes gustassent, nunquam desinerent esse lupos. De Neuris id ipsum scribit Herodotus lib. 4. λέγουσι γὰρ οὗτοι σκυθέων, καὶ ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ σκυθικῇ κατοικημένων, ὡς ἕτεοι ἕκαστοι τῶν νευρέων ἅπαξ ἕκαστοι, λύκοι γίνονται ἡμέρῃσι ὀλίγῃσι, καὶ αὖθις ὀπίσω εἰς τωὐτὸ καθίστανται: *Produnt Scythæ, & Græci, qui in Scythia degunt, singulos Neuros semel quotannis ad aliquot dies lupos fieri, & rursus redire in formam pristinam.* Scribit Trithem. in Chr. Hersaugiensi, Baianum Bulgariæ Regem solitum mutari in lupum, cùm vellet, vel in quamuis aliam feram. Vide etiam Plin. libr. 8. cap. 22. vbi latè. Hoc ipsum tradunt Pompon. Mela, Solinus, Eustathius, Varro, Agellius, aliique plures. Ad hunc locum pertinent, quæ dicam lib. 1. Georg. ad illud: *Per noctem resonare lupis vlulantibus vrbes.* Putat Hieron. Mercur. libr. 6. Var. c. 20. huic tam decantatæ narrationi aliquid veri esse coniunctum, nimirum huiusmodi homines, & gentes ea melancholiæ specie laborasse, quam Græci lycanthropiam, Latini insaniam lupinam appellant. Qua, si aliqui tententur, ita se lupos esse credunt, vt per syluas oberrent, nocte vagentur, clament, percutiant, alia-

Lycanthropia. Lupina insania.

que luporum opera edant: quibus simplices inducti, postmodum eos esse lupos factos, verè existimauerint. Meminit morbi huius Cælius Rhod. lib. 14. cap. 45. Franc. Vallesius de sacra Philosoph. cap. 28. Quod genus morbi plerunque referas ad imperscrutabile Dei iudicium, volentis ita nefarios homines, & peccatores punire: quales illi sunt, de quibus loquitur S. Hieronym. in Epitaphio Paulæ: *Cernebat varijs dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulcra sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum.* De hoc argumento qui multa volet, adeat Ioā. Bodinum Mag. Dæmon. lib. 2. c. 6. Ioan. Spondanum in libr. 10. Odyss. vbi apertè ait, vel herbarum potestate, vel Dæmonis arte fieri posse, vt homines amittant humanam figuram; ferinámque lupi, aut bouis, aut cuiusque bestiæ induant. Vide etiam, quæ Vincentius adducit in Speculo lib. 3. c. 109. Quid Apuleius, quid Lucianus scripserint, in promtu est. Adducam verba Sprangeri Inquisitoris, quæ etiam adducit Spondanus: *Iuuenis Anglus miles in Cypro fuit à Saga transformatus in asinum: qui cùm in nauem ad socios volens remeare, fustibus abactus esset, ad magam rediit: atque illa eo vsa est, donec asinus in Ecclesia visus est in genua procidere, eaque facere, quæ ab animante bruta nequeunt profieisci. Tum maga, quæ agebat ipsum, ex suspitione ad rudices rapta, eum triennio elapso restituit, & morte affecta est.* Ex hac opinione mortalium locutus Plaut. Amphit.

Nam verum est, quod olim est auditum,
Fabularier, mutatos antiquos in Arcadia homines:
Et sauas belluas mansitasse, nec unquam denuò parentibus Cognitos.

Præter eos, quos adduxi, vide Delrium lib. 2. Disquis. Magic. quæst. 18.

Magarum potestas in animas defunctorum.

3. ANIMAS IMIS EXCIRE SEPVLCRIS.] Traditum hoc quoque potestati magarum. Tibul. lib. 1. El. 2.

Hæc cantu finditque solum, manésque sepulcris Elicit.

Ouid. 2. Fast.

Vix equidem credo, bustis exisse feruntur,
Et tacitæ questi tempore noctis auí.

Apul. 1. Apol. *obuias species mortuorum.* Propert. *Nocte vaga ferimur, nox clausas liberat vmbras.* Tibull. lib. 1. Eleg. 2.

Hæc cantu finditque solum, manésque sepulcris
Elicit, & tepido deuocat ossa rogo.

Plato, citante Germ. τὸς τεθνεῶτας φάσκοντες ἀναγωγεῖν: *Dicunt, mortuos redire ad vitam.* Hoc non semel à Luciano, Lucano, Homero, Eunapio, Philostrato, Silio, Papinio, aliisque attingitur.

Frugum incantatio.

4. SATAS ALIO VIDI TRADVCERE MESSES.] Dictum hoc etiam ex magica disciplina. Nemel. 4. Ecl.

Cantauit, quod Luna timet, quo rumpitur anguis,
Quo currunt scopuli, migrant sata, vellitur arbos.

Tibul. lib. 1. El. 8. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris.* Seruius hîc. *Magicis quibusdam artibus hoc fieri vnde est in 12. tabulis: Neue alienam segetem pellexerit. Quod & Varro, & multi scriptores fieri deprehensum animaduerunt.* Plin. lib. 28. cap. 2. *Quid? non & legum ipsarum in 12. tabulis verba sunt? Qui fruges excantasset.* Idem Plin. ait, in agro Marucino Vectij Marcelli Equitis Romani, Neronis Cæsaris procuratoris, vniuersum oliuetum viam publicam esse transgressum: & prædia ex vno loco in contrarias sedes profecta. Huc pertinet historia, quam Plinius scribit lib. 18. cap 6. de C. Furio Cresino, qui vocatus ad iudicium est, quasi alienas fruges pelliceret veneficiis. vide illum. Adducam hîc verba Ioan.

UVA. BHSC. BU 00239

Ioan. Beetzij Carmelitani eáque ex fide Delr. nostri libt. 5. Disquis. Mag. quæst. 4. sect. 3. quæ etiamsi barbara, ad rem tamen Virgilij pertinent: *Quædam mulier circuit Bonarum cum frumento, dicendo illum versum, super aspidem, &c. post veniens ad domum suam, habuit fistulam in solario, quam manu accipiens, & prædicta verba dicens, cecidit totum frumentum illius Bonarij coram se per fistulam in solarium, & ita furabatur frumentum, de agro: quæ tandem per quendam Episcopum deprehensa & combusta est.* Alludit ad rem hanc versus Ouid. lib. 14. De incantationibus Circæis: *Exsilnere loco (dictu mirabile) syluæ.* & in Epist. loquens de Medea: *Illa loco syluas, vivaque saxa mouet.* Augustin. cap. 19. lib. 8. Ciu. adducto versu Virgilij, subdit: *Hæc pestifera & sceleratæque doctrina fructus*

A *alienis in alias terras transferri perhibentur.* Non de alio prodigio, quàm de hoc, videtur capiendus Val. lib. 6. Argum. vbi inter reliquas incantationes Medeæ, *Mutat agros.* Hæc mutatio non alia opinor, quàm traductio segetum. Sed sciendum verbo proprio vsos Virgilium, Tibullum; nam in hunc notat Ioseph. Scalig. *excantare fruges*, in legibus, non esse simpliciter incantare, sed è loco in locum carminibus traducere, quasi *excantare* sit, foras elicere. Ideo Ouid. *Nec seges ex aliis aliosve transibit in agros.* Itaque excantatio frugum nulla alia ratione fiebat, quàm traducendo. Sed audi tandem Lector formam legis veteris, ad quam multi alludunt. Qui alienas frugeis excantasit, qui malum casmen ocentasit.

Excantare fruges quid. Traducere fruges, quid.

Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti,
Tránsque caput iace: ne respexeris: his ergo Daphnin
Aggrediar: nil ille Deos, nil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Augentur sacra validissimo, & fortissimo genere magiæ.

EXPLICATIO.

AGGREDITVR Daphnin fortissimè incantationis genere, vt qui nec tot carminibus victus esset, nec multiplici Numinum inuocatione. est enim credibile inter incantandum sæpe vocatos Deos fuisse. Itaque, qui nec Deos curat, nec carmina, expugnetur infestissimè. Sed quæ hæc expugnatio? quæ incantatio? Combustæ iam erant igne verbenæ, thura, lauri, flores omnes; confusi cineres: hos iubetur Amaryllis foras ferre, iacere in riuum fluentem: sed diligenter admonetur, vt iaciat capite auerso: & quia hoc extremum magni erat momenti, iterum idem præceptum inculcatur, hac forma, *ne respexeris.*

B *mergendum.* & lib. 36. de bobus quibusdam: *eos viuos comburi, cineremque eorum deuoti in Tyberim, aruspices iusserunt.* Ouid. 6. Fast.

Hæc est illa dies, qua tu purgamina Vestæ
Tibri per Etruscas in mare mittis aquas.

Et ante ista:

Donec ab Iliaca placidus purgamina Vesta
Detulerit flauis in mare Tibris aquis.

3. TRANSQVE CAPVT IACE, NE RESPEXERIS.] Ex religione hoc dictum est, atque ita sæpe repetitum à multis, & credamus magnam partem magicæ disciplinę constitisse in ceremonia hac. Mopsus vates apud Valer. Flacc. lib. 3.

Trans caput iacere purgamina. Mare sordes abluit, adag.

— *lustramina ponto* *Pone iacit.*

C Claudian. de 6. Cons. Honor. de genere quodam expiationis:

Trans caput auersis manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula tædas.

Attiga hunc morem Græci inprimis. Theoc. *eid.* 31.

Purgamina cur iacerentur trans caput.

Ἦε ἢ συλλέξασα κόνιν θυρὸς ἄμοι πόκωνος
Ῥιψάπυ ἐὺ μάλα πάσαν ὑπὲρ κεφαλῆος ὀπίσσω,
Ῥωγάδας εἰς πέτρας ὑπὲρ ἄεσυ, μᾶλλ δὲ νέεσθαι
Λεύσσοισ᾽:

Mane autem cinetes ancillarum vna coactos
Omnes procicias trans flumen, trans quoque fines
Preruptam in rupem, corpus cauéadque reuertens
Ne retro flectas. Ante hunc Homer. Odyss. 5.

Αὐτὰρ ἐπὶ χείρεσσιν ἑοῖς λάβε λᾶαν ἀρείων
Ἄλτο δ᾽ ἀπορνύμενος, & ἔκβαλεν εἰς οἶνοπα πόντον
Πολλὸν ἀπ᾽ ἠπείρου, αὐτὰρ δ᾽ ὑπὸ νῶτα τέμπεσθαι

Porrò postquam manibus continges littus.
Riursus resoluens proüce in nigrum pontum,
Longè à continente, ipse autem fœrsim auersus sis.

Parco multis; tantùm hic obseruabo formam verborum, qua illi vsi ad rem hanc. Eurip. Androm. ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν: *supra caput conicit piaculum.* Sophoc. in Colono, ἀντεσθ᾽ ὄπισθεν ἀπιστεῖν ἐμοί. Æschylus ἐν χοηφόροις. ἀντέρεισον ὄμμασιν ὄπισθεν ἐμοῖς: *inuersis oculis.* Orph. in libello περὶ λίθων. ἀπὸ νῶσοι τεμπόμεθα, vti Homerus, quem iam adduxi. Plato 9. Leg. de re alia loquens, ἀμεταστρεπτὶ ἰέναι ἐπὶ τὰ ἔσω: *inuersus.* Æschylus ἐν χοηφόροις. ἀντέρεισον ὄμμασιν

Auersúsque iacit, sed dum iacit: hæc ego mitto,
Hic (inquit) redimo méque meósque fabis.
Hæc nouies dicit, nec respicit: umbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.

Itaque credebant Deos tunc aduenire, & colligere id, quod iaciebatur: quos Deos ne viderent, quod indignum putabant tantis Numinibus, caput auertebant. Affinia huic cognitioni illa libr. 6. vbi sacra offeruntur Strigibus, ne nocant Procæ: videlicet exta, fibræ, & cor porcæ, ac tum subdit:

Sic vbi libauit profecta sub æthera ponit:

105 Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.
Nescio, quid certè est: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

ARGVMENTVM.

Alluenti felicia omnia, Daphnis accedit, victrix est magæ, ideo à sacris cessat.

EXPLICATIO.

IMPERAVERAT Pharmaceutria Amaryllidi, vt foras ferret cineres, & iaceret: forsitan moras traxit Amaryllis, quas dum traxit, omnia læto omine arripuerunt. Itaque fingamus versus istos prolatos ore ancillæ, non magæ. Ergo ait ancilla. Aspice hera, dum moror ferre cinerem foras, ex illo subitò flamma emicuit, atque adeò nemine excitante ipse, sponte sua, altaria corripuit: bonum hoc sit omen ô hera. Ego nihil scio ex his sacris; nam tantùm sum tui ministra, sed certè magnum aliquid est, ignem ex mortuis cineribus illuxisse. Audi & nouam aliam coniecturam, Hylax canis Daphnidis latrat in limine ædium nostrarum. Quid hac re certius? Credimus Daphnin aduenire? an verò qui amant sibi ipsi fingunt somnia? Sed credamus, Quare vos carmina parcite, id est, cessate, venit iam Daphnis ab vrbe, adest, ecce illum.

NOTÆ.

Pyromantia. 1. CORRIPVIT TREMVLIS ALTARIA FLAMMIS.] Attingit πυρομαντικὸν, id est, divinationem per ignem. Fuit autem hoc omen semper felix, si flammæ sponte excitarentur, nemine impellente, nullo incendente. Id dilucidè in Ciceronis vita à Plutarcho attingitur his verbis: *Cicero his rebus cum esset sollicitus, prodigium accidit sacrificantibus fœminis: ab ara sacrorum, cum iam pridem sopitus ignis esset, è cineribus ac fomentorum reliquiis longa, & pura quidem flamma subiò emicuit. Ceteris itaque perterrefactis, virgines Vestales mox iussere, Terentiam virum conuenire, iubereque, vt pro patria non dubitaret ea perficere, quæ cogitaret, ceu præsens Dea ingens lumen ad illius salutem, gloriáque pollceretur.* Est sermo de Coniuratione Catilinæ. Ademi Græca, quia plura. Pausanias quoque in Att. *Cum Seleucus, postquam is ex Macedonia cum Alexandro erupit, in vrbe Pella Iouis sacrificaret, ligna quæ erant in altari, sponte ad simulacrum processerunt, & incensa sunt absque igne.* Extrema, quia hæc signatiora, sic habent Græcè: τὰ ξύλα ὅτι τῷ βωμῷ κείμενα αὐτόθεν αὐτόματα ἐς τὸ ἄγαλμα, καὶ ἄνευ πυρὸς ὤρθη. Omen idem Tibull. attigit lib. 4.

Lætior elucet structos super ignis aceruos:
Quin hortante Deo magnus insistere rebus
Incipe.

A *Quique adsint sacris, respicere illa vetat.*

Vt scilicet tunc Striges non visæ arripiant sacra. Et ad istum aduentum Deorum respexisse Poetam, apparet ex Seruio hîc scribente: *nolunt enim se videri numina, nisi ex necessitate nimia.* Hoc genus sacri inter profana numerat Spartian. in Didio Iuliano, ita scribens: *Quædam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt, & carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad speculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando vertice respicere dicuntur, Iulianus fecit.*

B Loquitur cum Messala. Sic triste econtrario fuit, ignem non excitari, quod Tiresiæ accidit apud Sophocl. in Antigone.

2. TREMVLIS FLAMMIS.] Q. Serenus: *Farraque qua tremulis prosunt fudantia flammis.*

3. SPONTE.] Aducrte à Virgilio hanc vocē cum omni proprietate sæpe in rebus sacris inferri, vt hoc loco, & 4. Ecl. *Sponte sua sandyx pascentes vestit & agnos.* Vbi omen attingitur. Et in lib. 6. fores templi patent *sponte* ad edendum oraculum. sponte n. dicitur ἀπὸ τῆς σπονδῆς, id est, libatione. Id enim, quod per sacrificia firmatur, debemus facere non inuiti. Etymon hoc aperuit Scal. in Coniectan. Sponte, in rebus sactis.

4. BONVM SIT.] Subaudi omen. Hæc loquendi forma in re fausta consimilis illi, *bene sit.* qua vsi Persius Satyr. 4. Plaut. Mercat. Terent. Phorm.

C

5. QVID CERTE EST.] Acutè Nonnius 1. Miscel. ait, his verbis magnum aliquid significarijta vt *quid certè est*, sit, magnum aliquid est. Firmat Terentianis exemplis. Lege. Adiungo illi Vlpianum enarratorem Demosthenis, qui in 1. Olynth. τὸ δὲ τί ἐστιν ὑποθᾶε, ἀντὶ τοῦ μέγα κέτται. ὥσπερ τὸ, δώωμεν τινὰ κεκτημένοι, τὸ τινὰ, ἀντὶ τοῦ μεγάλην: *Particula, quid, hic pro multum ponitur: sicuti illud, copias aliquas possidentes, id est, magnas.* Quid.

6. HYLAX.] Nomen canis ductum ab Etymologia. nam ὑλάω est latro, latras. Ab Ouid. etiam 3. Met. Hylacter canis inducitur simili etymo.

D

7. IN LIMINE LATRAT.] Notat Rhod. lib. 2. c. Ant. Lect. cap. 6. induci latrantem canem ex opinione veterum, qui putabant latratum canis, & tinnitum æris soluere carmina & excantationes, quod scribit Lycophron. Interpres. Idem sibi omen sumit Symetha venefica apud Theocr. σὺ δ' ἐλθοῦσα κύνες ἄμμιν ἀνὰ πόλιν ὠρύουσι: *Thestylis canes nobis per ciuitatem latrant.* Neque abit ab hac ominandi ratione illa Aristæneti lib. 2. Ep. 5. Sed ecce dum hæc scribo, iucundissimè sternutaui. Nam fortè iuuenis, mea cura, me init mei. Canis latratus soluit incantationes.

E

8. CREDIMVS.] Versum integrum sumsit Ausonius.

9. QVI AMANT, IPSI SIBI SOMNIA FINGVNT.] Hanc formam inter adagia retulit Eras. Chil. 2. Cent. 3. c. 90. vide illum, & adde à me Publium in Mimis, qui ait: *Amans, quod suspicatur vigilans, somniat.* Qui amant, fingunt sibi somnia, adag.

10. SOMNIA FINGVNT.] Proba lectio, & eruditis recepta: nec te mouerat auctoritas Canteri lib. 1. Nou. Lect. c. 8. qui legit ex Sc. *sibi omnia singunt.* Præfertim cùm locutio ipsa sit Græca. Artemid. lib. 4. c. 24. πάντες ὀνείρους.

FINIS ECLOGÆ OCTAVÆ.

VVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA NONA.

MOERIS.

LYCIDAS. MOERIS.

ARGVMENTVM.

POST Philippensem victoriam, cùm in distributione agrorum, qui trium virorum iussu trans Padum diuidebantur, sua quoque prædia Virgilius amisisset, Romam profectus, cùm fauore ingenij, tum præsertim adiuuante Pollione, Transpadanæ regionis præfecto, possessiones suas recepit. Verùm ægrè id ferente Ario centurione, cui Virgilij fundus in portionem cesserat, parum abfuit, quin ab irato milite Virgilius interficeretur. Denuo itaque Romam profecturus præcepit villico suo, vt Ario vsque ad reditum suum, quàm minimo posset detrimento suo, obsequeretur. Is igitur ex patroni sui præcepto Mantuam proficiscitur, hœdorum munusculum Ario oblaturus. Mœrin subsequitur Lycidas, itineris eius caussam requirens. Ibi nactus occasionem temporum calamitatem deflet. Deinde vnà Mantuam euntes itineris tædium variis subleuant cantilenis. Menalcas in hac Ecloga Virgilius est, Mœris Virgilij villicus.

Lyc. [a] QVò te Mœri pedes? an, quò via ducit, in vrbem?
Mœr. [b] O Lycida, viui peruenimus, aduena nostri,
(Quod nunquam veriti sumus) vt possessor agelli
Diceret, hæc mea sunt: veteres migrate coloni.
[c] Nunc victi, tristes (quoniam sors omnia versat)
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.

ARGVMENTVM.

Aperit Mœris Lycidæ, quo statu sint agelli Virgiliani sub iniusto possessore Ario.

EXPLICATIO.

[a] FINGITVR Mœris villicus Menalcæ, id est, Virgilij, festinabundus Mantuam ire, cuius vt festinationem vidit Lycidas, qui fortasse occurrit, ita rogat: O Mœri, quò te pedes ducunt? an in vrbem Mantuam, quò via hæc ducit?

[b] Mœris occasione amici percontantis erumpit in querelas, quas hactenus cogitabundus premebat corde. Itaque ait: Rogas, an fortè eam Mantuam, ego verò dico me, & herum meum. Menalcam viuos peruenisse in eam calamitatem, quam veriti nunquam sumus: vt aduena quidam, indignus qui nominetur, agelli nostri possessor sit, dicátque nobis: mea hæc sunt, vos coloni veteres hinc migrate. Signat Arium centurionem, qui in possessionem Virgilij pedem posuerat per vim, & contra ius.

[c] Quasi dicat. vis scire, an hoc verum? ecce nunc victi, & tristes (hoc scilicet sorti debemus versanti omnia) illi indigno possessori hos hœdos pro dono mittimus, quod donum malè illi vertat. Expende in fine, vti calamitatem suam amplificet Mœris. Graue est, eò miseriæ peruenire, vt aduena quispiam dicat, sua esse, quæ non sunt: grauius, proprium dominum cogi cedere ex agro suo: grauissimum compelli, vt iniquo possessori det munera. Inde tot parentheses interpositæ vt in re noua, atroci, impia.

NOTÆ.

1. QVÒ TE MOERI pedes.] Subaudi, ducunt, aut ferunt, ex imitatione Theocriti, & Homeri. Prior, εἰδ. 13. & 14. πόδες ἄγον: & ex Homero Nazianzenus orat. 28. πόδες ἐφέροντο. Plato etiam 2. Polit. ἴχνη φέρει. Apollonius 1. Argum. compositionem addit, πόδες αὐτὸν ὑπέκφερον. Vsurparunt primum verbum inter Latinos, Plaut. Merc. Plin. lib. 7. Ep. 5. alterum Horat. od. 16. Epod. Pers. sat. 3. Ex Homeri loco, quem adduxi, efficit Victorius hanc locutionem non esse tantum rusticam, vt quidam volunt. Horat. 3. Car. od. 11. variat, per *pedes rapiunt*. in Bacchid. *Quò nunc capessis te hinc*. In Mostel. *Quò tu te agis?* Pedes ducũt, ferunt.

UVA. BHSC. BU 00239

agis? Phrasin commutauit Theoc. εἰσὶ. 7. συμιχίδα, πᾶ δὴ τὰ μεσαμέριον πόδες ἕλκεις: *Simichida, quò tu meridie pedes trahis?* Et Seneca act. 3. Med. *rapis pedem.* Et Sophoc. in Aiace ἑκηβόλῳ πόδε. Et in Oedip. Col. πόδας ἕλιτρος. Apoll. 2. ita, ποῖν δὲ δύεχε. Adiungo etiam ab initio Virgiliano non multum abesse Platonicum in Phædro. Vbi Socrates, ὦ φίλε φαῖδρε, ποῖ δὴ, καὶ πόθεν; *O amice Phædre, quònam, & vnde?*

2. VIA DVCIT.] Vt hîc *via ducit*, ita in 6. *via fert*. Vtrunque ad Græcorum exemplar, qui ὁδὸς ἄγει, καὶ φέρει. Pausan. ἑτέρα δ' ὁδὸς ἐξ ἐλαιῶν ἐς Μέγαρα ἄγει: *via altera ex Eleusine ducit ad Megara.* Antiphr. ἴχνη φέροντα: *vestigia ferentia.* Liuius quoque: *viam ferentem* dixit. Nota hæc Budæi est in Comment.

3. VIVE.] Auget commiserationem, quòd videntes pereant, quod tractata videtur ab illo Comicorum, *videns viuere*, Fereo. Itaque verè dictum, *Multa homo dù viuendo, quæ non vult, videt mala.* Sententiam hanc locupletare facile esset.

Peruenio, de calamitatib. 4. PERVENIMVS.] Signatum verbum. Hoc enim, & similibus accidentem calamitatem veteres explicuerunt. Horat. in fletu Europæ lib. 3. od. 27.

Vnde? quo veni? leuis vna mors est
Virginum culpæ.

Eurip. in supplic. ἐκ ἀῤ ποτ' εἰς τόδ' ἦλθον, εἰς ὃ νῦν, κακῶν: *Nunquam ad hoc venissem, ad quod nunc veni malum.* Et supra dixerat, de re etiam aduersa, οὐκ εἰς τόδ' ἦλθον: *Quod sic adhoc venissem.* Caussam huius locutionis confert Budæus in rem militarem, in qua conflictus est, & labor: & ad quam iisdem verbis vtimur. Venire enim ad manus, ad certamen dicimus. Nec minus Græci εἰς χεῖρας ἔρχεσθαι, id est, συμφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις, καὶ συμπλέκεσθαι.

5. QVOD NVNQVAM VERITI SVMVS.] Inde grauior dolor, vt ex re non præuisa. Huc transfer, quæ inuenies 1. Æn. ad illud: *Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.*

Hæc mea sunt. 6. HÆC MEA SVNT.] Vult Brissón. libr. 5. Form. Poetam his verbis allusisse ad solemnem vindicationis morem: quo, qui seruum vindicabat, in-

A iecta manu dicebat, *hic meus est.* Ita Ouid. 1. Amor. *Et dicam, mea sunt.* Et apud Quintil. Declam. 341. rem suam quispiam vindicans apud publicanum interrogationem suam duobus his verbis complectitur, *Mea est.* Plaut. Rud.

Gr. Nescio, neq; ego istas vestras leges vrbanas scio,
Nisi quia hinc meum esse aio.
TR. Et ego item esse aio meum.

7. VETERES.] Hanc vocem opponit illi *aduena.* Et totam orationem *veteres migrate coloni* præcedenti, *hæc mea sunt.*

8. SORS OMNIA VERSAT.] Lambinus hîc *fors* legit, & pari modo alios auctores corrigit lib. 1. Serm. Sat. 1. Sed quamuis in aliis efficiat, quod vult, certè in hoc loco sustineri vulgaris lectio debet, assentiente omnium pene librorum consensu, in quibus *fors* legitur: assentiente doctorum auctoritate, qui de hac lectione non dubitarunt. Sed & verbum *verso* vulgarem lectionem firmat. Sortem enim versari in vena Horat. dixit lib. 2. od. 3. Verso de sortibus.

—*omnium*
Versatur vrna, serius, ocyus
Sors exitura.

Qui locus malè vulgò intelligitur, est enim *vrna* calus auferendi, non rectus, quod vel ex syllabica metri ratione apparet. Redeo. Denique lectionem Virgilij tuentur multi eruditi, quos hic congerere omitto, parco, à quibus non minus sortibus, quàm fortunæ, rerum varietas attribuitur.

9. BENE VERTAT.] Formula hæc trita est. Bene vertat. Pers. *Quæ res bene vertat mihi, & tibi, & ventri meo.* In C Curculion. *Quæ res malè vertat tibi.* Liu. libr. 3. *Ille enimuero, quod bene vertat, habiturum se comitia professus.* Enn. Annal.

Ea mihi rei, fidei, regno, vobisq; Quirites
Se fortunatim, feliciter, ac bene vertat.

Vult autem Seru. sermonem Poetæ natum ab Aiace, & Hectore, quibus munera inuicem data, & accepta exitialia fuerunt: vt optet Mœris pari modo hœdos verti in exitium accipientis.

Lyc. a Certè equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollíque iugum demittere cliuo
Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.
Mœr. b Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
c Quod nisi me quacunque nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab Ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.

ARGVMENTVM.

Vix credit Lycidas persuadet Mœris, quin addit vitam Virgilij fuisse in discrimine.

EXPLICATIO.

a DIXERAT Mœris, sub iniquo possessore esse agellos Virgilij, inde admirans respondet Lycydas. Audieram ego aliter, nimirum vestrum Menalcam (Virgilium) suis carminibus seruasse (recuperasse) agrum suum. Ac tunc obiter Lycidas describit terminos agri Virgiliani, videlicet à cliuo quopiam molli leniterque subducto vsque ad aquam Mincij fluminis, & fagam, cui præ senio fracta cacumina.

b Subdit Mœris. Audieras, nam ita fama iacta-

D uerat, sed vana illa fuit. Nam vide ô Lycida, quid possint columbæ contra aquilam, id scilicet nostra carmina contra hostes: neque enim furor Martius permulcetur tam dulci blandimento, neque exaudiunt gladiorum sonitus tam suauem cantilenam.

c Pergit Mœris, dicítque se ab sinistra cornice, quæ erat in Ilice, admonitum, vt lites omnes, occasionéque litium cum milite Ario amputaret: cui nisi aui paruisset, futurum fuisse, vt nec ipse, nec Virgilius iam viuerent; adeò impotenter ferus miles in rusticas opes pauperum inuolauerat.

NOTÆ.

1. SVBDVCERE COLLES, &c.] Tota hæc oratio, *colles subducunt se, dimittúntque iugum cliuo molli*, conti

VVA. BHSC. BU 00239

continet descriptionem loci, qui lenem habet descensum è fastigio ad planum. clariùs. continet cliui descriptionem. Est enim cliuus non abruptus, & directus: sed molliter accliuis, procliuisque, aptus ad ascensum, & descensum. Iunius vocat *montis latus*, nam & Liuio dicitur *dorsum montis*. Vti alij cliuum describserint, inseram ad vtilitatem adolescentium. Litius lib. 5. *omnia fastigio leni subuexa*. Pompon. Mela lib. 1. c. 19. *mollibus fastigiis insectitur*. Antiquis par Masseus lib. 16. Hist. *clementes montium ascensus, ac descensus*. Liuius iterum lib. 44. *descensus facilis minimè iniquus ascensus*. Ammian. lib. 27. *facilem deuexitatem, & mollem*. Plin. lib. 5. Epist. *sensim cliuo fallente consurgit*, Lucan. lib. 4. *Colle tumet modico, leniq; excurrit in altum Pingue solum tumulo*. Hæc talia, cùm occurrerint, non contemnenda: sic enim meliùs hærent in animis iuuentutis simulacra optimorum auctorum.

2. VETERIS-FAGI.] Ita Persius Sat. 5. —*veteris ramalia fagi*. Et Seneca in Hipp. Act. 1. *veteréque fagi*.

Frango quid proprie. 3. FRACTA.] Propriè vsus hac voce. Propriè enim frango de arboribus, & ramis dicitur. Inde est, vt à verbo κλάζω *frango* emanent κλάδ& *ramus*. κλαδοειδὴς: *ramosus*. κλαδ& τὴς: *frondator*. κλαδ& ω: *puto*. Horat. od. 10. Ep.

Insurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes Ilices.

4. FAMA FVIT.] Re vera Virgilius nondum agrum suum recuperauerat, ita tamen Augusti animum carminibus demeruerat, vt recuperasse putaretur. Hanc Augusti beneuolentiam in Virgilium fama vulgauerat, sed eam belli Actiaci necessitas impediuerat. Seru.

5. CARMINA TANTVM, &c.] Seruius integram sententiam refert ad auguria: vt dicat Poeta, carmina armis cedere, quemadmodum minora auguria; quæ signantur per columbas, cedunt maioribus, quæ signantur per aquilam. Potuit ducere Seruium in hanc sententiam mentio Chaoniæ, vbi columbæ vaticinabantur. Sed ego puriùs sententiam capio de infirmitate columbarum apparente aquila. Et certè Chaonia adeò insignia columbarum oracula, vt nulli aui cederent. Sanè Aquila quæ αἰχὲς οἰωνῶν (vt ait Pind. od. 1. Pyth.) *princeps auium*, facile in fugam conuertit terrore suo reliquos greges auium; vt sibi ἀρχιβούλους, *subditos*: quanto magis columbam timidissimam, quæ etiam ab accipitre, & quanis rapace volucre statim fugit.

Chaonia. 6. CHAONIAS.] id est, Epiroticas, nam Chaonia Epiri pars. Posuit verò pro genere speciem, & hanc præ alia, à notitia columbarum Epiri, quæ insignes in reddendo oraculo. Fortassis cum respectu ad hunc versum dixit Propert. *Non me Chaonia vincent in amore columbæ*, signate ad hanc speciem pro genere, non ad aliam, confugiens, vti Virgilius. Sed & versus ipse Virgilij nonnullam habet affinitatem cum isto Lucret lib. 3. *Aeris accipiter fugiens veniente columbis*. Integrum sumsit Apollon. 4. Excid. Hierof. comparans virtutem Imperatoris Titi: *Chaonias quales aquila veniente columbæ Turbantur*.

Quod nisi, pro, nisi. 7. QVOD NISI.] Hæc duæ particulæ pro simplici *nisi* eleganter ponuntur. Lucret. *Quod nisi resipirent venti*. Liu. lib. 34. *Quod nisi me verecundia singulorum magis maiestatis, & pudoris, quam vniuersorum teneisset*. Terent. *Quod ni fuissem incogitans*. Æmil. Probus in Annib. *Quod nisi domi ciuium suorum inuidia debilitatus esset, Romanos videretur superare potuisse*. Reperi hæc in Symb. Iac. Pont. Poeta ipse 1. Georg. *Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris*.

Sinistra auguria. 8. SINISTRA-CORNIX.] Sinistra augurio A Romanis fausta fuerunt, infelicia quæ ab dextra. Hoc tamen (ne fallaris) capiendum de fulminibus, (sed & in hoc fortassè hæreas) non de auibus, quarum auguria sæpissime fausta fuerunt ab dextra. Sueton. in Vitell. cap. 9. *Præmissis agminis lætum euentu auspicium, siquidem à parte dextra repentè aquila aduolauit*. In Iustin. quoque lib. 20. nulla pars deseribitur peculiaris, sed omnes: nam inducitur circum volatus. *Pugnantibus* (inquit) *Locris, aquila ab acie nunquam recessit, eóque tamdiu circumuolauit, quoad vincerent*. Et quidem hoc de dextra, aut sinistra videtur contemsisse Liu. lib. 10. *Ante Consulem hæc dicentem coruus voce clara occinuit, quo lætus augurio Consul, affirmans nunquam humanæ rebus magis præsentes interfuisse Deos, signa canere, & clamorem tolli iussit*. Vbi coruus B neque à dextra Consulis, neque à sinistra, sed ante illum canit. Non nego antiquo æuo sinistras aues fuisse auspicatas, nam testimonia, & quæ alij congesserunt, & in quæ ipse incidi, hoc probant. Plaut. quidem in Epid.

Tacete, habete animum bonum, liquido exeo foras
Auspicio, aui sinistro.

Et apud Calab. lib. 9. tam Neptunus, quàm οἰωνοὶ ἀεικέες κεκλιμένοτες seruant Neoptolemum ab ira Apollinis. Sed assero procedente tempore mutatam fuisse hanc vanitatem. Quin & in ipsis quoque heroicis temporibus. Nam in eodem Calab. lib. 10. vbi de morte Paridis.

—λυγροὶ δ' μὲν ἀνὰ πύργους
Κακκοκορυφὴς ὀρνίθες αὐτεοὶ, οἵδι' ἀνὰ χῆτος
Σκεμὼ ἀϊσσοντες: *Porro mali omnes aues e vertice*
occurrentes cecinerunt ad læuam volantes. Et clarissimè C
Hom. 13. Il.

Ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις
Αἰετὸς ὑψιπέτης, ὅσσ' ἰδ' ἰαχὲ λαὸς ἀχαιῶν
Θαρσύνθ' οἰονῷ:

Sic ei loquenti adulauit dextra auis
Aquila altiuolans, acclamauit autem populus Achiuorum
Confirmatus augurio.

Idem augurium, vt felix, bis aut ter repetitur 15. Odyss. Sicut econtrario infeliciter ominatur procis Odyss. 20. aquila δεισιδὲς: *sinistra*. Qui Tullium legat 2. D de Diuin. mecum sentiet, vbi cùm præmiserit, Græcis dextra fausta fuisse, Romanis sinistra, subiungit: *Non necesse est fateri partum horum errore susceptum esse, partim superstitione multa fallendo?* Itaque non dubiũ, quin hîc *sinistra cornix* sit infausta, & inauspicata. Quod expressè ait Turn. lib. 6. Adu. cap. 27. Addit que malum augurium adiuuari vitio arboris. Auis huius infelicitatem firmo ex Hesiod. qui in Erg. μήτ' ἐρεζομένῃ, κρώσσῃ πακὴν ἐρεζέμεν. *Ne mihi assidens cornix garrula quidpiam clangat*. Plinio lib. 10. c. 12. Cornix mali ominis. *Ipsa aues est inauspicata garrulitatis*. Persio, qui Satyr. 5. *Nescio quid tecum graue, cornicaris inepte*. Vbi allusum ad infausta omnia. Remouco tria, quæ obstant. Primum est. Ait Cicer. 1. de Diuin. coruum ab dextra ratum facere, ab sinistra cornicem. & Plaut. As. E Act. 2. per initia: *Picus, cornix est ab læua; coruos, parra ab dextra*. Felix ergo sinistra cornix. Certè Cicer. & Plaut. nihil aliud volunt, quàm fieri tandem quod à sinistra cornice prædicitur. An verò illud fausturn, infaustúmve, nihil. Alterum est, scribit Sueton. in Domitian. c. vltimo, cornicem è capitolio sic elocutam: ἔσται πάντα καλῶς: *Bene omnia erunt*. Fausta ergo vox cornicis. Respondeo ibi non tã fausturn quidpiam ostẽdi, quàm inuolucro quodam innui mortem Domitiani. Tertium. Felix fuit pastori Virgiliano, nam sic canit malo. Quæ hæc ratio? sic

VVA. BHSC. BU 00239

enim possis dicere omnia auguria fausta esse, nam omnia præcedunt, & admonent, vt sibi caueat mortales. Sed sciendum, hanc auem vnis nuptiis felicem fuisse, propter concordiam, quæ est in hoc genere auium inter marem, & fœminam: quod ex Ælian. Oro Apolline, Gregorio Nazianzeno obseruarunt Polit. in Miscel. c. 67. Rhodig. lib. 29. c. 18. Alexander ab Alex. aliique. Et id est, quod dixit Plin. *Ipsa ales est inauspicata garrulitatis, a quibusdam tamen laudata*, nimirum, laudata in nuptiis.

Cornix vnis nuptiis felix.

Lyc. a Heu, cadit in quemquam tantum scelus! heu, tua nobis
Penè simul tecum solatia rapta Menalca!
b Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?
c Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cùm te ad delitias ferres Amaryllida nostras.
d Tityre, dum redeo (breuis est via) pasce capellas,
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
Mœr. e Imò hæc, quæ Varo nec dum perfecta canebat.
Vare tuum nomen (superet modò Mantua nobis,
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sydera Cycni.

B

ARGVMENTVM.

Miratur, & horret Lycidas potuisse tale facinus humana mente concipi. Laudantur quæ pium Virgilij carmina primum ab Lycida, deinde ab Mœri.

EXPLICATIO.

a CVM audisset Lycidas, quo in discrimine versata fuisset salus & vita Virgilij, erumpit in admirationem, cui adiungit doloris notam. Heu, tantum ne scelus humana mens concipit. heu, Virgili penè nobis rapte, atque vna tecum solatia, & blandimenta tuorum carminum.

b In 5. Eclog. est,

Exstinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin
Flebant.

Et iterum: *spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras, &c.* Recte itaque admonet Beroaldus allusum à Poeta ad 5. Ecl. vt doleat Lycidas, defuturum fatem, si Maro sublatus fuisset, qui Cæsarem mortuum laudaret. Ergo ait: Quis, nisi tu Maro, conderet, quæ in 5. Ecl. leguntur de Nymphis, de sparsis floribus, de vmbra inducta fontibus.

c Pergit Lycidas. Vel quis ô Maro, nisi tu, faceret tria ea carmina, quæ tibi clanculum sufuratus nuper sum, cùm ferres te ad Amaryllida, id est, Romam (nam sicut in 1. Ecl. ita & hic per Amaryllidem signat Romam) vbi delitiæ nostræ, id est, tu.

d Recitat tria illa carmina, quæ abiens Romam Virgilius fecerat, quorum sententia est: vt Tityrus, dum ipse Roma redeat, capellas pascat, pastas ad potum agat, caueat verò tunc ab occursatore & feriente capro.

e Recitat Mœris tria alia carmina, quæ Virgilius fecerat in laudem Vari, quæ incoauit, nec perfecit. Quasi dicat. Imò verò ô Lycida, quanto illa meliora, etiamsi nondum perfecta. Ferunt ô Vare ad cœlum nomen tuum Mantuani Cycni, id est, Poetæ: modò salua sit, & incolumis Mantua, in quam redundauit clades vicinæ Cremonæ.

NOTÆ.

1. HEV CADIT IN QVEMQVAM TANTVM SCELVS.] Similis cóquestio est apud Phocã Grãmaticum de hac eadem re Virgilij ita loquentẽ:

Iam Maro pulsus erat, sed viribus obnixus ibat
Fretus amicorum clypeo: cum penè nefando
Ense perit. Quid dextra furis? Quid viscera Romæ
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas, ipsumq; ducem, nisi Mantua dicat.

2. SCELVS.] Propriè vsus hac voce, scelus enim cædis crimen respicit, non aliud. Hinc lucem dabis infinitis auctorum locis, quæ frigent ignorata vocis huius proprietate. Quintil. lib. 6. cap. 1. *Vestis tamen illo sanguine madens, ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non, &c.* Liu. lib. 8. *Interfectis per scelus principibus ciuitatis.* Horat. od. 7. Epist. *scelusque fraternæ necis.* Martial. libr. 1. Epigrammat. 19. cum ioco: *scelus est iugulare Falernum.* Sueton. Claud. capit. 1. *supremum diem morbo obiit in æstiuis castris, quæ ex eo scelerata sunt appellata.* Qui me locus multa loca admonet auctorum; sicut enim castra illa dicta sunt scelerata propter obitam ibi mortem, ita vicus Romæ sceleratus dictus ab iacente ibi occiso Rege Seruio; scelerata porta ab exitu Fabiorum, qui cæsi omnes; Romana arena scelerata dicta, vbi gladiatorum sanguis fundebatur. Prudent. enim lib. 1. contra Symm.

Scelus quid propriè.

Respice terrifici, scelerata sacraria Diuis,
Cui cadit infausta fusus gladiator arena.

Demum campus sceleratus dictus est, prope portam Collinam, vbi vestales viuæ infodiebantur. Mouet itaque Liuius doctis nauseam, cùm scribit lib. 8. de Minutia vestali: *facto iudicio viua sub terram ad portam Collinam dextra via stratam defossa scelerato campo. Credo ab incesto id ei loco nomen factum.* Non enim dictus est sceleratus ab incesto, sed à cædibus ibi factis. Ergo qui nacti vocem hanc in auctoribus, simpliciter explicant *maldad*, à re abeunt, ex præcedentibus enim, & consequentibus, quæ dixi, elicies. Rarò ad crimen aliud vox traducitur, quòd si hoc contingat, dicetur de magno, & atroci facinore, quasi illud sua atrocitate imitetur fusũ cruorem, ereptam animam, ademtam vitam. Inuat meam Notam illorum Etymon, qui dicunt scelus dici, tanquam σκληρὸν ὠμὸν, aridum & proiectitium corpus.

3. HEV TVA NOBIS, &c. Tale quidpiam Catul. *Omnia tecum tua perierunt gaudia nostra.* Et quidem affinitatem agnoscit quoque Achil. Statius. Obserua, pulcerrime dici *rapta solatia*: cum alluſione ad

UVA. BHSC. BU 00239

Rapi morte, de infantib.

ne ad infantes, qui dicuntur rapi morte, & Musa Virgilij in ipso exordio rapiebatur.

Sublegi.

4. SVBLEGI.] Adhæsi explicationi Seruij, nam inde etiam sacrilegus dicitur, qui legit, & furatur sacra. Et Plaut. Mil. *Quæ etiam nostrum hunc sermonem sublegerat.* Germanus etiam ait, sublegere esse, vel summissa voce loqui, quasi vocem suffurari: vel cursim, & obiter legere, ad eum modum, quo Agell. lib. 13. c. 12. dixit: *Cum hoc in ea Capitonis Epistola sublegissemus.*

5. TITYRE DVM REDEO, &c.] Hi tres versus ducti ex tribus aliis Theoc. *eid.* 3.

Τίτυρ' ἐμὶν. τὸ κάλον ποιμαινέμεν ὔσκετας αἶγας,
Καὶ ποτὶ τὰν κράνναν ἄγ' Τίτυρε, καὶ ὑπ' ὀνόρᾳ
Τὸν λύκον κύακος φυλάσσεο μή τι κορύψῃ.

O Tityre, mihi bene cave, pasce capellas,
Et ad fontem due ô Tityre, & illum coleatum hircũ
Libycum Cnaconem caueto, ne te cornu feriat.

Theocritum superat Virgilius.

Breuiter audi iudicium Scaligeri. Græcus tantum *ad fontem age*, efficacius Latinus, qui *pastas* præmisit, est enim hoc pecus minimè sticulosum: eget itaque præcedente passione, vt gratior sit potus. Hactenus ille. Versui Virgilij Tibullus institit lib. 2. Eleg. 3.

Ipse Deus solitus stabulis expellere vaccas,
Et potum pastas ducere fluminibus.

Noster supra,

Non illi pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina.

Ante vtrunque Varro 2. Rei Rust. cap. 2. *Meridiano tempore feniel agere potum satis habeat.* Nazianz. orat. 7. ita extulit, δῶι πηγὰι ὑτέον. loquitur de Grege. illud de *occursante capro*, ita extulit Plaut. Bacchid. *Arietes truces nos erimus, iam in vos incursabimus.* Illud verò *cornu ferit*, ita Attius apud Cic. 1. Diuinat.

——*cornibus connitier,*
In me arietare, eoq; itu me ad censum dari.

Virgilius defenditur.

6. CAPRO.] Duobus locis Virg. reprehenditur à Criticis. Primò 7. Ecl. *Vir gregis ipse caper.* Nam caper (inquiunt) castratus est, hircus admissarius: vir ergo gregis hircus, non caper. Deinde hic ab Agel. quod Enorchan Theocriti, caprum, verterit, non hircum, affert pro se Varronem. Omnib. Scaligerum oppono, qui sic: *Nam quod aiunt pro hirco male positum caprum à doctissimo Poeta: sane ipsi sese non doctissimos ostendunt. Quippe capra, vetus est vox, sic mas, caper, antequam castrandi vsus inuentus esset. Hircus verò peregrina, & obscurior & Hirpus pro lupo.*

7. CAVETO OCCVRSARE.] Dictum tum ex Hellenismo, tum ex vetere elegantia. Cum eodem sapore Cic. *caue anteponas, caue facias.* Horat. *caue faxis.* Terent. *caue audiam.* Plaut. Most. *Caue neges accepisse.* Obseruauit Godef. lib. de Lin. Lat.

8. VARE TVVM, &c.] Cùm tres illi versus, *Tityre dum redeo, &c.* facti fuerint ad imitationem Theocriti, videtur mihi Poeta voluisse secum contendere de gloria carminis, & se æquare, qui Theocritum vicerat.

9. SVPERET.] id est, superstes sit, & incolumis. Ita 3. Æn. *Quid puer Ascanius? superatne? &c.* Ita accipit verbum 2. 5. 12. Æn.

Militaris mos.

10. MANTVA VÆ MISERÆ, &c.] Mos fuit olim Imperatoribus, vt iuberent agros metari, hoc est, in iugera certa distingui, vt æqua diuisio inter milites; quibus is ager assignandus erat, iniri posset. Si autem ager ille donandis militibus satis non esset, etiam vicina loca in supplementum addebantur. Inde nata conquestio Poetæ, nam diuiso Cremonensi agro (ortis quippe bellis ciuilibus inter Augustum, & Antonium, ille victor dedit suis militibus agros Cremonensium, qui senserant cum Antonio) & militibus dato, cùm is non sufficeret, pars quoque Mantuani agri dimensa est, id est, diuisa, vt militibus daretur. Ad morem hunc alluxit Lucan. lib. 1.

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ nostri veteranus aret?

Et Appian. 5. Ciuil. *Cum verò milites per colonias distribuere, agrósque illis assignare instituerentur.* Et Maro ipse: *Perfida quæ nostros metata est impia agellos.* Notat verò Nannius hunc morem tractum à Romulo, qui centuriatum agrum militibus suis dedit.

Vicinitas vicinum.

11. VICINA CREMONÆ.] Hanc vicinitatem non malè explicueris per nomen, *sororis*, sicuti Tertull. libr. de Pallio, Viticam sororem vocat Carthaginis: sic regna vicina, cognata appellantur: & apud Cæsarem vicini populi, fratres. Simile quiddam in sacro Eloquio Numer. 21. vbi oppida, villæ, pagi, quæ adiacent alicui magnæ vrbi, dicuntur *filiæ*. Ad versum hunc Virgilij, & historiam alluxit Phocas: *Mantua tu coniuncta loco, sociata periclis.*

Cycnorum cantus, quis sit.

12. CANTANTES.] Cycnos nemo fortasse cantantes audiuit, neque dum moriuntur. Mihi vehementer probatur Nazianzenus Orat. 34. qui rem aliò detorquet. Audite illum fatius, qui Dei laudes celebrans ita ait, πῶς ὁ κύκνος σωφρονέων πῶι ὠδῶι. ὅταν ἐκπτήσῃ τὸ πτερὸν πᾶς αὐχεῖ, καὶ ποὶ μέλος τὸ εὐεγγμα; *Quis cantum illum cum cygno contexit, quo tempore alis in auram expassis tiusmodi sibilum edit. qui sit instar carminis?* Itaque ex complosione alarum resultat ille sibilus tantopere celebratus cantilenæ nomine. Cycni ipsi apud eundem in Epistola ad Celsissum, Ὅταν αὐχῶσι τὸ Ζεφύρου ταῖς πτέρυξι κωπεῖν ὑδάτι καὶ ἀναμίσγειν: *Cum Zephyro pennas nostras instandas permittimus, vt suaue quiddam, & concinnum inspiret.* Dio Chrysost. Orat. 33. aperte. ἢ καὶ ἡμεῖς τι πάσχειν αὐτῶν ταῖς κύκνοις φασὶ τοῖς πτεροῖς: *An vnquam quoddam hominum genus apparuit, quod naribus bene caneret, quemadmodum cygnos facere aiunt alis.* Alluxit fortasse Stat. 1. Syluar. cùm ait: *Clarag; gaudentes plauserunt limina cygni.* vbi vox *plauserunt* ducit me ad alas, non ad os. Dixi de cantu cygni, & adiicio rem dignam obseruatione in vate. Vides, vt cygnos inducat canentes non præ tristitia, cùm moriuntur, vt vulgus sentit, sed cum gaudio. Adeò hoc verum, vt dicat Plato in Phædone, illos, etiam si canant, cùm moriuntur, sed non præ tristitia, imò præ lætitia. Verba sunt, οἱ ἱερεῖς αὐ αἰδόντες, ὅτι δεῖ αὐτὰς ἀποθανεῖν, ᾄδουσι καὶ τὸ πρόσθεν χείρω, τότε δὴ πλεῖα, καὶ μᾶλλον ᾄδουσι, χαιρόντες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν δεσπότην, ὅπερ εἰσὶ διερπότες: *Illi quidem, quando se breui præsentiunt morituros, tunc magis admodum, dulciúsque canunt, quàm antea consueuerint, læti, quod ad Deum sint, cui seruiunt, iam migraturi.* Repetit infrà. Et adiicit, nullam auem posse canere, cùm tristis est: euertítque tritum illud de philomela canente præ tristitia: in quo multos habet contra se Plato, sed præsertim Sophoclem multis in locis, Homerum multis, Virgilium vnico. De qua re ad calcem 4. Georg.

Cantus auiũ in morte, vnde ortus?

13. SVBLIME FERENT.] Nemes. 1. Eclog.

——*laudesq; tuas sublime ferebat.*

Ferre ad sidera, & collum, adag.

14. FERENT AD SIDERA.] Locutiones istæ *ferre ad cælum, attollere ad sidera*, & similes vicem habent adagij ad signandam eximiam laudem. Latinos alibi dedi. Nunc subiiciam exempla Græcorum. Eunapij Sardiani in vita Ædesij, ἡ δόξα τῶν ἄστρων ἐλάμπετο: *astra gloria attigit.* iterum: λόγων ἀναφερομένων, καὶ τῶν ἀστέρων ἐφικνουμένων, *cælestia domum, & cuius fama ad cælum vsque pertinget.* Synesij Epist. 57. qui de

VVA. BHSC. BU 00239

superbia Andronici superbè dominantis τῇ κεφαλῇ A τὸ ὄφρυον ἐξανατείνειν ὀλιγωρῶν: *Capite cœlum ferire aggredi-tur.* & Epist. 79. de eodem Andronico ἀεῖρας τὴν κεφαλὴν τὸ ὄφρυον. Neque verò solùm *ferre in cœlum laudi-bus*, sed hyperbolicoteros *esse in cœlo* pro eximia laude dictum antiquis, Budæus notauit. Cicer. ad Attic. *Si verò, quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo sum.* iterum: *Bibulus in cœlo est, nec quare, scio.*

Esse in cœlo, adag.

Poetæ dicun tur prouer bialiter cy-gni.

15. CYCNI.] Poetæ prouerbialiter dicuntur cygni hîc Virgilio, & infrà, vbi Cinnam, & varum vocat *olores*. Antipater quoque Sidonius lib. 3. Epigram. Cycnum vocat Anacreontem, τὸν (inquit) ὑδρόεν κύκνον δόσιν: *hic dormit Thebanus cycnus*, sicut & Horatius, Thebanum, Pindarum, *Dyrcæum cycnum*. & idem de seipso: —*album mutor in alitem*. Sidonius in Narbonense *ille ad Pindaricum velare cycnum*. Octauius Cleophilus de Poetis ita dixit:

Interea niueos liquidum prope flumen olores
Audio cœlestes edere voce sonos.

Virgilius dictus Cygnus.

Propertius de Virgilio lib. 2. Eleg. vlt.

Nec minor his animis, nec se minor ore canorus
Anseris indocto carmine cessit olor.

De eodem Iul. Scaliger,

O cygne, ô Philomela, ver Latinum,
Mel merum Latij, Latinæ Athenæ,

Inde prudenter Alciatus, Cygnum qui ore est dulcis, attribuit Poetis pro insigni. Omitto versus, quia in promtu. Ad eandem rem possunt pertinere, quæ Apuleius loquitur de cygno Apollinis in lib. de Deo Socratis. & quæ docet Plato in Phædone, videlicet cygnos sacros esse Apollini. τῷ (inquit) Ἀπόλλωνι ὄντες. Nec non mos veterum Poetarum, qui suas Tragœdias, & Comœdias Cygni nomine proferebant. Citat enim Athen. lib. 1. Alexidis κύκνον, & lib. 6. κύκνον Achæi. In extremo loco malè legitur, κύκλον, ad quem locum lege Isacium Casaub. Cetera, Horatij locum adductum vide vt illustret Iun. Cent. 1, adag. 18. ex Anacreonte, & Cinesio.

Lyc. 30 a Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos:
Sic cythiso pastæ distentent vbera vaccæ,
Incipe, si quid habes; & me fecere Poetam
Pierides, sunt & mihi carmina, me quoque dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis:
35 Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.
Mær. b Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto,
Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen.
Huc ades ô Galatea, quis est nam ludus in vndis?
40 Hic ver purpureum: varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet: & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades insani feriant sine littora fluctus.

B

ARGVMENTVM.

Vult iam Lycidas audire versus ipsius Mœris, annuit hic, & quinque recitat, quos fecerat.

EXPLICATIO.

a DELECTATVS Lycidas carminibus, quæ audierat à Mœri, petit plura vt recitet, comprecans per illa, quæ Mœri esse possunt iucundissima. Incipe (inquit) si quicquam habes, quod canas, sic apes tuæ non incidant in taxos Corsicas, quę nouellæ sunt mellisse vaccæ tuæ incidant in Cythisum, quo distentent vbera, nam ea herba proficua est lacti. Redit postea ad se, & reddit rationem, cur velit alienam Musam audire. Nam ego quoque (inquit) poeta sum, & talem me pastores prædicant: sed ego illis non credo, cùm non dum æquem aut Varum, aut Cinnam optimos poetas, sed videar esse inter illos, qui veri sunt olores, merus anser.

b Vult Mœris annuere votis Lycidæ, & ipse secum tacitus mentem voluit, donec reuocat in memoriam versus quinque plenos omnis suauitatis, quos recitat. Hos ego hic non explicabo, tum quòd faciles, tum maximè, quia aduocaturus sum illos in iudicium contra Theocritum, ac tum latè expendam.

NOTÆ.

1. SIC.] Obtestandi particula, qua pleni Poetæ Omnes. Horat. *Sic te Diua potens Cypri.* Claud. 3. Rap. —*Sic crine fruaris semper Apollineo.* Tibul. lib. 2. *Annue, sic tibi sint intonsi Phœbe capilli.* Ouid. 5. Trist. *Fer bone Liber opem, sic albam degrauet vlmum Vitis.* Sannaz.

Sic, partieula obtestãdi.

Bacche bimater ades, sic sint tibi nexa corymbis
Cornua, sic nitidis pendeat vua comis.

Sed qui non sic?

2. CIRNÆAS-TAXOS.] Corsica Græcis dicta est Cyrnos. Plin. lib. 3. cap. 6. *Corsica, quam Græci Cyrnon appellauere.* In eadem sententiam locuti omnes Geographi. Addunt aliqui, sic dictam à Rege Cyrno. Notent Turn. & Germ. meminisse Diodorum, & alios buxi Corsicæ, quæ arbor mel eius insulæ corrumpat, reddátque amarum; de taxo autem neque in Diodoro, neque in aliis legi: sed est tamen credibile, Virgilium alicui scriptori adhæsisse, quem ignoramus; cùm præsertim ipse 4. Georg. præcepit, taxos remouendas ab alueariburs. Vtcunque sit, certum est, taxum infamem esse suo veneno, adeò vt velint aliqui, deduci inde toxicum, quo barbari sagittas inficiebant, vt lethalius ferirent: quare communi appellatione sagittarij dicti τοξόται, vel τοξόται. Certum est etiam mel Corsicum infame fuisse, dicente Ouid. 1. Amor. *Melle sub infami Corsica mista apis.*

Cirnus est Corsica.

Taxus infamis veneno.

Corsicum mel infame.

UVA. BHSC. BU 00239

apis,& Martiale lib.11.Epig.43.

Mella bibes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api.

quasi noxia thyma apponerentur api bonæ. Natum hoc ab infectione (credo) quæ bonam partem eius insulæ occupat, vnde illa pestilentiæ ignominiam contraxit. Inde etiam credo factum, vt Romani vi-ctis Corsis non mella imperarent, fortasse, quia hæc noxia: tantùm ceram, quemadmodum constat ex hi-storia Liuij lib.40.& 42.

Cythisus gignit copiam lactis.

3. CYTHISO PASTÆ DISTENTENT VBERA VACCÆ.] Plinius lib.13.c.24. de hac verba: *Non ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior.* Colum.lib.7. c.12. *lactis plurimum præbet ouibus.* Archilochus apud interpretem Nicandri, φυτὸν ὠφελιμον ποῖς ἡριφοισιν, ὅτι πολὺ & γαλακτ & ποιεῖ: *Planta vtilis educandis fœtibus, multum enim lactis ingenerat.* Auctor Geopon. lib. 10. ὅλα τὰ βοσκήματα ἅπειρον γάλα ποιεῖ —εἰς κίτρινον ἔδειν: *Dabunt omnia pecora plurimum lactis, si ederint cytisum.*

4. FECERE POETAM.] Recurre ad illud 3.Ecl. *Pollio & ipse facit nona carmina.* Totus verò hic locus factus ad vmbram Theocr. *eid.* 7. Omitto versus, quippe multos.

Cinna poeta.

5. ME QVOQVE DICVNT, &c.] Seruius ita expendit: *Magna verecundia suum meritum extenuat, neque enim ait, probant, sed dicunt: nec docti, sed pastores: quibus tamen ipse non credo.*

6. VARO-CINNA.] Duo magni Poetæ. Poste-rior edidit Smyrnam, opus diu elimatum. Priori Horatius Sat. 10. libr.1. dat *epos acer.* Alij Varium vocant.

Anser poeta sneptus.

7. ANSER.] Verè intelligit anserem, auem pa-rum canoram, ita tamen, vt animum adiecerit ad poetam quendam ineptum dictum Anserem, qui Maronis fuit æmulus vna cum Bauio, & Mæuio. Scribit Seru.hunc scripsisse gesta Antonij, inde oc-culto odio carpi à Poeta studiosissimo Augusti. Hu-ius tam inepti poetæ meminit Propertius lib.2, El. vlt.cum comparatione ad Virgilium, quem *olorem* vocat. Docti quoque illud Cic. Philipp.13. *De Fa-lerno Anseres depellentur*, inferunt ad hunc Poetam, quem ea agri parte Antonius donauerat. Sed verba Poetæ ista, *argutos inter strepere anser olores*: sapiunt prouerbium de indocto, qui loquitur inter doctos, vt illud, κολοιὸς ἐν ποῖς Μούσαις: *graculus inter Musas.* De quo vide Erasmum Chil.1.Cent.7.c.22.& adde hæc mea. Symmachus lib.1.Epist.1. *Luceat inter olores canoros anserem strepere.* Sidonius Apollinaris in Pro-logo ad Burgum: *Nos vestigia doctrinæ ipsius adoran-tes coram cantoro cycno raucum anserem profitemur.* Idem libr.9. Epist 2. *Hoc more tu & olorinis canibus anseres raucos, & modificatis fuscinarum querelis improborum passerum fringultientes susurros iure sociaueris.* Non du-bium, quin hi alluserint ad prouerbium Virgilij, quò non abeunt aliorum prouerbia. Theocritus enim *eid.*5.dixit: Οὐ ξύμτον Λάκον πὰ ἀηδένα κλαγγὰν ἐρίζεν, Οὐ δὲ σπόνδας κύκνοισι: *Non licitum Lacon ad luscinias picas contendere, neque vpupas cum cycnis.* ibidem: σοὶ ξὺν ἐμοῖσιν πέπλυγ & ἠερινὸν bombilans νεῖρα cum cicada.& *eid.*1. κἀσπὶς ἀηδὼν χαρύσσυτο. *Scopes cum luscinijs certent.* Affert Suidas distichum veteris Poetæ:

Λοιπὸν & κύκνων μικρὸς ὄρνις, ἢ κολοιῶν
Κρυσμὸς ἐν ἐαριναῖς σκιδναμένοις & νεφέλαις:
Vnica vox cycni melior crocitibus, auras
Tempore quæ verno gracculus implet iners.

Versio hæc est in Rittershusio. Pindarus od. 2. O-lympiac.

—πόσσιγξ ὠὲ

A

Ἀκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θοὸν:

Vt corui garriunt immoderata aduersus diuinam Iouis volucrem. Vbi per aquilam, se intelligit; per coruum, Bacchylidem aduersarium suum. Martialis libr.1. Epist.54. *Inter Ledeos videtur coruus olores*, Paulinus Epist.40. *Si confers fulicas cycnis, & aedona parræ.* Vi-des, quot auibus vnus cycnus opponatur. Sed & cum allusione ad prouerbium Virgilij explicat, & emendat Franc. Ioretus illum Symmachi lib.3.Epi. 74. *Quid tibi inter rauca cornua cornorum strepitus blan-diatur?* Quasi dicat. Quid tibi versanti inter sonora castra lenocinari possit oratio mea inconcinna, & illepida, atque instar strepitus crocitantium coruorum.

B

8. IGNOBILE CARMEN.] Contrà Sen. Agam.

—*nobile carmen*
Ramo canit querula Adonis.

& Corn.Seuer.in Ætna:

—*hinc auget nobile carmen*
Plurima pars scenæ. Delrius.

9. HVC ADES Ô GALATEA, &c.] Infinita pene sunt Theocriti loca, quibus Virgilius potuit insistere in hac inuitatione ex loci amœnitate: o-mnia persequi molestum, tantùm lectori indico loca ex *eid.*5.8.11. Pulcra est inuitatio in Seneca ex amœnitate loci Act.2. Hip.pulcra in Nonno libr.6. ore Panos ad ipsum Galateam. & in Nemesiano Ecl.4. Annecti poterant versus venustissimi Baltha-saris Castall. pertinentes ad hoc argumentum, & Politiani in Rustico etiam suaues.

C

10. Reseruaui ad Iudicium locum Theocriti, ex *eid.*11. cuius versionem tantum Latinam adducam, parcens Græcis, quia multa:

Ad me ergo propera, decedet nihil tibi mecum.
Et mare cæruleum sine se se in litore iactet.
Dulcis hanc noctem nostris habitabis in antris.
Hic mihi sunt lauri, mihi sunt hic & cyparissi:
Atq; hedera hic nigra est, dulcescit, in vitibus vuæ.
Lymphas Ætna mihi gelidas nemorosa liquata
De nive dat, non ambrosia est iucundior illis.
Quis mare, quis pro istis fluctus malitve inarmos?

Vbi proposita iucunditate earum rerum, quæ sunt in terra, fit inuitatio ad contemtum maris. Expen-dam hic vti Virgilius hoc idem præstet, vt quiuis discrimen videat. Inuitatio illa prima *huc ades*, in Theocrito quoque est, quî sic, ἀλλ' ἄξιπε τὺ ποτί μα. Huic addit Virgilius, & particulam, o, in qua mi-rus affectus: & nomen Galateæ, quod deliciosissi-mum, & potuisset quidem Græcus, nam ibi Cyclops Galateam quoque inuitat. Hactenus exordij loco beneuolentia captata. Pergo. Vterque Poeta valdè virget rationibus, sed cum summa voluptate, vt de-cet homines loquentes cum Nympha: sed in ipsis rationibus longum est discrimen. Nam Virgilius in genere ver constituit, quod postea sex ornamentis discriminat, triplici diuisione contentis. Sunt enim flores, & ij circa flumina: est populus, & hæc antro imminens: sunt vites, & hæ texentes vmbracula, atque hortenses pergulas. Itaque à floribus, qui pa-uî sunt, & tantùm iucundi, itur ad magnam, & spe-ciosam arborem, ab hac ad vitem, quæ fructifera. Si Græca expendas, longè ab istis. nam neque aliquid pro genere, quod species distinguant: & voluptas absque vllo pene ordine conferciuntur, atque aggeruntur. Demum Virgilius, qui tam iucunde in-uitauit Galateam, iam deterretur fluctibus, hisque insanis, hisque ferientibus. Omnia propriissime. Theocritus sic dixit: τὰν γλαυκὰ δ' ἁλμάταν ἐα ποτὶ χέρσον ὁρᾶεν: *glaucum autem mare sine in terram ex-*

D

E

UVA. BHSC. BU 00239

tendi. Hanc iudicij partem dabo verbis Scaligeri: *Signatius, si sani feriant, quam glaucum mare, hoc enim languidum epithetum ad verbum illud: præsertim cùm, vbi alliditur mari littus, aqua illa glauca, siue cærulea neutiquam est.* Hæc dicta in vniuersum sint: nam quid si ceteras voluptates persequerer, quæ sparsæ in Virgilio, & quibus Theocritus caret? Ad exornandum ver aduocauit colorem purpureum omnium principem. In nominanda populo candorem vsurpauit; ne terreret, si nigram diceret; & ambiguam relinqueret, si non explicaret: & candidam maluit, quàm albam, quæsita speciosiore voce. Theocritus μέλας χιὼν dixit, *nigra hedera.* Dixisset melius *alba*, cum allusione ad Galateam, quæ sic dicta à candore lactis, quod noster quoque obseruauit in 7. Ecl.

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cygnis, hedera formosior alba.

11. QVIS EST NAM LVDVS IN VNDIS?] Quod vno verbo hic Poeta, pluribus Naso 2. Am. El. 11. vbi Corinnam à nauigando deterret, & multis docet, nullam esse in aquis iucunditatem. Lege illum, atque etiam duplicem Elegiam Balthasaris Castil. quibus deterret puellam ambulantem in littore. Digna est vtraque, quæ conferatur cum magnorum Poetarum delitijs. Cùm verò etiam suadeat Poeta Galateæ, mare vt relinquat, possunt pertinere ad locum hunc multa, quæ Conradus Rittershusius congessit ad lib. 5. Hal. Oppiani pag. 325. de illis, qui valere iubent maris periculis. Item progymnasma Libanij, vbi comparat agriculturam cum mercatura, vbi attingit copiosè maris pericula.

12. VER PVRPVREVM.] Sic legendum, non *perpetuum*, nam certè omnes Poetæ hoc epitheto ornant flores, rosas, prata, agros. Nemes. 2. Ecl. *Purpureóque alitis per gramina flores.* Poeta ipse 4. Georg. *Purpureíq; metunt flores.* Ouid. 5. Art. *Est prope purpureos colles florentis Hymetti Fons sacer.* Delectati hac locutione & Græci, Poeta quispiam: πλέξατε ῥόδα λιβάσιν ποτίκλαστα, ἠ κρίνα λάβρα: *Rosa plurimo purpurea fiorierunt, & lilia alba.* Pind. id. 4. Pyth. de Arcesila,

——ὥστε φοινικανθέμων ἦρος ἀκμᾷ: *floret instar veris purpurascentis.* Poeta alij ver vocant φοινικοπόλον: *Indutum purpura.* & Pindarus idem od. 6. Olymp. Cererem Deam agri φοινοκόσμειραν: *purpuripedam.*

13. CANDIDA POPVLVS.] Dictum de hac 7. Eclog.

14. VMBRACVLA.] Vide Macrobium Satyr. 6. cap. 4.

15. INSANI-FLVCTVS.] Ita Hieron. Epist. 41. ad Ruffinum: *fremit insanum mare.* Seneca in Phædra:

Te vel per ignes, per mare insanum sequar.

Lyr. Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.
Mær. [b] Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
[c] Omnia fert ætas, animum quoque: sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere Soles.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mœrin
Iam fugit ipsa: lupi Mœrin videre priores.
Sed tamen ista satis, referet tibi sæpe Menalcas.

ARGVMENTVM.

Adducit Lycidas Mœri in memoriam quinque alios, quos etiam Mœris recitat: deinde, ne dicat plures, fingit se præ senio memoria deseri.

EXPLICATIO.

[a] NON satiatur Lycidas audiendo Mœrin, imò inescatus dulcedine suauissimorum carminũ, quæ audiuit, pergit hunc in modum. Optima sunt quæ recitasti, sed quid dicam, qualia illa sunt, quæ te ego canentem, solum audieram nocte quapiam serena, & in nubi? memini certè rhythmos, & cantum; verba excideruntt.

[b] Recitat Mœris quinque carmina, quæ petit Lycidas: continent illa diuinitatem Iulij Cæsaris conuersi in sidus, fingit verò Mœris se loqui cum Daphnide, hac sententia. Quid ó Daphni mirabundus suspicis antiquos ortus siderum? ecce tibi astrũ aliud lucentissimum Iulij, qui Veneris altissimum sanguinem trahit. Est hic conuersus in sidus multo commodo terrarum, vt illo oriente segetes suis fructibus maturescerent, vua tumesceret, & colorem duceret. Quamobrem Daphni tuto pyros insere, tui enim nepotes fructus carpent. Sed antequam hinc progrediar, expendam nonnulla ad maiorem cognitionem sententiæ. Vide qua maiestate loquatur de Cæsare. *Astrum* nominat, non stellam, nam illud sublimius. Dat illi verbum *procedo*, quod Deorum est, vti *incedo.* Signat elegantissimè menses Iulium, & Septembrem à frugum, & vuarum maturitate. quasi horum mensium, qui lætissimi sunt, sub vbertate fertilitas tota ex Cæsariana stella proueniret. Innuit denique extremo versu sempiternam pacem futuram dono fideiis Iuliani, vt credat Daphnis, se non bellorum ciuilium turbine abripiendum, sed habiturum filios, ac nepotes, qui possint perfrui fructibus arborum ab se satarum: quasi hoc sidus secum allaturum sit pacem, non clades bellorum.

[c] Fingit Mœris sibi nihil amplius memoriam suppeditare, cui etiam sua est senecta, vt reliquis mortalium rebus. Ergo ait: Ætas omnia atterit, memoriã quoque: memini puer cùm essem, me æstiuos etiam dies, qui longi sunt, cantandis carminibus consumsisse. Excideruntt iam tot carmina, memoria me deserit, quin vox ipsa: forsitan me lupi viderunt priores, quando loqui non possum. Sed nihil refert, me

Purpureus color de floribus.

UVA. BHSC. BU 00239

me iam loqui non posse, satis hæc sint, veniet diuinus vates Virgilius, qui hæc tibi, & sæpe, referat.

NOTÆ.

1. PVRA NOCTE.] id est, non atra, non occupata nubibus, vel ex Horatij oppositione, 3. Carm. od. 29.

—eras vel atra
Nube polum, pater, occupato,
Vel Sole puro.

2. NVMEROS.] Quos hîc vocat numeros, alij passim, & ipse etiam modos, Græci νόμους, id est, legem; qua voce vsus Sueton. Neron. cap. 20. *Ac ne concusso quidem repente, motu terræ theatro, ante cantare desiitit, quam incoeptum absolueret νόμον.* Quare autem Græci modulationem carminum vocent *legem* his aperit Cælius lib. 9. cap. 8. *Veteres priusquam literas scirent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent, quod temporibus suis in more Agathyrsis fuisse Aristoteles scribit.* Virgilij loco similis iste Dionis Chrys. Orat. 30. Ἤκουσα ὃ αὐτὸν (λόγον) ἀδόμενον μικροῦ τε καὶ ἀγοίκου τινὸς ἀνθρώπου τῷ μέλει· πλὴν τόγε ῥᾴδιον ἴσως ἐδὲν ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι, ἃ δ' διάνοιαν αὐτῶν ἀπομνημονεῦσαι πειρασόμεθα. Dicit, audiuisse se à rustico homine sermonem quempiam agresti rhythmo, & carmine conditum, quod cùm nequeat imitari, vult tantùm memoriter dicere sententiam carminis, ablatis numeris. Quidpiam simile Plato in Gorgia, τὰ δ' ἄσματα οὐκ ὀΐομαι. Dicit, carmen excidisse.

Lex, cur de carminibus.

3. DAPHNI, QVID, &c.] Non hîc aduoco ad iudicium Poetam alium, sed ipsum Virgilium, qui mihi visus est voluisse secum certare de gloria ingenij. Hos quinque versus opponit illis, qui præcesserunt, *Huc ades o Galatea*, &c. in quibus cùm Theocritum superauerit, nunc se ipse superare contendit, si possit. In illis quæsita tantum est verborum suauitas, vt decebat loquentem cum Nympha: in his grauitas, vt decet loquentem cum Cæsare iam Deo. Quamobrem ibi delitioſum ver describitur, flores, flumina, vmbracula, inania omnia, & tantùm ad voluptatem: hîc æstas frugifera, segetes, vuæ, pyri, habita ratione ad bonum vtile. Ibi dixi contineri sex voluptates sub triplici diuisione, hîc ferè sex vtilitates agnoscas sub trina etiam diuisione: sunt segetes, quæ gaudent frugibus; vuæ, quæ in apricis, & nitidissimis collibus; pyri, quæ in alias arbores inseruntur. Denique, vt ibi oratio tota dirigitur ad Galateam initio, & fine: ita hic ad Daphnidem initio, & fine. Quis dicat incassum Virgilium loqui?

Virgilius se ipse superat.

4. DIONÆI.] Hinc videtur fluxisse versus Ausonij de mense Iulio:

Inde Dionæ præfulgens Iulius astro.

Dione mater Veneris.

Venus filia est Dionis, inde ipsa Dionæa dicta, & inde etiam Cæsar, vt qui à Venere originem duceret. De sidere, in quod conuersus Cæsar, dicam libro 8. ad illud: *patriumque aperitur vertice sidus.* Vnde hic locus illustrabitur.

Procedo de astris.

5. PROCESSIT ASTRVM.] Phrasis hæc ante dicta Homero lib. 10.

ἄστρα δ' ἤδη πρόσσω ἔασιν.
astra vero iam processerunt,

Cùm astrum propriè sit lignum constans multarum stellarum numero, hîc sumitur pro stella vnica ad signandam maiestatem Cæsaris.

Segetes & fruges distinguuntur.

6. SEGETES GAVDERENT FRVGIBVS.] Male vulgus confundit *segetes*, & *fruges*. Habent *fruges* latius significatum. nam quicquid ad fructum pertinet, cadit sub hanc vocem. Inde *fruges* dicuntur de oleribus, leguminibus, vitibus, pomis, segetibus. Ergo, *segetes gaudent frugibus* est: segetes, quæ satæ in aruis sunt, necdum demessæ, gaudent suis fructibus. Aliqui hîc capiunt per segetes terram ipsam. Possunt. Omissis aliis testimoniis, quibus vulgus nititur, do hoc Cicer. in Hortensio, quod fragmentum est apud Nonn. *Vt enim segetes agricolæ subigunt aratris multo antequam serant.* Seges p. ro terra.

7. DVCERET APRICIS IN COLLIBVS VVA COLOREM.] Hanc sententiam Tibull. libro 1. Eleg. 4. ita exstulit: *Annus in apricis maturat collibus vuas.*

Omnia fert ætas, adag.

8. OMNIA FERT ÆTAS.] Prouerbialis sententia, qua docemur, omnia tempore abripi, ætate consumi, vetustate senescere. Itaque S. Hieronym. verba Virgilij prouerbialiter vsurpat scribens ad Nepotianum. Huic sententiæ similes multorum coniunxeram: ademi molem, & tantùm reliqui verba, quibus eandem rem extulerint, consulens vtilitati iuuenum. Plutarchus itaque de liberis instituendis de tempore ait ἀρωρεῶν. Æschylus Eumenid. de eodem χρῶσθαι, γηράσκοντι. Aristoteles ῥητορικῶν. Sophocles in Aiace μακρῷνί. Plato loquens de sæculo, φέρει, & ἀμαίδας. Orpheus in Hymno loquens cum Saturno, δυνατὰς. Nazianzenus Oratione de Amore pauperum repræsentat hanc incôstantiam per ista, ἐδὲν βέβαιον, ἐδὲν ὑμαλὸν, ἐδὲν αὐτάρκες, ἐδὲν ἰσάμοιρον, πάντα κύκλῳ, πάντα ἀεὶ τροχᾷ. Repetit quæpiam in Epistola ad Sophronium. Artemid. libr. 5 cap. 15. loquens de ferro, φθείρεται. Herodotus lib. 1. hic, ἐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλὲς ἔχειν. ibidem: κύκλῳ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπὶ τὠυτὸ περιγινόντων. In Græco Epigramm. libro 3. dicuntur mortalium opera abire, ἐς παγκοίλου λυθέντα. Et libro 1. πάντα μερόπων παρέρχεται. Transeo à Græcis ad Latinos, si re prius moneam, sententiæ huius grauem esse amplificationem in Philonis Politico, à quo multa peti possent, & adiungi præcedentibus. Interpretationem non adhibui, nam ea ex sequentibus Latinis peti potest. Ergo, Varro 4. Linguæ Latinæ loquens de vetustate, *non pauca deprauat, multa tollit.* Ouidius 5. Metamorph. eidem dat verba: *destruo, vitio, consumo.* & 4. de Ponto, illam vocat *Tabidam.* Sumsit fortasse ab Aristotele, apud quem videsis ῥητορικῶν. Tempori dat Cornelius Gallus verba: *trahit, vertit, volubile.* Quidius 5. Metamorphos. vocat, *edax.* Hic idem æuo dat *dentes*, quibus omnia vorat: & Lucretius libro primo *maeium*, *senectutem*, & libro 2. *fluxum.* Ausonius *mortem*, sicut & Cyprianus contra Demetrianum, *omnia ora occidant.* Arnobius libr. 6. dixit humana omnia *subiecta esse casibus.* Prudentius libro 2. contra Symmachum: *Ætas eripit, ætas caduci, auriam defluit*, &c. & in Peristh. Hymno 10. rem exprimit per verba, *consici, obdueci situ, carpi senectute, ruinis obrui.* Lucanus libro 6. dixit ab annis *mouerri* cuncta. Claudianus 2. in Eutropij, *permutat dies.* Firmat sententiam hanc Lucretius libro 1. argumento lapidis excauati ab aqua, vomeris diminuti atratione, viæ detritæ pulsu pedum, portæ ahenæ attenuatæ tactu salutantium. Ad eandem rem pertinet Saturni fabula deuorantis filios, quæ innuit edacitatem temporis, de qua re lege Ciceronem, 2. Natural. Sed quid mirum quòd prædicti Auctores attribuant vetustati, & tempori rerum mutationem, cùm notum sit illud Euripidis apud Plutarchum, qui cùm dixisset, humanam felicitatem vnico die auferri, reprehensorem habuit Demetrium Phalereum. Neque enim (inquit) debuisset dicere, ἡμέρᾳ μίᾳ, *diem vnumsed* χρόνῳ πολλῷ, *multum temporis.* Sed eluceat profectò inter omnes Virgilij sententia, qui *animam* adiecit, nouas quasdam & insolitas vires arboribus tempori,

VVA. BHSC. BV 00239

pori. Huius enim vim quasi limitans Arnobius li- A bro sexto dixerat, subiecta esse casibus omnia, quæ sunt motu interiore priuata. Sed non sic est, ait vates: imò,

Omnia fert ætas, animum quoq;.

Animus pro memoria.

9. ANIMVM.] id est, memoriam, nam animo retinemus res. Inde frequens illud, habe me in animo, pro, memineris mei. Et Plato quidem in Thæteto, vbi de memoria differit, scribit in animis hominum esse cereas quasdam effigies leniter, ac probè subactas, in quibus insculpta sunt, quæ per sensus influunt. Itaque Poeta *animum* vocat memoriam, quia animus sedes memoriæ.

Soles condere.

10. CONDERE SOLES.] Ante nostrum Lucretius lib. 3.

Videndo condere fœcla.

Metaphora in vtroque sumta fortasse à funeribus. B Ante hos Græcus Poeta (Callimachum putat Henr. Stephan. in libro de Lipsij Latin.) habetúrque lib. 3. Anth.

—ἐμνήσθω δ' ὁσάκις ἀμφότεροι
Ἦλιον ἐν λόχῃ κατέδυσαμεν.
Memini autem quoties vterque
Solem in cantilena condidimus.

Cum genio Virgilij Persius Sat. 5.

Tecum etenim longos memini consumere Soles.

Sol, pro die.

Vt verò hìc *Soles*, pro diebus, ita 3. Æn. *tres soles*, pro tribus diebus. & Lucret. in 6.

Nec tamen omnino temere illis Solibus vlla
Comparebat auis.

Catullus:

Fulserunt quondam candidi tibi Soles

Apud Stob. Euphorion. ἤνελιξ τεπιχοσίους: *trecentos Soles*, id est, dies. De locutione ista *memini me condere*, & similibus lege Achillem Stat. c. 15. obseruat. C

11. NVNC OBLITA MIHI TOT CARMINA.] Hùc versum vsurpat edyl. 5. Ausonius, illum etiam, & superiores Hieronymus Epistol. 12. quæ est ad Nepotianum, *iam* (vt ipse loquitur) *cano capite, & arata rugis fronte*, quibus astruit mandasse iam obliuioni multa, quæ adolescens didicerat. & iterum Epist. 92. quæ est ad sanct. Augustinum, quibus iã veteranus abnuit pugnas cum Augustino tunc milite. Sententiam Poetæ de memoria senum labente ita extulit Seneca in Oedip.

—*languescit senum*
Memoria, longo lassa sublabens situ.

12. LVPI MOERIN VIDERE PRIORES.] Natum Prouerbium à natura lupi. Seruius sic explicat: *Aunt Physici voce deseri eum, quem prior lupus viderit, vnde est in prouerbio, Lupus est in fabula, quoties venit, de quo loquimur, & nobis aufert loquendi facultatem.* Consentit Plin. lib. 8. c. 22. *In Italia quoq; creditur luporum visus esse noxius, vocémq; homini, quem priores contemplentur, admere ad præsens.* Eadem Solin. c. 8. Iterum sententiam suam profert Plin. lib. 28. cap. 19. cùm ait: *Eundem superuenire, permitiosum est.* Idipsum firmat Donatus Terentij Interpres. & Isid. cap. 2. lib. 12. Sed quæ ratio huius tam celebris sententiæ? Nescio enim, cur dicat Brodæus lib. 7. Miscell. c. 1. illos desipere, qui huius rei rationem quærunt. Illum, etiamsi tacito nomine, reprehendit Albericus cap. 18. nam credendum historiis. Cur enim non hoc de lupo credatur, de quo ait Plin. lib. 28. c. 10. *Quippe tanta vis est animalis, præter ea, quæ retulimus, vt vestigia eius calcata equis afferant torporem.* & cùm paria penè de eryngio dicat Plutarchus de sera vindicta, quam herbam si capra aliqua ore sumat, totus grex subsistit, donec caprarius ore eximat. Quæ rerum naturæ vicinæ sunt illi, quam de lupo Virgilius & alij scribunt. Sed redeo ad rationem. Lupus est in fabula, adag.

Opinantur nonnulli esse in oculis luporum spiritus quosdam, quos iaculantur in homines, adimúntque loquendi potestatem. Sed melius referas ad metum, quo, qui videt se cerni à lupo, hisce, nec potest loqui: torpor enim, & silentium comites sunt pauoris. Ideo Theocrit. εἰδ. 14. verba commutauit, neque enim dixit, lupus te vidit prior, sed ἐ φθεγξῇ, λύκον εἶδες: *lupum vidisti, non loqueris*, quia qui videt has feras, statim tacet præ metu. Consentiunt verba Platonis 1. de Rep. ᾧ ἐγὼ ἀκούσας ἐξεπλάγην, καὶ ἀναβλέψας αὐτὸν, ἐφοβούμην. καὶ μοι δοκῶ, εἰ μὴ πρότερον ἐωράκειν αὐτὸν, ἂν ἡσυχίαν ἄγειν, ἄφωνον ἂν ἡμᾶς: *Hæc ego audiens exterritus sum, & ipsum intuitus metuebam: atque, vt arbitror, nisi eum prior aspexissem, quam ipse me, mutus penitus euasissem.* His, quæ dicta de lupo, afinia illa Dioscor. capit. 151. libr. 4. de eo, qui moritur, si, cùm elleborum succidit, inspiciatur ab aquila. Paria Plin. c. 5. lib. 28. Ab hac de lupis iactata fabula factum, vt Græci vocent λυκοπαθὲς dolorem quendam infestantem fauces, adimentémque vsum vocis.

Lyc. [a] Causando nostros in longum ducis amores:
[b] Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
[c] Hinc adeò media est nobis via: námque sepulcrum
Incipit apparere Bianoris: hîc, vbi densas
Agricolæ stringunt frondes, hîc Mœri canamus:
Hic hœdos depone; tamen veniemus in vrbem.
Aut si, nox pluuiam ne colligat ante, veremur,
Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo.
Mœr. [d] Desine plura puer: &, quod nunc instat, agamus:
Carmina tum melius, cùm venerit ipse, canemus.

D

ARGVMENTVM.

Vrget de nouo Lycidas, multisq; inuitat, recusat Mœris, finis imponitur.

EXPLICATIO.

[a] CONFVGERAT Mœris ad memoriæ fragilitatem, ne diceret versus plures: non admittit excusationem Lycidas, neque credit. vrgétque hunc in modum. Tu caussas, excusationésque afferendo, incendis, producísque studium, & desiderium tui audiendi.

[b] Inuitat deinde ab opportunitate silentij, cùm nihil obstrepat, quominus audiatur Mœris, non mare, non auræ.

[c] Deinde sic vrget. Media iam via peracta est (hoc

UVA. BHSC. BU 00239

(hoc colligit ex sepulcro Bianoris incipiente iam apparere) restat media altera, ad quam peragendam necessarium est solatium aliquod carminis. Ergo sedeamus hic, & canamus hic, vbi media est via, vbi densæ frondes, quas & hinc agricolæ decerpunt, ad ornandam sepulturam Bianoris: tuto hic hœdos deponeliceat enim deponas, quiescásque paululum, locus tamen erit aduentandi in vrbem. Obiicis: Non possumus quiescere, ne tardè euntes nox occuper, & simul pluuia. Do hoc tibi, ergo eamus, dum modo continuo cantantes, sic enim nos via minùs lædet. Est enim hic *licèt* idem quod, dum modo. & *vsq;* idem quod, continenter, perpetuò, iugiter. Pergit pastor, soluitque aliam obiectionem. Quin, si fessus es hoc onere hœdorum, ego te illo leuabo, dummodo eamus cantantes.

[d] Desine Lycida petere plura carmina, & agamus id negotij, quod nunc instat, quódque est sub manus; id est, viam conficiamus, hœdos portemus possessori iniquo: cùm verò Virgilius venerit, tum melius, atque tutius canemus, motu liberi, possessionibus recuperatis.

A Cato lib. de Originib. *Manua suo corditore Ocno Bianoro est Tuscorum Rege illustris* Sunt qui credant, hunc venisse in Hispaniam, & condidisse Mantuam oppidum plane regium, multorum Principum domicilium, sedem Curiæ Philippi secundi Regum maximi, patrísque Caroli, & multorum ante Regum, cum nullo oppidorum conferendum cœli iucunditate, aeris temperie, aquarum abundantia, terræ fertilitate, structuræ bonitate, ciuium magnificentia, ingeniorum docilitate, soli antiquitate. Attingit verò obiter Poeta morem, quo veteres illi in viis tumulabantur: indicat enim sepulcrum Bianoris fuisse in via. De hoc more Prudent. contra Symmach.

Mantua Hispanorū regum oppidum.

Sepulcra in viis.

Ecce, Deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipsa patrum monumenta probant: Diis manibus illic
Marmora sacra lego, quacunque Latina vetustos
Custodiet cineres, aensíque salaria bustis.

B Iuuen. quoque Sat. 1.

— expectat quid concedatur in illos
Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.

Inde natum, vt inscriptiones sepulcrorum sermonem dirigant ad viatores.

7. FRONDES.] Hic etiam morem alium attingit, quo veteres ad sepulcra mortuorum afferebant non modò flores, & rosas, de quo alibi, sed frondes quoque, ramósque arborum. Martial. lib. 1.

Sepulcra ramis ornatur.

Accipe non Phario nutantia pondera saxo,
Quæ cineri vanus dat recitura labor:
Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras:
Quæque virent lacrymis humida prata meis,

C Nemes. 1. Ecl. deflens defunctum Melibœum:

O felix Melibœe vale, tibi frondis odoræ
Munera dat lauros carpens rusticus Apollo.
Dant Fauni quod quisq; valet, de vite racemos,
De campo culmos, omnig, ex arbore fruges.

Tritum est, cupressis solita sepulcra ornari.

8. NOX PLVVIAM NE COLLIGAT.] Lege Aristotelem lib. 2. Meteor. c. 4. quod est de generatione ventorum, vbi reddit rationem, cur χειμὼν μᾶλλον γίγνεται τὰ ὕδατα, καὶ νύκτωρ ἢ καθ' ἡμέραν, hyeme magis, & nocte potius quam die, aquæ existant.

9. CANTANTES LICET VSQVE.] Affinia his illa Theoc. εἰδ. 7.

Ἀλλ' ἄγε δὴ (ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δ' ἐς θέρος ἐστὶ)
Βουκολιαστὺς ἴομεν. τᾷδ' ὕπερ ἢ ἄλλοθ' ὀνατεῖ:

D *Sed age, (quoniã communis hæc via est, cõmunis & dies)*
Canamus carmen bucolicum, forte alter alterum iuuerit.

Plato lib. 1. Leg. ait, confabulationes amicorum in itinere, παραμυθίαν ποιεῖσθαι τῆς ὁδοῦ: *afferre leuamentum ad viam.* Et 3. cum respectu ad seipsum, διελθεῖν πῶν ὁδὸν ἀλλοτοι, nimirum σκοπῶντας, καὶ ἐξετάζοντας περὶ νόμων: *Viam sine molestia conficere disputatione & disquisitione legum.*

10. ET, QVOD NVNC INSTAT, AGAMVS.] Possis transferre ad multa prouerbialiter, vt te ad rem quamlibet exhorteris, ad conficiendam viam, ad arripiendos manu libros, ad scribendas literas, ad sumendum cibum. ita Plaut. in Trucul. *Sed hoc agamus, huc qua ventum est gratia.* Cic. 2. Diuin. *Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio: nunc cominus agamus, experiamurque, &c.* Et 3. Nat. *Tum Cotta, optimè inquit, quamobrem sic agamus, vt, &c.* Sed & verba hæc tãtùm, *Hoc age*: Prouerbium esse possunt, cùm iubemus aliquem esse attentum, & præsenti animo.

E

NOTÆ.

1. CAVSANDO.] Causari est prætexere causas, & excusationes. Lucr. lib. 1. *Quapropter quamuis causando multa moreris.* Horat. *Stultus vterque locum immeritum causatur inique.*

2. AMORES.] id est, desideria. Itaque in hunc locum quadrat distinctio Grammaticorum, qui *diligere* rationis esse aiunt, & cum delectu: *amare* verò affectus, καὶ πάθους, vt hic, *amores* sũt studia, & cupiditas.

Amare, & diligere vti distinguuntur.

3. SIRATVM.] Hoc verbum de aquis dictum ad Græcorum exemplar, quod alibi firmo.

4. SILET ÆQVOR.] Inuitatio, vt canat in via. Ita Plato in conuiuio: πάντως ἢ ὁδὸς ἢ εἰς ἄστυ ἕστηκεν ἡσυχίαν παρέχουσιν καὶ λέγειν, καὶ ἀκούειν: *Apta quidem est via hæc, quæ in vrbem ducit, ad dicendum pariter, & ad audiendum.* Cui loco Virgilius instituit Platonicus omnino. Dat autem Poeta silentium aquis, sicut Horatius 1. Carm. od. 31. *taciturnus annis.* In quo fortasse adspirauit ad Theocr. qui 2. εἰδ. νήδυε σιγᾷ κἀνέμων πνοιαί, σιγῶσι δ' αἰθέριαι: *Ecce, silet quidem Pontus, silent & venti.* Qua etiam metaphora vsi ante Latinos Græci alij. Est etiam qui putet, Virgilium adspirasse ad illud Ennij: *Mandu cœli vastius constitit silentio.* Sed & hoc verbi ad multa traducitur. Vide Notas Beroal. in Columel. silet enim dies, cùm quietus est; cœlum, cùm serenum; herbæ, cùm non germinant; vineæ, cùm non gemmant. Quod Poeta *silet æquor*, Ennius in Scipione ita dixit: *Et Neptunus fœuus vndis asperis paulum dedit.*

Silentium de aquis.

5. VENTOSI CECIDERVNT MVRMVRIS AVRÆ.] Ennius ita extulit:

Arbores vento vacant.

6. SEPVLCRVM APPARERE BIANORIS.] Ex vestigiis Theoc.

Κ' ἀπὸ τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, ὅδε τὸ σᾶμα
Ἀμὶν τὼ ξεναλα κατοφαίνετι:

Atque iter haud medium nobis erat, haudque sepulcrum
Apparebat adhuc Brasilæ.

Bianor.

Est verò Bianor alio nomine Ocnus, qui Mantuam condidit, & ita appellauit à nomine matris Mantus.

FINIS ECLOGÆ NONÆ.

ECLO

VVA. BHSC. BU 00239

ECLOGA DECIMA.

GALLVS.

ARGVMENTVM.



ORNELIVS *Gallus eximius fuit Poeta, primúsque Aegypti Præfectus, vti apparet ex Xiphilino in Augusto, ex Sueton. in eodem, cap. 66. Eutropio lib. 7. Historiæ. Hic Cytheridem meretricem, Volumniique libertam (Poeta Lycoridem vocat) perditè amauit. Huic tanto amori illa minimè respondit, imò, spreto Gallo, secuta est Antonium in Galliam. Tulit Gallus ægerrimè hanc amoris repulsam. Quem ideo hac Ecloga consolatur Virgilius, non recedens à pastoralibus personis, & comparationibus. Argumentum ferè sumtum ex Thyrside Theocriti, vbi similis amor Daphnidis. Libet hic transcribere verba Ammiani, vt quæ de Gallo attigi, eiúsque fatum pleniùs sciat Lector. Ergo lib. 17. Longè postea Cornelius Gallus, Octauiano res tenente Romanas, Ægypti procurator exhausit ciuitatem (Thebarum) plurimis interceptis: reuersúsque cùm furtorum arcesseretur, & depopulatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium spectãdum dederat Imperator, stricto incubuit ferro. Js est, si rectè existimo, Gallus Poeta, quem flens quodammodo in postrema Bucolicorum parte Virgilius carmine leni decantat.) Hîc te Lector moneo de vicissitudine non ingrata Poetæ, quam seruauit in his Eclogis decẽ. Ita enim rem variauit, vt alternas Eclogas duabus, aut pluribus personis dederit; alternas vni tantùm. Jn prima, tertia, quinta, septima, nona duos, aut plures pastores loquentes facit: in secunda, quarta, sexta, octaua, decima sub vnica tantùm persona res geritur; nam tametsi in octaua duo loquantur, Damon, & Alphesibœus; ita tamen separatim, vt sermonem secum non misceant.*

[a] EXTREMVM hunc Arethusa mihi concede laborem
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
[b] Sic tibi, cùm fluctus subter labere Sicanos
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Incipe: sollicitos Galli dicamus amores
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
[c] Non canimus surdis: respondent omnia syluæ.

ARGVMENTVM.

Inuocat Arethusam, cui, vt adueniat, blanditias dicit.

EXPLICATIO.

[a] EXPLICABO tres primos versus. Petit Virgilius ab Arethusa, quæ Nympha, & fons Siciliæ, vt aspiret ad extremam hanc Eclogam, in qua dicenda paucula carmina in gratiam Galli. Cur de hac re Eclogam condat, ratio est duplex, vt hinc Lycoris habeat reprehẽsionem, hinc Gallus solatium. Prima ratio latet in illis, *sed quæ legat ipsa Lycoris.* Quasi dicat. Vt legat illa vulnus, quod indignè attulit repulsa sua tam bono amatori. Altera in illis, *neget quis carmina Gallo.* Id est, Quis neget hoc solatiolum Gallo? Ergo, fiue Arethusa, vt Gallum consoler, vt Lycorin reprehendam.

[b] Concede mihi extremum hunc laborem, sic accidat, quod optatissimum est, vt videlicet, labenti tibi subtus mare Doris amara non misceatur. Perpende vt ad signandum mare *Dorídem* dixerit, alludens

VVA. BHSC. BU 00239

dens ad Nympham Arethusam. Alius Poeta diceret: A
O Arethusa nõ se tibi mare falsum misceat. Quanto melius. Non se Doris misceat Arethusæ, nõ Dea maris Nymphæ maris. Pergit Poeta. Ergo incipe ô Arethusa, vt ego, & tu vnà mecum, dicamus amores Galli, quibus tam anxiè vexatus est: adest opportunitas inspirandi mihi: nunc enim mihi est otium à cura capellarum, quia nunc pascuntur.

c Posset quis obiicere. Nemo te audiet, versus perdes, iactabis carmina inani studio Syluis, & montibus. Soluit hoc. Non (inquit) ô Nympha canimus surdis, sylvæ istæ, & nemora amorem Galli miserãtes respondent, id est, reddunt omnia, quæ dicimus, Eccho remittente voces.

Donec Sicanios taudem perlatus anhelo
Ore bibat fontes: miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

Sidonius etiam in Carm. ad Felicem:

Nec notam nimis amnis ex amore
Versu prosequar, vt per ima ponti
Alpheus fluat, atque transmarina
In fluctus cadat vnda coniugales.

Omitto Ouidium. Demum hanc rem firmat, quod B
scribit Moses Episcopus Syrus 1. parte Comm. vbi ait, quatuor illos fluuios, qui ortum habent è Paradiso, cùm inde exeunt, deriuari per occultos meatus subtus Oceanum, retinentes semper illæsum cursum suum, & alueum; mox verò ex Oceano emergere in loca destinata, quæ nunc irrigant. Efficax profectò argumentum pro Alpheo.

NOTÆ.

1. ARETHVSA CONCEDE.] Inuocat Arethusã Nympham Siculam, quasi velit sibi Theocriti carmen inspirari, qui Siculus, & Syracusanus: nam quæ alia ratio, cur potiùs ad Nympham Siciliæ, quàm ad aliam confugiat? Tale illud, *Sicelides Musæ, &c.* Et, *Prima Syracusio, &c.*

2. SIC.] De particula hac, quæ apta iactandis blanditiis, & permulcendis animis, dictum suprà à me, & multa Briss. 1. Form.

3. CVM FLVCTVS SVBTERLABERE SICANOS.] Rem naturalem fabula quadam obũbrarunt Poetæ. Fabula est. Alpheus venator fuit in Græcia, Arethusa Nympha venandi studiosa; recusauit hæc illius nuptias: cùm diu non posset, cõuersa à Diana in fontem est: ac, ne sic pollueretur, per subterraneos meatus subtus mare in Siciliam emersit. Alpheus eliquatus amore in fluuiũ quoque versus est, & suæ Arethusæ obtinẽdæ studiosus subtus mare etiam illam quæsiuit; eodémque fonte erupit. In his, quæ dixi, discrepant nonnulli vt in re fabulosa. Sed quidem fluuium hunc erumpere in Sicilia, cùm nascatur in Græcia, multi pro comperto affirmant. Ammian. Marcel. lib. 15. *Alpheus oriens in Arcadia, cupidine fontis Arethusæ captus, scindens Ionium mare, vt fabulæ ferunt, ad vsque amatæ confinia progreditur.* Greg. Nazianz. in Epitaph. Basilij. ᾧ εἴτις ἐσὶν, ἢ πὸ Δωτὼ πο-τα μὸς δ' ἄλμας ῥέων γλυκὺς: *Et si est, aut esse creditur fluuius per mare dulcis fluẽns.* Loquitur de Alpheo. Liban. in Prog. φυλάττων ἀμιγὲς ἐν θαλάτῃ τὸ ῥεῖθρον: *seruans in mari impermistum fluuium.* Conspirant Poetæ. Papin. 1. Th.

Alphei fluuij Historia. C

—*fluctiuaga qua preterlabitur vnda*
Sicanios longe relegens Alpheus amores.

Ab eodem 4. Theb. dicitur *aduena.* Ab Ouid. 3. Am. *Alpheon diuersis currere terris.* Ab Nonno 13. Dion. Ἀλφειὸς ἀλλήτι, μετενδύσι & c: *Alpheus errans, exsul.* Lege Epigramma ἄδηλον lib. 1. Anthol. Omitto Poetas. Quin alij vtantur etiam coniecturis. Nam Plin. lib. 2. c. 103. *Arethusa fons Syracusanus, in quo reddunt ur iacta in Alpheum.* Est etiam in Strabone lib. 6. poculũ, D
quod Olympiæ in Alpheum decidetat, emersisse in hoc fonte. Addit, solitum turbari hunc fontem sordibus equorum, qui abluerentur in sacris Olympiacis. Inde Silius lib. 13.

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacræ portantem signa coronæ.

Hoc etiam Pausanias, vt verum, astruit. Imò ait, inde datum locum fabulæ de Alphei amoribus. Hos mores ita pulcrè attigit Papin. 1. sylu. Epitha. Stel. & Viol.

—*tumidæ sic transfuga Pisæ*
Amnis in externos longe flammatus amores
Fluuina detmerso trahit intemerata canali.

Omnia Ouidium. Demum hanc rem firmat, quod E
scribit Moses Episcopus Syrus 1. parte Comm. vbi ait, quatuor illos fluuios, qui ortum habent è Paradiso, cùm inde exeunt, deriuari per occultos meatus subtus Oceanum, retinentes semper illæsum cursum suum, & alueum; mox verò ex Oceano emergere in loca destinata, quæ nunc irrigant. Efficax profectò argumentum pro Alpheo.

4. DORIS.] Nympharum fuit mater, filia Oceani, Nerei coniux. Sumitur hic pro mari, sicuti apud Claudian. de Consulat. Manlij: —*assiduo cum Dorida vicerit vsu.* Attributum sumsit Papinian. 9. Theb. aid. *intrahat amaram Dorida.* Doris.

5. SOLLICITOS.] Nihil amante & amore sollicitius. Ouid. Epist. *Res est solliciti plena timoris amor.* Et 1. Am. Eleg. vlt. *Atque ita sollicito multus amante legar.* Nemes. 4. Ecl. *Si modo solliciros aliquis Deus audit amãtes.* Theoc. εἰδ. 10. amorem vocat φόβητρον: *sollicitum.* Huc non leuiter pertinet illud Hesiod. Theog. —κυδρήσια φῶτον, ἠδ' ἀεσιον ἐπάλεν: *Venus inclitum, & timorem peperit.* Quod non aliunde fictum, quàm ad exprimendas amantium curas, angores, sollicitudines. Amor sollicitus.

6. DICAMVS.] Possis hîc configere ad tropum frequentissimum, vt posuerit *dicamus* pro, dicam. Sed fortasse non inamœna est explicatio, quam iam adhibui. Nam ait, *incipe*, quasi illa quoque locutura sit. &, *dicamus*, id est, ego, & tu vnà mecum canamus amores Galli. In quo quis scit an doctus Poeta alluserit ad fontis huius naturam, qui cum loquente loquitur, obstrepit eum obstrepente, cum murmurante admurmurat. Fuit enim Poeta obseruantissimus rerum omnium, & in primis earum, quæ essent in Italia. Non grauabor Cassiodori locum quamuis longum adducere è lib. 8. Epist. 32. vel vt fastidium adimam Lectori, & quartam aberrationem aliquam ab his Commentariis. Ait itaque ille de fonte hoc: *Fons vastus egrediens, cannis in coronæ speciem riparum suarum ora contexit, amœnius admodum & arundineis vmbris, & aquarum ipsarum virtute mirabilis. Nam cum ibi tacitus homo, & studiose silentiosus aduenerit, aquas fontis irrigui reperit sic quietas, vt in morem stagni, non tam currere, quam stare videantur. At vbi concrepans tussis emissa fuerit, aut sermo clarior fortasse sonuerit, nescio qua vi statim aquæ ibidem concitatæ prosiliunt: os illius gurgitis ebullire videas grauiter excitatum: vt putes aquam rigentem succensa olla fossepisse feruorem: silenti homini tacita, loquenti strepitu & fragore respondens: vt stupescas, sic subitò perturbatam, quam nullus tactus exagitat. Noua vis, inaudita proprietas, aquæ voce hominum commoueri, & quasi appellatæ respondeant, ita hominum sermonibus prouocatæ, nescio quid immurmurant. Credas ibi aliquod animal prostratum, somno quiescere, quod excitatum magno strepitu tibi respondeat.* Hactenus Cassiodorus, à quo si non fortasse ex Critici alicuius supercilio illustratus Virgilius, saltem quæsita aberratio à labore. Arethusæ natura admirabilis.

7. DVM TENERA ATTONDENT.] Huc aspirauit Nemes. 1. Ecl.

Incipe, dum salices hœdi, dum gramina vaccæ
Defendent, viridique greges permittere campo,

UVA. BHSC. BU 00239

Dum ros, & primi suadet clementia Solis.
Hieronym. Ep. 17. *curua attondens vitem falce vinitor.*

8. SIMÆ.] Theoc. εἰδ. 8. σμικὰ ἐερῶσ᾽: *simi hœdi.* Est enim hæc maxima nota caprarum. Inde verba illa Lucilij lib. 4. Satyr. *Lasciuire pecus iussit, rostrisque repandum*, de capris accipio, adiuuante lasciuia, quæ magna in hoc pecore. Simum, & aduncum opponūtur Suidæ. A figura hac dictæ simiæ; ab eadem Delphines, simones. A simo resimum, & subsimum, quæ voces frequentissimæ scriptoribus rei rusticæ.

Simiæ vnde dictæ.

Surdo canere, adag.

9. NON CANIMVS SVRDIS.] Alludit ad Prouerbia: *surdo narrare fabulam: surdo canere.* Vide etiā

A Iunium Cent. 1. adag. 97. *dormienti loquor.*

10. RESPONDENT OMNIA SYLVÆ.] Vult, vt credo, Virgilius Musam suam modestè celebrare, quasi ipse suis versibus syluas compleuerit, & veluti docuerit ad cantilenam: nam hic affectus similis est illi 1. Ecl. *Formosum resonare doces Amaryllida syluas.* Ad quam explicationem pertinent verba hæc Fulu Vrsini in hunc locum: *Moschus in Epitaphio Bionis, ἄειε δ᾽ ἐξὸν ἀρυνα, dixit, id est, sine voce sunt montes, cum mortuo Bione nemo esset, qui suauiter ita, vt ille solebat, caneret; cuiusque carmen, quæ syluas habitare dicitur, Echo referret.*

[a] Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe.
[b] Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ:
Pinnifer illum etiam sola sub rupe canentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
[c] Stant & oues circum, nostri nec pœnitet illas:
Nec te pœniteat pecoris diuine Poeta,
Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.

B que tui, neque mei: tui flentis tuos amores, mei canentis amores tuos. Posterior, nam Adonis, qui formosus, & carus Veneri, oues quoque pauit.

ARGVMENTVM.

Quæritur, Nymphas non venisse ad fletum Galli, cùm illum fleuerint arbores, montes, oues.

EXPLICATIO.

[a] AB inuocato fonte Arethusio statim sermo dirigitur commode ad Naiades Nymphas aquarum, quæ hic non ponitur pro Musis in cōmuni, vt male vult Seruius: sed sententia, pace illius, alia est. Queritur enim admirabundus, Naiades tunc nō repertas neque in alienis, neque in propriis locis, vt Gallum solarentur amore indigno, id est, magno, C atque eximio percūtem. Non in alienis, nam neque in Parnasso, neque in Pindo nō in propriis, quia non in Aganippe, qui fons in Aonia, id est, Bœotia celeberrimus fuit Nympharum concursu. Sed addā hic, fortasse aliam esse posse sententiā Poetæ, vt nō queratur de absentia Nympharum, imò absentiam hāc afferat in testimonium tristitiæ. Perinde ac si dicat: Vbi per eos dies fuistis Naiades: nam neque inuētæ in propriis, neque in alienis locis: vos dolor Galli expulit ab illis locis, in quibus voluptatem capiebatis, & fecit per auia errare. Iuuat hanc explicationem sequens sententia de lauris etiam flentibus. Nam si lauri etiam fleuerunt, ergo & Nymphæ, quæ præcesserant. Sed placet tamen præ hac prior explicatio, quam ideo firmabo in Nota secunda ex solemni more Trietericorum.

[b] Admiratus fuerat, Nymphas non venisse ad solatium & fletum Galli, crescit ea admiratio ex fletu arborum, montium, ouium. Perinde ac si dicat: Vos non fleuistis Nymphæ, cùm fleuerint arbores, Lauri, ac myricæ: cùm fleuerint montes, Mænalus, & Lycæus: cùm fleuerint oues, quæ miserum Gallum circūstabant. Extremos tres versus seorsim explicabo.

[c] Dicit oues pabulo abstinuisse, & flentes stetisse circum Gallum, quem hortatur nē pœniteat ouiū, & pecoris, & hoc duplici ratione. Prior, nam neque oues pœnitet flere amores Galli: quo loci illud *nostri* hanc habet significationem. Non pœnitet illas ne-

NOTÆ.

1. QVÆ NEMORA, &c.] Hi quatuor versus ducti ex totidem Theocriti εἰδ. 1.

Πᾶ ποκ᾽ ἄρ᾽ ἦσθ᾽ ὄφρ᾽ Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκα Νύμφαι;
Ἦ κᾶ πὶ πεζὼν κἀλὰ τέμπεα ἦς κᾶ πὶ ῥίνὼν:
Οὐ γὰ δὴ, ποταμοῖο μέλαν ῥόον ἐχέτ᾽ ἀνάπω,
Οὐδ᾽ αἴτνας σοπέαν, ἠδὲ ἁλὸς ἰερὸν ὕδωρ:
Vbi tandem fuistis ô Nymphæ, cùm Daphnis amore tabesceret?
Anne apud Penei pulcra Tempe, vel circa Pindum?
Neque enim Anapi magnum flumen tenuistis,
Neque Ætnæ cacumen, nec sacram Acidis vndam.

Et quidem Scaliger: *Nudum, & simplex hoc, & sine affectu,* ὅπᾳ Δάφνις ἐτάκετο. *Apud nos vegetior oratio, indigno cum Gallus amore periret.* Simile quidpiam Coluthus sub persona Hermiones inclamantis matrem Helenam, μήτηρ ἐμὴ, πῦπαι γὰρ ἐχεις; πῦπαι δ᾽ ἔρεαι ναίοις, *Quæm, ô mea mater lorum habitas? quos montes incolis?* Subiicit plura in eandem sententiam. Affinis sententia Epigrammatis 3. Anth. vbi Pan, exstincto Daphnide, decernit è montibus cedere non iam iucūdis.

2. AVT QVI VOS SALTVS HABVERE PVELLÆ NAIADES?] Cùm Macrobius, & Pausanias scribant Bacchanalia, id est, Bacchi Trieterica alternis annis agi solita in Parnasso, & aliis locis, vbi Satyrorum, & Nympharum frequentissimus numerus cernebatur, coniicio Poetæ sententiam hanc, vt dicat, in eum annum Trieterica non incidisse; potuisse itaque Nymphas accedere, cùm non distinerentur in peragendis Bacchi, & Phœbi sacris. Nam hæc sacra vtriusque erant Numinis, dicente Lucano lib. 5. Trieterica sacra Bacchi, & Phœbo.

— *Parnassum gemino petit æthera colle*
Mons Bromio, Phœboque sacer, cui Numine misto
Delphica Thebanæ referunt Trieterica Bacchæ.

Inde itaque admiratur Poeta, Nymphas non venisse, cùm nulla loca, nulla sacra fecerint illis moram. Indicat verò hic Poeta, Nymphas venire solitas ad luctum magnorum virorum & funerum. Certe Calaber Nymphæ veniebant ad luctum principum.

UVA. BHSC. BU 00239

laber lib. 3. scribit Musas venisse ad complorandam Achillis cædem.

— Μῦσαι ὃ θοῦς ἑλικῶνα λιπῆσαι
Ἦλυθον ἄλγε᾽ ἔχουσαι, ἐπὶ σφετέροιν ἐχέσαι,
Κηρύμεναι πρὸν ἑλικώπιδι νυμφίην:

— *Musæ rapim velictæ Helicone*
Venerunt, ingenti dolore excarnificatæ in animis,
Id honoris deferentes formosæ Nereinæ.

Intelligit Thetidem Achillis matrem. Et post multa:

— ἀμοὶ ὃ Μῦσαι
Κλυτεὸν ὠδὺν ἀειδάμεν ἄλλοθεν ἄλλη.
Πολλὰ παρηρῥέσκον: *Musæ autem alternatim illam se animi discruciantem, aliunde alio solatio leuare nitebantur.*

Naiadum Etymon. 3. NAIADES.] Dictæ sic παρὰ τὸ ναὸ, fluo, quod proprium aquarum. Dictæ etiam παρὰ τὸ ναίειν, & κρηνεῖαι à fontibus: his affines Potamides, & Limnades, quæ videlicet sunt fluuiorum, & stagnorum.

Indignus, quid propriè. 4. INDIGNO.] Indignus amor est, ἄῤῥητος, id est, ineffabilis, magnus, eximius. Virg. in Ciri: *Verum hæc tum nobis grauia, atque indigna fuere.* Ennius: *indigna turres.* Vt enim dignum est, quod monstrari, & indicari potest à verbo δείκνυμι: ita indignum, quod nequit æstimari, indicari, dici. Sic etiam Attici ἄξιον, id est, dignum ponunt, pro illo, quod facile æstimari potest, omnino ἀντὶ τοῦ οὐδὲν. Dixi hæc ex Nota Iosephi Scal. in Ciri in Virgilij. Sed & ante illum Seruius, illud Ennij: *indignæ turres*, explicat etiam, *magnæ.*

Nefandus, quid propriè. Ergo, sicut *nefandum* propriè est, quod nequeas fari, etiam si iam vsus detorserit ad rationem criminis: ita *indignum* propriè est, quod nequeas indicare, & æstimare pro magnitudine, etiamsi iam ad rationem contumeliæ vsus traduxerit. Itaque Poeta per vocem indignitatis explicat amorem illum insanum, quo aliquis dici solet mori, perire, contabescere. Possis etiam simpliciter explicare, vt dicat, Gallum perire amore indigno, quia dignus erat meliore amore: ad eum modum, quo Horat. dixit lib. 1. od. 27. *Digne puer meliore flamma.*

5. PARNASSI.] Mons Phocidis, priùs dictus Larnassus Stephano, & aliis à larnace ארכה Deucalionis, quæ eo in diluuio delata: mox Parnassus ab Heroe eius montis incola, quod ex Hellanico scribit Interpres Apollonij lib. 2.

Parnassi duplex iugum. 6. IVGA.] Non est tropus. Neque enim dicit iuga pro iugo. Est Parnasso duplex mons, quod scribit Herodotus lib. 8. Adducam hic metaphoras, quibus Poetæ appellent hos duos mõtes in gratiam tuam adolescens. Virgilius, vt vides, ad iugum decurrit; sicut & Lucanus lib. 5. *Parnassique iugo missi deserius vtroque.* Papinius, Sidonius, Ouidius, ad verticem. Primus lib. 1. *biuerticis Parnassi.* Alter in Burgo, *Parnasse biuertex.* Tertius 1. Met. *Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus Nomine Parnassus.* Persius, Seneca, Silius ad caput. Primus *bicipiti Parnasso.* Duo reliqui, ille in Oedip. hic lib. 13. *Parnassus biceps.* Cui metaphoræ hæsit Nonn. 13. Dionys. παρνησσὸν δισσὸν. Apollonius, & Lucanus ad collem. Nam ille 2. Arg. τοῦ δ᾽ εἰσέβη παρνασσὸν. hic lib. 5. *Parnassus gemino petit æthera colle.* Seneca ad arcem, nam in Oedip. *gemina Parnassi arx.* Papinius, & Virgilius ad cornua. Ille lib 1. —*stagna pelæ Cyrrhea bicorni Interfusa iugo.* Hic in Culice: — *Parnassia rupes Hinc, atque hinc patula præpandit cornua fronte.* Sophocles ad ceruices, aut cristas, nam in Antigone loquens de Parnasso, ὑπὲρ διδύμοιν πέτρας. Ergo rem hanc indigetabit à iugo, vertice, capite, collibus, arce, cornu, cerruicibus. Addam metaphoris propria nomina. Hi duo Parnassi montes, dicuntur *Tithorea*, & *Hyampeius*, quod ex Herodoto obseruat Beroaldus contra Seruium, qui dixerat nominari Cytheronem, & Heliconem, quod esse nequit, nam ij in Bœotia sunt, Parnassus in Phocide. Error Seruij habetur 3. Geor. Adiungo ad operam Beroaldi, dici quoque hos mõtes *Cyrrham*, & *Nysam*. In Cyrrha Phœbus, in Nysa Apollo colebatur: inde ille Cyrrhæus, hic Nysæus. Ista facile colligas ex testimoniis, quæ à me adducta ad res alias firmandas.

7. PINDI.] Mons Thessaliæ.

8. MORAM FECERE.] Propert. *Quid facias nobis conscia Romanorum.* Demosth. de falsa legat. ante Nostrum, διὰ τὸ ἐπὶποσιν χρόνον ἡδέως.

9. AONIA AGANIPPO.] Aganippe fons iuxta montem Heliconem Bœotiæ, quæ etiam dicta Aonia. Adducam Pausaniæ locum è Bœot. vel vt errorem indicem, ἐν ἑλικῶνι ἐστὶ τὸ ἄλσος ἱερὸν Μουσῶν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἡ Ἀγανίππη πηγὴ, θυσιάζουσι δ᾽ αὐτοῖς πλὴν Ἀγανίππῃ τῇ τερμησσῷ λέγουσι: *In Helicone, qualuer ad Musarum lucum, ad leuam est fons Aganippe: ferunt Aganippen fuisse Termessi filiam.* Sed legendum *Permessi.* tam hic, quam infrà in eodem scriptore. Est enim Aganippe fons Permessi fluminis, non Termessi. Seruius P. Dan. *Callimachus Aganippen fontem esse dicit Permessi fluminis.* Et Gallus quidem solitus erat errare ad Permessi flumen in Aonia, vt in Sileno dicit Virgilius. Quid, quod Pausanias Termessum suũ ad Heliconem constituit, & tamen Strabo lib. 9. ita perspicuè, ὁ περμησσὸς ἢ ὑπὸ ὁλμειὸς ἐκ τοῦ ἑλικῶν & συμβαλλόντες: *Permessus, & Olmeus ex Helicone in vnum permiscentur.* Non ergo in Pausan. legẽdum Termessus. Ceterùm huius Hemistichij varias Lectiones tibi repræsentabo. *Aonia Aganippe. Aonie Aganippe. Aonie Aganippe Aonie Aganippes.*

10. ILLVM ETIAM LAVRI, &c.] Theoc. priùs, δρύες αὖτον ἐθρήνων: *Illum querquus lugebant.* Similis locus Claudiani 2. Rap.

Te iuga Taygeti, posuio te Manala flebunt
Venatu, mœstoque diu lugebere Cynetho.

Et Hieronymi Fracast.

Illum Alpes vicinæ, illum vaga flumina fierunt,
Illum omnes Ollique Dee. Eridanique puellæ
Fleuerunt, nemorumque Dee, rurisque puellæ
Sebinisque alto gemitum lacus edidit alto. Eiusdem:
Illum etiam Graiæ, & Nymphæ fleuere Latinæ,
Illum etiam Thuscis Calliopea modis.
Quin etiam syluæ, & montes gemuisse feruntur,
Et vos extremi flestis Hyperborei, &c.

Ad hunc luctum qui habetur de Gallo pertinet locus Theoc. adductus mihi Ecl. 5. ad illud, *Pœnos ingemuisse leones.* Quem tamen locũ comparat Scal. cum his, quæ hic dicuntur de Gallo. Et palmã dat Latino. Nam in Græco oratio decrescit. Qui enim priùs ingeluerat thoes, lupos, leones flentes, pastorum hostes; mox boues, tauros, iuuencas. In quo nihil mirabile. Quid enim fleuisse tauros, præcedente iam leonum fletu? Contemsit Maro hoc de fletu leonum, & rem commutauit hoc ordine. Flent lauri, & myricæ, in quibus plantis mitis natura: deinde, montes, & saxa, quæ immitia: postremò oues. Neque verò decrescit, vt primo intuitu apparet, oratio. Magnum fuit fleuisse arbores, maius fleuisse saxa, & maius adhuc oues: nam istæ oblitæ pastus, quem habebãt ante oculos, pastorem suum circumsteterunt, intentæ ad illius fletum, ipsæ quoque lacrymabundæ.

Theocritum superat Virgilius.

11. LAVRI ET FLEVERE MYRICÆ.] Nihil otiosum in hoc vate. Flent lauri, & myricæ Poetam Gallum: nam vtraque planta sacra est Apollini Deo Poetarum. De lauro perspicuum. De Myrica scias Apollinẽ Myricæũ, & Myricinum cognominatum, quod in Lesbo ramum Myricæ manu teneret. Inde

Myrica sacra Apollini.

UVA. BHSC. BU 00239

hæc plāta creditæ est habere vim fatidicā. Oppianus A mutat cognominem, ex cuius postea ramis præcinctus semper spectatur Areas Deus.

Myrica varem μάυρην vocat, id est, ὄστεμ.

12. PINNIFER-MÆNALVS.] Ita Lucanus lib. 1. *Pinnifera Ossa.* & Virg. ipse de Atlante, *pinniferum caput.* Et eadem ferè forma Val. Fl. 6. Arg. *Othryx piniger.* & Alcimus Auitus: *Deliuit tectus ponto turs. pinniger Othrys.* Est autem Mænalus mons Arcadiæ, cuius celebratæ pinus. Inde Pan eius prouinciæ Deus pino semper coronatus inducitur. Primum ortum arboris huius in Arcadia ad fabellam referunt Poetæ, quam Latinam ex Græco nobis dat Egnatius in suis Racemationib. cap. 16. *Pityn puellam Pan, & Boreas adamabant: dare eam sibi femicaper Deus, dare sibi Thrax insabat Boreas. Puella Pana Boreæ præluit, Boreas impatiens nactus solam in spatioso campo, solo alludit moribundam. Eam tellus intra gremium excepiam in arborem*

Pan cur pino coronatus.

13. LYCÆI.] Hic quoque mons Arcadiæ.

14. STANT ET OVES CIRCVM.] Ita Theoc. eid. 1. in fletu Daphnidis αἱ δ' ἄγραι παρὰ σεῦς, πολλοὶ δέ τε ταῦροι: *Multæ ei ad pedes Vaccæ, multi item tauri.*

15. ET FORMOSVS OVES, &c.] Pari argumẽto Theoc. eid. 1.

Ω φίλε Δάφνι, σὺ δ' ὦνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλλα ποτέδρει,
Καὶ πόκας βάλλει, καὶ θηρία τ' ἄγρια δοκεῖς

Formose & Adonis es, etenim & ipse pecora pascis,
Et lepores figis, & feras alias persequitur.

Et Bargæus 2. Ecl.

At non cultorem memorum Venus aurea Adonin
Spreuit, & amplexus, seuisque brachia fugit?

a Venit & vpilio, tardi venere bubulci.
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iste? rogant, b tibi venit Apollo.
Galle, quid insanis? inquit: tua cura Lycoris
Perque niues alium, perque horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem.
Et, quis erit modus? inquit: amor non talia curat.
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

ARGVMENTVM.

Addit, pastores, & Deos quoque accessisse ad mœrentem Gallum: illos admirabundos, istos obiurgatores.

EXPLICATIO.

a POst fletum arborum, montium, ouium accedit ad solatium, & lacrymas Galli, triplex genus pastorum, ouium, boum, capellarum: hos comprehendit duobus primis versibus. Nam Opilio dictus quasi ouilio: deinde bubulci, & hi tardi à tarditate boum: postremò Menalcas vuidus, id est succulentus, & pinguis ab glande hyberna; quibus verbis signatur fuisse caprarius. nam caprę petlibẽter quercęta amant, & arrodunt; & credibile est, pastorem eodem quoque cibo vsum. Ait verò, hos simul omnes rogare ab Gallo, vnde is amor natus, tam nouus, tam insolens?

b Post triplex genus pastorum accedunt quoque ad lacrymas Galli. Dij tres, Apollo, Syluanus, Pan: omnes aut Dij rusticorum, aut certè ipsi Dij rustici. Primus insaniam obiicit, & verè, quoniam Lycoris (inquit) quæ olim tua fuit cura, ita te contemsit, vt etiam mala omnia tuis delitiis præposuerit, maluęrítque sequi Antonium vel per Galliæ niues, & castra horrida. Du ergo insanus, qui hanc ames. Alter Syluanus nihil loquitur, tantùm eius habitus describitur ex triplici circumstantia. Nam venit cũ agresti honore capitis, id est, cum corona ex agrestibus frondibus. manu vna ferulas, altera lilia quatiebat. Nisi quis velit, versum alterum referre ad coronam, vt sententia hæc sit. Venit cum agresti corona, quæ conserta ferulis, & liliis. Possit etiam quispiam dicere, ferulas gestari manu, lilia capite. Hæreo, & redeo. Postremus Pan Deus Arcadiæ. Huius non habitus B solùm, sed verba exprimuntur, quibus vsus ad Gallum. Habitus, nam erat rubens baceis sanguineis, id est, purpurascentibus moris ebuli, atque etiam minio; verba plena sunt acerbitatis. Quis (inquit) erit modus tuis lacrymis, non curat hæc amor: non satiatur lacrymis, nam crudelis: sicuti neque herbacea satiantur riuis, neque apes cythiso, nec capellæ fronde. Vbi triplici comparatione, quod vult, efficit. Itaque ex tribus Diis, primi sermo describitur, alterius habitus, tertij & sermo, & habitus.

NOTÆ.

1. VPILIO.] Vt Græci ὄνομα pro ὄνομα metri gratia, ita Latini Vpilio, pro Opilio. Dixi opilionem esse proprie pastorem ouium. Ita est, nam ea nota ab omnibus inducitur. Vnus Apuleius, nescias qua venia, dixit lib. 8. *Interea quidam senex de summo colle prospectat, quem circum capellæ pascentes, opilionem esse profecto clamabant.* Si qui alij sic locuti, videntur omnino abire à proprietate.

2. BVBVLCI.] Seruius, Germanus, Manutius *subulci* legunt. Sunt hi pastores suum. Parrhasius in Claudianum, Vrsinus, Erythræus, Henr. Steph. & vulgo omnes *bubulci.* Hos sequor. Nam Virgilius, Theocritus, & scriptores alij Bucolicorum tria tantùm celebrant pastorum genera, opiliones, bubulcos, caprarios. Virg. enim 2. Georg. post generalem vocem *armenti* ita ait:

Pastorum tria tantùm genera celebrantur.

Sin armenta magis studium, vitulósque tueri,
Aut fœtus ouium, aut hyrcos lasciua capellæ.

Vbi tueri vitulos, bubulci est; oues, opilionis; capellas, caprarij, &. 3. Georg. post tractationem boum pergit ad greges lanigeros, id est, oues: & ad capellas hirtas: nihil vnquam recordans de suibus; Theocritus quoque ad quem Virgilius alluſit, clarè ait,

UVA. BHSC. BU 00239

ait, εἰδ. 1. ἤνθου τὸν βῶτα, τὸ πυμένες, ὦ πάλαι ἤνθοι: *Venerunt bubulci, pastores, caprarij.* Vbi per pastores absolutè intelligit opiliones onomasticè. Sicuti & Philo Iudæus libro de Agricult. χρὴ δ' ὥσπερ αἰπόλον, ἢ βουκόλον, ἢ ποιμένα, ἢ κοινῶς νομέα, τὸν ἡμέτερον ἄρχειν νοῦν, &c. *Oportet mentis nostræ præesse, uvis caprarius, bubulcus, pastor præsunt, aut pascens quilibet.* Vbi obseruabis, ποιμένα dici cum relatione tantùm ad oues, νομέα de pastore omnium animalium. Idem lib. περὶ ἀνθρώπ. tantùm meminit βουκόλων, αἰπόλων, ποιμένων: *bubulcorum, caprariorum, opilionum.* Et lib. de opific. Mundi: ἀγέλας τῶν περὶ Σάτυρον, ἀλλὰ βοῶν ἄγει ποιμὴν, αἰπόλος δ', βουκόλος δ': *Greges ouium, caprarum, boum ducit opilio, caprarius, bubulcus.* Dio Chrys. Orat. 40. inducens ad rem suam pastoritiam, oblitis suibus, neque assumptis, tantùm adducit armenta βοῶν, & αἰπόλια & ποίμνια. & Orat. 56. adducat versum istum Cratini:

ποιμὴν ναβέτης, αἰπόλ', ἢ βουκόλε.

Constitutus est opilio, caprarius, bubulcus. Libanius quoque laudans vitam rusticam, de agricola tâtum ait: τὸν βοτὴν, ἢ αἰγοβάτην, ἢ αἰξὶ διαλήθοντα: *Versantur inter boues, oues, capras.* Ouidius in Epist. describens locum amœnum, ita ait:

Qui nec ouis placide, nec amantis saxa capella,
Nec patulo tarda capitur ore bous.

Donatus quoque hęc tria genera pastorum dignitatem tantùm habere in re pastoritia admonuit. Ideo ista latiùs, quia pertinent ad alium insignem locum Poetæ. Hic obiter admonearis à bubulcis ortum habere verbum *bubulcio*, quo vsus Apul. 1. Flor. Quo porrò in dedecore haberentur subulci apud vnos Ægyptios lege apud Herodotum lib. 12. Bubulcio.

3. VVIDVS.] Admonent Acron, & Seruius *Vuidum* propriè esse, quod intrinsecus madet natiuo humore: *humidum*, quod tantùm extrinsecus ex accidente humore. Sed in istos pugnat (ex nota Delrij in Hippolyt. Senecæ) Aristot. lib. 2. de Generat. cap. 2. φανερὸν ὅτι τὸ ὑγρὸν ἔστι τὸ ὑγρόν: *Manifestum est humorem humoris esse.* iterum: ὑγρὸν γάρ ἐστι ἔχον οἰκεῖον ὑγρότητα ἐν τῷ βάθει: *Humor enim est, qui in ima parte propriam humiditatem habet.* Non ergo hæc extrinseca. Et (ex mea) Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Vuidum est quod humidum, & ideo vbi id non est, succus abest.*

4. OMNES, VNDE AMOR ISTE? ROGANT.] Theocr. post adductum carmen:

πάντες ἀνθρώτευν, τί παθὼ κενὸν:

Omnes rogabant, quo malo laboraret?

Verba hæc, *Vnde amor iste?* possis prouerbialiter ad studia omnia transferre. Vt siquis teneatur cupiditate natandi, equitandi, venandi.

5. TIBI VENIT APOLLO.] Tantum Theocritium Mercurium Noster in Apollinem conuertit.

Ἦνθ' ἑρμᾶς σφώτερος & ἀπ' ὄρεσ', ὥστε δ', Δάφνι
Τίευ καταμεύχεται ὧν ἄγαλμα τόσσον ἔγραψας;

Mercurius primus ex monte venit, & inquit ô Daphni,
Quis te ita conficit? cuius ô bone amore adeò ardes?

Iterum Priapum ita inducit:

——ἰδοὺ ὁ Πρίηπος

Κήπε, Δάφνι τάλαν, τί τὰ τόσσον ἐς δέπα κόπτεις
Πᾶσαν ἀνὰ κράταν, πάσᾳ ἅλοσα ποκὶ φορείαν;

——*venit Priapus,* & ait: *Daphni miser, quid ita tabescis? ipsa vero puella*
Per fontes omnes, syluasque pedibus discurrit.

6. INSANES.] Nam verè insanit, qui eximiè amat. De amante Hercule Theocrit. εἰδ. 13. μανόμενος. De alio Sophocl. in Antig. μέμηνεν. Notus versiculus Anacreontis impensè amantis, θέλω, θέλω μανῆναι. Ouid. 1. Am. furorem facit vnum è comitibus Amoris: *Blanditiæ comites tibi erunt terrorque, furorque.* Apud Theoc. εἰδ. 3. Adonis Venerē agit in rabiem. Insaniuit Antigonus Demetrij propter Dimo, vt narrat Heraclides Lembus in Historiis apud Athen. lib. 13. Quo loci huius rei leges ampla. Meliissa illa Machaonis Poetæ versibus celebrata inuenit nomē Maniæ, quod multos in furias ageret. Demipho apud Plautum in Merc. Amantes insani.

Quam ego postquam aspexi, non ita amo vt sani solent
Homines: sed eodem pacto, vt insani solent.

Huc pertinet illorum opinio, qui nomen ἄρρεν ἴτυς Cura, pro, amor.

Ita Ouid. 1. Am. *Tu mihi, si qua fides, cura perennis eris.* id est, meus amor. Petrarcha in Eclogis: *Quare alias curas, si importunius amando.* Cùm verò ait Poeta *cura*, respicit ad illud *sollicitos amores.*

8. LYCORIS.] Est hæc infame illud scortū, quo tantopere captus Antonius, quæ alio nomine dicta Citheris, & Volumnia: quamque Cicero 2. Philip. vocat vxorem mimam Antonij: quem illa secuta est vsque ad Gallias in medio Ciuilis belli ardore, ideo hic: *Pęrque nives alium, pęrque horrida castra secuta est.* Lycoris. Citheris. Volumnia.

9. FLORENTES FERVLAS, ET GRANDIA LILIA QVASSANS.] Faciunt ad loci huius explicationem verba Lilij 15. Syntag. *Dy sylueſtres gestare etiam dicebantur ferulas, vnde & Narthecophori & Ferulifери dicti. Quin & lilijs coronabantur, item ex arundine, & ferula, vt Lutatius notat.* Sed & Fulu. Vrsinus in Append. ad Romanum Tricl. marmor vetus producit, vbi esset satyrus, Græcis dictus ναρθηκοφόρος, quòd gestaret ferulam ad ebrietatem prohibendam. Est verò ferula lignum illud cute dura, & intus vacuum: quod apud veteres Baccho, & Sileno dicatum erat, vt eorum pedes fulciret titubantes vino, nam vtebantur illo pro bacillo: inde à ferendo ferula. Quæ hic adduxi faciunt cùm pro corona, tum pro baculo. Inde est, vt in sententia hæream, vt iam admonui in explicatione. Ad verba illa *lilia grandia* pertinent ista Plinij lib. 21. c. 5. de lilijs: *Nec villi florum excelsiùs maior, interdum cubitorum trium.* Ferula.

10. ET GRANDIA LILIA QVASSANS.] Similia his videntur Germano quædam ex Aristophane, & Lucret. apud illum in Ranis Bacchus inducitur, πάσῃσιν ἅμα κεφὴ σέφανον: *quatiens coronam capitis.* Apud hunc lib. 4. Deus Pan. *Pinea semiseri capitis velamina quassans.*

11. PAN DEVS ARCADIÆ.] Nihil hoc notius. Alcęus Poeta, ἰὼ Παὶ, Ἀρκαδίας μεδέων πλειστᾶς: *Io Pan, Arcadia inclytæ dominator.* Ouid. *Pana Deum veteres pecudis coluisse feruntur-Arcades, Arcadiæ plurimus ille iugis.* Prop. *Arcadio pinus amata Deo.* Hor. lib. 4. od. 12. *—— Deum, cui pecus, & nigri—Colles Arcadiæ placent.* Pan Deus Arcadum.

Porrò de barbara huius Dei forma vide Herodotū in Euterpe, vbi illi dat αἰγὸς σκέλεσιν, καὶ τραγοπρόσωπον, *faciem caprinam, hircina crura.* Et Nonnum lib. 14. Dionys. qui eidem dat οὐθ' ὅλον σκέλεσι πάγωνι βαρὺν *barbam membrantem totum pectus.* Panes forma barbata.

12. SANGVINEIS EBVLI BACCIS.] De ebulo vide Plin. variis in locis, dicunt similem esse sambuco. Vt verò hic *sanguineis baccis*, pro rubentibus, ita 6. Ecl. *sanguineis moris.* Et 1. Georg. *cruenta myrta.* Pari metaphora dictum inuenies vinum apud Plin. lib. 14. c. 5. *sanguinem terræ.* Et à Propheta, *sanguine vua.* De more verò, quo Dij minio pingebantur, dixi 6. Ecl. in Sileno. Et quis legendum fare, non, cequis.

13. ET QVIS ERIT MODVS?] Sic lege, & distingue. Nam qui ex duplici voce vnam faciunt hac

UVA. BHSC. BU 00239

ratione, ecquis, non placent. Similis distinctio observanda in locis aliis. in 1. Ecl. *Et, quæ tanta fuit, Romam tibi causa videndi?* Et 3. Æn. *Et, quæ iam puero est amissæ cura parentis?* Plura loca ex aliis Poetis observauit Gifan. Cui addo, hoc apertissimè ex Græco fonte, nam sæpe, γνῶς, & quis.

Cythisopes delectantur.

14. NEC CYTHISO SATVRENTVR APES.] Plin. lib. 15. c. 24. *Apes quoque nunquam desore cythisi pabulo contingente prouiuntur Democritus, & Aristomachus.* Et lib. 21. cap. 12. *Hortis coronamentisque maximè alueraria, & apes conueniunt.* — *Harum ergo caussa oportet serere cythisum.* Dioscor. lib. 4. c. 113. ἐνιοι δ φυλλωσιν αὐτῶν παρὰ τοὺς σμίλακος ὡς ἐπάκτιον τῶν μελισσῶν: *Nonulli, quod apes alliciat, prope alueraria serunt.* Loquitur de hoc frutice. In quem locum vide Andr. Matthiolum contra Golacrum.

[a] Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris, soli cantare periti
Arcades, [b] O mihi tum quàm molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores!
[c] Atque vtinam ex vobis vnus, vestríque fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
[d] Certè, siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas.
Seu quicunque furor (quid tum si fuscus Amyntas?
Et nigræ violæ sunt, & vaccinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

B

ARGVMENTVM.

Conuertit se Gallus ad pastores, quibus res suas canendas committit: optat illorum cantus, vtam, amores.

EXPLICATIO.

[a] ADVENERANT pastores, aduenerant Dij; illi admirantes insolentem amorē Galli, isti obiurgantes: fingit igitur amœnissimè Poeta, Gallum veluti auersum à Diis increpatoribus, totam se ad pastores conuertisse, quia isti non in se acerbi fuerant. Ergo ait Gallus: O vos pastores Arcades, cantabitis amores meos in Mænalo, in Lycæo vestris montibus. Ratio cur his tantùm amores suos canendos permittat, quia soli Arcades periti cantus.

[b] Quo meliùs illos alliciat, vult iam ipse illorum quoque amores canere vicem soluens. Perinde ac si dicat: Vos cantabitis amores meos, ego felix essem, & iucundè morerer, si vestros canerem.

[c] Parum ei est visum, velle amores Arcadum canere, vult iam à se, à suo genere, à Romano ciue degenerare (quid non consequatur?) propter amorem Arcadum: vult esse pastor cum illis, gregum custos, vuarum vinitor.

[d] Fingit esse quod optauerat: nimirum, vnum è pastoribus Arcadum. Hac suppositâ fictione narrat, quam amicam, quem amasium habiturus esset; qualiter cum illis vitam agitaturus. Itaque ait: Certè tunc, siue Phyllis mihi esset amica, siue Amyntas amasius, seu quicunque alius furor, id est, amor; nemo horum me fugeret, vt nunc Lycoris, sed vna mecum iaceret inter salices sub vite: quin Phyllis serta mihi legeret, Amyntas caneret, amori meo gratificantes. Explico parenthesin, quam omisit. Nominauit Gallus Amyntam; is nigellus cùm esset, fucum sibi facit Gallus, hac ratione. Quid si Amyntas amasius tuus sit, qui fuscus est? nihil id mea, amabo illum, gratus erit. nam violæ nigræ sunt, vaccinia nigra sunt, & tamen grata: sic color Amyntæ plenus venustatis. An non pulcer sit, etiam si fuscus? Hic vaccinia, sunt hyacinthi. Recurre ad illud, 2. Ecloga *Vaccinia nigra leguntur.*

NOTÆ.

Arcades musici.

1. SOLI CANTARE PERITI ARCADES.] Polib. lib. 4. Hist. multa adducit de studio Arcadū circa Musicam: scribit enim hanc vniuersis hominibus vtilem esse, sed vnis Arcadibus necessariam, hominibus vitæ difficilis, & austeræ. Nam qui locorum difficultate laborant, & cœli asperitate, & pastoralis exercitationis duritia: hac vna re mitem reddunt, & tractabilem naturam. Igitur pueros ab inunte ætate, vsque ad annum trigesimum cantibus hymnorum assuefaciunt, quibus singuli iuxta patriæ morem Genios, Heroas, Deos laudare consueuerunt. Alias artes nescire, indecorum illis non est; Musicam ignorare, turpe censent. Polybij Græcatum in ipso, tum in Athenæo inuenies libro 14. Ex hoc Arcadum studio fictum à Poetis, vt Pan Deus Arcadum fistulam primus inuenerit, quo instrumento rustici vtuntur. Eodem tenore fictum quoque, vt Pan Nympham Echo adamauerit (nam & Echo Panos amicam Archias, & Pana maritum Echus Theætetus suis versibus prodierunt: ille ἠχῶ Πανὸς ἐπάρωμ, hic Πανὸς πάσης ἠχέτ. Integra vide apud Natalem in Mythol.) Cuius figmenti ratio tota pendet ab Musica Arcadum. Nam in Arcadia, vt montosa, & syluis plena, Echo vehementer resonat. Inde est, vt non homines solùm eius regionis, sed montes, syluæ, arbores dicantur canere: quod Poeta attigit, 8. Ecloga nominans *versus Manalios.* & iterum:

Manalus argutámque nemus pinóſque loquentes
Semper habet.

Sit tibi terra leuis.

2. O MIHI TVM, QVAM MOLLITER OSSA QVIESCANT.] Ex veterum superstitione, qui metuebant, ne mortui grauarentur, si illis iniectæ essent glebæ integræ: iccirco illis contritum ac leuem puluerem iniiciebant: hac verborum forma, *Sit tibi terra leuis.* Neque hac solum, sed multis aliis, nam Tibullus libro 2. *teneram humum* dixit, Ausonius *lenem cespitem*, alij *facilem*, alij *mollem*: Græci κούφην γῆν. Apud Persas etiam celebritas defunctorum erat, cui nomen φερέδρα. Testimonia Poetarum quid conferam, cùm nihil in illis hac precatione frequentius.

3. Ex

UVA. BHSC. BU 00239

3. Ex vobis vnvs.] Ciceronem vsum eadem phrasi lib. 7. Epist. ad Trebat. Germanus notat, *esset vnus è nobis.*

Amantes sibi fucum faciunt.

4. Qvid tvm si evscvs amyntas? Et nigræ violæ svnt, &c.] Attingit morem amatorum, qui se mire decipiunt, cùm amant: tegût enim vitia illorum, quos diligunt, & quæ mera sunt peccata in forma, pulcritudinis nomine cohonestant. Qua de re locus est Platonis Dial. 5 de Rep. his verbis Interpretis: *Hic, qui simus est, gravissimus dicitur, laudatúrque a vobis: iquilinum, regium esse dicitis: qui medius est istorum, concinnitatem habere existimatur: nigros, viriles esse putatis: candidos Deorum filios.* Demum concludit, ᾧ εἰπλόγῳ, πάσας σωφρόνως σωφρονίζεσθαι τε, καὶ πάσας φοβεῖσθαι, ὡς τοῦτο μηδένα ἀποκλαίειν τῶν ἀνθρώπων ἐν ᾅδου: *Et ut vno dicam verbo, placet vobis occasiones omnes capiare, nihil que non dicitis, vt neminem adolescentium reuiciatis ex his, qui sunt in florenti ætate.* Verbis, & sententiæ Platonis hæsit Aristænetus lib 1. Ep. 18. Adducam tantùm verba Interpretis Græcis parcès. *Itaque si quis simus, laudas tanquam concinnum: aduncum nasum, regium vocas: medium inter hos, modicum dicis: nigri sunt, viriles appellas: albi, Deorum filios indigetas. In summa quosuis prætextus prætexis, quamuis vocem effers, vt nullum tempestiua ætate amatorem amittas:*

A *sicut vinosos videmus quoduis vinum quamvis præsertim amplexari.* Ad eandem rem spectant versus plures Lucret. lib. 4.

Nigra, melichrous: immunda, & fœtida, acosmos:
Cassia, Palladion: neruosa, & ligneа, Dorcas:
Parvula, pumilio.

Tu reliquos. Exstat quoque præceptum Ouidij 2. Artis ductum ex Lucretio, vbi docet debere amantem occultare vitia illius, quem amat, specie boni. Contrà verò lib. 1. de Remed. docet, qua ratione debeant virtutes formæ dehonestari nominibus vitiorum. Vtrunque locum consultò prætermitto.

5. Et nigræ violæ, &c.] Reddit ex mente Turnebi versum Theoc. εἰδύλ. ᾧ. τὸ ἰον μέλαν ἐν τι, καὶ ἀγεγμὰ ὕγειαμ ᾧ, vide, quæ dicta sunt 2. Ecl. ad illud, *Vaccinia nigra leguntur.* Est. lib. 7. Anthol. Græcum Epigramma mirè quadrans cùm hac sententia, vbi præmissa Didymes puellæ pulcritudine subiungitur hoc distichon, εἰ ᾧ μέλαινα, τί τὸ τοῖχοι ἀνθρακες: ἀλλ' ἐν ἐκείνοις ᾅδηλον, λάμπει δ' ὁ ῥόδεος κάλυκας: *Si autem nigra est, quid hoc? & carbones (nigri sunt,) sed si illos Accenderimus, splendent vt rosarum calices.*

6. Inter salices lenta sub vite.] An intelligit vites maritatas salicibus? fortassis. Neque enim vlmis solùm vites maritantur.

B

> ᵃ Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori:
> Hic nemus, hic ipso tecum consumerer ævo.
> ᵇ Nunc insanus amor duri me Martis in armis,
> Tela inter media, atque aduersos detinet hostes.
> ᶜ Tu procul à patria (nec sit mihi credere tantum)
> Alpinas, ah, dura niues, & frigora Rheni
> Me sine sola vides: ah, te ne frigora lædant:
> Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

C

ARGVMENTVM.

Inuitat ad amœnitatem pastoralis vitæ. Lycoridem, quam dolet versari in Alpibus, vbi immania frigora.

EXPLICATIO.

ᵃ Redit ad insaniam, qui iam Phyllide, aut Amynta contentum se fore dixerat. nam hoc est amatorum ingenium. Inuitat itaque Lycorim à fontibus, qui gelidi à pratis, quæ mollia: a nemore, vbi, si cum ipsa sit, consenescat, nec mutet sedes.

ᵇ Nihil magis contrarium fontibus pratis, nemori quam Martis arma, tela, hostes: illa enim plena sunt amœnitatis, ista horroris. Ad rem. Verè insanus est amor, verè mêtes commutat, nam cùm Gallus sit inter fontes, prata, nemora, putat se esse inter Martis arma, media tela, aduersos hostes: quia videlicet non est Gallus, vbi verè est; sed vbi est Lycoris, quam amat sequebatur verò hæc castra Antonij. Culpa omnis conferenda in amorem, qui insanus. De hoc affectu Dio Chrysost. Oratione 4. τῶν τῶν ἀφρόνων ὄξεται καὶ διαπύρου μανίας: *acutam, & flagrantem amoris insaniam.*

ᶜ Qui proposuerat Lycoridi amœnitates vitæ rusticæ, vt inuitaret eam, vt detineret proponit incommoda, quæ eadem in bello Antonij patitur cùm procul sit à patria. Hæc duo sunt, nives, non quæcunque sed Alpium, frigora, non quæcunque, sed Rheni (obiter obserua locutionem, *Rheni frigora*, id est, amnis glaciatus) Tu ergo *dura* es, & ipsos Alpes superans diritate, quæ *sine me sola* esse potes inter has niues, inter hæc frigora. Deinde cùm magno affectu recurrit ad mala eadem. Ah, ne te lædant Rheni frigora; ah, ne glacies Alpium, quæ aspera est, fecet plantas tuas, quæ teneræ. Explico paréthesin, quam omisi, qua Gallus optat sibi imponere, & fucum facere, neque velle credere, quæ videt. Quasi dicat. Vtinam hoc tantùm mihi accidat in tanta calamitate, vt saltem non credam. Tantùm, ne sic eat credere.

D

NOTÆ.

1. Hic gelidi fontes, &c.] Theocrit. prius pari blandimento.

Ψυχρὸν ὕδωρ πίνοι τις, παλείσθω δὲ πόρινος
Ποία, καὶ σκιερὰ.

Loca similia alibi aperui.

2. Mollia prata.] Ita 2. Georg. *Mollibus in pratis.* Quem locum vide.

3. Nvnc insanvs amor.] Ad ea, quæ dixi explicans locum istum, pertinet illud Plaut. in Cistel. ore Alcesimarchi adolescentis impense amantis: *Vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus.* Nam hoc est proprium amantis.

4. Procvl a patria.] Hoc exemplum euertit opinionem illorum, qui putant particulam *procul* esse præpositionem in istis, procul patria, ædibus, domo, &c. Aduerbium est, & cælus pendet à præpositione tacita, quam, si velis, possis exprimere, vt hic Virgil. Procul non est præpositio.

5. Alpinas, ah, dvras, &c.] Simili affectu Propert. lib. 1. *Tu pedibus teneris positas calcare pruinas?*
Tu potes infelix Cynthia frore nives?
Ad Virgilium videtur allusisse S. Hieron. Quæst. 1. ad Hebidiam: *Quid si Scythiæ frigora sint, & Alpinæ niues,* &c. Totum locũ ita adũbrauit. Bargæus 1. Ecl.

VVA. BHSC. BU 00239

Et nemorum latebras, & inhospita lustra ferarum
Me sine solus obis, & in acres irruis vrsos,
Aggrederísque apros: ah te ne vulnera lædant:
Ah, tibi ne validæ frangantur dentibus hastæ.

Non abit locus Fracastorij cum maximis poetis cõferendi: *Huc ades ô Thelaira. quid, ah, quid grandia farra*
Æstiuo sub Sole teris? mediόque sub æstu
Nec parcis tibi sæua: ah, te ne immitis adurat
Syrius: ah, teneras ne rumpat pustula palmas.

& Ouidij 1. Metamorph.

A *Me miserum ne prona cadas, indignave lædi*
Crura notent sentes, & sim tibi caussa doloris.

Atque vt aliquid ex Græcis libem. Nonnus lib. 16. inducit Bacchum loquentem cum Nympha Nicæa, quam deperibat Virgilianis affectibus, quos sic vertebam: *Quid rosea ô virgo placuere cubilia syluæ?*
Parce precor teneris membris, nec inhospita saxa
Molle terant tergus, nec humus tibi dura prematur.

Postea pari conquestione dolet membra Nicææ lædenda à Sole, capillos à ventis.

[a] Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.
Certum est in syluis, inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerísque meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis,
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.
Iam mihi per rupes videor, lucósque sonantes
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquam hæc sit nostri medicina, furoris,
Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.
[b] Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores:
Nec si frigoribus mediis Hebrúmque bibamus,
Sithoniásque niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec, si cùm moriens alta liberaret in vlmo,
Æthiopum versemus oues sub sidere Cancri:
Omnia vincet amor: & nos cedamus amori.

ARGVMENTVM.

Quærit Gallus dolori suo remedium triplex, quæsitum respuit.

EXPLICATIO.

[a] SVPERIOR pars Eclogæ continuit lacrymas Galli, & amorem eius miserandum: iam hîc vult emergere ex tantis incommodis, & sibi solatium quærere, idque per versus duodecim. Hoc solatium ad triplex caput reducit. Ad versus, quorum cantilena dolori suo lenimen quæret: hos (inquit) canam stylo Theocriti pastoris Siculi, nam ego illos Latinos feci ex Græco Euphorione Chalcidési. Ad domicilium, quod deinceps habiturus est in syluis, inter spelæa, id est, loca ferarum, vbi amores suos scribet in arboribus. Ad lustrationem montium, errationem, & venatum: nam vnà cum Nymphis montem Mænalum collustrabit, venabitur apros, nulla illum amore ardentem frigora impedient, quominus eam partem Arcadiæ, quæ frigidior est in monte Parthenio, suis canibus circumdet. In hac tertia voluptate diutius persistit, & sibi videtur ire per rupes, per lucos agitatione arborum sonantes, sagittas torquere; tanquam hæc res medelam allatura sit furiis amoris, quibus æstuat; aut tãquam Deus (ille malus, & improbus Cupido) mitescere aliquando possit malis mortalium.

[b] Quis non miretur hunc tam perplexum, & varium amatorem? Ecce iam recantãt, quæ nuper placuerant. Tria hæc erant, carmina, syluæ, erratio per montes. Ergo ait. Non placent iam syluæ, nec Nymphæ syluarum Hamadryades; non carmina. Hactenus recantauit res duas. In re tertia, id est, erratione per montes, recantanda, insumit quoque plures versus, vt supra etiam in eadem amplectenda. Ait itaque: Non illum (malum, & improbũ Cupidinem) mutare possunt labores nostri, etiamsi perlustremus, non dico Arcadiam, quæ temperatior pars, sed intemperantissimas regiones atque summè inter se distantes; Thraciam ad septemtrionem, quæ frigidissima; Æthiopiam ad meridiem, quæ calidissima est: illum signat per Hebræum amnem gelidissimum, per Sithonias niues; hanc per arentes arbores, per sidus cancri ignes eiaculantes. Inde colligit, Amore tandem vinci omnia, & parendum Amori.

NOTÆ.

1. CHALCIDICO.] Ex Seruio discimus, Gallum reddidisse Latinè Euphorionis Chalcidensis carmina. Græci opera periisse propter obscuritatem coniicit Victorius lib. 33. c. 13. Nam Euphorionem obscurum fuisse Cicero prædicat. Tantùm itaque restant, & Græca paucula; & quæ Gallus fecit Latina. Ait itaque Gallus, se vertisse versus Græcos Euphorionis in Latinos, quos versus vult canere auena Theocriti, id est, pastoritia. Euphorion Poeta.

2. MODVLABOR.] Verbum hoc pastoritium est, redundant exempla. Itaque bene Scal. lib. 1. Poet. cap. 4. *modulatio in pastionibus inuenta primùm, vel naturæ impulsu, vel auicularum imitatione, vel arborum sibilis.*

SPELÆA

UVA. BHSC. BU 00239

3. SPELÆA.] Glossarium: Ἀντρων κτῆνος. Ad A saporem Virgilij Per. Bargæus, 2. Ecl.

— *vitam in syluis anser spelæa ferarum,*
Noctis, & insomnes sub dio ducimus horas.

In Arboribus amores inscribere.

4. TENERISQVE MEOS INCIDERE AMORES ARBORIBVS.] Mos hic receptissimus, & cantatus veteribus. Theocrit. in Epithal. Helenæ:

Τεγμισσᾶ δ' ἐν ὁλοῖῳ γυμνᾷ πέτᾳ, ὄς ποθ' ἑωὺς
Ἀγλαΐη δ' ὠνεῖ, πίσσον μ' ἔλαινα φυτὸν εἶμι.

Literæ in cortice scribentur, vt quis præteriens
Legat Dorice, veneræ me nam Helenæ arbor sum.

Lucianus ἐν ἐρωτ. loquens de illo, qui deperiit Cnidiam Venerem: καὶ πᾶς μαλακὸς δένδρα ἀρροδίτῃ καλῷ ἐκόρυσσεν: omnes molliculam arborum cortices pulcræ Veneri prædicabant. Interpres Aristophanis in Acharnensibus citat distichon hoc ex Callimacho:

Ἀλλ' ἐπὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γεγμματα, κυδίστῃσιν ὅσ' ἐρέυσι καλοῖς:

Litterulas tot forte insculptas frondibus hisce,
Cydippen pulcram quot memorare queant.

Versio est Erasmi. Pergo à Græcis ad Latinos, vel potius transeo Latinos, & indico illos, ne cogar multos transcribere. Vide itaque Ouidium in Oenone, Propertium libr. 1. eleg. 18. Titum Calpurnium, 1. & 3. Ecl. Veterem Poetam ad Lipsium, 1. Elect. cap. 5. Angelium, 1. & 2. Ecl.

5. CRESCENT ILLÆ.] De eadē re Ouid. in Oen. *& quantum truncis, tantum mea nomina crescent:*
Crescite, & in titulos surgite rite meos.

Vira apud veteres. Acri cur acres. Aprorum dentes ignei.

6. LVSTRABO MÆNALA.] Symmach epist. 26. lib. 9. *agitare venatibus feras, & Apennini gelida lustrare.*

7. ACRES APROS.] Aprorum acrimoniam referunt scriptores ad dentes huius feræ, qui sunt naturæ igneæ. Oppinian. 1. Cyneg. πυρόεντας κάπρος ignitos apros. & in 3. ait, in dente illius esse μαλερὸν πυρόεσσαν ἐνιπλὴν vim ardidam, igneam. Ideo comparant cum fulmine, Ouid. 10. Met. *Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.* & 8. *Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.* De eodē alibi. *Fulmineo rapidos cum totat ore cruentes.* Martial. 11. *Fulmineo spumantis apri sum dente peremta.* Sed certe Aristot. libr. 8. de Partib. Animal. c. 4. ait, apros esse acres, iracundos, animosos, quòd habeant sanguinem multis fibris confertum: nam & animalia, quibus delutior est sanguis, imbellia sunt.

8. NON ME VLLA VETABVNT FRIGORA.] Pari affectu æstuant Poetæ alij, pari calent insania: apud quos amatores nihil horrent, non maria, flumina, gladios, ensēs, rupes, calorem, frigus, hostium acies, nihil denique quantumuis formidandum. Indicabo loca, nō adducam. Medea apud Valer. 8. Arg. *tecum aquora, &c.* de Priscilla Statius 5. Sylu. *tecum gelidas comes, &c.* Propertius libr. 4. Eleg. 3. *Nec me tardarent Scythicæ iuga, &c.* Phædra apud Senecam amans Hippolytum, *Te vel per ignes, &c.* Claudianus 3. Rapt. ore Cereris, *Non Rheni glacies, &c.* Charinus adolescens apud Plautum Merc. *Nec mihi nulla obsistet, &c.*

Parthenius mons.

9. PARTHENIOS.] Seruio, Plinio, aliis Parthenius mons est Arcadiæ, sic dictus à Virginibus, quæ vnà cum Diana ibi venari consueuerant. Claudian. 2. Rapt. de Diana:

Nec quæ Parthenium canibus scrutatur odoris
Aspectata choros.

10. LIBET PARTHO TORQVERE CYDONIA CORNV SPICVLA.] Fortassis meus Galli est, res bellicas tractare, quia tunc in castris, & in medio armorum erat Cytheris, quasi eodem studio, quo illa, teneretur: qua re non alludunt duo loca Senecæ in Hipp. vbi Phædra venationem sequi vult, quia hanc amabat is, quam ipsa deperibat. Prior:

Iunat excitatas consequi cursus feras,
Et rigida multi, gessa, iaculari manu Posterior:
Hunc in nimosi collis herentem ingis,
Et asperæ agilis saxa calcantem pede,
Sequi per alta nemora per montes placet:
Resistet ille, seque mulcendum dabit.

11. PARTHO.] Recutitit Poeta ad locos celebres sagittariorum, vt inde arcum, & sagittas nobilitet: nam cornu, id est, arcum factum ex cornea materia à Parthis sumit: spicula ab vrbe Cretæ Cydone: quæ duo loca celeberrima sagittariorum frequentia, ac peritia.

Hamadryades.

12. HAMADRYADES.] Sunt Nymphæ arborum, sic dictæ, quod nascantur ἅμα σὺν ἕρυσι, simul cum arboribus. Has Nymphas veteres vocarunt etiam viras Querquetulanas, quod obseruauit Iosc. Scal. in Coniectan. ex verbis Festi, & Varronis. Ait prior: *Querquetulanæ viræ putantur significari Nymphæ præsidentes querceto viresceuti.* Posterior: *Ibi lucus Faunalis & viranum Querquetulanarum sacellum.* Addit Festus, inde dictam portam querquetulanam. Sed cur hæ Nymphæ dictæ viræ: Rectè autumat Delrius veteribus fuisse in vsu non solùm *vir viri*: sed etiam *vira, viræ.* Sicuti & Hebræis non solùm est *is*, vir: sed *issa*, fœmina Extremum hoc de Hebræis reperi deinde adnotatum à S. Hieronym. lib. de Quæst. Hebraicis in Genesin. Pro eadem etiam re aduoco auctoritatem Minutij in Octauio, qui fœminam nuptam vni viro vocat *vniviram*, multis *multiviram.*

Virae querquetulanae.

13. NEC SI FRIGORIBVS MEDIIS, &c.] Creditur Poeta imitatus locum Theocriti c. 7. *cit.* Omitto, quia iam alij indicarunt.

Similis est Virgiliano Horatij locus od. 22. lib. 1. vbi loca obnoxia frigori & calori ita digerit:

Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur aura,
Quod latus mundi, nebulæ, malusque
Iuppiter vrget.
Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata.

Adducerem hic, nisi timerem longitudinem, loca quæ piam mihi obseruata, quibus Poetæ iam duas, vt hic Virgil. iam quatuor orbis partes inferunt, miro quodam orationis ornatu: sed solum indicabo. In Lucano 1. Pharsal. ea est pulcerrima exornatio, *Vnde venit Titan, &c.* & lib. 5. *Nam vel Hyperboreæ, &c.* in Papin. 1. Theb. *Limes vterque poli, &c.* & *Nouit & Arctos, &c.* in Sen. in Here. Oet. *Vtrumque Phœbi littus: vtraque Phœbi domus: vtrumque Oceanum: vtraque Tethys.* & in Furen. *Hinc Arctos alta.* Iterum: *Inde qua lucem premit, &c.* & Act. 2. *Quodcunque Titan ortus & labens videt.* In Troad. *Quicquid Sol oriens, quicquid & occidens Nouit.* in lib. 3. Sibyl. carm.

Qua Sol exoriens, qua labens aspicit orbem.

In Claudio Mario victore lib. 3.

Inspice nunc Austrum versus, septēque triones:
Qua Sol exoriens, qua vesperc concidit imo.

In Pruden. Apoth. *Audiit aduentum.* In T. Calpurn. Ecl. 1. *Quæcunque nouum genus ima iacentem, &c.* Satis duxi indicare loca, adeat illa, qui vult imitari. Longissima est harum partium delcriptio in Nonno 2. ab eo versu εἰ δ' ἐς ἀντολίην. Breuissima ciusdem hæc 14. εἰς νότον, εἰς Ἑῴην, εἰς ἑσπερον, εἰς κλίνε βορ.

14. SI THONIAS.] Thracia, vel potius pars quædam eius dicta est Sithonia.

Verso, pro pasco.

15. VERSEMVS OVES.] Verso posuit pro pasco, nam ques in omnem partem verfantur ad læriora pabula. Expressit verbum στρέφω, verso, vertō:

vel potius dissolvit οἰστρόω, id est,
oues verto.

Hæc

VVA. BHSC. BV 00239

[a] Hæc sat erit Diuæ vestrum cecinisse Poetam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.
[b] Surgamus; solet esse grauis cunctantibus vmbra.
Iuniperi grauis vmbra, nocent & frugibus vmbræ.
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

ARGVMENTVM.

Absoluitur Ecloga cum commendatione amoris erga Gallum.

EXPLICATIO.

[a] ORSVS huius Eclogæ fuit ab Arethusa, & cœtu Naiadum: desinit in Pierides, cũ quibus loquens, ait: satis esse, si hæc luserit, sedens præsertim, occupatúsque in texenda fiscella ex hibisco, quo innuit tenuem stylum Bucolicorum: petit verò, vt quæ ipse minima fecit in gratiam Galli, Musæ faciant maxima, id est, honorem dent, & dignitatem his, quæ ipse fecit. Reddit rationem, quare hoc optet, quia Gallum amet indies atque indies magis, imò in horas penè singulas. Quod ornat comparatione alni crescentis attollentisque se initio veris, ac sese in omnem partem ramorum foliorúmque viriditate diffundentis.

[b] Præmisit, se sedendo texuisse hoc carmen, ideo nunc ait, *surgamus*. Reddit rationem, quia noctis vmbra grauis est, & nocua cunctantibus in ea. Adeò hoc verum (inquit) vt vel vmbra etiam iuniperi, quæ grata alioquin, & amœna, grauis sit, si in ea sit cunctatio. Imò in vniuersum (inquit) vmbræ frugibus nocent. Mox se ad capellas conuertens, ait, domum vt eant, tum quia iam saturæ, tum quia apparet Hesperus.

NOTÆ.

1. GRACILI.] Putant nonnulli, allegoricè allusum ad tenuem stylum, & genus humile Bucolicorum.

2. FISCELLAM TEXIT.] Cum respectu ad hunc locum Hieron. in Præfat. lib. Iob. *Staui piscellam iunco texerem, aut palmarum filia complicarem.*

3. GALLO, GALLO.] Geminatio ista dulcissima est. Ita Hom. 2. Il.

Νιρεὺς δ' αὖ σύμηλεν ἄγεν τρεῖς νῆας, ἐΐσας
Νιρεὺς Ἀγλαΐης δ' υἱὸς:
Nireus ex Syma tres naues æquales duxit,
Nireus filius Aglaiæ.

Itaque quamuis geminatio semper sit grata, sed gratissima in nominibus propriis. Exempla, quia obuia, non adduco.

4. CVIVS AMOR TANTVM MIHI CRESCIT IN HORAS.] Pet. Bargæus 2. Ecl.

Tu vero, cui cuius amor mihi crescit in horas
Valori, & nostro solus iam pectore regnat.

5. QVANTVM VERE NOVO.] Crescentem in se amorem Galli comparat cum arbore crescente. Blanditiæ istæ à re syluestri quæsitæ aliis. Anacreon, μηδὲ παρέστω δυσ- ἄκμαιον ὄφρις: *Neque flos est prior pulcritudine tua.* Clemens in Pædag. citante Vrsino: ἁρέστῃ γὰρ ἐστιν ὁμοίως ἀνθεῖον ὡς ἄρτι: *Laudata vir-*

tus crescit instar arboris. Horat. 1. Carm.

Crescit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli.

Multa in hunc locum conferri poterant ex Theocrito, atque Ouidio sub persona Cyclopis: verque enim plura aduocat ex re rustica ad Galateam ornandam.

6. SVBIICIT.] Verbum hoc pro crescere & se attollere in vsu est Virgilio cita 2. Georg. Subiicio quid.

— *Parnassia laurus*
Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.

10. Æneid. — *corpora saltu subiiciunt in equos*: id est, erigunt, & attollunt. Et 4. Georg.

Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.

Monuerunt Henr. Stephanus, Gisanius, Germ.

7. CVNCTANTIBVS.] Non manibus solùm & pedibus, sed toto animo eo in emendationem & explicationem Titij lib. 10. Locorum cap. 1. vulgo legitur, *cantantibus*, sed vetus lectio *cunctantibus*, hæc melior, & expediendo Poetæ aptior. Nam Poeta, qui potuit dicere, vmbram grauem esse cantantibus, qui sæpissimè pastores suos inducit cantantes sub vmbra arborum cum amœnitate & voluptate? Quæ res in Theocr. etiam, & aliis obuia. Deinde, quomodo vmbra Iuniperi nocua? aut quis scribit? imò Græcis ἀνῳδὸς & dicitur, τυφὸ τὸ κεύθειν ἀοιδήν, id est, ἐκκαθίπτειν ab occultando & depellendo nocumento, nihil enim venenosum patitur. Ideo in pestibus vbium ea expetitur, & in ædes confertur: putatur enim inesse in ea vis contra pestem, est enim mirè odorata. His rationibus inductus Titius ait, hanc esse leuem quandam & aptam digressionem ad finiendam Eclogam ex nocte aduenientem, non dissimilem illi, quæ est in 1. Ecl. Iuniperi vmbra grata.

Maioréque cadunt altis de montibus vmbræ.

Vt dicat Poeta, surgendum à cantu, quia vmbra aduentantis noctis grauis est, quod firmat tum ex vmbra Iuniperi, quæ, cùm grata alioquin sit & suauis, potest esse grauis ex nimia cunctatione, tum ex generali doctrina, quæ vmbræ nocent frugibus. Nec me mouet, à Villiomaro reprehendi Titium, cùm præsertim hic in suis Assertationibus Villiomaro satisfaciat. Nocumentum hoc prouenientem ex cunctatione, Lucretius attigit lib 6. his versibus:

Arboribus primum certis grauis vmbra tributa est,
Vt queadeo capitis faciant vt sæpe dolores,
Si quis eas subter iacuit prostratus in herbis.

Signatè ait, *iacuit*, & *prostratus*, in quibus cunctatio inest.

8. ITE DOMVM SATVRÆ.] Ita in 7. Ecl.

Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.

Et Nemes. 2. Eclog.

— *stabula pastos inducere tauros.*

Oppian. etiam 1. Cyneg. de gregibus, cùm redeunt ad sua stabula, ait, ἐπεὶ δόμονδε κιόντες, καὶ ὕδατα κυμαίνοντα: *Grauati mammisque, & vbera turgentes.*

FINIS ECLOGÆ DECIMÆ.

UVA. BHSC. BU 00239

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICORVM
LIBER PRIMVS.
ARGVMENTVM.



HABET hic Liber sex partes, præter propositionem operis, & inuocationem Numinum: habet (inquam) partes sex, prima continet arationem, secunda sementem, tertia inuentionem frugum, quarta instrumentum rusticum, quinta operum rusticorum tempora, sexta prognostica. Indicabo breuiter, quid quæque harum partium complectatur. In prima itaque parte docet, vti incoanda aratio vere primo: discenda prius natura soli, quod arandum est: attinguntur obiter varij terrarum mores, leges, ingenia: discriminat inter pinguem & tenuem terram, docens, quo tempore quæque earum aranda sit: præfert agris omnibus noualem, quem si habere nequeat pauper agricola, adhibet tres modos, quibus terra nouitatem induat, videlicet mutationem seminum, fercorationem, vstionem. Secunda pars continet sementem, docetque vti solum sterile curandum sit, vti fertile, enumerátque pestes satorum: ex quarum pestium occasione digreditur ad ætum Saturni & Iouis, ac discriminat inter felicitatem prioris, & posterioris laboris: ex quibus sub loue laboribus natæ sunt artes ad vitam tolerandam, interque ceteras agricultura. Tertia pars, quæ pendet ab extrema secundæ, indicat agricolationis originem primam, hæc est Ceres: causam eius originis, nimirum inopiam glandium. In hac parte docet quoque, qui labores hanc artem comitentur, & quæ remedia contra illos. Pars quarta continet instrumentum rusticum, & sistitur in aratro, vt quod præcipuum, & maximum ad colendam terram: huic tractationi adnectit aliam de paranda area, atque ex occasione areæ, quæ paranda ad messem & triturам, infert quæpiam circa messem & prouentum, videlicet, quo signo discat agricola futuram anni felicitatem & infelicitatem. Pars quinta insumitur in docendis temporibus operum rusticorum: incoat à necessitate Astrologiæ: deinde docet, quo tempore ferenda quæque: & quoniam hæc pendent ab Astrologia, adducit latam cæli descriptionem, ex cuius cognitione pendet cognitio tempestatis futuræ, tempus metendi, ferendi, ac nonnulla alia: mox latè vagatur in scribendo, quid faciendum tempore pluuiæ, diebus festis, transitque ad obseruationem dierum Lunarium, neque hoc contentus adhuc discriminat, quid facere agricola noctu, quid luce debeat: ac demum huic parti, quoniam ea est de Astrologia, annectit tempestatem, quæ duobus anni temporibus solet contingere, affertque remedium duplex contra illam, alterum à cognitione cæli, alterum à religione erga Deos. Sexta & extrema pars versatur in prognosticis tempestatum. Primùm ponit ventorum prognostica decem: deinde pluuiarum duodecim: tertiò serenitatis nouem: quartò transit ad prognostica, quæ sumenda à Sole, & Luna, Lunæ tria afferuntur, Solis multa: quintò denique excurrit ad narranda præsagia, quæ post cædem Iulij in Senatu,

ante

UVA. BHSC. BU 00239

anteceſſerunt bellum ciuile Auguſti contra Brutum & Caſſium, abſolutéque librum cum precatione ad Deos pro vita Auguſti, qui vnus poteſt ſalutem vniuerſo orbi afferre bellorum tumultibus agitato.



VID faciat lætas ſegetes, quo ſidere terram
Vertere Mœcenas, vlmíſque adiungere vites
Conueniat: quæ cura boum, quis cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam.

ARGVMENTVM.

Proponit quid dicturus in libris quatuor Geoʒgicorum.

EXPLICATIO.

ITA rem diſponit his verſibus loquens cum Mœcenate, vt ſegetes, & terram vertere, id eſt, arare, ſuſtineant argumentum libri primi: vites vlmis adiungere, ſecundi: cura boum, & cultus habendo pecori, id eſt, vt habeatur, tertij: experientia, quæ neceſſaria ad apes, quarti. Cùm in fine ait: *Hinc canere incipiam*, eſt (explicante Seruio) non ab apibus, ſed ab ſegetibus. Sed non placet, imò ait: Incipiam B ortum cantus mei ab his quatuor rebus ruſticis, non ab armis. Quaſi Æneidem ſeparet à re agreſti. Hæc ſententia Expendat Lector Veneres, quæ ſparſæ in verſibus. Segetes dicit *lætas*, quæ vox auditorem afficit propoſito ſtatim riſu & lætitia agrorum. Maluit *ſidere* excellenter, quàm *tempore* vulgariter. In illis, *vlmíſque adiungere vites*, innuit coniugium vitium cum vlmis. Cùm dicit *cultus*, quid aliud ſignificat, quàm agricolationem, quæ horum librorum argumentum? Cùm de apibus, *experientia* ſe rei ruſticæ experientiſſimum profeſſus eſt, nam nulla ferè res inter ruſticas maiore eget experientia. Cùm apes *parcas* nominat, attingit ſignatam illatum naturam: eſt enim frugi animal, parcum, atque laboris ſui retinentiſſimum.

NOTÆ.

Terra quadruplex.

1. QVID FACIAT.] Quadruplicem diuiſionem, quam exhibet in hoc initio, ſumſit ex Varrone, atteſtante Seruio, his verbis: *Nam omnis terra, vt etiam Varro docet, quadrifariam diuiditur. Aut enim arua eſt eger sià eſt ſationalis: aut conſitus, id eſt, ſatu arboribus: aut paſcuus, qui herbis tantùm & animalibus vacat: aut floreus, in quo ſunt horti apibus congruentes, & floribus.* Hinc colligas, cur Poeta fecerit libros Georgicorum, nec plures, nec pauciores, quàm quatuor. Quicquid enim fructificum eſt in plantis, reduci neceſſariò debet ad hæc quatuor capita. Itaque primus liber deſtinatur frumentis: ſecundus arboribus: tertius paſcuis boum, equorum, caprarum, ouium: quartus floribus ad apes. Cicero pro Leg. Manil. triplicem diuiſionem amplexus eſt, omiſſis floribus, cum ſcripſit de Aſia, eſſe opimam & fertilem, *& vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis.*

Lætitia de ſegetibus.

2. LÆTAS SEGETES.] Volunt his reddi Hemericum Il. 12. πίονα ἔργα, vt etiam alibi, *pinguia culta, & ſata læta*. Plin. lib. 16. c. 25. *flos gaudium arborum*. Ammian. lib. 24. *agros pube variorum ſeminum lætos.*

Terram vertere.

3. TERRAM VERTERE.] Vſurpauit prius Lucretius lib. 1. *Quæ nos fœcundas vertentes vomere glebas.* Poſt vtrunque Flaccus 7. Arg. *Hanc iace per medias, cum verteris aquora, meſſes.* Tertul. in Geneſ. *Aſt alius curuo terram ver ebat aratro*; & alij: ſed ſignatè ad Virg. alluſit Politian. in Manto:

Ecce laceroſi quæ unt noua turba coloni,
Quo ſegetes veniant campo, quo ſiácre tellus
Vertatur.

4. VLMISQVE ADIVNGERE VITES.] Coniugium vitium, & maritationem cum arboribus celebrant paſſim ſcriptores rei ruſticæ, qui mos præſertim viguit in Italia. In qua re principem locum vlmis dat Plin. lib. 17. cap. 23. vt inde nobiliſſima vina & laudatiſſima exſiſtant: in quam rem inclinat frequentiſſimus conſenſus Poetarum, & ſcriptorum rei ruſticæ, qui ſemper vlmum nominant; vide longiſſimum cap. 6. Columel. in 5. rei ruſticæ. Itaque vlmus, mas eſt: vitis, fœmina, ex quo coniugio exſiſtit feraciſſima vuarum ſoboles. Hoc certum, ſed tamen vites *in Campano agro* (ait Plinius lib. 14. cap. 1.) *populis nubunt*. Inde Platanum *cœlibem* appellat Horatius lib. 2. od. 15. & lib. 3. Epig. 57. Martialis *viduam*, quòd hæc arbor inepta ſit his nuptiis. Vites iugatas ſuſtentatáſque arboribus *arbuſta* nominant. Porrò ab his coniugiis non abeunt amores illi, quos in genere de arboribus omnibus prædicant ſcriptores rei ruſticæ. Sed ſingulare inprimis exemplum eſt illud de palma mare arefcente ob abſentiam palmæ fœminæ, quod cùm videt peritus agricola, deprehenſo amore, ſurculum adimit palmæ fœminæ, atque in maris cor inſerit, ſtatimque excitatur ac reuireſcit amatæ fœminæ complexibus. Narrat hoc fusè Achil. Tatius, Alexan. lib. 1. de Chitoph. & Leucippe. Neque diſſidet, quæ Plinius ſcribit libr. 13. cap. 14. de eius arboris blanditiis, maritatione, intellectu Veneris inter marem & fœminam. De amoribus quoque palmarum, generatione, nonnulla Ammianus libr. 24. ſed, ne otioſe hanc operam ſumſerim, redeo ad vitem & vlmum: de quibus eodem pene ſenſu, quo de palma Tatius, dixit Iuuenalis Sat. 8. *Stratus humi palmes viduas deſiderat vlmos.* Quaſi vites languidæ ſint, & minùs fructificæ, ſi arceantur à complexu vlmorum, quas amant. Sed placitum ſubiungere vti alij variauerint nuptias vlmorum & vitium. Poeta ipſe in laudibus horti, *Vuis vlmos geminat*. Terentianus, *flagella iugare*. Catullus, *Vitis amborem implicat*. Statius, *Vitis ſociata, vlmus redmita racemis caris*. Ouidius, *Vimi amictæ vitibus*. Martialis, *Vlmi iunguntur vuibus*. Manilius, *Vitem nubentem*. Plinius lib. 16. cap. 17. hæc connubia *amicitia* nomine conſtituit. Sidon. Apoll. Panegyr. ad Anthem. vlmum vocat *viticomam*. Sed pulcerrimè variat Nonnus 3. Dionyſ. vbi de arbore quapiam implicata alteri ait, ἐπιμίσγε, *verberabat*. Iterum pulcerrimè etiam lib. 12. nam loquens cum vite ait, illam eſſe dominam arborum, nam ſcandit per illas, tanquam per humeros famularum.

Coniugium vitium.

Vlmus mas vitis.

Platanus cœlebs.

Palmarum amor.

UVA. BHSC. BU 00239

5. BOVM.] Principe loco boues ponit, κατ' ἐξοχὴν, mox pecus reliquum.

Apes parcæ. 6. APIBVS PARCIS.] Hæc vnica illarum nota. Plin. lib. 11. c. 19. *Aliquando & ipsæ contrahunt mortis sibi causſas, cùm ſenſere eximi mella auidè vorantes. Cetera præparce, & quæ alioquin prodigas atque edaces, non ſecus ac pigras, & ignauas proturbent.* Sumſit ex Aristot. lib. 9. Hiſtor. animal. ἐξελαύνουσι δὲ καὶ τὰς ἀργὰς ἐκ μελιττῶν, καὶ τὰς μὴ φεισομένας: *Apes expellunt ab alueariſbus & pigras, & non parcas.* Ibidem apes omnes dicuntur magno elogio φειδόμεναι, *parcæ*: ſed & Gaza χρηστὰς μελίττας, Aristoteles vertit *frugi*. Martial. lib. 14. epigrammate, quod proximum vltimo:

——*parca laborat apis.*

——Vos ô clariſſima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
b Liber, & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta,
Poculáque inuentis Acheloia miſcuit vuis:
Et vos agreſtum præſentia Numina Fauni,
Ferte ſimul Fauníque pedem, Dryadéſque puellæ.
Munera veſtra cano. Túque, ô, cui prima ferentem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci.
c Ipſe nemus linquens patrium, ſaltúſque Lycæi
Pan ouium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ,
Adſis ô Tegeæe fauens, oleæq; Minerua
Inuentrix: vncíque puer monſtrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.
d Diíque Deæque omnes, ſtudium quibus arua tueri,
Quíque nouas alitis nonnullo ſemine fruges,
Quíque ſatis largum cœlo demittitis imbrem.

ARGVMENTVM.

Inuocat Numina, quæ præſident rebus ruſticis, contentis quatuor libris Georgicorum.

EXPLICATIO.

a POST propoſitionem inuocat principe loco Solem & Lunam: adiungit rationem, nam hi è cœlo annum ducunt.

b Ab inuocato Sole & Luna, qui duo neceſſarij in genere ad ſegetes, arbuſta, pecora, mellificia, pergit ad inuocationem illorum Deorum, quorum opera neceſſaria eſt ad ſingula. Pro ſegetibus libri primi inuocat Cererem, pro arbuſtis ſecundi Bacchum, pro pecoribus tertij Neptunum, pro mellificiis quarti Ariſtæum: adiungitque ſimul rationes, cur hos, non alios inuocet. Ergo Bacchum & Cererem inuocat: hanc, quia glandem mutauit in frumentum: illum, quia vinum inuenit, quod aquæ (Acheloum enim pro aqua ponit) miſceretur. Porrò Baccho adnectit Faunos & Dryades: nam tam Fauni, quàm Dryades miniſtri erant Bacchi, & Dij, ac præſides rerum ſylueſtrium. Vocat verò Faunos *Numina præſentia*, quia non à longè, vt cœleſtes res agrorum contuentur, ſed ipſi adſunt, verſantúrque inter ſyluas. Ab his pergit ad Neptunum, nam tellus ab eo percuſſa, equum edidit: & quidè de equis agit copioſè in libro tertio. Demum contendit ad Ariſtæum pro quarto libro, quem Deum notat à nemoribus, & Cæa inſula, vbi eius iuuenci ter centum, id eſt, multi paſcuntur dumeta pinguiſſima: fertur verò ille inueniſſe in ea inſula opificium reparandi mellis.

c Nemo putet confuſè, & turbidè inuocata Numina à Poeta. Ecce iterum non contentus præcedenti inuocatione recurrit ad quatuor alia numina pro iiſdem quatuor libris, & ſimul rationes adiungit, cur hos Deos inuocet. Ergo Panem inuocat pro tertio libro, quia is ouium cuſtos: Mineruam pro ſecundo, quia oleam inuenit: Triptolemum puerũ pro primo, quia is aratri repertor: Syluanum pro quarto, quia huic Deo ſacra ſunt ſylueſtria omnia, vt nemora, valles, montana: in quibus locis frequentiſſima apiaria. Deinde illi cupreſſus eſt ſacra: Poeta enim plantam ſumſit, quæ frequens eſt in hortis, in quibus alueatia ſunt, & ea nota dixit Seruius ex Varrone, *Ager floreus, in quo ſunt horti apibus congruentes, & floribus.* Porrò Syluanus fingebatur ferens cupreſſum integram in manu.

d Poſt inuocata Numina peculiaria his quatuor libris, Deos reliquos, quos ipſe ignorat, qui tamen prodeſſe poſſint rei ruſticæ, in vnum aceruum conijcit, ac pariter omnes ſimul inuocat, ſed cum diſtinctione hunc in modum. Adeſte Dij, & Deæ omnes, qui aruis ſtudetis, tum ſemine aliquo nouè inuento, ad frugum propagationem, tum imbribus è cœlo miſſis, ad vtilitatem ſatorum. Itaque particulas encliticas *que, que*, quæ ſunt in penultimo & vltimo verſu, accipio pro *tum, tum*: quaſi his tantum duobus modis propagari res ruſtica à Diis poſſit, nam cetera inuenta & labores mortalium ſunt: duo illa, Deorum. Hæc profectò venuſtior ſententia eſt, quàm ſi hos verſus vulgariter capias. *Nonnullo ſemine* explico, aliquo: de qua voce latiſſimè in hunc locum Germanus.

NOTÆ.

1. VOS Ô CLARISSIMA MVNDI LVMINA.] Aliqui putant, non hic inuocari Solem & Lunam, Luminaria mundi Sol & Luna.

UVA. BHSC. BU 00239

& Lunam, sed tantùm Bacchum & Cererem, qui A duo dicantur annum ducere, quia præcipuas anni partes, messem & vindemiam ista docet Germanus. Sed placet potiùs, vt per *clarissima lumina* intelligas Solem & Lunam, distinguásque à Baccho & Cerere. Primò, quia verba ipsa vnicè notant Solem & Lunam. Deinde, quia *annum ducere*, commodiùs capitur de illis, qui ducunt annum integrum, quàm qui duas tantùm anni partes. Tertiò hoc elicias ex imitatione loci Varroniani, vbi disceminatim Sol, Luna, Bacchus, Ceres inuocátur. Atque Virgilium Varroni institisse putant viri docti non pauci. Quartò, ita Virgilium interpretatur Apul. in lib. de Deo Socratis, his verbis: *Cœlues partim visu vsurpamus, alios intellectu vestigamus. Ac visu quidem cernimus Vos ô clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum. Nec modò ista præcipua, Solem dico oppidem, Lunámq; Solis æmulam, &c.*

2. MVNDI.] Aliqui hic cœlum capiunt. Non placent, nam discriminans postea addit, *Cœlo quæ ducitis annum.* Itaque sententia est: vniuersum mundum illustratis ducentes annum è cœlo.

Bacchus eur liber. 3. LIBER.] Cur Bacchus liber vocetur hunc in modum Plutarchus disserit in Quæst. Cent. *Virum quia potantibus libertatis pater existit? Redditur enim per vinolentiam vulgus hominum audax, ac libertate linguæ impletur. An quod libamen præbuit? An, vt vult Alexander, à libera Bœotia Bacchus liber dictus est?* Caussam primam Horat. attigit 3. Car. od. 21.

Tu spem reducis mentibus anxiis,
Virésque, & addis cornua pauperi,
Post te neque iratos timenti
Regum apices, neque militum arma.

4. ALMA CERES.] Trahi potest Numen Cereris non solùm ad librum primum, sed ad tres reliquos; nam ea rebus omnibus rusticanis putabatur præsidere. Pertinet ad hoc locus Pausaniæ in Arcadicis, vbi aræ cuiusdam meminit, in qua Cereri offerebantur fructus arborum, faui, lana, alia item. Quæ pertinent ad secundum, quartum, tertium librum Georgicum. Cum hoc facit, Cererem appellatam ab eodem Pausania μελιλοβρον, *laniferam*, quo cognomine culta est in Megaride: & μηλοβρον, *ouiferam*. Sed quare *alma*? quia verè altrix rerum, & creatrix. Eurip. Phœniss.

Ceres lanifera & ouifera.

δημάτηρ θεὰ, ἀ τᾶν πάντων
αὐξαν, ἀπ' αὖ—
πων ϑ' ἁ ἔχοῦσ': Ceres Dea omnium domina, omnium terra creatrix. Apul. lib. 11. *Tu Ceres alma frugum parens.* Vt verò Poeta Liberum, & Cererem in vnum coniunxit, ita Pind. od. 7. Isthm.

5. VESTRO SI MVNERE TELLVS.] Lucretium lib. 5. eadem sententia vsum, neque verbis admodum dissimilibus, Virsius notauit:

Nam Ceres fertur fruges, Libérque liquoris
Vitigeni Latiçem mortalibus instituisse.

Et Ego Apuleium lib. 11. qui de Cerere ait, remouisse ferinum pabulum vetustæ glandis, miti cibo commonstrato. Claudian. quoque de Raptu cum imitatione aliqua Virgilij:

Vnde data populi fruges, & glande relicta
Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.

Si, pro siquidem. 6. SI.] Pro *siquidem*, accipit Seruius.

7. CHAONIAM GLANDEM.] Epiroticam. Adi indicem. Accipit hic Poeta species pro generibus, neque enim glande tantùm Epiri vesci homines consueuerunt, aut de solo Acheloo potarunt. Neque verò erit inuenustæ diligentiæ obseruare ex vna Epiro erutam glandem, & Acheloum. Alius nihil penſi habens ad diuersas orbis partes confugeret, & cum glandibus Epiri coniungeret aquas Nili ex Ægypto. Hic obseruet lector non cruda glande vesci solitos mortales, cùm eo cibo vtebantur. Arnobius clarè lib. 2. *Cibus aut sit panis ex farre, aut (vt secula inuenit antiqua.) ex cinere caldo glandes, aut ex ramis agrestibus baccule.*

8. PINGVI.] Cùm aristæ dicta sit ab ariditate, laudandus est Poeta, qui pinguedinem illi adiunxit elogii loco.

9. ACHELOIA.] Erutum hoc ex intima antiquitate docti omnes fatentur, neque enim *Acheloia pocula* simpliciter pro aqua dixit, vt potuisset alium fluuium nominare: sed, vt dixi, habita ratione antiquitatis ad hunc fluuium confugit potius, quàm ad alium. Est enim in fabulis, & scribit Vibius, hunc fluuium primum omnium terra erupisse. Inde est, vt cùm veteres aquam vellent nominare, pro aqua dicerent Acheloum, non Nilum, Padum, Istrum, &c. Docet hoc Eustathius in 2. Il. ait enim, omnem mótem editum dici Idam, ὥσπερ καὶ πᾶν ὕδωρ ἀχελῶϑ: *Vt omnis aqua Achelous.* Ephorus quoque lib. 2. Hist. apud Macrobium: Μάλιστα γὰρ ὕδωρ ἀχελῶον παρασαρδόμενοι ἐν ταῖς ὁρκοις, καὶ ἐν ταις ἀγναις, καὶ ἐν ταις ϑυσίαις: *Præcipuè enim aquam vocamus Acheloum in iuramentis, precationibus, sacrificiis.* Hermione apud Eurip. in Androm. vbi Andromachæ ipsi miniatur, facturam se vti domum verrat, aquamque ad verrendum spargat, pro aqua ἀχελῶα ῥοσσὸν dicit: *Acheloi rorem.* Athæus Poeta Satyros inducit ægrè ferentes dari sibi vinum aqua mistum, & pro aqua Acheloum dicunt, μῶν ἀχελῶϑ ὖν κεκερασμὸν πιὼν: *Nunquid admistus eras Achelous multus.* Multa ad hanc rem afferunt Macrobius, Virsius, Seruius, Pet. Dan. Brodæus lib. 1. comm. Epigr. Græcorum, Turnebus, Goropius in Hermath. lib. 6. vbi ait, Achelous prima omnium lingua dictum, *Ac, hel, hoi*, quæ tres voces signant *aquarum excellsum principem.* Ergo ex hac doctrina Poeta pro aqua Acheloum nominauit. Ad eandem rem pertinet sequens Nota.

Aqua omnis dicitur Achelous.

Acheloi etymon.

10. MISCVIT.] Scribit Hyginus, approbátque Alciatus lib. 9. Parer. cap. 2. & Titius contra Villiomarum, in Ætolia primùm aqua Acheloi fluminis vinum dilutum fuisse ab eo, qui deinde Cerasus dictus est, quoniam κεράσαι Græcis est miscere, vt meritò Virgilius videatur allusisse ad hanc fabulam, cùm potius verbum *misceo*, quàm aliud intulerit, præsertim addita mentione Acheloi, quem fluuium inter Deos numerat Artem. lib. 2. c. 35.

11. AGRESTVM.] Sicuti statim initio bucolici carminis, totius illius operis argumentum constituit, eo versu,

Agrestis de agricolis.

Syluestrem tenui Musam meditaris auena.

sic nunc, cùm *agrestes* dicit, argumentum proponit horum librorum, tam enim dissident agrestes à pastoribus, quàm agri à syluis.

12. FERTE PEDEM.] Catull. ante nostrum: *Abite illuc, vnde malum pedem attulistis:* & Plaut. Men. *Fer pedem, confer gradum:* & Amph. *Pedem huc intuli.* Nata, vt credo, locutio in omnibus à forma illa, quæ trita in Latio: *Ire manibus pedibúsque in alicuius sententiam.*

Pedē ferre.

13. FAVNI, DRYADES.] Inuocat hos Deos, coniungit simul, Baccho annectit. Inuocat, quia putantur rebus rusticorum præsidere. Plin. lib. 12. c. 1. *Quin & Syluanos, Faunósque & Dearum genera syluis, ac sua Numina, tanquam & cœlo, attributa credimus.* Per Dearum genera, quæ in syluis sunt, intelligit Dryadas. Coniungit simul, nam Fauni ac Dryades commu-

Fauni & Dryades cōiuncta numina.

VVA. BHSC. BU 00239

communibus sacris coli solebant, quod Ianus Parrhasi. in Claud. notauit, & inde à Virgilio hîc vna inuocari, & à Claudiano coniunctim dici, *Faunorum, Dryadúmque dolor.* Bacchо annectit, quia eius comites. Ouid. in Phæd.

Nunc ferer, vt Bacchi furiis Eleides actæ,
Quaque sub Ideo tympana colle mouent:
Aut quas semidiæ Dryades, Faunique bicornes
Numine comactas attonuere suo.

& Petron. Sat. *Bacchi tutor, Dryadúmque voluptas.*

14. TVQVE ô.] Non sine huius imitatione Sido. Panegyr. ad Anthem.

Tuque ô cui laurea Iane, &c.

Tellus cur prima dicta.

15. PRIMA.] Ratio quadruplex, cur Tellus dicta; prima, vel quia in prima rerum constitutione emersit ante omnia elementa. Quin, si Hesiodo credimus in Theog. exstitit etiam ante cœlum. Itaque primatus originis Telluri datur. Secundò, quia Tellus parens Deorum fuit vnà cum Cœlo, & ideo princeps & prima. Hesio. Theog. Θεῶν γὰρ ὧς ἔτικτε, καὶ Οὐρανὸς ἐύεὶς ἐπικτιν. *Deorum genus quos Tellus & Cœlum latum genuerunt.* Tertiò, Tellus dicitur prima, vt notetur littus maris, vbi equus productus à Neptuno. Nam Virg. ipse 1. Æn. *primáque vetant consistere terra*, id est, littore. Quartò, habetur fortasse respectus ad Atticam, vbi eductus equus ictu Neptuni. Athenienses enim se primos omnium esse prædicabant, & certabant non solùm cum Argiuis, vt scribit Pausanias, sed cum vniuerso orbe de generis antiquitate. Ex his lectori relinquo, quam ipse velit. Extrema ratio refellit errorem illorum, qui

Neptunus vbi equum produxerit.

equum in Thracia productum aiunt à Neptuno, non sic est, sed in Attica: & illi quidem nullum pro se adducunt auctorem, pro me est Sophocles, apud quem in Tragœdia, cui nomen Oedip. in Colon. (quæ Tragœdia in Attica facta esse fingitur) cùm chorus prædicasset, magnam se habere laudem in vrbe omnium parente (Athenas intelligit) ex gloria equorum, gratias agit Neptuno, qui Atticam ad tantam gloriam euexerit, vt illi viciniæ equum tradiderit. Græca, quia multa, omitto. Aliis vti possem, sed satis Sophoc. contra Baptist. Egnatium c. 8. Racemationum. Scio in hac re variatum à fabulis, nam alij in Arcadia, alij in Thessalia productum equum aiunt, quod attingit Seruius Danielis, sed de Thracia nondum legi. Ad opinionem Thessaliæ spectant versus isti Lucani lib. 6.

Primus ab aquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis ciuilibus omen
Exiluit.

16. FREMENTEM.] Fremitum equis Latini Poetæ sæpe attribuunt, & ferè omnes post Virgilium, vt illi hæsisse credi possint.

17. FVDIT EQVVM.] Ex Lucretio fortasse, qui lib. 5.

Tempore quo primùm Tellus animalia fudit.

18. EQVVM.] Producti equi à Neptuno fabula aliter à Seruio narratur, aliter à Varrone. Perstringam vtrunque breuiter, quia ad rem meam necessarium. Contendebant Neptunus & Pallas, vter nomen Athenis daret: Iudicarunt Dij, vt is daret, qui melius munus mortalibus produxisset. Pallas oleam produxit, Neptunus equum. Iudicatum est pro Pallade, victus Neptunus, nam olea equo præstare existimata est. Itaque Pallas à se Athenas nominauit. Ita Seruius. Sed Varro, cùm paria narret, in hoc dissidet, quòd à Neptuno in ea contentione aquam productam dicat, non equum: & in hoc munere victum fuisse à Pallade. Eadem Ouid. lib. 6. Met. vbi in contentione Palladis & Neptuni, de hoc ita scribit,

Stare Deum Pelagi, longoq; ferire tridente
Aspera saxa facit, medióque è vulnere saxi
Exsiluisse fretum.

Sic habent boni & puri codices, non *ferum*. Hinc est, vt in versu Virgilij, quem habeo in manibus, aliqui legant, *Fudit aquam magno Tellus percussa tridente*, quod admonet Seruius Danielis. Hinc liquet iuxta Varronem, Ouidium, alios, productum equum à Neptuno fuisse citra vllam contentionem cum Pallade. Ad rem. Respexit procul dubio Poeta posteriorem narrationem, non priorem, vt multi, ne dicam omnes, putant. Itaque frustrà Seruius, & qui illum sequuntur, narrant fabulam suam ad locum istum. Nam prudens Poeta, qui innocassèt Neptunum in eo munere, in quo victus esset à Pallade? qui eius gratiam demereretur, si adduceret illi in memoriam, alienam victoriam, propriam ignominiam? Quàm parum hoc efficax ad gratiam & fauorem? quàm stulta mens Poetæ? Addo, priorem illam narrationem non esse ita firmam, nam & auctor Geopon. libr. 9. nihil de equo scribit, tantum ait, portubus & naualibus exornatam fuisse à Neptuno vrbem Athenarum: quæ narratio potior ad rem Varronis. Est præterea efficax testimonium Herodoti libr. 8. vbi ait, esse in templo Erechtlhei oleam & mare, Neptuno & Mineruæ in testimonium posita, quod de regione Athenien sium decertassent. In Græco est, ἐλαίπτε ϗ θάλασσα. Notat verò Seru. equum primo productum à Neptuno vocatum vel Scythium, (fortasse legendum in Seru. Scyphium, nam primo equo procreato à Neptuno, hoc nomen dat Interpres Pindari in 4. odys. Pyth.) vel Schironem, vel Arionem. Porrò ex his fabulis, quas narraui, ortum habet, vt Neptuno equus sacrificetur. Appian. in Mithridate, de Rege hoc: ϗ ἅρματι κλῶν ἵππων ἅρμα καθεὶς ἐς τὸ πέλαγος: *Sacrificauit Neptuno currum cum equis albis, mittens in mare.*

Equus productus.

Neptuno citra contentionem cum Pallade.

Equi producti à Neptuno nomen.

19. PERCVSSA.] Ait Interpres Pind. in od. 4. Pyth. Neptunum ab hac percussione dictum πήσιον. Alludunt versus Lucani iam adducti: *percussis cuspide saxis*, &c. Germ.

Aristæus.

20. CÆÆ.] Signat Aristæum, de quo Scholiastes Apollonij in 2. Arg. ita scribit: Ἀρισταῖος δ' ἐν τῇ καίῳ εὑρὼν τὰ μελισσουργικὰ πρῶτος, καὶ τῶν τὸ ἐλαίας καταγράψας, καὶ κατακαλέσαμενος τὰς ἐπωνίας, ἕως ἀεὶ σῴζει ἐκλήθη, καὶ ἀπόλλων ἀγρεὺς, καὶ νόμιος: *Aristæus cum in Ceo primus opificium mellis inuenisset, structuramque olei atque eiesias reuocassèt, vocatus est Iupiter Aristæus, & agrestis pastoralisque Apollo.* Et quidem omnes Interpretes Poetam capiunt de Aristæo. Quæ tamen res vni Alciato videtur suspecta in Parerg. dicit enim, non hunc, sed Apollinem inuocari, qui cultus in Cæa, vt est apud Strab. lib. 10. Non placet: Quia non inde efficitur, Cæam quoque non esse in tutela Aristæi, & ab ea illum Cæum posse nominari, vt Apollinem. Sed quid si per Cæum Apollinem capiendus sit ipsissimus Aristæus? Inclino. Nam primò id dicunt verba adducta Interpretis Apollonij. Deinde, Seruius ex Hesiodo admonet, Aristæum dictum fuisse Apollinem pastoralem. Tertiò, Seruius Danielis addit, Aristæum apud Arcades pro Ioue cultum. Cur non ergo & pro Apolline? Erit itaque Apollo Cæus, nó Apollo, sed Aristæus: sicuti Iupiter infernus est, non Iuppiter, sed Pluto. & Iupiter indiges est, non Iuppiter, sed Æneas, ex nota Germani in fine huius libri. Et *versus Iupiter* apud P. Apoll. 1. Excid. Hieros est, non Iupiter gentium, sed Deus Pater: ait enim de nuntio Raphaele: *Hoc vbi delatus veri Iouis*

Apollo Cæus, est Aristæus.

VVA. BHSC. BU 00239

ales in antrum. Sed quia adduxi testimonium ex Interprete Græci Apollonij, vbi habetur nonnihil de reuocatione Etesiarum, placitum præter rem Virgilij (parcat Lector) parti illi lucem dare verbis Clementis Alex. lib. 6. Strom. cap. 1. *Narrant Græci, quod cùm Etesiæ venti aliquando deficerent, Aristæus in Cæo sacrificauit Ioui Ifthmio, maxima enim erat calamitas, qui cum ardore omnia conflagrarent, & venti non spirarent, qui solebant fructus refrigerare, eos facile reuocauit.* Et Nonnus lib. 5. Dion. cùm præmiserit sacrificium Aristæi, subiungit: *χαῖρε αἰολόχυτον ἐπιπνοιὴν διὸς αὔρας: Terram refrigerans Etesiæ, Iouis aurę.*

Etesiarum reuocatio.

21. TERCENTVM.] Hic numerus pro magno ponitur. Catul. *Quos simul complexa tenet trecentos.*

22. TONDENT.] Vsi hac locutione ante nostrũ Græci, nam Homerus, κείρεσθαι λάϊνον, *tonder sogeiem*: & Latini; Ennius enim 8. Ann. *detondit agros.* & Lucret. lib. 2. *—tondentes pabula læta Lanigeræ reptant pecudes.* Post illum qui non?

23. DVMETA.] Rectè, quia Cæa insula feracissima est. Athen. lib. 3. ἐν τῷ δ' περὶ Κέω φυτῶν ὁ Θεόφραστός φησιν, ἡ δὲ ἐστὶν εἶναι φήσι δίφορον, οἱ δὲ τρίφορον, ὥσπερ ἐν κλῳ: *Ait Theophrastus libro plantarum aliero caprificum biferam esse, alij triferam, vt in Cæo.*

24. NEMVS PATRIVM.] id est, Arcadium. Fuere in Arcadia montes Mænalus & Lyæus. In eadem vrbs Tegea, vnde Pan dictus Tegeæus.

25. OVIVM CVSTOS.] Explico *præses*, vt illud, *Custos Sorattis Apollo.* Et, *Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.*

Olea donũ Latinitatæ.

26. OLEÆQVE MINERVA INVENTRIX.] Narrat Plinius lib. 16. c. 44. Athenis suæ ætate oliuã videri eandem, quam Pallas produxisset in certamine. De certamine Palladis & Neptuni, quod effigiatum in postico templi illius, quod Parthenona appellabant, lege Pausaniam in Atticis. Porrò de alio certamine inter hos Deos vide eundem in Corinth. Hæc enim duo numina sæpe inter se contendisse de locorum tutela Græci finxerunt.

27. VNCIQVE PVER MONSTRATOR ARATRI.] Nonnulli Interpretes Osirim Ægyptium capiunt, quòd Tibul. lib. 1. eleg. 7. scripserit:

Primus arator manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.

Triptolemus.

Sed longè probabilius Germanus, doctique alij aiunt Triptolemum inuocari à Poeta. Nam numina Ægyptiorum, in gratiam Augusti, & Antonij inuidiam, Poeta ipse exsecratur, 8. Æneid. Deinde (ait Seru. in 8. Æn.) nondum Roma sub Augusto Ægyptia sacra susceperat. Tertiò, Mineruam, alióque rerum rusticarum inuentores Deos ex Græcia aduocat: cur non & inuentorem aratri? Quartò receptissima fuit opinio mortalium, frugum inuentionem fuisse in Attica: ad eam ergo confugere A Poeta debuit. Quintò, ait Pausan. in Attic. Ἀθηναίοις δέ, ᾗ ὅσοι πυρῷ χαίρουσι, ἴσασι τετράδι καὶ νέᾳ, ἀφ' οὗπερ ἀπέφηνε καρπὸν ἥμερον: *Athenienses, quique circa hos, Triptolemum tradunt Celei filium primum frugum cultum, sationémq; inuenisse.* Ad rem. Cùm in eodem hoc libro Celei meminerit Poeta in inuentione vnius instrumenti rei rusticæ, vt apparebit, credibile non est, voluisse separare patrem a filio in alterius inuentione. De Triptolemo frugum, & aratri inuentore, déque sacris, quibus illum Græcia affecit, lege Sidonium Apoll. Epist. 12. lib. 6. & Philonem in lib. de præmiis & pœnis, ab illo loco: φασὶ δ' ἀπαλλαθῆναι κακῶν τετράδι ἑκάστου, &c. Sed & de inuentoribus penè omnibus, quos hîc Poeta commemorat, legendus Arnob lib. 1. & Tatianus in orat. contra Græcos.

28. ET TENERAM AB RADICE FERENS SYLVANE CVPRESSVM.] Syluano quare cupressum det, accipiendum ex hac fabula. Amabat hic puerum Cyparissum; puer ipse ceruam, hanc incautè occidit Syluanus, puer dolore exstinctus est, quem Deus amator in cupressum vertit, atque inde fingitur eam portare pro solatio. Ita Seruius. Hæ videntur Alciato nugæ, nam Cyparissum Apollo amauit, non Syluanus. Sed certè, cùm fabulæ incertæ & vagæ sint, vera esse Seruiana possunt, aliter expediendi Poetæ: ratio erit difficilis: & ea quidem Lilius recipit 15. Syntag. quin inde lucem dat Gratio: *Inculio Syluanus termite gaudens*: id est, cupresso. Sed quid est, *ferens cupressum ab radice?* Placet mens Achillis Statij in Catul. qui hoc refert ad cupressum integrum, quam in manibus ferebat Syluanus. Addit que: *In veteribus nummis & lapidibus Syluanum videri cupressum ferentem radicitus.* Politian. in Rustic. figmentum hoc retulit ad caput;

Cupressus puer.

Pánque rubens & fronte cupressi fera Syluanus.

Hæsit verò fortasse Poeta Catullo de Nuptiis Pelei, qui de Peneo ait:

Adest non vacuus namque ille tulit radicibus altas
Fagos, ac rectò proceras stipite lauros,
Non sine mutanti platano, lentáque sorore
Flammati Phaethontis, & aerią Cyparisso.

29. DII DEÆQVE OMNES.] Agnosco hîc formam veterum præeunte mihi Virgilio hîc, & Propertio:

Diique, Deæque forma.

Diique Deæque omnes, quibus est tutela per agros.

& Plato in Pers. *Düque Deeque te excrucient.* Et lapidibus: Vnus Brixiæ repertus, *Diis, Deabus omnibus.* Alter in sancto Ioanne Laceran. *Herculi inuicto, & Dibus omnibus, Deabúsque sacrum.* Tertius in Sacello S. Michaelis, *I. O. M. Diis, Deabúsque omnibus.* Omitto plures. Non abit Nota Seruij, post specialem Deorum inuocationem, solitos inuocari Deos omnes in communi. Idipsum multis firmat Briss. lib. 1. Form. Lege illum.

a Túque adeò, quem mox quæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est: vrbísne inuisere Cæsar,
Terrarúmque velis curam: & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatúmque potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
b An Deus immensi venias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat vltima Thule,
Téque sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
d Anne nouum tardis sidus te mensibus addas,
Qua locus Erigonem inter, Chelásque sequentes
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens

Scorpius

UVA. BHSC. BU 00239

39 Scorpius & cœli iusta plus parte relinquit,
[a] Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara Regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
40 Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis,
Ignarósque viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

ARGVMENTVM.

Augustum speciatim, in cuius potestate reliquit eligat, quam velit diuinitatis rationem ex terrenis, marinis, cœlestibus numinibus: nam quartam illi denegat infernorum Deorum classem.

EXPLICATIO.

[a] POST tot inuocata numina conuertit se ad Augustum mirè adulans, nam & eius diuinitatem latè prædicit, & relinquit in eius voluntate, quis Deus esse velit, & è quorum numero, rémque agit distinctione quadruplici. Nam Dij aut sunt terrarum, aut maris, aut cœli, aut infernorum. Ergo. Tuque ô Cæsar da mihi cursum facilem, tu (inquam) quem mox, id est, post vitam, incertum est, quę Deorum concilia habitura sint, nam hoc situm in tua voluntate, & eligere ipse potes, qui esse Deus velis: adeò tu supra omnes Deos. Incertum (inquam) est, velisne vrbes inuisere, velis curam terrarum, velis vt te orbis maximus accipiat auctorem frugum, & potentem supra tempestates, illásque moderantem, ne noceant frugibus. Clarius. Faue mihi Cæsar, & da cursum facilem, modò esse velis Deus vrbium, terrarum, frugum, tempestatum, quod mihi incertum. Illud *cingens* commodiùs (puto) referetur ad orbem, quàm ad Cæsarem, vt dicat Modò te orbis accipiat auctorem frugum incingens caput tuum, honestánsque te myrto matris tuæ Venetis.

[b] Est iam in secundo membro distinctionis. Siue sis Deus maris, quod immensum: & nautæ colant tua sola Numina, non Neptunum, non alios Deos: & tibi seruiant omnes maris Insulæ, Thule etiam, quæ omnium extrema: Tethísque Dea maris emat te in suum generum vndis omnibus, quæ ditissimæ sunt, quo pretio quid maius?

[c] A Diis terrarum & maris ascendit ad cœlestes, quæ erat tertia pars distinctionis. Assignat autem Cæsari locum inter Erigonem, id est, Virginem, atque inter Chelas, id est, brachia Scorpij. Clarius assignat Cæsari locum Libræ, nam Libra est inter Virginem & brachia Scorpij. Cùm autem Scorpius non contentus loco suo, & parte Zodiaci extendat chelas ad locum, in quo est Libra, addit Poeta, quod sequitur, videlicet Scorpius contrahit sua brachia, & relinquit tibi plus iusta cœli partę. Quia nimirum Cæsar occupabit non solùm totum spatium Libræ, sed etiam spatium illud, quod occupant chelæ Scorpij, atque adeò plus iusta parte. Cùm verò Libra signum sit autumnale, & signa autumnalia sequantur post æstatem, signatè inquit Poeta, addendum Cæsarem mensibus tardis, id est, æstiuis.

[d] Concludit Poeta hac ratione: Modò sis vnus è A Diis terrarum, è Diis maris, è Diis cœlestibus, quicquid demum ex tribus istis eris, (nam te nec Tartara Regem suum sperent, nec tu hoc cupias: quamuis Græcia Elysios campos miretur, quamuis Proserpina infernis locis permulsa nollet matrem Cererem repetere, nollet sequi) da mihi cursum nauigationis facilem, annue cœptis audacibus, vna mecum in viam ingredere miseratus agrestes ignaros viæ, assuesce iam vt Deus vocari.

NOTÆ.

1. TVQVE ADEO, QVEM MOX, &c.] Relinquit Cæsari potestatem eligendi eam partem Diuinitatis, quam velit. Huic itaque orationi suam omnino conformauit Lucanus loquens cum pessimo mortalium. B

—Te, cum statione peracta,
Astra petes, serus, prælati Regia cœli
Excipiet gaudente polo, seu sceptra tenere:
Seu te flammiferos Phœbi transcendere curtus:
Tellurémque, nihil mutato Sole timentem
Igne vago lustrare iuuat, tibi numine ab omni
Cedetur, suriq; tuo natura relinquet
Quis Deus esse velis, vbi regnum ponere mundi.

2. MOX.] Volunt Interpretes hanc vocem postam diligenti cautione, ne videretur velle Poeta præproperam Augusti mortem. Simili adulatione Martialis erga suum Principem lib. 8. Ep. 39.

Esse velis, mox, serus conuiua tonanti.

3. CONCILIA.] Putat Germanus huius loci imitatione scripsisse Vitruuium, à concilio cœlestium in sedibus immortalitatis Cæsarem dedicatum fuisse, Poetarum opinione, qua Deos senatum & conciones habere censebant, & duodecim consiliarios Ioui attribuebant. Arnob. quoque lib. 2. dixit: *Concilio Deorum*: & lib. 4 *Superorum concilium*. Cicero etiam 1. Diuinat. *Hannibalem, cum cœpisset Saguntum, visum esse in somnis à Ioue in Deorum concilio vocari.* C

4. VRBIS.] Agel. lib. 13. cap. 19. *vrbis* hîc dictum esse ait, pro *vbes*. Amplectòr, nam, *vrbis enim inusitatius fere*, parum placet. Atqui, *vrbes inu fere*, satis Latinè. Vrbis, accusatiuus.

5. INVISERE.] Verbum hoc notam habet diuinitatis, fingebant enim Poetæ Deos circumeuntes omnia, ac inuisentes, si cui rei esset consulendum, subueniendum, prospiciendum. Talis fingitur Iupiter apud Ouid. 2. Met. Inuiso, Deorum est. D

At pater omnipotens ingentia mœnia cœli
Circuit, & ne quid labefactum viribus ignis
Cernat, explorat: quæ postquam firma, suíq;
Roboris esse videt, terras hominumque labores
Perspicit.

Idem Deus de se 1. Met.

—summo delabor olympo,
Et Deus humana lustro sub imagine terras.

VVA. BHSC. BU 00239

Arnob. lib. 1. vbi ponit, quæ Christianis obiiciantur à Gentilibus: *Ipsos etiam Cœlites derelictis curis solemnibus, quibus quondam solebant insistere vos nostras, terrarum ab regionibus exterminatos.* Et lib. 7. ex doctrina gentium ait, *Deos solitos proficisci è cœlo ad spectandas actiones mortalium.* Verbum quoque *insistere* ad rem eandem signandam Catullus intulit de Nupt. Pel. Integra alibi do. Ita etiam Cic. 2. de Nat. Deor. *Sæpe vise formæ Deorum, quemadmodum, aut non habeatem, aut non impium, Deos præsentes esse consiteri coegerunt.* Ita placuit legere locum deformatum. Iterum: *Deorum præsentia, &c.* in 1. Æn. Iouem videas despicientem,

—*mare velivolum, terrasq; iacentes,*
Littoraque, & latos populos.

6. TEMPESTATEM.] Non puto aptè referri posse has tempestates ad marinas procellas. Nam de impetu supra pelagus postea loquitur separatim: cur ergo hic confunderet? Ideo retuli ad fruges.

7. MATERNA MYRTO.] Nam Augustus à Venere, cuius est myrtus, originem ducebat. Sed de hoc lib. 5. ad illud: *Hæc fatus, velat materna tempora myrto.*

8. AN DEVS IMMENSI VENIAS MARIS.] Inuitans Cæsarem cum maris Numine, videtur ad historiam alludere. Sueton. in August. cap. 96. *Pridie quam Siciliensem pugnam classe committeret deambulanti in littore piscis è mari exiliit, & ad pedes iacuit.* Inde omen Augustus sumsit fore, vt mari dominaretur. Augusti omen ad imperium.

Nam Plin. lib. 9. c. 16. ita ait: *Siculo bello ambulante in littore Augusto, piscis è mari ad pedes eius exsiliit: quo argumento vates, spondere Neptunum patrem, sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.* Observabis, veteres, cum Deos diuiderent, vt hic Poeta, in terrestres, subterrestres, marinos, cœlestes: aliquando omisisse partem illam de Diis marinis, nam hos eosdem cum terrestribus censebant. Ideo Nazianz. orat. 34. nulla facta marinorum mentione, τὰς ὑπὸ ἀρίθμιον κόσμου, τὰς δ' ὑπὸ γῆν ἐκφυλάττειν (τῦτο συνέπεσθαι μόνον) τὰς δ' ἀπήγαγον εἰς τὸ κεχυμὸν: *Deos parvum in terra reliquerunt, partim insita terram occultarunt (hoc vnum prudenter) partim in cœlum euexerunt.*

9. IMMENSI MARIS.] Ita ante Virgilium Homerus ἀπείρονα πόντον: & Pind. od. 11. Isthm. ἅλα ἀμετρήτην: & Lucret. *Vnde mare immensum, &c.* Post Virgilium multi.

10. VLTIMA THVLE.] Sita est hæc insula inter Occasum & Septentrionem vltra Britanniam, vltima tunc Romanis nota. Claudian. *ratibusque imperuia Thule.* Idem: *Thulem procul axe remotam.* Arnob. lib. 6. Thulem ponit inter eas regiones, quas disterminant maria, montes, syluæ. Orosius 1. c. 2. ait, infinitum separari. Possis ad adagium referre Poetæ sententiam. Quasi dicat: Quicquid vltimum est & extremum, tibi seruiat. Itaque Thule dicetur ad signandum locum quemcunque longinquum & remotum. Ducit me in hanc mentem Ammianus, qui non absque sapore prouerbij dixit lib. 18 hist. *Eo necessitatum articulo, quo etiam si apud Thulem moraretur Vrsicinus, acciri eum magnitudo rerum ratione probabilis flagitabat: vtpote disciplinæ veteris, & longo vsu bellandi artis Persicæ scientissimum:* id est, etiamsi moraretur in remotissimo quocunque loco. Aduertit verò Ioan. Leslæus in descriptione Scotiæ, Thulem, quæ Islandia nunc dicitur, quæque verè extrema esse ad Septentrionem putatur, non esse eam, quam Romani appellarunt Thulem. Nam, quod Tacitus scribit, Thulem conspectam ab Romana classe, cum Agricola circa Britanniam nauigauit, nequit intelligi de Thule illa, quam Ptolemæus inter vltimas Scytiæ insulas ad littus Nouergium constituit. Hinc est, vt alij per Thulen Romanis cognitam, accipiât insulam paruam, quæ nunc est prope Scotiam. Sunt rursus alij, qui intelligant regionem quâdam Scandinauiæ, quæ nunc appellatur Thulemarcha, quasi dicas, terra Thule: & huic aiunt conuenire situ Thule illius cognitæ à Romanis.

Thule.

11. TEQVE SIBI GENERVM.] Quasi optet Tethys, vt Augustus ducat vnam è marinis Nymphis, quas ipsa genuerit: inde ipsa socrus, Augustus gener erit; sed quid, si alia sententia? Non enim est negligendum, quod admonet Seruius P. Danielis, nimirum à multis generum pro marito accipi, vt iam putemus voluisse Tethyn Augusto nubere. Facit id ad mentem Poetæ, qui Augusti laudem vbique quærit. Probat Seruius testimonio Sapphus, χαῖρε νύμφα, χαῖρε γαμβὸς: *salue sponsa, salue gener.* Addiditque Seruius dictum γαμβὸς ἀπὸ τῦ νυμφίς, *gener*, pro *sponsi*. Seruianum hoc Germanus tuetur, quod apud Græcos γαμβὸς, *gener*, variè admodum accipiatur, videlicet pro *sponso*, & adhuc pro *socero*. Nam Homerus Il. 7. Alcathoum Æneæ γαμβὸν nominat, quem paulo antè Anchisa dixerat. Genet pro marito.

12. TETHYS.] Diuersa à Thetide. Multa discrimina in orthographia, quantitate, inflexione, natalibus. Illa Tethys, hæc Thetis: illa primam producit, hæc corripit: illa in gignendi Tethyos, hæc Thetidos: illa Cœli & Vestæ filia, soror Saturni, coniux Neptuni, vel (vt alij) Oceani, mater Nympharum: hæc Nerei filia, Achillis mater, vxor Pelei, vna è Nymphis maris. Vtraque tamen pro *mari* sumitur. Tethyos & Theridos differimen.

13. EMAT.] Libet transcribere verba Seruij Petri Danielis, quæ ad hunc locum pertinent: *Emat, ad antiquum nuptiarum pertines ritum, quo se mariti & vxor mutecem emebant, sicut habemus in iure. Tribus enim modis apud veteres nuptiæ fiebant: vsu, si verbi gratia, mulier anno vno cum viro, licet sine legibus, fuisset: farre, cum per Pontificem Maximum, & Dialem flaminem per fruges & molam salsam coniungebantur, vnde Confarreatio appellabatur, ex quibus nuptiis Patrimi & Matrimi appellabantur. Coemtione verò, atque in manum conuentione, cum illa in filiæ loco, maritus in patris veniebat, vt si quis prior fuisset defunctus, locum hereditatis iustum alteri faceret.* Hæc sic transcripsi, quòd videtur à multis expeti hanc partem Seruij, quem tam malè affecit decurtator ille, qui nunc Seruij nomine circumfertur. Hanc triplicem nuptiarum rationem complexus est Arnobius lib. 4. *Vxores Dij habent, atque in coniugalia fœdera conditionibus veniunt antè quæsitis: vsu, farre, coemtione genialis lecti sui sacramenta condicunt.* Accepere omnes à Donato. Porrò nuptias ex vsu Plautus attigit, cùm vocat Alcmenam vxorem vsurariam. Atque vt nunc nihil dicam de vsu & confarreatione, de quibus Poeta non loquitur, & de quibus videndi alij, sed præsertim de confarreatione Dionys. lib. 2. Antiq. aperiam, quæ extent vestigia coemtionis. Meminit eius Boetius in Topicis. Cic. 1. de Orator. Plautus Menæch. *Venibit vxor quoq, etiam, si quis emtor venerit.* Homerus, apud quem Od. 8. Vulcanus deprehenso vxoris Veneris adulterio, queritur apud Deos de Venere & Marte, nec se illos soluturum (inquit) ex vinculis, donec Iupiter sibi pretium restituat, quod pro Venere obtulerat. Ex quo loco (quod & Spondanus aduertit) elicies olim maritos dotem dedisse pro vxoribus, non contrà vt nunc fit. Inde est, vt venales quodammodo dici possent vxores. Hunc morem peculiariter Germanis attribuit Tacitus, Xenophon Thraciis, Ælianus Assyriis. Ait primus lib. de Morib. Germ. *Dotem non vxor marito, sed vxori maritus affert.* Secundus lib. 7 Anabas. Nuptiæ tribus modis. Emere vxorem. Dotem olim maritidabat.

UVA. BHSC. BU 00239

7. Anabaſ. ore Scuthis, ᾧ εἴη σοὶ ἐς γυναῖκα, ὠνήσεται δραχείῃ νόμῳ: *Et ſi vilis eſt tibi filia, eam Thracia lege emã.* Poſtremus lib. 4. var. Hiſt. cap. 1. *Aſſyrij virgines ſpecioſas ad coniugium in vnam ciuitatem aliquam conducunt, atque venum proponunt,* καὶ ἔχας ἂν πρίηται, ἀπάγει νόμων, *& quam quiſque emerit, eam ſponſam abducit.* Ac de Thraciis quidem etiam ſcribit Herodotus lib. 5. Xenophonte Signatius: ἀνοῦνται τὰς γυναῖκας παρὰ τῶν γονέων χρημάτων μεγάλων: *Emunt* (Thraces) *vxores a parentibus pretio magno.* Morem hunc ad rudes Græcorum leges Ariſtoteles confert lib. 2. Polit. cap. 6. Ait enim: *Antiquas leges valde ſimplices ac barbaras fuiſſe conſtat, Græci ſiquidem tunc armati ferro incedebant;* καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνῶντο παρ' ἀλλήλων, *vxoresque emebant inuicem.* Sed non videor muneri ſatisfeciſſe, niſi adducam verba Boetij, quem initio citaui, quia ex eius verbis pendet forma, qua fieri ſoleret coemtio, ait itaque: *Coemtio certis ſolemnitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo inuicem interrogabant: vir ita, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet: illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat. An vir ſibi paterfamilias eſſe vellet, ille reſpondebat, velle. Itaque mulier in viri conueniebat manum, & vocabantur he nuptiæ per coemtionem, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ.* Hæc ille, eadem Seruius. Hæc ſatis ad aperiendum hunc morem, ſed non omittenda ſimplex & breuis explicatio Ioan. Scopiæ lib. 1. Collect. cap. 21. vt *emat*, ſit tantùm *ſumat, accipiat*, dicente Feſto: verbum *emere*, quod nunc eſt *mercor*, antiquis fuiſſe *ſumere*. Illud certum veteribus, rerum commutationes, verbo *emendi* explicari ſolitas: inde eſt, vt numi ipſi, quibus merces æſtimabantur, dicerentur emi & vendi. Quod ad numos tantùm peregrinos refert Briſſ. libr. 1. Select. Antiq. c. 8. ex Voluſio Metiano lib. de Aſſe & eius partibus: atque ex Plin. lib. 33. c. 3. Sed nemo dubitet, quin, vt nunc numi ærei cum aureis atque argenteis commutantur, dici poſſint emi, & vendi: præſertim aliquo inde lucello affulgente. De commutatione nummorum cum nummis locus eſt apud Platonem 11. Leg.

14. OMNIBVS VNDIS.] Pari modulo deſinit Lucret. verſum lib. 6.

Non mare ſi totum velit eluere omnibus vndis.

15. AN NE NOVVM, &c.] Pendet explicatio, quam adhibui, ex nonnullis Notulis, quas hîc coniungam vnum in locum. Prima eſt: Æſtatis menſes *tardi* dicuntur propter dies longiſſimos eius temporis. Nam in eandem ſententiam ita locutus eſt Propert. lib. 3. El. 19.

Tu quoque qui aſtiuos ſpatioſius exigis ignes
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter.

Et Manil. lib. 2.

Ne mirere moras, cùm Sol aduerſa per aſtra
Æſtiuum tardis attollit menſibus annum.

Secunda eſt Ioſephi Scal. in Manil. reddentis rationem, cur Poeta dec. Auguſto locum Libræ, quia eius natalis ſub Libra contigit, vnde vetus Poeta, *Et Libram, quam Cæſar habet.* Verè hoc Scaliger, nam Sueton. Auguſt. c. 5. *Natus eſt Auguſtus M. Tullio Cicerone, & Antonio Coss. XI. Kal. Octobris, paulo ante Solis exortum.* Et Manil. lib. 4 reſpiciens omnino ad Auguſtum ita ait:

Auguſti natalis ſub Libra.

Sed cùm Autumnales cœperunt ſurgere Chelæ,
Felix æquato genitus ſub pondere Libræ
Iudex extremæ ſiſtet vitæ, neciſq;
Imponêt, iugum terris, legêſq; rogabit.
Illum vrbes & regna trement, nutuq; regentur
Vniuſ, & cœlo poſt terras iura manebunt.

Antonius Clarus lib. ſingulari in Leges ait, attributum Cæſari à Virgilio locum Libræ ad illius iuſtitiam indicandam, qua rexit Romanum Pop. Nam iuſtitia ſolidum eſt Imperij firmamentum. Sic etiam à Manilio libr. 4. ficta eſt Roma condita ſub Libra, cùm tamen reliqui diem vrbis natalem referant ad 2. Kal. Maij. Tu vide Galeotum Martium lib. de promiſcua doctrina c. 30. & Anton. Clar. dicto loco, vbi loquuntur de hâc iuſtitia Romani populi, cum reſpectu ad Libram cœleſte ſignum. Neque hinc abeunt, quæ Berſmannus ſcripſit in iſtum locum Virgilij. Tertia. Dixi, Scorpium extendere chelas extra locum ſuum vſque ad locum Libræ. Hanc tem firmat Manilij auctoritas lib. 2. Roma quãdo condita.

Quod ſi ſolerti circumſpicis omnia cura,
Fraudata inuenies amiſſi ſidera membris.
Scorpius in Libra conſummat brachia, Taurus
Succidit in curuo claudus pede, lumina Cancro
Deſunt.

Sententia eſt, Scorpij brachia porrigi ad ſignum Libræ, atque inde exiſtimari illum mutilatum brachiis: idem contingit Tauro & Cancro; nam illius pes, & huius oculi pertinent ad ſigna ſequentia. Quarta, Virginem, antequam transferretur ad ſidera, vocatam fuiſſe Erigonem: ita Hyginus in Fabul. cap. 130. Quinta, ſciendum, Scorpium dici ardentem, vel quia omnia ſidera naturæ ſunt ignea, vel quia Mars, qui calidiſſimus, eſt οἰκοδεσπότης Scorpij: ita monuit Berſmannus. His expletis dicam de imitione. Hoc lenocinij genere vſus Valer. Flac. in Arg. erga ſuum principem, dat enim illi locum in cœlo.

— cùm iam genitor lucebis ab omni
Parte poli.

Ita etiam Statius 1. Theb.

— & te plaga lucida cœli
Pleiadum, Boreæque, & hiulci fulminis expers
Sollicitet.

Oppianus Antoninum ita quoque inuocat, vt ſi cum Deo loquatur, adi initium librorum de venatione. Quibus Lucanus principem ſuum demereatur in promtu ſunt.

16. IVSTA PLVS PARTE.] Hauſit fortaſſe locutionem à Lucretio, qui lib. 4. *Eius habet plus parte aqua.*

17. NEC TIBI REGNANDI VENIAT TAM DIRA CVPIDO.] Plures loquendi modos huic ſimiles ex Græcis obſeruauit Germanus. Tale illud eſt Hectoris apud Eurip. in Theſon. μὴ μ' ἔρως, ἕλοι τινὰ, & ἐπαινῶν, ὅς τ' ἀποκλίνειν φίλους: *Ne me talis equorum amor capiat, amicos vt interficiam.*

18. ELISIOS.] Adeunda quæ dico lib. 6.

19. NEC REPETITA SEQVI.] Videtur habuiſſe Virgilium ante oculos Martialis Epig. 52. lib. 12. *Noluit illa virum nec repetita ſequi.* Loquitur de Helena, quæ noluit redire ad Menelaum. Alij ſic legũt: *Illa virum voluit nec repetita ſequi.*

20. PROSERPINA.] Quis neſcit huius raptum? Cereris matris curam in quærenda filia.

21. DA FACILEM CVRSVM.] Ouidius opem Germanici ita implorat 1. Faſt.— *timidæ dirige nauis iter.* Quod ſpecioſiſſimum vocat Scal. conferens cum Virgilio Statius 1. Syluarum ita opem Gallici:

Ipſe veni, vimque tuam, animumque miniſtra.

Paulin. Natal. 1. ita Felicem:

Pande vias faciles, da currere mollibus vndis,
Et famulis famulos a puppibus agere ventos.

Hac locorum ſimilitudine innixus ſententiam Poetæ retuli ad nauigationem. Nazianz. quoque in primo carmine de Principiis ab eadem metaphora exorditurː μακρὸν πλοῦν ἐκπερᾶσωμεν: *longam nauigationem tranſeamus.*

VVA. BHSC. BU 00239

Virgilius Græcos dicat.

22. IGNARÓSQVE VIÆ.] Mihi non dubium, quin Virgilius Oppianum Græcum sæpe ditauerit. Huius rei aliquoties sparsa mentio in his Commentariis. Indicat hoc locus, in quo sum. Vt enim Virgil. monet Augustum, vt vna secum ingrediatur hanc viam. Ita Oppianus inducit Deam loquentem secum, monentémque vt ingrediatur viam. ἔρχεο, καὶ τρηχέαν ὁδοιπορέουσα ἀταρπὸν: *surge & asperam ingrediamur viam.*

23. VOTIS IAM NVNC ASSVESCE VOCARI.] Illustrabitur is locus his, quæ dixi Ecl. 1. ad illud, *Nam q, erit ille mihi semper Deus.* Nam Poeta alludit ad Diuinitatem, quæ dat Augusto adhuc viuenti: hoc enim signant verba illa, *iam nunc.*

Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & zephyro putris se gleba resoluit;
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.

ARGVMENTVM.

Incipit à præcepto arationis, quæ incoanda vere primo.

EXPLICATIO.

INCIPIT præcepta sua ab aratione, quæ incoanda incipiente vere: addit verò, tunc putandum ver incipere, cùm niues in montibus soluant, cadántque in planum; cùm terra flante zephyro sese laxet, resoluátque putrefacta gleba. Has duas notas agricola cùm viderit, putet iam esse nouum ver. Tunc ergo taurus ingemat depresso altiùs aratro, tunc vomer splendescat attritus frequenti sulco. Demum (inquit) sciat agrorum cultor præceptum hoc arationis ita esse necessarium, vt seges illa bona sit futura, respondúraque votis agricolæ quantumuis auidi, quæ sæpius arata, & versata fuerit: quamobrem danda opera, vt ager noualis sit, id est, alternis annis cesset, alternis seratur: atque inde fiet, vt bis frigora, bis solem sentiat, id est, bis hyemem, bis æstatem. Sic enim opportunior erit occasio frequentiùs arandi, & sæpius iterandi: sic tellus erit soluta, laxata, putris.

NOTÆ.

1. VERE NOVO.] Nouum ver, propriè est initium veris, vel mensis primus veris: sed non hic in Virgilio, qui ver nouum accipit, cùm tepor incipiat, cùm niues soluantur, cùm terra sit putris. Columella ita clarè lib. 11. c. 2. *Nouis autem veris principum non sic obseruare rusticus debet, quemadmodum Astrologus vt exspectet certum diem illum, qui veris initium facere dicitur: sed aliquid etiam signat de parte hyemis, quoniam consumta bruma iam intepescit annus, permittit q, clementior dies opera moliri: possunt igitur ab Idibus Ianuariis (vt Principem mensem Romani anni obseruet) auspicari culturarum officia.* Quod Virgil. *vere nouo.* Græci ἔαρ ἱσταμένου, ἀρχομένου, νέου. Herodotus sæpissime *quæ τοῦ ἔαρος.* Horat. lib. 3. od. 7. & Plin. lib. 18. c. 26. Et Ammian. lib. 20. & Liuius lib. 10. *vere primo. subeunte.* Sciendum vero his locutionibus signari propriè mensem primum (quod ex Salustio aduertit Seruius) ex tribus, quibus ver constat. Sed, cùm sim in hoc loco, dicam de reliquis partibus. Mensem secundum Græci dicunt ἔαρος μέσου, ἀκμάζοντος. Latini, *vere medio, adulto, pubescente.* Nam Liuius lib. 38. *medium autumnum,* dixit. Et Tacit. 2. Ann. *æstate iam adulta.* Ammian. lib. 30. *Pubescente iam vere Valentinianus à Treuiris motus, &c.* Vltimum mensem Græci, ἔαρος λήγοντος, θέροντος, ἀκμάζοντος, ἀκμῶντος, Latini *vere extremo, præcipiti, senescente, exacto vergente.* Virg. *extremæ sub casum hyemis.* Ammian. lib. 19. *Tendere iam introrsus autumno præcipiti.* Idem lib. 21. *Autumno iam senescente profectus.* Liu. lib. 30. *Consul autumno forme exacto in prouinciam venit.* Demum de extrema voce Ammian. lib. 31. *Hæc autumno vergente in hyemem funesti per Thracias turbines conuertebant.* Eadem enim ratio est de hyeme, autumno, æstate. Vltimum.

2. GELIDVS CANIS CVM MONTIBVS HVMOR LIQVITVR.] Hanc sententiam, & notam aduentantis veris alij festiuè extulerunt, variarunt, Catul.

Iam ver egelidos refert tepores,
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundi zephyri silescit auris,
Liquantur Phrygij, Catulle, campi.

Sic legit Achilles Statius ad imitationem Virgilij, non *linquantur.* Pergo ad alios. Hor. li. 4. od. 7. *Diffugere niues, redeunt iam gramina campis.* Sen. in Oct. — *Arctoas laxare niues.* & in Hippol. *madescunt niues.* Papin. 2. Theb.

— *vere reuerso*
Bistonia tepuere niues, summutuit ingens
Emus, & angustos Rhodope descendit in amnes.

Lucanus lib. 4. — *Fluxere niues, fructique madescunt Saxa gelu.* Ammian. lib. 22. *niues vi flagrantis sideris resolutas.* Et per simplex *soluo,* nam lib. 19. *Soluta veris calor ibus niues.* Eandem rem ille explicuit verbo *tabefaciendis* lib. 18. *Euphratem nimbus tabefactis inflatum.* Cui similis locutio Prudentij in Cathemer. *Calente Sole tabescunt niues.* Et Tullij ante vtrumque lib. 2. Nat. loquens enim de humore concreto à frigore, subdit: *idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.* Disce loqui à tot Magistris.

3. PVTRIS GLEBA.] Lucret. lib. 5. *Putribus in glebis terrarum.* Seuer. Rhetor, qui habetur tom. 8. Biblio. Sacræ: *Largis putris erat gleba liquoribus.*

4. DEPRESSO INCIPIAT.] Iouian. in Dialogo, cui nomen Ægidius, latè rationem reddit, cur Poeta inceperit ab aratione, neque præmiserit quæpiam, quæ necessaria sunt ad cognitionem agricolationis. Summa est, Virgilium scripsisse hos libros, cùm studium hoc florentissimum erat in Latio, totáque Italia. Itaque loquebatur cum peritissimis eius artis: quam ob rem placuit illi initium sumere ab actione, & diligentia, quam in agricola præcipuam exigit: quando in agro colendo, vt ipse ait, nihil vnquam exhausti satis est. Adiungo ad sententiam hãc locum

Nouum ver.

Medium.

Arationis præceptum.

UVA. BHSC. BU 00239

locum Theophrasti è lib. 3. Caus. c. 25. qui opportunus ὁς ἢ κοιν. ἢ ἢ καθόλα φασὶν εἶναι μᾶλλον λῷόν τε καὶ ἄμεινον, εἰ τῷ πορεύεσθαι χρῆναι κατείργασται καλῶς. εἰς διεργασθῆναι δὲ καλῶς πολὺν τὸ σπέρμα, ἐκφύεσθαι δυνάμενόν τῆς γῆς: vt communius atque vniuersum loquamur, fumosum ac primum est omnium, agrum bene arasse: semen enim solo commissum huic proficisse, belle erumpit, terra mitigata atq; emollita. Xenophon etiam in Oeconom. ait de terra, ὅτι εὖ πεπραγὼς, εὖ πεπεισμένος φέρειν ἐθέλοι, si bene arretur. Iterum, κἂν ἀεὶ ἐχῇ πλέονα ὧν ἔδωκεν ἢ χρῇ καὶ ἐξ ἀρχῆς πάμφορα καὶ γενόμενα: nihil enim plus vtilitatis tribuit, quàm locus ex inculto bene cultus. Dicam de locutione, quæ Latinis, & Græcis frequentissima. Seneca in Oet. *presso vomere.* Tibul. lib. 4. —*presso aratro.* Cicer. 2. Diuin. *Sulcus altius esset impressus.* Æschyl. βαθεῖαν ἄλοια. Citat Græcum Elias interpres Nazianzeni Orat. 11. Ipse verò Nazianzenus Orat. 12. γῆς βαθρᾷ ἀρότρῳ ἠγκυλωμένου; *terræ profunditas patefacta aratro.* Phil. in lib. περὶ ὀνείρων opponi, βαθύγειον, & παχύγειον: *terram profundi sulci, & tenuis sulci.* Apollon. 3. Argon. ταμὼν δὴ τέλσον ἀρώτρῳ: scindens (terram) aratro acto in extremum. Est enim τέλσον idem, quod ἔσχατον.

5. INGEMERE.] In eadem re vsi hoc verbo, ex Nota Germani, Lucret. lib. 5. *valido consueta bidenti Ingemere.* Et Tacit. de moribus Germanorum: *id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, &c.* Loquitur de Fennis agentibus vitam ferinam. Hunc boum laborem ita expressit Calab. lib. 11. —ἄμοτον μεμαῶτας ὑπὸ ζεύγλη καὶ ἀρότρῳ. *indefessim sub iugo, & aratro commitentes.* Et libr. 6. ita describit boum laborem ingementium sub onere:

Ὡς δ' ὅτε τοὺς ὑπὸ ζεύγλησι βόες μέγα κεκμηῶτες
Δυσπενέως ἕρδουσι πρόσω μεμαῶτες ἀρόωλν,
Ἀχθύμενοι ῥυσίλλαν· τοὶ δ' ἄζοντι δυσπεπτ
Τερπόμενοι, πολλὸν δὲ καὶ αὐχένας, ἢ δὲ καὶ ὄμους
Ἱδρῶτι ἀμφοτέρωσι κατέσσυται ἀχθεῖ ἐπ' ἔδεσι:
Vt quando boues sub iugo fessi admodum
Ligneum currum vltra semper nitentes trahunt,
Axe ob impositum onus stridorem edente,
Multus autem per cernices atque humeros
Sudor vtrisque diffluit vsque ad terram.

Nonn. lib. 9. Dionys. βόας etiam ἰδρῶντας dixit, cùm sunt ὑπὸ ζυγὸν ἐόντων.

Agricolæ auan. 6. AVARI AGRICOLÆ.] Hæc nota semper distinctum hoc genus hominum: nam hi lucrosi admodum, atque attenti sunt, sumtus etiam parcissimi.

A Inde ingens illa promissio Maronis initio Æn. *Vt quamuis auido parerent arua colono.* Hujus rei imaginem in Vulteio Mena Horatius constituit lib. 1. Ep. qui cùm priùs in vita vrbana cum se esse fateretur, qui sciret quærere, & quælitis vti: mox vbi,

Ex nitido sit rusticus, atq;
Sulcos, & vineta crepa: mera, præparat vlmos;
Immoritur studiis, & amore senescit habendi.

Inde Arist. lib. 6. Polit. cap. 4. populum agricolarum ἄσχολον vocat: *negotiosum.* & paucis interiectis, μᾶλλον ἐρῶσι τῶ κλέους, ἢ τῆς ἡμῆς: *lucrum magis appetunt, quam honorem.* Paulin. Epist. 28. loquens de fundo: *qui auaris agricolæ sui votis proflua vberiate respondet.* Iterum Epist. 31. de agricola: *facilius feri motam temporum amaritia votorum.*

B 7. BIS SOLEM.] Hæsi explicationi Floridi Sabini lib. 2. Succes. cap. 14. quæ mihi visa facilior expediendo Portæ. Nec me nunc mouet, illum ab nonnullis oppugnari. Nemini sanè dubium est, messem illam præstantissimam esse, tunc etiam copiosissimam, quæ prouenit ab agro nouali, id est, alternis cessante. Pro hac explicatione, quam sequor, est Probus, qui Virgilij sententiam refert ad agrum noualem, qui sub exitum hyemis, hoc est, initio veris proscinditur, & ita æstate, quæ sequitur, siccatur: deinde ineunte hyeme semente facta, sequenti æstate reddit functum; vt bis ita sentiat frigus, semel ante æstatem sub finem hyemis initio veris, iterum post sementem: bis Solem, semel æstate qua cessat, & messis tempore, æstate scilicet qua fruges reddit. Ita Probi sententiam elucidat Germanus. Sed inprimis ego nitor Theophrasti loco è lib. 3. Caus. c. 25. qui simillimus Virgiliano, ait enim: ἡ καταγαία ἐν τῷ νεαῷ καὶ ἀμφοτέρως τὰς ὥρας ἡμέρως, ἢ χειμῶνος, ὅπως χειμάσῃ, ἢ θέρους ἡγῇ: *Cura noualium tempore vtroque suscipitur, æstate, atque hyeme, vt terra frigora, & Solem sentiat.* Meretur tamen Plinij explicatio adscribi propter auctoris dignitatem. Explicat ille Virgilium lib. 18. cap. 20. his verbis: *Quarto seri sulco Virgilius excitimatur voluisse, cùm dixit optimam esse segetem, quæ bis Solem, bis frigora sensisset.* Hunc sulcum quadruplicem signatis quatuor verbis nonnulli explicant, dicunt enim terram debere *proscindi, effringi, offringi, larari.* Bis Solem bis frigora, quid sit.

8. RVPERVNT HORREA MESSES.] Sidon. lib. 1. ep. 6. *frugibus rupta congestis horrea.* Et Manilius lib. 3. *vincentemque horrea messem.*

C Ita Probi sententiam elucidat Germanus. Sed inprimis ego nitor Theophrasti loco è lib. 3. Caus. c. 25. qui simillimus Virgiliano, ait enim: ἡ καταγαία ἐν τῷ νεαῷ καὶ ἀμφοτέρως τὰς ὥρας ἡμέρως, ἢ χειμῶνος, ὅπως χειμάσῃ, ἢ θέρους ἡγῇ: *Cura noualium tempore vtroque suscipitur, æstate, atque hyeme, vt terra frigora, & Solem sentiat.* Meretur tamen Plinij explicatio adscribi propter auctoris dignitatem. Explicat ille Virgilium lib. 18. cap. 20. his verbis: *Quarto seri sulco Virgilius excitimatur voluisse, cùm dixit optimam esse segetem, quæ bis Solem, bis frigora sensisset.* Hunc sulcum quadruplicem signatis quatuor verbis nonnulli explicant, dicunt enim terram debere *proscindi, effringi, offringi, larari.*

D

50 a Ac prius, ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos, & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultúsque habitúsque locorum:
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuset.
b Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ:
55 Arborei fœtus alibi, atque iniussa virescunt
Gramina. Nónne vides, croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?
60 c Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus.

ARGV

VVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Dicit, ante orationem, prædiscendam esse naturam loci, qui arandus. Huius rei occasione indicat varias terrarum leges, mores, ingenia.

EXPLICATIO.

[a] ADMONET prædiscendum esse diligenti agricolæ prius, quàm se ad arationis laborem comparet, qui sint venti, qui mores, quod ingenium cœli eius: deinde qui cultus & habitus illorum locorum, id est, vt sese habeant illa loca, quæ aranda, vtque debeant coli: tertiò quid ferat quæque regio, quid non ferat.

[b] Occasione præcedentis præcepti consumit versus sex in enumerandis variis terrarum moribus, primò generatim, deinde speciatim. Generatim, nam sunt terræ præ aliis feliciores in ferendis segetibus, vuis, fructibus arborum, graminibus, aliisque herbis, quæ virescunt nulla cultura. Speciatim, nam Tmolus mons Lydiæ fert crocum, qui mirè adoratus, India elephantos, ac perinde ebur. Sabæi, qui molles, thura, chalybes, qui nudi, ferrum: Pontus animal Castorem, ac perinde Castorea (sunt hæc testiculi Castoris) quæ virulenta sunt, id est, odoris grauis, Epirus equas, quæ palmam obtinent in Olympico certamine, apud Elidem.

[c] Has varias leges, cultus, mores, habitus, ingenia, quibus tellus vna præ alia in re singulari fœcundior est, coniicit Poeta in Naturam rerum omnium parentem: quæ imposuit æterna fœdera certis locis[1], ex eo tempore, quo Deucalion orbem reparauit iactis post tergum lapidibus: ex quibus nati homines, duri quidem, vt qui à saxis.

A putant, qui ita sentiunt. *Nam ignorantes quid quæq; ferat tellus, neq; colere, neque serere sciuè poterunt quicquam.* Et ista è Theophr. διαφέρει ἀεὶ ἡ τελείωσιν χώρα τε χωρῶν, καὶ ἀὴρ ἀέρος: *Differt ad prouentum regio à regione, aer ab aere.* Plura item ab eodem. Sed non locum è lib. 3. Caus. c. 25. istum, πολὺ τερον ἢ ἐπ τούτων ἢ ἄλλα ἢ ἐκείνα ἐνίοτε πάσχειν ἰδόντ' ἂν πάντες καὶ ὅτι πῶν δένδρων: *Sed ante hoc primum omnium agrum cuiq; semini accommodum nosse oportet, vt etiam in arborum genere.* Neque hunc è lib. 8. Hist. cap. 8. μέχρι καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν: *terrarum ratio multum differt.* Neque è lib. 2. c. 7. μέγιστον ἢ, ὡς εἰπεῖν, τὸ ἢ πρόσφορον ἑκάστῳ χώρᾳ ἀποδιδόναι: *omnium est maximum, verbo vt vtar vnico, vt cuique rei conueniens solum tribuatur.* Nazianz. in Apoleg. cùm dixerit, non omnia omnibus conuenire, inter alia exempla, quæ adiuocat, tum hoc, δὲ γῆς πολίταις, subaudi αἱ αὐταὶ: *nec terra qualitates eadem.*

B

3. COELI MOREM.] Notanda locutio. Colum. in Præfat. *cœli mores*, dixit: *locus* & Plin. lib. 14. c. 1. *ad cœli mores, solique ingenia.* Et lib. 17. c. 2. *ad soli naturam, ad loci ingenium, ad cœli cuiusq; mores dirigenda solertia est.* Sic enim legendum in Plinio non, *minores.* Quod hi *motem cœli.* Colum. lib. 1. c. 1. dixit: *qualitatem cœli, statumq;.* Et Arnob. lib. 7. *cœli statum, habitum.* Extremam vocem Plin. lib. 17. c. 4. *siccata regio mutauit cœli habitum.* Ante istos Theoph. 2. caus. c. 4. ἀέρ & διαθέσεις, ibid. κράσεις ἀέρ. Quo etiam vsus Strab. lib. 6. ἀέρων τε, καὶ κράσεων. & statim εὐκρασία ἀέρων. Huic affine dari *mores* stellis à Manil. lib. 4. *Nunc tibi signorum mores.* Quin si Plinium attentè legas lib. 18. c. 24. Virgilius de sideribus capiendus est. Verba scriptoris sunt: *Confitendum est cœlo maximè constare ea: quippe Virgilio iubente prædixi ventos ante omnia, ac siderum mores.* Notes obiter datos à Lucret. lib. 1. mores ventis, atque aquis, cùm ait,

Quare etiam, atq; etiam sunt venti corpora cœca.
Quandoquidem factis, ac moribus æmula magnis
Amnibus inueniuntur.

Sic enim legendum, non *motibus.*

Cœli mores.

C

4. HABITVSQVE LOCORVM.] Columel. in Præfat. *cuiusque soli habitus.*

5. ET QVID QVÆQVE FERAT REGIO.] Plin. lib. 18. cap. 18. cum respectu ad hunc locum: *In omni quidem parte culturæ valet oraculum illud, quid quæque regio patiatur.* Et Colum. in Præfat. *Qui se in hac scientia perfectum volet profiteri, exploratum habeat quid cuique plagæ conueniat, quid repugnet, &c.* Item lib. 5. c. 5. *Notandum itaque, & diligenter explorandum est, & quid quæque ferat regio, & quid quæque recusет.* Non abit Theophrasti illud lib. 8. Hist. c. 8. Καὶ πάσχει ἄλλοι ἄλλα ἀεὶ ἀπὸ ὑγρῶν ἐνόσων: *Apud alios alia, ad que soli cuiusque natura valeat.* Initium versus vsurpatum à Lucr. qui lib. 1. *Et quid quæque queant.*

D

6. RECVSET.] Arnob. lib. 1. *Commendata semina tellus recusat accipere.* Colum. in Præfat. *In his ipsis habere cognitum, quid recusет collis, quid capestris postulet, &c.*

7. HIC SEGETES.] Simili rerum distributione à multis lusum est. Sydon. Apol. Paneg. ad Maiorianum Aug. ita:

Regiones diuersæ diuersa ferunt.

E

—Tum quæque suos prouincia fructus
Exposuit. Ferri Indus ebur, Chaldæus amomum,
Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus,
Aithis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon olusatum,
Argos equos, Epirus equas, pecuaria Gallus,
Arma Chalybs, frumenta Libys, Campanus Iacchũ,
Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaia myrrhã,
Pontus Castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus,
Sardinia argentum, naues Hispania desert.

Non dissimilis est ab hac descriptione, Pindarica in Pyth. quæ excellentissima quæque suæ assignat regioni,

[1] Æquor quid proprie.

1. ÆQVOR.] Quicquid æquum est, & planum *æquor* dicitur: inde ad mare accommodatur, cùm lene & tranquillum est, neque fluctibus asperum, & aquarum montibus: inde ad campos (vt hoc loco) cùm plani sunt, neque aut montibus sublimes, aut hiantes vallibus.

2. VENTOS, ET VARIVM, &c.] Magistri omnes rei rusticæ hanc inprimis præceptionem adhibent, cùm diuersis in locis diuersa sit aeris qualitas, & cœli temperies. Plin. lib. 17. c. 4. *Quibusdam locis afflatus maris noxij, in plurimis iidem vtiles: quibusdam satis è longinquo adspicere maria, incundum: propius admouere salis habitum, inutile.* & lib. 18. cap. 21. *Plurimum enim refert soli cuiusq; ratio.* Var. 1. c. 7. *Non eadem omnia in eodem agro rectè possunt.* Colu. in Præfatione operis rei Rusticæ de eo, qui se perfectum in hac arte velit profiteri, ait: *cœli, & anni præsentes mores intueatur, neq; enim semper eundem, velut ex præscripto, habitum gerunt.* & lib. 1. c. 2. docet, vt diligens paterfamilias cognoscat omnes agri sui particulas, & illum circumeat, quo prudentiùs naturam soli contempletur: nec ignoret quicquid in eo rectè fieri poterit. Et c. 3. ex Cato. ait, duo præcipuè consideranda, *salubritatem cœli, & vbertatem loci.* Aduocat Vrsin ad eandem rem verba Xenoph. ex Oecon. φασὶ δὲ καὶ τὸν μέλλοντα τὰ ἀρόσιμα χωρήσειν, ἢ φύσιν ἔχειν ἀρώτου τῆς γῆς εἰδέναι. ὁρᾶτε γάρ, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὅτι οἱ μὲν εἰδότες, ὅπη λύσαντες τὴν γῆν σπερεῖν δέοι, καὶ ὅτι φυλάττειν δεῖ εἰδέναι αὖ: *Dicit oportere naturam terræ cognoscere eum, qui debeat operam dare agricolationi. Rectè hoc quidem*

UVA. BHSC. BU 00239

regioni, Lacedæmoniæ canes, Syriæ caprus, arma Argis, Thebis currus, Siciliæ vehicula. Pari ex Cursu Cæsarius Dial. 2 prædicat Nili crocodilos, Phisonis canes flumineos, gryphas Cuphratæorum, Græcorum Cycnos, aliorum fluminum ranas palustres. De qua tamen re vide Athen. lib. 1. & ea præsertim, quæ ex Hermippo adducit. Neque abludit illa Apulei distributio 1. Florid. *Ægyptios eruditos, & Iudæos superstitiosos, & Nabatheos mercatores, & fluxis vestium Arsacidas, & frugum pauperes Scythicos, & odorum divites Arabas.* Neque Martial. lib. 4 Epig. 28. *Indos Sardonychas, Scythas smaragdos.* Neque Colum. 3. c. 8. *Mysiam, Lydiámque largis aiunt abundare frumentis: Tmolon, & Corycion florere croco. Iudæam, & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi.* Poeta quoque ipse 2. Georg. simílem distributionem adhibet.

Inussa gramina. B 8. INIVSSA GRAMINA.] Nam frumenta nascúntur studio agricolæ veluti imperantis terræ. Sic ipse alibi: *atque imperat arvis.* & initio Æn. *parerent arva colono.* Græci ἀκὸς ἐυπειθὴς ager obediens. E contrario ἀκκὲ ἀνήροντες ἀῶν, καὶ αὐτομάτως φύοντα: herba inussa, ex se ferentes, & sua sponte.

Crocus Tmoli. 9. CROCEOS VT TMOLVS ODORES.] De hoc monte dicam alibi. Per *odores croceos*, vulgaris Servius crocum intelligit, cuius interpretatio commoda est, nam Solinus, Columella, & Martianus aiunt hunc montem esse florentissimum croco: primus c. 53. secundus 3. c. 8. postremus lib. 6. c. de Phrygia: in quo vbi legitur *Tmolus loco florens*, legendum, *croco florens*, ex doctorum censura. Sed recte quoque per C *croceos odores* vinum capies redolens fragrantia sua

Crocei odores pro vino. crocum. Nam & Poeta ipse 2. Georg. Tmoli vina laudat, quem locum vide. Deinde Serv. P. Dan. Matronem ex aliorum sententia sic explicat: *Alij non dixisse eum crocum apud Tmolum nasci, sed vinum Tmoleticum croceiodoris.* Porphyrio etiam, ex Nota Beroaldi, crocum pro vino positum, ait, a Virgilio, citátque istud hemistichium. Facit nonnihil illud Apul. lib. 10. *Vino crocus diluta, spargísque defluens, &c.* atque etiam loca trium auctorum Martialis, Horatij, Suetonij. Ait primus lib. 8. epig. 33. *Pallida quam rubris diluit vnda croci.* Alter Sat. 4. lib. 2. *Coryciúque croco sparsum sterit.* Postremus in Nerone cap. 25. *sparso per vias identidem croco.* Quæ tria loca, & simul locum Virgil. Domitius in Martialem accipit de croco, D qui vino dulci mistus spargebatur in Theatro, vt auctor est Plin. lib. 21. cap. 6. *Crocum vino mire congruit, præcipuè dulci. tritum ad theatra replenda.* Vt hinc appareat natum ex hac mistione, vt crocei odores fumi possint pro vino. Hanc Domitij notam non tanti faciemus, nisi eam Germanus suis commentariis insereret vir iudicij magni. Iam verò *odores* de vino dici, tritum est. Theoc. Idyl. 1. de poculo vini, ὅς κάλον ὄδωδε: *Quam olet bene!* In agricultura etiam præcepta sunt, quibus vinum odoratum redditur. De quibus Constantinus in Geopon. lib. 7. Εὐώδες ποιῆσαι τὸν οἶνον, &c. *Veteris odorato vino, &c.* Icarius, quo vini repertore Tyrij gloriabantur, ait apud Achillem Alexand. vinum tale esse debere, vt nares prius, quàm os delectet. Hæc etiamsi vera sint, potes Lector inclinare in primam explicationem, cum Tmolus croco abundet, & perquam optimo.

Odor de vino.

Ebur Indicum in pretio. 10. INDIA MITTIT EBVR.] Hac merce pars orbis gloriosa semper inducitur. Vide Apul. 1. Florid. Catul. de Nuptiis Thet. & Pel. Horat. libr. 1. od. 31. Sidon. Apol. Paneg. ad Maiorianum: — *Fert Indus Ebur, Chaldæus amomum.* Arnob. lib. 6. Alcimum lib. 1. Vnde & Ouid. 4. Trist. antonomasticè *bellica India* pro Elephanto. Demum Poeta ipse in 12. Æn. *Indum ebur.* Cum quo consentit Lucret. libr. 2.

A qui celebrat ebur Indorum. Et Dio Chrysost. orat. 79. à quo Indi propter hanc vnicam mercem dicuntur πολὺ πάντων ὀλιγώτατοι καὶ ἄθεστοι: *longè omnium fortunatissimi, atque optimi.* Hermippus tamen apud Athen. lib. 1. Libyam celebrat, vt huius rei feracem. λιβύη δ' ἐλέφαντα πολὺν παρέχει: *Eboris multum Libya suppeditat.* Alíque. Sed obscurius multum quidem prouenire in Libya, non tamen conferendum cum Indico, ideo Poeta signatè Indis attribuit, quia apud illos ebur præstantissimum. Ratio peti potest ab exiguitate Elephantorum, qui prouenium in Lybia. Elephanti Indici præstant Africanis.
Appian. in Syric. loquens de Domitio disponente Romanam aciem contra Antiochum: *Elephantes quos ex Libya habuit, cum nullam vtilitatem allaturos speraret, in vltimis posuit,* ἐλάττω γὰρ τὰ ὄντα, καὶ θραυστέρων ἕνεκα λιβύων, *tum quod pauci numero, tum quod exigua corpore, vt Libycorum est natio.* Polybius quoque lib. 5. Hist. ita discriminat feras Libycas, atque Indicas. *Maxima pars elephantorum Ptolemæo prælium formidabat, quod plerumque accidere Libycis elephantis consueuit: odorem enim, & vocem non patiuntur, præterea magnitudinem ac vires, vt mihi videtur, timent. Indicos statim fugiunt vt eo tempore accidit.* Diodorus quoque lib. 2. c. 10. loquens de India: *Animantia varij generis producit præ ceteris magna ac robusta, partim terrestria, parum volantia. Elephantes insuper plurimos maximósque qui Libycos robore excellant.* Curtius libr. 8. loquens de India: *Elephantorum maior est vis, quàm quos in Africa domitant, & viribus magnitudo respondet.* Verum est tamen, scribi ab Herodoto libr. 3. de Æthiopia tantùm, ferre illam elephantos ἀμφὶς κεφέας: *vastos.*

Orientales molles. 11. MOLLES SVA THVRA SABÆI.] Attributum hoc commune est omnibus Orientalibus, vt quibus fluxi mores, vita delitiosa. Manil. lib. 4.

Nec procul in molles Arabes ter ámque ferentem
Delitias, variéque nouos radicis odores.

Iterum: *Et molles Arabes, Syluarum ditia regna.* De Sabæorum thure dicam lib. 2. Georg.

Chalybes. 12. CHALYBES NVDI FERRVM.] Sunt hi in Scythia. Dicuntur *nudi*, vt etiam ferrarius Pyracmon, *nudis membra in* 8. Æn. Videlicet ex necessitate operis. Inuenere hi ferrum, si credas & hic Poetæ, & Ammiano lib. 22. *Chalybes per quos erutum, & domitum est primitus ferrum,* & ante illos Apollonio 2. Arg. qui de illis — πολ δ' ἄμοιβις σιδήρεα ἔργα μέλονται: *Incumbunt hi in ferri opus.* Et Æschylo, qui in Prometh. Chalybas vocat σιδηρεόκτονας: *ferri opifices.* Diuersa est tamen aliorum sententia, Plin. lib. 7. c. 56. *Ferrum* (inquit) *Hesiodus in Creta eos, qui dicuntur Dactyli Idæi.* Strab. lib. 10 qui de iisdem loquens. Οἱ σιδηρον ἐξευρόντες, καὶ εἰργασμένοι πρῶτοι: *Hi ferrum inuenere primum, & fabricarunt.* Pro se Strabo adducit Sophoclem, addite- Ferrum qui inuenerint.
que hos Idæos Dactylos fratres quinque fuisse, ac totidem sorores exstitisse, atque ab eorum numero digitos nuncupatos Dactylos, quòd illi non ferrum solum, sed alia permulta humanis vsibus necessaria fabricarunt. Pausanias in Phocicis quidpiam aliud insinuat, vt qui artem ferruminandi attribuat Glauco Chio. Quod ante illum scripsit Herodotus lib. 1. attribuens soli (nam μόνῳ ait) Glauco Chio σιδήρου κόλλαν, compactionem ferri. Certè inuentio rerum propemodum omnis fabulosa est. Et vide an fabulosa? Nam Strabo ipse hos eosdem Chalybas ferri inuentores, ait esse illos, qui postea dicti Chaldæi. Οἱ δ' ὑπὸ χαλδαίοις, χάλυβες τὸ πελαιὸν ὀνομαζόμενοι. Et addit ἐκ δ' τῆς γῆς τὰ μέταλλα νῦν μὲν σιδήρου. Iustinus lib. 44. ad Hispanos cõtrudit. *Neq; vllum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbilis fluuio, aut Chalybe tinguatur. Vnde etiam Chalybes fluuij huius finitimi appellati, ferróque ceteris præstare dicuntur.* Ex vagante hac vndique

Idæi Dactyli.

& vbique

VVA. BHSC. BU 00239

& vbique Chalybum opinione scripsisse videtur Catul. *Iuppiter vt Chalybum omne genus pereat.* Quod sumsit à Callimacho, qui πᾶν χαλκεῦον ἠβᾷ. Sunt etiam, qui ad Cyclopas referant inuentionem ferri. huc trahendus Gregor. Nazianz. orat. 1. contra Iulianum : Εἰ ἦ τοῖς ὅπλοις μέγα φρονεῖς, παρὰ τίνων σοὶ τὰ ὅπλα ὦ γέγονεν ἐπαινε; ἀ τῶν Κυκλώπων, ἐξ ὧν τὸ χαλκεῖον: *Si superbis propter arma, a quibus tibi ô nobilissime venerunt arma? nonne à Cyclopibus, à quibus nata est ars ferraria?*

Castor & eius etym.

13. VIROSAQVE PONTVS CASTOREA.] Castor, & Fiber idem est animal, dictus quoque *canis Ponticus*, quod Seruius, & Rittershusius in Opp. adnotarunt; inde *Castorea*, id est, testiculi fibri. Dictus κάστωρ, vel quòd se castret, vel quasi χασὼν, quòd præter ventrem nihil alioqui vtile habeat : posterius probabilius est. Dictus Fiber quasi Fimber, quòd in extremis fluminum oris, & tanquam fimbriis degat: veteres extremum dixerunt *fibrum*, inde fibræ in animalibus, & radicibus arborum. Hinc lux Plauto dator apud Festum illis verbis: *sic me subes quotidie, quasi fiber salicem.* Nam qui in fimbriis fluminum degit, salice delectatur. Itaque verus Castor capiendus in Plauto, non vespa quædam, aut alterius species animalis, vt volunt quidam. Cum extremo hoc nomine alludit, dici ab Nican. in Alex. Λιμναῖα κάστορ, videlicet à palude. Hactenus de etymo nominis. Scribunt hanc bestiolam, si quando in periculo sit, insequentibus canibus, & venatoribus præmorsa sibi sua genitalia abicere, propter quæ expetitur, atque euadere. Cic. pro Scauro, quem & Seruius & Isidorus citant : *Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.* Eadem scribunt Plin. Solinus, Apuleius. Primus lib. 8. c. 30. alter c. 23. tertius lib. 1. Asin. & Iuuen. Satyr. 12. ita ait,

Fiber, id est castor.. Fibrum pro extremo.

Castor an se castret.

— Imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damnum
Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.

Orus etiam Niliacus ait, hominem sibi ipsi damna inferentem indicari ab Ægyptiis picto Castore, quòd hic testiculos suos præmordens, insequentibus venatoribus abiectos relinquat. Ad cuius animalis ingenium alludit Ammian. lib. 17. Hist. *Si morem genere suadenti volueris rectè, comemne partem exiguam semper luctificam, & cruentam, vt cetera regas secutus, — hoc bestias factitare; quæ cum aduertant cur maximopere capiantur, illud propria sponte amittunt, vt viuere deinde possint impunitè.* Hanc tamen rem veteribus creditam (ideo testimonia protuli) & antiquitate ipsa firmatam; viri graues negant Franciscus Vallesi. & Brod. Prior de sacra Philosoph. cap. 3. vbi mendacij huius originem refert ad fabulam Æsopi, qui eam confinxit, vt significaret prudentes homines debere, pro adipiscenda salute, habere nullam rationem fortunarum. Posterior liber 3. Miscel. cap. 10. reddit que rationem, nam Fiber adeò paruos habet testiculos, spinæque firmiter adhærentes, vt ipse eos prærodere, si maximè velit, non possit. Negat etiam doctissimus Gorræus, negat Sextius præstantissimus Medicus apud Plinium lib. 32. cap. 3. negat demum ante omnes Dioscorides lib. 2. cap. 23. *Vanum est*, inquit, *quod traditur, testes ab ipsis euelli, & à se se abiici, cum venatu vrgentur : siquidem tangi nequeunt, ita vt in sue fabricti.* Eandem rationem affignat Plinius ex Sextio. Vide in Dioscor. Andr. Matthiolum, qui secus sentientes fabulari ait. Eadem ipsi sentimus. Sed restat modus facilis. Si castorea in vsu medicinæ, cur virosa? Ait Plin. lib. 32. c. 3. Castorea esse *odoris grauis*, à quo odore putat Dalecamp. dici Virgilio *virosa*. Adde Lucret. qui lib. 6. *Castoreaque graui*

Castorea cur virosa.

mulier sopita recumbit. Hanc explicationem nos amplectimur. Sed non deerunt fortasse, qui à virtute, & viribus deducant hanc vocem, quòd Castoris inguen medicatum sit, non à tabe virulenta. Fortasse etiam dicta *virosa*, quia in testiculis est masculina vis, virtusque omnis. Ægyptij sanè Ithyphallos pingebant ad significandam virilem generandi virtutem. De qua re, si plura velis, adeundus Gorop. Becan. lib. 4. Hierogl. ad finem. Cetertim attributum sumsit à Nostro Nemesianus in Lyneg.

Tum virosa tibi sumes, multumque domabis
Castorea.

Epirotici equi.

14. ELIADVM PALMAS EPEIRVS EQVARVM.] Inde Epirus εὔπωλος & ἱππότις dicitur: *ferax equorum generosorum*. Poeta quoq; ipse 3. Georg. *& patriam Epirum referat.* Hue pertinet, celebrari ab scriptoribus equos Acarnaniæ, & equas Thessaliæ, quæ loca non longè ab Epiro. Elis ciuitas Græciæ certaminibus nobilis. Sed quare *equarum?* non *equorum*. Vel Græcorum imitatione (ait Turn. lib. 3. capit. 14.) qui sæpe solent equos, equas appellare. Nam Sophocl. Electr. agens de Oreste διαπρεπὲς ἔφυ ἵπποις dixit; & de eodem statim λεῖον ὀχεῖν ἵπποις. En, qui priùs equas dixit Thessalicas, mox subinnxit equum dextrum. Vel etiam (ait idem) illud dictum à Marone, quòd interdum equæ mitterentur ad Olympicum certamen. Celebratur enim Phidolæ Corinthij equa, quæ palmam meruit. Posset etiam Turnebus vti testimonio Herodoti lib. 7. vbi Xerxes celebrat curule certamen cum equabus. His tertiam addo rationem. Sunt equæ velociores in cursu, id quod præcipuè in certaminibus spectatur. Certè Homer. 2. Il. de equabus Pheretiadæ, quas Eumelus ductabat, ait fuisse veloces pedibus instar auium, Ποδώκεας ἠϋτὲ ὄρνιθας ὄις. Nonnihil ad hoc pertinens subiungit ex Plinio Seruius.

Equæ præstantes.

15. CONTINVO HAS LEGES.] Quæ hæ leges? Nimirum certa quædam loca rebus abundare, quibus alia carerent. Tertull. libr. de Pal. gentium transmigrationes ad hoc maximè refert, vt quæ hîc deessent, alibi quærerentur : *Primitus maiore ambitu terra cæsa, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem, truncare, atque rusticare consuluit, vt inde velut ex surculis, & propaginibus populi de populis, urbes de vrbibus, per vbique orbis pangerentur.* Est *runcare* euellere : rusticare, Nonio *quærere* : Festo *crebrò quærere*.

Runco. Ruspo.

16. FOEDERA.] Hanc vocem Naturæ quoque attribuit Lucr. lib. 5.

17. DEVCALION.] Iactatis Deucalion post tergum lapidibus formauit homines, Pyrrha fœminas. Fabulam latè non narro, quia obuia in multis. Putant viri doctissimi adumbratam à gentilibus in diluuio Deucalionis historiam Geneseos. Hanc suspicionem multa confirmant, sed illud inprimis, quod de columba Deucalionis narrat Plutarchus lib. de industria animalium, quod par omnino historiæ illi, quæ de columba Noë habetur in Genesi. Cetertim cùm Maro hîc, Ouidius, & alij penè omnes velint diluuium Deucalionis contigisse toto orbe, Græciæ tantùm illud attribuit Aristot. lib. 1. Meteor. cap. 14. Et Thessaliæ Ado in Chron. sed nec toti Thessaliæ, sed magnæ illius parti Orosius lib. 1. cap. 9. Obseruabis ex Clemente lib 6. Strom. cap. 7. hunc virum dictum nomine ἑλλήνων: *Hellenen* cognomine *Deucalionem*. Et ab illo linguas dictas Hellenicas, id est, Græcas. Demum noto, Virgilium in 6. Eclog. Pyrrham nominasse vxorem, hic virum

Deucalionis diluuium.

VVA. BHSC. BU 00239

rum Deucalionem, vt quem ibi subticuerat, hic diceret; & quam ibi dixerat, hic non repeteret: & tu ex vtroque loco integram fabulam coniungeres, sic solet vir hic. Ad verba porrò Virgilij animum adiecit Alcimus Auitus lib. 4.

Victuros lapides mundum sparsisse per amplum
Deucalionea refert, durum genus.

Et videtur adiecisse Arnobius lib. 5. aduers. Gen. ita loquens ex Timotheo: *In Phrygia finibus inaudita per omnia vastitatis petra inquit, est quædam, cui nomen est Agdus, — ex ea lapides sumtos — in orbem mortalibus vacuum Deucalion iactauit, & Pyrrha.*

18. VNDE HOMINES NATI DVRVM GENVS.] Fit allusio ad præcedentem fabulã. Nam durum est genus à duritia lapidum, vnde natum, & restauratũ. Inde sunt multi, qui existiment ἀπὸ τῶν λίθων: *lapidibus* dictos τὲς λαὸς: *populos*: Quod & fabula astruit, & ipsa vocum similitudo, quæ est inter λίθος, & λαὸς. Græcus Poeta, Ἐκ ϑ λίθων ἐγένοντο βροτοὶ, καὶ ϑ κελεύθει: *Ex lapidibus facti homines lai vocantur.* Pind. od. 9. Olymp. narrata fabula ait, inde exstitisse λίθινον γόνον. Λαοὶ ϑ ὀνόμασεν: *Lapideam fœturã, quæ vocata est laos, id est, lapis.* Iuuen. Satyr. 1. *Paulatimque anima caluerit mollia saxa.* Insinuat Lucretius lib. 5.

Et genus humanum multo fuit illud in arvis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creasset.

Huc pertinent verba Arnob. lib. 5. *Cùm enim genus humanum ex lapidibus apud vos ortum procreationque dicatur, necesse est credere, &c.* Et fabula lõgissima, quam ipse narrat de Agdesti nato ex lapide: *Petra (inquit) conepit, & mugitibus editis multis priùs, mense nascitur decimo materno ab nomine cognominatus Agdestis.* Quia videlicet petra illa Agdus dicta est. Opinio etiam Empedoclis, quam reprehendit Aristot. 1. de Anim. cap. extremo, sentientis humana ossa ex elementis facta. Sed & fabulæ de lapidibus retro iactatis à Deucalione, & inde λαὲς dictos populos, meminit Theophilus Patriarcha Antiochen. lib. 3. ad Autolycum. Hunc ortum hominum ex lapidibus ita explicat Eustathius, Ὅτε τοιόνδε βίον εἶχον οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὀρεινόμιον, καὶ ἄγριον, καὶ λίθων κοιλότητι διήνευον τὰ νεογνὰ ἐκποδὼν ὄντες διὰ πενίαν τε καὶ ἀπορίαν τροφῆς, ϑῆν καὶ σῦριγξ διατόρων ἐκ τῶν εὐφυεστέρων ἦν ἐν δείᾳ βρέφη, σὺς ἄγρα ἐκ ἄγρου, καὶ λίθων γενῶν τοῖς ἀνθρώποι: *Quo tempore in sylvis, & antris habitabant mortales, nonnunquam liberos exponebant in arboribus, petrisque excauatis, cùm eos præ inopia nutrire non possent. Vnde sparsum in vulgus, expositos illos, & natos ex quercubus, & petris.* Inde Iuuenalis Satyra 6.

Populi vnde dicti.

Homines natos è lapidibus eut creditum.

Quippe aliter tunc orbe nouo, cœloque recenti
Viuebant homines, qui rupto robore nati,
Compositique luto nullos habuere parentes.

Portò ex hac, & aliis fabulis conuincit Gentiles S. Cyrillus Hierosol. Cateches. 12. negantes virginem posse parere. Nam quid mirum si virgo hominem pariat, quem parerent proiecti lapides? quem femur, quem cerebrum Iouis?

19. DVRVM GENVS.] Ammian. lib. 29. *bellicosũ genus & durum.*

—[a] Ergo age terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri, glebásque iacentes
Puluerulenta coquat maturis Solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco:
[b] Illic officiant lætis ne frugibus herbæ,
Hìc sterilem exiguus ne deserat humor arenam,
[c] Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
[d] Aut ibi flaua seres mutato sidere farra,
Vnde priùs lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenuis fœtus viciæ, tristísque lupini
Sustulerit fragiles calamos, syluámque sonantem.
[e] Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ,
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
[f] Sed tamen alternis facilis labor. arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, néve
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
[g] Sic quoque mutatis requiescunt fœtibus arua
[h] Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.

C

ARGVMENTVM.

Redit ad præceptum de aranda terra, signátque tempus, quo aranda pinguis, quo tenuis. Deinde ait, nouales agros vtilissimos esse ad prouentus, quos si habere non possit pauper agricola, adhibet modos duos, quibus terra nouitatem induat, videlicet mutationem seminum, & stercorationem.

EXPLICATIO.

[a] PRÆCEPTVM erat, incoandum perito agricolæ arationem à primo vere: interposuit nõnulla de moribus, natura, ingenio variarum terrarũ: iam hìc redit ad illud præceptum de aratione, sed sub distinctione. Aut enim (inquit) solum pingue est, aut

UVA. BHSC. BU 00239

infœcundum. Si pingue, aretur ſtatim à primis anni menſibus, id eſt, vere nouo (idem enim vtrumque:) neque verò leuiter aretur, ſed ita vt ſolum inuertatur, & fortes ſint tauri, quò validior aratio. Atque ita fiet, vt æſtas ventura, quæ plena eſt pulueris, coquat melius Solibus maturis, id eſt, calentibus, ac feruidis, ſparſas glebas. Si verò ſolum ſit infœcundũ, differatur aratio ad Septembrem, quo Arcturus exoritur: ac tum quidem tantùm tellus ſuſpendatur leuiter, non inuertatur; ſignetúrque tenuis quidam ſulcus, non vomer penitus penetret.

[b] Reddit rationem ſuperioris præcepti. Pinguis tellus tota penitus inuertenda eſt, quò melius eradicentur herbæ, quarum illa ferax eſt ſua pinguedine, ac ſi tota pernicies agrorum euertatur: macrum ſolum arandum eſt & leuiter, & poſt æſtatem, ne humor exiguus ſiccetur, deſeratque terram illã, ſeu potiùs arenam ſterilem.

[c] Si idem velis (fingit ſe loqui cum agricola) vt votis tuis reſpondeat prouentus, patere vt tellus tonſa (id eſt, iam demeſſa) fiat noualis, id eſt, ceſſet alternis annis: durecſcátque campus ſitu, horrore, alterni anni ſegnitie.

[d] Præceptum hoc dirigitur ad pauperes agricolas, quibus non ita multa terrarum ſpatia, vt poſſint partem ſerere, partem relinquere ad agrum nouale. Dicit itaque, vt loco ceſſationis ager ſeratur iam farre, id eſt, frumento, iam aut legumine aliquo, aut vicia, aut lupino: ſic ager quietem habebit, ſi non ſemper frumenta accipiat. Ornatum orationis nota. Legumen vocat lætum, cui ſua ſiliqua, id eſt, vagina, & folliculus quaſſat, ſonat, crepitat. Viciam, tenuem, vt verè eſt. Lupinum triſtem, per quam optimè, vt poſtea apertam: dat illi fragilitatem calamorum, ſyluam ſonantem.

[e] Ita tibi concedo hanc veniam ſerendi alternis annis iam frumenta, iam legumina quædam; & tenues fructus; vt tamen nolim, ſeras linum, auenam, papauer, quod perfusum eſt ſomno lethæo: iſtę enim ſegetes malæ ſunt, terrámque vrunt.

[f] Redit ad præceptum. Quaſi dicat. Dedi tibi veniam ſerendi alternis annis iam frumenta, iam legumina, tantùm pro anguſtia terrarum tuarum. nam ſi me conſulis, facilis omnino eſt labor, ſi tellus alternis ceſſet, fiátque ager noualis. Vtcunque ſit, non ſit pudor ô agricola ſaturare ſola arida ſimo pingui, agros effœtos, id eſt, laſſatos cinere immundo. Hoc enim ſecundo modo reparabis languentem & deficientem terram, ſi nequeas habere agrum noualem.

[g] Cùm præmiſerit, ſerenda eſſe iam frumenta, iam alia legumina pro terrarum anguſtiis, dicit hãc mutationem vice eſſe quietis, & inſtar agri noualis.

[h] Quaſi dicat. Multa quoque interdum eſt gratia, ſi terra relinquatur inculta per annos plures, nam ea intermiſſio vberiores dabit frugum prouentus. Sic puto, nam quid hic nulla neceſſitate redeat Poeta ad agrum noualem, & alternis tantùm ceſſantem.

NOTÆ.

1. PRIMIS A MENSIBVS ANNI.] Aliqui hic ſignate intelligunt Ianuarium, & Februarium, qui primi menſes anni. Non puto. Recurrit enim Poeta ad præceptum illud de vere nouo: itaque quod ibi *ver nouum*, hic *menſes primi anni*. Ergo, cùm tepor inceperit, cùm niues ſoluantur, cùm zephyri perflent, tunc incipiatur aratio ex mẽte Virgilij, modò id accidat hyemalibus, modò vernis menſibus, vti iam explicui ex Columella. Sic enim Virgilium Plinius interpretatur lib. 18. cap. 26. Nam definiens quid faciendum, cùm Fauonius flare cœperit, ita ait: *Terra in futurum proſcindatur. Virgilio maxime auctore, vt glebas Sol coquat.* Diſſidet verò Virgilius à Theophraſto, qui lib. 3. Cauſ. c. 25. ſcribit, terram ἢ πυῤῥόεσσαν, στερεὰν, βαρείαν, καὶ μὴν μελαγχθῆ καὶ ἐρασίτευτον: *Humidã, ſolidam, grauem, pinguem eſſe ante arandam.* Contrà verò ξηρὰν, μανὴν, κεπφὴν, κόπριον χρείαν ἔχουσαν: *ſolutam, ſiticẽtem, leuem, gracilem hyeme.* Sed inprimis hoc Theophraſtus ad nonnullos refert, vt non tam ex ſua, quàm ex aliorum opinione videatur loqui: ait enim, ὡς φασι. Deinde; quid ſi non contra ius? vt qui fortaſſe per æſtatem, finem veris, per hyemem, autumni finem ceperit. Id credo: nam quî ille cõtrarius eſſet reliquis ſcriptoribus rei ruſticæ? Conſentit enim cum Poeta ſententia Palladij lib. 6. Columellę, Plinij lib. 18. c. 26. Xenophontis in Oeconom. vbi docet arandum ἔαρος ὄψε, & hoc poſtquam hyemem, & æſtatem excluſit: hyemem, propter lini copiam æſtatẽ, propter ſqualorem, quo tunc tellus intractabilis. Sed & Poeta ipſe, cuius mentem exquirimus, ita ait:

Nec tibi iam prudens quiſquam perſuaderit auctor,
Tellurem Borea rigidum ſpirante mouere
Rura gelu dum claudit hyems.

2. INVERTAT.] Huic verbo in re ſimili reſpondet apud Theophraſt. lib. 3. Cauſ. c. 25. μεταβάλλω. Eo enim vtitur, atque etiam θέλξαι, nam in eodem capite loquens de quodam inſtrumento Theſſalorum, ita ait: ἐμάλλον εἰς ἓλξ ἢ κατὼν, πλεῖον γὰρ θέλξει τὸν: *hoc enim altius deſcendens plus terræ inuertit.* Manil. lib. 4. —*inuerſos — vomere campos.* Sidon. Epiſt. 6. lib. 1. *cernunt raſtris foſſor inuertas.* Inuertere terram.

3. PVLVERVLENTA ÆSTAS.] Seru. *que glebas ſoluit in puluere.* Pompon. Sabin. *ſicciſſima.* Alij *calida.* nã calor cauſſa ſiccitatis, vnde magna vis pulueris. Quod malis. Quid ſi *frugifera?* Fortaſſis. Cõiecturam aliquam nihil præbẽt verba iſta Hieronymi de Nominibus Hebraicis ex libro Iudicũ. *Ephrata frugifera, ſiue puluerulẽta. Ephratites, puluis frugifer.* Quaſi vox diuerſa, tes eadẽ. Sed hoc fortaſſe nihil probat, quia in Hebraico ſermone duplex illa ſignificatio ab diuerſo themate ducitur. Maiorẽ Theophr. 3. Cauſ. c. 22. vbi ait, puluerẽ interdum pro nutrimẽto eſſe, & cumeres occultatos puluere, nutriri, reddíque teneriores. Quã rem ipſe admiratur, ſubdit enim, θαυμάζεται δὲ εἰ ξηρὸς ὢν (κονιορτὸς) τρέφει. *Mirum, puluerem nutrire poſſe, cum ſiccus ſit.* Et 2. Hiſt. c. 8. ait, vuã aſpergendam puluere, nõ cum incipit nigreſcere, ſed, vel cùm iam nigruit, vel cùm runcanda eſt tellus: nam hoc facit ad maiorem vbertatem. De eodẽ vuarum ſtatu Columel. 4. c. 28. *ſit vberior puluerationibus.* Æſtas cur puluerulẽta. Puluis pro nutrimẽto eſt.

4. COQVAT.] Martial. lib. 10. Ep. 62. *Toſtáque feruens Iulius coquit meſſem.* vt verò hic *coquat Solibus*; ita ad verbum Xenophon in Oecon. Τὴν ὀπῶρ᾽ ὡς᾽ς τὸν ἥλιον. *Terram coctam ad Solem.* Iterum: ἢδὲ γῆ ὀπτᾶται ὑπὸ τοῦ ἡλίου: *terra coquatur Sole.* Coquere de Sole.

5. SVB IPSVM ARCTVRVM.] Præcipit ad exortum pene Arcturi arandum eſſe macrum ſolum. Sed quando Arcturus oritur? Diſſident Columella, & Plinius. Prior lib. 11. c. 2. *Nonis Septembris Arcturus exoritur.* Poſterior lib. 2. c. 47. *Sidus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus ante Æquinoctium Autumni.* Signat videlicet Septembris diem aut 12. aut 13. Nam Æquinoctium Autumnale contingit aut 23. aut 24. eiuſdem menſis, vti reperimus in tabulis Aſtronomicis. Innuit verò Poeta ortum Arcturi Coſmicum, non Heliacum, non Chronicum, ſiue Acronychum. Has locutiones non explico, nam ſcientibus claræ ſunt, neſcientibus non ſatis multa. Fabulam Arcturi non narro, vt quæ facile vndecunque peti poſſit. Arcturi ortus.

6. TENVI

VVA. BHSC. BU 00239

6. TENVI SAT ERIT SVSPENDERE VLCO.] Simili præcepto de terra macilenta Theophr. c.25. lib.3. ἐνίοις δὲ ὁ δίκροτος τὰς ἀκεκλείας, ἀλλὰ διαμίσσουσι ἂν ὁ πολὺς: sunt enim (agri) qui cultum exquisitum pati minimè possunt: qui ita colat, aberrabit. Verba ab Nostro accepit Plin. lib. 18. c. 18. *Syria quoque tenui sulco arat.*

Suspendere terram.

7. SVSPENDERE.] Papin. ab Nostro lib. 4.

Littora multo
Vomere suspendunt.

Theophr. 3. caus. c. 14. ait, aruа fossione reddi παχυρρεμένα: *suspensa*: Colum. 3. c. 13. *in summa terra suspendere, & suspensissimum pastinum.*

8. ILLIC OFFICIANT.] Rationem hanc Plinius in re simili assignat verbis istis lib. 18. c. 26. *vilior sententia, quæ non nisi temperatum solum in medio vere amari iubet: quoniam in pingui statim sulcos occupant herbæ, in gracili insecuis æstus exsiccant; tum namque succum venturis seminibus auferunt.* Et Columel. lib. 2. cap. 4. Nam de pingui ita ait: *Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente, cum omnes herbas ediderint, neque adhuc earum semina maturuerint.* De sterili ita: *Graciles cliui non sunt æstate arandi, sed circa Septembres calendas: quoniam si ante hoc tempus proscinduntur, effœta & sine succo humus æstuo Sole peruritur, nullasque virium reliquias habet.*

9. ALTERNIS.] Præceptū hoc de alterna agrorum quiete traditum à Pindaro Ode extrema Nem. his verbis.

Ἐν χερσὶν ἀλλ' οὐ μέλλανα καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι,
Δείνδρεά τ' ἐκ ἐτελει πάσσαλα ἔτεων πιεδόδις
Ἀνδρῶ ἐρώσας σέρεν, πλοῦτῳ ἰσοῦν,
Ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι:

Sed enim nec nigra arua fructum dant continua serie, nec arbores volunt omnibus annorum recursibus florem odoratum ferre, diuitiis parem, sed alternis. A Xenoph. in Oecon. Οὔκουν τάτο μόνον οἶσθα ὅτι τῷ σώματι νεῦν δεῖ ὑπεργάζεσθαι: *Illud sciat velim nouale agrum semenibus præparandum.*

Noualis ager.

10. NOVALES.] De agro nouali dixi iam in 1. Ecl. Hic addam, non esse dubium doctis, quin propriè ager noualis sit is, qui nunquam antea proscissus, nunquam cultus, cùm Plinius vocet agrum noualem illum, vnde vetus sylua excisa est. Sed vsu tamen auctorum, iam vox traducta est ad signandum agrum illum, qui alternis cessat, alternis seritur: quasi qui incultus relinquatur, vt nouetur, & renouetur. Probat hoc auctoritas Aristotelis lib. 6. Hist. Animal. c. 22. vbi docens non quotannis incundas equas vt partus sit validior, ait: Ἐνα γ' ἐνιαυτὸν ἡ πάμπαν ἀνάγκη διαλείπειν, ἢ πολὺν ὥσπερ νέον: *Necesse omnino est annum vnum in serponere, & quasi nouale facere.*

11. SEGNEM CAMPVM.] Græci hoc dicūt cum magno lepore ἀργὸν ἀργόν. Notauit Germ.

12. AVT IBI.] De hoc præcepto, quo legumina quæpiam iubētur alternis seri, ita Plin. lib. 18. c. 21. *Virgilius alternis cessare aruа suadet, & hoc si patiantur viuæ spatia, vtilissimum proculdubio est. Quod si neget conditio fari serendum, vnde & lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, & quæ terram faciant leuiorem.* Varro etiam lib. 1. cap. 44. *Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paulo leuioribus fationibus serere, id est, qua minus fugunt terram.* Et quidem signatè vicia, & lupino agros iuuari, & sterecorari. Columel. quoque scribit lib. 2. c. 14. per initia. Et de lupino Plin. lib. 17. c. 9. *Inter omnes autem constat nihil esse vtilius lupini segete, priusquā siliquetur, aratro vel bidentibus versa.* Eodem pertinet sententia Catonis probantis stercus è lupino, quod eodem capite tradit Plin. Sed & Constantin. in Geopon. Θέρμος εἰς τὴν ἄσπρην γῆν σπαρτέον, καὶ ἐὰν τε κόφις, αὐτοῦ δὲ γίγνοντα αὐτὸς κοπρίζεται, καὶ ποιεῖν αὐτὸ εἰς τὸ μέλλον εὐφορώτερον: *Imbecillis tellus lupino seminanda est, neque tum is liget stercore, nam ipse terram stercorat, facilique imposterum seritur.*

Lupinus.

13. MVTATO SIDERE.] Quia aliud sidus, aliud tempus requirit frumentum ad seminationem; aliud legumina, vicia, lupinus. Possis quoque *mutato sidere* accipere, *mutata velificatione*, traducto sermone à re nautica. Vt dicat Poeta. Flectes aliter, atque aliter laboris tui vela, etiam huic seminationi, iam alij incumbes, quo te dirigit maior prouentus & vtilitas.

14. LEGVMEN.] Ita dictum quod manu legatur, signatè Græcis χέδροψ, & χέδροπον, quasi χειρόδρεπτον. Legumīnis etymon.

15. VICIÆ.] Varro lib. 1. c. 31. *Vicia dicta à vincīendo, quod item capreolos habet, vt vitis quibus cum sursum versum serpit ad scapum Lupini, aliumve calamum, ad quam vt hæreat, eum solet vincire.* Sed mihi potiùs placet à Græcis deducere, qui βίκιον nominant. Verba autem Varronis ideo adduxi, quia in vulgatis corrupta sunt. Vt legi, legit Remb. Dodon. Pempt. 4. lib. 2. c. 21. Galenus lib. 1. de Aliment. Facult. c. 37. ait ab Atticis σάεγκον, aut fabam appellari. Vti aliqui cum Aphace aut confundant, aut discriminent, meū non est. Si quis attentè legat auctores herbarios, inueniet omnino discriminari. Viciæ etymon.

16. TRISTISQVE LVPINI.] Triste pro amaro sumi multa probāt. Inprimis auctoritas Macrob. lib. 6. c. 5. qui sic Virgilium explicat, & item illud Ennij: *Neque triste quæritat sinapi, neque cœpe mœstum.* Deinde Ouid. 3. de Ponto,

Tristia per vacuos horrent absinthia campos,
Conueniēsque suo messis amara loco est.

Iterum in eodem lib.

Tristia deformes pariunt absinthia campi,
Terraque de fructu, quam sit amara docet.

Petron. in Fragm.

Tu licet adportes frugentia mala palatum,
Tristia mandenti est melleus ore sapor.

Vbi *mandere tristia* est, mandere acria, amara. Isidoro quoque 17. Etym. cap. 4. *Lupinus Græcum nomen est, de quo Virgil. tristisque Lupini cui vulnus degustantis amaritudine contristat.* Verè hoc Isidor. quia Lupinus ἀπὸ τῆς λύπης, id est, tristitia. Inde laudandus Poeta, qui cùm posset lupinum nominare amarum, maluit pro amaro tristem dicere, cum aperta allusione ad etymon: quod sæpe aliàs facit, includens etymologias in ipsis epithetis. Quæ dixi præfero, sed possis etiam tristitiam lupini referre ad ignobilitatem, & vilitatem cibi. Alexis apud Athen. lib. 2. miserrimum victus genus commemorans, inter alia infert, πάλαγον, θέρμον, κάλαγον: *faham, lupinum, olus*: & Lycophron Chalcidicus, θέρμος πτωχῶν: *lupinus pauperum.* Inde parœmia: *Male pareat, qui lupinos edit.* De qua ibidem Athen. Triste pro amaro. Lupinus cui tristis. Lupini etymon.

17. VRIT ENIM.] His tribus seminibus lino, auena, papauere exuri terram multi asserunt, videntúrque omnes accepisse à Virgilio. In his sunt Fuchsius de Hist. Plantarum c. 177. Rembertus Dodon. Pemptade 4. lib. 2. c. 24 Plin. lib. 17. c. 9. qui sic, *Virgilius & lino fœtem exuri, & auena, & papauere arbitratur.* Columella etiam ad idem probandum Virgilij versus adducat lib. 1 c. 14. Ac de virulenta lini tabe, etiam Tremellij auctoritatem adiungit. Addit rationem, quia linum feruidæ est naturæ. De eodē Plinio in procem. lib. 19. *linum vrit agrum, deteriorem etiā terram facit.* De *auena* verò ita Theophr. adnotatus ab Vrsino, Ἐπικωφίζεται σφόδρα ὑπὸ αἰγίλωπος τὴν γῆν: *Auena vehementer terram desrugat.* Addit rationem à Linum terram vrit.

UVA. BHSC. BU 00239

copia radicum,& calamorum, τὰ ἐκ πολυῤῥίζου, καὶ πολυκάλαμου.

Papaver lethæum.

19. LETHÆO PERFVSA PAPAVERA SOMNO.] Lethe fluuius aut palus inferorum obliuione significat:inde papauera, quæ mire somnos conciliant,dicuntur perfusa somno obliuionis. Iterum in 4.Georg.*lethea papauera mittes.*

Stercorandi vtilitas.

19. FIMO.] De vtilitate stercorandi,quam hîc attingit Poeta,satis fusè scriptores rei rusticæ. Colu. lib.2.c.14.*Omni solo —— vna præsens medicina est,vt stercore adiuues, & absumas vires hoc velut pabulo refoueas.* M.Cato de re Rust.c.116. *supra areas stercus spargito.* Theophrast.lib.3.de caus.c.24.cùm primum locum det arationi,alterum dat κοπρίσει στερκορατίωνι. Et li.4. eiusdem operis c.13. Τὰ κοπρίζοντα ἀστρέφειν φασὶ τῶν ἀπ' οἰκίων, χρεὼν εἶναι τὸν ἡμέρας: Ὃς δὲ στερκορατίωνται πρεσταῖρε non stercoratis vicenis ferme diebus asserunt. Et lib.8. Histor.c.8. καὶ ἡ κοπρεία ἡ μεγάλα φέρει: *iuuat plurimum stercus*,dat rationem, τὸ διαχεόμενον καὶ σύμφυτον: *calefacit enim & concoquit.* Inde natum præceptum illud de habendo sterquilinio,quod præcipuum inter rustica præcepta. Cato cap.5. de officiis villici:*sterquilinium magnum habe vt habeas,stercus sedulò conserua.* Varro lib.1.cap.13. *Secundum villam duo habere oportet sterquilinia,&c.* Pallad.lib.1.cap.33. *Stercorum congestio locum suum tenere debebit.* Quod verò stercus probandum præ alio, meum non est, quia nihil de hoc Virgilius, nisi quis putet in voce *pingui* latere hanc scientiam. Qui velit multa, legat Plinium lib. A 17.cap.9.Palladium lib.1.c.33.Colum.lib.2.cap.15. Varronem, Catonem, Geoponica Costantini, Theophrasti multis in locis. Certè 3.Caus.c.7. totam fertilitatem ab stercore prouenientem refert ad res duas;Ὅτι μὲν καὶ μανοῖ τὴν γῆν, διαπερᾶνειν: *quod terrã soluat, & calefaciat.* Quæ duo initia sunt εὐκαεσίας: *fertilitatis.* Dio Chrysost.orat.35. ouium stercus præfert ceteris.

20. EFFOETOS AGROS.] Notat Germ. effœtum & defatigatum agrum dici à Theoph. ἀπυρηνίαν γῆν, καὶ μὴ δυναμένην φέρειν.

21. CINEREM.] Præcepti huius ratiocinium in rusticis præ superiore de stercoratione,sed tamen minima. Nam Plin.lib.17.cap.9.ita ait: *Transpadanis cineris vsus adeò placet, vt anteponant simo iumentorum.* Columel.lib.2.c.15. *quin etiam satis profuit cineris vsus, & saluia.* Palladius lib.1. c.33. post numerata multa genera stercorum,absoluit:*cineres optimi.* Vsum cineris in Mœonia ad vites procreandas Strabo adducit lib.13.Idem lib.6.ait colles Catanensium ex Ætneo cinere ita pingues redditos,vt vineta illis lætissima prouenerint, ac perinde nobilissima vina: pecudes verò à pulcerrimo pastu ita exuberanti pinguedine distentæ,vt suffocentur, nisi cruor eximatur ab auribus. Ait Seruius hîc cinerẽ dici *immundum* ad discretionem illius,quo vtuntur puellæ. Seruij sententiam illustrat Scal. in Coniect. Lege.

Cinis ad stercorationem.

22. INARATÆ TERRÆ.] Græci: γῆ ἀνήροτος, ἀγεώργητος, ἄνεργος. Germanus.

[a] Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.
Siue inde occultas vires,& pabula terræ
Pinguia concipiunt:siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium,atque exsudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias,& cœca relaxat
Spiramenta,nouas veniat qua succus in herbas:
Seu durat magis,& venas adstringit hiantes;
Ne tenues pluuiæ,rapidíve potentia Solis
Acrior,aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
[b] Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineáque trahit crates,iuuat arua;neque illum
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo.
Et qui,proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso prorumpit aratro,
Exercétque frequens tellurem,atque imperat aruis.

ARGVMENTVM.

Meliorationi seminum, & stercorationum adiungit vstionem. & causas cur hæc fiat. Agit in fine de occatione, & obliqua aratione.

EXPLICATIO.

[a] ADHIBVIT Poeta duos modos, quibus terra languens,& effœta exueret senectutem, iuuentutem induceret,iam tertium adhibet de cremationc agrorum,ac simul caussas quatuor,quibus excogitata hæc ratio telluris reparandæ. Continentur hæc versibus decem. Profuit sæpe flammis incendere agros,profuit stipulam:illos steriles (id est, quia steriles) hanc leuem(id est,quia leuis,& vana:frustrà C enim vratur ager fertilis.) Epithetum flammarum viuè rem explicat. vruntur enim calami agrorum cum sonitu & crepitu. Quid quod versus mirè properat imitans celeritatem flammæ comprehendẽtis messem. Sequitur prima ratio, cur excogitata hæc medela. Quia tellus nouas vires, & pabula concipit ex cinere. Altera vitium, humórque inutilis excoquitur,exsudat,consumitur. Tertia. Laxatur fortassè tellus,& aperit spiramenta,id est, meatus quosdam, quibus succus latens intus in visceribus ad herbas perueniat. Quarta superiori contraria. Adstringitur fortassè tellus,obdurescit magis,occludit meatus,ne pluuiæ,quæ tenuitate sua penetrat, herbas perdant; ne Solis vis adurat,ne frigus Boreæ.

[b] Memineris lector Poetã à præcepto arationis, quo initio agricolam suum instruxit, diuertisse ad agrum noualem,& inde ad triplicem modũ, quibus ager

VVA. BHSC. BV 00239

ager reddi quodāmodo noualis queat, videlicet mutationem seminum, stercorationē, crematione. Ergo ab hoc diuerticulo redit ad modos alios, quibus parari tellus debeat. qui rastris (inquit) confringit glebas inertes (nam quamdiu integræ, inertes sunt, otiosæ, inutiles,) qui trahit crates factas ex vimine: hic vehementer prodest aruis; huic Ceres Dea frugū fauebit, vt nō cessatori: hic item mire aruis prodest, qui non contentus semel arasse, suscitasse terga, sulcos formasse, iterū inuertit omnia, obliquè arat, telluré exercet, agris imperat, & veluti cogit ad fœnus.

A tere, quod alienum ab eius natura: Vtráque breuiter expediā. Sunt in humanis corporibus, in aliis etiam, pori quidā, ac meatus prouenientes ex caloresihis tanquam ianuis frigus penetrat, ac sese insinuat, mox vt locum occupauit, constipat, atque alligat: itaq; constipatio post ingressum est. Pergo ad alterā. Ait Arist. lib. 4. Meteor. c. 5. frigus calefacere, atque exurere, non quidē ex se, sed κατὰ συμβεβηκός, ex accidenti. Quod mox explicās ait: Κώλυον λέγεται, ὃ θερμαίνειν τὸ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν τὸ ὀπτὸν ἀλλὰ τὸ συνάγειν, ἢ ἀντιπερίστασις τὸ θερμοῦ: Dicitur frigidum vrere, & calefacere, non quidem more caloris, sed quod calidum conducatur omnium in locum, & aduersō teneatur conatu. Itaque frigidū vi sua calorem conducit in vnum locum, vnde exustio prouenit; ac perinde συμβεβηκότως, accidentaliter exurit. Certè Grāmatici pruinam volunt ab vrendo dictam. Et Græcis αἰθρὸν frigus matutinum dicitur παρὰ τὸ αἴθω: Vro. Inde & Suidas αἰθρον exponit καῦμα. De posteriore quæstione lege, præter commentatores, Brodæum lib. 2. c. 8. & Magium lib. 1. c. 17. vtrūque in Miscellaneis. Diffeedit posterior ab Arist. verba ista *frigus penetrabile* sumsit ab Lucr. qui lib. 1. — *penetraleque frigus*. Ab vtroque Martial. lib. 4. epigr. 19. *Ne maiidus intret penetrabile frigus in artus*. Non abit ab eodem Lucret. dictum ibid. —*manabile frigus*.

B

Pruinæ etymon.

10. ADVRAT.] Addūcam loca auctorum, in quæ incidi, quę frigori vstionem dant. Terent. Vart. in Eumenid. *frigore torret*. Calp. 5. Ecl. cum aperta imitatione Virg. — *Ne forte rigor penetrabile corpus adurat*. ibid. hyemem *torridam* vocat.

Aduro de frigore.

—*Ne torrida nimbis*
Insset hyems, nimióque gelu, nimbíisque coactis.

Lucan. lib. 4.

Vrebant montana niues, campósque iacentes
Non duratura conspectio Sole pruina.

Sed vt omittā Poetas, in Plin. ter reperi lib. 20. c. 13. & lib. 17. c. 24. & lib. 3. c. 20. Eandem locutionem in tribus Scriptoribus Liu. lib. 40. Tacit. 13. Annal. Iustin. lib. 2. & in Arnob. lib. 1. & lib. 3. Minutio, Greg. Turon. lib. 6. Hist. c. 44. Cypriano ad Senatoré quēdam. Cicer. 2. Tusc. Delectati Græci hac locutione. Aristotelem iam dedi. Auctor Geopon. lib. 5. Τὸν πάχνας ἀποκαίουσας ἀμπέλους, pruina adustas vites. Phil. lib. περὶ φίλων φρον. οἱς μήτε ὑφ' ἡλίου καῦσαι, μήτε κρύ' ἀπειλῆσαι χειμών: vt ne æstu incendat, ne frigus aduret. Basil. de Quadraginta Martyr. narrans, quod supplicij genus esset pati in lacu frigoribus gelato, ait simile esse, ac si ab igne fieret exustio in summas partes, ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς καιομένων τῶν ἄκρων. Et postea Sancti ipsi, vbi sese mutuo hortantur ad subeundum acre illud genus frigoris, aiunt, καυθήτω ὁ παγετὸς ὁ πνίγων. Accinit Gaudentius Episcop. Brixien. qui in dedicatione Basilicæ eorundem Martyrum: *vrebat acritudo nimij frigoris lucentes tigentium corpotum cutes*.

C

D

11. RASTRIS.] Rastri, aut rastra dicta sunt ab radendo, vt ait Serv. hoc instrumentū arua æquat confractis glebis, quæ super exstant. Eiusdem ferè vsus est crates viminea. Interpretes non male intelligūt his duobus verbibus includi occationem: nam occatio fiebat & rastris & cratibus, adiuuante hoc Plinij loco lib. 18. c. 20. *Arationepar transuersum iterata occatio sequitur, vbi res poscit, crate, vel rastro, & suo semine iteratio*. Est verò occare, vel cædere, & comminuere glebas, dictum quasi ab occidendo, si sequaris Verrij etymon, & Varronis lib. 1. Rei Rust. vel fruges occulere atque abdere comminutis glebis, dictum quasi ab occœcando, quod obruantur, & occœcētur semina, vt Ciceroni placuit lib. de Senect. & Screno apud Nonn. & Cæsari Scaligero in lib. 3. Theophr. de caus. c. 29. iuxta ordinem Scaligeri, iuxta alios 26.

Rastrorum etymon.

Occatio quæ, & vnde dicta.

E

NOTÆ.

1. INCENDERE PROFVIT AGROS.] Plin. lib. 18. c. 30. *Sunt qui accendant in arua, & stipulas magno Virgilij præconio. Summa autem eius ratio, vt herbarum semen exuratur*. Videtur Plinius præferre secundam Virgilij rationem reliquis.

2. STIPVLAM.] Admonet Victor. in lib. 3. Rhet. Arist. stipulam Virgilij hoc loco respondere Græcè καλάμῃ, dicente Arist. in Meteor. ὥσπερ ἐν ἀρόσεσι καυσῶσι καλάμης. Quæ verba Maro his reddit, & inde accepit. Indo illud eiusdem Arist. Οἷον τὰ ἄκανθα τὰ ἄγρια, καλάμης, reddit ipse: *quādo enim appellauerit aliquis senectutem stipulam*. Adiungo Ammian. locum lib. 18. qui *stipulam* pro calamo sumsit: *iniecto igne, furentis elementi vis maxima, frumenta omnia cum iam stipula flauenti turgeret, herbasque pubentes in conorruit*.

Stipula in Virgilio quid sit.

Crepito.

3. CREPITANTIBVS.] Explica *sonantibus*, cum Nonio, quia *crepere* sonare est. Nam Plaut. Mænech. de intestinis *crepant & crepitant*, id est, sonant. Terentius quoque in Por. *ostium increpuit*, id est, insonuit. Ait Macrob. ductū versum Virgil. ab illo Lucr. lib. 6.

— *Laurus*
terribili sonitu flamma crepitante crematur.

4. SIVE INDE OCCVLTAS VIRES.] Optimè ait Bersmanus ex quatuor potissimum capitib. prouenire posse damnum agrorum, quibus omnibus vnico remedio cremationis Poeta satisfacit. Est enim macies, quæ prouenit ex defectu alimenti: vligo, quæ ex humoris abundantia: terræ densitas, quæ pororum constipatione semetem suffocat: eiusdem raritas, & laxitas quæ viam faciunt Soli nimio, & frigoribus. Ergo ignis maciem adimit, consumit vligiosa, densa aperit, constringit rara.

5. PABVLA.] Quæ sunt hæc pabula? Puto referendam sententiam ad cinerem, qui ex crematione prouenit. Stercus enim, & cinis tertiis sunt pro pastu. Nam quæ hîc de Heraclito, & eius opinione inculcant commentatores, non placent.

6. VENAS.] Non abeunt ab hac metaphora, qui terræ dant viscera, & cor. De quia ego re latiùs loco alio.

Sol rapidus.

7. RAPIDI SOLIS.] Ad verbum Mimernus apud Strabon. lib. 1. ὠκὺς ἥλιος. Quæ verba etiam sunt in Epigrammate Leonidæ lib. 3. Tul. in Lucul. *Ille Sol, qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, tamen nobis stare videtur*. Virgil. ipse 2. Georg.

— *Cùm rapidus Sol*
Nondum hyemem contigit equis.

Sol actior.

8. ACRIOR.] Vt hîc *acer* de Sole, ita Lucr. lib. 6. eadem sententia, qua Virgil. —*Acri*
Sole putant subter terras ferueſcere rapidum.

Et Apollon. lib. 4. Ὀξύπατον σέλας ἠελίοιο: *Acer splendor Solis*. Germ. debes.

Frigus cur penetrabile & aduras.

9. PENETRABILE FRIGVS ADVRAT.] Duplex quæstio lectorem morabitur, cur frigus dicatur penetrare, cùm potiùs condenſet, & constipet; cur adu-

UVA. BHSC. BU 00239

Quæ dixi de occatione suppeditauit Petr. Victor. lib. 2. c. extremo. Scaliger tamen filius in Festum, dictum putat occare ab occa, id est, rastro. Vtcunque sit de etymo, certum est, eo verbo signari fractionem, & comminutionem glebarum, quod hoc loco definit Virg. A

12. GLEBAS FRANGIT.] Græci hoc dicunt βωλοκοπεῖν, & βωλοκοπίαν. Inde illud Gazæ reddêtis Ciceronem de Senect. βωλοκοπδὸν, quia videlicet non *obcæcatum* inuenit, vt nunc legitur, sed *occatum*. Si, quæ hic attigi, copiosè vis noscere, lege Victorium lib. 2. cap. 24.

13. FLAVA CERES.] Ita Ouid. 3. Am. eleg. 9. Tibul. lib. 1. Ele. 1. Auson. initio. Accepere omnes à Græcis, qui Cererem dicunt ξανθὴν. B

14. ALTO NEQVICQVAM SPECTAT OLYMPO.] Tibul. cum sapore ad Virg.

Hæc Veneris ex alto fiemtem sublimis Olympo Spellat. Græci ἐφυδάτευ, ἀπὸ ὑετοῦ. In eo, quod ait Vrsinus, versum hunc locum à Poeta ex Callimacho, hærere possis.

Proscissum quid.

15. PROSCISSO.] Notat Beroal. in Annotation. ad Colum. hoc verbo propriè signari primâ arationem terræ, cùm sit veruactũ: ita vt veruactũ, & proscissum idem sit. Consonant verba Isidori hæc lib. 17. Etym. C c. 2. *Proscissio est aratio prima, cùm adhuc durus est ager.*

16. SVSCITAT ÆQVORE TERGA.] Hoc idem ita Plutarchus in Romulo dixit, ὡς ἀνίσων βοῶν τὸ ἄροτρον, *quasi suscitat glebas aratrum.* Et Pind. Od. 4. Pyth. in historia Iasonis arantis terram Colchorũ, — ἀναζωλακίσαι δ' ἀρυγᾶ — ἀν χείλεσιν γᾶς: *findebat tergas terræ* D *sursum glebas* (attollentis profunditatem) *orgya.* Germ. Adiungo, eodem sapore dictum ab Actio in Ocnon.

— *Ferro rosidas*
Proscindant glebas, arunque ex molli excient.

17. TERGA.] Sunt hæc cumuli illi, qui excitatur vomere inter sulcos, habent etiam speciem dorsi. Qui simpliciter aut *terram* explicant, aut *glebas*, non satis explicant. Terga terræ.

18. RVRSVS IN OBLIQVVM.] Cùm hîc diceat, posit formatos sulcos, iterũ obliquè versandum esse aratrum, opportuna erat Plinij admonitio, qua ait lib. 18. c. 19. *Id demum rectè subactum erit, vbi non intelligetur vtro vomer isset.* Sed & de obliqua aratione aperte idem eodem loco: *Omne arvum rectis sulcis, mox & obliquis subigi debet.* Atque istud est, quod statim ait Poeta; *exercetque frequens tellurem.* Colum. etiam lib. 2. c. 4. de agris ita: *tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, vt vix dignoscatur in viram parvem vomer actus sit.* Adiungit rationem: *quoniam sic omnes radices herbarum perrupta necantur.* Aratio obliqua.

19. EXERCETQVE FREQVENS TELLVREM.] Ita Hor. Epod. 2. *Paterna rura bobus exercet suis.* Et Plin. lib. 6. c. 19. *alij tellurem exercent.* Sidon. ep. 9. lib. 2. *Colles — exercentur vinitori, & olitori.* Col. 4. c. 14. *frequenter solum exercendum est.*

20. IMPERAT ARVIS.] Pari forma 2. Georg. in sermone vitium: *exercere imperia.* Et Col. lib. 3. cap. 3. *Imperat vitibus.* Et lib. 1. c. 9. de bubulcis dixit *imperia.* In 3. Georg. *pastorum regna.* Huc pertinent illa Xenophont. in Occon. præcipientis, ἀρχειν — δ' ὧν ἀνὴρ (ὀπίτροπον) μᾶλλον oportere vt villicus imperium discat. Imperium de agricolis.

[a] Humida solstitia, atque hyemes optate serenas
Agricolæ, hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager. nullo tantum se Mœsia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
[b] Quid dicam, iacto qui semine cominus arua
Insequitur, cumulósque ruit malè pinguis arenæ?
Deinde satis fluuium inducit, riuósque sequentes?
[c] Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce, supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrísque arentia temperat arua.
[d] Quid, qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriam segetum tenera depascit in herba,
Cùm primùm sulcos æquant sata? quíque paludis
Collectum humorem bibula deducit arena?
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
[e] Nec tamen (hæc cùm sint hominúmque boúmque labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strymoniæque grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut vmbra nocet.

D

ARGVMENTVM.

Docet, quæ anni tempestas melior: quæ cura agricolæ post creditum semen terræ, in curãdo solo sterili, in eodem riganda; in fertili depascendo; in auertendis lacunis ab vtroque. Harum rerũ occasione docet in fine, quæ sint pestes satorum.

EXPLICATIO.

[a] POST præcepta parandæ terræ, arandi soli, mutandi variis seminibus, stercorandi, vrendi, occandi, obliquandi; cùm ad sementem pergat, quæ est libri huius pars secunda, initium sumit à votis agricolarum,

UVA. BHSC. BU 00239

colarum,optátque vt oprent,petántque à Diis,quæ A nomine tantùm significari, quod accidit sub Cancro,& æstiuum dicitur: nam quod hyemale est, & sub Capricorno, apud bonos latinitatis auctores, non solstitium, sed Bruma dicitur. Itaque solstitium,& Bruma opponuntur.Et sermo hic *solstitium hyemale* alienus est à Latinis auribus. Duo tantùm auctores Columella, & Seruius, ea voce vsi sunt, quos insignire deceptos esse aiũt docti ferè omnes, qui in hoc sęculum,& præcedens quoque erupere: ac ne omnes numerem, mihi nunc in manu sunt, Pet. Victorius in Notis ad Varron.lib. 1.Rei Rust. c.46.& Gulielm.Philander in Notis ad Vitruu.lib. 9.cap.5.& Iosephus Castal. in Var.Lection. vbi locum hunc Poetæ latè tractat.& Gifan.in Collectan. ad Lucretium. Ratio horum vnica est. Quia reliqui Auctores(præter duos,quos nominaui) Lucretius, Virg. Varr. Cato, Cic. Plin. Vitruu. Pallad. Liuius, Manil. Plaut. Ouid. ceteri demum omnes, nunquam solstitium de hyemali dixerunt, sed tantùm brumam. Hinc liquidum, quantum illi errent Interpretes, qui in Virgilio capiunt duo tempora, æstatem,& brumam, quod loquatur numero multitudinis: tantùm enim (inquit Victorius) Auctor est Poeta, vt agricolæ, à Diis petant singulis annis solstitium humidum; vt verò singulos annos exprimeret, *solstitia* dixit, sicut etiam *hyemes*. Restabat vt exẽpla subiiceremus, quæ multa præueniam, tum ab aliis, tum ab vno Plinio innumera: sed abstineo, nam vbicunque tu pedem fixeris, inuenies ex his quæ antecedunt,& quæ sequuntur, non aliter capi posse vocem solstitij, quàm de æstiuo. Pergo ad præceptum. Ait Poeta, optandas agricolæ hyemes serenas, æstates humidas; contra quem latè Plinius lib. 17.c.2. Qui postquam ostendit hyemes debere esse hyemes serenas, æstates humidas, non serenas, ita demum absoluit: *Ergo qui dixit, hyemes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit. Nec per solstitia imbres vtribus conducunt. Hyberno quidem puluere lætiores fieri messes, luxuriantis ingenij fertilitate dictum est.* Apertè Plinius Virgilium notat notandus ipse. Nam, vt doctè ait Scal. in Theophrast. 3. Caus. c. 29. Poeta locutus est ex vetusta agricolarum lege. Hanc ipse non adduxit, ad ducit Macrob. lib. 5. c. 20. *In libro rustissimorum carminum, qui ante omnia, quæ à Latinis feruntur, scripta sunt, compositus ferebatur, inuenitur hoc rusticum vetus canticum: Hyberno puluere, verno lato, grandia farra Camille metes.* Adducit Seru. P. Danielis, Festus, & alij Locutus itaque Poeta ex hoc otaculo. Inde Macrob dicto loco, & posteri omnes, Poetam cùm explicant, nihil illum notant, neque mouentur Plinij auctoritate, vt recedant ab hoc principe. Illius mentem boni Interpretes, inprimis Bersman. assecuti sunt. Neque enim vult Virgilius, æstatem omnem debere esse humidam, hyemem omnem serenam: hac re nihil fuisset nocentius. Sed tantùm quærit temperiem temporibus.æstiui quidem temporis siccitas corrigitur pluuiarum irrigatione, sicut hyberni nimia humiditas aëris serenitate; hoc cùm accidat lætissimus erit annus. Itaque Virgilius non excludit temperatum humorem hyemis, temperatam serenitatem æstatis: sed vult ne hyemem perdant dilutiores,& nimiæ aquæ;ne æstatem resoluant feruentissimi,& ardentissimi calores. Qui expendat verba Virgilij, hoc planè intelliget. Fingę cœlum fuisse in hyeme per multos dies pluuium: quis non tunc optat, vt affulgeat serenitas? Itaque optatio ipsa supponit nimiam pluuiam. Et ideo ait, cùm oppressi ęstis pluuia, optate serenitatem: cùm oppressi feruentissimis caloribus, optate pluuiam. Hoc si Plinius expendisset, non erasset. Iunat sen-

Solstitium opponitur brumæ.

colarum, optátque vt oprent, petántque à Diis, quæ
non ex illis, sed ex cœlo pendent. Quasi dicat. Optate, quæ non poteſtis facere. Sed quid tandem debent optare? Vt æstates, quas signat per solstitia, humidæ sint, vt hyemes, serenæ. Reddit rationem; quia si hyems sit serena, & puluerea, serenda farra, erunt lætissima, ager lætissimus. Confirmat exemplo Mœsiæ, & Gargari, hunc in modum Mœsia nullo cultu, & labore tantum se iactat, quantum si sit hyems serena, æstas humida; (quasi dicat exaggerans, non tantum prodest cultus & labor, quantum hyems serena, æstas humida.) Pergit. Gargara etiã, cùm hoc accidit, messes suas mirantur, vt insolitas. Itaque posuit votum, reddidit rationem voti, vorum exemplo confirmauit.

[b] Superiora pendebant ex voto; iam quæ sequuntur ex labore agricolarum, ad quem redit. Dixerat. Iuuat arua, qui glebas confringit, qui trahit crates, qui arata obliquat: quæ tria intelliguntur ante semen iactum. Ait iam. Quid dicam, quantum ille arua adiuuet, qui cominus (ſtatim) post iactum semen arua insequitur, & perſequitur, vt acer, & diligens hostis; qui ruit (euertit) in agro non pingui, cumulos arenarum, (sunt hi qui attolluntur aratro inter sulcos) vt tellus æquata contineat semen æquabiliter in gremio? Ac deinde, fatæ iam terræ copiosam aquam inducit, quæ sequatur per riuulos. Etenim per fluuium signat vbertatem aquarum: per riuos sequentes, ductus ipsos. Porrò hæc duo præcepta contenta his tribus verbibus, videntur pertinere ad solum sterile.

[c] Occasione superioris præcepti de riuis inducendis, consumit versus quatuor in re hac festiuiter describenda. Ecce, cùm ager exuritur æstuatque herbis morientibus, diligens agricola elicit vndam ex supercilio (caeumine) in quo est trames cliuosus, (id est, molliter, & leuiter saltigiatus, per quem vnda deducatur) cadens illa commouet raucũ murmur per saxa leuia, & suis scatebris, atque ebullitionibus temperat arua arida.

[d] Iuuantur arua ab illo, qui pecus inducit in sata, & illius dente depaſcit luxuriantem, exuberantémque segetem, cùm illa est adhuc tenera, & tantùm sulcos æquat. Reddit rationem. Ne postea culmi onerata fertilitate procumbant. Præceptum hoc videtur pertinere, ad terram fertilem: sequens de paludibus ad omnem. Ab illo item iuuantur, qui deducit ex arena bibula (dicta sic est à bibendo) humorem paludis collectum, præsertim si amnes abũdent, & obducto limo omnia oppleantur in mensibus anni incertis (id est, vernis, & autumnalibus. nam vere, & autumno incerti sunt calores, incerta frigora, incertæ tempestates: hyems enim certo frigori destinatur, æstas certo calori. secutus sum Seruium) ex qua aquarum abundantia solent lacunæ exsistere, vnde fit vt sata compleantur nocua, & pestifera vligine.

[e] Sententia est. Cùm mala, quæ dixi, experti sæpe sint & homines, & boues, cùm terram arant: sed sciẽdum tamen, præter illa, damnum quoque esse ab ansere, qui improbus (auidus, insatiabilis) à gruibus, quæ ad nos veniunt ex Strymone fluuio Thraciæ; ab intyba, quæ est amaris fibris, (radicibus,) ab vmbra, quæ omnino nocua, & exitialis.

NOTÆ.

Solstitium, quid sit.

1. HVMIDA SOLSTITIA.] Duo dicam in hac Nota. Primum de significatione solstitij: deinde de præcepto Virgilij. Scias Lector solstitij

Virgilius defenditur.

VVA. BHSC. BU 00239

tentiam Poetæ Theophrasti duplex locus lib. 3. Caus. cap. 26. & 29. Χειμῶνος δ' ἐπιγιγνομένου, πανταχοῦ μὲν χρήσιμον τὸ ἔαρ, μάλιστα δὲ τὸ νότιον, καὶ ὅταν ὑγιὲς παχὺ ἀνιδρῶσι, καὶ πολὺν λεκάνην, καὶ ὅταν ἐρυσιβώσῃ: *Frigore subsecuta omnibus in locis vilia sunt, plenius enim sata radicantur, sanciriscantiurque. Austrinum enim tempus, & tepidum celeriter edit terram, herbasque facit, ac præterea aruginosam.* Sed quid opus Theophrasto, vbi commune votum agricolarum est, vt pars bona hyemis careat imbribus, sitque frigore immanis, & rigore aspera, quo fortius sata cõprehendunt. Locum alterum prætermitto, tum quia huic simillimus, tum quia eo Vrsinus vtitur. Lectorem moneo, recurrat ad Scaligerum, quoties videtur me in reddendo Theophrasto discrepare à Theodoro. Multis hæc fuerunt agitanda propter auctoritatem Plinij. Sed non contentus addam (nam cur sim parcus in defendendo Virgilio) axioma existimantium, imbrem moderatam vtilem esse agro; nimium verò, ac supra modum profusum. veluti inebriata terra, causam esse, vt tellus erumpat in spinas, tribulos, senticeta. Vide, vti axioma hoc traducat ad pietatem. S. Antiochus Homil. 5. vt obiter animum reficias. Hoc ergo Virgilius putauit. videlicet immoderatos imbres nocumento esse telluri.

Mœsia, & Gargara.

2. MOESIA, ET GARGARA.] Vix statuas, quas partes orbis Poeta intelligat. Sunt enim, qui Mysos, & Mœsos; Mysiam, & Mœsiam confundant, vt Reinechius, & Hermol. in Castigationibus. Plinij. Multi discriminant. Alij non de prouincia, sed de ciuitate quapiam Phrygiæ loqui aiunt Poetam. De Gargaro etiam Interpretes dissident: nonnulli enim cum Seruio capiunt verticem Idæ montis, qui vertex dictus est Gargarus: plures cum Macrobio lib. 5. c. 20. oppidum, quod ad radices montis Idæ. Mihi placitum sequi sententiam, quam indicat Macrobius, vt Gargara in Mœsia, aut Mysia sint. Itaque Poeta non duplicis loci, sed vnius tantùm exemplum adducit; perinde ac si dicat: Non Mœsia, non Gargara Mœsiæ oppidum: quasi tota fertilitas prouinciæ pendeat ex oppido, & ideo illa fertilis, quia hoc fertile. Inducor in hoc, quia non est credibile, Poetam in adducendis exemplis fertilitatis, voluisse separare Mœsiam à Gargaris, cùm in auctoribus rara sit, ac penè nulla mentio fertilitatis Mœsiæ. Fertilitatis autem Gargari multa est mentio. Ouid. 1. Art. *Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.* Auctor Theb. *Hinc grata Cereri Gargara.* Sidonius in Burgo:

Quanta Leontino turgescit messis acerbo,
Quantum Mygdonio committunt Gargara sulco.

Vide quæ latè Macrob. dicto loco, quæ Erasm. Chil. 4. Cent. 6. c. 24. Ex versu Sidonij obserues, Gargara ab illo in Mygdonia poni. Quod etiam attingit in Paneg. ad Auitum: *Arida Mygdonias damnarunt Gargara fruges.*

3. IPSA SVAS MIRANTVR GARGARA MESSES.] Prudent. Apoth. *Ipsa suas mirantur vertice Laurus.*

4. IACTO SEMINE.] Xenoph. in Occon. ἐμβαλὼν τὸ σπέρμα τῇ γῇ.

Cominus pro statim.

5. COMINVS.] Est hîc idem quod *statim*, & sine intermissione, quod multi obseruarunt, inprimis Cuiac. lib. 11. Obseru. c. 39. sic Hesiod. ἄπτεσθαι. & Lucret. *Cominus ipse suo contingens feruidus igni.*

6. INSEQVITVR.] Pari forma Columel. 5. cap. 5. *fossor insequitur, ac hidentibus eas partes subigit, &c.* Item: *insequitur pampinator, & superuacuos* (palmites) *detergit.*

7. RVIT.] Pari forma multi ante Virg. Nam de vento Lucret. lib. 1. *Ingentesque ruit naues.* Plaut. in Trin. *frangere malum, ruere antemnas.*

8. MALE PINGVIS ARENÆ.] Vult Germanus hanc esse vel Periphrasin terræ sterilis, & infœcundæ: vel dictum ad distinctionẽ, cùm sit genus quoddam arenæ fœcundum, scribente Poeta in 4. Georg. *Et virid' m Ægyptum nigra fœcundat arena.* Extremum parum placet.

9. DEINDE SATIS FLVVIVM INDVCIT.] Censent Scal. Vict. Vrsin. docti alij, Poetam in his, quæ sic scribit, institisse versibus istis Homeri. Iliad. 21.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
Ἄλφιτα καὶ κήπους ὑδάσι ῥόον ἡγεμονεύει
Χερσὶ μάλ' ἐλλαν ἔχων, ἀμαρύσσει δ' ἐξ ἔρματα πάντα.
Τῶ μέν τε ψεφερὸν ῥέεθρον ὑπὸ λιθάδεσσι κέασεν
Οἰκλεῖ πῃ, τὸ δ' ἦκα κατεξομένου κελαρίζει
Χωρῳ ἐνὶ πεδίοιο, ῥοάων δέ τε καὶ τ' ἄγυιαι.

Sicut autem quando vir aquæ ductor à fonte nigro
Per plantas & hortos aquæ fluxum deducit
Manibus ligonem habens, & riui obices amouens:
Hac quidem profluente subtus calculi omnes
Prouoluuntur, hæc autem cito desinens murmurat
Loco in decliui, præuenit autem & ipsum deductorem.

Iudicium non interpono, tantùm moneo Lectorem, visum Victorio in Demetrium, victoriam Homeri esse, quia Græcus accurate, & minute complexus est omnia ita, vt nihil omiserit: fecus Scaligero, qui ait, Virgilium detertuisse omnes ab eiusdem rei descriptione, neque enim Latinus eguit tam accurata descriptione, non olitore, non ligone, aut marra. Poeta *fluuium inducere*, Philo de Opific. Mundi extulit, κατὰ γῆν ῥεῦσαι καὶ ποταμῶν ἐπορεύσασθαι. Sed & Aristotelis locum Virgiliano simillem animaduerti lib. 3. de Partib. Anim. c. 5. loquens enim de sanguine, qui corpus irrigat, hac comparatione vtitur. Ὥσπερ ἐντοῖς κήποις αἱ ὀχετηγεῖαι κατασκάπτουσι ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ πηγῆς, εἰς πολλὰς ὀχείας καὶ ἄλλας, ἀεὶ ἀφ' τοῦ πλήθους διδοῦσαι: *Veluti in hortis rigandis de vna origine fonteque vno aqua riuis permulis ducitur, aliique ab aliis ductus subinde excipiunt, quousque humor in omnes partes deueniat.*

10. MORIENTIBVS.] Vti verba moriendi alij, & quidem ad Virgilij imitationem, attribuant plãtis, herbis, arboribus indico 4. Georg. ad illud: *Interfice messes.* Sed hîc non omittendum eum sapore aliquo ad hunc versum scripsisse S. Cyprianum contra Demetrianum: *herbis siccitate morientibus æstuans campus aresc.at.*

Supercilium pro quouis culmine.

11. SVPERCILIO.] Hanc metaphoram Latini à Græcis ducunt, qui pari lepore verticem quoque, & culmen quoduis ὀφρὺν nominant. Homer. Iliad. 20. (non 3. vt multi malè citant) καθίζων ἐπ' ὀφρύσι: *sedebant in supercilio.* Bianor ἀπ' ὀφρύος & pro, à colle. Pind. od. 13. Olym. ἐπ' ὀφρυῖ Παγγαίᾳ. Apollon. 1. Arg. ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο. Oppian. lib. 4. Hal. ὀφρὺς αἰγιαλίτις: *supercilium littoris.* Ergo Latini ab hoc fonte. Liu. lib. 27. *locum armaturam infimo stantem supercilio.* Plin. lib. 6. c. 5. *supercilium ardnum teneni Toreta.* Eadem locutio vsitata ad significandas ripas, & aggeres fluuiorum, quod ex polyb. lib. 2. Hist. notauit Victor. lib. 22. cap. 14. Certè in Ammiano nihil frequentius hac locutione, *supercilium, Rheni, Rhodani, Danubij, &c.*

Illices, quæ.

12. ELICIT.] Hoc verbum vt signatissimum aduertit Iulius Scal. in Crit. Nam *illices* appellantur fosficulæ in armis.

13. RAVCVM PER LÆVIA MVRMVR SAXA CIET.

VVA. BHSC. BV 00239

CIET.] Descriptio amœnæ riuuli permeantis agrũ. Seneca ita in Hip. — *per flores nouos*

Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.

Apul. lib. 4. bellè: *De summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturiebat, perque prona delapsus euomebat undas argenteas.* Sed pulcerrimos esse Virgilij versus, quibus describpsit suum riuulum, discs testimonio Hieronymi in Epist. ad Rusticum.

14. LÆVIA:] Læuitatem, seu leuorem opponi asperitati, aut scabricici notat Philād. in Vitruu. ex Plin. lib. 9. c. 29 Martiano de Astrologia, Apul. lib. de Dæmonio Socratis, Seneca lib. 7. Natur. Quæst. c. 31.

Luxuries terræ in vitia.

15. QVID, QVI NE.] Plinius lib. 18. c. 17. Luxuriem ponit inter vitia segetum. Ait enim: *Inter vitia segetum & luxuria est, cum onerata fertilitate procumbunt.* Hanc Theophrast. lib. 8. Hist. c. 7. ὑψιλομανίαν vocat, id est, insanam foliorum luxuriem. Redeo ad Plinium, qui postea in eodem cap. huic luxuriæ medetur eadem ratione, qua hic Poeta. verba sunt: *Luxuria segetum castigatur demptis pecoris in herba dumtaxat.* De eodem præcepto Theophrast. lib. 8. Hist. Ἐν δὲ τοῖς ἀναβαθεῖς χάραις ἀεὶς τὸ μὴ ὑψιλομανεῖν ἐπίτηδες, ἢ ἀποτέμνουσι ἢ ἔτνον. *Tellus, quia fertilis, ne luxuriet foliorum tactantia, depascenda, & detondenda est.* Additque in Babylone bis segetem detonderi, & tertiò immitti oues, vt depascant. Non abeunt, quæ de vicia præcipit Plin. lib. 18. c. 15 serendam mense Octobri, vt Decembri ipsa pascat pecus, nam de pasta æquè fert. Nec locus Columellæ lib. 1. c. 2. vbi complexus est vtrunque variis præceptum: *Tum riuos decertentes in prata, & hortos, & salicta vitæ aqua salientes demittam: nec absint greges a mentorum, ceteroriumque quadrupedum culta, & dumeta pascentium.* Ad rusticum præceptum allusit Cic. 2. de Orat. *Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, vt in herbis rustici dicere solent, in summa vberitate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est.*

16. GRAVIDIS PROCVMBAT CVLMVS ARISTIS.] Hoc ita extulit Hesiod. ἔργ. ὄβριζε δὲ φορυῖν στάχυς νεύοντι ἐπ' ἄκρης: *Sic quidem vbertate spicæ nutabunt ad terram.* Græci alij, βαρύνεσθαι καρπῷ grauescere.

Luxuries de agris.

17. LVXVRIEM.] Vox hæc traducta est ad lasciuiam, & exuberantiam agrorum. Plin. lib. 18. c. 29. *in solo luxurioso.* Et lib. 19. c. 6. *cauetur ne in frondem luxuriem.* Potuerunt Virg. & alij hærere Ciceroni, qui etiam de herbis *luxuriem* non semel dixit.

18. DEPASCIT IN HERBA.] Hanc rem verbo *pectino* expressit Plin. lib. 18. c. 21. *Sunt genera terræ, quarum vbertas pectinari segetem in herba cogat.*

19. SVLCOS ÆQVANT SATA.] Aristoteles 3. Polit. c. 9 pari phrasi: *Ferunt Periandrum, nihil respondisse ei, qui consilij petendi causa ad ipsum missus fuerat, sed supereminentes spicas demetendo æquasse tὺν ἄρουραν: segetem adæquasse.* Historiam hanc Periandri lege in Herodoti lib. 5.

20. BIBVLA DEDVCIT ARENA.] Hoc sumtum ex Lucret. lib. 2. Vrsin. & alij docent: *Littoris incurui bibulam lauit æquor arenam.*

21. HOMINVMQVE, BOVMQVE LABORES.] Homerus sæpe βοῶν ἠδ' ἀνδρῶν.

Versare terram.

22. VERSANDO TERRAM.] Festus Auienus:

Hoc duce pertumidis ferimur fœta gurgitis æstu

A *Præceptor e solum grauibus versamus aratris.*

Ouid. *Et grauibus rastris sub Ioue versa humum.* Valer. Max. c. 4. lib. 4. *sterile atque astuosissimum Papinius solum versabant.* Putant Macrob. Vrs. & alij versus quosdã Lucretij è lib. 5. ad hunc locum pertinere, vt ex quibus imitationem hauserit Virgilius: in quo hæreas, ideo omitto.

Anser hostis segetum.

23. ANSER.] Quatuor ponit, quę inimica segetibus, anserem, gruem, intybam, vmbram. Dicam breuiter de singulis. Serui genus agreſtium anserum capit, sed auctores alij indiscriminatim loquuntur, imò Columella, & Palladius, de domesticis, ita perspicuè. Prior lib. 8. c. 13. *neque vilis est locis cõsitus, quia quicquid tenerum contigere potest, carpit.* Posterior lib. 1. tit. 30. *locis consitus inimicus est, quia sata, & morsu lædit, & stercore.* Qui loca audierit, inueniet de domesticis esse sermonem. Nota extremæ Palladij, stercus quoque anseris nocium esse satis. Sic etiam eodem lib. tit. 23. *Stercus auium maxime necessarium est agriculturæ, excepto anserum latamine, quod satis omnibus inimicum est.* De gruibus nihil peculiare reperi, satis est nosse in communi ex præcepto rei rusticæ aues omnes arcendas à satis, & Plin. lib. 18. c. 17. ait esse herbam quandam, cuius nomen ignoratur, quæ defossa in quatuor angulis segetis, efficit vt omnino nulla auis intret. & hanc esse præsentissimam medicinam, ne agmina sturnorum, & passerum infestent millium, & panicum. Indicat hic Poeta grues venire ad nos ab Strymone fluuio Thraciæ. Consentit Pap. 4. Syl. vocans gruem hybernam, & statuens illam in Rhodope. Ideo Nonnus lib. 14. Dionys. vocans grues Thracias, θρηϊκίοις χειμώνος, illam attingit migrationem. Herodotus lib. 2. ait, illas ex Scythia ire in Ægyptum. Idipsum indicat Aristoteles lib. 8. Hist. Animal. c. 18. Seneca Tragicus in Oedip. ab Thracia in Ægyptum. Oppian. lib. 1. Hal. ab Ægypto, & Æthiopibus ad loca alia. Transeo ad intybam, de qua cõmoda est Turnebi Nota lib. 27. c. 25. Intyba potest dupliciter satis nocere: tum fibris radicum serpentium, terrámque defrugantium, & triticum angentium: tum anserum illecebris mire hoc olus expetétium, & hanc esse causam autumat Turneb. cui Columel. lib. 8. c. 14. intyborum mentionem fecerit post anseres. Sicuti etiam hoc loco Virgilius. Adducit Turnebus locum Columellæ, quem omitto, & substituo locum Plinij, tum quia ad rem signatior, tum vt Lectorem erroris moneam. Ergo Plin. lib. 8. c. 27. indicans herbas, quas quodque animal ostenderit, ita ait: *fastidium purgant anates, anseres, ceteraque aquatica herba ferãt.* Seris autem intubus est, aut intyba, Columel. lib. 8. c. 14. *genus intubi, quod cichorium Græci appellant.* Inde ergo amandanda intyba à satis, ne anseres eò confugiant ad quæ rendam medelam. Porrò in Plinianis codicibus malè legitur, *herba siderite.* Quæ de amaris radicibus, ait Virg. lucem capiunt à Dioscorid. lib. 2. c. 125. qui vbi diuidit genera intybæ, vnũ vocat ἐμπικρον, *amarum.* Restat extremũ de vmbra, de qua duplex Virgilij præceptum. Hic: *vmbra nocet.* in Ecl. 10. *nocent & frugibus vmbræ.* Audienda etiam verba Plin. lib. 17. c. 12. *Non fastidienda hæc quoque scientia, atque non in vltimis ponenda, quando quibusque satis vmbra, aut nutrix, aut nouerca est.*

Graues, & reliquæ aues hostes segetum.

Intyba hostis segetum.

Vmbra hostis segetum.

[a] Pater ipse, colendi
Haud facilem esse viam voluit: primúsque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna veterno.
[b] Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:

Nec

VVA. BHSC. BU 00239

Nec ſignare quidem aut partiri limite campum
Fas erat:in medium quærebant:ipſaque tellus
Omnia liberiùs,nullo poſcente,ferebat.
[c] Ille malum virus ſerpentibus addidit atris:
Prædaríque lupos iuſſit,Pontúmque moueri:
Mellaque decuſſit foliis,ignémque remouit:
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit:
[d] Vt varias vſus meditando extunderet artes
Paulatim,& ſulcis frumenti quæreret herbam:
Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.
[e] Tunc alnos primùm fluuij ſenſere cauatas:
Nauita tum ſtellis numeros,& nomina fecit,
Pleiadas,Hyadas,clarámque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras,& fallere viſco
Inuentum,& magnos canibus circumdare ſaltus:
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens,pelagóque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor,atque argutæ lamina ſerræ,
(Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum)
Tum variæ venere artes.Labor omnia vincit
Improbus,& duris vrgens in rebus egeſtas.

A

ARGVMENTVM.

Ex occaſione peſtium digreditur ad æuum Saturni, & Iouis:docéiqe,vti ſub illo fuerint tranquilla omnia, & plena opum;ſub iſto agitata,& plena inopiæ: ex qua inopia natæ ſunt artes ad vitam tolerandam.

EXPLICATIO.

[a] POSVERAT in præcedentibus verſibus peſtes agrorum,has nunc confert in diuinum Numen. Nam ipſe Iupiter,noluit hanc viam,rationémque colendi agri facilem eſſe mortalibus: primus omnium artem inuenit agriculturæ, nam pater agros mouit (hoc eſt, arari fecit) acuens homines hac cura, neque patiens torpere illos veterno (inertia,ignauia,ſegnitie.)Iecit Poeta hoc fundamétum rem dilataturus.

[b] Ante Iouem,& ſub Saturno nulli erant agricolæ:ponebatur in crimine ſignare,aut partiri limite aliquo campum ſuum: nullus erat peculiaris quæſtus,ſed in medium omnia afferebant; & in medium quærebant(id eſt,in commune,& veluti è publico:)tellus verò liberè admodum ferebat omnia, nullis ligonibus icta, nullis aratris percuſſa; à nemine redditus poſcebatur,ipſa nihil debebat,& dabat omnia.

[c] Quid verò fecit Iupiter? Inuexit mortalibus labores multos. Audi. Erant ſub Saturno ſerpentes & lupi innocui,quietum mare, arbores mellis plenæ, ignis obuius quocunque loco ad vſus mortalium,fluuij vino ſcatebant.Ergo Iupiter addidit virus malum noxiúmque ſerpentibus, qui ideo atri, quia iam pleni veneno: lupis furorem ad prædam: commouit mare procelloſis turbinibus,fecit vt tumeſceret,moueretur, agitaretúrque tempeſtatibus: decuſſit mella ex arboribus: ignem è medio remouit, occultauítque in venis ſilicum: repreſſit vina fluuiorum.

[d] Reddit rationem,quæ Iouem ad hanc rẽ compulit. Vt vſus mortalium meditando, id eſt, ipſa exercitatione,& aſſuetudine,clariùs, *meditando*,id eſt, fabricando,extunderet varias artes: atque vt è ſulcis labore proprio frumenta quæreret: & vt ictibus ignem excuteret latentem in ſilice.Eſt *extundere* ſtudiosè reperire,extorquere,inuenire. *Frumenti herba* eſt, ipſum frumentum non adultum, ſed in herba tantùm.

[e] Cùm Iouem ea mens compulerit ad varios labores mortalibus inferendos, vt illi preſſi rerum penuria artes inuenirent, explicat latè per verſus vndecim artes,quas homines inuenerint,nõ omnes, quod immenſum eſſet,ſed quinque tantùm: videlicet,Nauticam,Aſtronomicam,Venationem, Piſcationem,Ferrariam. Ergo inuenere homines Nauticam,quia in cauatis arboribus cœpta ſunt nauigari flumina,nondum ſe hominibus credentibus mari. Inuenere Aſtronomicam, nam, cùm è fluminibus vellent gradum facere ad nauiganda maria, oportuit vt nauta cœlum cognoſceret; is itaque ſtellis fecit numeros,& nomina; (id eſt,numerauit, & nominauit ſtellas)videlicet,Pleiadas,Hyadas,Arcton claram Lycaonis.Signat vrſam claram ſtellis, in quam verſa Calliſto filia Lycaonis.Inuenere Venationem,quia laqueos ad feras captandas,viſcum ad auiculas;præterea circundedere canibus ſaltus. Inuenere Piſcationem, quæ etiam à fluminibus incepit inuenta funda,(genus eſt retis dictum à fundendo) quæ deinde progreſſa eſt ad mare inuento verriculo, quo mare verritur, & trahuntur piſces, (verriculum enim lineum ſignat per lina.)Inuenere Ferrariam,nam exſtitit rigor,durities ferri, & lamina,vnde facta eſt ſerra arguta(ſic dicitur à ſtridore,& fragore,vt *arguta* ſit,ſtridens, perſtrepens) ad ſcindenda ligna,primi enim mortales cuneis ſcindebant. Denique artes variæ exſtitere.Nam quid nõ labor vincat, qui improbus eſt? quid non egeſtas, quæ vrget mirum in modum,cùm res ſunt duræ,tenues,anguſtæ,aduerſæ,afflictæ,occiſæ,aſperæ.

NOTÆ

UVA. BHSC. BU 00239

NOTÆ.

Agricolarum labor.

1. PATER IPSE COLENDI.] Totum hunc locum videtur adumbrasse Claudian. lib. 3. Rap. ore Iouis ad ceteros Deos:

Adduxere meas rerum mortalia curas,
Iam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam
Otia, & ignaui senium cognouimus æui:
Sopiásque diu populos torpore paterno
Sollicitæ placuit stimulos impellere vitæ.
Inculsis ne sponte seges grandesceret aruis,
Vndaret neu flua fauis, neu vina tumerent
Fontibus, & uotæ fremerent in pocula ripæ.
Pronocet vt segnes animos, rerúmque remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret egestas:
Vique artes pariat sollertia, nutriat usus.

Sed Poeta ipse ab aliis rem sumsit. Hesiod. ἔργ. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι: *Occultarum enim Dij victum habent hominibus.* Epichatmus: Τῶν θεῶν πωλοῦσι θεοῖς πάντ' ἀγαθοὶ θεοί: *Venduntbona Dij hominibus omnia laboribus.* Et Xenophon ἀπομν. Ϛ. Τῶν δ' ὄντων ἀγαθῶν, καὶ καλῶν ὧδέ ἄνευ πόνου, ᾧ ἐπιμελείας θεοὶ δίδοσαν ἀνθρώποις: *Dij nihil quod speciosum & pulcrum est hominibus dant absque ipsorum labore, & cura.* Hesiodum, Epicharmum, Xenophontem, coniunxit Germanus, sed in quos ego denique incideram. Suspicor tamen Poetam non tam Græcis istis hæsisse, quàm Lucretio, qui de labore agri consendi scripsit lib. 2. ad finem, ita loquens de terra:

Ipsa dedit dulces fœtus, & pabula læta,
Quæ nunc vix nostro grandescunt aucta labore:
Conterimúsque boues, & vires agricolarum
Conficimus, ferri vix arua suppeditati.
Vique adeò parcum fœtus, augéntque labores.

Putat verò Budæus in Comment. pag. 1309. Hesiodi, & Virgilij sententiam natam ex illo Geneseos cap. 3. *Maledicta terra in opere tuo.* Et statim: *Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in sudore vultus tui vescéris pane tuo.*

2. CVRIS ACVENS MORTALIA CORDA.] Manilius lib. 1. leui flexu:

Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
Admigilare sibi iussit fortuna premendo.

Lege integrum locum, nam traductus omnino ex isto Virgiliano.

3. TORPERE.] Quod hîc *torpere terram.* Appian. 1. Ciuil. τὴν γῆν ἀργὸν, & σχολὴν διατρέφειν: *Segnem tertam, otio torpentem.* Seneca in Fur. *ager squallebit.* vt Virg. inf. *squallent abductis arua colonis,* quem locum vide.

Veternum quod morbi genus.

4. VETERNO.] Genus morbi, quo qui oppressi nihil sentiunt, atque stupent, prolapsi in graues somnos. Græcis Lethargus dicitur ab inducenda obliuione rerum omnium. Sed quod speciatim hoc morbi genus? Auctores in hydropisin inclinant. Nã Festus: *Cato veternosum hydropicum intelligi voluit, cum ait: veterniosus quamplurimum bibit, tam maximè sitit.* Seruius: *Veternus dicitur morbus intercus: id est, ὑδρωψ, qui homines efficit pigros.* Glossæ: veternosus, ῥᾳθυμικὸς, ὑδρωπικός. Propthisit Apul. lib. 9. *Totumque eorum veterno, atque scabiosa macie exasperati.* vide Scal. in Fest. Quod Virg. torpere veterno, Colum. c. 5. lib. 7. veterno consenescere, exstingui,

Saturni æuum.

5. ANTE IOVEM NVLLI.] Hanc felicitatem, quæ sub Saturno, quæque nullis laboribus exposita, multi attigere. Tibul. lib. 1. Eleg. 3.

Quam bene Saturno vixebant Rege, priusquam
Tellus in longas est patefacta vias.

Lege integrum locum, qui totus de felicitatibus illius æui. Rem Poetæ attingit in illis: *Illo non validus subiit iuga tempore taurus.* Sed disertissimè Lucretius lib. 5. de hoc æuo:

Volginago Venerem tractabant more ferarum:
Nec robustus erat curuis moderator aratris
Quisquam: nec scibat ferro molirier arua,
Nec noua defodere in terram virgulta, neque altis
Arboribus veteres decidere falcibus ramos.
Quod Sol, atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte sua, satis id placabat pectora donum.

Alludit leuiter sententiæ Hesiodæ ἔργ. lib. 1. vbi ait homines primo æuo vixisse ἄτερ κακῶν, ἀτερ νόσων: *absque malis, absque morbis.* Integra Hesiodiali dederût. De eadem felicitate loquûtur Ouidius 1. Met. Martialis lib. 12. Epig. 63. Auctor Octaniæ. Sed & verbũ *subigo* in re simili vsurpauerût Prudentius 2. in Symmachum, Cicero 2. Nat. & in Hortensio apud Nonium, & Lucretius lib. 1. *Terraique solum subigentes.*

6. SIGNARE.] Est *signare* diuidere campum circumsepto loco, explicatore Læuino in Suetonium. Seruius Daniel. signatissimè explicat, quid esset *signare* his verbis: *Signare, notare: propterea quod, cum agri coloniis diuiderentur, fossa ducebatur ab Oriente ad Occidentem, qua cardo nuncupabatur: & alia de septentrione ad Meridiem, qui decumanus limes vocabatur: & alij minores erant in obliquum discreti, qui lineares appellabantur, & agros per centuria, sine per vngera diuisos coercebant.* Addam hîc, circumferri à nonnullis Lectionem, cui suus lepor: *ne signare quidem.* Quid. 1. Met. sic verba Poetæ immutant: *Cautus hominum longo signauit limite mensor.* Signare, quid sit.

7. IN MEDIVM QVÆRÉBANT.] Turneb. lib. 22. c. 19. explicat quid sit, *quærere in medium,* id est, quærere, quod commune esset, nec proprium alicuius: quod accidit in prima illa orbis constitutione, & aureo æuo. Et sic explicat illud Lucan. lib. 1. Quærere in medium.

Quid miscere iuuat vires, orbémque tenere
In medio?

Tenere, in medio, quid.

Vbi *tenere in medio* est, non suum, sed commune possidere: nam orbis Romanus inito Triumuiratu neque Cæsaris erat, nec Pompeij, neque Crassi; sed consortium eorum trium commune. Lactantius lib. 5. c. 5 sententiam Virgilij exponit his verbis, addiens priùs versum: *Quod Poeta dictum sic accipi oportet, non vt existimemus nihil omnino tum fuisse priuati, sed more Poetico figuratum: vt intelligamus tam liberales fuisse homines, vt natas sibi fruges non includerent, nec soli absconditis incubarent, sed pauperes ad communionem proprij laboris admitterent.* Seneca tamen Epist. 90. omnimodam rerum communionem intelligit, nam adducens quoque ipse versus Virgilij, subdit: *Quid hominum illo genere felicius? in commune rerum natura fruebantur, sufficiebat illa vt parens in tutelam omnium, hæc erat publicarum opum secura possessio. Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim, in quo pauperem inuenire non posses.* Profectò quæ docet Lactantius, contra mentem vatis sunt. nam postea subdit:

— *Ipsaque tellus*
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Et sup. *nulli subigebant arua coloni.* Quod in Lactantium quoq; Delrius noster animaduertit in Octau. Senecæ. Iustinus quoque contra Lactantium est, qui de isto æuo ita scribit lib. 43. *Saturnus tanta iustitia fuisse dicitur, vt neque seruierit sub illo quisquam, neque quicquam priuatæ rei habuerit: sed omnia communia & indiuisa omnibus fuerint, veluti vnum cunctis patrimonium esset.* Et vide an hoc verum. Nam postea idem scriptor ait, ob eius rei memoriam in Saturnalibus solitos cum dominis seruos recumbere, exæquato omnium iure. Quin nulla alia causa, cur ærarium, Saturni. Ærarium cur in æde

quod

VVA. BHSC. BU 00239

quod commune, statueretur in templo Saturni: hoc enim prisca illa rerum communio repræsentabatur. Hoc porrò loquendi modo vsos Latinos ad Græcorum imitationem admonet Victor. in Notis ad Varronem. De ipsa rerum communitate, quæ sub aureo æuo. Ita Auctor Octauiæ:

— *cingere assuerant suas*
Muris nec vrbes: peruium cunctis iter.
Communis vsus omnium rerum fuit.

Ouid. 1. Met. ait humum communem fuisse ceu *lumina Solis, & aurę.* Hue pertinet frequens locutio: *in medio positum, situm.* Græci dicunt, ἐς μέσον, ἐς κοινὸν. Et quidem Herodotus lib. 3. ita ait, Ὀτάνης μὲν ἐκέλευσε ἐς μέσον πόρρω καταθεῖναι τὰ περὶ ἑωυτὸν: *Otanes hortabatur, vt rem Persicam in medio constituerent.* Quo loci sententia est, Otanem voluisse, vt regnum Persicum aboleretur, & fieret Respublica: quam vt significaret, dixit, rem Persicam constituendam in medio. Quam rem idem Herodotus lib. 6. loquens de eodē Otane extulit verbo δημοκρατέειν. Itaque in Herodoto idem est δημοκρατέειν, & ἐς μέσον καταθεῖναι. Quod argumentum efficax est, vt putes, *ponere in medium* significare omnimodam communitatem. Idem Herodotus lib. 7. ita dixit, ἵνα ᾖ μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δοκέω, τίθημι τὸ πρῆγμα ἐς μέσον, γνώμῃσι κελεύων ὑμέων ἕκαστον ἀποφαίνεσθαι: *sed ne solus videar vobis sententiam dicere, vem pono in medium, iubens vnicuique quam libet sententiam dicere.*

Ponere in medium, quid sit.

8. IPSAQVE TELLVS OMNIA LIBERIVS NVLLO POSCENTE FEREBAT.] Non pigebit admonere nouitium Poetam, vti artis huius magistri extulerint eandem sententiam, aliij etiam, vt sciat locutionem variare. Est ergo, *tellus nullo poscente ferre omnia liberius*, idem quod Virgilius ipse 4. Ecl. dixit, *tellus fundet munuscula nullo cultu.* Quo Homerus Odyss. 9 πάντα γὰρ ἀνήροτα πάντα τρυγητά. Quod Hesiodus in ἔργ. ἀέκητι αὐτομάτη. Quod Plato in Polit. αὐτομάτως ἁπάντ' εὐθὺς τῆς γῆς. Quod Ouidius 1. Met. de terra, *immunis rastro intacta, nullis vomeribus scissa dabat per se omnia.* & *tellus inarata fruges ferebat.* Et 3. Am. El. 7. *dabat fruges sine vomere.* Et 3. Trist. El. 12. *ferunt ruta nullo serente.* Quod Claudianus 1. in Ruff. *subitis messor gaudebit aristis.* Quod Horatius Epod. *Reddit Ceres tibi arata.* Quod Seneca in Hipp. *aruæ, per se fœta.* Quod Auctor Octau. *tellus fœcundos sinus pandebat vltro.* Quod Sidonius Paneg. ad Anthem. *Protulit vndantem segetem sine semine campus, Et sine se natis inuidit pampinus vuis.*

Poſco, quid.

9. POSCENTE.] Imperante. Nam poscimus imperiosè, petimus precariò, postulamus iure. Notula hæc obuia in multis.

Virus, Venenū, & Pharmacum, voces mediæ sunt.

10. MALVM VIRVS.] Ait Seru. addi epithetum ad discrimen, nam virus (quod idem cum veneno) & bonum est, & malum: sicuti & Græcis φάρμακον & bonum est, & malum. Agellius lib. 12. cap. 9. *Periculum etiam, & venenum, & contagium, non vti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum eiusmodi reperias.* Caius de verborum signif. *Qui venenum dicit, adiicere debet, virum malum, an bonum,* &c. Eustathius in Il. 4. Φάρμακον, μέσον λέξιν ἐστὶ τὸ μὲ ἀγαθῷ καμεσαρμένη παρὰ τὸ φέρειν ἄκος· καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ παρὰ τὸ φέρειν ἄκος: *Venenum, dictio est media: vt quæ capiatur pro re non bona afferente dolorem, & pro bona afferente medelam.* Homerus quoque ipse Odyss. 4. ita perspicuè, φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιξμένα, πολλὰ δὲ λυγρά: *Pharmaca, plurima quidem salubria mista, multa lethalia.* Et Apollonius 3. Arg. ita distinguit, φάρμακα τὰ μὲν ἐσθλὰ, τὰ δὲ βασκήεια: *venena, hæc quidem bona, hæc autem noxia.* ibidem cum adiectione epitheti, φάρμακα θυμοφθόρα, quod corrumpant. Sicut & Artem. lib. 2. c. 69. φάρμακον θανάσιμον, quod mortem inferat. Sciat tamen Lector apud Græcos nullo attributo bonitatis aut malitiæ inueniri pharmacum, & in bonam & in malam partem, contra quam docuit Caius. Exempla confert Henric. Stephanus. Ego etiam in Papinio in bonam partem reperi, cùm ait: — *atque omne benigne Virus odoriferis Arabum quod crescit in aruis.*

11. SERPENTIBVS ATRIS.] Iuuen. Sat. 5. *Quod tutos etiam facit à serpentibus atris.* Loci huius meminit Lactan. lib. 5. c. 5. & per serpentes, & lupos Virgilij allegoricè intelligit odium, inuidiam, dolum: quibus pestibus infestatur humanum genus. Et obseruabis has duas pestes in hoc æuo poni à Virgilio. nam contraria prædicata sunt de æuo aureo Saturni. Contra serpentes, 4. Ecl. *Occidit & serpens, & fallax herba veneni occidet.* Contra lupos 5. Ecl.

Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur.

Neque diffidet illud 4. Ecl.

— *nec magnos metuent armenta leones.*

12. MELLAQVE DECVSSIT FOLIIS.] Contrarium in ætate aurea, 4. Ecl. *& dure quercus sudabunt roscida mella.* Ouid. 1. Met. *Flauaque de viridi stillabant ilice mella.*

13. IGNEMQVE REMOVIT.] Sumtum hoc ab Hesiod. 1. ἔργ. κρύπτε δὲ πῦρ, *abscondit vero ignem.*

14. CVRRENTIA VINA.] Euripides sententiam expressit, qui in Bacchis,

Ῥεῖ δὲ γάλακτι πίδων,
Ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δ' μελισσᾶν Νέκταρ:
Fluit tellus lacte,
Fluit vino, fluit apium Nectare.

Ouid. Met. 1. *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.* Ætatem porrò auream adumbrat Apollon. lib. 3. Arg. vbi describens domum Regis Colchorū adhibet fontes quatuor, primum scatentem lacte, alterum vino, tertium oleo, quartum aqua.

15. VT VARIAS VSVS MEDITANDO, &c.] Omnes ferè referunt sententiam Poetæ ad animi cogitationem, nam hic artes reperit. Non nego obseruatione artes inuētas, cùm dicat Tullus 2. Diuin. *obseruatio diuturna notandis rebus fecit artem.* & Aristoteles, artium principia fuisse obseruationum. Philo etiam lib. περὶ βίου τῶν, inter encomia mentis ponit inuentionem artium, intérque istas numerat agriculturam. Sed nihilominus tamen Virgilius verè signat ipsam exercitationem, & vsum rerum. Nam videlicet admouendo manum operi res ipsa tandem inuenitur, exítque in lucem, ideo signato verbo *excudere*; quasi ex ipsa materia assuetudine fabricandi res eliciatur. Itaque hic *meditor* non refero ad animum, sed ad exercitationem ipsam, & fabricam quæ opere exercetur. Nam Arist. ἐμπείριαν, id est, experientiam docet fuisse primum artium principiū. Columel. lib. 4. c. 1 1. *magister artium vsus.* Prudent. in Symm. *Quicquid posterius successor reperit vsus.* Veget. c. 10. lib. 3. *Omnes artes, omniaque opera quotidiano vsu, & ingi exercitatione proficiunt.* Plin. lib. 1. Epist. *Vsus magister egregius.* Sed in primis audienda verba eiusdem Veget. c. 24. lib. 2. *Miles sacramento lectus, ab exercitiis armorum vel nouellus, vel iam veteranus, cui pugnandum est pro salute propria, & libertate communi: præsertim cum antiqua sit prudensque sententia, omnes artes in medi ationc consistere.* Vbi, quæ initio *exercitia* nominauit, in fine *meditationem* vocat. Infinita sunt loca in hoc auctore, vbi meditationem sumit pro exercitatione. Aliqua ego contuli ad illud 1. Ecl. *Syluestrem tenui Musam meditaris auena.* Quem locum vide, nā quæ ibi dicta, huc pertinent. Ad certamen etiam laborū referenda verba ista Petron. in Sat. *Priscis enim tem-*

Meditor reanimum, ferur in Vitgilio ad opus.

poribus,

VVA. BHSC. BU 00239

poribus, cùm adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenua, summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum seculis diu lateret. & ista Arn. lib. 1. loquentis de artibus inuentis: *Cum processu temporum paulatim meditatione constata.* Qui Græcas literas tantùm salutauit, scit, verba meditandi traduci ad ipsam exercitationem.

16. EXTVNDERET ARTES.] Poeta ipse 4. Geor. *Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem.* Eodem libr.

Quem mihi vix frugum, & pecudum custodia sollers
Omnia tentanti extuderat.

Auctor Hymni in Mercur. σοφίης ἐκμάσσατο τέχνην.

17. ET SILICIS VENIS ABSTRVSVM IGNEM.] Ita in 6.

B —*semina flammæ*
Abstrusa in venis silicis.

18. EXCVDERET.] In 1. quoque Æn. *Scintillam excudit Achates.* & Plin. lib. 16. c. 40. *ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est.* Credit Germ. sumtum hoc ex illo Sophocl. in Philoct.

Ἀλλ' ἐν πέτραισι πέτρου πρὸς ἄκμοσι μόλις
Ἐφηῦρ' ἄφαντον φῶς:

Sed petris petram atterens, vix
Excussi latentem ignem.

In Germ. malè excussum, ἐφῶν. Vtut sit de Virgilio, certè loco Sophoclis similia sunt verba Plin. in adducto loco: *terunt lignum ligno, ignemque concipit attritu.* Nonnus 2. Dionys. ita rem hanc pari cum aliis filo. λιθῶν δ' ἀμφὶ λίθῳ φλογερὴν ὠδῖνα λοχεύων: *lapis attritus lapidi gignit flammantem partum.* & statim de percusso C lapide: κάπνον πεπνυμένον πυλυθλιβὲς αὐτόχρονον πῦρ: *ciaculatur ex se genium ignem lapideum assidua attritione.*

Nauigia primi ævi. 19. ALNOS CAVATAS.] Rectè putat Germ. alusum ad scaphas, sic dictas, παρὰ τὸ σκάπτειν, ab cauando, nam primo ævo excauatæ tãtum trabes, excauata robora pro nauigiis erant. Pari forma Ammian. lib. 14. *cauatis arborum truncis amnem permeare.* & li. 31. *cauatis arborum alueis agminatim impositi.* Plin. etiã lib. 16. c. 40. *Germaniæ præcones arborib. cauatis nauigant.*

20. NVMEROS.] Ita etiam de stellis Cic. 1. Diuin. *numeris, & motibus stellarum cursus persequuntur.* loquitur de Babyloniis & aliis. Eadem ferè verba repetit lib. 2.

21. NOMINA FECIT.] Pari phrasi Plaut. Menæch. *Inuentus nomen fecit Periculo mihi.* iterum: *Nomen Menæchmo factum est mihi.*

Pleiades vnde dictæ. 22. PLEIADAS.] Adhibebo hîc operam Delrij de etymo Pleiadum, quæ sic dictæ, quòd constipatæ & conglomeratæ sint. Ergo, S. Gregor. in Iob. lib. 29. c. 27. *Pleiades stella ἀπὸ τῦ πλείειν, id est, pluralitate vocatæ sunt.* Manil. lib. 4. *fidus glomerabile.* Latinus Callimachus: *Pleiadum ipsius cur coit igne chorus.* Seneca in Medea: *& densi latitant Pleiadum greges.* Adiungo Calab. lib. 13. ad finem, qui de istis: ἰλαλὸν ἀντίλλοντ' ὀρίουτιον *consertim.* Itaque dictæ Pleiades quasi πλέονες, hoc est, plures. Alij certè malunt dictas à verbo πλέω *nauigo.* Ait Aratus has septem esse stellas, sed sex tantùm conspici. Hoc alij obseruarunt, coniunxerunt etiam auctores, ideo omitto: sicuti etiam de nominibus harum stellarum, ne paginas impleam. Latinus ille Callimachus, est Propertius.

Hyades vnde dictæ. 23. HYADAS.] Dictæ ἀπὸ τῦ ὑέιν: *pluere*, quòd ortu suo, & occasu pluuias ferant. Versus Ouidij 5. Fast. quibus id firmatur, in promtu sunt. Sed alibi, credo, de hoc etymo loquor latiùs. Hîc te moneo, ab omnibus, qui fabulas scripserunt, Pleiadas, atque Hyadas separari, & diuersas fieri. Plinius apertè lib. 2. c. 41. *In cauda Tauri septem, quas appellant Virgilias: in fronte Suculas.* Sunt autem Virgiliæ, Pleiades. Sucu- A læ, Hyades. Seruius quoque: *Pleiades, signum est ante genua Tauri, quod ortu suo primum nauigationis tempus ostentat, dictæ ab eo, quod est πλέω, nauigo: Latina Virgiliæ dicuntur, à veris temporis significatione. Hyades sunt in fronte Tauri, quod ortu suo conciliant pluuias: latinè suculæ dicuntur.* Ac ne omnes numerem, ita fabulatores de illis loquuntur, vt diuersas faciant. Lilius tamen 5. Syntag. easdem facit, ait enim: *Hyadas quoque, quæ & Pleiades dicuntur, à nostris vergiliæ, & suculæ.* Iuuat Lilium, ad Ouid. 5. Fast. vnam ex Pleiadibus Maiã fieri, quam Aratus in numerum Hyadum intrudit: vterque verò intelligit eam, quæ filia Atlantis, quæ mater Mercurij: sed quidem fabulamenta omnia, vt sæpe monui, mille modis implicata sunt, à quibus vix elicias verum, auctoribus pro libidine confingentiB bus. In hac re verò diuersas esse credamus, eo inclinante auctorum turba, cùm præsertim Astrologi diuersas in cœlo figuras ostendant. & certè magnum est argumentum contra Lilium, Pleiadas semper induci à Poetis ad serenitatem, Hyades ad pluuiam, non ergo eædem. Ceterùm coniunctione Virgilij vsus ante illum Homerus Il. 18. Πληϊάδας θ' ὑάδας τε, τόν τε δόρυ & ἀρίωνα.

24. CLARAMQVE LYCAONIS ARCTON.] Calisto filia fuit Lycaonis, quæ versa in Arctonid est, vrsam maiorem, quam etiam vocant Helicé. Vitiauit illam Iupiter, Iuno præ Zelo conuertit in vrsam feram, Iupiter præ misericordia in signum cœleste.

25. TVM LAQVEIS CAPTARE FERAS.] Locus est Sophocl. in Antiq. cui nostrer hærere potuit, vbi cùm nonnulla dicantur de hominum sagacitate, tum hoc:

Κυρονέων τε φῦλον ἐρ-
Νίβων ἀμφιέλικτον ἄγει,
Θηρίων τ' ἀγρίων ἕθνη,
Πόντιά τ' εἰναλίαν φύσιν
Σπείρασι δικτυοκλώστοις
Περιφραδὴς ἀνήρ:

Leuiumque genus
Auium irretitum agit
Ferarum fluctibrum gentes,
Marisque salsam prolem
Sinu retium
Consilio prudens homo.

Auctor Octauiæ locum hunc longissimè persequiD tur ore Senecæ.

26. CANIBVS CIRCVMDARE SALTVS.] Ita 10. Ecl.

—*non me vlla vetabunt*
Frigora, Parthenios canibus circumdare saltus.

Quod autem nos *circumdare*, Græci περιπεσεῖν λόχοις, Citeũdo, vox quo verbo vsus Demosthenes in 1. Phil. cùmq; Vlvenatorum. pianus explicans, ait metaphoram sumi à venatoribus; qui, ne feræ elabãtur, per vias omnes, atque per omnia effugia πᾶς ἄρκυς περιπλέκειν, retia circũferunt.

27. FVNDA.] Hoc genus retis alij *iaculum* nomi- Funda genus nant, à iactando. Græci βόλον. Suidas: τὸ βαλλόμενον δίκτυον. retis. ἄγραν ἰχθύων. Piscationis inuentum Virgilius attri- Iaculi genus E buit hominibus, Oppianus lib. 2. Hal. Diis, quod retis. probat longa inductione. Nam, cùm multæ artes, quas ipsæ enumerat, inuentæ à Diis sint, credibile, Deum aliquem exstitisse auctorem Piscationis.

28. VERBERAT AMNEM.] Lucan. lib. 3. *Crebraque sublimes conuellunt verbera puppes.* Sed & sentẽtiam Virgilij Manilius lib. 4. extulit flexu isto. & *placidum ductis euertere retibus æquor.*

29. LINA.] Notat German. more Græco dici *lina* Lina, id est, pro lineis retibus. Nam lib. 3. Epig. retia è lino.

— ἀπὸ κύμβης
Ζώντι, τὸν ἁλίσφολις, ᾧ μοχλὸν τε λίνοις:

X *è pisca-*

VVA. BHSC. BU 00239

— *è piscatu*
Viuentem, hamis & linis laborantem.

Adnecto illi tum Calabrum lib. 2. qui in re venatoria dixit λίνων ἐφευτῶν pro retibus: & Philonē, qui lib. de Agricultura: τὰ πάνα γεγώς οἱ πανταχοῦ πᾶ φασὶ, λίνα: *lina, vti Poeta loquuntur, omnia capientia.* loquitur de piscatoribus. & quidem Brodæus λίνεια reddit, *retibus*. & alibi ὑγρὰ λίνα: *humida lina.* id est, *retia.* Tum Latinos, sed hos tantùm indicabo. Igitur lino pro retibus vsi Iuuencus lib. 1. Sedulius lib. 3. & 4. Arator lib. 1. Hist. Apostol. Sulpitius Seuerus Dial. 3. & plures alij.

20. FERRI RIGOR.] Ita Prudentius: *ævis, ac ferri rigor.* & Manil. lib. 2. *ferrique rigor.* Cassiod. lib. 3. Epist. 25. *rigorem ferri paruria terrena mollities.* Ante omnes Lucr. lib. 1. — *rigor auri soluitur ære.*

Serram quis inuenerit.

31. SERRÆ.] Huius inuentum Plinius lib. 7. c. 56. attribuit Dædalo: Ouid. 8. Metamorph. Perdicæ Dædali sororis filio: Seneca Epist. 90. & Diod. lib. 4. Biblioth. Talo. Integra vide in Notis Mureti. Hic te ἐν παρέργῳ moneo, serram esse non eam solùm, qua secantur ligna; sed genus quoque plaustri, quod rotis ferreis atque dentatis voluitur: cuius vsus est ad terenda frumenta in area. Auctor mihi S. Hieron. lib. 1. in Amos c. 1. qui sic explicat, quæ septuaginta transtulerunt σφῦροι ἁμαξῶν.

32. NAM PRIMI CVNEIS.] Mutauit leuiter Prudent. lib. 2. in Symmach. *Primi homines cuneis scindebant fissile lignum.*

A

33. LIGNVM.] Lignum à lego duci, ait Scal. in Coniectan. vt à tego, tignum: à rego regnum: à μέγας, magnus: à στέγω, στεγάνη παχὺς pinguis: à λίγγω, lingo, & linguа: ab ἔγγυς, anguis: à ἀκοὴ, densus. Ligni etymon.

34. VRGENS EGESTAS.] Martialis libro 11. Epigramm. 88. Egestas vrget, adag.

— *O quantum cogit egestas.* & de repertione artiū Arnob. lib. 2. *Non sunt ista scientiæ munera, sed pauperrimæ necessitatis inuenta.* Iterum: *Ex quo apparet, vt sæpius dictum est, inuenta hæc esse locorum necessitate, ac temporum, neque diu nimis eruditas aduolasse huc animas.* Ad eadem sententiam, videlicet ad cogentem egestatem, possis referre illud Persij:

Quis expediat psittaco suum χαίρε?
Picásque docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingenique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

B

Ex Persij imitatione, & ex sententia, quam illustro, scripsit quoque Arnob. lib. 2. *Discit — verba psittacus integra, & nomina prorsus exprimere.* Agit enim Arnobius de inuentione artium ex necessitate.

35. LABOR OMNIA VINCIT IMPROBVS.] Adagium hoc satis illustrat Erasm. Chil. 1, Cet. 5. c. 22. & Chil. 2. Cent. 2. c. 53. Virgilij Interpretes, Rittershusius in Oppian. pag. 355. Clemens lib. 6. Strom. c. 1. vbi Euripidē, & Sophoclē in eandem fere sententiam coniungit. Versum quoque Virgilij proinerbialitet vsurpat Hieron. Præfat. in Daniel. Quod verò Virg. *labor improbus*, Lucret. *Præstans labor, ex. mius labor.* Labor omnia vincit, adag.

[a] Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit: cùm iam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent syluæ, & victum Dodona negaret.
[b] Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnísque horreret in aruis
Carduus: intereunt segetes: subit aspera sylua,
Lappæque tribulíque, intérque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
[c] Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras. votísque vocaueris imbrem,
Heu, magnum alterius frustrà spectabis aceruum,
Concussáque famem in syluis solabere quercu.

C

ARGVMENTVM.

Origo prima agricolationis, caussa eius originis: labores huius artis, remedia contra labores.

EXPLICATIO.

[a] EST iam in tertia parte huius libri, quam breuiter expedit. Agit de origine agricolationis. Sed ita hæc pars discreta à superiore, vt ab ea pendeat. Nam cum concluserit, inuentas fuisse artes ad tolerandam inopiam; ait iam, agriculturam quoque D manasse ex eodem fonte. Ergo. Ceres prima omniū instituit (vt quæ Legifera, θεσμοφόρος) mortales arare terram. quo instrumento? ferro (quia vomer ferreus.) Addit deinde tempus, quo accidit inuentum hoc Cereris. Nimirum, cùm glandes, atque arbuta sylvæ Dodonæ quæ sacra Ioui, defecerunt: ac petinde ea negauit victum mortalibus. Locutio ista *cùm glandes atque arbuta syluæ deficerent, & Dodona negaret victum*, poetica est, in qua per Hendyaden idem dicitur, vt illud, *pateris libamus, & auro*, id est, *aureis pateris.*

[b] Sed ecce labor, qui comes semper felicitatis, additus est frumentis, vt primum illa inuenta sunt. Explicat signanter, qui sint hi labores. Videlicet, rubigo, quæ mala, quę edit adultos culmos: carduus, qui segnis, (inutilis, insœcundus) qui in aruis horret suis aculeis. Ad hæc, segetes ipsæ sæpe moriuntur, succeditque in agris sylua pestium aspera, & lappæ, & tribuli: præterea lolium, atque auenæ; illud infelix, istæ steriles: quæ pestes nitentem segetem defrugant, virtutem terræ adimunt, & tāquam tyranni impotentissimi dominantur.

[c] Ergo quisquis es agricola, nisi cum his tyrānis consligas validè, actum de te est. Docet verò vti pugnandum, & quibus armis. Insectanda est tellus; & hoc rastris assiduis: terrendæ aues, & hoc sonitu lapidis, fundæ, cymbalorum: vmbræ ruris comprimendæ, & excindenda sylua, quæ est circa rus; idque falce ferrea: demum vocanda pluuia à Diis, & hoc

UVA. BHSC. BU 00239

& hoc votis. Hæc nisi feceris(inquit) frustrà alienos aceruos spectabis, & ipse glande victitabis. Hactenus Expendo quiddam non vulgare. Placet Virgilius semper, & cur placeat sæpe ignoratur. In rebus quatuor recensendis nunquam pluralem cum plurali, neque singularem cum singulari coniungit, quod minùs ad varietatem: sed semper cum singulari pluralem. Vnica terra multis rastris infectanda est, vnica pluuia multis votis petenda: Contrà, multæ aues terrédæ vnico sonitu, multæ vmbræ vnica falce compescendæ.

NOTÆ.

Cereris etymon.

1. CERES.] Sic dicta quasi Geres, quòd fruges gerat, si Varroni credimus, & Cicerони, qui illi assentitur, atque Arnobio, qui ita ait lib. 3. *Quòd salutarium seminis frugem gerat, Cererem esse pronùntiant.* Addit Cic. 2. Nat. pro argumento, quia hic Græcis dicitur δημήτηρ, quasi γημήτηρ. Scaliger tamè in Cóiectan. putat sic dictam à *cereo* antiquo verbo, id est, *creo*. Additque: si fortassè dicta Ceres, quasi Geres, non tamen à gerendo, sed à Græco γῆρυς: nam sic priùs vocabatur: firmat hoc testimonio Hesychij. Maternus lib. de profanis religionibus, c. 18. ducit à serendo, vt Ceres sit, quasi serens.

Ceres fruges inuenit.

2. VERTERE TERRAM INSTITVIT.] Ita vulgatum à Poetis, Virgilio hic, Ouid. 5. Metam. & 3. Am. eleg. 9. à Lucretio lib. 5. Ab aliis, nam Plin. li. 7. cap. 56. *Ceres frumenta, cùm antea glande vescerentur.* A Græcis etiam, Isocrat. in Paneg. de Cerere, τὰς πεπαρπὰς, οἱ τὴν θνσιν ὑμῖν ἐποίησαν ἐκ τῆς ἡμέρου γεγονυίας τροφῆς. inuenit, *quæ in causa fuerunt, ne more belluarum viueremus.* eadem Diodor. lib. 5. cap. 2. Oppian. lib. 2. Halieut. Sed obseruabis, hanc frugum inuentionem attribui Cereri, quia nimirum, hæc Dea semina in Græciam adduxit aliunde. quod gestum est Argo in Græcia regnante, quod scribit Ado in Chron. ætate tertia. Hispanos certè nostros non Ceres vlla, non Græci, sed Rex noster Habides *boues primo aratro domari, fumentaque sulco serere docuit, & ex agresti cibo melioribus vesci*; verba sunt Iustini lib. 44. Itaque proprio inuento gloriamur, non aliunde emendicato.

Glans cibus mortalium.

3. GLANDES, ATQVE ARBVTA.] Hoc cibo vsi mortales primo æuo. De glandibus crebra mentio, inde Arcades dicti ab oraculo Pythiæ βαλανηφάγοι ἄνδρες, quod scribit Pausan. in Arcadicis. De arbutis parca Ouid. 1. Met. *Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.* Arnob. lib. 2. *Quid enim si hoc modo culpam vellimus infligere prioribus illis, atque antiquissimis seculis, quod inuenis frugibus glandes spreuerint, & repudiauerint arbuta?* Ideo à Plin. lib. 15. cap. 24. dicitur *pomum inhonorum*, vt cuius esus vilis, hoc enim indicat ratio eius. Sed hic lubitum admonere lectorem erroris Plinij, qui pernicioſus iuuentuti. Ait ille lib. 15. cap. 24. & lib. 23. cap. 8. arbutum, & vnedonem eandem rem esse. Hoc mirè grassatum est in adolescentibus. Sed certè vnedo nihil pertinet ad arbutum. Epimelis arbor est, cuius fructus dicitur vnedo. Arbutus Latinis, & Græcis comarus; cuius fructus Latinis est arbutum, Græcis Memæcylum. Itaque vnedo Epimelidis est, Memæcylum arbuti. Firmo hæc. Galenus lib. 2. Alim. apertè distinguit vnedonem ab arbuto. nam Epimelidi arbori pro fructu dat vnedonem; comaro, id est, arbuto Memæcylum. Vt hic coniunctim de re vtraque, ita de vtraque seorsim duobus in locis nam Epimelidem esse vnedonem, & sic vocari ab Italis apertè ait libro 6. de Simpl. Medic. Facult. & libro 6. eiusdem operis ar-

Arbutis cibus mortalium.

Pomum inhonorum.

Vnedo distinguitur ab arbuto.

Comarus.

Memæcylū.

A butum coniungit cum Memæcylo. Agnoscit doctrinam Galeni contra Plinium Rembertus Dodon. Pemptade 6. lib. 3. c. 10. Agnoscit Dalecamp. qui in primum locum Plinij: *Plinius inscitè, & negligenter Memæcylum fructum arbuti cum Vnedone fructu Epimelidis confundit.* Agnoscit Generalis historia Plantarum, vbi sic legitur: *Quare dubitandum non est, quin alia arbor sit Epimelis, qua vnà cum fructu suo in Italia Vnedo appellatur: & alia arbutus, cuius fructus Memæcylum Græcis dicitur.* Inde Theophrastus libro 3. histor. Plant. cap. 16. loquens de arbuto, ita ait: ἡ δὲ κόμαρος, ἡ τὸ Μεμάκυλον φέρουσα τὸ ἐδώδιμον, ἐστὶ μὲν ἀκ ἄγαν μεγα: *Arbutus, qua Memæcylum fert ad esum, non admodum magna est arbor.* Nec te moueat ab Dioscoride scribi libro 1. cap. 138. *Arbutus, siue Vnedo*, &c. Nam in Græco tantùm est κόμαρος. itaque illud, *siue Vnedo*, additum est ab inscitia Interpretum. Ne te verò testimoniis onerem, obseruabis lector, quæ dixi, si attentè auctores legeris, in quos ipse incideris.

4. DODONA.] Epiri ciuitas, prope quam nemus abundans glandibus, & in nemore templi sacrum Ioui. Ac fere nunquam apud scriptores mentio est Dodonæ, quin nemoris quoque fiat mentio.

Rubigo quid, eius notæ, & causæ.

5. RVBIGO.] Ait Budæus, morbum hunc vocari *nebulam*, quo spicæ consriatiles, & vanæ redduntur. Rectiùs multo definit Scaliger in Theophrast. *Rubigo putrefactio quædam est, cum exceptus in spicam vos, aut pluuia non decuitur, sed solis superuenit excalfactus putrescit.* Notæ istæ certissimæ sunt. Tria dicit, esse putrefactionem, & hanc à rore aut pluuia, & ex sole excalfacientem. Primum firmat Theophrast. 3. Caus. cap. 27. iuxta Gazam, aut 30. iuxta Scaligerum, ἢ δ' ἐρυσίβη, σῆψις ἐστὶν ἀνυγρὸς, putrefactio. Eidem attribuit verbum σήπειν: putrefacere. Sicut & Auctor Geopon. lib. 5. σήπειν τὰς τυκτὰς τὰς καρπὰς: noctu fructus putrefacit. Alterum est prouenire à rore aut pluuia. Ideo signatè Plin. & propriè lib. 18. c. 17. *cœleste frugum vinearumque malum.* & Auctor Geopon. ait: συνίζειν ἐν τῷ ἀέρι τὸν ἐρυσίβην τοῦτον ὑγρὸν ἐν ἀέρι συναγόμενον. & Theophr. ἀναξηρανθὲν ἀποσσύεται. Accinit Colum. 1. c. 5. *siccari, & detergi*, quæ verba de re liquida sunt, & humore aqueo. & Theophr. ait, inclinandam spicam, ὅταν ἀποβρέξῃ, καὶ ἐμμένῃ τὸ ὕδωρ, ἢ ἀρδῇ: *vt decidat, neque excipi possit imber, aut ros.* Demum caussa est, *Sol excalfaciens.* Ait Theophrast. si sint flatus ventorum, fieri, vt ὁ ἥλιος εὐθὺς ἐπιλαμβάνων, ἀκ ἐπίπνοιν ἐπιλύῃ: *Sol paulùm immoratus putredinem non conficiat.* Firmaui definitionem in gratiam Scaligeri, in vtilitatem inuentutis, & addo, à Luna quoque fieri morbum hunc. Theophr. μάλιστα δ' ἐρυσίβᾶται σῖτος ταῖς ἀνοιξίοις. διὸ καὶ τῶν σκιλλῶν τὰ βαρύβοτρυα σήπειν τὰς τυκτὰς: *Thuscum rubiginem contrahit maximè in plenilunio. Ratio est à calore, quo Luna noctu putrefacit.* Eadem, & iisdem pene verbis Auctor Geopon. dicto loco. Porrò sacra instituta sunt à Numa contra hanc pestem, quæ sacra dicta sunt Robigalia.

6. CARDVVS.] De hoc, & sequentibus ita coniunctim Plinius lib. 18. c. 17. *Lolium, & tribulos, & carduos, lappasque non magis, quam rubos, inter frugum morbos putius, quam inter ipsius terræ pestes numeraueris.*

Sylua de herbis.

7. SYLVA.] Seruius: *Notandum etiam de herbis Syluam dictam.* Cic. in Prætura vrbana: *Tabulæ, & signa, quæ in ædibus tuis impar ad omnes columnas, omnibus etiã intercolumnijs, in sylua denique deposita sub dio vidimus.* Vbi Asconius: *In sylua in viridario.* Lege Cuiacium lib. 10. Obseruat. c. 15.

Lappæ.

8. LAPPÆ.] Hanum cognitionem sub duplici distinctione nobis herbarij auctores repræsentant. Est maior, est minor. Maior Græcis ἀρκτίον dicitur,

VVA. BHSC. BV 00239

propter similitudinem, quam habet cum villosis hirtisque vrsorum capitibus. est enim tota echinata: dicitur etiam ἀρχιμῖμον, & πρωτομίς, quasi personata, quod eius foliis, quæ lata sunt, tota histrionis facies regeretur in theatris, quoties opus, ne agnosceretur. Minor, χάδιλον dicitur, quod ea capillos ruffet; & χοιροβλήθρον, quod strumas aboleat. Posterior distinctio. Lappa duplex est, altera φιλάνθρωπος, altera Canatia: illa maior est, adhærénsque hominum vestibus: hæc minor, adhærénsque canibus. Peculiaria lapparum petenda ab aliis. nam de duplici personata fusè Matthiol. de descriptionibus earum, fusè quoque alij. nobis hæc satis ad propositi nostri mentem. Plinius, & Virgilius, alij item lappas numerant inter pestes segetum. Hieron. contra Lucifer. ianos has agrorum pestes prouerbialiter traduxit ad signandos homines improbos: *Non solum in Ecclesia moriuntur oues, nec munda tantum aues volitant: sed frumentum in agro feritur, & inter nitentia culta lappaque & tribuli, & steriles dominantur auenæ.*

Histrionum persona ex lappis.

Lappæ, adag.

9. TRIBVLI.] De hac peste agrorum Ouidius quoque 5. Metam.

— lolium, tribulique fatigant
Triticea messes.

Nitidus, id est, pinguis.

10. NITENTIA CVLTA.] Nitorem aruis, & frugibus Lucretius dedit ante nostrum. nam lib. 2. *& sursum nitidæ fruges armentaque crescunt.* & apud Cic. 2 Tusc. Poeta quidam:

Essi in segetem sunt deteriorem data
Fruges, tamen ipse suapte natura tnitent.

Virgilius iterum:

At rudis enituit impulso vomere campus.

Symmach. ep. 82. lib. 6. *ager cultura nitet.* Per nitorem autem intellige pinguedinem, itaque *nitentia culta*, sunt pinguia. nam nitor pinguedinem sequitur. &, si pinguia, eo ipso grandia. Sic nitens taurus in Virgilio, est pinguis, & grandis.

11. INFELIX LOLIVM.] Quædam peculiaria huius versus explicata iam 5. Ecl. Vult Vrsinus alludere ad versus Ennij in Præceptis:

Vbi videt auenam, lolium crescere
Inter triticum: sel egit, secernit, auferi sedulo:
Vi operam addidi, quam tanto studio seruit.

12. QVOD NISI ET ASSIDVIS, &c.] Vulis est commentatio Seruij ita loquentis de his quatuor præceptis: *Quod nisi terram infectabueris rastris, id est, nisi sæpe sarrieris, propter illud & amaris intyba fibris assicit. Nisi aues fugaueris propter illud, improbus anser, Strymoniaque grues: nisi falce amputaueris ramos, propter illud, aut umbra nocet: nisi votis vocaueris pluuias, propter illud, Hum da solstitia, atque hyemes optare serenas.* De laboribus agricolarum vide elegantem locum Libanij in Progymnasmatis.

13. ET SONITV TERREBIS AVES.] Ait Vrsin. allusum ad præceptum Hesiod. lib. 2. ἔργ.

— ὃ δὲ τύλῃσι δοκεύων
Δμῶας, ἔχων μαχέλην, πόνον ὀρνίθεσσι πάσσειν
Σπέρματα κεκριθόων: —

— iuuenis autem pone
Seruus, ligonem tenens, negotium auibus facessat.

Libanius inter agricolarum mala auium præsertim meminit, cùm ait, conandum agricolæ, ne aues τὰ καταλειφθὲν ἀνελέσθαι. verbum *terrebis* vult Germ. sumtum ab Apollon. 2. Arg. qui loquens de Hercule fugante Stymphalidas tintinnabulis vsurpat verbum, αἱ ὃ φόβοντο: *illæ autem terrebantur.* Nam & Græci hæc terriculamenta vocant φόβητρα.

14. FALCE PRÆMES VMBRAS.] Catullus sic extulit. *Non falx attenuat frondatorum arboris umbram.*

15. VOTISQVE VOCAVERIS IMBREM.] Supra flexu alio, *optare.* Sed cur non adducam locum similem Sanct. Macarij Senioris, in quo, si non cultus orationis, certè pietas spectatur. Ait ille homil. 26. *Requirit Deus ab homine laborem, fatigationem, ac operationem; nisi tamen desursum apparuerit nubes cœlestis, & pluuiæ gratiæ, nihil incubabit labor coloni.*

16. HEV MAGNVM.] Similis sententia Hesiod. 2. ἔργ.

Μήπως τὰ μετὰξὺ χαίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίοις οἴκοις, ἠδὲ μηδὲν ἀνύσσῃς.
Nequando interim egens
Mendices ad alienas domos, nihilque efficias.

17. SPECTABIS ACERVVM.] Pari sensu Horatius lib. 2. od. 2.

Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

18. CONCVSSA.] Seneca in Hip. *Excussa siluis poma compescunt famem.*

19. FAMEM SOLABERE.] Horat. de cibo etiam lib. 2. Sat. 6.

— me syluæ, cauisque
Tutus ab insidiis tenui solabitur ceno.

160 a Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes.
b Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
c Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra,
d Tribulaque, traheæque, & iniquo pondere rastri;
165 e Virgea præterea Celei, vilisque supellex,
Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi:
f Omnia quæ multo antè memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
g Continuò in syluis magna vi flexa domatur
170 In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
h Huic à stirpe pedes temo protentus in octo:
i Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso;
k Cæditur & tilia ante iugo leuis, altaque fagus;
Stiuaque, quæ currus à tergo torqueat imos,
175 l Et suspensa focis exploret robora fumus.

ARGV

VVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Enumerantur instrumenta agricolarum octo, quatuor ad arandam terram, quatuor ad parandam messem: docetur rusticorum prouidentia: sistitur in aratro, vt quod potissimū instrumentum, explicantur eius partes præcipuæ, quæ septem sunt.

EXPLICATIO.

[a] Est hæc pars quarta libri huius, & tota de instrumento rustico. Primis duobus versib. rem proponit, se dicturum de instrumētis (nam hęc sunt arma) agricolarum: non de omnibus, sed de illis tantūm, sine quibus messes nequeunt, aut seri, aut surgere. Clarius. Dicam instrumenta, quæ necessaria ad B arandam terram, vt semen recipiat; & quæ necessaria ad faciendam messem, adultis iam frugibus.

[b] Sequuntur instrumenta, quę promiscuè ponit, iam quæ ad arationem pertinent, iam quæ ad messē. Ad arationem exhibet quatuor, vomerem, aratrum, rastros, crates: ad messem totidem, plaustra, tribula, traheas, vannum. Exornat ista more poetico. Primum omnium est vomis, & robur graue aratri inflexi. Est ista poetica locutio. Periūde ac si dicat. aratrum robustum, atque inflexum, cui sit vomis ad proscindendam terram.

[c] Ait necessaria esse plaustra, quæ in vsu matris Eleusinæ, id est, Cereris: quæ tardi, & cum molimine sese conuoluunt.

[d] Adiungit tribula, & tralias: rastros etiam, quibus magnum pondus. nam hoc est iniquum.

[e] Dissideo in sententia ab omnibus. Dicit, necessariam esse agricolæ vilem virgeámque supellectilem Celei. Postea explicat, quæ sit vilis hæc & virgea supellex, videlicet crates, quæ fiunt ex arbuto: & vannus, cuius fuit vsus in sacris mysticis Bacchi. Hæc venustior sententia, quam si separes, & per supellectilem capias fil cellas, corbes, & vasa alia. Tantum enim explicat, quæ sit virgea illa, & vilis Celei supellex, videlicet crates, & vannus.

[f] Non vult, agricolam quærere instrumentum, tunc cùm necessarium est, sed vt multo ante memor sit, prouideatque, & reponat in futurum, quę necessaria sunt; si affectat gloriam, & laudem ex re agresti. Rus diuinum est, quod Diis charum, quódque in D eorum tutela.

[g] Cùm potissimum, & maximum instrumentum agricolarum sit aratrum, assumit latam eius descriptionem, & hanc per partes. Si lector non ita probè intelligat sequentes partes aratri, sciat rem hanc esse potius oculorum, quàm aurium. Itaque enumerat burim, temonem, aures, dentale, iugum, stiuam, rotas. In his iam materiam, iam formam, iam vtrunque simul persequitur. Ergo ait, vlmus vi magna donatur flexā in burim, id est, in vsum buris, ac tum perinde accipit formam curui aratri. Est buris curuamen illud, quod excipit vomerem. malè cum temone alij, alij cum stiua confundunt. & hoc signatè fiat in syluis. Iubet, vt diligens agricola, vlmum inflectat, vel ramū eius aliquem hærentem adhuc in syluis, clarius hærentem vlmum in terra, neque euulsam, vt sic continuò, id est, per annos plures dometur, crescátque cum eo vitio, vt mox apta sit ad burim. Huius agricolarum artis testes sunt oculi.

[h] Buri annectitur temo, qui excurrit protenditúrque in altum per pedes octo, & hoc à stirpe arboris, explicatore Seruio: vel ab stirpe, id est, ab ima parte ipsius temonis, qua annectitur buri, vt ego puto.

A [i] Aptantur aures binæ, aptantur dentalia, quib. duplex dorsum. Sunt dentalia, quæ supra se suscipiunt vomerem. Hæc, quia lata esse debent, videtur habere duplex dorsum.

[k] Demum ait, ad iugum aptam esse tiliam, vt quæ leuis, ne suo pondere boues fatiget: aptá etiam fagum. Pars extrema aratri, stiua est. Est hæc manica, qua aratrum dirigitur, ver satur, circumflectitur. Illud *curuus imos*, fatētur Interpretes, dictum ex more illarum regionum, vbi aratra rotis prope ipsum vomerem iuuabantur. In typis veterum visuntur aratra cum rotis.

[l] Nam suspensa ad fumum robora, si rimas non faciunt, apta sunt conficiendo aratro. Ergo, fumus explorat robora (examinet.) Hic per *robora* accipio C quamuis robustam materiam, non signatam speciē, sicuti supra, *grauesque robora aratri*. Nam Poeta iam vlmum pro materia assignauit.

NOTÆ.

1. DVRIS AGRESTIBVS.] Ab operum duricie vocantur agricolæ Oppiano lib. 1. Cyn. ἐργοπόνοι. & lib. 3. Hal. ἐργάτιναι.

2. ARMA.] Ait Germ. hoc dictum more Græcorum, qui instrumenta cuiuscunque artis vocant: ὅπλα, τέχνας, ἐργα. Alibi hoc firmo. certe Xenophon in Oecon. vocat κωφὰ ὄργανα. Arma, id est, instrumēta.

3. SVRGERE MESSES.] Pari phrasi Lucret. li. 1. *At nitida surgunt fruges, ramique viescunt.* Prudent. 2. contra Symm. *Aspera nam segetem surgentem vincula texunt.* Auctor Theb. Act. 1.

Hoc ego solum, frugifera quo surgit Ceres
Premo? Tertull. in Genes.
Nam tibi triticeæ surgent pro germine messis
Carduus.

Poeta ipse: *Surgere syluæ. Surgentes herbas. Surgens oleaster. Surgit paluurus. Surgunt de semine.*

4. VOMIS.] Ex hoc præcepto M. Cato c. 5. Rei Rust. *Aratra, vomeresque facito, vti bones habeas.*

5. ELEVSINÆ MATRIS.] Sic dicta Ceres ab Eleusi. Eleusi vrbe Atticæ, vbi hæc Dea culta; cui vrbi nomen inditum ab Eleusinio Mercurij filio, vt ait Suidas. Eius vrbis Strabo meminit lib. 8. Amob lib. 5. non vrbem, sed *pagum* nominat Iulius Firmicus c. 7. ait id nomen accidisse loco ab aduentu Deæ in eum, cùm aliud priùs habuisset. Respicit ille ad verbum ἐλεύθω. Dicunt verò Eleusinium accepisse hospitio Eleusinioū errātem Cererem, quem ideo illa docuit agriculturam, inde ille Eleusinia sacra instituit in sua vrbe Eleusi, quæ mox per totam Atticam superstitiose propagata sunt, atque inde fusa in reliquum orbem. Arnob. lib. 5. *Eleusinia illa mysteria, & sacrorum recōditus, cuius memoriam continent? nonne illius erroris, quo in filiæ conquisitione Ceres fossa, oras vt venit ad Atticas, triticeas attulit fruges?* Minutius in Octauio: *Ceres facibus accensis, & serpentum circumlata errore subrepiam, & corruptam Liberā anxia & sollicita vestigat. Hæc sunt Eleusinia.* Nazian. Orat. in Sancta Lumina. Οὐδὲν Ἑλλὰς ταῦτα, οἱ τῶν σκοτεινῶν, καὶ σιωπῆς ἄντικρυς ἀξίων ἐπαθλα: *Nouit hæc Eleusis, atque illi tacitorum, & professa silentio dignorum, sacrorum spectatores.* Satis ista nunc à me de sacris Eleusiniis, tu vide Lilium. Adi etiam diligentem, & fusam operā Delrij nostri in nouis Comm. Senecæ vers. 106. Hippolyti.

Eleusinioū origo.

6. VOLVENTIA.] Turn. lib. 30. c. 19. ita: *Volueris perpessionis significatione positum non ineleganter apud duos perpolitos Poetas animaduertimus: apud Maronem 1. Æn. olim voluentibus annis, quod Græcū est, ἐπὶ πολλῶν ἐνιαυτῶν: & Lucretium lib. 5. Multáque per cœ li Solis voluentia*

Volues passo suo significato.

UVA. BHSC. BU 00239

tia lustra. Iterum apud Maronē. Tardaque Eleusinæ matris volumina plaustra. Valet enim, quæ voluuntur, vel quæ voluunt se.

7. PLAVSTRA.] Retuli hoc instrumentum ad alterum membrum distinctionis, vt quo fruges cōuehantur ad aream. Erunt qui referant ad genus aratri, quod instar plaustri, rotis agitabatur, de quo postea Poeta. Sed profectò cùm iam præcesserit mētio aratri, indignum est hoc vate, eò recurrere. Obseruetur locus Varron. lib. 1. Rei Rust. c. 17. vbi, cùm diuidat instrumenta rustica in triplex caput, vocale, semiuocale, & mutum, pro tertio genere plaustrum adhibet, quasi hoc in re rustica maximum sit; ait enim: *vocale, in quo sunt serui; semiuocale, in quo sunt boues; mutum, in quo sunt plaustra.*

Vocalia, Semiuocalia, & Muta instrumenta.

Tribula, quod instrumentū.

8. TRIBVLA.] Hoc instrumentum capiendum de tritura, nam Plin. lib. 18. c. 30. *Messis tribulis in area exteritur.* Columel. lib. 2. c. 21. *At si competit, vt in area teratur frumentum, nihil dubiū est, quin equis melius, quam bobus ea res conficiatur: & si pauca iuga sunt, adiocere tribulam, & traham possis: quæ res vtraque culmos facillime comminuit.* Iisd. lib. 20. c. 14. *Tribula genus vehiculi, inde teruntur frumenta, ob hoc ita vocatur.* Hoc instrumentum ita definit Varr. lib. 1. c. 52. *Fit tribulum è tabula lapidibus aut ferreo asperata, quo imposito aurīga, aut pondere grandi, trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica grana.* Obseruabis dici *tribulum*, & *tribulum*.

Traha, & Trahea.

9. TRAHEÆ.] Dicitur *Traha*, & *Trahea*. Ex testimonio Columellæ, quod iam attuli (alios sileo) liquet, pertinere hoc instrumentum ad alterū membrum distinctionis. Sicuti autem à plaustro, vel plostro exit plaustrarius, vel plostrarius: ita à traha *traharius*. Quam vocem in Sidon. Epist. 1. lib. 6. agnoscit Coluius ex m. s. vide vti Sidonium emendat. Credi potest Arnobius habuisse hunc locum ante oculos, cum scripsit lib. 2. *Quid si adiicias, traha quid sit, aut tribula, vannus, dolium, cupa, &c.* Malè enim ibi, pro *traha*, legitur *rota*. Imitatio enim Virgilij firmat lectionem, quam adhibui, præsertim vetere codice præeunte, in quo apertè est *traha*.

Trahatius.

Rastri cur graues.

10. RASTRI.] Pertinere hos ad arationem suprà obseruaui in hoc libro. Eos Cato lib. Rei Rust. c. 10. & 11. *quadridentes* vocat, vt ab hac mole videātur dici à Virgilio esse *iniquo pondere*. Putat Vrsinus alluſum ad Terentianum senem in *Eunū*. *At istos rastros interea tamen depone.* Et paulo pōst: *Hui tam graues hos quæso.* Adiungo Ouid. qui in Met. *Simulque iunctæ, rastrique graues, longique ligones.* Poeta quoque ipse in hoc libro: *grauibus rastris.* Plin. li. 18. c. 6. dixit: *graues ligones, vomeres ponderosos.*

Celeus quis.

11 CELEI.] Fuit hic filius Rhari, pater Triptolemi. Excepit Rharus hospitio errantem Cererem, quæ ideo nepotem Triptolemum agriculturam docuit. ita ferme Suidas. Discrepat nonnihil Seruius, qui nihil de Rharo, tantùm de Celeo, & Triptolemo. Ex oratione 1. Nazianzeni contra Iulian. elici potest, Celeum pertinuisse ad familiam Cereris, ait enim. Τὸν δημήτερος, ᾧ τὸν Τεπτόλεμον διηγέμονι, ᾧ τὸν Δηϊόχοντα, ἐπ' ᾧ Κελεός, ᾧ Ἐκμήσιος: (*commemorat Athenienses*) *suas Cereres, Triptolemos, Dracones, Celeos, Icarios.* & Orat. 2. Κα πάλαι τὸν Τεπτόλεμον σε, ᾧ τὸν Κελεὸν, ᾧ τὸν μυστικὸν διήκονον. *Dirue tuos Triptolemos, Celeos, dracones, mysticos.* Et in Orat. ad Sancta Lumina. Οὐδὲ κόρη τις ἁρπάζεται, καὶ δημήτερ πανάπτα, καὶ Κελεὸς πᾶς ἐπειτάγει, καὶ Τεπτόλεμος, καὶ διήκονος: *Nulla apud nos puella rapitur, nec vagatur Ceres, ac Celeos quosdam, & Triptolemos, & dracones ad coitum admittit.*

Celei supellex, adag.

Ceterum, *Celei supellex*, prouerbialiter dicitur de re vili. Lege Eras. ch. 4. Cent. 10. c. 41. Tantum moneris, verba Plauti, quæ adducit è Menæch. sic legēda:

A *Quasi supellex pellionis palus palo proximus est.* nō, vt ille, *Celionis.*

12. SVPELLEX.] Ita quoque indigetat instrumēta rustica M. Varro lib. 1. Rei Rust. c. 22. *Instrumentū, & supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in vrbe, & rure dominum.*

13. CRATES.] Refero ad primum membrum distinctionis, nam cratire est, terram occare; aut huic proximum.

Vannus instrumentum rusticum.

14. MYSTICA VANNVS IACCHI.] Tria hîc dicam, de *vanno*, cur hæc *mystica*: cur *Iacchi*? Pertinet vannus ad alterum membrum distinctionis. Nam Colum. lib. 2. c. 21. loquens de tritura: *Ipsa autem spica melius fustibus tunditur, vannisque expurgatur.* Inde *vannare* est, frumentum expurgare. Dicitur verò *mystica*, tanquam ἐν παρέργῳ, quia ea frequentissima in sacris Bacchi. Græcis λίκνον & dicitur, qui eam in sacris gestabat λικνοφόρος & *vannifer*. Quo nomine etiam Bacchus ipse vocatur ab Demosthene in oratione de Corona. Ejus meminit in sacris Isidis, quæ vxor Osiridis, id est, Bacchi, Apul. lib. 11. *Quintus aderam vannum aureis congestam ramulis, & aliis ferebat amphoram.* Meminit Plutarc. in Alexandro, loquens de draconibus, quos Olympias alebat. Οἱ πολλοὶ ἐκ τῶν κιστῶν, καὶ τῶν μυστικῶν πλεγνάδων ὑφιόμενοι, καὶ φανερὰ τοῖς θύρσοις τῶν γυναικῶν, καὶ τοῖς στεφάνοις ἐξέπτυσον τοὺς δράκοντας: *Qui sæpe per hederas, & mysticas vannus illabentes, fœmineūsque thyrsos & coronas amplexi, viros terrebāt.*

Vannus cur sacra Bacchi.

Iacchi nomē ad sacra pertinet.

Ratione m, cur sacra Baccho, hanc adducunt fabulatores: nam sicut vanno frumenta ab agricolis, ita eadem a Baccho animæ purgantur. Certè Harpocratio scripsit (citante in Athenæum Isacio lib. 11.) de vanno, ὅτι τὰ ὄντα τοιοῦτόν ἐστι διὰ τοῦτο: *aptam esse omni rei sacra.* Restant, quæ promisi de Iacchi. Inter multa Bacchi nomina, illud maximè pertinuit ad sacra, tunc enim Iacchus dicitur, cùm præest mysteriis. Inde Sacerdos Bacchi, & initiatus signatè dicitur Polluci. Ἰακχαγωγὸς. Ab Artemidoro quoque lib. 2. c. 44. vna cum μεμυημένοις *initiatis* coniungitur ἰακχῶν: sicuti δημήτηρ, & κόρη. quæ omnia nomina ad religionem pertinēt. & Herodotus scribit hoc nomen fuisse familiare Eleusiniis Deabus, non minus quàm nomen Virbij, Adonidis, Atridis in sacris Dianæ, Veneris, Cybelis. Claudianus quoque 1. Raptus inter sacra:

——templūque vemugit
Cecropidum, sanctasque faces extollit Eleusis.
Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur, Ianiſque simul procedit Iacchus. Seneca in Oedip. in re sacra:

—— nunc Cadmeos
Inter maires impia Manas
Comes Ogygio venit Iacchо
Nebride sacra præcincta latus.

Clarissimè etiam Cic. 2. Leg. *Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidaque nostri, & augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus?* Ex peritia itaque mysteriorum Poeta mysticam vannum vna cum Iacchо signatissimè coniunxit. Vt verò Noster *Vannus mystica*. Sic Tibul. in re sacra: *Hostiaque è plena mystica porcus hara.* Quia vt Baccho sacra fiunt vanno, ita Cereri porco. Aliter Tibullum explicat Muretus lib. 3. Var. c. 7. ductus loco Aristophanis. Sic & Nonnus lib. 22. de choro Satyrorum, qui erant in comitatu Bacchi, μύστιδι φωνῇ: voce mystica. & Herodotus lib. 8. τὸν μυστικὸν ἰακχον.

15. OMNIA QVÆ MVLTÒ ANTE MEMOR, &c.] Sumtum ex Heliod. li. 2. ἔργ. Ἥμῶ δ' ὑλοτομεῖν μεμνημένῳ δ' ἄειον ἔργον: *Tum ligna secato memor tempestiui operis.* Notarunt multi. Addo signatiorem locum eiusdem

UVA. BHSC. BU 00239

eiusdem in eodem libro: Τῶν ἀεὶ δεῖν μελέτῃ ἐχόμενα οἰκήτας θέσθαι. Horum ante curam habere oportet, domi reponendo. Pari præcepto Columel. lib. 1. c. 8. exhortandus est (villicus) ad instrumentorum, seramentorumque curam, ut duplicia, quam numerus seruorum exigit, refecta & reposita custodiat, ne quid à vicino petendum sit.

16. Provisa.] Eadem forma Horat. lib. 1. Epist.

Sit mihi librorum, & prouisæ frugis in annum
Copia. Germ.

17. Si te manet.] Alio flexu Colum. 3. c. 21.

Si te cura pomorum tangit.

Rus diuinũ. 18. Divini rvris.] Ita Athen. lib. 5. θεῖα λειμῶν & ἀέσσω λύειν. Aspectum diuini prati. Et Columel. in Præf. *Telluremque diuinam, & æternam inuentam sortita, &c.* Non abit Elogium illud Xenophontis in Oeconom. ἀρχαίας τινὰς χώρας ἀξίων, agros antiqua veneratione dignos.

19. Cvrvi aratri.] Lucr. lib. 5. *Nec robustus erat curui moderator aratri.* Poeta ipse 2. Georg. *Agricola incuruo terram dimouit aratro.* Seneca in Oct. ipsi aratori dedit. *Nunquam cesset curuus arator.* Pulere Nonnus 4. Dionys. ad signandam curuitatem aratri confugit ad Cameli dorsum, dicens, ὑπὲρ ἀρότροιο.

20. Temo.] *Dictus à tenendo* ait Varr. libr. 6. Ling. Lat.

Aratra olim aurita. 21. Avres.] Non olim aratra omnia aurita fuisse, colligas ex verbis Palladij lib. 1. Tit. 43. *Aratra simplicia, vel si plana regio permittit, aurita, quibus possint* A *contra stationes humoris hyberni sata celsiore sulco attolli.*

Itaque aurita aratra simplicibus opponuntur.

22. Dvpligi dorso.] Id est, lato, & crasso, & cui veluti latus duplex. Sic 3. Georg. *At duplex agitur per lumbos spina*, id est, crassa, & lata. Sic Lucret. lib. 4. *At gemina, & mammosa Ceres.* id est, plena, ampla, obesa. Sic explicat loca ista Turn. lib. 27. c. 35. Nã Ceres simulacra mammosa, & plena sculpebantur. Ita fortasse capiendus Statius lib. 4. — *gemino lucent hastilia ferro.* Nisi quis capiat ferrum, & quo ictus infertur, & quo hasta insigitur teriæ ab extrema parte. Eadem forma in lib. Reg. *duplex spiritus* Heliæi est spiritus magnus. Quem locum ideo adduxi, vt illustrem altero Pindari, Od. 6. Olymp. vbi Neptunus B patet filio Iamo.

Duplex pro magno.

Geminum pro magno.

——— ὄπασε θυσαυρὸν δ' ἰδυῖον
μαντοσύνας:

Dedit thesaurum duplicem diuinationis.

23. Tilia levis.] Plin. lib. 16. c. 40. vocat *molliss imam.* Mox eandem constituit inter lentissimas arbores, & quæ facile cedunt, cum funt fabricæ. Annectit tiliæ fagum, quia etiam lenis. Plin. eodem lib. c. 43. *facilis & fagus, quamquam fragilis, & tenera.* Nam fagus, id est, esculus, si conferatur cum robore, & aliis speciebus querneis tenerior est multo.

Duplex spiritus in sacris, quid.

24. Exploret robora.] Sic Hesiod. lib. 2. Πλησίον δ' ὑγιὲς ὕπνῳ κατανεύσαντος κεφαλὴν: *Clauum vero fabre factum super fumum suspendito.*

[a] Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuésque piget cognoscere curas.
[b] Area cum primis ingenti adæquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
[c] Ne subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat:
Tum variæ illudant pestes: [d] Sæpe exiguus mus,
Sub terris posuítque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:
Inuentúsque cauis bufo: & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populátque ingentem farris aceruum
Curgulio: atque inopi metuens formica senectæ.

C erumpant; ne ipsa fatiscat, id est, soluatur puluere, hiet siccitate, dehiscat ariditate; demum, ne variæ pestes animalium illudant. *Tum* est, deinde. *Illudant*, verò, quia sæpe animalia ludunt, & eludunt mortalium operam.

[d] Enumerat quinque pestes; quæ solent aream infestare, ae perinde aceruos minuere, mures, talpas, bufones, curgulliones, formicas; præterea alia monstra. Nam mus exiguus & ponit domos sub area, & facit horrea: talpæ, quibus non est visus, fodiunt ibidem sibi cubicula: bufones sæpe reperiuntur in locis cauis: expopulatur aream curgulio, & conuehit ingentes aceruos farris (intelligit genus omne frumentorum:) denique idem faciunt formicæ senectæ suæ metuentes.

D

ARGVMENTVM.

Docet, vti paranda sit area, ne ab herbis, puluere, pestibus bestiarum infestetur.

EXPLICATIO.

[a] Instrvmentis rusticis annectit, vti paranda area, præmisso procœmiolo. Possum (inquit) ô agricola referre (reuocare) tibi in memoriam præcepta veterum magistrorum rei rusticæ, nisi refugis, nisi te piget tenuissima quæque cognoscere: sed dabo tamen aliqua.

[b] Tria præcipit. Area tibi manu propria (vide, quæ cura, non ferro, non alio instrumento) vertenda est, id est, tractanda, versanda, componenda. Deinde, adiungenda est creta, quia tenax, vt sic area solidetur. Tertiò cylindro æquanda, vt plana omnia sint: & hoc *ingenti*, quo melius solidetur. Sic explicui secutus Seruium, qui hic agnoscit hysteron proteron. Itaque manus necessaria est, vt vertatur area; creta, vt solidetur; cylindrus, vt æquetur. *Cum primis* est, primum omnium, in primis.

Ratio triplex, cur oporteat aream sic parari. Obduretur area, manu, creta, cylindro: ne herbæ in ipsa

NOTÆ.

1. Possvm mvlta tibi.] Ad hoc exemplum Prudentius Apopht.

Possum multa sacris exempla excerpere libris,
Ni refugis.

2. Area cvm primis.] Fatentur docti omnes Poetæ, verba sumta ex sententia Catonis lib. Rei Rust. c. 129. *Aream, vbi frumentum teratur, sic facies. Confodiatur minute terra, & amurca bene conspergatur, vt combibat quamplurimum. Vbi bene commixta terra*

UVA. BHSC. BU 00239

fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut paucula coaquato. vbi coaquata fuerit, neque formicæ molestæ erunt; & cum pluet, lutum non erit. In vulgaribus fœdata hæc sunt. Alios hic prætermitto, vt ex quibus non hausta Virgilij sententia. Tu lege Varronem lib. 1. Rei Rust. c. 51. Columel. lib. 1. c. 6. Palladium lib. 1. tit. 36. & lib. 7. tit. 1.

Cylindrus. 3. CYLINDRO.] Isid. lib. 20. c. 14. *Cylindrus lapis est teres in modum columnæ, quia volubilitate nomen accepit.* Signat verbum κυλίνδειν. Paria hic Seru. & alij. Palladius certè lib. 7. tit. 1. etiam si non nominet cylindrum, sed illum videtur describere his verbis: *area premenda est rotundo lapide, vel columnæ quocunque fragmento, cuius volutatio possit eius spatia solidare.*

4. CRETA SOLIDANDA.] M. Varro lib. 1. c. 51. hanc soliditatem quærit ex paucula, & lapidibus, B ait enim: *aream oportet esse solida terra pauitam.* Et post aliqua: *Quidam, aream vt habeant solidam, muniunt lapide, aut etiam faciunt pauimentum.* Et Colum. lib. ... c. 6. *Eaque optima est, si licet constrata, quod & celeriter frumenta deteruntur.* Addit plures alias rationes. Palladius quoque lib. 1. tit. 36. *Sit autem vel strata silice, vel saxo montis excisa, vel sub ipso tritura tempore vngulis pecorum, & aquæ admistione solidata.* Vide eundem lib. 7. tit. 1. Addam hic coniecturam meam, si quis probat. Dicit Poeta aream solidandam esse creta. Quid si

Creta sumta pro amurca. per Cretam intelligat amurcam? vel cretam amurca tempetatam? ita vt non tam cretam capiat, quam quicquid cretosum est, & conglutinans. Ducor in hanc mentem, quia M. Cato, & M. Varro, qui Poetæ præcesserunt, amurcam ad hanc rem adhibentia quibus cur recedat ratione nulla? Catonem iam dedi. Varronis verba sunt lib. 1. c. 51. *Itaque amurca solent perfundere: ea enim herbarum est inimica, & formicarum, & talparum venenum.* Quæ verba mihi videtur habuisse Poeta ante oculos, nam easdem pestes intulit. Plin. quoque libr. 15. c. 8. *Amurca sub gi areas terendis messibus, vt formicæ, vimeque absint.* Palladius etiam lib. 7. tit. 1. *area amurca aquatur: vt fulsa, quæ res à muribus, & formicis frumenti defendat.* Deinde Plinius lib. 18. c. 29. ita ait: *Aream ad messem cretæ præparare Catonis sententia amurca temperata.* Atqui Cato cretam non nominat, tantum amurcam: sed explicator Plinius ait ex Catonis sententia cretam & amurcam temperandam. Hinc elicio, potuisse fortasse Virgilium amurcam Catonis explicare per cretam. Nam certè mirum esset, ab omnibus amurcam inferri, ab vno Virgilio cretam. Demum adhibeo auctoritatē Dalecamp. qui ad verba Plinij adducta, ad vocem *creta* adiungit verba Varronis, quæ iam attuli: quasi ipse cretæ attribuat, quæ Varro amurcæ.

5. TVM VARIÆ ILLVDANT PESTES.] Ipse 4. Georg. *Tum varia illudent species, atque ora ferarum.*

Mus agrorum pestis. 6. EXIGVVS MVS.] Arnobius lib. 1. *a locustis, à muribus genus omne occiditur, atque arroditur frugum.* Iterum: *si in Asia, Syria, idcirco mures, & locustæ efferuescere prodigialiter voluerunt, quod, &c.* Sed quæ hæc bestiola: Scruius accipit genus quoddam muris agrestis, quem vocant nitelam, aut nitedulam, inuitatus verbis Ciceronis in Sestiana, quæ ipse non affert: E sunt vero hæc: *Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis exiradita nitedula Remp. conaretur arrodere.* Alij vulgares mures, & sorices malunt. Certè Quintilian. lib. 8. c. 3. & Virgilium mirarur, qui versum absoluit apte nimis ad exiguitatem muris versu ipso exprimendam: & ait Horatium ad exemplar Virgilij suum finiuisse: *nascetur ridiculus mus.* Arnobius quoque lib. 6. *fugacibus, pauidis, atque exiguis muribus.*

Domus pro latibulo ferarum. 7. DOMOS.] Sic & Græci feratum latibula vocat δόμους. Exempla in multis nunc occurrit Oppian. qui lib. 3. Cyn. id nomen attribuit latibulo vulpis.

8. QVLIS CAPTI-TALPAE.] Plin. lib. 11. c. 37. *talpis visus non est.* & lib. 30. c. 3. *talpas damnatas cæcitate perpetua.* Oppian. lib. 2. Cyn. versu extremo talparum genus vocat ἀλαὸν: *cæcum.* & suprà, ἀσταλάκων ἀλαῶν: *alparum cæcorum.* Poeta signate *captos oculis*, dixit. Nam capti oculis, auribus, lingua dicuntur, quod vere habent membra illa, sed non vsum. Atque de talpis ita Plin. ad ducto priore loco: *talpis oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranam.* Quod sumsit ab Arist. lib. 3. de Anim. c. 1. φαίνεται γὰρ ὑπὸ ἀσταλεῦς ὢν τὸ σῶμα ἔχειν τοὺς ὀφθαλμοὺς: *Videtur enim talpa habere oculos sub pellicula.* Et lib. 1. Hist. Anim. c. 9. ἀφωρισθεῖσι δ' ἐκ τοῦ σώματος, ἐκτὸς τὴν τριχῶν τῶν ὁμοίων, ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ μέλανα κατὰ τὸν τόπον: *detracta prætenta membrana, locus oculorum apparet, & pars nigra eorundem.* Et lib. 4. c. 8 idem repetit, addit que inesse talpis partes omnes, quibus integri oculi constant. Simplicius quoque philosophus non credit talpam carere vi visiua, neque eius actu. Sed videre veluti per pelles quasdam, sicut nos, cum clausis etiam palpebris, aliquid lucis sentimus. Itaque videnr sed obscure propter imbecillitatem, ficuti quæ noctu depascuntur. Firmat rationem, quia nisi viderent, frustra natura oculos sub cute fabricata esset. Magnus quoque Albertus ait eas videre, sed imperfectè: visumque earum, cum è cauernulis ad alimoniā egrediuntur, se & obseruasse, & comperisse. Simplicium, atque Albertum mihi præbuerunt Commēr. Conimb. Art. 4. in lib. 3. Arist. de Anim. c. 1. Dicam nonnihil de locutione. Cic. ante nostrum de Diuin. Captus oculi *oculis captus sit, vt Tyresias fuit.* Et in Verr. *Tametsi, ne illa oculis quidem captus in hanc fraudem tam scelleratam, ac tam nefariam decidisti.* Post illum Arn. li. 2. *hominem captum membris omnibus, & eiulantem cruciatibus.* Sed de duplici significatu huius locutionis lege Victor. lib. 34. c. 14. Huiusmodi corpora πηρώματα vocat Arist. lib. 2. de Anim. c. 4. & lib. 3. c. 1. πεπηρωμένα, ἢ ἄπηρα.

9. FODERE CVBILIA.] Quia semper defossæ Talpæ deviuunt. Plin. lib. 9. c. 7. *argumento animalium, quæ semper defossa viuunt, seu talpæ.* Et lib. 30. c. 3. *defossas sepultisque similes.* Et lib. 10. c. 6 9. *obrute terra.* De talpis opportuna sunt verba Theophylacti in Epist. quam ipse scriptam à rustico homine confingit vbi ait, τί δῆτα δεῖ τῶν ἀσταλάκων λέξαι μοι, προβεβὼς γὰρ ἤδη γεωργῶ τὰ κακὰ, καὶ δυσαπαλλάκτως τὸ πολέμιον: *De talpis quid dicam? malum hoc formidabile est agricolæ, & genus hostium difficile expugnatu.* Aduocat verba hæc Victor. in Notis ad Varronem.

10. CVBILIA.] Ferarum antra Plautus quoq; vocat *cubilia*, in Truculent. loquens de muribus. Cubilia antra ferarum. Phœdrus, qui æuo par Virgilio: Cic. 2. Nat. Cassiod. lib. 3. Epist. 48. Arn. lib. 2. Paul. 2. Ep. *cubilia vsperantium.*

11. CAVIS.] Obseruat Germ. sic absolute dictum pro, ciuitatibus, & cauernis, ex Græca imitatione. nam Arist. fæpe κοῖλα τῆς γῆς. & Sallust. *caua terra.* Adiungo Columel. lib. 1. c. 6. de ædificiis, quæ rimas agunt, *caua præbent, & latibras.* Cauum.

12. QVÆ PLVRIMA.] Hanc vocum consecutionem obseruat Germ. ductam ex Homeri, & Apollonij imitatione, qui οἷα τε πολλὰ. Exempla ita suppetit. vt autem, *quæ plurima monstra ferunt*, ita quoque Eurip. in Troad. ὅσα γῆ τρέφει κακά. Quæ plurima.

13. POPVLATQVE.] Prudent. lib. 2. in Symm. hærens Virgilio.

Nec metuit, ne congestum populetur acernum
Curculio, vel nigra canis formica recondat.

Vt autem Virgilius *popular*, ita passim veteres. Paenuius: *Atque vt promeruit pater, patri patriam popula-*

uit

UVA. BHSC. BU 00239

uis meam. Ennius in Ambracia: *Agros audaces depopulant seruis dominorum domini.* Plura in Nonio reperies.

Formica pestis agrorum.

14. FORMICA.] Hanc bestiolam inter agri pernicies Arnobius quoque numerat lib. 2. *Quid formicarum, & vermium genera in varias labes perniciesque nascentia?* Id etiam Cic. 2. Naturæ attingit, & vna cum formicis mures quoque annectit. Ideo ab Æschyl. in Prometh. dicuntur:

A

δείσυρι
Μύρμηκες ἄντρων ἐν μυχοῖς δυσηλίοις:

Semper tractrices formicæ in secessibus antrorum opacis.

De hac formicarum prouidentia Oras. Niliacus c. de Notitia: *Notitiam cum volunt significare, formicam pingunt. Nouit enim hæc tutas parare sibi latebras: ad hæc præter morem ceterorum animalium in hyemem sibi cibum parans, non deuiat à suis latebris.*

Formica notitiam significat.

[a] Contemplator item cùm se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat vmbra,
Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.
[b] Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset:
[c] Et quamuis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret, [d] sic omnia fatis
In peius ruere, & retro sublapsa referri:
Non aliter, quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

ARGVMENTVM.

Præfert amygdalus vaticinium anni fertilis, aut infœcundi. Fabarum semina qua medela à nonnullis curentur, sed quæ vera: Agrestia omnia in peius ruunt: similitudo, qua hoc probatur.

EXPLICATIO.

[a] EX occasione aretæ, quæ paranda ad messem, & trituram, infert nunc quæpiam circa messem & prouentum. Inprimis docet, quo signo discat agricola futuram anni felicitatem in area, futuram infelicitatem. Contemplare (inquit) arborem, quæ prima omnium se in syluis (agris) flore vestiet, quæ olentes ramos curuabit (hæc est amygdalus,) si fœtus superant multitudinem foliorum, scias annum illum fertilissimum fore: nam vna sequentur frumenta, eritque tritura magna in feruentissima æstate: si vero exigui sint fœtus, & arbor tantum foliis luxuriet, tunc area teret culmos palearum, nequicquam pingues, id est, non pingues. *Nux plurima* est, multitudo amygdalorum. *Fœtus* vero, indicium, quod est in arbore futuræ nucis.

[b] Annectit nunc quædam de leguminibus. Vidi (inquit) multos, qui fabas cum ferunt, earum seminibus medicinam adhibent, nam illa nitro, atque amurca perfundunt, vt postea grandior sit fœtus, grandiora grana in siliquis, quæ esse fallaces solent.

[c] Attingit Poeta morem nonnullis agricolis receptum, qui solent igni exiguo & lento madefacere, & concoquere semina, vt sic properent prouentum. Sed addit ipse, hoc non satis esse. Perinde ac si dicat. Vidi quosdam, qui semina non solum perfundant nitro, & amurca, sed etiam madefaciant illa, concoquant, properent, legant diu, & spectent pro-

B bentque labore multo, an illa sint bona semina, & generosa. Sed nihilominus tamen, vidi ista semina madefacta, concocta, properata, lecta diu, spectata multo labore, vidi (inquam) degenerare; nisi illa (hæc vis præcepti Virgiliani) legantur maxima, & manu, & quotannis.

[d] Coniicit in culpam fatorum, quod viderit agrestia omnia quotidie in peius ruere, & referri sublabique retro. Illustratque comparatione. Non aliter (inquit) quam qui remigio lembum subigit. (adigit) per aduersum flumen; si forte paululum à remigando cessauit, & remisit brachia, statim nam hoc est, *atque* alueus illum in præceps rapit per pronũ amnẽ.

C

NOTÆ.

1. CONTEMPLATOR.] Eodem initio Lucretius versus duos auspicatur lib. 2. & 6.

2. NVX.] Est hæc vox generalis ad plures arbores, sed hic Interpretes signanter capiunt amygdalum, quos lege, & adde Iliad. lib. 17. c. 7. *Amygdala, nomen Græcum est, quæ Latine nux longa vocatur. Hanc alij nucidam vocant, quasi minorem nucem. De qua Virgilius, cum se nux plurima syluis induet & florem.* Et Theophylactum in Naturali lib. Problem. c. 17. quem Vrsinus aduocat. signatiora sunt. Ὅσα τῶν ἀμυγδαλῶν τὸ κέρατον ἐκτεθλιμμένων, ἢ μικρὸν δεῦν τῇ φορᾷ τὸ κύημα ἐπὶ τῶν γῶν κυοῦμένων, ἢ μένοντα. Τοῖς γὰρ ἐν ὑστερίᾳ Πολύκρατες τεκμήριον μέγιστον. *Amygdalum cerne fructu ingraue scentem, adeo vt præ fœtus & exuberantia incuruetur, & terram pene contingat. Est hoc ô Polycrates argumentum maximum fertilitatis.* Et post aliqua: ἄγγελος δ' ἐστὶν ἐμπλέας ἀμυγδαλὴ γίνεται: *est amygdalus nuncia fertilitatis.* Adiũgo locum Philonis lib. 2. de vita Moysis. λέγεται μέντοι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἐκάστην ἐνιαυσίαν ἐπιδιδόναι δένδρων ἡ ἀμυγδαλὴ πρώτην ἀνθεῖν, ἐναγχίζειν ὀλίγον ὕστερον ἀκροδρύοις: *Fertur & vernis arboribus prima florere amygdalus prouentum præ-*

Amygdalus fertilitatis nuntia.

D

UVA. BHSC. BU 00239

nuntians fructuum arborum. Porro non assentior Seruio, neque Isidoro, qui ab illo accepit, explicanti *nucem plurimam* quasi *longam* pro fructu ipsius amygdali, sed capio multitudinem eius arboris, omnino amygdaletum.

Indurre in florem.

3. INDVET IN FLOREM.] Ita 4. Georg.

Quotque in flore nouo pomis se feruidus arbos
Induerat.

Colum. lib. 4. c. 24. *se induunt vuis.* Iisd. lib. 17. c. 7. pati phrasi mutato verbo, *amygdalus ciconiis arboribus prior se fiore vestit.* Colum. adducto loco: *vbi se fronibus, & vuis vestierint.*

4. RAMOS GVRVABIT.] Theophylact. de eadem arbore, καὶ πάν γλυκὺ κυοφορήσει. Integra iam dedi. Vetus Poeta in Tragœd. *Rami baccarum vberitate incurnescere.* Vsu eadem forma Ouid. 1. Remed. Pap. 2. Syluar. Cyprianus, vt volunt plures, aut Tertull. vt vult Senens. cui hæreo: *Pomiferique simul procurrunt brachia rami.* Sane opus illud in Genes. confectu versibus, quod circumfertur, esse puto Tertulliani: nam Cypriani altior est Musa, vt facile iudicabit, qui perlegat reliqua, quæ sine lite Cypriani sunt. Redeo. Sententiam suam Virg. aliter extulit 2. Georg. *---fœtu nemus omne grauescit.* Cui Colum. hæret lib. 4. c. 20. & Ouid. 15. Met. Græci dicunt. Καρποῖς, καὶ ἔρθοις, à grauitate, qua curuantur arbores Dio Chrysost. ita extulit, πεφόρτων κλάδων ῥαμὶ νεύοντα βάροις.

Tertulliani opus assertum.

5. MAGNAQVE CVM MAGNO.] Ego hærès Virgilio de Christo Seruatore: *Magnaque cum magno venient sponsore potestas.*

Nequicquã, pro, non.

6. NEQVICQVAM PINGVES.] Pro, non pingues. Seruius explicat, quem sequor. Nam Poeta ipse, *Nequicquam seros exercet noctua cantus.* id est, non.

7. TERET AREA GVLMOS.] Hanc phrasin imitati sunt Tibul. Eleg. 5. lib. 1. *Area dum messes Sole calente teret.* Seneca in Thyeste:

Non quicquid Libycus terit
Fertuens area messibus. Martialis lib. 9. Epig. 92.
Messes area cum teret crepantes,
Et fului iuba sauiet leonis.

Sic legendum in Martiali, non *seret.* Poeta ipse inf. *tollat æstu terit area fruges.* Omisi Iulium Firmicum c. 3. & Cyprianum de Mortalitate, qui vsi eadem locutione, & Papinium 3. Syl.

8. SEMINA VIDI EQVIDEM.] Explicui de faba, nam Plin. lib. 18. c. 17. *Virgilius mire & amurca perfundi iubet fabam: si eam grandescere promittit.* & Columel. lib. 2. c. 10. loquens de faba: *Priscis rusticis, nec minus Virgilio prius amurca, vel nitro macerari eam, & sic seri placuit.* Extendit tamen idem lib. 3. c. 10. præceptum hoc non tantùm ad legumina, sed ad totam agricolationis rationem.

9. NITRO.] Nitrum, cum calidæ sit naturæ, purgare existimatur.

Amurca.

10. AMVRCA.] Est amurca fraces ipsæ, & rettimenta oliaturum. Fraces vsurpat Vitruu. lib. 7. retrimenta Plinius. Alij explicant, sedimentum, sanies, sordes, feces olei. Græci ἀμόργην dicunt, & inde ἀμοργὸν, quem Latini Factorem olei. Fuit etiam ἀμοργὸς vna ex cycladibus olei feracissimæ. Ab hoc præcepto Virgilij non abit illud Columel. lib. 2. c. 9. *Alii amurca insulsa, cum cepit infestari seges, perfundunt sulcos, & ita noxia animalia submouent.*

11. GRANDIOR FOETVS.] Plin. etiã, & Colu. de fabis, prior lib. 18. c. 17. posterior lib. 2. c. 12. *grandescere.*

12. PROPERATA.] Ad Poetam damnantem hic nimiam festinationem annectenda verba Plin. lib. 18. c. 14. *Sunt qui properent, atque ita pronuntient festinata, tam sementem sæpe decipere.*

Matere, pro, coqui.

13. MADERENT.] Hoc verbum pro, coqui, vsurpasse veteres, docent Turn. lib. 18. c. 15. & Douſa in Arbitrum: & cum multis probent, tum inprimis hoc Virgiliano versu. Plaut. in Perſ. *Colyra facite madeant, & colyphia.* in Menæch. *Iam ego hæc madebunt fuxo, nil moratiuus.* Inde in eadem comœdia *madida* sunt, cocta. & in Martial. *cicer madidum* est, coctum, vel frictum. Lege Douſam. Rationem Turn. adhibet: *quæ cocta sunt* (inquit) *tenerescere, & madescere solent.* Sed hoc maximè apparet ex testimonio Arn. lib. 2. qui madida coniungit cum coctis, & opponit semicrudis. Ait enim: *Cum Romulo, Pompilioque regnantibus percocta plane, ac madida concrematarentur Dis extæ, nonne Rege suo Tullo semicruda capitis & leuiter animata putrescere, prisca obseruatione contemta.*

14. VIDI LECTA DIV.] Aliqui legunt: *vidi ego lecta diu.* in his Colum. lib. 2. c. 9. & Iulius Scal. lib. 3. Poetic. c. 27. qui & firmat exemplis aliis Virgilianis.

15. NI VIS HVMANA.] In toto hoc loco conatur Virgilius docere suum agricolam, quibus laboribus hæc ars exposita sit, vt fructus percipiatur. de qua re lectorem remitto ad Oeconomicum Xenophontis non longè à fine, ne cogar transcribere, quæ ille longissimè. In verbis fortasse hæsit Lucretio, qui lib. 5. *ni vis humana resistat.* Ad rem sunt verba Soph. Trachin. ἀνάλωτα γὰρ ἃ δ' ὑπάντων κρείσσων Καμάτευς ἐπίκλως θνητοῖς κρούδει: *Nam sine labore nihil, qui omnia gubernat dedit Deus mortalibus.*

16. MAXIMA QVÆQVE MANV LEGERET.] De hoc præcepto M. Varro lib. 1. Rei Rust. c. 52. *Quæ seges grandissima, atque optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, vt semen optimum habeat.* & Columel. lib. 2. c. 19. ex Cels. *Optimam quamque spicam legere oportet, separatimque ex ea semen reponere.* Et post pauca. *Ideoque Virgilius cum & alia, tum & hoc de seminibus præclare sic disseruit. Vidi ego lecta diu, &c.*

17. RETRO SVBLAPSA.] In 2. Æn.

Ex illo fluere, & retro sublapsa referri
Spes Danaum.

18. NON ALITER.] Eadem comparatione vsus Seneca in Hippol.

Sic cum grauatam nauita aduersa ratem
Propellit vnda, sedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado.

Et in Thyeste: *Aliique quam nitor, abductus feror.*

Sic conciatam remige, & vento ratem
Æstus resistens remigi, & velo refert.

Verba Virgilij soluit S. Hieronym. lib. 3. contra Pelagian. *Qui aduerso flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis, quo nõ vult, ducitur: sic humana conditio.* Vt Virg. *aduerso flumine,* ita Liu. lib. 10. *subire classem aduerso flumine.* Iterum lib. 45. *aduerso Tyberi est subnectus.* & Symmachus Epist. 43. lib. 3. *aduerso amne nitendum est.* Herodotus lib. 1. ita τοῦτο, ἀνὰ ποταμὸν πλέειν. Notetur obiter forma adagij apud Demosthenem de falsa legatione. ἀλλὰ δ' ἀνὰ ἄνω ποταμῶν ἔκεινα τὴν ἡμέραν πάντες ἴσοι, οἱ δὲ πορρώτερω, ἐξέδυνεσαν λόγοι: *Sed illa die profectò omnes de impudicitia orationes, aduerso, quod aiunt, amne fluxerunt.* Quem in locum Vlpianus adnotat, dici prouerbiũ de re, quæ fit ἐπιπολαίως. inuersum, & per confusionem.

Aduersõ amnẽ, adag.

Lembus.

19. LEMBVM.] Dignum est animaduersione, Lebum à Virgilio induci nauiculam fluuitilem: cum inter maritimas naues referatur à Liuio sæpe, ab Diodoro lib. 20. à Polybio lib. 1. à Thucydide lib. 6. ab Antipatro in Græco Epigram. ab Appiano lib. 4. Ciuil. vbi loquitur de Sexto Pompeio.

20. REMIGIIS SVBIGIT.] Ita in 6. *Ipse ratem cono subigit.*

21. SI BRACHIA FORTE REMISIT.] Alcim. Auitus

VVA. BHSC. BV 00239

Auitus lib.4. *Agricola oblitus sua brachia forte remisit.* A Græcis hoc esse κὴ δὴ. Quod multis firmat.

Atque, pro, statim.

22. ATQVE.] Hic est, statim, explicatore Agel. lib. 10. c. 29. idem obseruat Godescal. lib. de Lin. Lat. ita Cic. 2. Leg. *si in ius vocet, atque eat.* Id est, statim eat. Budæus in Comment. pag. 1292. ita explicat. *Atque* idem esse quod *statim*, hoc est, *Ideo.* Ergo in Virg. quia remisit brachia, ideo in præceps rapitur. Addit

In præceps.

23. IN PRÆCEPS.] Seneca in Agã. *Ægisthe quid me rursus in præceps rapis?* & in Hip. *vadit acimus in præceps sciẽs.* & in Agamẽ. de naui quoq; loqués in tẽpestate:

Illam dehiscens Pontus in præceps rapit,
Hauritque. Eadem forma vsus Hieronym. 3. in Amos c. 6. Plin. 2. c. 43. Velleius lib. 2.

[a] Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,
Hœdorúmque dies seruandi, & lucidus anguis:
Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
[b] Libra die somníque pares vbi fecerit horas,
Et medium luci atque vmbris iam diuidet orbem:
Exercete viri tauros, serite hordea campis,
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
[c] Nec non & lini segetem, & Cereale papauer
Tempus humo tegere, & iam dudum incumbere aratris,
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
[d] Vere fabis satio, tum te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro.
[e] At si triticeam in messem, robustaque farra
Exercebis humum, solísque instabis aristis:
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ,
Debita quam sulcis committas semina, quámque
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cepere: sed illos
Expectata seges vanis elusit auenis:
[f] Si verò viciámque seres, vilémque faselum,
Ne Pelusiacæ curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.
[g] Iccirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi Sol aureus astra.

ARGVMENTVM.

Necessitas Astrologiæ. Præcepta sementis, quibus docet hordeum, linum, papauer serenda inter Æquinoctiũ Autumni, & Brumam: fabam, medicam, milium Aprili mẽse: triticum, & far mense Octobri: viciam, faselum, lentẽ eodem.

EXPLICATIO.

[a] AGGREDITVR iam quintam partem libri huius, quæ tota est de temporibus operum rusticorum. Cum hac quarta parte coniungit multa, quæ pertinent ad astrologiam, nam hęc ars necessaria est discernendis temporibus operum rusticorum. Præmittit vero huic parti versus quatuor pro procœmio, quorum sententia hæc est, tam necessariam esse astrologiam agricolis, quam nautis. Ergo. Nobis, qui agriculturam exercemus, tam sunt seruãda sidera Arcturi, hœdorum dies, anguis lucidus: quam illis, qui Pontum tentant, & fauces Abydi, cum redeunt in patriam per æquora. Vocat Abydon *ostriferum* propter copiam ostreorum.

B [b] Ab generali præmonitione contenta in procœmio, descẽdit ad certa quædam opera. Primo omniũ constituit tempus hordei serendi, inter Æquinoctiũ Autumni quod fit sub libra, atque inter Brumam: sed dilatans more Poetico sententiam, ita ait: Postquam Libra fecerit horas diei & noctis pares; diuiseritque, ex æquo orbem (mundum) medium luci, medium tenebris, tunc viri qui estis tauros exercete, hordea serite, vsque ad imbrem extremum Brumæ, quæ intractabilis, & aspera præ frigore. Porro in epitheto latet ratio, cur opus tunc cessare debeat.

C [c] De lino, & papauere Cereris eadem præcipit, nimirũ serenda eodem tẽpore, quo hordea. Illa, *Dum sicca tellure, licet dum nubila pendent.* periphrasis est temporis inter Æquinoctium, & Brumam.

[d] Fabam, Medicam, Milium, ait, serenda vere. Sed qua veris parte? non primo mense, qui Martius; sed secundo qui Aprilis, cum videlicet Taurus, qui candidus est à Sole, quem tunc gestat, annum aperit auratis cornibus: cum canis heliace occidit qui habet astrum aduersum contrariumque mortalibus. De medica

UVA. BHSC. BV 00239

medica signate præcipit ferendam in terra putri.

[c] Pergit ad triticum, & far. Si terram arabis ad triticum, & farra condenda, ita vt tibi tãtum sit cura aristarum, id est, frumenti solius, hoc opus fiet tibi ô agricola mense Octobri, videlicet & post matutinum occasum cosmicum Pleiadum, & post ortũ heliacum Coronæ: caue alio tempore triticum, & far sulcis committas, caue nimium festinus sis in credenda spe anni telluri inuitæ, ac repugnanti. Nã multos vidi, qui ante occasum Pleiadum (nam Maia vna est è Pleiadibus) sementem cœperunt, qui mire frustrati sunt tritico conuerso in auenas, & vanæ, vt quæ fruges non habent.

[f] De vicia, faselo, lente docet serenda Boote occidente cosmice mense Octobri.

§ Hoc versu qui veluti epilogus est vniuersæ fationis, aiunt Interpretes contineri generale præceptum, tam de his quæ hactenus dicta quam de aliis, quæ silentur. Itaque docet sementem omnem, quocunque tempore incipiatur, siue verno, siue autumnali, non producendam vltra hyemem mediam.

[h] Concludit quæ dicta de semente declarata necessitate astrologiæ, à qua pendent rusticana opera. Quasi dicat, laborat Sol ô agricola in vtilitatem tuam, regit mundum, húneque in partes quatuor Autumni, Hyemis, Veris, Æstatis dimensum diuisumque; idque facit excurrendo sæpius per duodecim signa mundi, id est, cœli.

A *noctémque diemque.* Iterum: *Libra diem noctemque pari cum fœdere ducit.* Lucan. lib. 8.

Tempus erat, quo Libra pares examinat horas
Non vno plus æqua die, noctique rependit
Lux minor hyberna verni solatia damni. & lib. 4.
Atque iterum æquatis ad iusta pondera libræ
Temporibus vicere dies.

Auson. Eclog. *Libra die, somnique pares determinat horas.* Aliqui hic legunt, *Dij.* Aratus in Phænom.

Ἐν δὲ οἱ ἡμαρ νυξὶν ἰσαζόντι ἀμοιρέῃσι
Φθίνοντ' ἠέρι, τότε δ' ἔαρ ἐς ἐτεὸν μέμηλεν:
In eodem autem dies noctibus æquantur vtrique,
Decrescentis æstus, veri que instantis.

Discè a tot magistris.

5. DIE.] Pro *dici*, nam ita veteres. In Rosa Virgiliana, cuius auctor Ausonius, *Ad primos radios interitura die.* Ita *fide* pro fidei. De Tereo Ouid. *Vique fide pignus dextras vtriusque poposcit.* & Horat. *Constantis iuuenem fide.* Ita in aliis. Tu lege Agel. lib. 9. c. 14. qui vult legi in Virg. *dies* pro dici. B Die pro dici.

6. CEREALE PAPAVER.] Cur papauer dicatur Cereris caussa, est multiplex, signabo aliquas. An quia illi, vt inuentrici attribuitur? vt ait Euseb. 3. Præpar. An quia illo Ceres famem exsoluit? Hanc colligas ex Ouid. 4. Fast. An quia papauer aptum esui, vel quod eo vsa Ceres fuerit ad obliuionẽ doloris? Vtraque est Seruij. An quia illud agricolæ inter segetes sererent, tametsi nocuum, vt illo sacra facerent huic Deæ? hanc adhibet Brodæus lib. 2. Mis. c. 29. An quia, illud manu gestaret hæc Dea, & eius simulacra? Hæc est & Brodæi, & Turn. lib. 9. c. 26. firmat posterior loco Callimachi, additque Antistias quoque Cereris illud gestasse: inde est, vt ipse sententiam Poetæ referat ad sacrum Cereris. An demũ quia συλλαλίτης genus est papaueris accommodatũ, & salubre cõficiendis panibus ad esum? Hanc adducit Mancinellus, neque illam reiicit iudicio Germani. C Papauer cur Cereale. Medice vnde nomen.

7. SICCA.] Huius vocis duplex oppositio est in Latinis auctoribus. Siccum enim dicitur, vt opponitur pluuio, madido, aqueo. ita hic Virg. Ait enim: *tellure sicca dum pendent nubila.* Altera, siccum dicitur, etiamsi locus abundet pluuiis. Hispane, *tierrea de secano*, nimirum vt opponitur riguo. Inde Cato libr. Rei. Rust. *Si aquam non habebis, siccu quam plurima facito.* Lege Victor. in Notis ad Catonem. Siccum.

8. PENDENT.] Arnob. lib. 1. *Nubila inimica obtutione pendere.* & lib. 2. *ex coactis, & pendentibus nubilis.* Iterum: *in aeris hoc medio suspensa aqua teneatur.* Cyprian. de Mortalit. *imbrem nubila serena suspenduni.* Ab hac metaphora non abit illa, qua vindemia dicitur pendens, & vinum pendens. D Pendeo de aquis.

9. VERE FABIS SATIO.] Coniicit Poeta sationem fabarum, & milij in idem tempus. Plin. quidem lib. 18. c. 7. milij sationem ad duplex tempus reiicit, æstiuum & vernum: ad æstiuum autem Italiæ duntaxat ritu, quem Maro non respexit, imo contemsit: vernũ ritu aliarum gentium, quem Maro libẽter sequutus est. Hinc facile euertes calumniam Senecæ Epist. 87. contra peritum vatem, vbi ait, illum non præcepisse quid verissime, sed quid decentissime diceret: nec agricolas docere voluisse, sed legẽtes delectare. Argumẽtũ, quo innititur est, quia, vt ille ait: *Iam vs me pis est, quo tibi scribo, iam procliuis in Iulium: eodem die vidi Fabam metentes, & Mihũ serentes.* Non ergo Miliũ ex calumnia Senecæ verno tempore seritur vna cum faba, sed æstate: sed hanc calumniam, vt dixi, ex doctrina Plinij eludes, & Poetam defẽdes, quem iam defendit Lipsius 1. Elect. c. 16. aitq; Senecam vere calumniari, & ludere: & milium trina tẽpestate seri, æstate, hyeme, vere: & Senecam agnoscere E

Ostrea Abydi.

5. OSTRIFERI ABYDI.] Sita est Abydos in ora Hellespontiaca ad Asiam, satis nota ex fabula Leandri, atque Herus. De ostreis Abydi, aut Hellespontiis frequens est mentio. Ennius in Fragmento Phageticorum: *Mures sunt Æsii, aspera ostrea plurima Abydi.* Catull. in carmine Iryphallico:

Hunc locum tibi dedico, consecroque Priape,
Quà domus tua Lampsaci est, quaque Priape,
Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontiaca, cetera ostrifer oris.

Lucanus lib. 9. de Chalcedone, quæ in tractu eiusdẽ maris: *Ostriferam dromon Chalcedona cursu.* Clemens Alexandr. lib. 2 Paed. ὀστρέα τὰ ἀζυθιὰ: *ostreæ Abydenæ.* Debes hanc Notam Hieron. Columnæ in Enniũ. Versum Ennij etiam citat Apul. Apol. 1. De etymo Abydi lege Casaub. in Ath. libr. 13. cap. 6.

Libræ signi descriptio.

4. LIBRA DIE.] Hanc Libræ descriptionem facientis dies æquos cum noctibus ingenij ostentatione exsecuti sunt. Seneca in Furent. *Libra Phœbeos tenet aqua currus.* & in Hipp. *Parenque vices Libra composuit diem.* Manil. lib. 3. *Libra, Arietisque parem reddunt*

VVA. BHSC. BU 00239

NOTÆ.

1. ARCTVRI.] De Arcturo, Hœdis, Angue Cleonam ista obuia in quocunque, præsertim in Hygino. Hic tantum obseruabis cum nonnullis Interpretibus, ex necessitate comparationis, quam adducit ex re nautica, illata hæc signa præaliis: nam eadem mare conturbant, & tempestates excitant, præsertim Arcturus, atque Hœdi.

2. VENTOSA.] Pari forma Seneca in Thyeste: *ventosi tumor Adriæ.* Alcimus Auit. lib. 4. *ventosa per æquora.* Catul. *ventosum æquor.* Græca forma Pind. od. 1. Pyth. ἰόεν ἀνεμόεν: *velum ventosum.* & Nonnus 5. Dion. ἀνεμώδεα δ' ἔπι πόντον *ventosum sonitum.* Sed cum hic dicat Virg. Astrologiam necessariam esse æque & agricolis, & nauigantibus; non dubium, quin ad hunc locũ Plin. respexerit lib. 18. c. 24. *Quippe Virgilio iubente, præcisi ventos ante omnia, ac siderum mores, neque aliter, quam nauigantibus seruari.* Adeundus Libanius, vbi laudat agriculturam. Ibi enim late explicat, quam necessaria sit agricolis cognitio astrorum.

3. Sita est Abydos in ora Hellespontiaca ad Asiam, satis nota ex fabula Leandri, atque Herus. De ostreis Abydi, aut Hellespontiis frequens est mentio. Ennius in Fragmento Phageticorum: *Mures sunt Æsii, aspera ostrea plurima Abydi.* Catull. in carmine Iryphallico:

Hunc locum tibi dedico, consecroque Priape,
Quà domus tua Lampsaci est, quaque Priape,
Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontiaca, cetera ostrifer oris.

Lucanus lib. 9. de Chalcedone, quæ in tractu eiusdẽ maris: *Ostriferam dromon Chalcedona cursu.* Clemens Alexandr. lib. 2 Paed. ὀστρέα τὰ ἀζυθιὰ: *ostreæ Abydenæ.* Debes hanc Notam Hieron. Columnæ in Enniũ. Versum Ennij etiam citat Apul. Apol. 1. De etymo Abydi lege Casaub. in Ath. libr. 13. cap. 6.

4. LIBRA DIE.] Hanc Libræ descriptionem facientis dies æquos cum noctibus ingenij ostentatione exsecuti sunt. Seneca in Furent. *Libra Phœbeos tenet aqua currus.* & in Hipp. *Parenque vices Libra composuit diem.* Manil. lib. 3. *Libra, Arietisque parem reddunt*

ſcere ætatem ex more Italiæ. Demum firmo Virgilij ſententiam verbis Colum. lib. 11 c. 2. *Milij quoque, & panici hæc prima ſatio eſt, quæ peragi debet circa Idus April.* Iuuat Poetam generale iſtud præceptũ Ariſt. lib. 1. Plant. c. 7. Τῶν φυτῶν τὰ πλείονα φυτεύονται ἐν ἔαρι, ὀλίγα ἐν χειμῶνι καὶ φθινοπώρῳ, καὶ ὀλίγιστα ἐν θέρει. *Plures è plantis vere plantantur, in hyeme & autumno paucæ, in æſtate paucissimæ.* Itaque probe, & ex generali præcepto ſcientiſſime fabam & milium coniunxit.

Medicæ deſcriptio.

10. MEDICA.] Tria neceſſaria ad cognitionem Virgilianæ ſententiæ, deſcriptio Medicæ, eius nomen, præceptum ipſum. Plin. lib. 18. c. 16. ita deſcribit: *Similis eſt trifolio, caule ſolisque geniculata: ea, cum in caulem aſſurgit, in folio contrahitur.* Hanc lectionem veteris libri vulgatæ prætuli. Plinio annectit Dalecampius, id ipſum eſſe, quod Dioſc. dixit: *Cum recens prodit, pratenſi trifolio ſimilem eſſe; cum aſſurgit, foliis anguſtioribus fieri.* Pergo ad alterum. Habet nomen à Medis, vnde adiecta. Strab. lib. 11. loquens de Media: *Herbam, quæ præcipue equos nutrit, propriè Medicam vocamus, ἀπὸ τὰ πλεονάζειν αὐτοῦ ἐν τῇ Μηδίᾳ, quod ibi abundet.* Plin. lib. 18. c. 16. *Medica externa etiam Græciæ, vt à Medis adiecta per bella Perſarum, quæ Darius intulit.* Si tibi otium, lege Fran. Floridum Sabin. lib. 2. Succeſſ. c. 19. vbi multa contra Pium, quod lectionẽ Virgilij mutauerit. Reſtat vltimum de præcepto. Eius duæ partes,

Medica quãdo ſerenda, & vbi.

& quo tempore ſerenda Medica; & de putredine tertæ, vbi ſerenda. De priore Plin. lib. 18. cap. 16. *ſeritur menſe Maio.* Pallad. lib. 5. tit. 1. *Aprili menſe in areis, quas ante (ſicut diximus) præparaſti, medica ſerenda eſt.* Itaque Virg. præclarè *vere* ſerendam aſſeruit. Ita quoque Plin. loco adducto: *verno ſeri debet.* De poſteriore Colum. lib. 2. c. 11. *Locum, in quo Medicam proximo vere ſaturus es, proſcindito circa Cal. Octob. & eum tota hyeme putreſcere ſinito.*

11. MILIO VENIT ANNVA CVRA.] Cur annuatim? Nihil otioſum in hoc vate. Poſt Medicam conſtituit milium. Atqui illa tantæ feracitatis eſt, vt ſemel ſata duret, iuxta Palladium lib. 5. tit. 11. annos decem, iuxta Plin. annos tredecim, & amplius: miliũ vero quotannis ſerendum, aliter nullus prouentus. Hoc etiam Seruius vidit.

Milium ſingulis annis ſeiendum.

12. CANDIDVS AVRATIS.] Pari nota Seneca Oedip. *Aureo taurus rutilante cornu.* Seruius ita coniũgit. Taurus, qui candidus auratis cornibus, annum aperit. Diſſenſi ab eo, & aliter explicui. Videlicet. Taurus candidus annum aperit cornibus auratis: vt videatur veluti viam aperire ipſis cornibus. Induxit me in hanc mentem Manil. lib. 4. qui de tauro ita:

Ille ſuis Phœbum portat cum cornibus orbem,
Militiam indicit terris, & ſegnia rura
In veteres reuocat cultus, dux ipſe laboris.

Itaque vt hic, portare Phœbum cornibus, ita ille videtur dixiſſe, aperire annum cornibus. Interpretes candorem, & aurum referunt vel ad Hyadas, quæ ſeptem ſtellæ ſunt in Tauri fronte: vel, quod ſatius duco, ad Solem, qũem tum Taurus geſtat, & cũ quo oritur, qui Sol vbique à Poetis auricomus. in vocula, *aperit* attingit Aprilis denominationem.

13. CANIS OCCIDIT.] Heliace, nam Tauro geſtante Solem, Canis incipit non videri ex vicinitate Solis. Ita Macrob. lib. 1. in Som. c. 18. Locus hic Poetę notandus digito contra Plinium lib. 18. cap. 25. qui cum agnoſceat hos locutiones *oriri*, *cadere* in alio ortu & occaſu ſiderum: in Heliaco tamen ortu, & occaſu illas reprehendit. docętque ortum Heliacum dici debere, *emerſum*, occaſum Heliacum, *occultationẽ*. verba eius adeunti in promtu ſunt.

14. TRITICEAM MESSEM.] Eadem forma attributi Prudent. Hamartig. *triticeam ſegetem.* Arnob.

A *Triticeas fruges.* Tertul. in Geneſ.

Nam tibi triticeæ ſurget pro germine meſſis
Carduus.

15. ROBVSTA FARRA.] Nam præceſſit ſermo de leguminibus, quibus triticum & far multo robuſtiora. Theophr. 4. Cauſ. c. 2. Ὁ δὲ πυρὸς μᾶλλον τῆς κεβοῦς, καὶ τῶν χερσαίων, διὰ τὸ θερμότερον εἶναι, καὶ χιτῶνας ἔχειν πλείους. *Triticum magis hordeo & leguminibus durat, quia & calidius, & tectum pluribus tunicis.* Neutram rationem probat Scal. tu illum, ſi placet, lege. Redeo. Iuuat farris Etymon. Iſid. lib. 17. c. 3. *Far dicitur, quod initio frangeretur.* Iuuat (inquam) quia vt robuſtum, ea ratione conterendum. Virg. inf. Farris Etymon.

Nunc torrete igne fruges, nunc frangite ſaxo. Et 1. Æn.

—frugeſque receptas

B *Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.*

Vbi Seruius. *Quia apud maiores noſtros molarum vſus non erat, ſtrumenta torrebant, & ea in pilas miſſa pinſebãt.* Hinc quæpiam Iſid.

16. ANTE TIBI EOÆ ATLANTIDES ABSCONDANTVR.] Duo apertiam, primum de Atlãtidibus, deinde de præcepto. Habuit Atlas ex Pleione filias ſeptem, Alcyonem, Meropem, Celæno, Electram, Steropem, Taygetem, Maiam. Secutus ſum ordinem Arati. Habuerunt tria nomina. Audi. Vitruu. lib. 6. c. 10. *Atlantides, quas nos Virgilius, Graci autem Πελειάδας nominant, cum ſideribus in mundo ſunt dedicatæ.* Pergo ad præceptum. Plin. lib. 18. c. 24. *Virgilius triticum, & far a Vergiliarum occaſu ſeri iubet.* Colum. lib. 2. c. 8. *Placet noſtro Poetæ adoreum, atque etiam triticum non ante ſeminare, quam occiderint Vergiliæ.* Philo de Opific. Mũdi ad præceptum hoc allulit. agens enim de Septenarij perfectione, ita. Περὶ ᾧ πᾶς ἑφημέρως καὶ ὁ τῶν Πλειάδων χορὸς. Δυοῖν μὲν γὰρ αὐλακεῖ ἀναπέμποντας πρὸς ἀρότον: *His adiunge chorum Pleiadum. His enim occidentibus ſulci proſcinduntur ad ſementem.* Creditur Poeta adſpiraſſe ad Heſiodum, qui.

Atlantides orta cum fuerint,

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων·
Ἄρχεσθ' ἀμήτοιο, ἀρότοιο δ' ἀνιεμένάων·

Incumbendum meſſicum occidant arationi.

Sed quod demũ tẽpus innuit Poeta? Galeotus Martius lib. de Promiſ. Doctrina c. 37. dicit, Virgiliũ vellę, fore ſementem tritici, & farris poſt matutinũ occaſum Pleiadum, hoc eſt, cum Pleiades mane nõ amplius videbuntur. Hoc autem erit Sole decimã ſextã Scorpionis partem tenente, id eſt, circa vicęſimum octauum diem menſis Octobris. Itaque intelligẽdus eſt (ait ille) Poeta de occaſu Coſmico. Ad occaſũ hũc matutinum referendum attributum, *Eoæ*. Hactenus ille. Diſſident ab his nonnihil, quæ docet Colum. lib. 2. c. 8. qui Poetã reſicit ad nonũ Calẽdas Octob. Alij capiunt ipſiſſimas Calẽdas Octob. Sed in occaſu matutino, & Coſmico Atlantidum explicandũ omnes ferè tam Interpretes, quam alij conſentiunt.

17. GNOSIAQVE ARDENTIS DECEDAT STELLA CORONÆ.] Dicam hic quatuor quę neceſſaria. De Gnoſo, vnde dicta Corona Gnoſia: cur *decedat*, & quid hoc propriè: cur ſtella in ſingulari, cum ſit ſermo de toto ſigno: demũ, quod tempus ſignificet Poeta? Gnoſos nobile eſt oppidum Cretæ, inde Corona dicitur Gnoſia, quia Ariade filia Minois Cretẽſium Regis verſa eſt in Coronam. Et ſignate Gnoſia ad diſcrimen alterius Coronæ, quæ in cœlo viſitur. Significat vero ortum Heliacũ, non occaſum, vt male Galeotus. Ideo ſignatiſſime *decedat*. Oritur enim ſtella aliqua Heliace, cum ita recedit à Sole, vt videri iam poſſit. Sed quare *ſtella* cum de toto ſigno ſit ſermo? Eſt inter omnes ſtellas Coronæ quædam lucentiſſima: quæ prima oſtentat ſplendorem ſuum, vt viſitur

Coronæ Gnoſiæ ſignum.

VVA. BHSC. BU 00239

visitúrque ipsa sola, cum adhuc ceteræ latitant obtenebratæ Solis splendore. Man. clare l. 1.

At parte ex alia claro volat orbe Corona,
Luce micans varia, nam stella vincitur una
Circulus in medio radians, qua proxima frontem
Gnosia deserta fulgent monumenta puellæ,
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma.

Ergo stellam illam luculentissimam pro toto signo capit συνεκδοχικῶς. Dictum vero est à Poeta, Gnosia stella coronę ardétis, pro, corona ardẽs stellę Gnosię. vt illud *ibi obscuri sola sub nocte*, pro, ibãt soli sub nocte obscura. Roges denique, quod tempus significet Poeta? Mensem Octobrem, ad decimũ quintũ Calẽdas Nouẽb. vtiq; ad celebritatẽ Lucæ, & hoc habita ratione æui nostri: nã Virgilij tẽpore Corona oriebatur heliace Nonis, aut pridie Nonarum Octobris: tẽpore Columellæ tertio, aut pridie Idus Octobris.

Committere terræ semina.

18. COMMITTAS SEMINA.] Tibul. 1. Eleg. 7. *Primus inexpertæ commisit semina terræ.* Tertul. in Genes.

Nam mõdo quæ maduit Germani sanguine terra,
Inuiso maledicta tibi commissa negabit
Segmina.

Vtitur eadem forma Iulius Firmicus c. 3. Columel. 3. c. 5. Paulin. Paneg. Celsi loquens de agro: *vix commissa sibi reddeni fata.*

19. ANNI SPEM.] Spes de segetibus, & similibus frequentissime. ita Paulin. Paneg. Celsi, *spẽ segetis.* & Orosi. 5. c. 5. de locustis: *spem cunctam frugum abrosisse.* Nazianz. Orat. 43. *μοχθὸς πᾶς ἐλπὶν εὐφορίαν τεκτ: fumet agricola spes suas.*

Credere terræ.

20. CREDERE TERRÆ.] Confinis huic locutioni ea, quæ fidem dat rebus rusticis. Columel. 3. c. 6. *fides surculo constitit.* Actius in Oenomao: *vorulentas terras ferro fidas proscindant glebas.*

21. EXSPECTATA SEGES VANIS ELVSIT AVENIS.] Adiungã hic, vti alij hoc dixerint, & variauerint Splendide Symmachus epist. 54. ad Valent. Theod. Arcad. Aug. quæ habetur lib. 10. *Secuta est hoc factum fames publica, & spem prouinciarum omnium messis egra accepit.* Tib. 2. Eleg. 1. ad nostri vestigia. *Neu seges eludat messem fallacibus herbis.* Ouid. 5. Met.

—— aruaque iussit
Fallere depositum, uitiataque semina fecit.

Flexu alio Sen. Oedip.

—— deneget fructum Ceres,
Arente culmo sterilis emoritur seges.

Aleimus Auitus lib. 3. *Pinguia decipient mentito germine culta.* Iterum:

Quin magis ipsa sibi tellus aduersa negabit
Semina, cum capti vertens mentita nitorem.

Eleganter Philo lib. περὶ φιλανθρωπ. scribẽs vti fructus sæpe fallant agricolam, hoc exprimit per verbum ἀμελλίσκειν, quo exprimit fertilitatem esse hebetatã.

Fafelus cur vilis.

22. VILEMQVE FASELVM.] Fasĕli, aut faseoli viles dicti propter frequentiam. ita fere omnes. Sed videndum an potior coniectura Galeoti c. 28. Promiss. Doctrin. referentis ad ineptitudinem medicaminis, quo nullo prædita est ea herba. Eo trahit Plinium, qui nullius vsus in medicina putauerit.

Lens Pelusiaca.

23. PELVSIACÆ LENTIS.] Laudes lentis vide apud Athen. lib. 4. ex Parmenefei verbis. Illius enim auctorem facit Iouem: deinde satis ornatam (ait) & floridam fuisse mensam lente apposita. vt Virg. *Pelusiacam* vocat, Martial. *Niliacam*, & *munera Pelusia.* Est Pelusium vnum è septem ostiis Nili, eo ciuitas quoque, vbi lens prouenit.

Vicia, fafelus, lens quando serenda.

24. CADENS BOOTES.] Idem qui Arctophylax, & Arcturus. Fabula obuia est. Ego hic tantum de præcepto. Signat Poeta mensem Octobrem, quo serenda vicia, Fafelus, Lens: non vernum tempus, vt falsi nonnulli Interpretes. Id perspicuum fit ex auctoribus, qui de re rustica scripserunt, quib. conuenit serenda hæc esse in Autumno, aliquando etiam in ipsa hyeme, quæ partes anni longè à vere. Ne te vero lassem, tria tibi de triplici hoc legumine auctorum loca, nõ adducam, sed indicabo. Columellæ, Plinij, Palladij. Primus lib. 2. c. 11. ait, vicia seredam, & circa Æquinoctium Autumnale, & mense Ianuario: alter lib. 18. c. 15. circa occasum Arcturi, id est, mense Octobri, deinde mense Ianuario, & Martio, nam hic triplex ponit tempus sationis. Et c. 24. Boote occidente. Tertius lib. 2. tit. 6. mense Ianuario. Pergo ad Faselum, quẽ primus lib. 2. c. 10. ait serendum aut Septẽbri, aut post Cal. Octobris: alter c. 24. lib. 18. Boote occidente: tertius lib. 11. tit. 1. mense Octobri. Restat de Lente. hanc primus lib. 2. c. 10. ait serendam & media semente (indicat autumnum) & seriorem mense Februario: alter lib. 18. c. 12. mense Nouembri. tertius lib. 3. tit. 4. mense Februario. Vides quam longissima ista tempora à verno. nã quod in vicia tantum de mense Martio dixit Plinius, parum est, vt eo inclinet cogitatio. His positis capiendus Poeta de occasu Cosmico Bootę, Colum. lib. 11. c. 2. *Quarto Non. Octob. auriga occidit mane.* Qui occasus nequit esse heliacus, distante tunc longe Sole, vt clarum vel mediocriter instructo in re Astrologica. Certè Galeotus c. 36. Promisc. Doctrinæ, qui negauit nobis Bootem occidere, &c ideo male Poetam explicat, falsus est: illius enim occasum agnouerũt Plin. lib. 18. c. 15. & c. 24. Columel. lib. 11. c. 2. Hyginus in Poetico Astron. Nam tametsi non tota sui parte, magna tamen, & præcipua nobis occidit.

Bootes occidit nobis.

Zodiaci signa.

25. DVODENA.] Signa Zodiaci Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Et obseruanda nõ dixisse signa *duodecim*, sed *duodena* ad signandum iteratum laborem Solis, quia quotannis per eadem itat signa. Ergo *duodena* sunt, læpius duodecim. ita Seru. P. Dan. Poetæ ita variant: *bissena sidera. Per bis sex sidera.*

Solis Elogia.

26. REGIT.] Placitum audias hic elogia Solis. Inprimis hic Virgilius Regem vocat. Sicut Sen. Oedip. *Bis sena cursu signa qui vario regis.* & in Furen. *Ô lucis almæ Rector, & cœli decus.* Plin. 2. c. 6. *siderum cœlique Rector.* Philo de Opific. Mundi πλέῳ μεγάλῳ βασιλεῖ: *Soli magno Regi.* Transeo à Rege, & Rectore ad alia, Arnob. lib. 1. *Siderum sol Princeps.* Cic. 2. Nat. *Sol, qui astrorum omnium Principatum* iterum: *Ex æthere innumerabiles flammæ siderum exsistunt, quorum est Princeps Sol.* & in Som. Scip. *Sol Dux, & Princeps, & Moderator luminum reliquorum.* Nazianz. Orat. 3. effusè persequitur elogia Solis. illum vocat κορυφαῖον reliquorum siderum. φερέσβιον, ζωογόνον, *autorem vitæ, animantium patrem.* & ex Dauide, καλὸς, ὡς νυμφίου ἐκπορευόμενος τοῦ γάμου, ἡδὺς μεγαλοπρεπὴς, *vt sponsi pulcer, vt sponsi celer, & magnus, vti gigas.* Demum vsurpat illud Platonis, αὐτὸς (ἥλιος) τὴν ὄψιν φωτίζων, ὥσπερ ἐκεῖνος (θεὸς) πάντα τὰλλα τὸν ὁρώμενον ὑπὸ τοῦ κάλλους, ὡσπερ ἐκεῖνος τὸν νοούμενον: *ita enim Sol illustrat oculos, vt mentem Deus: ita Sol rerum omnium visibilium pulcerrimus, vt Deus intellectilium.* Quo Elogio quod maius? Philo in lib. de Hærede Diuinorum, ait, Solem esse in quarta orbe tanquam satellitio quodam stipatum pro dignitate sua, magnitudine, vtilitate. atque adeo habet tres planetas supra se, infra se totidem. Verba signata Elogij sunt, θεοφιλὴς, καὶ φωσφόρος. Et lib. 1. de Monarchia vocat Solem, & Lunam τὸν ἡμέραν καὶ νυκτὸς ἡγεμόνας: *duces diei, & noctis.* vocatur à Basil. Hom. 6 Hex. ὀφθαλμὸς διαυγὴς: *Oculus splendidus.* Et ab Sophocle in Antig.

—— χρυσέας
Ἡμέρας βλέφαρον.

aureæ

UVA. BHSC. BU 00239

aureæ diei oculus. Ipſe apud Ouid. 4. Metam. *qui videt per quem videt omnia tellus.*

27. MVNDI.] Hanc vocem pro cœlo ſumi, explicui in 3. Ecl.

Sol aureus. 28. SOL AVREVS.] Eurip. χρυσοφαὴς ἥλιος. Nazianzen. Orat. 43. ἥλιος χρυσοειδέστερος. Ennius apud Cic. 1. Diuinat. *—ſimul aureus exoritur Sol.* Arnobius lib. 5. *Quid tandem de vobis Sol aureus meruit, vt, &c.* Auſon. Eclog. *Scandit lanigeri tropicum Sol aureus aſtrũ.* In Culice *— aurea proles Phœbi.*

[a] Quinque tenent cœlum Zonæ: quarum vna coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni:
Quam circum extremæ dextráque læváque trahuntur
Cœrulea glacie concretæ, atque imbribus atris
Has inter, mediámque, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ Diuum; & via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.
[b] Mundus vt ad Scythiam, Rhiphæáſque arduus arces
Conſurgit, premitur Libyæ deuexus in Auſtros.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manéſque profundi.
[c] Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circum, pérque duas in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentes æquore tingi.
Illic (vt perhibent) aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ:
Aut redit à nobis Aurora, diémque reducit.
Nóſque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina veſper.
[d] Hinc tempeſtates dubio prædicere cœlo
Poſſumus: hinc meſſíſque diem, tempúſque ſerendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum.

ARGVMENTVM.

Diuiditur ſphæra cœli in Zonas quinque, media à calore, extremæ duæ a gelu atque imbribus inhabitabiles, duæ reliquæ ex temperie habitabiles. Polus Arcticus ſuperior. Antarcticus inferior: illic perpetuo lucet, nam vrſæ, & qui illas anguis amplectitur, nunquam occidunt: iſte aut perpetuis tenebris damnatur, aut à nobis lucẽ mendicat quadam viciſſitudine. Aſtrologia vtilis ad cognoſcẽda tempora tempeſtatis, meſſis, ſationis, nauigationis, cadendæ materiæ.

EXPLICATIO.

[a] EX occaſione duorum verſuum, quos ſupra expicui, *Iccirco, &c.* adducit nunc latam cœli deſcriptionem; quæ reſpondet deſcriptioni terrarum: ſunt vero initio coniuncti in ſententia verſus ſeptẽ, quos ideo coniunctim quoque explico. Ait itaque, Diuidunt cœlum Zonæ quinque, media ſemper rubet Sole, ſemper torretur igni. A media trãſit ad extremas. Extremæ duæ dextra, & ſiniſtra trahuntur rotanturque circum hanc. Nõ dicit *circa*, quia hic nõ proximitas indicatur, ſed vertigo. Cõcretæ iſtę ſunt; dextra, quæ Arctica, & ad Septẽtrionem glacie cœruleaſimiſtra, quæ Antarctica. & ad Notũ imbribus atris: nam videl. Borealis ſubiecta eſt aſſiduis, & nimiis rigoribus; Auſtrina immodicis imbriũ humiditatib. Pergit. Inter has, & mediã duæ ſunt aliæ, Tropicas vocãt, ſolſtitiales, tẽperatas. Has Dij mortalib. habitãdas dederũt, vt in quib. nec glacies nimia, nec nimij imbres. Per ambas, id eſt, inter ambas, ſecatur via quædam, ducitur, teritur, qua ſe vertit obliquus B ordo ſignorum. Sol enim per Zodiacum, qui obliquus eſt, inter has duas diſcurrit ſecãs Æquinoctialem. Hæc ita explicatiſſime dedi in gratiam tyronũ, ſed quos tamen iſta fugiant, niſi ſphæram calleant.

[b] Pergit nunc ad explicandos Polos, quo exiſtat cœli notitia integra. Inprimis moneo *Mundum* hic eſſe cœlum, ex Nota, quam alibi dedi. Ergo ait. Mũdus vt Polo Arctico conſurgit ſupra nos, ita Polo Antarctico premitur à nobis: illic arduus eſt ad Scythiam, & Rhiphæos montes Scythiæ; hic deuexus in Auſtros Libyę: illic vertex nobis ſemper ſublimis eſt; hic ſub pedibus, ſub Styge, ſub profunditate infernorum. Iſta poetice. Breuiter. Polus Arcticus ſupra horizontem eſt, Antarcticus ſub Horizõte. Qui ſint Manes, tum elarum, tum alibi fortaſſe à me. Sciat lector in cœlo nihil eſſe aut ſublimius, aut depreſſius: ſed iſta diei, & contingere ex relatione ad horizontem, & globoſitatem terræ.

[c] Adiungit nunc quæ inſunt vtrique Polo, ita tamen vt dilabatur ad ea, quæ inſunt generalius alteri Hemiſphærio, idque per verſus octo. Ergo. Hic in Polo Arctico anguis ſe inter Arctos (vrſas) duas circumuoluit inſtar fluminis, quæ vrſæ Oceano nũquam tinguntur, quia nunquam nobis occidunt: illic in Antarctico Polo perpetuæ ſunt tenebræ (vt fama eſt) & nox æterna; aut ſi habent lucem, à nobis ad illos permeat; rurſuſque viciſſitudine quadã, cum nobis adeſt Oriens, & equi Phœbi lucem afflant, illic Heſperus rubeſcit, & ſero iam die accendit lumen ſuum. (Quia videlicet tunc illis apparet Heſperus, & alia ſidera, cum nobis Sol exoritur.

[d] Poſt

VVA. BHSC. BU 00239

d Post descriptionem cœli colligit, quæ vtilitas A sequatur hanc cognitionem. Hinc (inquit) prædinabis tempestates, cum illæ fortuitæ, & dubiæ sunt, tempus metendi, serendi, nauigandi, deducēdi classes in mare omnibus ornamentis instructas, secandi pinum ad easdem naues fabricandas, cum ea apta ad sectionem.

NOTÆ.

Zonarum variæ descriptiones.

1. NOTA hæc metas excedet, non nego, sed lōgitudo compēsanda vtilitate, quæ proculdubio sequitur collationem multorum locorum. Fit enim, vt exornatio illustretur, & elocutio perficiatur ex diligenti rerum & verborum comparatione. Hic Lector inueniet, cui hæreat, quem præ alio cōmendet, vnius Auctoris victoriam, alterius victam operam, gloriam æmulationis in scribendo: atque ex omnibus perficietur. Ingredior. Harum Zonarum descriptionem Vrsinus, & Iunius, & boni Interpretes fatentur sumtam ex Eratosthene, cuius versus citat Heraclitus Ponticus in Allegoriis Homeri. Ego illos hic repræsentabo secutus Lectionem Iunij lib. 3. c. 5. & Delrij nostri in Nouis Commen. Sen.

Πέντε δ' οἱ ζῶναι ἐφειλίχθησι τυπεῖσι,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
Ἡ δὲ μέσ' ἀλφαρίσι, τῷ ἐκκαυτῷ οἷον ἐρυθρῷ
Τυπομένῳ φλογεοῖσιν, ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀπ' αὐτῶν
Κεκλιμένοι ἐκτὸς δεινὴ ἔχει πυρόεσσιν.
Αἱ δ' δύο ἐκτάτερθε πόλοιο ἀξονιπτύχεα
Αἰεὶ κρυμακέαι, αἱσὶ δ' ὕδατα μοχλέωσι:

Quinque autem Zonæ rotundæ circumuoluuntur,
Duæ quidem glauco sunt obscuriores cyano:
Vna vero fabulosa, torridaque & rubens,
Verberata flammis, quonam eam partem
Sibi subiectam perpetuo ardentes vadi torrent.
Reliquæ duæ ad vtrumque polum extensæ,
Perpetua torpent glacie, fluuiis grauantur.

Varronis descriptionem Turnebus adducit lib. 20. Adu. c. 29. & Delrius in Nouis Comm. Sen. Posterior numeris redditam hunc in modum:

Mundus domus est maxima rerum,
Quam quinque altitone fragmine Zona
Scindunt: per quas limbus pictus
Bis sex signis stellimicantibus
Altus in obliquo athere, Lunæ
Biga acceptat.

Germanus ex Pet. Daniele aliam Varronis exhibet.

At quinque ætheris Zonis accingitur orbis,
Ac vastant imas hyemes, mediamque calores:
Sic terræ extremas inter mediamque coluntur,
Quam Solis valido nunquam vis auferat igne.

Lucretius lib. 5. in diuisione terræ, de duabus tantum Zonis ita:

Inde duas porro prope partes feruidus ardor,
Assiduusque geli casus mortalibus auferi.

Has ante Maronem reperi, post illum longissimam in Tibul. lib. 4. ideo omitto, initum est: *Et quinque in partes tota diuisa est orbis, &c.* Ouid. 1. Met.

Vtque duæ dextra cœlum, totidemque sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu.
Nix tegit alta duas totidem inter vtramque locauit
Temperiemque dedit mistam cum frigore flammæ.

Claudian. 1. Rap.

Addit quinque plagas, mediam sub tegmine rubro
Obsessam feruore notat, squallebat adustis
Limes, & assiduo siccabant stamina Sole.

Vitales virinque duas, quas mitis obtinet
Temperies habitanda viris, cum sine supremo
Torpentes traxit geminas: brumæque perenni
Fœdat, & æterno constringit frigore telas.

Ouidium, & Claudianum cum Virgilio comparat Iulius Scal. Primum cum Virgilio Germanus comparat, ego secundum, & tertium. Omitto descriptionem Melæ lib. 1. c. 1. Ciceronis in Somn. Scip. Plinij lib. 2. c. 68. Addam huic quoque Notam Iunij, qui ait Homerum fabulosè Zonas quinque adumbrasse in Achillis clypeo, nominans τὸν χαλκοπλίκα. Nam duas finxit e plumbo albo, duas æneas, mediam auream. verba sunt,

Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἐνδοθι κασσιτέροιο,
Τὴν δ' μίαν χρυσῆν. Color albus plūbi refert duas

B extremas inhabitabiles propter niues; media aurea media igneam inhabitabile; duæ reliquæ æneæ duas habitabiles, quia hic color medius inter candidū & rutilum, & ab vtroq; temperatus. Porro mediam, & extremas duas ita describit Cic. 1. Nat. *Atqui terræ maximæ regiones inhabitabiles, atque incultas videmus: quod pars earū appulsu Solis exarseris, pars obrigueris niue pruinaque, loginquo Solis abscessu.* Est in Philone elegās descriptio Zonarū in lib. de Hærede rerū diuinarū.

2. SOLE RVBENS.] Rubor datur Soli, & stellis. Zona torrida. Sic infra, vesper *rubens* dicitur, nimirum ex vicinitate huius coloris cum aureo, qui Soli attribuitur.

3. TORRIDA.] Hanc magno errore putarūt veterēs esse inhabitabilem. Otiosi sit contrarium probare in tanta luce huius æui, cum præsertim cōstent C omnibus nauigationes Hispanorum, qui vere nunc terrarum domini, perlustrato ab ipsis & perdomito orbe nouo, enauigatis nouis æquoribus, & vsque in hoc æuum inaccessis: adeo gens nostra labore pertinax, præstans virtute, cui qui inuident, virtuti inuident. Quam Noster, & pene omnes vocant *torridam*, Arnob. lib. 1. *igneam zonam*, Claud. de Bel. Gildon. dicitur *zona rubens*: vt etiam hic à Poeta, *semper Sole rubens.* Hispanorū Elogium.

4. DEXTRA LÆVAQVE.] Dextrum læuumque in diuersis cœli partibus statuitur ex diuersa considerationē. Si siderum & Solis cursum cōsideres dextra pars oriens est, sinistra occidens. Firmant hoc late, qui de Sphæra scripserunt. Varro sinistram mundi partem Orientem, Occidentem dextram facit. In D aliis duabus partibus non minor discordia. Nam apud Liuium augur, vbi determinat regiones ab Oriente ad Occasum, dextras ad Meridiem partes, læuas ad Septentrionem constituit. Virgilius hoc loco Septentrionem dextrum dicit, Meridiem læuum. Tres priores acceptiones omitto, quartam firmo, quia eam sequitur Virgilius. Ouid. 2. Met. in præceptis Solis ad Phaëtontem: Dextrum & læuum in cœlo variè accipiuntur.

Neu te dexterior tortum declinet ad anguem,
Neve sinisterior pressam rota ducat ad aram.

Vbi dexterior rota est, quæ ad anguem, hic autē est inter vrsas Septentrionis. Notat etiam Iunius lib. 3. c. 3. ab Hetrulcis auspicibus dextram nominari partem subiectam Septentrioni, sinistram Meridici exE positam. Adducitque Cleomeden Græcum auctorē, qui etiam constituit Septentrionem in dextra parte cœli. Ratio huius acceptionis (quæ etiam erit pro firmamento) sumenda ex cursu Solis: nam cum hic progrediatur ab Oriente in Occidentem, necessario habet à dextra Septentrionem, à sinistra meridiem. Hinc Gorop. lib. 3. Hierog. aperit versus Lucani:

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.

Lege illum, & auctores Sphærarum. Artemidorus lib. 2. c. 39. ait, dextrum & sinistrum in cœlo capienda,

VVA. BHSC. BU 00239

da, non habita ratione ad cœlum, sed ad Solē: ἀξιῶν, καὶ ἀνώνυμον, καὶ πρὸς τὸν ἥγεμόνα χρῆ νοεῖν, ἀλλὰ πρὸς ἴδιον ἄλλον. & scias dextrū siniſtrúmque in cœlo per ſe nullum eſſe, tantum externa conſideratione. Hoc clarum eſt, & firmat auctoritas Ariſtotelis, quo nunc omiſſo, proferam teſtimonium Arnobii luculentiſſimi ſcriptoris è lib. 4. vbi ait: *Mundus ipſe per ſe ſibi neque dextras neque leuas: neque ſuperas regiones, neque imas, neque anticas habet, neque poſticas. Quicquid enim teres eſt, atque ex omni parte rotunditatis ſoliduè connexione concluſum, nullum habet initium, nullum finem: vbi finis & initium nullum eſt, eſſe aliqua portio ſui nominis & initium non poteſt. Itaque cum dicimus, dextera hæc regio eſt, & illa læua, non ad mundi habitum dicimus, qui ſui ſimillimus totus eſt, ſed ad poſitionem noſtram, ſitúmque referimus.* Et infrà: *Si orientem Solem reſpexero, cardo mihi frigoris, & Septentrio ſit lauus: in quem ſi ora traduxero, erit mihi ſiniſter occaſus, qui ab Sole poſterganeus habebatur. Rurſus verò, ſi ſecero plagam in occiduam lumina, vocabulum ſiniſtri Auſter & Meridies trahet: in quam, ſi me pariem neceſſaria temporis circumegerit ratio, ſit vt Oriens lauus immutata corporis conuerſione dicatur, &c.*

A *orbem ſignifierum.* In verbo *verterat*, alluſum ad τροπὰς ἡλιοῦ, καὶ χειμερινόν. In *ſignorum* ad ſignifieru, quæ vox propria huius faſciæ, à ſignis duodecim, quæ habet.

12. MVNDVS CONSVRGIT.] Eodē ſenſu Manil. lib. 1. *At quà fulgentes cœlum conſurgit ad Arctos.*

13. HIC VERTEX NOBIS SEMPER SVBLIMIS.] Vertices vocant Latini, quos Græci πόλους, ſecuti Græcorum originem, qui πόλος dixerūt à verbo πολέω: *verto*: circa hos enim cœlum vertitur. Plin lib. 2. c. 15. *Quoniam terra à verticibus duobus, quos appellauerunt Polos, centrum cœli eſt, nec non ſigniferi obliquè inter eos ſit.* & cap. 75. Polum Arcticum vocat *mundi verticem*. Hunc Poeta *ſublimem* dicit, ſicut & Antarcticum *profundum*. Hoc & Aratus ſenſit, qui Polum Borealem ſurſum conſtituit, Auſtralem deorſum. Eadem expreſsè ſententia Ariſtot. ſi illius eſt liber de Mundo, vbi c. 2. ita: τῶν δ' ἀκινήτων πόλων τάτων, ὁ μὲν ἀεὶ φαινόμενος ἐστὶ ὑπὲρ γῆν ὁρίζων τὸν ὅρίζοντα κύκλον, ἐπικαλεῖται δὲ ὁ τοῦ ὄντος ἀνταρκτικὸς καλούμενος: *Polorum, qui immoti ſunt, alter conſpicuus ac ſupra caput, ad Septentrionem qui Arcticus nominatur: alter ſubtus terram ſemper latet, verſus Auſtrum, & dicitur Antarcticus.* Dionyſius Halic. lib. 2. μεμερίζεται γὰρ ἀπὸ τῶν ὁρείων μερῶν ὁ τῆς ἄρκτου πόλος. τοιαύτης ὁ ἀπὸ τῶν νοτίων ὁ καλούμενος ἀνταρκτικὸς κύκλος: *Attollitur enim à ſeptentrionali parte axis ipſius polus. Deprimitur autem ab Auſtrali parte is, qui vocatur Antarcticus circulus.* Seneca Tragic. in Hercul. Furen. noſtrum polum *celſum* appellat:

Signum celſi glaciale poli
Septem ſtellis Arcades vrſæ,
Lucem verſo temone vocant.

Plin. lib. 2. c. 70. de hoc polo: *Vigue nunc ſublimis in deiectu poſitis videtur hic vertex.* Ennius quoque in Iphig.

Quid noctis videtur in altiſono
Cœli clypeo temo ſuperat
Stellas, cogens ſublime etiam
Atque etiam noctis iter.

Vbi non dubium, quin Septentrionem deſcribat ex adiunctis. Maternus lib. de profan. myſter. c. 21. *Qua Sol oritur, qua occidit, qua erigitur Septentrio, qua vergit Auſter, totum venerandis Numinis maieſtas implenit.* Manil. lib. 1. — *fulgentes cœlum conſurgit ad Arctos.* Neſcias ergo cur Alex. Aphrodienſ. Aratum reprehenderit, quòd partem altam mundi fecerit Borealem Polū, imam Auſtralem. Pro Arato, Ariſtotele, Dionyſio, Virgilio, Seneca, Ennio, Materno, Manilio eſt argumentum, quo ad rem aliam vtitur Vitruv. lib. 8. c. 2. nimirum celeberrima terrarum flumina caput ſuū, ortúmque habere ab Septentrione. Nam in India Ganges, & Indus à Caucaſo oriuntur, qui eſt ad Septentrionem: In Syria Tygris & Euphrates: In Aſia & Ponto Boryſthenes, Hypanis, Tanais: In Colchis Phaſis: In Gallia Rhodanus: In Germania Rhenus: citra Alpes Timauus, Padus: in Mauritania ex mōte Atlante Nilus: ita ferme ille. Eadem ratiocinatione vſus Iuſtinus ad oſtendendum, Scythiam editiorem eſſe omnib. terris, quòd videlicet flumina inde naſcantur, decurrántque in Mæotida, in mare Ponticum, in mare Ægyptium. Eſt aliud argumentū Nulla alia ratione mare Adriaticum dicitur *ſuperum*, Tyrrhenum *inferum*, niſi quòd illud Italiam abluat à Septentrione, ſupera mundi parte: iſtud à meridie, infera. Legendus tamen Ariſtoteles lib. 2. de cœlo c. 2. vbi probat ex vna conſideratione, polum Arcticum eſſe deorſum in cœlo, Antarcticum ſurſum: ex altera verò Arcticum eſſe ſurſum, Antarcticum deorſum. Ad finem ſeruauit Arati verſus, quos ab reliquis ſeparauī, quia illis Virgilium inſtituiſſe docti omnes fatentur: ſunt illi in Phœnom.

Vertex, id eſt, polus.

Polus Arcticus ſublimis.

Polus Antarcticus profundus.

Flumina orum habent à Septentrione.

Mare ſuperū & inferum, vnde.

Cœruleus color.

5. COERVLEA GLACIE.] Cœruleus color propriè eſt cœleſtis, & lætus color, quaſi cæluleus, & inde traductus ad mare, quod colore ſuo cœlum referat: putat vero Anto. Thyleſ. lib. de colorib. c. 1. accommodatum ad res triſtes atque infauſtas, videlicet ad imbres, glacies, puppim Charontis, ex obſeruatione antiquitatis. Nam Græcæ mulieres hoc amictu producebant funera illorum, quorum in cœlum cœruleum migraſſe animas exiſtimabant. Ceterum, eundem colorem, quem hic vates, infert Seneca in Agam. loquens etiam de polo:

— vnda niuali
Vicina polo.
Vbi cæruleis immunis aquis
Lucida verſat plauſtra Bootes.

6. IMBRIBVS ATRIS.] Empedocles apud Ariſt. 1. Generat. c. 1. ὑμέτερον ζοφερὸν πῦρ. Eſt hoc, quod Eratoſthenes dixit ὑγρὸν μὴχανήσας.

7. MORTALIBVS ÆGRIS.] Expreſſa verba Homeri Δειλοῖσι βροτοῖσιν. Lucretius lib. 6. eodem modo finit verſum primum.

8. MVNERE CONCESSÆ DIVVM.] Putarūt videlicet veteres has duas tantum eſſe habitabiles: illam, quæ inter mediam & Arcticam à nobis; illam, quæ inter mediam & Antarcticam ab Antichthonibus. Dicuntur ita ὅτι πρὸς ἑαυτὸν χθόνα νικῶσι: *quod habitent contrariam nobis terram.* Sed non ſolum Græcis ἀντίχθονες dicuntur, ſed etiam ἀντίποδες.

9. VIA SECTA.] Lucr. lib. 5. *Qua vita ſecta ſemel.*

Per, pro inter.

10. PER AMBAS.] Huius particulæ *Per*, triplex eſt explicatio in Macrob. lib. 2. Som. c. 8. poſtrema in hoc inclinat. vt pro *Inter* ponatur, ſicuti infra,

Circum, perque duas in morem fluminis Arctos.

Neque enim zodiacus per tropicos ducitur: nā Sol neutrum Tropicum exedit, neque anguis Arctos ſecat, tantum amplectitur, & circum eas voluitur.

Zodiacus obliquus.

11. OBLIQVVS QVA SE SIGNORVM VERTERET ORDO.] Obliqua poſitura zodiaci clara eſt ex cognitione Sphæræ: facit enim cum Æquinoctiali & Tropicis obliquos angulos. Hanc ignorāti nihil erit ſatis, ideo non plura. Ariſt. & Græci omnes λοξὸν κύκλον vocant. Auctor lib. de Mūdo ζωφόρον κύκλον ἐξηλλάχθαι σημεῖα: *ſignifer cum circulum obliquum.* Plin. lib. 2. c. 19. *Obliquitas ſignifieri*: & c. 77. *Poſitio ſignifieri circa media ſui obliquior eſt.* Manil. lib. 1. *baltheum*, & *faſciam*, cum ait: *Sed nitet ingenti ſtellatus baltheus orbi.* Poſtea: — *bus ſexa latefcit faſcia partes.* Et infra: *Signorum flammeas ordo.* Varro: *Limbum.* Verſus iam dedi. Cicero ex Arato,

Baltheus.

Faſcia.

Limbus.

VVA. BHSC. BU 00239

Καὶ μὴν πιφαίνει δύο πόλοι ἀμφοτέρωθεν
Αλλ' ὁ μὲν ἐκ δεξιοῦ ὁ δὲ ἀριστερὸς ἐκφέρεται
Υπόγειον ἀκεανόν:
Ipsum terminant duo poli utrinque.
Sed ille non conspicuus, hic vero oppositus est à Borea
Ex alto supra Oceanum.

14. SUB PEDIBUS STYX.] Pari metaphora infernorum hanc mundi partem explicuit Seneca in Furen. ore ipsius Herculis:

—Vidi inaccessa omnibus,
Ignota Phœbo, quæque deterior polus
Obscura duro spatia concessit Iovi.

Manil. lib. 1. ita Austr alem polum expressit:

Altera pars orbis sub aquis iacet inuia nobis.

Anguis cœlestis.

15. MAXIMVS HIC FLEXV SINVOSO ELABITVR ANGVIS.] Complicat hic duas vrsas, minorē Cynosuram collo & capite, maiorem Helicē cauda, ita Hyginus. Aratus quoque in Phæn. ἐφ' ἑκάτερα κεφαλὴ ἕλικι· ἄνω πεύκη ἀρκτῳ: *Cauda ad caput Helices quæque est vrsæ.* & posttea de Cynosura: ὑπὸ καὶ αὐτὴν ἑλίσσει κεφαλήν. *Hæc autem circū ipsum gyratur caput.* Hinc lucem dabis Manilio lib. 1. Astron.

Maiorémque Helicem maior decircinat arcum,
Angusto Cynosura breuis torqueitur in orbe.

Dabis (inquam) quia non nominat, qua anguis parte vrsa maior, qua minor illigetur. Arcum maiorem intellige, qui ad caudam: breuem orbem, qui ad collum: & Vitriuuio lib. 9. cap. 6. qui æque indistinctè: *Serpentis, qui est inter Arctos, qui Septentriones dicuntur, implicatus:* & alijs, qui fere indiscriminatim. Quæ de comparatione fluminis scribit Poeta, sumit proculdubio ab Arato in Phænom.

Τὰν δ' ἐπ' ἀμφοτέρας, οὐ ποτιμολὸν ἀπόῤῥοον
Εἰλύεται μέγα θῆμα) δράκων περὶ ἄμφιτ' ἄκαμπτος
Μυρί:
Has vero per ambas, qualis fluuij decursus
Volutatur (horrendum visu) draco circumcirca distractus
Immensus.

Cicero 2. Nat. ex Arato ita:

Has inter, veluti vapido cum gurgite flumen,
Torquem draco serpit subter, supraque reuoluens
Sese, consciensque sinus e corpore flexos.

Seneca ad vtriusque imitationem in Med.

Huc ille, vasti more torrentis iacens
Descendat anguis, cuius immensos dua,
Maior Minor que sentiunt nodos ferę.

& in Thyeste: *Et qui medias diuidit vrsas:*

Fluminis instar lubricus anguis.

De flumine tacuit Vitruu. lib. 9. c. 6. *Serpentis, qui est inter Arctos, qui Septentriones dicuntur, implicatus.* Tacuit Silius lib. 3.

Quantus non æquis perlustrat flexibus Arctos,
Et geminum lapsa sidus circumligat anguis.

Allusit fortassē Manil. lib. 1. nam vsus est verbo *Interfundo*, quod aquarum:

Hæc in se sistit, scindique amplexibus vrnique
Diuidit & cingit stellis ardentibus angues,

& lib. 5. pari aquarum verbo: *Illino per gemina arguus qui labitur Arctos.* In altero versu Ciceronis legas *terra*, non torum.

16. ARCTOS OCEANI METVENTES AQVORE TINGI.] Homer. Odi. 5. Οἵη δ' ἄμαξα εἰλεῖται, τὴν δὲ καλέουσι Κύνοσουραν: *Sola vero expers est aquarum Oceani.* Consentiunt omnes, plus videlicet Virgilio. Impingit Græcus in duplicem scopulum. Nam & Vrsam in singulari nominat, cum duæ sint. & addit *solam*, cum alijs stellis id contingat, quæ citra & vltra illas. Ab vtroque cauens noster, & *Arctos* dixit in plurali, neque *solā* dixit, ne videatur excludere alias stellas. Eustathius Homerū defendit, itémque Arist. 1. de arte Poet. τὸ, δὶς δ' ἁμαρτεῖν, καὶ μεταφορᾶς, τὸ δὲ χωρεῖν πάντων, μόνον: *Illud, solā autem expers per transtationem: quod enim maxime notā, solum est.* sed egere defensione, aliquid est cōtra Græcum, nihil contra Latinum, qui nulla eget.

17. METVENTES.] Id est, vitantes, cauētes. Phrasis Latij non incelebris, quia videlicet, quæ refugimus, & nolumus accidere, ea meminimus: Inde est, vt *metuere* sit cauere & euitare aliquid. Hor. 2. od. 2. Metuo pro vito.

Vinet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.

Vbi sicut *penna metuens solui*, est, penna nunquā soluenda: ita *Arctos metuentes tingi*, erit, nunquam tingendas. Et Od. 14. eiusdem lib.

Frustra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus Austrum.

Sententia enim postulat, vt *metuemus*, sit, vitabimus, cauebimus.

18. AEQVORE TINGI.] Imitationem hanc recte illustrat Vrsin. Nam Aratus de Cepheo βαπτῶν ὠκεανοῖο: & de Sole βαπτοι ὑόν ἐσπερίοιο: & Orph. Argon. ὠκεανοῖο ῥόῳ βαπτίζετο πλέον. Græcis enim βάπτω & βαπτίζω sunt *tingo*. Auctor quoque Creticorum apud Hygin. de vrsa:

Tuque Lycaonia mutato semine Nymphe,
Quam gelido rapiam de vertice Nonacrina
Oceano prohibes semper se tingere Tethys.

Appone istis Manil. qui lib. 5. de vrsa: *Nunquā tincta vadis, sed semper flexilis orbe.* Et Ouidiū, qui pari phrasi cum nostro 2. Met. *—ne puro tingatur in æquore pellex.* Artemid. ita extulit, ἁ κατὰ θάτερα: ita etiā Græci alij.

19. VT PERHIBENT.] Theoc. eid. 7. ὡς φασίν.

20. INTEMPESTA SILET NOX.] Intempestā nocte, eiusque silentium ita definit Varr. lib. 5. Ling. Lat. *cum tempus agendi est nullum.* & lib. 6. *Intempesta nox, quo tempore nihil agitur.* Seru. etiam in 3. Æn. *Intempesta, quasi intempestiua, malitiosa, carens vtilibus, per quos tempora dignoscimus.* Addit Varro lib. 5. *Alij concubium appellarunt, quòd fere omnes tum cubarent: alij, ab eo, quòd silerent, silentium nocti.* Nox incantata. Nouē dixit idē Varr. (ex Nota Iunij in Nomencl.) videlicet *meridiē nocti.* Meridies noctis.

Nam intempesta nox nihil est aliud, quàm nox media. Græcis dicitur μεσονύκτιον, ἀκρόνυξ, ἀκρονυχία, à media & summa nocte: ἀ media, à terrore: νὺξ ἀδαλμυλίς, quia nullus sonitus tubæ: hæc enim diluculo tantum audiebatur. Addam, quæ de perpetua nocte sub. Finitore indicat Maro, dici ex Epicureorū sententia: sic enim Turnebus lib. 21. c. 10. liberat ab insciti a Vatem, quia non ita rudis existimādus, vt hoc putaret: sed amat quidem aspergere suo operi varias Philosophorum sententias: & in hac quidem erant Epicurei: putabant enim Solem quotidie interire, quotidie nasci. Hoc si esset verum, non dubiū, quin pars opposita perpetuis tenebris damnaretur. Possit quispiam putare, Virgilium contendisse ad ea, quæ de Cimmeriis Homerus scripsit Odys. 11. Nox perpetua. Epicureorū opinio de Sole.

ἠέλιος δ' οὔ ποτ' αὐγὰς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται οὐρανὸν ἀστε
—neque vnquam eos
Sol luce diua aspicit radijs.

Iterum: ἀλλ' αἰεὶ νύξ ὀλοὴ τέτυπται δείλοισι βροτοῖσι: *Sed nox perniciosa superiacta miseris mortalibus.*

21. PRIMVS EQVIS ORIENS AFFLAVIT ANHELIS.] In 5. ipse,

Et me saeuis equis oriens afflauit anhelis.

Duos versus Poetæ isto flexu Manil.

Hinc vbi ab Occasu nostros Sol aspicit ortus,
Illic orta dies sopitas excitat vrbes.

22. TEM

UVA. BHSC. BU 00239

Dubium cœlum, quid.

22. TEMPESTATES VBIO PRÆDISCERE A CŒLO.] Hunc mihi locum Plinius aperuit lib. 2. c. 39. Tempestates dubio cœlo fiunt, non statæ, & certæ, vt quæ cõtingunt exoriente Arcturo, atque Hœdis: nihil enim est certius, quam sub his lignis tempestates excitari, sed fortuitæ, & quatũ dubiæ causſæ, & quæ sub incerto & dubio cœlo: sed quarũtamen causſa est cœlum ipsum & sidera. Ait itaque ille: *Tempestatum rerumque quasdam statas esse causſas: quasdam vero fortuitas, aut adhuc rationis incompertæ, manifestum est. Quis enim æstates & hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, siderum motu fieri dubitet? Ergo vt Solis natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est quibusque vis, & ad suam cuique naturam formatio.* Has itaque secundi generis tempestates Poeta dicit pendere ex cognitione rerum cœlestium, non quòd primas excludat. Ad hoc pertinet sententia Cic. pro Muræn. dicentis, tempestates sæpe certo aliquo signo commoueri, sæpe obscura aliqua causſa concitari.

23. MESSISQVE DIEM.] Aliqui, *Messisque dies*, quippe bonos aut malos.

Nauigatio quãdo tempestiua.

24. ET QVANDO INFIDVM REMIS IMPELLERE MARMOR.] De hoc præcepto Hesiod. lib. 2. ἔργ. vbi etiam aperit, quo tempore nauigandum:

Ἡματα πεντήκοντα μὴ τρόπαι ἠελίοιο,
Εἰς γῆν ἐλθόντ' ὄφρα θέρεϊ καματώδεϊ ὦρης,
Ὥραί τ' ἰχθυόεσσαν ἐπιπλώσειας ἐς ὕδωρ
Κεκλήσῃσιν τ' ἀφθονίη ἀποτέρσεται οἶκος ἀπάντα:

Dies quinquaginta post versiones Solis
Ad finem progressa ætate laboriosa temporis:
Tempestiua est mortalibus nauigatio, nec certe nauis
Fregeris, neque homines perdideris mare.

Infidelitas de mari.

25. INFIDVM.] De mari etiam in 3. Æn. *Inde vbi prima fides pelago.* Qua metaphora vsi ante Virgil. Lucret. lib. 2. *Infidi maris insidias, virésque dolumque.* Plaut. in Trin. de Neptuno loquens: *Fidus fuisti, infidum esse iterant.* Æsopus quoque in fabella de Alcyone, θαλάσσαν vocat piæ telluris comparatione ἀπιστέραν. Post illum Petron. in Sat. *Sed non sola mortalibus maria hanc fidem præstant.* Cassiod. 4. var. Epist. 15. *Quid enim audentius, quam illud infidum ac vastissimum mare intrare?* Symmach. Ep. 78. lib. 9. de Pado: *Infidum agmen experius es.* Inde Palinurus 5. Æn. *Ne ne huic confidere monstro?* id est, mari. Ab hac maris fide, qui naufigant, dicuntur se mari credere. Seneca in Hip. rates vocat *credulas*, & Arnob. lib. 7. *Fragili se ligno, & tabularum compagibus credit.* Plaut. Ruden. *Credere Neptuno.* Nazianz. orat. de amore pauperum: πρὸς πίστιν, vt & Dio Chrysost. orat. 74. *Mare interdum ita tranquillum videre licet, vt omnium timidissimus, opinor, possit contemnere. Quid ergo? an propterea illis credenda est?* In Græco est, τὸ ἐν τῷ πιστεύειν δέος.

Marmor de mari.

26. MARMOR.] Credi par est, ex Græca imitatione marmor Latinis dictum pro mari, est enim μάρμαρον quicquid nitidum, candidum, læue: quæ omnia vndis conueniunt. Homer. Il. 14. ἅλα μαρμαίρειν. Nonnus 6. Dionys. μαρμαρυγὰς ὕδατος. & lib. 10. ἀγκυραι μαρμαρέαι. Iul. Imp. in Misopogone de crustis aquarum gelatis: ἐγένετο δὲ ὑφ' ἡμῶν τὸ εἰωθὸς ἔργον, σφυρήλατον καὶ μαρμάρεον ποταμὸν ὥσπερ μαρμάρεα πλάκας. Erat igitur hyems solito vehementior, & fluuius quasi marmoreas crustas præterue hebat. Inde ergo Latinè Nam Ennius 14. Ann.

Verruni ex templo placidæ marmore flauo. Lucret. lib. 2. *Vt mane, cum magni commouent aquora venti,*
Vertitur in canos candenti marmore fluctus.

Et Virg. in 7.

—— lento luctantur marmore tonsæ.

Classis armata quid.

27. ARMATAS DEDVCERE CLASSES.] Multi huc locum capiunt de classibus ad bellicum apparatum, & oppugnationem. Quæ explicatio non placet Titio lib. 10. Locor. c. 6. Nam quid oportuit, Poetam transire ad superstitiosas diuinationes, cùm velit docere naturales prædictiones? Erit itaque sententia Possumus hinc discere idoneum tempus, quo naues iterum in salum deducantur, quas aliquando contingit in sicco permanere, iuxta illud Horat. 1. Carm. *Trahuntque siccas machinæ carinas.* Itaque armatæ classes erunt non bellicis apparatibus instructæ, sed ornatæ omnibus armamentis, quibus egent, vt consistere in aquis possint. Iuuo explicationem hanc loco Hesiodi 2. ἔργ. vbi docens paria præcepta, quæ hic Mato, de eodem hoc præcepto, ita ait:

Ἦος νῆα σοὴν ἀνέμοισι πίσσῃ &
Ἐλάσσειν ἐς πόντον· ὁ δ' εὖ πάντα νέοιτο.

—— Tunc nauem celerem ventis fretisque
Trahito in pontum, onus vero omne bene colloca.

Ita inclino in hanc sententiam Titij, vt putem quoque defendi posse vulgarem explicationem de oppugnationibus: nam *classis armata* proprie respondet τῷ ναυτικῷ, quæ vocè vsi scriptores Græci pro nauibus comparatis ad bellum. Vide Bayfium.

28. TEMPESTIVAM PINVM.] De hoc præcepto ita Cato cap. 31. *Ulmeam, pineam, vineam, hanc atque aliam materiam, omnem cum effodies, Luna decrescente exciato, post meridiem, sine vento Austro. Tunc erit tempestiua, cum semen suum maturum erit. Caueto quæ rorem trahas aut dole.* Quæ verba & Macrob. lib. 6. Sat. c. 4. & Plin. lib. 16. c. 39. ad eandem rem, de qua hic Virgilius, aduocant. Idem Cato cap. 17. *Cetera materies, quæ semen habet, cum semen maturum habet, tum tempestiua est:* & cap. 37. *Omnino caueto, ne quam materiam dolen, neu cadas, neu tangas, si potes, nisi siccam, neu gelidam, neu rorulentam.* Cic. 2. de Diuinat. ita curſim de hoc præcepto: *Arbore cæsa, vt hyemali tempore, cum Luna simul senescentes, quia tunc exsiccata fiat, tempestiue cædi putentur.* Consentit Veget. c. 36. lib. 4. cum ait, cædendas trabes per menses Iulium & Augustum: & addit rationem: *His namque mensibus arescente humore siccioræ, & ideo fortiora fiunt ligna.* Attigit & præceptum hoc Homer. 5. Odyss. aliud agens: vbi enim ait, causſam arborem ab Vlysse ad nauem construendam, adiicit signate, ὄφρα τάχιστα τὰ ῥίμφα, perquam sicca. Admonet Vrsinus locum primum Catonis sumtum ex Theoph. lib. 5. Hist. cùm dicat, materiam secandam δεδυκίας τοῦ σεληνίου. Addit rationem, quia tunc ligna σκληρότερα καὶ ἀστατώτερα, duriora, & minus apta putrefactioni. Ex his collige, quando tempestiua sit pinus ad sectionem: tria sunt præcipua capita, nimirum cædendam, cùm eius semen maturum, cùm arbor non rorulenta, cùm decrescit Luna. Dissidet tamen à primo Theoph. nam in eodem lib. ita ait ex nonnullorum sententia: Διὰν, καὶ περὶνύσιν τινες ὁρίζουσι καθ' ἕκαστον εἶδος τεύχους μὲν, ἐλάτης δὲ καὶ ὑπεύκων: *Quamobrem particulatim quidam expedire conantur, pinum & abietem cædi oportere, cùm germinant.*

Tempestiua pinus quæ.

[a] Nec fruſtra signorum obitus speculamur, & ortus,
Temporibusque parem diuersis quattuor annum.
[b] Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,

UVA. BHSC. BU 00239

Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem: cauat arbore lintres:
Aut pecori signum; aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes,
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis rubea texatur fiscina virga,
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
[c] Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio vetuit: segeti prætendere sepem:
Insidias auibus moliri: incendere vepres:
Balantumque gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque reuertens
Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat.

ARGVMENTVM.

Non frustra Astrologiam sciri, cùm pendeant ex ea, quæ necessaria sunt rustico: ex qua occasione docet, quid faciendum agricolæ hyemante cœlo, & subnetlit, quid festis diebus.

EXPLICATIO.

[a] NON contentus dixisse, ex cœlesti doctrina prædiuinanda tempora tempestatum, messis, sationis, &c. addit peculiariter multa agricolarum opera, quæ ex cœlo pendent, & quæ ipsis necessaria. Non frustra (inquit) speculamur siderum ortus atque occasus: non otiose annum constantem ex quatuor temporibus Vere, Æstate, Hyeme, Autumno: quæ cum diuersa inter se, tamen annum efficiunt B parem, & semper sui similem. Obserua elegantiam: paritas ex diuersitate.

[b] Duplex diuisio est in hoc tractu, primum quid faciendum pluuio cœlo, quæ prima mens Poetæ: alterum quid diebus festis, quod primo annexum. Explicantur primo, quæ ad primum pertinent. Ergo ait: Non otiose cœlũ speculamur, quia si imber hyemis agricolam ab laborando continet, datur illi mature, tempestiue, & per otium ea domi facere: quæ, si tempus esset serenum, debuisset properãter, raptimque facere, vt iret ad opus. Itaque vtatur occasione imbriferi tempotis. Hanc puto esse claram & expeditam huius loci explicationem, neque à qua facile recedam. Adducat exempla. Exit agricola summo mane ad arandum terram, debet acuere vomerem, qui obtusus: quantum impendit huic operi, tantum perdit de labore: ergo, cùm imber est, faciat hæc per otium, & mature. Vnde duplex vtilitas: nam & tunc bene faciet, & nihil postea perdet de labore. Similiter excauet arbores, & formet in lintres: imprimat pecori aut aceruis frumentorum signum: exacuat vallos & furcas: paret retinacula ex Amerino oppido Italiæ, quæ apta ad ligandã vitẽ: texat fiscinas ex virga rubea: fruges aut igni torreat, aut frãgat saxo.

[c] Transit ad membrum alterum diuisionis, vbi inest subdiuisio. Non (inquit mirum, vt rusticus aliqua faciat cœlo hyemante, quippe cùm fas, & iura, id est, diuinæ atque humanæ leges (fas enim Deos & religionem respicit, iura homines) sinant exercere quædam diebus festis. Quæ sunt: fas & religio, sunt hæc. Riuos deducere, id est, aquarum ductus purgare: segeti sepimentum prætendere, ne bestiæ irrumpant: auibus insidias facere, ne agros vastent: vepres incendere, ne terram occupent, & perdant herbas A frugiferas: sæpius mergere (nam hoc est, mersare) gregem balantum, id est, oues (phrasis mire poetica) fluuio salubri (cùm videlicet oues tentantur scabie.) Quæ sinunt humanæ leges, imo quæ volunt & iubent, sunt, vt rusticus afferat oleum ad vrbem, afferat poma vilia, quæ emat vilis popellus: hoc enim cautum in vrbibus lege humana, vt rustici, qui sunt in vicinis pagis, annonam conferãt. Hactenus completa sententia, nam quæ de lapide incuso, id est, molari, & pice, dicuntur obiter, & veluti adiũctim: sed necessaria illa quoque.

NOTÆ.

1. OBITVS.] Ortus quoque & obitus siderum oppositi Cicero de Diuinat. lib. 1. Obitus & ortus in cœlo opponuntur.

Sequę obitu à Solis nitidos conuertit ad ortus.

Et in lib. 1. de Fato: *Signorum ortus, obitusque perdiscere.* Et 2. Nat. *Ortus vbi atque obitus partę admiscentur, in vna.* Et Catul. de Coma Berenices, & Paulin. Panegyr. Celsi:

Noctes atque dies ortusque obitusque vicissim
Alternant.

2. TEMPORIBVSQVE PAREM DIVERSIS.] Vnico versiculo quatuor anni tempora complectitur, vbi pulcre iungit, *parem diuersis.* Ad quam lucem Claudius Marius Victor lib. 3. describens quatuor anni tempora,

Curret opus mundi compar discordibus horis.

3. FRIGIDVS IMBER.] Signat ex attributo tempus hyemis. Hoc etiam & Seruius indicat, imo sententiam sic concipit, frigus & imber. Illustrabis Poetam ista Calabri comparatione lib. 8.

Ως δ' ὅτε μηλοβοτῆρε ἐνὶ σταθμοῖσι μένουσι
Λαίλαπα κυανέην, ὅτε χείμερι ὄμβρος ἵκηται
Λάξοον ὁμῶ σεφόιοι, καὶ ὕδατι, καὶ νεφέεσσι
Τυρράσιν, &c.

Sententia est, pastores contineri in stabulis atro turbine, cùm furit tempestas crebris fulminibus, imbribus, nubibus.

4. MATVRARE.] Vide Agel. lib. 10. c. 11. Macrob. 7. c. 8. Me in 1. Æn.

5. PROCVDIT.] Est hoc eudendo extenuare.

6. OBTVSI.] Ita exprimunt Latini stuporem gladij, vomeris, similium. Græci ἀμβλυὸν.

7. DENTEM.] Alcimus Auitus lib. 3.

Vomeris affixi mordaces dente subacta. & lib. 5.
Exercet validos attriti dente bigones.

8. CAVAT ARBORE LINTRES.] Alludit ad scaphas monoxylas quarum Plinius meminit lib. 6. & He- Scaphæ monoxylæ.

VVA. BHSC. BU 00239

& Heliod. lib. 1. Histor. Æthiop. non longe à fine: v-
nica enim arbor excauabatur, vide Lilium de Na-
uigiis. Nonnulli Interpretes hic capiunt lignum ex-
cauatum, ex quo pecora & iumenta aquantur: pars
maior fluuiales nauiculas, in quod & ego inclino.

Linter, quid proprie. Egregie vero Poeta, *cauat linters*, nam hoc genus na-
uiculæ nihil est aliud, quàm cauatum lignum. Hanc
rem aperte indicat locus Velleij lib. 2. vbi loquens
de quopiam Barbaro, ita ait: *Cauatum, vt illis mos est,
ex materia conscendit alueum, solusque id nauigy genus
temperans, ad medium processit fluminis: & petiit, liceret
sibi sine periculo, in eam, quam armis tenebamus, egredi ri-
pam, ac videre Cæsarem. Data petenti facultas. Tum ap-
pulsa lintre, &c.* vbi quem primum *cauatum alueum*,
mox *lintrem* vocat.

Pecorum signa. 9. AVT PECORI SIGNVM.] Hiiius moris multa
exstant vestigia. Virgil. ipse 3. Georg. de vitulis:

Continuoque notas & nomina gentis inurunt.

Calpurn. in Bucol.

*Impressurus oui tua nomina, nam tibi lites
Auferet ingentes lectus possessor in armo.*

Vbi obiter aperit rationem moris. Festus: *Signare
significat modo scribere, modo annulo signa imprimere, modo
pecora signis notare.* Alio loco: *Dignorant, signa imponit,
vt fieri solet in pecoribus.* Isid. lib. 20. cap. extremo: *Cha-
racter est ferrum caloratum, quo nota pecudibus inuruntur.*
Ad eundem morem pertinet, quod Aeneanus scri-
bit, & commeminit Titius lib. 7. Locor. cap. 20. Si-
bas Indorum gentem consuesse bubus clauæ no-
tam inurere in memoriam Herculis, qui illuc vsque
penetrauit. Ad easdem pecudum notas vult Ioseph.
Scaliger alludisse Auson. cum dixit,

Qualis iniusta solet generis nota certa per ortum.

Dignoro, quid. Ista de reliquo pecore, de vnis equis idipsum osten-
dit Titius dicto loco, sequenti auctoritate, in quam
etiam & nos incidimus. Anacr. ita ait:

ὐ ἰχίοις μὲν ἵπποι
πυρὸν χαίτην ἔχωι:
*Equi solent inustum
Coxis habere signum.*

Apul. 2. Af. suo equo dat *notam dorsualem.* Suidas de
Bucephalo ait: ὅτι ὁ Ἀλεξάνδρας καλούμενος διὰ τὸ μορ-
φὴν τοιαύτην ἔχειν, ἀλλὰ διὰ τὸ ὅτι κεκέντηται: *Bucepha-*
Bucephalus, vnde dictus. *los non appellamus à forma bouis, quam habent, sed quod
inscripti essent hoc nomine.* Idem meminit equorum,
qui Phasiano aue insigniti essent, propterea quòd
prope Phasidem pulcri equi nascerentur. Addam
Titio, dissentire à Suida Plinium, qui cap. 42. lib. 8.
de Bucephalo Alexandri ita ait. *Bucephalum eum vo-
carunt siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis
armo impressi.* Inde est, vt suspicor, verba Suidæ non
carere macula. Roges, qua parte pecoris nota illa
Pecora signabantur in armo, fronte, pectore. imprimereturin armo, in fronte, in pectore. De ar-
mo præcessit iam testimonium Calpurnij, sic enim
legendum ex correctione Fruterij lib. 1. verisi. cap. 15.
& Titij lib. 7. Loc. cap. 20. non *arua*, vt vulgus. De
fronte Nonius: *Signare oportet frontem calda furcipe.* De
pectore Varr. lib. 6. Ling. Lat. *Signum candens in pecto-
re.* Ita corrigit Scalig. in Coniectan. Mori, quem aper-
rui, par alius, dignúque, quem scias. Solebant vete-
Tituli victimarum. res victimis, dominque, quæ in honorem Deorum
offerebant, titulos imponere. Sueton. Aug. cap. 59.
*Nonnulli patrum familiæ, testamento cauerunt, vt ab hered-
ibus suis prælato titulo victimæ in Capitolium ducerentur,
votumque pro se solueretur, quod superstitem Augustum re-
liquissent.* Morem istum, si Virgilius illum attinge-
ret, facile esset locupletare ex Ouid. 8. Metā. & 2. Am.
eleg. 13. ex Propert. & aliis. Obseruabis signū impres-
sū pecori dici χαρακτῆρα: Anacreon vocauit χάραγμα.

10. NVMEROS IMPRESSIT ACERVIS.] Nulli
hîc lux Interpretum, & ego in nihil incidi, quo sen-
tentiam aperiam. Seruiana de tesseris parum probo,
& ea in promtu, si voles: sumsere ab illo omnes. Ego
existimo hanc esse posse sententiam, vt agricola do-
mi per otium metiatur aceruos frumenti, quos ha-
bet in horreis (nam de his loquitur, vt liquet ex ad-
iuncto hyberni temporis, non de aceruis, cùm sunt
in area) & imprimat in pariete, aut alibi, signétque
characteribus, quos habeant modios acerui singuli.
Nisi velis, aceruos vocari saccos plenos frumenti, in
quibus saccis characteres imprimantur, quibus te-
statum sit, quot sint modij in singulis saccis.

11. VALLOS.] Sunt pali, quibus vites, & arbo- Valli.
res illigantur, cũ tenetæ. Lege Seru. Danielis. Quod
hic *excauunt vallos*. Homer. Odyss. 9. de ligno, quo per-
foratus oculus Cyclopis ἀσφόδελος.

12. RVBEA VIRGA.] Vel quæ abundat circa Ru-
bos Italiæ oppidum, ita Seruius. In hoc inclino, nam
videtur Poeta voluisse coniungere duo oppida Ita-
liæ, vel, vt alij volũt, vox denominatur à rubo, quem
fruticeum inter vitilia enumerat Plinius: facile enim
flectitur, & apta est texendis fiscinis.

13. TEXATVR FISCINA.] Plin. lib. 18. c. 26. *Qua-
los, crates, fiscinas texere.*

14. FISCINA.] Vasis genus ad vsum vindemiæ.
Nonius in Andromacha: *Quod tu, mignate, quasi vt in
pectus tuum demittas, tanquam vindemiator in fiscinam.*
Ita Seru. Dan.

15. NVNC TORRETE.] Eodem genio 1. Æn.

——*frugesque receptas*

Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Alibi
illustrauit.

16. DEDVCERE.] Macrob. lib. 3. cap. 3. *Quod ait* Deducere ri-
deducere, nihil est aliud quam detergere. Nam festis die- uos, quid.
*bus riuos veteres sordidatos detergere licet, nouos fodere non
licet.* Huc spectat Xenophon, qui inter sua præcepta,
τὸ ὕδωρ ἐξάγεται πάρεστι: *ex fossis aqua deducitur.* Quo
sane firmatur explicatio Seruij, qui accipit *deducere*
pro *siccare*. Sic suprà:

——*quique paludis*

Collectum humorem bibula deducit arena.

Nam contra *riuos inducere*, est, *irrigare*, vt: *Deinde satis
riuum induxit.* Affertque ex Varrone esse contra re-
ligionem, si festis diebus agri irrigentur. Columel.
etiam lib. 2. cap. 22. ait, permissum lege Pontificum
festis diebus *piscinas, lacus, fossas veteres tergere & purga-
re.* Itaque siue tergere, siue siccare accipias, eadem
est sententia, quantum ad vsum præcepti. De hac fe-
storum dierum obseruatione lege, quæ Briss. congeſ-
sit lib. 1. Form.

17. MOLIRI.] Est hoc, operari & industriæ aliquid
conari, ita in *3. molimur classem.* & in *12. manibus moli-
tur habenas.* Ianus Guliel. in Plautin. quæst. c. 4. Epid.

18. BALANTVMQVE GREGEM.] Ipse in 3. Georg.
balanum ossa. Lucret. prius lib. 2. *Balantum pecudes.*
Poeta quidam apud Cic. 1. Diuin. *Exsacrificabat ho-
stiis balanibus.*

19. FLVVIO SALVBRI.] Macrob. lib. 3. cap. 3. *Ca-* Ouium la-
uetur sure Pontificis, vt quondam oues duabus ex caussis la- uatio.
*uari solent: aut vt curetur scabies, aut vt purgetur lana: fe-
stis diebus purganda lana gratia oues lauari non licet: li-
ceat autem, si curatione scabies abluenda sit.* Additque,
Poetæ dictum *salubri* reddenti causſam ablutionis.
Ab his non abeunt, quæ Columel. lib. 2. c. 22. *Pontifi-
ces vetant lanarum causſa lauari oues, nisi propter medici-
nam. Virgilius quod liceat ferijs flumine abluere gregem,
præcepit, & idcirco adiecit fluuio mersare salubri.* Seruius
hanc adducit rationem ex Varrone, esse contra reli-
gionem, vt lauetur animalia festis diebus, *Nymphe enim
sine pecudis non possunt moueri.* Et addit Virgilium di-

xisse

UVA. BHSC. BU 00239

xisse ex mera necessitate, cui cedit religio, mersandas oues fluuio salutifero.

Asinus tardus.

20. TARDI ASELLI.] Homerus quoque 11. Iliad. νωδὴ vocat, *tardum*. Græcum epigramma Palladæ ὦν τῆς ζωᾶς δ' ὑπτ., ἀόργον, ἄκνον, ἄτερον: *Filium tarditatis, merum laborem, segnitiem, somnium.* Philo in lib. de Abraham τῶν ζώων τὸ νωθέστατον ὄν: *Asinus animalium omnium tardissimus.* Opp. 3. Hal. ὄγκον νωθρὸν ἡέμας: *asinorum pigrum corpus* Basil. homil. 9. ἐξ. νωθρὸν ἢ ὄνον.

21. VILIBVS AVT ONERAT POMIS.] Xenophon de suo illo Oeconomico redeunte ex agro in vrbem: ἅμα φέρων ἀπὸ τῆς χώρας ἅπερ ἡμῖν δεῖται: *ferens ex agro in vrbem, quæ hic necessaria.*

22. LAPIDEM INCVSVM.] Seruius accipit *molam manualem cudendo asperatam*, vtique χειρομύλην. Sequuntur illum Interpretes.

23. MASSAM PICIS.] Nam priscis agricolis magnus vsus fuit picis ad musta condienda, ad vasa picanda, vti ex Plinio, Columella, Palladio, Catone probat Beroaldus contra Seruium. Dissimulo hic digladiationem Floridi lib. 2. Succ. cap. 15. contra ipsum Beroaldum.

[a] Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: [b] quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenidésque satæ: tum partu terra nefando
Cœúmque, Iapetúmque creat, sæuumque Typhœa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
[c] Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum:
Ter Pater exstructos disiecit fulmine montes.
[d] Septima post decimam felix, & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere [e] nona fugæ melior, contraria furtis.

ARGVMENTVM.

Transit ad obseruationem quatuor dierum Lunarium, nam constituit discrimina Quinti, Septimi, Noni, Decimi; admiscet fabulas huic narrationi.

EXPLICATIO.

[a] DILABITVR ad dies Lunares, qui obseruãdi agricolæ. Ait vero primum, Lunam dedisse mortalibus dies quosdã felices operũ (id est, ad opera) & hos *alios alio ordine*, quasi dicat, non omnes eodem modo felices, sed hos hac ratione, illos alia, &c.

[b] Docet fugiendam quintam diem Lunæ. Ratio: quia hac die quæpiam monstra fata sunt, quæpiam nata: fatus Orcus, fatæ Eumenides, quæ sunt Furiæ Inferorum: nati partu terræ Cœus, Iapetus, Typhœus, ceterique alij fratres gigantes, qui coniurarunt in Iouem ad cœlum rescindendum.

[c] Narrat obiter Gigantũ facinus, qui conati sunt imponere Ossam montem supra Pelion, supraque Ossam Olympum, vt inde Iouis cœlum oppugnarent: sed hic conatus inanis fuit, nam Pater-Iupiter hanc struem montium fulminibus disiecit.

[d] Ait septimam diem Lunæ esse felicem, & decimam quoque, sed decimam feliciorem septima. In vtraque ponendæ vites, domandi boues, captandæ telæ, procedet enim felix textura: incipies autem telam, si illi addas licia, quæ ligant stamina.

[e] Dicit, Nonam diem Lunæ meliorem esse quauis alia die, vt in ea serui, aut quicunque alij, fugam capessant: ac perinde contrariam esse quibuscunque furtis. Nam sicut præbet lucem ad fugam, ita quoque aperit latebras furum.

NOTÆ.

1. IPSA DIES ALIOS, &c.] Ab hac sententia non dissimilis illa Hesiod. ἄλλοτε μητερὶ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μητρί: *Dies alia nouerca est, alia mater*: cum sapore ad versum Virgilij Iuuenalis 1. Sat.

Ipsa dies pulcro distinguitur ordine rerum. Plin. lib. 18. c. 32. dicit, Virgilium in hac Lunariam dierum digestione secutum fuisse ostentationem Democriti.

2. QVINTAM FVGE.] Ex Hesiodo:

B Πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπὶ χαλεπαί τε, ξυ αἶναι
Ἐν πέμπτῃ γὰρ φασιν Ἐρινύας ἀμφιπολεύειν
Ὅρκον γιγνομένας, τὸν ὄρεσε τίκεν ἐπὶ ἐπόρκοις:
Quintas vero euitato, quia difficiles sunt & graues,
In Quinta enim aiunt Furias obambulare (iuris.
Peiurium vindicantes, quod malũ contentio genuit per

Quę Seruius, aliique Interpretes scripserunt, in protu sunt; item quæ Cœlius Rhod. l. 20. Ant. c. 3. sed lictis omnibus mihi nonnihil probantur, quæ scribit Galeotus lib. de Prom. Doctr. c. 31. hũc in modũ:

Lunarium dierum obseruatio.

Viri doctissimi longa rerum obseruatione alios dies præ aliis aut fastos aut infastos duxerũt ex variis rerum euentibus, qui in eos dies cecidere. Sed tamẽ primus inuentor Lunaris obseruationis quidã mãdauit obseruãda aut matheſi imbutus, aut vaticinio inſpiratus. Igitur, cũ 5. aut 10. aut 7. &c. diem Lunæ dicimus, nulla facta mentione cum coitu Solis, per excellentiã in domo luminariũ coiisse putabimus, (Luminaria cum dico, Solẽ & Lunã intellige) nam illa in suo domicilio maximam habent potestatem. Hinc est, vt Poeta cũ nullum assignet coitum in peculiari, capiendus sit de eo coitu, quẽ efficit cũ Sole in domo ipsiusmet Lunæ; est v. domus Lunæ Cancer. Ac perinde à coitu in Cancro vsque ad Leonem cõsumet dies 5. Est autẽ Leo inter cetera signa Zodiaci magnæ triſtitiæ, magnique languoris. Nam eius primum ac tertium decanum infestant Saturnus & Mars, vtrumque importunissimum: nam Iupiter qui in medio est, iuuare nihil potest obsessus à Saturno & Marte. Inde est, vt dies quinta Lunæ à coitu in Cancro, cum illa est in Leone, omnino sit infortunatissima. Quinto igitur die, qui infelicissimus est propter Martem & Saturnũ, fingunt Poetæ ortum habuisse Eumenidas, quæ ad furorem Martis, & Orcum, qui ad nequitiã Saturni pertinent: ac perinde ceterum tempestatem malorum. Hæc itaque prima rerum obseruatio vel sa est in religionem. Procedo ad dies alios, quos hic Poeta assignat. Decima die à coitu in Cancro Luna erit in Libra, vbi omnia ad quietem & vitã agricolarũ fortunatissima. Septima dies fortunata quoque erit: nã erit in Virgine, atque adeo licebit vites ponere, &c. Dies nona erit melior fugæ, quia Luna claritatem apertam habens, decæ

Cancer domus Lunæ.

Leo signum infelix.

Lunæ dies quinta infelix.

VVA. BHSC. BU 00239

decanum primum Libræ ipsa occupans celeriorem efficit fugam, ita vt qui fuerint captiui fugientes, summa sine impedimento festinatione vtantur, cum Luna in decano suo aperiat, fugámque adiuuet. Sed eadem Nona inutilis erit furibus, qui ciuitates incolunt, quoniam aperit ac manifestat furta. Hactenus Galeotus.

3. ORCVS.] Fabulas Orci, Eumenidum, ac ceterorum monstrorum, quorum hic meminit Poeta, longum esset subtexere; petendæ à multis, in quibus obuiæ Orcy etymon Varro aperit ex emendatione Scalig. Dictus quasi finis rerum omnium. Ita Amphiaraus in Thebaide Statij loquens de Orco: *O cunctis finitor maxime rerum.*

4. COEVMQVE, &c.] Ad vmbram Hesiod. θεογ. κοίοντε, κρεῖόν θ' ὑπερίονά τ', ἰαπετόν τε: *Coëumque, Creiumque, Hyperionemque, Iapetumque.*

Typhœi furiuities.

5. SÆVVMQVE TYPHOEA.] Prætermissis Coeo, atque Iapeto sine epitheto, fœuitiem dat Typhoeo. Fortasse hoc petitum è fabulis, quæ huic dant diriora, quam aliis. Certe Hesiod. in Theog. in subtexenda horum gigantum historia in vno Typhoeo quātum immoratur? Huic centum capita: ea instar serpentis, oculi igne emicantes: immugit vt taurus, fremit vt leo, latrat vt canis, stridet ferociter, horret illum Pluto. Iam, quæ Ioui comparata tonitrua, fulgura, coruscationes ad expugnandum hoc monstrum: Copiose ista Hesiodus. Sed ferocia Typhoei copiosissima est in Nonno lib. 2. vbi, cum in multis Hesiodo hæreat, plurima ipse addit. Dignus est locus, qui adeatur. Attingit eadem lib. 13.

6. COELVM RESCINDERE.] Ipse 6. Æn.

— *qui maximus magnum rescindere cœlum.*

Montium structio contra cœlum.

7. IMPONERE PELIO OSSAM.] De hac trium montium substructione Græci & Latini frequentissime Homer. Odyss. 11.

Ὅσσαν ἐπ' ὀλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' ἀΐσσοιεν ὄρεσφι.
Ossam super olympum conati sunt imponere: ceterum Pelion frondosum, vt cœlum pertimum esset.

Dissidet à Virgilio in ordine montium, vt etiam alij. Antipater Sidon. οὐκ ὄσσῃ πήλιον ἀνθέμεν: *Non ossa imponens Pelion.* Horat. lib. 3. od. 4.

Fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse olympo. Quid. 1. Fast.
Sic petitur cœlum: non vt ferat Ossan Olympus,
Summaque Peliacus sidera tangat apex.

Seneca in Furen.

Videat sub ossa Pelion Chiron suum:
In cœlum Olympus tertio positus gradu
Perueniet, aui mitteiur. Et in Agamem.
— *stetis impositi*
Pelion ossa, pinifer ambos
Pressit olympus.

Sidon Apollin. ad Magnum Felicem:

Nec Phlegræ legis ampliata rura,
Missi dum volitant per astra montes,
Pindus, Pelion, Ossa, Olympus, Othris,
Cum syluis, gregibus, feris, pruinis,
Saxis, fontibus, oppidis leuati
Vibrantum spaciosiore dextra.

Manil. lib. 2. non montibus speciatim nominatis ita de hac audacia mortalium:

— *vastos cum terra gigantes*
In cœlum furibunda tulit, tum Dij quoque magnos
Quæsiuere Deos: dubitauit Iuppiter ipse;
Quod posset, si non posse timens: cum surgere terram
Cerneret, & veris naturam credoret omnem,
Montibus atque alios aggestos crescere montes,
Et tam vicinos fugientia sidera colles
Arma importantes, & rupta matre creatos,
Discordes vultu, permissaque corpora, partus.

Pari filo Nonnus lib. 2. Dionys. confungit ὀλόπλοον σκοπέλῳ, πέτρην πέτρῃ, χθονὶ χθόνα, λάϊον λάῃ. *Scopulum scopulo, petram petræ, saxum saxo, collem colli.* Qui vero hi montes fuerint, non exprimit. Idem lib. 14. venuste inducit Cyclopas pugnantes telis huiusmodi nam ab illis mittebantur κολωνοί, κρίπιναι, ἔγχεα πετρώεντα: *monies, rupes, hasta saxea.*

8. INVOLVERE.] Signantur vires stupendæ, & vltra omnem modum. Quantæ illæ vires, quæ potuerunt rotare Olympum supra alios montes, & instar lapidis emissi è funda in altum deuoluere.

9. PATER EXSTRVCTOS DISIECIT FVLMINE MONTES.] Ouid. 1. Met. *Tum Pater omnipotens misso perfregit Olympum*
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossæ.
& 5. Fast. de eadem fabula:
Fulmina de cœli iaculatus Iuppiter arce
Pertit in auctores ponderis vasta suos.

Verbum illud *exstructos montes*, à Virgilio sumsit idem Ouid. 5. Fast.

Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Iouem.

Septima post decimam quid sit.

10. SEPTIMA POST DECIMAM FELIX.] Interpretes triplicem adducunt loci huius explicationem, vt Poeta signet diem decimam septimam: vel diem decimam quartam, quę est nempe septima duplicata post decimam: clarius, primus numerus septimus duplicatus, qui inuenitur post decimum, est decimus quartus, hanc explicationem aliis præfert Cœlius lib. 20. Ant. c. 3. propter plenilunium, qui dies probatissimus ponendis vitibus: vel demum vt signet duos dies, & decimam, & septimam, sed decimam feliciorem. Ex his tribus primam reiiciunt omnes, quia ob Lunæ detrimentum incommoda est ea dies ponendis vitibus: alteram ego, quia verè nescio, qui hoc Poeta dieat: neque satis queo intelligere, qui dies, *septima post decimam*, signet diem decimāquartam, nam illud de duplicatione affingitur Virgilio, cum ipse nihil tale dicat. Hinc est, vt libentissime amplectar tertiam explicationem, quam iam ex Galeoto repræsentaui, quam Seruius sequitur, quam idem Cœlius, quam omnes. est enim nemo, qui eā excludat. Opinionem quā secutus sum, firmat Hesiod. qui vtriusque diei separatim meminit:

— ᾗ ἐδάην, ἱερὸν ἦμαρ: *& septima sacra dies.* Item: ἑβδόμῃ δ' αὖ δεκάτῃ τε: *Bona autem viripara decima.*

Furibus quæ dies Lunæ aptior.

11. NONA FVGÆ MELIOR, CONTRARIA FVRTIS.] Hæc & multa alia de diebus Lunaribus, tātum pendent ex obseruatione, qua obseruatū, nonam diem Lunæ bene cessisse fugientibus, male furantibus. Sententiā Virgilij alio flexu ita amplexus est Propert. lib. 3. *Luna ministrat iter, demonstrans astra latebras.* Perinde ac si dicat: Luna lucē præbet ad fugam, demonstrant astra latebras furum. Cæsarius Dial. 2. hunc veterum errorē & persuasionem indicat, istis verbis Interpretis: *Et serui sæpe nutnero, cui toto Luna lumine splendet ad capiendam fugam surgunt, & eius auxilio ad celeritatem vtuntur. Num igitur causſam temeritatis fugitiui dicemus Lunam? sæpenumero item & effœminatus homo, nocturnas tenebras veritus domi dormire cogitur: Luna vero per noctem lucente, citius ad prostibulum instar equi lasciue prosiliens, hinniens & currens, ad scortum latus venit. Num igitur itineris scelerati causſa est Luna, quæ diuino præcepto terras cœlo subiectas illustrat.* Verba ista impulerunt me, vt quæcunque furta in Vate caperem, tam rapinarum, quam Veneris. Est vero nemo, qui ignoret volu-

ptates

UVA. BHSC. BU 00239

ptates Veneris, atque adulteria, furti nomine appellari solitas à Poetis. Dixit Philo in lib. de Hæride diuinorum: ἀσάφεια δὲ βαθὺ σκότος ἐν λόγῳ, κλέπταις δὲ συνεργὸν τὸ πάθος: *Est obscuritas caligo profunda in sermone, res furibus commodissima.* Ceterum commoda diei noni latè exponit Hesiodus. Pertinent

A aliquid ad rem Poetæ verba Artemidori, lib. 2. c. 35. vbi loquens de Diana, quæ eadem cum Luna, ait: δραπέτας δὲ καὶ τὰ ἀπολλομένα φησὶν εὑρεθήσεσθαι. οὐδὲν γὰρ τὴν θεὸν διαφεύγει: *Fugitiuos autem, & ea quæ perdita sunt, inuentum iri promittit. nihil enim Deam effugit.*

[a] Multa adeo gelida melius se nocte dedere:
Aut cum Sole nouo terras irrorat Eous,
[b] Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.
[c] Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferróque faces inspicat acuto.
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas:
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et foliis vndam trepidi despumat aheni.
[d] At rubicunda Ceres medio succiditur æstu:
Et medio tostas æstu terit area fruges.
[e] Nudus ara, sere nudus: hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur,
Mutuaque inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curásque resoluit:
Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
[f] Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas, oleámque, cruentaque myrta.
Tum gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritósque sequi lepores, tum figere damas,
Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ,
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt.

ARGVMENTVM.

Pergit ad distinctionem noctiũ & dierum. Æstiua nocte secanda prata, hyberna inspicandæ faces, texendæ telæ, coquenda sapa: æstiua die secandæ segetes, terendæ messes: Autumnali aranda & serẽda tellus; cruda hyeme lætandũ, gaudendum, epulandum: ita tamen, vt incumbatur legendis glandibus, baccis, oliuis, myrtis, interim etiam aucupio & venationi.

EXPLICATIO.

[a] POSTQVAM docuit, qui dies Lunę felix, vel infelix sit, docet iã, quæ pars diei aptior ad opera rustica, distinguitque inter diem & noctem. Et obseruabis opponi à Poëta, tam noctem, quam summum mane diei. Itaque pro eodem reputat, quæ fiũt aut nocte, aut summo mane. Eous est Lucifer, qui nouo Sole aduentante terras nouo rore conspergit. *Adeo* est hic valde: vt dicat, valde melius.

[b] Incipit ergo à nocte æstiua. Tum stipulæ secentur, & quicquid in pratis prouenit, vt fœnum, & similia. Ratio. Quia cum hæc sint arida sua natura, lentescunt rore, qui nunquam deficit per noctes, & ideo melius secantur. Itaque præmisit, prata esse *arida*, quia dicturus de lento humore noctium.

[c] A noctibus æstatis transit ad noctes hybernas, in quibus non deest, qui ad multam noctem, & ad seram lucernam peruigilet, vt ferro incidat faculas ad imaginem spicarũ acutas. Huius tam infatigabilis laborem agricolæ vxor mitigat cantu suo, cũ te-

B las texit arguto (sonanti) pectine. Telarum enim textura melius noctu succedit, nam mollescunt fila humore noctis. Itaque cõiux marito & vsus est, & voluptati: vsui in tela, voluptati in cantu. Pergit. Aut certe, si vxor telam non texit, sapam conficit. Docet vero obiter, qua ratione sapa cõficiatur: decoquitur enim igni mustum, id est, absumitur cum coquitur: ac foliis despumatur, fortasse pampineis, nam hæc ad manum, & ideo rusticis erunt pro cochleari.

[d] Absoluit quid agendum noctibus æstatis, atque hyemis, gradũque facit ad dies æstatis atque hyemis: de æstate breuiter expedit, docẽs, messem omnẽ frumentariã secandam die medio, terendam die medio. Subiungit rationes. Ideo secanda, quia tunc rubet, id est, concocta est, & matura. Ideo terẽda, quia medio æstu tosta est, atq; adeo aptior, vt grana excutiantur.

[e] De hyeme non ita breuiter, nam & plura docet, & poëtice ac venuste excurrit ad narrandas voluptates agricolarum; quas id temporis capiunt. Docet arandum, ac serendum, non quidem cruda hyeme, sed ante rigidum frigus, cum & tepor hyemis & labor aratoris reiiciat vestimenta à corpore arantis: videtur mihi signare autumnum, vtique tẽpus sementis. Nam hyems cruda colonum facit ignauum, vt quę ipsa ignaua est. Quin id tempus, cum horrent frigora, dicatum est voluptatibus agricolarum. Tunc fruuntur parto (parato,) conuiuia inter se exercent: nam hyems quæ genialis, id est, voluptuosa est, eos inuitat, & resoluit curas. Illustrat hoc comparatione. Non aliter illi gaudent exactis

UVA. BHSC. BU 00239

actis laboribus, quam nautæ, cum pressæ carinæ signant naues oneratas compressáque mercibus, clarius, oneratias) portum contingunt, & lætabundi ipsi puppes coronant. Est qui explicet *naues pressas*, oppressas & agitatas: non placet, quod apparebit ex imitatione.

f Restant versus sex vnica periodo includendi. Etiamsi in hyeme soluendæ curæ agricolarum, non ita tamen, vt nihil agant. Colligant tunc glandes, Baccas Lauri, oleam, myrta, quæ instar cruoris rubent, cũ matura sunt: exerceant se in aucupio gruũ, in venatione ceruorum, sequantur lepores, figant damas Baleari funda: cum videlicet nix alta terram occupat, fluuios glacies summa. Breuiùs: cum hyems est: *Flumina tradunt glaciem*: est, impellunt: quod contingit sæpe, cum fractas crustulas aquæ contrudunt & conuoluunt.

A quæ scribit Cic. in Oeconom. lib. 1. vbi ait, iure à natura comparatam esse operam mulsetis ad domesticam diligentiam, sicuti operam viri ad externam & forensem negotiationem. Est hoc fragmentum Tullij in Colum. lib. 12. c. 1.

10. DECOQVIT.] Colum. lib. 1. c. 6. *Sapam decoquer.* Quantum debeat mustum decoquere & deminui ad sapam conficiendam, docent Plin. & Colum. prior lib. 14. c. 9. *Siraeum, quod alij hepsema, nostri sapam appellant, imgenij, non naturæ opus est, musto vsq; ad tertiã partem mensuræ decocto: quod vbi factum ad dimidiam est, defrutum vocamus.* Posterior lib. 12. c. 19. *Quidam quartam partem eius musti, quod in vasa plumbea coniecerunt, nonnulli tertiam decoquunt. Nec dubium, quin ad dimidiam si quis excoxerit, meliorem sapam faciturus sit.* Poetæ B satisfuit, præceptum attigisse. Pulsere ait Plin. sapam excogitatam in adulterium mellis. Obseruat Dalec. sapam à Marcello medico dici *carenum*, vulgo iam pro eodem sumuntur *sapa, defrutum, hepsema, siraeum, carenum*. Sed quare signate *Vulcano*? Dilce, Virgilium vsurpare hoc nomen non temere pro igni: Si flamma debuisset esse modica, *ignem* diceret: sed quia maxima excitanda est, vt plurimum vini decrescat, ideo *Vulcano*. Ac perinde 4. Georg. *Igni pinguia multo defruta*. Quasi Vulcanus nihil sit aliud, quam multus ignis. Obserua tu loca Virgilij, in quib. pro igni Vulcanũ ponit, & videbis signari magnũ incendiũ.

Sapæ faciendæ ars.

Defrutum. Hepsema, Siraeum. Carenum.

11. TREPIDI.] Hanc lectionem retinui cum Seruio, in cuius Codicibus etiamsi frequenter legatur *tepidi*, tamen ex eius cõmentatione aliter apparet, C ait enim: *Trepidi, quia quod ebullit quasi tremere videtur.* Pierius etiam repræsentat hanc lectionem ex Rom. Cod. Ideo autem retinui, quia *tepor* hic nihil efficit, imo officit: nã spuma non in tepore, sed in feruore.

12. RVBICVNDA.] Homerus prius, ξανθὴ δημήτηρ: & Pind. ξουθόπτερος δημήτηρ: & Catul. *Rubens arista Sole feruido.* Ita Ouid. 3. Eleg. *Flaua Ceres.* Tibul. alij.

13. CERES.] Hæc vox pro tritico sumitur, cum adhuc est in segete: & pro eadem, cum iam confectus est panis. De priore Plutar. de Iisd. & Osir. πυροὺς δέ φησι τὸν σπειρόμενον, ταῦτα δ' αἰσχρὸν δημήτρας καλεῖσθαι: *Poeta quidam de messoribus dixit: Cum lecti iuuenes Cereris iam membra secarent.* De posteriore Oppian. 3. Hal. πυρὸν δὲ καὶ ζύμωσιν παρεχόμενον: *Cererem subactam cum caseo.*

14. NVDVS ARA.] Sententia translata ab Hes. —γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δ' ἐσωτέρην,

Γυμνὸν δ' ἀμάσαι: *Nudum sere, nudus ara, nudum mete.* Nam, vt bene aduertit Germ. βωοτὴν in Hesiodo, non est σῖτε ζῶσαν, sed ἀροτεύσαν, ex Virgilio, qui imitando dixit, *nudus ara.* Pessime quidam σαρῶσαι: contra Virg. dixit: *Nudus ara, sere nudus, habebis frigora, febrem.* Ad hanc arantis nuditatem referunt aliqui (ait Vrs.) verba Plinij de viris illust. *Quintius Dictator dictus, ad quem missi legati nudum eum arantem trans Tyberim offenderunt.* Ad sententiam istam, qua docemur, non cruda hyeme arandum, refer versus eiusdem Vatis:

Arationis tempus.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere. Cuius sententiæ ibidem rationem præbet.

15. MVTVA CONVIVIA.] Respicit procul dubio Poeta ad conuiuia quædam alternantia, quæ priscis vsitatissima, ideo *mutua*. Antiqui dicebant *mutitare*. Agel. lib. 2. c. 24. *Legi nuper in Capitonis Atei collectaneis Senatus decretum vetus C. Fannio, & M. Valerio Messala Coss. factum, in quo iubentur Principes ciuitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutuã inter sese conuiuia agitarent.* Mauult Lipsius lib. 1. Sat. cap. 19. legi in Capitone ex fide Codicum

Conuiuia mutua. Mutitare quid.

Z dominia,

NOTÆ.

1. GELIDA.] Dicturus Poeta quid faciendum nocte vel æstiua vel hyberna, vsus est epitheto, quod hybernæ conuenit ex natura hyemis, æstiuæ ex absentia Solis.

Sol nouus.

2. SOLE NOVO.] Græci ἡλίου νέου. Poeta ipse 2. Georg. *nouos Soles.* & 4. Æn. *nouo lumine.* & 3. Georg. *nouæ nouum.* Omnia ista de exortu diei. Plin. lib. 18. c. 21. *Sarculatio nouos Soles admittit.* Apul. lib. 2. *Sol nouus diem facit.* Aliter vero hic atque in 6. Eclogo: hic *Sol nouus*, est exortiens, ibi recens factus, versus est: *Vig, nouum terræ stupent lucescere Solem.*

3. EOVS.] Ad Luciferum retuli cum Seruio, qui & firmat, nam Cinna in Smyrna:

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulo vidit post Hesperus idem.

Alij per *Eoum* equum Solis intelligunt: nam Ouid. 2. Met. *Interea volucres Pyrois, Eous, & Aethon*
Solis equi, quartusque Phlegon.

4. NOCTE ARIDA PRATA TONDENTVR.] Plin. lib. 18. c. 28. loquens de pratis & fœno pratorum, ita ait: *Noctibus roscidus secari melius.*

5. TONDENTVR.] De hac imitatione, quæ ducta à Græcis, alibi.

Annum veteres diuidebant in partes duas.

6. HYBERNI.] Ex his, quæ Poeta scribit de diebus & noctibus hyemis atque æstatis, videtur secutus celebrem illam opinionem veterum, qui annum D diuidebant in hyemem & æstatem, nulla facta mentione veris atque autumni. Id facile colliges ex sapa, quam attribuit hyemi, cum ea tamen conficiatur in autumno, & ex nonnullis aliis.

Inspicare.

7. FACES INSPICAT.] De hoc præcepto Cato lib. rust. c. 37. *faculas facito.* Significationem verbi *Inspicare*, in explicatione iam attigi, & 8. Ecl. ad illud: *Mopsopa nouus incide faces.* Simplex verbum ad hastas Macedonum traduxit Gratius:

Spicare.

Quid Macedum immensos libeat si dicere contos,
Quam longa exigui spicant hastilia dentes. Quia vid. (explicatore Turn. lib. 21. c. 25.) longæ & superuacaneæ hastæ Macedonum, quas vocant Sarissas, præfixæ erant exiguo ferro, & ducto in modum spicæ.

E

8. SOLATA LABOREM.] Confert in hunc locum Vrsinus verba Aristotelis in Problem. διὰ τί οἱ πονοῦντες αἰνοῦνται: *quare canant qui laborant?* Et respondet, quod sic ἥδιον λυπῶντα ἀπονώτερα: *minus dolean.* Tale quiddam Tibul. lib. 2. Eleg. 1. *Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam*
Cantat. Alter versus, qui sequitur, similis est illi 7. Æn. *Arguto tenues percurrens pectine telas.* Et obserua, quod in Virg. est *percurrere*, in Iuuenale esse *percutere*, Sat. 9. *Et male percussas textoris pectine Galli*, videlicet, lacernas.

9. CONIVX.] Possis in hunc locum conferre,

VVA. BHSC. BU 00239

dominia, quam *conuiuia*. Hæreo. Nam qui, aut vbi A istí Codices? Scio præbitorem conuiuij dici *dominum*, & inuitationes ipsas *dominia*, ex Lucilio, Cicerone, aliis: sed in Capitone tamen lego *conuiuia*, quia ita receptum in codicibus Agellij correctissimis: quin Pind. od. 1. ἀμειλιχία δοῖσι δαῖτα παρέχῃ, loquens de Tantalo: *Præbet Dijs mutua conuiuia*. quia Oppian. 3. Hal. ἀμειλίκτοις ἑστιάσει, & 4. ἀμειλιχίαι φιλότητι. & 4. Cyn. ἀμειλιχίοισι κυπέλλοις: *mutuis pateris, inuitatione, poculis*. Hi omnes, vt vides, hanc vicissitudinem mensarum explicant per conuiuia, & pocula, nó per signatam illam vocem dominiorum. Quia demum ita Virgilius dixit: & cur non ex imitatione Capitonis? Hoc adeo efficax est, vt si in Capitone legeretur *dominia*, corrigendum esset *conuiuia*, ex Virgilio imitante. Attigit hæc conuiuia Dio Chrys. orat. 41. συμπόσια δὲ, καὶ ἑστιάσεις ἀνδρῶν. *Conuiuia agitata, vbique inuicem susceptitia*: & latissime B Plato 1. Legum: mox hoc in eo libro præcipuum argumentum. Hæc Romanis in vsu plurimo, Ouid. enim 4. Fast.

Cur vicibus factis iuncta conuiuia, quæro,
Tunc magis indictas concelebrant que dapes.

16. CVRANT.] Ex Græcis, qui χρεπτῶ transferunt ad conuiuia, quo vsus Aristephanes apud Athen. lib. 3. c. 10. ex diuisione Natalis: & cap. 15. loquens de pistoribus & cauponibus πομάτων ἐπιμελητὰς, *curatores corporum*.

17. GENIALIS.] A Genio voluptatis Deo natum, vt *genialis* applicetur rebus, in quibus inest voluptas. Tib. lib. 1. El. 7. perquam hilariter:

Hinc adeo, & centum ludos, Genióque choreis
Concelebra, & multo tempore funde merum.

18. CVRAS RESOLVIT.] Catul. in Epig. *O quid solutis est beatius curis?* Mart. lib. 10. *Non nox ebria, sed soluta curis*. Sappho in Asmate ad Venerem: C

Ελθ' ὠι, κἠ νῦν, χαλεπᾶν ὔ λῦσον
Ἐκ μεριμνᾶν: *Veni mihi ô nunc Venus, & grauibus solue curis*. Achil. Statius in Catul.

Dominia in conuiuiis.

19. CEV PRESSÆ.] Tibul. *Presserat externa nauita merce ratem*. Ex qua imitatione recte colligit Germ. in Virg. *carinas*, esse, *oneratas mercibus*. Illud, *portum tetigere carinæ*, ita adumbrat Propert. lib. 3. *Ecce coronatæ portum tetigere carinæ*. Et Val. Flacc. 1. Arg. *Visa coronata fulgens tutela carinæ*.

Presſæ naues pro oneratę.

20. PVPPIBVS.] Hic versus repetitur 4 Æn.

21. CORONAS.] De more, quo naues coronantur, alibi loquor.

22. CRVENTA MYRTA. Vult Germ. ductũ hoc ex Nic. ϑηρ. vbi αἱδὰ μύρτα. Par metaphora in illo Prophetæ, *vuæ sanguinę*. Frequentissimæ sunt in Nõno voces istæ ad vinum, ποφυρέης, φοινίσσων, & similes.

23. GRVIBVS.] Inter hominis rustici voluptates Horat. quoque od. 2. Ep.

Panisque lenem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.

24. RETIA PONERE CERVIS.] Venatio cernorum vt plurimum cum retibus. Poeta ipse in 5. Ecl. Cetui red. buscapiũtur.

——nec retia cernis
Vlla diu, fruſtra meditantur.

& 3. Georg. *Ingenti clamore premes ad retia ceruos*. Iul. Pollux. lib. 5. Onomast. de ceruis: ἀλλοιοῦνται δὲ κἀνίοις: *capiuntur retibus*: & Xenoph. 1. de Cyri institutione, eos ait capi ἀμπδόνεσι. *laqueis, funibus*. Phrasin arripuit Ouid. 5. Met. *posuit casses*.

25. AVRITOS LEPORES.] Macrob. lib. 6. c. 5. Leporis etymon. *Auritos lepores non Maro primus usurpat, sed Afranium sequitur: qui in Prologo ex persona Priapi ait. Nam quod vulgo prædicant, Aurito me parente natum, non ita est*. Obseruat Germanus à Græco Poeta in Epigr. leporem dici, ϑῆρα κατ' ἐξοχήν: *feram auritam*. Huc spectat etymon. Volunt enim Grammatici λαγωὸν dici ab ὦς, *auris*, & λὲ particula intensiua.

26. BALEARIS VERBERE FVNDÆ.] Baleares Insulæ circa Hispaniam sunt, quas Plin. miro elogio lib. 3. c. 5. appellat *funda bellicosas*: & Liu. lib. 28. *Nec quisquam alterius gentis vnus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baleares excellunt*. Elogium hoc Liuij pene incredibile est. De his loqui in tanta luce & Poetarum & Scriptorum superuacaneum est. Tantum de nomine. Habuerunt illud, vt credi potest, à iactu fundarum, cui tantopere dediti, videlicet ἀπὸ τῦ βάλλειν. Ad etymon signate Ouid. 2. Met. *-Balearica plumbum Funda iacit*. Ad Virgilij modulũ Lucan. lib. 1. *Impiger & torto Balearis verbere fundæ*. Virg. supra: *-latum funda iam verberat amnem*. Baleatium etymon.

a Quid tempestates Autumni, & sidera dicam?
Atque vbi iam breuiórque dies, & mollior æstas
Quæ vigilanda viris? vel cùm ruit imbriferum ver:
Spicea iam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
b Sæpe ego, cùm flauis in messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prœlia vidi:
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems culmúmque leuem, stipulásque volantes.
Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boúmque labores
Diluit: implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum sonitu: feruétque fretis spirantibus æquor:
c Ipse Pater media nimborum in nocte coruscа
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu

Terra

UVA. BHSC. BU 00239

Terra tremit: fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor: ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deiicit: ingeminant Austri, & densissimus imber:
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.

ARGVMENTVM.

Accidit tempestas initio autumni, exitu veris: describitur prima ab segetibus erutis a radice, expulsisque in altum. altera ab euersis satis. Excurritur in fine ad tremores terrarum, ferarum fugas, pauores hominum.

A nia: Austri interim, atque imber sese ingeminant, iam nemora, iam littora plangunt ventoque insonant. *Nox media* non tam signat noctem ipsam, quam tempestatem atram instar noctis mediæ.

EXPLICATIO.

a QVINTÆ partis, quæ tota est de Astrologia, annectit tempestatem, quæ duobus præcipue temporibus anni contingit: primum est initio Autumni, & fine Æstatis: alterum fine Veris, initio Æstatis. Itaque confinia ipsa temporum exponit tempestatibus. Nam hyems & æstas torrida non ita obnoxia huic malo propter summum frigus, summum calorem. Hanc itaque sententiam ita elucidat, vt tempestates & sidera autumni incipientis significet notis duabus, videlicet per dies breuiores, qui sunt post æquinoctium: & per æstatem iam mollescentem & labentem: Illud vigilanda est. Quid dicam, quæ prouidenda & laboranda sunt viris agricolis? Pergo. Ver ruens, id est, desinens, significat duabus aliis notis, videlicet per spicas horrentes, & per frumentum lactescens, cum turgere incipit in viridi adhuc & tenera stipula. Vt cognoscatur illud de spieis horrentibus necessario adeundæ Notæ. Ergo ait, vt tyro capiat. Quid dicam tempestates Autumni incipientis, quid veris desinentis? Accidunt illæ diebus breuioribus, & lapsa æstate: accidunt istæ spicis horrentibus, frumento lactescente.

b Insumit primo versus sex in explicanda prima illa tempestate, quam attigit de initio autumni, & fine æstatis: sed ita tamen, vt præcipue dicat, quæ pertinent ad æstatem: deinde sex alios in ea, quæ accidit desinente vere. De priore ait; tam deformem sæpe contingere tempestatem messis tempore, vt venti omnes secum prælientur: atque ita miserandum in modum præueniatur labor messorum: nam, non exspectata falce, venti eruunt segetem ab radicibus, expellúntque & auehunt in omnem partem. *Arua flaua*, sunt matura. *Stringere*, est, secare. *Sublime expulsam eruerent*, phrasis Poetica, id est, eruerent, & erutam expellerent in sublime. *Hiems* est tempestas. De posteriore ait, agmine aquatum ruente è cœlo, collectisque nubibus ex eodem cœlo alto (non hic placet Seruio qui per *alium* capit partem Aquilonarem) demum ruente ipsomet æthere dilui delerique sata (hæc vox aperte signat ver) & labores boum, impleri fossas, crescere flumina, & præcipitari cum ingenti sonitu, æquor feruescere atque æstuare irrumpentibus eo fluminibus. *Glomerant tempestatem* est, accumulant, & faciunt crescere, *freta spirantia* sunt, agitata, commota, feruentia, & veluti anhelantia.

c Restant versus, quibus Poeta à calamitate segetum, & satorum dilabitur ad explicandos terrores, quos tonante Ioue, & mittente fulmina, patiuntur terræ, feræ, homines: nam illa tremit, illæ fugiũt, isti pauent. Ille vero interim vere pater, vere pius contentus his terrotibus, exercet iras suas in mõtes: nam percutit fulminibus Atho, Rhodopen, Ceraunia, Haemum, Pindum, Olympum, Oetam, Taygetum, Cyllenen, Erymanthum, Cithæronem, Ismarum, Rhipæos, Hercynium, Alpes, Apenninum, Pyrenæum, Alpes, Appenninum, Pyrenæum, Caucasum, Alpes, Appenninum, Pyrenæum, Caucasum, Alpes, Appenninum, Pyrenæum, Caucas

iungat. Itaque non solum agri dicentur horrere, cum segetes armatæ sunt aristis iam siccis, & adultis, veluti hastilibus: sed adhuc, cum seges ipsa terrena est, & crescit. Facit huc etiam locus Nonni lib. 7. Dionys. vbi ait: τερένιον σθένος ἥβης: tenerum robur iuuentæ.

Ictus Eruca sphagnos

iuuentæ. Vbi signans iuuenilem ætatem per spicam, incommodè accipi potest de spicarum grandiore & adulta. Et lib. 17. dixit, ἀνυφάντῳ τε νέῳν ἥβης, signans per spicam ætatem adhuc liberam coniugio. Facit etiam etymon Varronis, quod amplectitur Fungerus. Nam si Varroni spica ducitur ab spe, incongrue adulta capietur. Explicationem, quam ego adhibui, sequitur vir quidam doctus, atque etiam noster Pontanus. Mitto eam esse Seruij. Itaque in hoc loco Virg. proculdubio non signatur per *horrentem messem* adulta ætas: etiàm aliis hæc locutio sit in vsu. Mitto Titij explicationem oppugnari à Villiomaro. Neque verò Horatij locus pro Titio est. nam in illo agri hispidi sunt, horridi & deformes hyeme.

4. FRVMENTA LACTENTIA.] Ouid. 1. Fast. *Nam fata vetat nouo teneris lactentia succis.* Notat Seru. fuisse veteribus Deum lactantem, qui se infunderet teneris segetibus, & eas faceret lactescere.

5. VENTORVM PRÆLIA.] Ita Horat. odyss. 9. lib. 1. de ventis *depraliantes*. De iisdem Ouid. 14. Met. *Et eunt in prælia fratres*. Non abeunt à prælio *certamen*, & *lucta*. Horat. od. 3. lib. 1. *Afficum decertantem aquilonibus*. Et Virgil. 1. Æn. *luctantes ventos*. Est hæc nota in Sym. Pont. Contra Luer. lib. 5. dixit, *ventorum paces*.

6. QVÆ GRAVIDAM. LATE.] Putant nonnulli, quæ hic Virgil. dixit de segete eruta à magno turbine, expulsa, volante sumta à Lucret. qui eadem de Syluis dixit, & arboribus lib. 1.

Interdum rapida per currens turbine campos,
Arboribus magnis sternit, montesque superes
Syluifragis vexat flabris.

Erutam terram ab imo vi tempestatis descripsit Æschyl. in Prometh.

— αἰθὴρ
Δ' ἐρικύδεα βροντῆ, σφακέλῳ τ' ἀνέμων
Τ' ἀθέσφατα φύσεων, ῥόθια δ' ἐς πυθμένα γαίας
Αὐτοπόρῳ ῥίζῃσι συνάμα κεραύνιον
— æther
Concutiatur tonitru, & turbine
Furibundorum ventorum, aurram autem ex fundo
Cum radicibus labefactet ventus.

Et Calab. lib. 9. loquens enim de segetibus,

— ἀνέλυσεν χειμὼ & αἶνα
Ὄμβρῳ & ἀθρόα ἀερδεὶς ἀμφὶς magnis procellis excussus imber diluit. Sententiam heus tu, & lib. 14 ita pulcerrime:

εἰς δ' ὅτε λίθον ἐπέσσυται κελαίζα,
Τοῖσιν ἀκαλλείῃσι χαράσσεται ἀπὸ πάντα ἀμέρσα
Ῥίπτῃ ἀναρμόζῃ, τελέμνι δ' ἐξ ἀλὸς ἔκτε
Μαίῃσιν κυμαίνῃ καὶ ἄλλο ἀλυκρίνοιο
Ἀδηκέσιν:
Vt quando maturas segetes impluens grando
Minutim dissecat, ac spicas omnes excutit
Magno impetu, calamus autem humi funditur
Inanis, fructu miseris modis redacto ad nihilum.

De segetibus quoque 5. Il. Hom. in tempestate, ἔργα καλλιέων: *diruebant opera*. Similia Hes. lib. 2. ἔργ.

Πολλὰς δ' ὀρὺς ἀνέμοιο, σὺν δ' ὄμβρος τε πελάσσας
Οὔρεσι ἐν βήσσῃς πολλὰς:
Multas vero quercus altricomas, abietesq; denſas
Montis in vallibus deiicit.

Similia Homer. 11. Il. de torrente. πολλὰς δ' ἄζαλέας, πολλὰς δ' τε πίδακας ἰσοφόρεας: *Multas vero quercus aridas, multasq; pinus trahit.* Quæ vero existimo, Poetam in hac tempestate, quæ eo destinatur, vt ostendat, agricolas his malis expolitos, hæsisse sententiæ Xenophon. in Oeconomico ita scribentis: ἀλλὰ παῦτα μὲν ἴσως, ὦ σώκρατες καλοὺς ἀγῶνας δοκεῖς ἀγωνίζεσθαι τοὺς γεωργούς τε καὶ ἐσθ' ὅτῳ ἀδύνατα προσῆκον. ἀλλ' ὅμως ἐξαίσιοί τε πάντως εἰσὶ καὶ ἀνάγκαις ἐρίζειν ἀνάγκην ἔχοντες, καὶ ἐργάζονται καὶ σπείρουσι καὶ φυτεύουσι καὶ βόσκουσι καὶ ἀπὸ τούτων ἔστιν οἷς καὶ πλουτεῖν ἔξεστιν καὶ ἄλλοις δὲ μηδὲν ὑπάρχειν: *Hæc quidem omnia probe, ô Socrates. Sed circa agricolturam haud facile cuncta cauere est. Nam grandines, glacies, squalor, imbres intempestiui, rubigo, & alia complura sæpe eueniunt, quibus euertuntur, quæ summe sunt elaborata, & facta.* Sunt qui ament hanc locorum similitudinem, & imitationes; ideo à me inferuntur.

7. FOEDAM GLOMERANT TEMPESTATEM.] In describenda tempestate fœda magna erat seges imitationis in Poetis Græcis, & Latinis. Scriptores quoque passim exsultant hoc dicendi genere, & quoties incidit hæc occasio, magnifice attolluntur. Vide duas in Liuio descriptiones, alteram lib. 21. alteram 40 circa finem. Et Cæcilij apud Minutium pulcerrimam. Præterea Sulpicium lib. 2. sactæ historiæ, & Valerium Maxim. cap. 8. lib. 1. Nolui hunc Poetas iudicare.

8. COLLECTÆ.] Vult Gisan. expressum hic locum Lucret. lib. 1.

Atque ita diffugient, vt tempestate coacta
Fulmina dissugere, atque imbres ventosque videmus.

Nam collectio Virgilij, & coactio Lucretij eodem pertinent. Verum est in Lucretio alios legere *tempestate cocta*. Adiungo alterum Lucretij locum è lib. 6.

Cum subito valdi venti collecta procella
Nubibus intorsit sese. & post pauca.
— *Mugis ac magis vndique nubem*
Cogit.

Cæcilius apud Minutium de nebulis, *densatis coactisque*. Fracast. 1. Syphil. — *quippe omni ate*
Cogentur scatta in nubes, cælum imbribus omne
Soluetur.

Cyprian. de spectac. ita variat: *imbres contractis nubibus* acrem *profundentem*.

9. RVIT ARDVVS ÆTHER.] Liuius lib. 40. in deformi tempestate: *cœlumque in se ruere aiebant.* Val. 1. Argon. — *vasto pariter ruit igneus æther Cum tonitru.* Phil. lib. 2. de vita Moysis κεραυνοὶ ἐφύοντες ἐξ ἀεροπλανείας ἀ οὐρανοῦ πλήκτρα: Mart. libr. 3. epigr. vlt. *Imbribus immodicis cælum nam forte ruebat.*

10. BOVMQVE LABORES DILVIT.] Hanc euersionem, & hac signata locutione alij attigerũt. Apoll. 4. Arg. loquens de imbre. — ὅτε βοῶν κρὶ γεωρὰ ἔκλυον ἐργατέωντα magnos boum labores. Et alter Apollonius Latinus 2. Excid. Hierosol. de undante amne: *agricolum perditque labores.* Hesiod. 1. ἔργ. ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων πολυκάρπων: *Perirent boum labores, multorumque laboriosum.* Homer. tempestatem describens Il. 16. ad homines transtulit: μαίνετο δ' ἔργ' ἀδρώτων: *minuuntur opera virorum.* Pariter enim & homines, & boues laborant in colenda terra. Ad eandem stragem pertinet illud, quod infra habes de Eridano: *Cum flabilis armenta tulit.* Cum vero notet Virgilius confusionem sulcorum, adeo vt nulla præteriti laboris figura permaneat, ad eius sententiam pertinet versus eiusdem Homeri. πολλὰ δ' κλίδι πατ' ἀπροφύγῳ κεχάδηκε: *Multas autem convalles abscindunt torrentes.* Hanc sulcorum confusionem exprimit Herod. lib. 7. verbo ζυγίνει.

11. IMPLENTVR FOSSÆ.] Homer dicto loco. — πάντες μὲν πλατιαὶ πλήθουσι ῥέουσαι.

12. CAVA FLVMINA.] Catul. *cauum paludem* dixit.

VVA. BHSC. BU 00239

dixit. Ouid. in Ibin. *cauam vndam.*

13. FERVETQVE FRETIS SPIRANTIBVS ÆQVOR.] Homerus, & Æschylus in suis tempestatibus post euersa alia, & diruta extremo fere loco ad mare decurrunt. Prior lib. 16. Il.

Ἐκ δ' ἄλα πορφυρέῳ μεγάλα σεύάχησι ῥέουσαι
Ἐξ ὀρέων ὑπὸ νιφετῷ πεπεδημέναι χειμῶνος

Strepunt in purpureum mare torrentes cum fluunt
Ex montibus in præceps.

Posterior in Prom. κῦμα δ' ὄντε τεχῆσι ῥοθίῳ συνάγει: *fluctum vero maris horrendo impetu : Obruet.*

Freti etymō. Poeta in his *feruéq; fretis*, attingit etymon fretorum, quæ dicta à feruendo.

14. NIMBORVM IN NOCTE.] Ex imitatione Lucret. lib. 4.

Vsque adeò tetra nimborum nocte coorta.

15. CORVSCA.] id est, fulmina. Sic malui cum Seruio. Alij coniungunt cum dextra, nam Horat. od. 2. lib. de Ioue.

——rubente
Dextera sacras iaculatas arces
Terruit vrbem.

Pro Seruio est Statius, qui 1. Theb. *seruire corusco fulmine.* Horatius od. 3. 4. libr. 1. *igni corusco nubila dividens.* Arnobius lib. 1. loquens de Ioue: *vibrare coruscos ignes, & seuire fulminibus fuetus.* Actius in Trachiniis:

——Tuque cœlestum sator
Iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.

Æschyl. qui in Prom.

——ἑλικες γ' ἐλελιζετων
σεροπῆς ζάμπυρον:
Glomerationes emicant
Ignea coruscationis.

Demum, qui non dederunt fulminibus coruscationes, fulgores, splendores? His tot exemplis nolui discedere à Seruio.

Fulmen in dextra Iouis. 16. DEXTRA.] Statuæ Iouis in dextra manu gestabant fulmen, aut iaculum. Pausan. lib. 5. Statuam Iouis inducit cum fulmine in manu dextra. Vnde cum duobus aliis locis eiusdem libri ait nulla distinctione, haberi à Ioue manu altera fulmen, altera aquilam: ex primo loco intelligendus est de fulmine in dextra, de aquila in sinistra. Cui coniecturæ (credo) Interpres hæsit in versione. De dextra capiendus Tertul. aduers. Gent. *Et ipsum Iouem, quæ in manu eius imponitis fulmina, timuisse.* Atque etiam Calab. lib. 1. qui de fulmine à Ioue misso——*ὃ δ' ἀχημάτισ ἀπὸ χειρὸς ἑαυτου: quod à manu valida fertur cum impetu.* Nam Arnob. libr. 6. *Ricciniatus Iupiter, atque barbarus, dextra fumidem fustinens perdolatum in fulminis morem.* Et quidem in dextra semper est nota maiestatis. Statius 1. Sylu. *Dextra vetat pugnas.* Pers. Satyr. 4.

Fert animus calide feciſſe silentia turbæ
Maiestate manus.

17. TERRA TREMIT.] Æschyl. in Prometh.

——βοὴν σταδαῖον πτυ,
Βρυγία δ' ἠχὼ πυεμενῆ τιτ
Βροντης:
Concussa est stellus
Fremens Echo roboat
Tonitru. Hæc nota tempestatis etiam est in Silio, nam lib. 5.

Fulmine nunc Alpes, nunc mista Ceraunia cœlo
Intremuere simul tellus, & Pontus, & æther.
Ipsaq; commoto quatiuntur Tartara mundo.

18. FVGERE FERÆ.] Hoc quoque in tempestate signat Hesiod. lib. 2. ἐργ. ᾗ τότε δ' κεφοὶ, ᾗ νύκτες ὀλίκοιτο ——*Φεύγουσι: Bestiæ, quæ in syluis degunt cor-*

A nubi atque incursum fugiunt. & prius dixerat: *δῆρες δ' φρίσσουσ': horrent feræ.*

19. MORTALIA CORDA STRAVIT PAVOR.] De nota pauoris mortalium in tempestate, Valer. lib. 4. Argon.

Sic vbi multifidis rupit è nubibus horror
Effigiē, & tenebras nimbosq; intermicat ignis,
Terrificq; ruunt tonitrus; cisaque nocte m
Lux diremit, pauor ora virum, pauor occupat aures.

Nollet meliùs ad eos confugit. Sil. lib. 17.

Vt cum fulminibus permista tonitrua mundum
Terrificant, summique labat domus alta parentis,
Omne hominem terris trepidat genus, &c.

Hom. 7. Il. cum præmittat de Ioue, *σμερδαλέα κτυπάων, terribiliter tonans*, subiungit. *τὰς δ' ἑλωρὰ δ' ἐφέστ: illos autem pallidus timor cepit.* Lucan. libr. 1. de Fulmine:

Emicuit rupitq; diem populosq; pauentes
Terruit, obliqua perstringens lumina flamma.

Sed tremorem istum egregie expressit Calab. lib. 1. assumto Marte, quem Iupiter fulminibus terruit. Omitto versus, qui multi.

20. FLAGRANTI TELO.] Homer. Odyss. 23. Flagrans telum pro fulmine. *——πὰσθον ἐλαὰ ἑλοῖσενη κεραυνὸν Διὸς: percussit Iupiter velocem nauem flagranti fulmine* Hesiod. in Scut. *--διὸς ἑλοῖσενη κεραυνὸν: Iouis flagranti fulmine.* Varro Atacin. ex Nota Vrsini. *Cum te flagranti deiectum fulmine Phaeton.* Sed & *telum* pro fulmine, obuium Pindar. od. 10. Nem. *διὸς ζέλεν: Iouis telis.* Est vero in vate periphrastica descriptio fulminis. Nam fulmē igneum est, atque vrens, ideo flagranti. Flagro enim ducitur *ἀπὸ τῦ φλέγω: ὡτο.* Inde flagrum, & flagellum, quod ictu vrant. Horatius lib. 1. Epist. ad Quintium *loris* Flagrovnde. Flagelli etymon. *uri* dixit: nam quod illi imponitur à viro docto in Coniectan. *vrere flagris*, non dixit.

21. ATHO.] Sic legendum ex consensu plurimorum, non *Athon* ex paucorum. Nam quamuis accusatiuus ex lege Græca sit *τ' ἄθων*, notauit tamen Gaza vsu iam receptum *τ' ἄθω*. Potuit elicere ex Strabone, qui lib. 10. *σκιάκιστ τὰς ἀεὶ παλλήνης, ᾗ τ' ἄθω πάκεσ: circum Pallenen, & Atho vrbem ædificauit.* Et ex Isocrate, & Æschyne, quos Germ. adducit, vterque enim *τ' ἄθ διορύξας: perfosso Atho.* Sed præstertim, cum Poeta versum Theocriti reddiderit, non dubium quin in eo legendum sit, *Atho.* Versus est, *ἢ ἄθω, ἢ ῥοῖσθαι, ἢ καύκασον ἐχατέντα: Aut Atho, aut Rhodopen, aut Caucasum extremum.* Mensura carminis in Theocrito, & Virgilio defenditur ab sequenti vocali. Non dubium tamen, quin in Græcis interdum reperiatur *ἄθων*. Herodotus libr. 6. *τ' ἄθων περίβαλον: Circumvertit Athon.* Plinius quoque dixit libr. 4. cap. 10. *Montem Athon Xerxes Rex Persarum continenti abscidit.* Non dicturus vir Græcæ Linguæ peritissimus, nisi exempla inuenisset. Cic. 3. de Rep. Athonē dixit, citat Prisc. lib. 6. Atho accusatiuus.

22. ALTA CERAVNIA.] Dissoluit Poeta Græcorum vocem, qui *ἀκροκεραύνια*. Ita ex Nota Germ. Theoc. *ἀκρα. ὄρη: pro ἀκρόορα.* Dicti sunt hi montes, quod fulminibus expositi. Pari compositione Herodot. lib. 7. *ἀκρόθουον.* Acroceraunia.

23. NVNC NEMORA.] Hes. 2 *ἔργ. μέμυκε δ' ἅλα, ᾗ ὕλη: tellus, & sylua immugit*, iterum: *——ᾗ πᾶσα βοᾷ τότε νήεσσ' & ὑλη: & tunc omnis reboat ingens sylua.* Seneca in Troad.

Mouere syluæ capita, & excelsum nemus
Fragore vasto tonuit.

24. LITTORA PLANGVNT.] Soph. in Antig. *κόνῳ δρόμασι τ' ἀπὸ πλάγας δίκτυ: Tristi cum gemitu littora personant.* Verbum *plango* in re simili sæpe Lucretius infert.

UVA. BHSC. BU 00239

335 [a] Hoc metuens, cœli menſes, & ſidera ſerua:
Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet:
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.
[b] Inprimis venerare Deos, atque annua Magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
340 Extremæ ſub caſum hyemis iam vere ſereno.
[c] Tunc agni pingues, & tunc molliſſima vina:
Tunc ſomni dulces, denſæque in montibus vmbræ,
[d] Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret,
Cui tu lacte fauos, & mitti dilue Baccho,
345 [e] Tèrque nouas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam chorus, & ſocij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: [f] neque ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
350 Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

A id eſt, orent vt ſaluā meſſis in horrea, & domum perducatur.

f Repetit quæ initio dixerat de tempore verno, quo peragenda hæc ſacra, ſed alio verborum flexu, nimirum ante æſtatem, ante meſſem. Ac tum (inquit) omnis ruſticus coronetur quercu, det motus incompoſitos præ ebrietate, dicat carmina in honorem Cereris.

ARGVMENTVM.

Duplex cautio ad euitandas tempeſtates, altera cognitio cœli, & ſiderum, altera religio erga Deos, præſertim Cererem, cuius ſacra deſcribuntur.

EXPLICATIO.

[a] POST deſcriptas tempeſtates duplicem adhibet cautionem, vnam Aſtrologiæ, alteram religionis: vt & cognitione rerum cœleſtium, & pietate erga Deos obuiam eatur importuniſſimis ventis, fulminibus, imbribus. In re prima verſus paucos inſumit, in altera reliquos. Ergo ait, cauendum (nam hic *metuens* eſt, cauens) eſſe diligenti agricolæ à malo tempeſtatis; obſeruatis cœli menſibus, (ſignat duodecim ſigna Zodiaci) ac ſideribus; obſeruato ſigno illo, ad quod ſeſe Saturnus frigidus, id eſt, nocēs, bis recipit; obſeruatis orbibus, per quos errat Mercurius.

[b] Pergit ad religionem. Primum ait, vt in communi Dii omnes colantur; deinde, vt peculiariter Ceres Magna, cui ſacra quotannis fiant: ideo *refer* quia quotannis iteranda; tertio ſignat, & quo loco, & quo anni tempore; locus, ſint herbæ, tempus, ad finem hyemis, cum iam ſerenum ver.

[c] Reddit rationem, cur illud tempus, cur ille locus apta ſint. Tempus, quia initio veris agni ſunt pingues, vina iam mollia ex longitudine præteriti hyemis: locus, quia in herbis ſomnij ſunt dulces, vmbræ denſæ in montibus ex arboribus tunc veſtitis. Loquitur quippe Virg. de his ſacris, non quæ tota abſumebantur, ſed quæ cedebant etiam in partem operantium, ita vt ex ſacris epularentur: ideo locum deſcribit ad celebranda conuiuia, ad ſomnos, qui ſequuntur poſt epulas.

[d] Deſcribit iam apparatum horum ſacrorum. Congregetur à Principe agricola iuuentus omnis ruſtica, quæ adoret Cererem. Ipſe quoque interim paret ſacrum offerendum, videlicet mel, lac, vinum, diluta omnia (innuit mulſum.)

[e] Poſt congregatam turbam, poſt paratum ſacrum ſequitur pōpa. Eat ter hoſtia circum fruges, (ſignificat ſacrum Ambar-vale,) & ſocij omnes ouantes, vocent Cererem clamore magno in tecta,

NOTÆ.

1. SIDERA SERVA.] Menand. *περὶ ἡλίου, πῶς ἀ-ἄστρα: Seruo Solem, aſtra.* Germ. Saturni ſtella frigida.

2. FRIGIDA SATVRNI.] Obſeruat Vrſ. ſententiam hanc ſumtam à Democrito, auctore Plin. lib. 18. Circa attributum quadrant in hunc locum verſus Lucani lib. 1. —*Summo ſi frigida cœlo Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes.* & lib. 10. *Frigida Saturno glacies.* Ante omnes Cicer. 2. Nat. *Quarum* (ſtellarum errantium) *tantus eſt concentus ex diſſimilimis motibus, vt cum ſumma Saturni refrigeret, media Martis incendat, his interiecta Iouis illuſtret, & temperet.* Plin. lib. 2. cap. 8. *Saturni ſidus gelidæ ac rigentis naturæ.* Ptolemæus ait, huius Planetæ dominante ſtella, cauſſam corruptionis fieri χρ' ὑγρὸν. B

3. RECEPTET.] Virgilij peritiam laudat hîc Seru. & Galeot. Mart. cap. 30. Promiſ. Doct. qui aiūt, vſum Poetam verbo frequentatiuo ad ſignandam naturam Saturni, qui bis recurrit redituque ad ſignum, in quo eſt. Aſtrologi retrogradationem vocant, ſeu ſignum retrogradum. Plin. lib. 18. c. 25. hanc naturam Saturni *tranſitum* vocat: *Virgilius errantium quoque ſiderum rationem ediſcendam præcipit, admonens obſeruandum frigidæ Saturni ſtellæ tranſitum.* Alij *tergiuerſationes, & varietates.* Recepto de ſignis retrogradis. Tranſitus in ſermone eorum ſit.

4. IGNIS CYLLENIVS.] Natus Mercurius in Cyllene monte Arcadiæ, vnde ipſe Cyllenius. Stilbon Mercurij ſtella à ſplendore nominata eſt, vt Auctor lib. de Mundo, M. Cicer. Martian. Apul. aliique aſſerunt. Lege Gyr. 9. Syntag. Huc certe alluſit Virgilius. Crediderim in Philone libr. de Herede Diuinorum vniuerſum eſſe ordinem: nam Planetas numerans, non his nominibus, quibus ſolet vulgus, ita ſubtexit, φαέθοντα, φαεθοντα, πυρόεντα, ἥλιον στίλβοντα, φωσφόρον, στίλβωνα: *Phaenontem, Phaetontem, Pyroentem, Solem, Stilbontem, Lucíferum, Lunam.* Quo argumento C Stilbon.

poſſet

VVA. BHSC. BU 00239

posset quispiam dicere, σιλφιον non respõdere Mercurio, sed Veneri. Sed, vti dixi, inuersus ordo, neque enim recessit Philo à tota antiquitate, quæ σιλφιον facit Mercurium. Cum præsertim ipse περὶ θεῶν λογίων aperte dicat, appellatos à veteribus ἑωσφόρον ἀφροδίτην, καὶ σιλφιον ἑρμῆν: *Venerem Plosphoron, Mercurium Silphion.* In voce *cereri*, allusum ad nomen generale παντῶν.

5. CYLLENIVS ERRET.] Hinc sua Claudian. 2. Stilicon. — *Phœbig, comes Cyllenius erret.*

6. INPRIMIS VENERARE DEO.] Putant multi sumtum hoc ex Hesiod. ἔργ. qui agricolas quoque instruens.

Εὖ δὲ σὺ δὶς τόσσον δυμήτερον ἔργα τελεῖσθαι,
Ἐκτελέα ἐρίθειν, δυμήτερ' ἐὼν ἀλλῶν:

Supplica vero Ioui terrestri, Cereriq; sanctæ,
Prouentum vt impleant, Cereris sacrum mumu.

Prætereo hic locum communem de cultu, qui ergà Deos rusticos, quem alij iam pertractarunt.

Ceres magna cur.

7. MAGNÆ CERERI.] Non vulgariter capiendum epithetum, nam cur putem alsiusmodi ad sacra Eleusinia, quæ maiora appellabantur, & erant propria Cereris, nam minora Proserpinæ erant: cum præsertim non desint, qui dicant, maiora illa celebranda ante messem. Sed hæc quæstio videnda in Delr. nostro in Hippol. Sen. Nou. Cont. Ergo Magna Ceres dicitur, cui dicata sunt sacra magna: sicuti Mater Deum, cui sacra sunt Megalesia, signate dicitur *Magna*.

Operor vox sacrorum.

8. OPERATVS.] Veteres dixerint *operantes* pro sacrificiis, *operor* pro sacrificio. Afranius Except. *soluo operam Dianæ.* Sulpitius Seuer. sumsit hoc verbum ad signandam prædicationem verbi Dei: vt quæ omnino sacra: sic enim scribit Dial. 2. *sensit hic Martinus operandum, & anniuntiante sibi spiritu totius infremuit, nec mortale sonans verbum Dei gentibus prædicabat.* Lucil. lib. 30. *Aut operatus aliquo in celebri cum equitibus sanè.* Liuius lib. 21. *subinde aliis prodigiis procurandis prope tota ciuitas operata fuit.* Tertul. Apol. *Cetera lasciuiæ genera etiam voluptatibus vestris per Deorum dedecus operantur.* Credo locutum illum cum respectu ad sacra. Addas hæc exempla infinitis aliis ex Liuio, Tacito, Horatio, Propertio, Tibullo, Obsequente, quæ alij congesserunt.

Cereales cœnæ pro magnis.

9. TVNC AGNI PINGVES.] Nam in sacris Cereris cœnæ lautissimæ fiebant. Plaut. Men. *cereales cœnas*, dicit pro magnis, & lautis, explicatore Turn. lib. 18. c. 14. Est vero versus transfatus ex Hesiodo lib. 2. ἔργ. τῷ δ' ὑπὸ πάντ' ἀΐσσει, καὶ οἶν θεὸς: *tunc pinguescit, capra, & vinum optimum.*

Plautus explicatus.

10. MOLLISSIMA VINA.] Horatius lib. 1. od. 7. *Molli Plancæ mero.* & Iuuenal. Satyr. 1. *molle Calenum.* Opponuntur his vina *dura.* Terent. Heauton. *Hoc durum est pater.* Græci quoque opponunt σκληρὸν, & μαλακὸν οἶνον. Notula hæc est in Turneb. lib. 12. cap. 8.

11. SOMNI DVLCES.] Theocr. in Cyclop.

γλυκὺς ὕπνος ἔχοι με: *Dulcis somnus habeat me.*

Pubes pro iuuenibus.

12. PVBES AGRESTIS.] Cum pubes sit signũ ætatis & ad gignendum, & ad concipiendum potentis, pro iuuentute hic sumi vult Michael. Brut. in Horat. Nam ita locuti Horat. Cicer. alij. Sed possis quoque Synecdochen agnoscere. Vide illud 1. Æn. *puppesq; tuæ, pubesque tuorum.* Credo nostro institisse Tibullum lib. 1. Eleg. 1. nam in simili sacro: *Agna cadet vobis, quam circum rustica pubes Clamet.* Cum præsertim in pompa hæc describenda lib. 2. El. 1. dixerit. *Cernite fulgentes vt eat sacer agnus ad aras, Victaq; post olea candida turba comæ.* Vbi inducit turbam eum tem post hostiam, sicuti Virg. infr. *Omnis quam chorus, & soci comitentur ouantes.*

Adoro quid proprie.

13. ADORET.] Explicabo hic vim huius verbi. Non est ex *oro*, sed ex *os, oris.* Est enim adorare in terram procidere, & illam ore, & osculo contingere. Inde Græci cum verbo προσκυνέω coniungunt illa πεσεῖν εἰς γῆν, cadere in terram. De Tigrane adorante Pompeium Dio lib. 36. ἐς τ γῆν πεσόντα, καὶ προσκυνήσαντα: *Cadentem in terram & adorantem.* Latini quoque paria, nam Liuius lib. 45. *summisit se, & osculo limen curiæ contigit.* Quibus definit adorationem. Hæc vox propria est Deorum, & illis hic honos, non mortalibus habebatur. Mortalium verbum *saluto est.* Quod discès ex historia. Nam Alexander apud Curtium lib. 8. & Iustinum lib. 12. non *saluti* se, sed *adorari* iubet.

Adoro Deorum est.

Saluto hominum.

Fauis fiunt sacra.

14. FAVOS.] Hi ad sacra pertinuerunt. Tib. lib. 1. El. 10.

Atque aliquis vobis compos liba ipse ferebat,
Pastor, comes pierum silua pauca fauum.

Siculus Flaccus in sacris Termini: *Fauos quoque, & vinum, aliaque, quibus confuetudo est Terminis sacrum fieri, in fossa adiiciebant.* Paria ferme Appian. de sacrificio Mithridatis facto Ioui Militari. Structæ enim πυραι, μέλι, καὶ γάλα, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σμύρναν, καὶ θυμιάματα πάντα ἐπιχέοντες: *mel infundunt, lac, vinum, oleum, & omnia genera odoramentorum.*

Mulsum.

15. MITI DIVE BACCHO.] Macrobius lib. 3. c. 11. Poëtam accipit de mulso, ita vt mel dilutum vino, sit periphrasis mulsi, & quia mulsum, ideo mitte. Nam Cereri vino non libabatur, iuxta illud Plauti Aulular.

Staph. *Cereri ne mi Strobile, hoc sinas fieri nuptias?*
Strob. *Quid?*
Staph. *Quia temeti nihil allatum intelligo.*
Strob. *At adferetur, &c.*

Macrob. refellitur.

Vinum in sacris Cereris.

Libabatur vero illi mulso ad diem duodecimum Calend Ianuarij. Hactenus Macrob. Sed falsus est in his, quæ asserit de sacris Cereris: nam in his vini erat vsus. Testimonia sunt clara. Cato lib. Rei Rust. cap. 134. ad finem: *Postea Cereri excita, & vinum dato.* Et initio capitis loquens de sacris, quæ fiunt ante messem, inter alia vinum numerat. Tibullus quoque lib. 2. Eleg. 1. quæ tota est de sacro Ambaruali Cereris, ita ait:

Nunc mihi fumosos veteris proferte falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado.
Vina diem celebrent, non festa luce madere
Est pudor, errantes & male ferre pedes.

Quæ extrema verba explicant illud, quod in Virgilio sequitur de moribus incompositis in his sacris, quia videlicet à vino errarent pedes. Virgilius demum ipse, *sunt & mollissima vina.* Sed quid ad Plautum? Placeat Seru. solutio, aliud esse nuptias Cereri, aliud sacrificium celebrare; in illis nefas esse vinum adhiberi, non in hoc. Errat etiam Macrob. cum ad rem suam aduocat versum è libro 4. Georg. *durum Bacchi domitura saporem.* Nam in isto loco probabilius est, non mulsi rationem doceri à Virg. Vide suo loco.

Ambaruale sacrum.

16. TERQVE NOVAS CIRCVM.] Attigit ritus sacri Ambarualis. Ducebatur ter hostia circum arua, sequebatur illam plebs rustica, ac tum canebant laudes Cereris. Quæ ea hostia, in dubio est. Aliqui agnum dicunt, aliqui vitulum, plures porcum. Sed certius est, tres simul, porcum, agnum, vitulum, videlicet Suouetaurilia, quod apertissime Cato describit lib. Rei Rust. cap. 141. Vbi late persequitur ritus lustrationis agrorum. Videndus quoque Tib. lib. 2. El. 1. Hunc morem lustrationis agrorum perseuerasse inter Gallos vsque ad annum S. Martini,

Suouetaurilia.

UVA. BHSC. BU 00239

clarum ex historia Sulpitij Seueri c. 9. *Quia esset* (inquit) *hæc Gallorum rusticis consuetudo, simulacra dæmonum candido tecta velamine, misera per agros suos circumferre dementia.*

17. Et Cererem clamore vocent in tecta.] Simili phrasi, & sententia Cōlum. lib. 10. ad finem:

Et te Mænalium, te Bacchum, teq; Lyæum,
Lenæúmque patrem canimus sub tecta vocantes.

18. Det motvs.] Lucr. lib. 1. & *quos inter sedent motus, accipiantque.*

19. Motvs incompositos.] Arnob. lib. 2. *Animarum alia lasciuiens multitudo, incompositos corporis dissolueretur in motus.* Valerius Maxim. c. 4. lib. 2. *iuuentus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus adiecit.*

[a] Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Æstúsque pluuiásque, & agentes frigora ventos,
Ipse Pater statuit, quid menstrua Luna moneret,
Quo signo caderent Austri: quid sæpe videntes
Agricolæ propius stabulis armenta tenerent.
[b] Continuo ventis surgentibus, aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumescere: & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut resonantia longe
Littora misceri: & nemorum increbrescere murmur.
Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamorémque ferunt ad littora: cúmque marinæ
In sicco ludunt fulicæ: notásque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi, noctísque per vmbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus.
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas:
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

ARGVMENTVM.

Diuiduntur tempestates in fulmina, pluuias, ventos. Eorum præscientia in Astrologiam, & Experientiam: relicta Astrologia adducuntur decem prognostica sumta ab Experientia, quibus indicium fit tempestatis ventorum in mari.

EXPLICATIO.

[a] Est iam in sexta, & extrema parte huius libri, quæ tota de prognosticis tempestatum. Præmittit vero versus prooemij loco, quorum sententia est: vt mortales possint discere certis signis æstus, pluuias, ventos (id est, tempestates fulminum, pluuiarum, ventorum; sic explicant boni Interpretes) constitutum fuisse à Ioue rerum omnium patre & curatore, vt id mortales assequerentur tum scientia Astrologiæ, tum rerum visarum experientia. Astrologiam signat per Lunam menstruam, per signum, quo Austri cadunt, id est, incumbunt. Experientiam per illa,

—quid sæpe videntes
Agricolæ propius stabulis armenta tenerent.

Fit enim, vti agricolæ ex rebus sæpe visis discant futura, & contineant armenta in ipsis stabulis propius solito, neque sinant vagari.

[b] Dixit Tempestates prædiuinandas ex Astrologia, & Experientia. Omittit nunc Astrologiam, & tantum de Experientia loquitur, quæ incurrit in oculos ipsorum agricolarum. Adhibentur itaque signa decem imminentium ventorum. Memineris enim præcessisse diuisionem fulminum, pluuiarum, ventorum. Rem vero ita disponit, vt primum loquatur de præsagiis ventorum, deinde de prognosticis pluuiarum, de fulminibus nihil peculiariter loquatur, cum vtrique tempestati misceantur. Ergo decem illa ventorum præsagia hæc sunt. Tumor maris, atque agitatio, præcipue in fretis: fragor, qui auditur è montibus, & is aridus, hoc est, asper, nimius, acutus, horrifer, & qualis fieri solet ex arboribus aridis; nam arida cum franguntur, asperius, acutius, & dirius resonant: sonitus è littoribus mistus, ac perturbatus, neque bis dicit idem, vt male ait Seruius: crebrum murmur nemorum. Hæc quatuor longiora sunt, quæ sequuntur proxime, & quibus instantibus vix sese naues in mari continent. Sunt vero illa. Frequens volatus (nam hoc est, reuolare) mergorum è mari ad littus, & cum clamore; abeunt enim à mari, & iterum redeunt, ídque frequenter, donec tandem omnino discedunt: marinę fulicæ recedentes à mari, ludentésque in sicco; fugiunt videlicet tam mergus, quam fulica à mari præsagientes turbationem: volatus ardeæ supra ipsas nubes, etiamsi altas: casus stellarum è cœlo, non verus, quod esse nequit, sed qui videtur, & apparet, ideo signate *videntur labi*, signat Poeta traiectiones quasdam, & ἀποῤῥοίας ignis, id est, defluxus, fiunt istæ, cum vehementior ventus altiora conscenderit; aitque istas stellulas relinquere post se longos tractus flammarum, id est, quasdam lucis albicantis semitas: palearum volatus, & frondium, quæ cadunt ex arboribus: denique plumarum collusio in summa aqua.

* * *

Notæ.

UVA. BHSC. BU 00239

NOTÆ.

1. ATQVE HÆC VT CERTIS POSSIMVS.] In hanc sententiam scriptum ab Arato in Phœnom.

Αὐτὰρ ὁ πάντα σημὰ ἐν κεχυμένῳ ἐσκέψεν,
Ἅστερας, ὅσσα μάλιστα τετυγμένα σημήιοντεν
Ἀνδράσιν, ἠέλιον, ὅσσ' ἔμπαλιν ἠὲ καθ' αὑτὰ φύοντας

Ipse enim signa in cœlo firmauit
Sidera dispertitus: prædixit vero ad annum
Stellas, quæ potissimum faciunda indicarent
Hominibus temporum, quo stata cuncta nascerentur,

Et ab Cicerone 2. Nat. loquente de Sole, Luna, sideribus: *Eorum enim cursus, demetiti, maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognouimus.*

2. ET AGENTES FRIGORA VENTOS.] Leui flexu Ouid. 1. Met. *Et cum fulminibus facientes frigora ventos.*

3. IPSE PATER.] Ita suprà de Ioue. *Pater ipse colendi. & ipse Pater media nimborum, &c.*

4. MENSTRVA LVNA.] Græcis Luna & μὴν, & μὶς dicitur, quod mensem significat. Catul. *Tu cursu Dea menstruo Metiens ter anni.*

Cado verbi duplex vsus.

5. CADERENT AVSTRI.] Vti apparet ex contextu Virgilij *cadere* hoc loco est, incumbere ad excitandas tempestates: dicit enim certa esse signa, quibus ciamus superuenturas tempestates. Ita Terentius Varro in Sesquiulyssi: *Aduersi venti ceciderunt, quod si pergunt diutius mare voluere, vereor, &c.* Aliter verbi huius vsum accepit Liu. lib. 25. *Cadente iam Euro, qui per dies aliquot sæuierat.* id est, cessante. Et Virg. ipse 11. Æn.

Sic omnis pelagi cecidit fragor.

Sed & Ouid. 8. Met.

—cadit Eurus, & humida surgunt
Nubila, dant placidi cursum redeuntibus Austri.

dicit enim cessasse Eurum, & successisse Austrum. Cui significationi contrarium verbum *surgo*, de quo statim, *ventis surgentibus*. Si quis mallet ex significatione Liuiana Poetam accipere, vt hic dicat, discenda esse signa, quo Austri minas ponant, nescio quam apte possit.

6. QVID SÆPE VIDENTES.] Reuocat hic Poeta suos agricolas à siderum contemplatione, & vult vt tantum videant, quæ sunt ante oculos ipsorum. Ad quam rem signatissimus est locus Plinij lib. 18. cap. 27. lectori, si non totus, at aliqua ex parte obtrudendus propter elegantiam, vbi sic naturam inducit vociferantem ad agricolam: *Cur cœlum intuearis agricola? cur sidera queras rusticè? iam te breuiore somno fessum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stellas, easque vesperi, & ab opere disiungenti ostendo: ac ne possis præterire, miraculo solicito. vides ne, vt fulgor igni similis alarum compressu tegatur, secumque lucem habeat & nocte? Dedi tibi herbas horarum indices, & vine Sole quidem oculos tuos. à terra auoces, heliotropium, ac lupinum circumaguntur cum illo. Cur etiam nunc alias ipsas, ipsumque cœlum scrutaris? & reliqua.*

Freti etymō.

7. FRETA TVMESCERE.] Alludit fortasse ad etymon freti. Var. lib. 6. Ling. Lat. *Dictum fretum similitudine feruentis aquæ: quod in freum sæpe concurrat æstus, atque efferuescat.* Allusum (inquam) nam tumor iste Virgilij à feruore est aquæ inclusæ in angustiis.

8. FRETA PONTI.] Liuius in Helen. *Ponti mare.* Lucretius *mare Ponti.* Virgilius infra *aquora Ponti.* Hieronym. Epist. 27. *crispantia maris aquora.* Sedul. 2. *vnda cærula Ponti.*

9. INCIPIVNT AGITATA TVMESCERE.] De hoc prognostico Arat. Tumor maris prognosticum.

Σῆμα δ' ὅτ' αὐξομένῃ χοὶ πόντιος ἔσσεται ὄγδη
Τηγέϊ· σῆμα δὲ καὶ τόδε νηυσὶν ἐπιπλομένοισιν

Signum venti esto mare intumescens.

Homer. Il. 4.

Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ
Οὐτέ μάλ' ὀτρύνοντι λιγὺν ἀνέμοιν καλέσσῃ πλάζ' ἐπ'

Veluti cum nigrescit pelagus magnum fluctu tacito
Præsentiens stridulorum ventorum celeres motus.

Cic. lib. 1. de Diuin.

Atque etiam ventos demonstrat sæpe futuros
Instatum mare, cum subito penitusque tumescit.

Seneca in Agamem. *Agitata ventis vnda venturi tumet.* Et statim: *In astra Pontus sollitur.* Et in Thyeste.

B *Instat nauis fera tempestas,*
Cum sine vento tranquilla tument.

De eodem prognostico capio versus Silij lib. 4.

Sic vbi prima mouent pelago certamina venti,
Inclusam rabiem, ac sparsuras astra procellas
Parturit vnda freti, fundoque emota minaces
Exspirat per saxa sonos, atque acta cauernis,
Torquet anhelantem spumanti vertice Pontum.

Et Valer. 5. Argon.

Ceu tumet, atque imo sub gurgite concipit austros
Vnda sinens. Lucan. lib. 5.

—niger inficit horror
Terga maris: longo per multa volumina tractu
Æstuat vnda minax, flatusque incerta futuri
Turbida testantur conceptos aquora ventos.

C Plin. lib. 18. cap. 35. de mari loquens: *Sæpe silentio intumescit, flatuque altius folio, iam intra se esse ventos fatetur.* Ad idem prognosticum trahit Delrius verba Silennæ lib. 3. Hist. *Subito mare subborrescere, quæque sinctus in se prouolueret.* Et Varronis in Epistol. ad Cæsarem *Interea prope ad occidentem Solem horrescit mare.* Politian. in Rust.

Nec non & nautis vsturum in carbasa nimbum
Augurat, vndisonum si fors mare sternit Ægon.

Cumulo in his prognosticis exempla multa, adiiciens illa lucro eruditorum: præterea hæc res à nemine hactenus illustrata est, vt oportuit. Neque vero parum est, ô lector, loca Auctorum tibi aperire, quæ capienda de hoc, aut illo prognostico, quæ tu si legeres, non diseriminares, sed confuse acciperes.

D 10. ARIDVS ALTIS MONTIBVS AVDIRI FRAGOR.] De hoc secundo prognostico Ara. κορυφαῖτε ἐοδήσουσι ψόφοι & ἀκοαί: *Cacumina montium sonantia.* Plin. *montium somitus.* Seneca.

—tum murmur graue
Maiora minuans collibus summis cadit.

Cic. de Diuin. inter prognostica ventorum: *Aut densus stridor cum cæso vertice montis Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.* Credo ad hoc prognosticum pertinere versus istos Lucr. lib. 1. vbi de vento ita loquitur:

Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis sternit, montesque supremos
Siluifragis vexat flabris: ita perfurit acri
Cum fremitu, saniique minaci murmure Pontus.

E Polit. loquens de prognosticis ventorum: *Tunc & tristifico reboant montana fragore.* Epithetum à Lucret. traxit lib. 6. *Aridus vnde aures terget sonus ille.* Græci Aridus sonus vocant ξηρὸν ὄγκον, & ἀζαλέαν. De quo late, & docte nus. Germ. ex Interprete Apollonij, & aliis. In Philone lib. 1. de vita Moysis legi ξηρὸν νότον: *aridum austrum*, ea videlicet parte, qua in Ægyptum flat. In Homer. 13. Il. καφαλέον δ' οἱ ἄμπνευσε διαπρήσσοντα & αὖτις ἐγγυαλίξαι: *illi clypeus resonuit aridum superuolante hasta.* Iterum αὖον ἀύσας: *aridum sonuit.* Addi ista possunt locis à viro docto indicatis.

11. RESO

Littoris sonantis prognosticon.

11. RESONANTIA LONGE LITTORA.] Tertium. De hoc Aratus.

—ἠμὲν καὶ κεν᾽ αἰγιαλοὶ βοόωντες,
Ἀκταὶ εἰνάλιοι:
Et longè margines insonantes,
Littoraq; marina.

De eodem indicio Plin. ait futuram tempestatem, *si littora ripæq; resonabunt.* Huc videtur spectare indicium Lucani:

—*Si murmura Ponti*
Consulimus, venient Cori in mare.

Seneca: *Tractûq; longo littus, ac petræ gemant.* Ponit hæc inter indicia tempestatis. Nec alia videtur esse mens Apul. lib. de mundo: *Non secus ac si commotum ventis mare cum ingenti fragore undas littoribus illidat.* Neque Ætij in Phœnis. *Ac ubi curuo litore latrans unda sub undas labunda sonit:* Nec Cic. 1. de Diuin. qui inter indicia ventorum:

Saxaque cana salis niueo spumata liquore
Tristificas certant Neptuno reddere voces.

Quos versus ad nullum aliud indicium, nisi ad hoc referes. Puto etiam ad hoc prognosticum pertinere illa verba Arist. 2. Meteor. cap. 8. qui loquens de tremoribus terræ, atque indiciis illorum, exemplum à mari aduocans, ait: τὸ δ᾽ ὅμοιον ζυμβαίνῃ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ὅτε τὰς αἰγιαλὰς, ὅταν μὴ τὸ κυμαίνεσθαι ἐκβαλῃ σφόδρα τάχεως, ἢ σκολιαὶ γίνονται αἱ ἐπιγιγνόμεναι: *Simile quiddã accidit in marmis littoribus, cum enim undabundũ mare littoribus illiditur, tum fiunt aquarum abruptiones magnæ vltra modum, ac verticosæ.* Catul. etiam: *Littus vt longe resonans Eoa Tunditur vnda.* Ita legit Achilles Statius. Accinit omnibus Polit. in Rust. qui ait indicium esse ventorum, cum Ægon *canaque conspergit sale saxa, & littora frangit.* Seruaui ad finem versus Calabri, qui lib. 3. nonnullis videbitur alluisse ad hoc prognosticum, cum ait.

Ὡς δ᾽ ὅτε κύματα μακρὰ εἴη μεγάλου ἀέμοιο
Ὄρνυσθ᾽ ἐκ πόντοιο, θεὸς πίσυρας φορέοντα
Σμερδαλόον σταθμὸν ὃ θεσπεσιωδέος ἄλδος αἰεὶ
Κυτὰ δῶμα ἑηγμῖνι ἀκειρέσι βοάσσῃ.

Sententia est,

Vt quando magni fluctus ventorum impetu commoti, in littus euoluuntur cum horribili sonitu: vndis enim vbique elisis littora cum scopulis ingentem strepitum excitant. Certe si non alluisit ad prognosticum, at viuide expressit fremitus insonantes ad littora. Eadem etiam animi dubitatione adduco Dionem Chrysost. orat. 46. vbi ait: *Consueuit autem hoc & mari sæpius accidere, cum profundum soriter inundat, tempestatisque exorta est; vt eam extra quoque nonnunquam, & in portubus, licet incerte, significet.* Videtur enim capiendus de prognostico. Adduxi verba Interpretis Nageorgi.

12. NEMORVM INCREBESCERE MVRMVR.] Est hoc quartum prognosticum, de quo Plin. *nemorum mugitus.* Qui nonnulla ex his quatuor, quæ adduxi, confundunt in Virgilio, non bene sentiunt: nã omnia quoque ad imitationem illius discreuit Plinius per *tumorem maris, montium sonitum, littora ripasq; resonantes, mugitus nemorum.* Extrema duo de littoribus sonantibus, & murmure nemorum Lucanus coniunxit in indiciis suæ tempestatis: *sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus placet.* Vltimum de fyluis Virg. in 10. Æn.

—*flamina prima*
Cum deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

Quod Poeta *nemorum murmur.* Val. Flac. 1. Arg. *iam Rhodopes nemora alta gemunt.*

13. MALE TEMPERAT VNDA.] Seneca in Agamem. flexu alio: *non capit sese mare.* Quod vero Poeta imminente tempestate expressit per vndam male sibi temperantem, Seneca idem per *suspecta freta*, Luca. per *minas pelagi.*

14. MERGI.] Ideo mergus tempestatem prædicit, & fulica, quia cum aquis delectantur, imminente vento ab vndis auolant præsentientes turbationem. Secus Virgilium explicat Titius lib. 9. Loc. nimirum tunc imminere tempestatem ventorum, cum mergus & fulica se in mare immergunt, ductus verbis his Suidæ de fulica scribentis: *Fulica cum se in mare immergunt, pessimum id est omen nauigantibus: causam autem eam esse dicunt, quod tranquillo mari propter marinas beluas progredi non audiunt; tempestatem vero præsentientes progrediantur, quo tempore beluæ in profundo degantur.* Eadem de mergis accipienda ait Titius. Sed facilius est dicere, aliter sensisse Virgilium, & Aratum, quem ille sequitur; aliter Suidam, quam propter huius verba sententiam Virgilij explodere, nam aperte dicit, mergos volare ex æquore ad littora, & fulicas in sicco ludere. Villiomarus ait deceptum Titium verbo illo *reuolant.* Ceterum indicium è mergis linquentibus mare ante tempestatem alij attigerunt. Claud. de Bell. Gildon. cum expressa imitatione Virg.

Heu nimium segnes cauta qui mente notatis,
Si reuolant mergi.

Lucan. inter sua indicia: *Aut siccum, quod mergus amat.* Cassiod. lib. 3. Epist. 48. *Mergi, quibus nomen est ex facto, cohabitatores piscium, aquatiles, volucres, futuras tempestates nauis aliter prouidentes, sicca petunt, stagna derelinquunt.* Politian. *Et repetunt siccum mergi, atque ex æquore clamant.* Aratus æthyiæ tribuit, quæ Virgilius mergo: nam cum ipsa aquis delectetur, tamen αἴθυια χερσαίη πυδοσυνιν πέριγενεν: *Æthyia terras quatiunt aliis.* Plinius contra omnium assensum: *Mergi maria, aut stagna fugientes, grues silentio per sublime volantes, serenitatem.* Et illis ventum dat alio signo, videlicet: *mergi, anatesque pennas vestro purgantes, ventum.*

15. LVDVNT.] De auibus etiam Manil. lib. 5. *in aere ludunt.* De apibus Virg. ducentibus gyros in aere: æque huc examina *ludunt.*

16. FVLICÆ.] Cum prognostica hæc sumta sint ex Arato, difficile est inprimis, quæ verba Latina Græcis respondeant, nec certi aliquid deprehendi poterit, cum Interpretes diuerse admodum Aratum reddant. Exemplum sit Herodius, de quo, quæ Aratus dixit, Cic. accipit de fulica, Virgil. de mergo, Plin. & Auienus de ardea, quod monuit Tutn. lib. 19. cap. 22. Quid si consulas Interpretes Psal. 103. in illis *Herodij domus.* Genebrard. ciconiam intelligit cum Suida, Symmachus miluum, alij in ardeam, alij in fuliceam inclinant, alij in diuersa. Sed quicquid sit de Interpretibus Græcorum, existimo in Virgilio ἐρωδιὸν respondere mergo, αἴθυιαν fulicæ, κάπτον ardeæ. Has enim tres tantum marinas aues Virgilius commemorat. Dicam breuiter coniecturas. ἐρωδὸς dictus est quasi ἠλωδὸς παρὰ τὸ ἐν ἕλεσι διατρίβειν, *quod mire aquis delectetur.* Et Aristot. lib. 8. Hist. Animal. cap. 3. dixit, ἐρωδιὸν, & λιμνοερωδιὸν ἀπὸ τῶν λιμνῶν, ἢ ποταμῶν διάγειν: *Herodium, & Lencerodiũ viuere in paludibus, & fluminibus:* quibus videtur signari natura mergi, quæ ab hac voluptate nomen inuenit. Pergo ad αἴθυιαν, hæc est fulica. Coniectura est: nam sicut αἴθυια dicitur à fuligine ita fulica. Est enim hęc auis fuliginoso colore, sic & Græci αἴθυιαν, & αἴθυια vinum vocant à combustione. Restat ardea, quæ sicut Latinis à volandi leuitate, ita Græcis κάπτῳ, quasi κάω. Inde ab hac volucre ait Hesychius dici κατακαίεσθαι, qui leues sunt: & Interpres Aristophanis in Pace, eosdem vocat κάπτους. Scio diuer

Mergorum prognostica.

Mergus Græcè ἐρωδιὸς.

Fulica Græcè αἴθυια.

Ardea Græcis Κάπτῳ.

UVA. BHSC. BU 00239

diuersissime omnes, & quidem in his doctos plures, sed ego auctoritatem Turnebi secutus sum libr. 19. cap. 22. tantum in eius gratiam addidi coniecturas non leues desumtas ab etymologiis. Quisque tamen vt volet opinetur. Sed videndum nunc ad vatis illustrationem, qui locuti fuerint de sexto hoc prognostico fulicæ. Plinius tantum ait: *Fulicæ matutino clangore ventum*. & Furius Antias:

Vsque fulica leuis volitat super aquora classis
Spiritus Eurorum viridas cum purpurat undas.

Polit:

——Colludunt fulicæ, plaudúntq; gregatæ. Quæ Aratus de æthyia dicit, attribuit Vrsinus fulicæ. Cic. in suis Prog.

Cauæ fulix etiam fugiens è gurgite Ponti
Nuntiat horribiles clamans instare procellas.

Ad fulicam quoque referunt Interpretes versus illos Catulli:

Idémque Thallæ turbida rapacior procella,
Cum deuia mulier aues ostendit oscitantes.

Sequutus sum lectionem Scaligeri. Est mens Catulli, Thallum esse rapaciorem mari fluctibus agitato, cuius agitationis indicium est, posse aues marinas ostendi de via quapiam fœmina extra mare oscitantes, id est otiosas, & fame tabescentes, vt quæ careant vsitata alimonia vndarum, propter tempestatem, aqua fugiunt.

17. ARDEA.] Septimum Lucanus in suis prognosticis:

——quodq; ausa volare
Ardea sublimis pennæ confisa natanti.

Ardeæ prognosticon.

Polit. *ipsa volans sublime auras, atbramque lacessit*
Ardea.

Aratus Herodio attribuit, quæ Virgilius ardeæ, sunt qui contendant eandem esse auem.

——φωὴν δέι πολλὰ λεληκὼς
Κυμαίῳ κε θαλάσσαν ἀφορέοισ' ἀέκοιτο:
——voce multum perstrepens
Feratur super mare commoto vento.

Ardeæ natura.

Ratio huius præsagij ita est. Cognoscit ardea plutiam, & fugit supra ipsas nubes timore imbrium: ne madefiat: est enim tuta, cum est supra nubes. Aliter præsagium Ardeæ Plinius lib. 18. cap. 35. Ait, illam esse tempestatis indicium: cum *in mediis arenis tristis* est. Quod de Miluo Varro in Sesquiylisse: *Lugere volitans milium visus, aquam ænubibus tortam indicat fore, vt tegillum sibi sumat pastor.* Virgilius, vt vides, non à tristitia, sed à volatu. Ferunt hanc auem facile capi spuma matris impeditam, ob eius stupiditatem;

Ardea, adag. pro stupido.

pro stupido homine accipi potest, & qui facile decipitur, cuius rei testis Hesychius. Prouerbialiter sumsit Aristophan in Pluto, vbi astutus Sycophanta Dicæum quendam ἀνόητον & ἐυαπάητον ita alloquitur.

Οὐ γὰρ σκοπεῖς ἢ ἐμαυτὸν μοὶ πόλιν
Εὐαγγέλιον μ' ὦ κάπρε, καθ' ὅσον ἂν δένω:

Illud ad me non pertinet ô ardea, vt quibus possim officiis ciuitatem meam demereor! Quasi dicat. O stupide & stulte.

Stellarũ pręfugium.

18. SÆPE ETIAM STELLAS.] Octauum Aratus.

Καὶ ἢτοι νύκτα μέλαιναν ὅτ' ἀστέρες εἰλέοντο
Ταρφέες, τοὶ δ' ὑπαὶ ἠῶ ἐμοὶ δοκέωσιν ἰόντες
Δειδέχθαι κείνοις αὖτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
Ὑπνωμαῖοι.

Item per noctem atram cum stella præcipites ruant
Crebro, à tergo vero tractus subalbescant,
Accipito per illas eadem via venientem
Ventum.

Luca. inter indicia tempestatis:

Hæc fatus soluensq; ratem dat carbasa ventis:
Ad quorum motus non solum lapsa per altum
Aerea dispersos traxere cadentia sulcos
Sidera: sed summis etiam quæ fixa tenentur
Aëthra polis, sunt vsq; quati.

Plin. *Si volitare plures stellæ videbuntur, quo ferentur albescentes, ventos ex his parsibus nuntiabunt.* Polit. in Rust.

Adnotat & cœli faciem, num stella sereno
Æthere lapsa cadat, rapidi præmunia Cauri.

Seneca inter indicia suæ tempestatis: *Stellæ cadunt.* Non loquitur ea cautione, qua alij. Idem in Hipp.

Ocyor cursum rapiente flamma
Stella cum ventis agitata longos
porrigit ignes. Labi stellas de cœlo (hoc pertinet ad locutionem) dixit Artem. lib. 2. κατατίθενται, & lib. 5. ἐκ πεσεῖν. & statim ἀσὴρ.

Stellæ non cadunt è cœlo.

19. VIDEBIS LABI.] Non cadunt è cœlo stellæ, etiamsi videantur. Plin. lib. 1. cap. 8. *Non tanta est cœlo societas nobiscum, vt nostro fato mortalis sit ille quoq; siderum fulgor. Illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantia reddunt, cum decidere creduntur: vt apud nos quoque id, luminibus accensis liquore olei, notamus accidere.* Plinij sententia est, aliquid humoris liquidi ignitum ex astris decidere ex abundantia illius, sicuti ex lucerna decidit aliquid olei accensi. Loquitur porro ex opinione illorum, qui putabant astra nutriri aquarum humore, de quo 1. Æneid. Poeta considerate dixit, non labi stellas è cœlo, sed videri labi:

Quod Plinius dixit: *credi decidere.* Ita 2. Æneid.

——visus Fundere lumen apex: quasi non funderet, sed videretur fundere. Ouidius 2. Meteor. de stella cadente: *Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri.* Ad hanc rem signate Aristot. 1. Meteor. *Si exhalationis longitudines per partes exiguas & frequentes, æqualisque latitudinis & magnitudinis sparsæ fuerint, οἱ δοκοῦντες ἀστρες διαπίπτειν γίνονται: stellæ sunt, quæ videntur prosilire.* Et Ammian. lib. 25. *flagrantissimam facem cadenti similem visam, aeris parte fulcrata, euanuisse existimauit, horrorèque perfusus est.* Et Lucan. lib. 5. *Astra polis sunt visa quati.* P. Apollon. 1. Excid. Hesiod. *Aut quæ nocte polo delabi credita stella est.* Qui igitur appelles, si non veræ stellæ? Plin. eodem lib. cap. 36. *Discursus stellarum* vocat. Sicut & Greg. Turon. 4. Hist. cap. 51. *Fulgur per cœlum discurrisse visum est, sicut quondam ante mortem Clotharij.* Et lib. 5. cap. 33. *fulgur per cœlum cucurrisse visus est.* Ideo Græci διαθέοντας ἀστέρας. Alij *traiectiones.* Græci quoque ἀποῤῥοίας ἢ ῥύσεις, *defluxiones.* Hippolytus Episcopus & Martyr in oratione de Consummatione mundi: *siderum de via deflexiones.* Ergo quamuis in Scriptoribus interdum audiamus labi stellas è cœlo, non de vetis stellis intelligamus, sed de scintillis, quæ emicant in aere. Ita sunt capienda verba ista Sigiberti in Chron. *Stellæ complures simul de cælo in terram cecidisse visæ sunt, inter quas vnam maximam labi in terram cum quidam in Francia stupere, & notato loco vbi labi visa est, cum aquam ibi fudisset, fumum cum feruoris sono inde exire magis stupuit.* Calor ibi relictus à scintilla fuit, non à vera stella. Ita etiam capiendus Artemidorus lib. 2. c. 38. cum ait, κατατίθενται ὅτι γὰρ οἱ ἀστέρες.

Traiectiones. Defluxus stellarum.

20. FLAMMARVM ALBESCERE TRACTVS.] Senec. in Troad. sic extulit: *& stella longam semitam flamma trahens.* Val. 2. Arg.

——Ingenti flammantem nubila sulco
Diuexit per inane facem.

Lucret. lib. 2. *Nonne vides longos flammarum ducere tractus.* Pro Virgilio contra Lucretium iudicat Vrsinus, nam rectius reddidit Arati σὺν δ' αἰνοτάτοις, sed

VVA. BHSC. BU 00239

sed quidem idem Lucret. lib. Arati verbum ad vnadas transtulit.

Quod si cœruleis constarent æquora Ponti
Seminibus, nullo possent albescere pacto.

Papporum præsagium.

21. SÆPE LEVEM PALEAM.] Nonum. Aratus de pappis, quo nomine flosculos, paleas, lanuginem, & id generis similia intelligit, ita ait.

Σῆμ' ἐγερουτ' ἀνέμων κωφῆς ἁλὸς ὁππότε πολλοὶ
Λιγδὴν ἄπτηλειῶσι:

Sunt (pappi) *ventorum prognostici rubricanis maris, quando multi*

Summum supernatant.

Plin. *Sitæ aureæ, quæ sentiatur, folia ludentia: lanugo populi, aut spinæ volitans.* Dixit *lanuginem spinæ.* Interpretans Aratum, qui intra sua prognostica, λάλκης γήρεον ἀκίδιος: *albi senium cardui*: Festus Auienus Aratum ita vertit: *Iamq; super latices florum volitare senectam.* Politian.

—Neq; non pranuntiat Euros
Pluma natans, foliumve errans, pappiq; volantes.

22. IN AQVA COLLVDERE PLVMAS.] Decimum & vltimum. Plin. *aquisq; pluma innatans.*

370 At Boreæ de parte trucis cùm fulminat: & cùm
Eurique zephyríque tonat domus; omnia plenis
Rura natant fossis, atque omnis nauita Ponto
Humida vela legit. Nunquam imprudentibus imber
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
375 Aeriæ fugere grues: aut bucula cœlum
Suspiciens patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumvolitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam:
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
380 Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis:
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
385 Certatim largos humeris infundere rores;
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi:
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena:
390 Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem, testa cum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.

ARGVMENTVM.

Pergit ad prognostica pluuiarum, quæ duodecim.

EXPLICATIO.

POST exactè tractata prognostica ventorum, gradum facit ad prognostica pluuiarum, hæc multa eum sint, Poeta duodecim tantum commemorat: cuius oratio cum fere continua sit, mihi vnico tractu explicanda est. Sunt itaque hæc. Fulmen ab Septentrione: concursus Euri ab Oriente, Zephyri ab occidente, & cum tonitribus; hæc cum accidunt (inquit) certa adest pluuia, natat rura omnia, nautæ legunt vela, non ausi se mari credere. Illud *nunquam imprudentibus imber obfuit*, est, tam manifesta sunt signa pluuiæ, vt vel imprudens etiam falli ab ea nemo possit. Hactenus narrata duo tantum, pergit ad reliqua decem. Grues volatu suo altissimo indicant imbrem surgere ab imis vallibus: bucula cœlum suspiciens, & autum captans naribus: hirundo volitans circum lacus: rana in limo coaxans: formica oua sua efferens: iris cœlestis aquas hauriens: B corui discedentes è pastu, & crocitantes: volucres pelagi, & illæ, quæ pererrant stagna fluminis Caystri in pratis Asiæ (signat cycnos, quorum magna copia in Caystro fluuio Asiæ) quas aues videas certatim sese lauare, vndas appetere, in illis mergi, sed omnia in cassum: cum nunquam satientur: restant duo tantum, nimirum cornicis garritus, & discursatio: Lucernarum concretio in fungos; quę nota adeo clara est hyemis, id est, pluuiæ, vt ea quoque sciant puellæ, cum peragunt nocturna pensa ad lucernas.

NOTÆ.

Ventorum præsagia.

1. AT BOREÆ, &c.] His Maronianis consimilia ista Aratea.

Αὐτὰρ ὅτ' ἐξ εὐρόιο, καὶ ἐκ νότου ἀτρέμα πνέων,
Ἄλλοτε δ' ἐκ Ζεφύροιο, καὶ ἄλλοτε παρ' βορέαο,
Δὴ τότε τῆς πλεόγ' ἐσὶ θεᾶσθαι ναυτίλῳ ἀνὴρ:
Cæterum cum ex Euro, & Austro fulgeret,
Tum etiam ex Zephyro, & interdum a Borea,
Certe tum quispiam in pelago timuerit nauita.

Plinius lib. 18. cap. 35. aliqua sumsit ex vtroque, sed plurima ipse addidit: *Cum æstate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat: contra si minus tonuit,*

UVA. BHSC. BU 00239

tonuit, imbrem. Cum sereno cœlo fulget, pluuiæ erunt, & tonitrua, & hyemabit. Atrocissime autem, cum ex omnibus quatuor partibus cœli fulgurabit. Cum ab Aquilone tantum, in posterum diem aquam portendit: cum a Septentrione venium eum. Cum ab Austro, vel Coro, aut Eurono nocte serena fulgurauerit, ventum & imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana. Confuse hæc Plinius admiscens præsagia tum pluuiæ, tum ventorum.

2. EVRI DOMVS.] De hac locutione dico alibi.

Imprudens. 3. IMPRVDENTIBVS.] Explicatio, quam adhibui, clara est expediendo Poetæ. Alij sic concipiũt difficilius. Imber non oberit imprudentibus, quia nullus erit imprudens in tanta indiciorum claritate. Alij demum capiunt *imprudentibus*, id est, valde prudentibus, vt *in* hoc loco non σήμαν dicat, sed σᾶσιν. Non placent, quia nemo alius inter Latinos ita sumsit hanc vocem.

Gruum prognosticon. 4. GRVES.] Hesiod. 2. ἔργ. de hoc prognostico ante nostrum dixit, considerandum esse clangorem gruis, & volatum, nam illa (ait)

---αροτοιο τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ἄρσιν
Δεικνύι ὀμβρήνης.

Arationis signum affert, & hyemis tempus
Indicat pluuialis.

Plin. inter sua prognostica: *grues in mediterranea festinãtes.* Dissidet Plinius in hoc prognostico ab Arist. lib. 9. Hist. c. 10. cum scribit de gruibus: ὅταν ἴδωσι νέφη, καὶ χειμασία καταπίπτοντα, παυόμενοι: *Si nubes, tempestatémque viderint, desinunt in terram, & quiescunt.* Itaque non migrando in alium locum, sed quiescendo prædiuinant.

Bucinæ præsagium. 5. BVCVLA.] Aratus.

Καὶ βόες ἰδὼν τε πρὸς οὐρανὸν ἐρίσιον
Οὐρανὸν εἰσιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὀφρήνωσιν.

Etiam boues iam ante pluuium cœlestem
Cœlum intuitu ab æthere mox sensuum.

Cic. lib. 1. de Diuin.

Mollipedesq; boues spectantes lumina cœli,
Naribus humiferum duxere ex aere succum.

Plin. & *boues cœlum olfactantes, seque lambentes contra pilum.* Ab Tullio Polit.

Cunque boues liquidi suspectant lumina cœli,
Olfactantque auras, & succos naribus vdos
Crebra trahunt, dex rumq; latus consternere gaudẽt,
Aut lingunt aduersa pilos.

Captare auras. 6. CAPTAVIT NARIBVS AVRAS.] Arnob. lib. 2. *aurus accipiunt naribus, & per anhelitum reciprocas reddunt.* Et lib. 7. *nares quibus accipiunt auras, & remittunt.* Cicer. vt vidisti de iisdem: *ducere naribus succum humiferum.*

Hirundinis præsagium. 7. HIRVNDO.] Aratus.

Ἡ λίμνῃσι περὶ δυσὶ χελιδόνες ἀθρόαι ἦσαι
Τερσείῃ πίδακι αἵτ' ἐπιειλίδιον ὕδωρ.

Aut paludem circum hirundines agitantur,
Ventre ve berantes incassum conuolu am vndam.

Polit. *Et lasciua lacus alia perstringit hirundo,*
Et summas prope rodit aquas.

Ranarũ præsagium. 8. VETEREM IN LIMO RANÆ CECINERE QVERELAM.] Allusum ad fabulam transformationis ranarum. Accessit Latona sitibunda ad lacum, erant illi in sinu gemini Apollo, & Diana, voluit bibere, prohibent rustici, aquam turbant. Dea indignata in ranas mutat, quæ *nunc quoque tumpes*
Lutibus exercent linguas, pu sique pudore
Quamius sunt sub aqua sub aqua maledicere tentant,
ait Ouid. 6. Metam. Est ergo vetus querela de Latona. Sed qui prognosticum istud attigere: Cicer. 1. de Diuin.

A *Vos quoque signa videtis aquæ dilecta alumnæ,*
Cum clamore paratis tnam. s fundere voces,
Absurdaque sonoro fontes, & flagna cietis.

Addit statim soluta oratione: *Quis est, qui ranunculos hoc videre suspicari possit? Sed inepte mire & ranunculis quadam natura significans aliquid: per se ipsa suis certa, cognitionis autem hominum obscurior.* Idem ad Attic. lib. 15. *Equidem etiam ranulas metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranæ enim ἐπιτρέφουσι.* Ante omnes Aratus.

——ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γορῖνον.

——*ex aquis patres conclamant ranula um.* Plutarc. de solertia Animal. ἄλλοις δ' (βάτραχοι) λαμπρύνει καὶ συνδύναται πρὸς χειμῶνος, καὶ τὸ τοιοῦτον ἐν τοῖς βατραχοῖς ἐστι: *Alias autem* (ranæ) *vocem edunt clarissimam pluuia imminente, idque signum vnum est è certissimis.*

B 9. FORMICA.] Neque hoc tacuit Aratus. Formicarum prognostica.

Καὶ κοίλαις νώμῃσιν ὁμῶς ἐξ ὤεα πάντα
Θάσσον ἀνωτέρω ἐντὶ.

Etiam cauo formice foramine ouа omnia
Ocyus efferunt.

Subiit (iudicent alij) an in Virgilio melius legatur *ocyus*, quam *sæpius*, ex Arati imitatione. Plin. de eodem prognostico: *Segnitiæque, & contra industriam suam absconditæ formicæ, vel concursantes, aut ova prosterentes.* Obserua, quod Virgilius *ova exibit*, Aratum dixisse, ἀνωτέρω. Plinium *progerere.* Extremum imitatur Polit.

Progerit ova cauis pabulum formica laborum.

Theon Arati Interpres ita de hoc prognostico, οἱ μύρμηκες ἐκ τῶν μυρμηκίων, διὰ παιδίων ἐξω φέρουσι τὰ ὠὰ ψύχοντες καὶ ἀναξηραίνοντες: *Educunt formica ova ex foraminibus quam sedulo ad siccanda meiu putredinis.* Plutarc. libr. de Solertia animalium tum hoc de ouis adduc it, tum ipse aliter prognosticon explicat, scribens: C οἱ μύρμηκες ἐκ τῶν μυρμηκίων, διὰ παιδίων ἔξω φέρουσι τὰ ὠὰ ψύχοντες καὶ ἀναξηραίνοντες, ἐπ' αὐγὴν ἐρχόντων ἀλέουσιν, ἢ φοβούμενοι ὑδατος ἢ σίτου αὐξάνουσι: *Quidam non ova sed alimentum scribit; discutiuntque formicas finctus, quos habent recondites, foras efferre, meiu putredinis & corruptionis, quæ persentiunt imminere, & timent exitio fore.* Vt vero hic, *angustum iter* de formica, ita 4. Æneid. *conuellant calle angusto.* Luer. etiam lib. 5. *angustum per iter.*

10. ET BIBIT INGENS ARVVS.] Erant in Arcus cœlesD hoc errore veteres, vt putarent Irim haurire suis fluscornibus aquã è fontibus, & ea nutriri. Lege Turn. lib. 22. c. 23. & lib. 29. cap. 21. Ad hoc prognosticon multi alluserunt. Vitruu. lib. 9. c. 4. *aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari.* Seneca 1. b. n. Nat. c. 6. *Et bibit ingens Arcus, vt ait Virgilius noster, cum adnentat imber: sed non tasetem, vndecunque apparuerit, minas afferẽtia meridiei ortus magnam vim aquarum vehet, vinci enim non poterunt vehementissimo Sole, tantum est illis virium: si circa occasum refulsit, rorabit, & leuiter impluet: si sub ortu circaue surrexit, serena promittit.* Prop. lib. 3. El. 5.

Cœruleus pluuias cur bibat arcus aquas.

Tibul. lib. 1. El. 4.

E *Vix ius am admittat imbriser arcus aquam.*

Lucan. lib. 4.

Hinc imperfecto complectitur aera gyro
Arcus, vix vlla variatus luce colorem,
Oceanique bibit, rapidisque adnubila fluctibus
Perstilit, & cœlo diffusum reddidit aquor.

Valer. Flac. lib. 4. Argon. *Quid mem rem, quas Iris aquas, quas torqueat Ancon?* Cum loco Plaut. de anu bibacissima in Curcul. *Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie.* Aratus etiam ponit in prognosticis pluuiæ arcum, cum is, geminus cingit cœlum. ἢ διδύμη ἔφανε διὰ μέσσατ' ἐέργουσ' ἠέλιον: sumsit ab illo Plin.

UVA. BHSC. BU 00239

Arcus, cum sunt duplices, pluuias nunciant. Vtrique hærens Politian. in Rust.

—gemino Thaumantias arcu
Quid ferat, aut curto cum vix secat aera gyro
Et pene vnicolor taurina fronte minatur.

Cornuorum prognostica.

11. CORVORVM. De his Aratus.

Δήποτε ἠῶθεν κοιλοκωτιὸς φῦλα κολοιῶν,
Τ' ἄλλοθ' ὑπ' ἐρχομένου ἀνὰ νηδύν σπεῖρ' ἐφίανται,
Ταυτὸμὲν ἀλκυόνεσσι· τὸ δ' ἠέρι κάλλιον ὀρθοῦ
Φθέγξασθαι.

Quandoque etiam genera cornuorum, & turma graculorum

Pluuiæ venientis e Ioue signum sunt,
Vsi gregatim, & accipitrum visitat
Garrientes.

Et infrà μαλερὸν δ' ὑπερωρίσιον πνεφάσθαι περὶ πυκνὰ: *Multum contrepitant quatientes alas frequenter*, videlicet ὕδατος ἐρεμνὸν: *pluuia veniente.* Nicander Ther. κοιλὸς τ' ὠκυρόηται κρώζων: *cornix crocitans pluuiam.* Plutarch. in Præceptis Salub. ait esse κοιλοκωλαγγιάσμους σημεῖα πνιγμάτων, καὶ ὀμβρων, *cornuorum crocitationes præsagia ventorum, & imbrium.* Lucret. *Cornuorumque greges, vbi aquam dicuntur & imbres Poscere.* Plin. *Corniq; singultu quodam latrantes, seque concutientes, si continuabunt, ventos; si verò carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem.* Ait Turn. vertisse hoc Plinii nimium liberè ex Theophrasto. Polit.

Lauant cornix, vocemque resorbent.

Cornus index futurorum.

Certè futurorum indicem cornum faciunt S. Ambrosius lib. de Noë c. 17. & S. Chrysostomus in Actu Apostolor. cap. 2. homil. 5. & Plin. libr. 10. capit. 12. Quam rem firmant historiæ non incelebres, videlicet Ciceronis apud Appian. lib. 4. Ciu. Plutarchum, Valerium lib. 1. cap. 5. Alexandri apud Curtium lib. 4. Medorum apud Plin. lib. 10. c. 12. atque Aristotelem lib. 9. Hist. Anim. cap. 31. Historias has non narro, ne moram trahamus: vt vero de ouibus *exercitus*, ita Manil. lib. 5. *cœli ducatum* ex correctione Scalig. loquens enim de olore, cœlesti signo, ita ait:

Exercitus de auibus.

Ipse quoq; aerios, cœlique ducatum,
Aituitumq; genus, studium cen susq; vocabit.

12. IAM VARIAS PELAGI VOLVCRES.] Totus hic locus, & quædam etiam ex superioribus, sumta sunt ex Varrone Atacino, quæ tamen in hunc locum distuli, ne diuellerem:

Tum liceat pelagi volucres, tardèque paludis
Cernere inexpleto studio certare lauandi,
Et velut insolitum pennis infundere rorem.
Aut arguta lacus circum volitauit hirundo:
Et bos suspiciens cœlum (mirabile visu)
Naribus aerium paulùs decerpit odorem.
Nectenuis formica cauis non euehit oua.

Sed cum hic Poeta adducat varias volueres pelagi, prata Asiæ, Caystri stagna, non immeritò visum est Vrsino & doctis aliis fieri allusionem ad locum Homeri 2. Il.

Ὡς δ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
Χλωρὸν ἢ κρέχηται ἢ κύκνων ἠὲ γεράνων
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίῳ ἀμφὶ ῥέεθρα:

Sicut auium volatilium agmina multa
Anserum vel gruum, vel cycnorum, quibus longum collum.
Asius in pratis, Caystrij ad lapsus aquarum.

Asia grata, quæ.

13. ASIA.] Fortassè non displiceat alicui explicatio viri docti, sed non boni, qui ait posse intelligi hic prata limosa ac lutulenta ex stagnis, nam ἄσις Græcè limus est, & illud Homeri Il. 2. ἀσὶῳ ἐν λειμῶνι, aliqui explicant *in prato limoso.*

Caystrus.

14. CAYSTRI.] Est hic fluuius Asiæ circa Ephesum, cui etiam regioni nomen dat, nam tractus ille Caystrius dicitur, vt auctor est Eunapius Sardianus in vita Aeresij loquens de Sosipatra. Fluuius hic abundat cycnis. Ouid. 5. Trist. El. 1. *Caystrius ales* pro cycno. Sed quare stagna caystri dulciarian ad discrimen maris? nam fluuij omnes dulces sunt, mare salsum: fortasse. An quia ex modulatione cycnorum aquæ ipsæ dulces quodammodo, & insonantes? Nã Anacreon, vocem cycnorum dixit αὐτὸν συναυλον: *vento adsonantem.* Ad rem. Sicut ventus ad illorum cantus adsonare dicitur, cur non & aquæ? Non hìc dissimulabo versum Maronis legi fortassè meliùs posse, *Dulcibus in pratis rimantur stagna Caystri*, vt sententia sit, cycnos rimari, & perorrare stagna Caystri, quæ sunt in pratis.

15. CERTATIM LARGOS.] De hoc indicio ita Arat.

Πόλλακι λιμενίαιο ἢ εἰναλίαι ὄρνιθες
Ἄκμηνον κλύζωσιν ἐνείρουσαι ὑδατεσσιν:

Sæpe palustres aui marina aues
Insatuabiliter se immergunt, desiderantes aquam.

Cornix. Cornicis præsagium.

16. CORNIX.] De hac fusè Aratus.

Ἠ καὶ κακήρυζα παῤ ἠῖόνι πέτηται
Χοίματ' ἀρχομένου χερσὶ κεκυλισμένα κορώνη:
Ἠ τε καὶ πετραίοις ἐδέλματα μίγλη παῤ ἄκροις
Εἴ μιν ἐκικρανὸς ἢ καὶ μάλα σάσα κολυμβᾷ:
Ἠ πολλὰ φύρσασα παῤ ὕδωρ σαγάνη κρώζουσα

Aut alicubi etiam garrula ad littus prominens
Tempestate instanti terram aspicit cornix:
Etiam si quando flumini se immersit vsq; ad summos
Humeros a capite, vel etiam plane tota supernatat,
Vel frequens versatur prope undam crasse crocitans.

Theophil. κορώνη δὲ πάντως κεκινζομένη, ὧν κύμα κατακλύζῃ, ὕδωρ σημαίνῃ: *Cornix sedens in scopulo aquam significat, fluctu illam proluente.* Euphorion, quem adducit Vrsinus, cornicem vocat: ὑετόμαντιν: *diuinatricem, & vatem pluuiæ.* Horat. quoque libr. 3. od. 17.

—cras fœlius nemus
Multis, & alga littus inutili
Demissa tempestas ab Euro
Sternet: atque nisi fallit augur
Annosa cornix, &c.

Cic. lib. 1. de Diuinat.

Fuscaq; nonnunquam cursans per littora cornix
Demersit caput, & fluuium cernice recepit.

Lucan. lib. 5.

Quódq; caput spargens vndis, velut occupet imbrem,
Instabili gressu metitur littora cornix.

Claudian. de Bello Gildon.

Heu nimium signes, canta qui mente notatis,
Si reuolent mergi, graditur si littore cornix.

Plin. *Et cùm terrestres volucres contra aquam clangorem dabunt perfundentes sese, sed maximè cornix.* S. Chryf. in Acta Apost. c. 2. Hom. 5. ait ex Platone, cornicem futura prædicere. Polit.

Fusca gradu cornix lento metitur arenas,
Aut fluuium capite, & madida ceruice receptat,
Crocitique graui pluuiam increpat vsque morantem.

Cùm verò, &c. Cùm verò Poeta dicat, *vocat*, notat Turn. lib. 22. c. 23. veteres credidisse de cornicibus, illas non solùm præsagire pluuiam, sed etiam vocare: id quod ex Lucretio clariùs aliquanto apparet, qui lib. 5.

—cornicum vt secla vetustæ,
Coruorumque greges, vbi aquam dicuntur, & imbres
Poscere, & interdum ventos auidosque vocare.

Cornix quo loco edit præsagium.

Obseruet lector discrimen circa locum, in quo cornix edit præsagium suum: quidam enim eam induxêre spatiantem per littora, atque arenam; alij in promineuti loco, & petris. Satius est enim fateri hoc discrimen,

VVA. BHSC. BU 00239

discrimen, quàm dicere, nesciuisse Virgilium reddere, quæ in Arato, & Theophrasto viderat, vt Turn. lib. 25. c. 12. & alij indicant. Et quidem Aristot. locũ huius aquis facit littus, caussa venationis piscium, è quibus alitur.

Virgiliusdefenditur.

17. PLENA VOCE.] Pari forma Liu. sæpe: *pleno gradu*. Quam locutionem reperies lib. 4. & lib. 3. bis.

18. SPATIATVR ARENA.] Coronis ipsa, quæ versa in cornicem apud Ouidium 2. Met.

—nam cum per littora lenis
Passibus (vt soleo) summa spatiarer arena.

19. CARPENTES PENSA PVELLÆ.] Propert. *—tristes sua pensa ministræ Carpebant.* Horat. lib. 3. od. 27. *carpere pensum*. Germ.

Prognosticum à pẽsis.

20. NESCIVERE HYEMEM.] Pro ingenti pluuia. ita Plin. in suis prognosticis: *Hæc cum sereno cœlo apparere desierit, atrox hyems sequitur.* Ante vtrunque Aratus, vbi ait, cantum quietum noctuæ esse præsagium desinentis tempestatis, vsurpat μεσηνομῦσι χειμῶν☉.

Hyems pro magna pluuia.

21. FVNGOS.] Interpres Aristophanis ait, hos fungos esse scintillas quasdam, quæ exsiliunt ex lucerna incensa, nam illum explicans, ait: σπινθῆρες-ὡς μύκητας τὸν λέγω. Paria scribit enarrator Arati. Plinius, quem citat Seruius, putat esse fauillam, quæ solet cum fumo egredi. Sed verius multo est, hos fungos lucernarum esse, recrementa circa accensas lucernas, dum ista vruntur, in fungi formam concreta. Ita definit Hieron. Mercur. lib. 3. Var. c. 17. & lib. 6. c. 14. conatur Turn. lib. 22. c. 18. ad consensum adducere cum veritate illos Græcorum Interpretes. Rationem, cur fungi pluuiam nuntient, reddit ex Plinio Seruius: quia videlicet, aeris iã humidi crassitudine, resident excrementa ista in lucernis. Ait Victorius lib. 33. Var. c. 21. primum omnium, qui hoc

Fungi qui, & eorum prognosticum.

A prognosticum indicauit, esse Theophrastum in libello de notis ventorum, pluuiæ, serenitatis. καὶ οἱ μύκητες, ἐὰν ὑγτὰ ᾖ, ὕδωρ σημαίνουσι: *fungi, si fuerint humidum, aquam significant*. Ab hoc alij accepere, Aratus:

Ἢ λύχνιοι μύκητες ἀφείρονται ἀεὶ μύξαι
Νύκτα κὲ σκοτίνλυ:
Aut lucernæ fungi congregentur circa labum
Noctem per caliginosam. Et postea:
Ἄλλοτε δ' ἄλλοσσιν ἀπὸ φλόγες ἤδτε κάθαι
Πομφόλυγες:
Aliàs vero delabantur flammæ, ceu leues
Ampullæ.

Callimachus citatus ab Theone Interprete, ait pluuiam significari, si λύχνου δ' ἀιομένου ἀδ' ὅλω ἐηῆονται μύκητες: *Lucerna ardente fiant frequentes fungi*. Chorus apud Aristophanem in Vespis, cùm præmiserit fungos esse in lucernis, addit, φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τκπὶ, ποιεῖν ὕετὸν μάλιστ: *Solet autem quando hoc est, facere pluuiam maximè*, scilicet ὄτὰς, nam hoc quoque præmisit. in Græco Epigr. μήποτε λύχνε μύκητα φέροις, μὴ δ' ὄμβρον ἐγείρεις: *Ne lychne fungum feceris, imbrem ne excitaueris*. Plutarch. lib. 2. Symp. Quæst. 7. τῶν δὲ τῶν λύχνων φαινομένοις μύκησι συζητῶν, καὶ σωφρὸν τὸ φιλόγυνι: *fungus in lucerna apparentibus confundi aerem, & cogi nubes*. Plin. *Pluuiæ etiam, in lucernis fungi*. Huc videntur trahenda verba Apul. lib. 2. Al. *Cùm ecce iam vesperi lucernam inuiens Pamphyle, quam largus, inquit, imber aderit crastino. Et percontanti marito, qui comperisset istud? respondit, sibi lucernam prædicere*. Dixi, videntur trahi: nam Beroald. ibi inculcat quædam de specie quapiam magiæ. De hoc prognostico Polit.

Flammaq, cùm fletlit, cum sese elidet, & ipsis
Vix sedet in stuppis, scintillárq, excutit vdam.

Et suprà: *Dependent lychno bullæ.*

[a] Nec minùs ex imbri Soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
[b] Nam neque tum stellis acies obtusa videtur:
Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna:
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
[c] Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminere suas iactare maniplos:
At nebulæ magis ima petunt, campóque recumbunt:
[d] Solis & occasum seruans de culmine summo
Ne quicquam seros exercet noctua cantus:
Apparet liquido sublimis in aere Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo,
Quacunque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis,
Nescio qua præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant: iuuat imbribus actis
Progeniem Paruam, dulcésque reuisere nidos.
[e] Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior:
Verùm vbi tempestas, & cœli mobilis humor

UVA. BHSC. BU 00239

Mutauere vias,& Iuppiter humidus Auſtris
Denſet,erant quæ rara modò,& quæ denſa relaxat;
Verturntur ſpecies animorum,& pectora motus
Nunc alios,alios,dum nubila ventus agebat,
Concipiunt.hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes,& ouantes gutture corui.

ARGVMENTVM.

Facit tranſitum ad prognoſtica ſerenitatis, quæ nouem: reddit rationem,cur illa ſumantur ab auibus.

EXPLICATIO.

[a] POST prognoſtica ventorum,& pluuiarum adducit conuerſim indicia nouem ſerenitatis. Sũt illa. Claritas ſtellarum, nitor Lunæ exorientis, cœlum ſine nubeculis, Halcyones ad Solem alas non expandentes, ſues non iactantes manipulos meſſorum, nebularum ad terram depreſſio, noctuæ ſilentium poſt occaſum Solis, Niſi obuoluratio, coruorum ouatio Ante hęc indicia præmittit verſus duos, hæc ſententia. Poſſe ex imbri proſpici, poſſe cognoſci Soles, & ſerena aperta, id eſt, ſerenitatem ſeſe cognoſci Soles,& ſerena aperta, id eſt, ſerenitatem ſeſe cœlo aperientem. Sed quare ex imbri quia contrariorum ſcientia eadem. Ergo ſi abſuerint indicia imbris, ſerenitas ſignificabitur.

[b] Tria prima prognoſtica ſumuntur ab ſtellis. Luna, puro cœlo. Indicium eſt ſerenitatis, cùm fulgor ſtellarum non videtur obtuſus, hebes, languidus, imò intermicans, ſcintillans, fulgurans: cùm Luna non videtur ſurgere obtuſa, id eſt, lumine obtuſo, imò claro, puro, nitido, Luna (inquam) quæ ſemper eſt obnoxia, id eſt, deuincta, atque obligata radiis Solis, qui ab illo lucem accipit: cùm non videntur in cœlo tenues quædam nubeculæ, quæ præ tenuitate ſua ſunt inſtar velleris lanarum.

[c] Tria ſequentia ab Halcyonibus, ſuibus, depreſſis nebulis. Serenitas erit, ſi Halcyones, quas amat Thetis Dea maris, non expandant alas ad Solem tepidum; dicit tepidum, quia, quo tempore Halcyones poſſunt dare hoc prognoſticum, tepor eſt in Sole, ob frigus tum non vigens: ſi ſues non iactent, ſoluant, diſperdant manipulos meſſis, quos fortè offendunt; ſolent enim hoc facere, cùm volutantur in luto: ſi nebulæ deprimantur, ſintque prope terrã.

[d] Tria poſtrema ab tribus auibus noctua, Niſo, coruis. Nihil tempeſtatem formides, ſi videris tacentem noctuam ad occaſum Solis; illud *nequicquam exercet* eſt, non exercet; quam phraſin Virgilij & hic Seruius obſeruat, & ego alibi: ſi videris Niſum (in hoc prognoſtico rem dilatat ex narratione fabulæ) apparentem in aëre, & repetentem pœnas ab Scylę filia pro capillo purpureo, quem ſibi ademit; quacunque enim hæc fugit, ille inſequitur; qua hic inſequitur, illa fugit: demum ſi videris coruos ter aut quater vocem ingeminantes, quod faciunt compreſſo ad formandam Vocem gutture; & cùm ſunt in ſuis nidis, dulcedine quadam inter ſe ſtrepitantes; faciunt hoc enim poſt exactos imbres, dum ſuam ſobolem, dum nidos reuiſunt. Sunt qui per *cubilia* capiant non nidos. Nihil me mouent, neque enim ſententia eſt, quam illi fingunt.

[e] Reddit Poeta rationem, cur aues norint futurã ſerenitatem. Non hanc quidem indicant ingenio aliquo, aut prudentia, quibus fata ſuperent: ſed mutata cœli temperie, & denſitate aeris conuerſa in relaxationem, aut relaxatione in denſitatem, fit vt aues alios motus, & ſpecies induant; canant, lætentur, & tripudient in ſerenitate; ſicut contra in tempeſtate erant diuerſo triſtitia affectu. *Iupiter* eſt aer.

NOTÆ.

1. CERTIS POTERIS COGNOSCERE SIGNIS.] ſuprà modico flexu: *certis poſſunt diſcere ſignis.*

2. NAM NEQVE TVM STELLIS.] Eadem Aratus dicit, etiam ſi diuerſa ſententia; nimirum non exſpectandam ſerenitatem, ἤμῳ δ' ἐεμένου καθαρὸν ὁρᾶν & ἀμελαίνοντα, *cùm è cœlo lucidus fulgor hebetatur.*

3. ACIES OBTVSA.] Flexu alio Arat. in Phœn. qui ſtellas ἀδρανεῖς dixit, id eſt, *luce languida.* Seneca in Furen. Obtuſio de ſtellis.

Iam rara micant ſidera prono
Languida mundo.

Languor enim, & obtuſio in ſtellis idem eſt.

4. FRATRIS.] Sumtum à fabulis, quæ Solem faciunt fratrem Lunæ, cum alluſione ad partum Latonæ, quæ Phœbum, & Dianam peperit. Accepere hoc Poetæ ab Heſiodo, qui Solẽ fratrem Lunæ appellauit, quos Thia peperit. θείη δ' ἠελίοντε μέγαν, λαμπωδέτε σελήνην. ita etiã Manil. lib. 2. *Tu quoque fraterni ſic reddis cornibus ora.* Seneca de conſolatio. ad Mart. c. 18. *Videbis noctu nã Lunæ ſuccenſionem a fraternis occurſionibus leue remiſſumque lumen mutuãtem.* Obſeruauit tamen Victorius lib. 33. c. 20. ex Theone Arati Interprete Lunam à duobus Tragicis Euripide, & Æſchylo dici non ſororem, ſed θυγατέρα ἠελίε: *filiam Solis.* Quod videlicet lucẽ mutuetur à Sole. Inde & Lucr. li. 5. & Catul. dicũt Lunã eſſe *noctio lumine.* & Cic. 2. Diuinat. ait, putari Lunam colluſtrari à Solis lumine. Iterũ: *heoq; (Sole) Luna illummata gradiditates, & partus affert.* Et in Somn. Scip.: *lumina cœlo, cirima terris luce incebat aliena.* Quò pertinet duplex Nota Germani; prior eſt, Lunã dictã ab Anaxagora, vt refert Plato in Cratilo, σελήνην, ἀπὸ τῦ ἡλίυ ἔχειν τὸ φῶς: *quod habeat lumen a Sole,* quaſi σέλας νέον. Poſterior Lunæ currui attribui mulos, quòd mulus non ἰδιογόνε, ſed κοινογόνε ἵππε ſit; vt ſic Luna luceat mendicato lumine, a fratre, aut patre. Sed ſcias, nihil eſſe certi inter antiquos Philoſophos hac de re, ſcribẽte ita Philone περὶ φύσεων. τί δύ σελήνη. πότερον γνήσιον, ἢ νόθον ὄπτερέτηαι φέγ@. ἡλιακῆς δὲ πλαττομένου ἀκτῖνος, ἢ καθ' αὑτὸ μόνον ἰδία, ἢ τύτων ἑκάτερον. τὸ δ' ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἂν ἐξ οἰκείυ, καὶ ἀλλοτρίε συρὸς κέρμα; *Quid Luna? natiuo ne, an mutuato lucet lumine, ſuis radiis micans, an illuſtrata ſolaribus? an horum neutrum eſt, ſed quiddam miſtum ex utroque igne tum alieno, tum proprio?* Luna à Sole Lumen accipit. Luna Etymon. Luna currus cur ducant muli.

5. OBNOXIA.] Lege Agellium lib. 7. c. 17.

6. TENVIA NEC LANÆ.] Contraxit in verſum vnicum duos Arati.

Πολλάκι δ' ἐρχομένυν ὑεῖων ὑγέσα πρὸ ἀροίβει,
Οἷα μάλιστα πρόκοιτα ἐοικότα ἰνδιλλόντι:
Sæpe numero venienti pluuia imbres prius
Vt plurimum velleribus ſimiles apparent.

Ariſtophanes in Nephel. ait, nubes eſſe ſimiles ἐρίοις πεπλαμένοις: *lanis volaminibus.* Obſeruauit hoc Vrſinus. Accinit Lucanus li. 4. — *Phœbus aquis denſas in vellera* Vellera pro nebulis.

UVA. BHSC. BU 00239

vellera nubes Sparserat. Ab his locutionibus non longe abit nomen *plumarum*, quod sparsis niuibus dat Arnob. lib. 2. *niuem in plumeas subaperiat crustulas.* Iterum: *Edisseritate, inquam, & dicite, quid sit, quod grauissimum torqueat, quod guttatim facias fluuium labi, quod imbres ac niues plumeas?* Alij legunt: *quod imbres, ac niues in plumulas?* Sed & niues quoque *vellera* appellat Martialis lib. 4. *Aspice quam densum taciturum vellus aquarum.* & ab Martiali Paulinus Natali 6. Felicis: *Lactea quæ tacito labuntur Vellera cœlo.* Et amictum ibidem:

Plumæ pro niuibus.

——siccus teneris ab nubibus imber
Ponitur, & niueo tellus velatur amictu.

Amictus de niue.

Proceleusmaticum *tenuia* sæpe vsurpat Virg. Nam 2. Georg. *vellera tenuia.* & 4. Georg. *tenuia spiramenta.* Rhemnius Fannfus, siue, vt alij volunt, Priscian. *tenuior vnda.* Pers. Sat. 5. *– tenuia rerum Officia.* Sil. 6. *tenuis opum.*

Proceleusmaticus pes.

Halcyones.

7. DILECTÆ THETIDI HALCYONES.] Dictæ etiam sunt Alcedones. Feruntur in has aues mutati Ceyx Rex, & eius vxor Halcyon. Lege Ouid. 11. Metam. Quæ de diebus Halcyoniis dicuntur, nemo est qui ignoret. Adeundus Arist. 5. Hist. Anim. c. 8. & 9. & lib. 9. c. 14. Theophr. lib. 1. de Caus. c. 8. aut iuxta diuisionem Scaligeri 10. Theoc. *εἰδ.* 7. Plin. lib. 2. c. 49. & lib. 10. cap. 32. Lucianus *ἁλκυόν.* Plutarchus de Prudentia Animalium. Apollonius lib. 1. Arg. Varr. lib. 6. Ling. Lat. Plautus Pœnul. Tum etiam Dioscorides, ac demum sanctissimi Basilius, & Ambrosius in suis Exhameris. Nouitios quid attexam? Lege Etasmum Chil. 2 Cent. 6. cap. 52 Politianum in Rustico, mille alios. Tantùm dicam, expressa videri verba ex Theoc Nam ille,

Ἀλκύονες γλαυκῆς νηρηΐσι τοῦτε μάλιστα
Ὄρνιθων ἐρίηλαθον·
Halcyones, quæ à glaucis Nereidibus maximè
Inter aues diliguntur.

Halcionum dierum numerus.

Non omittam Notam Delrij nostri Nou. Comm. in Agam. nimirum de numero dierum Halcyonum discrimen esse in auctoribus. Demagoras ait illorum fœturam durare diebus septem, Philochorus nouem, Simonides vndecim, plerique quatuordecim, septem ante brumam, septem post brumam.

Suum prognosticon.

8. IMMVNDI SVES.] Horat. *——amica luto sus.* Et *lutulenta ruit sus.* Nazianz. in steliteut. *Οἳ ἐν βορβόρῳ κυλιδεῖσι sus in cœno volutatus.* De prognostico Arat. *ἠδὲ σύες φορτῷ ὑπαιθαλόωντες ἐπ' ἰλύι sues in luto furentes.* Plutarch. in Præceptis Salub. ait volutationes suum *ὅτι φορτῷ, in cœno,* esse σημεῖα πνεμάτων, καὶ ὄμβρων: *præsagia ventorum, & imbrium.* Polit. *Cum sibi non factos fus dissipat ore maniplos.* Ad hanc fusum intemperantiam alludit Calab. lib. 11. cùm ait, σάλλοισιν ἐς λύτον αὖον ἐρεμνοῖσι: *subus in segetes aridas irruentibus.* Lege Eras. Chil. 1. Cent. 4. c. 38.

Nebularum prognostico

9. NEBVLÆ MAGIS IMA PETVNT.] Sex Arati versus vnico includit, atque ita, vt nihil reliquerit, quod ad rem pertineret. Græci versus omitto, quia multi. Contrariam sententiam Cæcilius apud Minut. *nubes altius surgere,* describens videlicet tempestatem.

Noctuæ præsagium.

10. NOCTVA.] De hoc præsagio Arat.

——Καὶ νυκτερίη γλαὺξ
Ἥσυχον ἐσπόμενα μαρμαιομένῳσι χεμεῶσιν
Τυθέσα τοι σῆμα:
——nocturna nocua
Quiete canens, marcescentis tempestatis
Esto tibi signum.

11. SVBLIMIS IN AERE.] Hermias antiquissimus ille Philosophus in Irrisione Philosophorum Gentilium: *sublimis in aere feror.*

12. NI SVS.] Amores Scyllæ cum Minoe, & proditionem contra patrem Nisum, qua illi subsecuit crinem purpureum, quo incolumi ille mori nequibat, omnes sciunt. Verti sunt in aues sui nominis tam pater, quàm filia; pater filiam semper vindicabundus persequitur. Tametsi de filia alia quoque sit fabula, versam in canes marinos, quam rem alibi docco.

Purpureus Nisi capillus

13. PVRPVREO CAPILLO.] Vix est Poeta, qui non celebrauerit hanc Nisi Regis comam purpuream, Ouid. 1. Rem. *Hæsisset capiti purpura Nisæ tuo.* Stat. 1. Th. *Purpureo seni.* Ab Ouid. libr. 8. Met. Nisus dicitur *splendidus ostro.* Pausan. quoque in Attic. ait, fabulam esse vulgatam de Niso Rege habente capillum purpureum. Enumerans Dio Chrys. Orat. 64. felicitates, quæ Regibus à Fortuna, acciderunt, ita ait: *Croso dat aurum, Candaulæ vxorem, Peleo ensem, Nestori scutum, Pterile auream comam, Niso capillum purpureum, Alcibiadi pulcritudinem, Socrati prudentiam, Aristidi iustitiam, &c.*

14. POENAS DAT.] Ita in 2. *pœnas dant sanguine Theseri.* in 6. *dantem Salmonea pœnas.* in 8. *Quas pœnas mihi Turne dabis.* Sumsit ex Græcis, qui sæpe *δίκας δίδου.*

15. SECAT ÆTHERA.] Eurip. in Phœniss. de Sole, *ἓν ἄστρα ἠερία τέμνων ὑδρηχεῖ ἄστρα cœli secans viâ.* Cic. in Arat. *——gemini secat aera pennis.* Virg. ipse in Ciris *secat æthera pennis.* Mutuatur enim à se ipso quatuor versus ab hoc, *Quacunque illa leuem, &c.*

Liquidum pro flexili.

16. LIQVIDAS.] Docte Germanus admonet, Virgilio hîc dici voces *liquidas*, & Horatio, atque Lucretio carmen *liquidum* ex Græcorum imitatione, qui *ὑγρὸν liquidum*, capiunt pro *εὐκίνητον*, & *εὔκαμπτον: lentum, flexile, ductile.* Nam Arist. lib. 2. de partib. Animal. dixit, *ὑγροτέρων κίνησιν: liquidiorem motum.* Et libr. 1. de Generat. Animal. loquens de serpentibus *τὸ ὑγρότητι χρῶντα τὰ σώματα: Vtuntur flexu corporis.* ad verbum, *vtuntur liquore, humore corporis.* Addo Luc. qui lib. de luctu, *ὑγρότης τῶν μελῶν: flexibilitas membrorum.* Ad verbum *humor membrorum.* Ratio huius acceptionis est, quia quæ liquida, eo ipso flexibilia. Antipater quoque libr. 3. Anth. dixit *ὑγρὰ ἀείδειν: lasciue canes.* ad verbum, *liquide.*

Coruorum præsagium.

17. CORVI.] Insistit istis Arateis de coruis,

——αὐτὰρ ἔπειτα μετωδύρεται κελαινήτοτε,
Πλειότεροι δ' ἀγελησὶν ἑπὶν κοίνοισι μέδουσι
Φωνῆς ἐμπλειοι, χαίρουσι κέπι οἰάτοισι,
Οἷα τὰ ῥηϊ βοόσοι, λιγαινομβόσιοισν ὁμοῖα: plura Aratus, omitto:

——ai postea turmatim clamitantes,
Frequentiius vero congregati, quando cubilis memores sint,
Voce plen: lætari enim quis putauerit:
Sic enim vociferantur iucundantium in morem.

18. PRESSO TER GVTTVRE.] Sidon. ita extulit Epist. 2. lib. 2. *oscines coruos voce triplicata puniceam surgentis auroræ facium consultantes.*

Corui non amant sobolem.

19. PRÆTER SOLITVM.] Doctus Poeta alludit procul dubio ad naturam coruorum, & veluti impietatem. qui dies multos solent abesse à puellis, & nidis. Hoc aliqui attribuunt illorum obliuioni. S. Chrysost. Serm. in Heliam prophetam: *Odit prolem suam coruus, & natura non educat.* Est enim hoc animal minimè Venerem appetens. Ideo ab Aristot. lib. 1. Hist. c. 1. numeratur inter *ἀγονώτατα.* Quin ab illis expelli pullos è nidis, auctor est Plin. lib. 10. c. 12. accepit ab Arist. lib. 9. Hist. Anim. cap. 31. οἱ δὲ κόρακες *τοὺς ἑαυτῶν νεοττοὺς, ὅταν οἰωσὶ ὅσον ἤδη πτέσθαι, τὸ μὲν πρῶτον ἐκβάλλουσιν, ὕστερον δὲ ἐκ τῆς τότε ἐκδιώκουσι: Corui suos pullos, cum volare iam possunt, primum nida eiiciunt, deinde*

VVA. BHSC. BU 00239

regione tota exterminant. Et libr. 6. eiusdem operis c. 6. A ἐκβάλλει τὰς νεοττιὰς ὁ κόραξ: *cornues pullos niáo expellit.* Hanc coruorum impietatem in pullos attingunt diuinæ literæ, nam Iob c. 38. *Quis præparat coruo escã, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quòd non habeant cibos?* Lege in hunc locum sacros Interpretes: atque etiam in Psal. 146. Ergo Poeta hanc naturam attingens, ait coruos in præsagio serenitatis præter solitum lætari, ac nidos reuisere.

20. DVLCESQVE REVISERE NIDOS.] Cum verbo *reuiso* iungit *dulcedinem*, memor fortassis Græcorum formæ, apud quos νόστος significat & reditum, & dulcedinem: quippe omnis reditus ad nota dulcis est. ita etiam νοστιμος est & qui redit, & qui suauis est. Monuit Germ. Ea verò forma, qua Nostet, vsus est Valer. c. 1. lib 4. *rura sua revisere.* νόστος.

21. HAVD EQVIDEM CREDO.] Tale quid B Eurip. in Helen. vbi ait πεφρωτὸν φθέγματα esse φαῦλα καὶ ψευδῆ πάντα: *Voces auium stultas & plenas mendacij.* Auibus vade natum diuinare. Euertit verò hic Virgil. Opinionem Gentilium de auium prognostiçis. Non (inquit) est illis diuinum ingenium, diuina mẽs, vt vaticinenturtres tota pendet ab densitate & relaxatione aeris, qua iam tristantur, iam lætantur. Plato causam aliam assignat verbis istis in Timæo, loquens de animarum transitu in alia corpora: *Animum autem genus ex nostro ita est apte formatum, vt pro pilis pennas acciperet. In hoc illis homines transeunt, qui simplices & innocentes cùm sint, leues tamen sint, & frustra in rebus sublimibus curiosi: quive adeò fatui sunt, vt oculorum iudicio confisi, hoc altissima quæq; firmiter demonstrari posse non dubitent.* Hinc ergo diuinæ aues iuxta Platonem, quia in eas transierunt curiosi rerum sublimium homines, quique confidebant iudicio suo altissima posse indagari. Ex C Platone lucem capiunt versus Papinij 3. Theb. loquentis de augurijs auium:

——mirum vnde, sed olim
Hic honor alitibus. Superæ seu conditor aulæ
Sic dedit, effusum chaos in noua semina texens,
Seu quia mutatæ, nostráque ab origine versis
Corporibus sedere notos: seu purior axis,
Amotúmque nefas, & rarum insistere terris
Vera docent: tibi summe fator terraque, Deúmque
Scire licet.

Vides, vt secundo loco attingat rationem Platonis.

Ingeniũ de auibus. 22. INGENIVM.] De auibus quoque Plin lib. 10. c. 33. *ingenia auium admiranda.* Et c. 39. de apodibus (est genus auium) *ingenia aque varia, ad pastum maximè.* Et c. 43. de coruo quopiam: *ingenium auis.*

23. IVPITER HVMIDVS.] Græci dicunt διὰ χειμῶνος, ἐν χειμῶνι, ἀλθριον, διὰ χιόνος. Horatius: *Ione frigido.*

Denseo, pro, denso. 24. DENSET.] Sic legendum per secundam coniugationem ex veteribus exemplaribus, non *densat.* Ita etiam Lucr. lib. 1. *Nec tali ratione potest denserier aer.* Iterum: *quia se condenseat aer.* Ouid. 3. Fast. *& rarum pectine denset opus.* Apul. de Mundo: *Si aer actus in nubem, nubilum densat.* In Horat. quoque lib. 1. od. 28. docti agnoscunt hanc lectionem: *Mollia fœnum, ac nouenum densentur funera*, non, *densantur.* Prudent. hym. 5. cathem. *Densetur cuneis cuneis turba pedestribus.* Et in Hamart. *agmina denset.* Plin. lib. 20. cap. 14. de mentha herba: *densere lac non patiur.* Ad eundem modum in Catul. *tardet* pro *tardat* legendum sentit Scaliger. ex consensione veteris scripturæ, in eo versu: *tardet ingenuus pudor.* Ceterùm hoc loco, vbi sermo est de densitate, & raritate, digna est, quæ audiatur Germani Nota. Non abs re Poeta mutationes motúsque in animalibus ad densitatis, & ratitatis facultatem refert, cùm per eas Philosophi ferè omnes consentiant, naturam moliri conatus generationis, vti constat ex Platone, atque Aristotele lib. de Phys. Aud. & 2. de Generat. & corrupt vbi docet, qui vnum, duo, tria, vel plura principia & elementa constituerunt, rerum omnium ex his per condensationem & rarefactionem, generationem excitasse. Nam qui vnum statuebant elementum, ei duo principia adiungebant. dicebant enim mediam quandam naturam aere tenuiorem, igne densiorem constare; & ex ea, & contrariis qualitatibus densi, & rari cetera generari. Qui duo, vt Parmenides, ignem, & terram decernebant; inter illa duo media interiiciebant, scilicet aerem, & aquam; quorum hanc ex terræ rarefactione, illum ex addensato igne edi asserebant. Ab horum dogmate non abhorrebant, qui tria, aut plura ponebant rerum principia. Vt verò Virgilius hæc duo verba opponit, ita Græci πυχνὸν, & χαλὸν. Plutarc. 6. Simp. Quæst. 2. πυχνοῦσθαι & σφιγγεσθαι, ἢ παχύνεσθαι, καὶ χαλᾶσθαι: *densantes stomachum, ac rursum apertientes, & laxantes.* Et Quæst. 8. opponit πύκνωσιν, καὶ ἀραίωσιν: *densitatem, raritatem.* Ibidem verba, πυκνὸν, & πῆκτὸν. Tardeo, pro, tardo. Densitas & raritas principia generationis.

25. LÆTÆ PECVDES.] Plinius de hoc præsagio: *Nec mirum aquaticas, aui in totum volucres, præsagia aeris sentire: pecora exultantia, & indecora lasciuia ludentia eandem significationem habent.*

26. OVANTES GVTTVRE CORVI.] Auson. in Epig. *Gallorum cantus, & ouantes gutture coruos.* Ouid. in Fragmento Halieut. apud Hieron. Columnam: *Et ouantes gutture cancri.* Ceterùm concentum istum auium transacta tempestate iam sereno cœlo, & ouationem, ac veluti tripudia ita libat Calab. lib. 14. explicans Græcorum lætitiam, Aues lætæ post tempestatem.

Μολπὰς δ' ἠερίων ἵκε δι' αἰθέρος, εὖτε κολοιῶν
Κλαγγὴ ἀπιεροῖσιν, ὅπαν' εὐδιον ἦμαρ ἱκοντο
Χείμαλέου ἐξ ὀλοοῖο, πολὺ δ' ἄεσε νήνεμος αἰθὴρ.

Cantus per æthera ferebatur in cœlum, quemadmodum graculorum
Cantus plurimus, illucente serenitate in cœlo
Post hyemem perniciosam, tranquillo iam æthere.

a Si verò Solem ad rapidum, Lunásque sequentes
Ordine respicies, nunquam te crastina fallet
Hora, nec insidiis noctis capiere serenæ.
b Luna reuertentes cùm primùm colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolæ, pelagóque parabitur imber.
At si virgineo suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit;

Totus

UVA. BHSC. BU 00239

Totus & ille dies, & qui nascetur ab illo,
Exactum ad mensem pluuia ventisque carebunt:
Votaque seruati soluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

ARGVMENTVM.

Prognostica seriora sumenda à Sole, & Luna. Luna tria asseruntur: obscura pluuiam signat; rubens ventos; pura serenitatem.

EXPLICATIO.

HACTENVS tradita sunt prognostica ventorum, pluuiarum, & serenitatis, quæ indicantur ab animalibus: tradit iam, quæ indicantur, à Sole, & Luna; sed de hac prius, de Sole posterius. Præmittit tres versus proœmij loco, docens neminem posse decipi, qui attendat ad præsagia Solis rapidè pereurrentis cœlum, & Lunæ sequentis statò quodam ordine motum Solis, vt certam quandam regulam: neminem (inquam) posse decipi, etiam si nox sit admodum insidiosa; solet enim nox primo initio clara esse, deinde nubibus tegi.

b Constituit Lunæ præsagia tria, cum est cornu obscuro, rubro, puro. De primo ait: cum Luna renascitur (nam hoc est, colligere ignes reuertentes) si cornu fuerit obscuro, imbres imminent & mari; & segetibus si rubro, ventus. Obserua obiter locutionem dignam hoc vate, *Luna virgineo in ore vbi vorem sibi suffundit*: si die quarta ab eius coitu pura fuerit, non cornibus obtusis, sed clare micantibus, non solùm quartus is dies, sed omnes vsque ad finem mensis carebunt tam imbribus, qui signabantur per obscuritatem; quàm ventis, qui per ruborem. Ergo, in tanta securitate temporis, & Lunæ tranquillitate, nullæ erunt procellæ in mari, neque nautæ peribunt, quin potiùs salui, atque incolumes peruenient ad littus, vbi vota sua possint soluere Diis littoralibus, videlicet Glauco, Panopeæ, Melicertæ filio Inus. In summa ait, à Luna obscura signari imbrem, à rubente ventos, à pura serenitatem.

NOTÆ.

Sol rapidus. 1. SOLEM RAPIDVM.] Ad celeritatem Solis pertinent versus isti Lucr. lib. 2. qui loquens de celeritate motus:

Et multo citius ferri, quàm lumina Solis,
Multiplicesq; loci spatium transcurrere eodem
Tempore, quo Solis permulgent fulgura cœlum.

Arn. lib. 2. *ne nobis frigora, Solesq; incommodent rapidi.* Virg. sup. *rapidæve potentia Solis.* Cal. li. 4. ἠελίοιο θοὸν φάος & *rapidi Solis lumen.* Pap. 5. Syl. *volucris Phœbi rota.*

2. INSIDIIS NOCTI SERENÆ.] Tale illud 5. Æn. & cœli toties deceptus fraude sereni.

Luna nigris cornib. pluuiã indicat. 3. SI NIGRVM OBSCVRO.] De hoc præsagio Arat. ἀλλοῖα δ' ἀλλογενῶν ἐριδαίνει ὄμβρια νύκτες: *Alias alias per nigricans, conicito pluuia.* m. Basil. Hom. 6. Hex. φαεινὰ δ' ταῖς κεχρέως φαινομένη ὑδρηλὸν ἀπὸ νεφῶν: *Si fuerit crassa cornibus aquam è nubibus impetuosam.* Plin. *si nigra, pluuias portendere creditur.* Iterum: *nigrescens, imbres.* In extremo loco de plenilunio loquitur. Allusit Claudian. de Bel. Gild. qui ociosos putat, qui notauerint, an Luna *conceptis lucescat turbida coris.* Lucan. lib. 5. exsequens præsagia tempestatis: *Lunaque non gracili surrexit lurida cornu.* Iterum:

——tum lurida pallens
Ora tulit: vultus sub nubem tristis iturо.

Politian. de suo Rustico. *——sin atra recedat, Tecta subit metuens hyemes.* Veg. lib. color cœruleus indicat pluuias, A loquitur de Luna, & cœruleum colorem pro nigro, aut fusco posuit. Ptolemæus etiam dixit, Lunam si fuerit, μέλαινα, ὄγκῳ, παχεῖα, nigra, pallida, crassa, esse χειμώνων, καὶ ὄμβρων ἀναπλεῳ: *Indicem hyemis, atque imbrium.* Extremum alius mihi suppeditauit. Ex his omnibus collige locutiones. Nam in sermone Lunæ idem sunt Græcis μέλαινα, ὄγκος, παχεῖα. & Latinis, *niger, liuor, liuor, atricies, color cœruleus.*

4. AT SI VIRGINEVM RVBOREM.] De rubicunda Luna præsignante ventos idem Ptolem. λεπτὴ δ' καὶ ἐρυθρὰ, καὶ ὅλον τὸ τῦ φορτίου κύκλου ἔχουσα διαφανῆ, ἐξ ὑποκειμένης ἰδέας, αὐξήσιν ὑπονοητικὴ καὶ ὁμαλισμὸν πνεύσεως ἢ ἐρεύνων: *Si Luna tenuis rubraque fuerit, & totus orbis, etiam qui non videtur, sit conspicuus, & tremulus, ventos portendit, maximè ex sua declinatione.* Aratus παῦρα δ' ἐρεβεννὴν, δοκέειν κελεύθιος: *Omnino verò rubens, conuicio venti meatus.* Iterum: λεπτὴ δ, καὶ εὖ μάλ' ἐρεβώδης, Πυρὶ μαπὶν: *tenuis, & satis rubens, Ventosa.* Iterum, ἐρεβώδης & ---τότε χείμερ & : *rubicunda, tunc procellosa.* Basil. dicto loco, κατέρυθρος & φαινόμενα ---τότε ζάλαν κίνησιν ἀπιλεῖ: *si appareat rubicunda minatur horridam Austri conclitationem.* Plin. *si rubicunda, ventos.* Iterum: *si rutila, ventos.* Lucan. libr. 5. *ventorumque nota rubuit.* Politian. *-si rubra coruscet, Tum vero exsultat ventos.* Veget. lib. 4. c. 41. *rubicundus enim color ventos.* Luna rubicunda ventos indicat.

5. AVREA PHOEBE.] In Epigr. Græco. μιὴν χρυσοειδὴς & . Ouid. 2. Met. *Et quanto quàm Lucifer aurea Phœbe.*

6. SIN ORTV QVARTO, NAMQVE IS CERTISSIMVS AVCTOR.] Vult Virgilius quartum diē Lunę esse indicem reliqui mensis, & non vtcunque, sed præcipuum, & certum: sed scias tamen in hoc nihil esse certi. Aratus quidem & tertium, & quartū æquè indices facit, vsque ad ὀγδόωνον. Veg. c. 45 li. 4. diem quartum. Basil. Hom. 6. Hex. tertium. Theophrastus (quæ nota est Brod. lib. 3. Misc. c. 13.) æquè constituit diem τετρᾶδα, ὀγδόδα, πανσέληνον: *quartum, octauum, plenilunium.* Brodæus ipse, sextum ex vulgi opinione. Ægyptij (auctor est Plin.) quartum diem maximè obseruabant: eundem Varro, auctore eodem Plinio. Plinius ipse iam quartum, iam quintū, iam plenilunium constituit: Hispani potissimum diem quintum obseruamus, cuius ductu, atque imperio reliquus mensis regatur. Theodoualdi mortem præsignatam à stella, quæ ingressa est circulum Lunæ quintæ, auctor est Greg. Turō. lib. 4. Hist. c. 9. Lunæ dies index.

7. PVRA.] De præsagio Lunæ puræ ac splendidæ micantæ Arat. παῦρα δὲ καθαρὴ, καὶ μάλ' εὐδία τε κρίνεται: *Omnino pura cùm sit, serenitatem obseruate.* Basil. Hom. 6. Hex. λεπτὴ μὲν ἡ ὅλη δὲ σὰρξ τρίτῳ ἡμέρᾳ καὶ καθαρὰ καθορᾶν εὐδίαν κατασημαίνεται: *Si tenuis sit tertio die, purõque nitore fulgeat, constantem serenitatem nuntiat.* Plin. *si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem.* Iterum: *si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit.* Polit. in Rust. de suo agricola: *Tractat opus, si pura micat.* Veget. *latus orbis, ac lucidus serenitatem nauigiis repromittit, quam gestat in vultu: præcipue si quarto oriu, neque obtusis cornibus rutila, neque infuso fuerit humore fuscam.* Luna pura serenitatem indicat.

8. OBTVSIS CORNIBVS.] Hæc locutio in Luna ducta est à Græcis, nam Aratus: παχίον δ', καὶ ἀμελεῖται κεραΐαις: *crassa, & obtusis cornibus.* Iterum de eadem: ἢ νότῳ ἀμελύνεται: *Austro hebetatur.* ——καθαρὸν φάος ἀμελύνεται: ——*lucidus fulgor hebetetur.* Plin. *in*

UVA. BHSC. BU 00239

quinta, cornua eius obtusa. virg. de stellis: *acies obtusa.* Arn.li.2.*obtusi hæc luminis, acutioris illa & fulgidæ claritatis.* Cic.2.Acad.apud Non. per *hebetudinē* expressit: *Quid? Lunæ quæ lineamenta sint, potésne dicere? cur eius nascentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua?* Cyprianus per vocem aliam, cùm ait contra Demet. *declinante iam cursu exoletis cornibus Luna tenuatur.*

9. ET QVI NASCETVR.] Ita ferme 3.Æneid. *& nati natorum, & qui nascentur ab illis.*

Nautarum vota.

10. VOTAQVE SERVATI.] Attingit morem veterum, & signatè locum eius moris. Vouebant nautæ, si tranquillo cursu vterentur, soluturos se vota Littoralibus Diis in ipso littore. Nunc morem aperit Virgilius ipse 3.Æn.

Quin vbi transmissæ steterint trans æquora classes,
Et positis aris iam vota in littore solues. & lib.5.
Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras voti reus.

Catul.de phaselo, dixit, *Nec vlla vota Littoralibus Diis Sibi esse facta,* quin videlicet semper est vsus secunda nauigatione. Quæ dixi pertinent tum ad morem, tum ad locum. De more Ouid.

Dij maris, & terræ (quid enim nisi vota supersunt)
Soluere quassatæ parcite membra rati.

& Lucillius, cuius epigramma adducit, & vertit Natal.lib.8.Myth.c.4. Lucillius (inquam) non Lucianus, vt prauè scriptum in Natal. Ergo:

Γλαύκῳ, καὶ νηρεῖ, καὶ ἰνοῖ, καὶ μελικέρτῃ.
Καὶ βυθίῳ κρανίδιῃ, καὶ Σαμόθρηξι θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους λουκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς, ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω:

Inóq;, Glaucóq;, & Nereo, dein Melicertæ,
Et Samothracum Diis, æquoreóq; Ioui,
Seruatus dicat è pelagi Lucillius vndis
Hos crines; aliud namq; habet ille nihil.

Dicam etiam de hoc more, 12.Æn. ad illud: *Seruati ex vndis, vbi figere dona solebant.*

11. GLAVCO.] Sumsit hunc versum flexu modico à Parthenio (testes Macrob.& Agel.) qui priùs γλαύκῳ, καὶ νηρεῖ, καὶ ἰνώῳ μελικέρτῃ. in codicibus Agellij legitur: εἰναλίῳ μελικέρτῃ. Huic versui similis ille Lucillij iam adductus. Deorum, quos hîc memorat, cognitio peti vndecunque potest.

[a] Sol quoque & exoriens, & cùm se condet in vndas,
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur,
Et quæ manè refert, & quæ surgentibus astris.
[b] Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medióque refugerit orbe;
Suspecti tibi sint imbres: namque vrget ab alto
Arboribúsque satísque Notus, pecoríque sinister.
Aut vbi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpent radij, aut vbi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;
Heu malè tum mites defendet pampinus vuas:
Tam multi in tectis crepitans salit horrida grando.
[c] Hoc etiam, emenso cùm iam decedet olympo,
Profuerit meminisse magis: nam sæpe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores:
Cœruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros,
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tum pariter vento, nimbísque videbis
Feruere: non illa quisquam me nocte par altum
Ire, neque à terra moueat conuellere funem.
[d] At si, cùm referétque diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit; frustrà terrebere nimbis,
Et claro syluas cernes Aquilone moueri.
[e] Denique quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudémque, & operta tumescere bella.

C

ARGVMENTVM.

Dein de Sole multa, hac distinctione, vt priùs dicantur, quæ pendent à Sole Oriente, deinde quæ à Sole Occidente, tertio quæ coniunctim ab vtroque.

EXPLICATIO.

[a] A PRÆSAGIIS Luna excurrit ad præsagia Solis, hæc duplicia sunt, aut naturalia, aut prodigiosa: naturalia in hoc tractu persequitur, prodigiosa

UVA. BHSC. BU 00239

gioſa poſtea ſermone arrepto de morte Iulij Cæſaris. Præmittit verſus tres procemij vice: quibus ait, capiendæ eſſe præſagia à Sole oriente, ab eodem occidente; & vtraque eſſe certiſſima, tam quæ edit Oriens ſummo mane, quàm quæ Occidens aſtris apparentibus.

b Dixit ſumenda eſſe præſagia à Sole Oriente, & Occidente, agit iam primo loco de his, quæ accidunt illo Oriente: hæc tria ſunt, primum præſagium ſignificat imbrem copioſiſſimum, duo reliqua horrentem grandinem. Ergo ait: Si Sol Oriens lateat ſub nube, & varias quaſdam maculas contrahat ex denſitate vaporum, qui exſiſtunt circa horizontem, ac dimidia tantùm ſui parte appareat (hoc eſt enim, fugere medio orbe) imbres time. tunc enim Notus ſiniſter ac noxius arboribus, ſatis, pecoribus, imbres virget impellíque ab alto aere. Pergit ad grandinem. Si ſub lucem (hoc eſt, paulo poſt ortum diem, & Solem) latens ſub nubilo in diuerſas partes radios demittat: aut ſi Aurora ante orientem Solem pallida ſit, grandinem time: quid enim putas accidit vuis maturis, aut quanam ratione defendentur ope pampinorum, cùm ex horrenti grandine tecta etiam crepitent.

c Sequuntur prognoſtica à Sole occidente, hæc tria ſunt ex tribus coloribus, quibus ſolet infici, cœruleo, igneo, & rutilo maculoſo: cœruleus pluuiam ſignificat; igneus Eurosq; rutilus cum maculis ventos, imbres, procellas. Non ego (inquit) ea ſum ſtultitia, vt tunc nauigem, ſoluámque à portu; neque me quiſquam in eam mentem impellet.

d Dixit ſeorſim prognoſtica, quæ ſumenda ab Sole oriente, & occidente, & aduerſa omnia; nunc coniunctim, & quæ bona. itaque ait: Si ſol cùm oritur, & cùm occidit, clarus fuerit, earéſque nubibus, ne nimbos Auſtri time. proflabit Aquilo, qui clarus eſt. nam videlicet imbres diſſipat, & claritatem aeri inducit.

e Concludit, naturalia hæc Solis præſagia cum admonitiuncula, non diſſimili à procemio, quod præmiſit. Monet itaque, certiſſima quæque prognoſtica ſumenda eſſe à Sole, ſiue ſero veſpere, ſiue vento agente, atque expellente nubes ſerenas, ſiue inprimis Auſtro conatus moliente. Nam quis eſt, qui poſſit dicere, Solem aliquando fuiſſe falſum, & fruſtraneum? nemo profectò: cùm etiam ille ſæpiſſime indicauerit, quæ latent in imis ſenſibus mortalium, fraudes hominum, bellaque occulta. Ergo, qui indicat, quæ pendent ab hominum voluntate, cur non quæ ſunt naturalia? *cæci tumultus* ſunt, inſidiæ, coniurationes, fraudes adhuc latentes in cordibus.

A ſurgere per initium noctis, cadere aut labi poſt mediam noctem, aut diluculo. Ita 2. Æn. *cadentia ſidera.* quem locum vide.

4. MACVLIS VARIAVERIT ORTVM.] Eadem dixit Aratus flexu alio, videlicet tum diem ſerenum fore, cùm Solis orbis non fuerit varius maculis. Inde Poeta ex varietate imbres auguratur. Citat Vrſinus iſta Calpurnij Baſſi: *Si Sol in ortu ſuo maculoſus ſit, atque ſub nube latens, aut dimidia parte apparuerit, imbres futuros innuit.* Sunt qui hunc librum non Calpurnio attribuant. Polit. in Ruſt. *-an radiis monſtret diſcordibus imbrem.* Veget. *pluuia impendente maculoſum.* Quæ poſtea addit Poeta, de Sole condito in nubem, attigit quoque idem Aratus, cùm ait, metum pluuiæ deponendum, ſi nubes illi non præoriatur. Solis prognoſtica.

B 5. ARBORIBVSQVE SATIS.] Aratus, ὅτε φυτοῖς χειμὼν, φέρει δ' ὄτ' ἀρότοιο: *magna pluuia neq; grata plantis, neque arationibus.*

6. PECORIQVE SINISTER.] Flexu alio Perſ. Sat.

—*Auſter Infelix pecori.*

7. SVB LVCEM.] Notent hæc verba, qui putant hac forma ſignificari tantum tempus anteuertens, non ſubſequens. Dicunt enim his, *ſub lucem, ſub diem, ſub annum*, tantùm notari, paulo ante lucem, diem, annum: non paulo poſt lucem, &c. Nam hic Virgil. cùm de Sole iam orto loquatur, & dicat *ſub lucem*, apertè innuit tempus ſubſequens.

8. SESE DIVERSI ERVMPENT RADII.] Pari
C phraſi Lucr. lib. 4. *Tandem vbi ſe erupuit neruis collecta cupido.* De prognoſtico ipſo multorum radiorum erumpentium Aratus:

ὁπότ' ἀκτῖνες μὲν νότου, αἰ δὲ βορῆα
Σκεδάσωσι κάλυκα:
—*quando ex radiis quidam Auſtrum, quidam*
Boream
Sciſſi tangant.

Marcus etiam Varr. quem multi aduocant: *Si exoriès Sol concauus videtur, ita vt è medio fulgeat, & radios faciat partim ad Aquilonem, partim ad Auſtrum, tempeſtatem humidam, & ventoſam futuram innuit.* Plinius, *Si in exortu ſpargentur partim ad Auſtrum, partim ad Aquilonem, pura circa eum ſerenitas ſit licet, pluuiam tamen*
D *ventoſque ſignificabunt.* Videatur fortaſſe alicui Poeta hoc loco alludere ad ea, quæ Græci vocant παρήλια. Parelia, quæ. Fiunt hæc, quando nubes ex latere Solis, vel orientis, vel occidentis collocata velut ſpeculum, ἔνδοξον, ſeu imaginem Solis recipit, atque exprimit. Parelia hæc Plinius lib. 2. c. 31. *plures ſoles* nominat, à noſtris *virgas* appellari admonet Dalecampius, & te hoc docebit Seneca in fine huius Notæ. Theon ad Aratum ex Poſſidonio tradit, parelia eſſe nubes rotundas, quæ circa Solem effulgeſcentem irradientur, neque proprio lumine vtantur, ſed ſolari, quemadmodum etiam Luna. Ariſtoteles apud Suidam dicit, parelium eſſe nebulam ſupra modum condenſatam, quæ à Sole illuſtratur. Ita ergo nubes ſignum
E eſt aut grandinis, vt hic ait Poeta & alijs aut imbris, vt ſcribit Seneca lib. 1. quæſt. cap. 11. his verbis: *Aliud quoque virgarum genus apparet, cùm radij per anguſta foramina nubium tenues intenti, diſtantéſque inter ſe diriguntur: & ipſi ſigna imbrium ſunt. Quomodo nunc me hoc loco geram? quid eas vocem? imagines Solis? Hiſtorici ſoles vocant? & binos ternóſque apparuiſſe memoriæ tradunt. Græci parelia appellant, quia in propinquo à Sole viſuntur, aut quia accedunt ad aliquam ſimilitudinem Solis.* Scio, quæ hic dixi de alluſione Virgilij ad parelia, poſſe eludi?

Soles plures, qui. Virgæ in Sole, quæ.

9. PALLIDA.] Plinius ait, Oriente pallido nuntiari grandinem. Politian. de ſuo Ruſtico: *Conſulit & Phœbi*

NOTÆ.

1. SOL QVOQVE ET EXORIENS.] Hos tres verſus reddidit ex totidem Arati:

Ἡέλιος δ' ὅτι μελέτω ἐπιτρέπων ἰόντι.
Ἠελίῳ κ' μάλλον ἐοικότα σήματα κέκτο,
Ἀμφότερον, δυόντι, κ' ἐκ πάντης ἀνίοντι:

Solis item tibi cura ſit vtrinque euntis.
Soli etiam magis nota ſigna ponuntur
Vtrobique occidenti, & ex imo aſcendenti.

Ita etiam Veget. inter prognoſtica: *Sol quoque exercens, vel diem condens, &c.*

2. SOLEM CERTISSIMA SIGNA SEQVENTVR.] Idem Arat. loquens de Sole:

—τῷ δ' σκοπιαὶ κ' ἄεσσαι:
—*huius obſeruationes optimæ.*

3. SVRGENTIBVS ASTRIS.] Dicuntur aſtra

VVA. BHSC. BU 00239

Phœbi flammæ, an grandinis augur Palleat.

10. TITHONI.] Imitationem hanc seruo ad 9. Æneid.

11. MALE DEFENDET.] Pari locutione Hor. Epist. vlt. lib. 1. *male parentem asellum*. & Tertul. de Pal. *studia palæstra male senescentia*. Versus, qui sequitur de grandine saliente in tectis, apparet factus ad vestigia Apollonij lib. 2. qui grandini effusæ à Ioue, dat κόναβον τεγέων, *tectorum strepitum*.

Solis variantes prognostica.

12. VARIOS ERRARE COLORES.] De hoc prognostico capiendus Claudian. de Bell. Gildon. *Ora licet maculis asperserit occidua Sol*, ex mente Delrij nostri. & Seneca in Agamem. de Sole loquens: *suspecta varium occidens fecit frea*. Pausanias in Achaic. ore Amafæi de hac colorum Solis varietate: *Solis orbis vel caligine obductus, vel incensus rutilo, vel sub atro lividus fuit colore.*

Sol cœruleus quid in dicet.

13. COERVLEVS IMBRES DENVNTIAT.] Aratus,

Ἢ ἔτι μελανεῖ, καί σοι τὰ μὲν ὕδατος ἔσω
Σήματα μέλλουτος: *Aut si quando nigrescet, hæc tibi signa erunt pluuiæ futuræ.* Nigrum certè Arati colorem, per cœruleum explicat Poeta, de qua re iam suprà.

Sol igneus quidindicet.

14. IGNEVS EVROS.] Arat. —πὰ δ' ἐρεύθεα πάντ' ἀέξηται. *præcessit Cyllenius, si verò signa omnia erunt rubea, ventum indicant.* Vegetius: *ventis vrgentibus igneus.*

15. NON ILLA QVISQVAM.] Tali excursu (ait German.) ludit Virgilius 3. Georg.

Ne mihi tum molles sub diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse.

& 2 Georg.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.

Sed pulcerrimi sunt versus Oppiani lib. 5. Halicar. vbi inducit quempiam formidantem adire pelagus, & volentem mori in terra. Omitto omnes versus, quia multi. Libo tantùm aliquos.

—Ἀλλὰ σάλασσα
Χαίρε μοι ἐκ γαίης: ἔκφανον δέ μοι ἤπιον ἦθος:
—*Sed tu mare*
Salue mihi ex terra, te procul propitium esse volo.

& χέρσῳ ὃ ποτιδέρκεο σεῖο μοι: *è terra venerer Neptunum.*

Quasi dicat, non è mari. &

Τεῦ φίλη ἠρέθιες, σὺ μὲν τέκες, ἦλθ' ἐκάμασας
Φορβῇ χερσαίῃ, κάκπιος σ' ἐὺ σῶσε θαλάσσα:
Terra amica nutrix, tu quidem peperisti, atque educasti me
Esca terrestri, finibus autem tuis moriar.

Tu reliquos.

Solis prognostica.

16. AT SI, &c.] De hoc prognostico Arat. ait serenitatem indicari, si Sol cadens fuerit αὐέρεα, *sine nubibus*, & in Aurora τανδιόν, *serenus*. Discrimen est: nam Virgilius loquitur de ortu, & occasu vnius diei; Aratus de occasu præcedentis noctis, & ortu diei sequentis. Plinius ex præcepto Arati: *Si occidit pridie serenus, & oritur, tanto certior fides serenitatis.* Virgilianum prognosticum etiam est in Artemidoro lib. 2. c. 36. ἥλιος ἀπὸ ἀδιαπλήτου αὐγέος καμφθεὶς καὶ καθαρὸς καὶ κατὰ νέφος ἐς δύσιν, πᾶσιν ἀγαθός, *Sol ab exortu emergens splendidus & purus, atque etiam desinens in occasum, omnibus est bonus.*

A 17. FRVSTRA TERREBERE NIMBIS.] Flexu alio Aratus,

—ὅσσε μάλα χρὴ
Αὔριον, εἰδὲ δὴ νυκτὶ πεπειρήσειεν ὑετοῖο:
—*haud te valde oportet*
Cras, neque per noctem timere de pluuia.

18. QVID VESPER SERVS VEHAT.] Citat Macrobius lib. 1. Satur. librum Varronis ex Satyris Menippeis, cui esset titulus: *Nescis quid vesper serus vehat.* Vide Erasm. Chil. 1. Cent. 7. c. 5.

Serena nubes, quæ.

19. SERENAS NVBES.] Quæ istæ nubes serenæ? & à quo ventone neque enim nominat, tàtùm ait, agi à vento nubes serenas. Ego existimo, signari Aquilonem, qui Austro opponitur. Atque ita ait, sciri posse à Sole, quando Aquilo agat expellátque è cœlo serenas nubes; quando Auster, qui contrarius est, pluuias aduehat. Nam serenæ nubes (explicatore Gisan. in Collectan. ad Lucr.) sunt, quas Poeta ipse alibi vocat *nubila arida*, id est, sicca. Atque veteres dixisse *serum* pro arido priore breui: inde deductum *sereo*, mox *fereſco*, demum *serenum*. Firmat hoc simillimis exemplis.

B

Serenum vnde dicatur.

20. QVID COGITET.] Huic annectit Germanus parem locutionem Propertij lib. 3. —*quid flamine captet Eurus*. Et ego Statium 3. Theb. —*quid ferrea Clotho Cogitet*. Variat locutionem idem libr. 5. Sylueſtr. *Quid Boreas hybernus agat?* Ita ab Nonno lib. 3. Dionys. auræ dicuntur diuinatrices, μαντεῖς αὖραι.

Noti etymō.

21. HVMIDVS AVSTER.] Allusum ad etymō. est enim νοτὶς humiditas. Inde Auster ipse νότος quasi humidus. Opp. 3. Hal. νότος ὑγρὸς. & libr. 4. Venat. δροσηροῖο νότοιο. Orpheus vocat generationem ὄμβρους: *imbris*. Ouidius 3. Metam. *Austros imbriferos*. Plaut. Mercat. *imbricum*. Horat. od. 10. Epod. *vdo Noto*. Enn. 16. Annal. *imbricitorem* vocat. His similia attributa frequentissima in Poetis. De explicatione autem Horatiani versicul. lib. 1. od. 7. vbi ait, detergi è cœlo nubila à Noto, lege Franciscum Luysinum libr. 1. Parerg. c. 2.

C

22. SOLEM QVIS DICERE FALSVM AVDEAT?] Hinc Manil. lib. 2. *Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum*
Audeat, & tanto suffragia dicere sortis?

Solis præsagia.

23. COEGOS INSTARE TVMVLTVS.] His coniungit Vrsinus verba Tullij in consulatu: *Quid verò Phœbi fax, tristis nuntia belli.* & ego sententiam Thucydid. lib. 1. qui ait, Solis defectiones creberrimas præcessisse ante bellum Peloponnesiacum: & verba App. lib. 4. ciuil. qui ducens de prodigiis ante cædem proscriptorum: ἀμφὶ δὲ ἥλιον ἀπὸ σημεῖα πολλὰ: *Circa Solem insolita apparuere signa.*

D

De Astris Manil. lib. 1.

Quin & bella canunt ignes, subitúſq; tumultus
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.

Tumescere & bellis.

24. TVMESCERE BELLA.] Eadem phrasi Plato in Gorgia, οἰδέειν πόλιν. Integra pete à Germ. Addiungo Nazianz. in Epitaphio Basilij, ἄλλοι τὰ μὲν τῶν καθ' αὐτὸν οἰδήνειν ἔτι, καὶ παρασαλεύειν, οἶκοι καθήμενα: *Cùm illius præsertim negotia adhuc tumerent, & turbarentur, domi me continui.* & Velleium, qui ad saporem Virgilij accedit lib. 2. *Mors Drusi, tam pridem tumescens bellum excitauit Italicum.*

[a] Ille etiam exstincto miseratus Cæsare Romam,
Cùm caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt secula noctem.

[b] Tempore quamquam illo tellus quoque, & æquora Ponti,

Obscœ

UVA. BHSC. BU 00239

Obſcœníque canes, importunæq; volucres
Signa dabant, [c] quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarúmque globos, liquefactaque voluere ſaxa?
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audiit: inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
[d] Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes
Ingens: & ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis: pecudéſque locutæ
Infandum: ſiſtunt amnes, terræq; dehiſcunt:
Et mœſtum illacrymat templis ebur: æraque ſudant.
[e] Proluit inſano contorquens vortice ſyluas
Fluuiorum Rex Eridanus: campóſque per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit. nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſauit, & altæ
Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.
Non alias cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura: nec diri toties arſere Cometæ.
[f] Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.
Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro
Emathiam, & latos Hæmi pingueſcere campos.
[g] Scilicet & tempus veniet, quo finibus illis
Agricola, incuruo terram molitus aratro,
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila:
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes,
Grandiaque effoſis mirabitur oſſa ſepulcris.

ARGVMENTVM.

Perſequitur præſagia Solis prodigioſa, quæ præceſſerunt bellum ciuile Auguſti atque Antonij contra Brutum & Caſſium.

EXPLICATIO.

[a] DIXIT, Solem fuiſſe ſemper indicium bellorum, & motuum, qui latent in intimis ſenſibus. Probat iſtud his, quæ contigerunt poſt cædem Iulij Cæſaris, & ante bellum Auguſti & Antonij contra Brutum & Caſſium Iulij percuſſores. Falſo enim quidam aiunt, hîc numerari prodigia, quæ anteceſſerunt cædem Iulianam: imò, quæ ſubſecuta ſunt illam, & quæ præceſſerunt bellum ciuile cœtra Brutum, & Caſſium: ſed certè in vindictam Iulianæ cædis. Vates lectore tantùm eget. nam expreſsè ait: *exſtincto Cæſare.* Præceſſit ergo mors Iulij. Principe autem loco numerat Solis defectum, qui quia longus, ideo ait, formidatam fuiſſe à mortalibus æternã noctem, id eſt, vt ego puto, mortem omnium, atque [illegible] ſeruiat, eſt: Ille etiam Sol miſeratus eſt Romam poſt exſtinctum Cæſarem, cùm ſe texit caligine per annum integrũ, cùm ſecula, impia Iulij cæde, timuerunt æui exitum. Miſeratus (inquit) quia defectu ſuo indicauit mala futura, vt ſibi homines caurent.

[b] Addit non ſolùm Solis indicium, ſed terræ, A maris, canum, volucrum. Videtur mihi Poeta velle includere vniuerſum ferme orbem, vt ſcil. prædiuinarint cœlum, terra, mare, aer, bella ciuilia. Cœlum ſignat per Solem, per volucres aerem, per obſcœnos canes terram, mare aperte nominat.

[c] Subdit iam magnam, & incredibilem congeriem prodigiorum. Inprimis mugitus Ætnæ, cœli, montium: Ætnæ, nã hæc ſuos rupit fornaces, flammas vomuit, & ſaxa ignita per agros cyclopum: cœli, nam in Germania auditi ſonitus armorum toto cœlo d[illegible]ſcurrentium: montium, nam Alpes tremuere inſolitis motibus.

[d] Quæ includit quinque verſibus, horrenda omnia ſunt. Nam auditæ voces vltra humanum modum in lucis, viſa pallida quædam ſimulacra ad terrorem mortalium, locutæ ſunt pecudes res infandas, ſteterunt amnes, diſceſſit tellus, fuderunt lacrymas eburneæ templorum ſtatuæ, eorundem æra ſudarunt.

[e] Coniungam huc reliqua prodigia. Timuit Eridanus, atq; tam inſanis vorticibus ſyluas inundauit, vt ſecum armenta auferret, & armentorum ſtabula. *Proluit contorquens*, eſt, proluit, & contorſit, id eſt, egit in gyrum conuulſas arbores, quas proluerat. Pergit. Apparuerunt in extis fibræ admodum minaces: manauit cruor è puteis: etrarunt per vrbes lupi vlulantes: ceciderunt fulgera plurima è cœlo, cùm hoc eſſet ſerenum: arſere paſſim cometæ diri.

[f] Oſtendit iam quid indicauit præcedentia prodigia, nimirum bellum ciuile contra Brutum, & Caſſium

VVA. BHSC. BU 00239

Cassium gestum ab Augusto, & Antonio apud Philippos, & quia ciuile, ideo *paribus telis*. Ait *iterum*, quia ciuile Pompeij, vt Cæsaris eodem loco gestum. Huius tam atrocis belli conquestionem excitat, quod Dij dignum iudicauerint, & eadem Emathia bis tingeretur Romano sanguine: & campi illi, qui siti ad Hemum montem.

g Exaggerat, quale illud fuerit bellum contra Brutum ab euentu, qui futurus post multa secula: nam agricola arantes eam partem camporum inuenient Romana pila rubigine obsita, galeas rastris pulsabunt, admirabuntur ossa Romanorum, & ea grandia, vt quæ magnorum & fortium hominum, qui ibi occubuerunt.

B

Notæ.

Solis defectus prodigiosus.

1. CVM CAPVT OBSCVRA.] Defectus Solis semper prodigiosus. Putat Vtim expressum à Virg. locum Apollonij è 4. Arg.

Ἦέ ῥ' ὅτε μέσ' ἐπὶ νυκτὶ κατ' ἠέρα μήνη
Οὐρανόθεν. τὸ δ' ἄμαρτες ἐπὶ δίσκοιο φαείνει.

Dicit, *Solem die medio noctem* induxisse *cæco, astra visa*. Ego à Petronio in Sat. locum Virgilij. nam loquens de prodigiis bellorum ciuilium:

Continuo clades hominum, ventura que damna
Auspiciis patuere Deum: namque ore cruento
De formis Titan vultus caligine texit:
Ciuiles acies tam tum spirare putares.

Lucan. inter prodigia belli ciuil. lib. 1.

Ipse caput medio Titan cum ferret olympo
Condidit ardentes atra caligine currus,
Inuoluitque orbem tenebris, gentesque coegit
Desperare diem.

Eodem pertinent verba Capitolini in Gordian. *Indicium non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quod eclipsis Solis facta est, vt mox crederetur, neque sine luminibus accensis quicquam agi posset.*

Æternanox, quid.

2. ÆTERNAM NOCTEM.] De hoc Solis defectu post cædem Iulij loquitur Plutarch. in eius vita: ᾧ τὸ θεῖον ἥλιον ἀμαύρωσε τῆς αὐγῆς, ὅλον ὁ ἐκεῖνον αἱματωθὲν ὀργὲς μῆν ὁ κύκλος, ἡ μεμαυγὰς ἀπ' ἐχον αὐτὸν, ἀδ' ἑσπέρας ἐς λεπτὸν καὶ καθαρὸν διῆκεν: *Solis lumen caligine obfessum, toto namque illius anni spatio pallens globus, & sine splendore orbens, imbecillem ac tenuem ex se calorem emittebat.* & Plin. lib. 2. c. 30. *Fiunt prodigiosi, & longiores Solis defectus, qualis occiso Dictatore Cæsare, & Antonino bello totius pene anni pallore continuo.* Hinc apparet, quare Poeta dixerit *æternam noctem*. Vide etiam hic Seruium. His firmatur explicatio nostra, Virgilium loqui de prognosticis, non quæ præcesserunt cædem Iulij; sed quæ subsecuta sunt illam cædem, & præcesserunt bellum Bruti. Ad quæ etiam rem allucent versus Man. libr. 1. qui de astris ita loquitur.

Ciuiles etiam motus, cognataque bella
Significant: nec plura alias incendia mundus
Sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
Arma Philippeos simile vnt agmine campos.

Vbi loquitur de bello Bruti, quod magna prodigia indicarunt. Accepi per *noctem æternam* mortem, & æui exitum, iuxta illud Catull. *Nox est perpetuo vna dormienda*. & Ouid. in epist. Ariadnæ: *æterna nocte premenda fui*. Quod non dilucepat à trita locutione, qua somnus sumitur pro morte. Ouid. 15. Met. hunc defectum Solis constituit ante mortem Cæsaris. Nihil me mouet, nam contra lucem historiæ. Simile prodigium habes apud Vopis. in vita Cari: *Tanti nubinis subitò exorta tempestas est, vt caligarent omnia, neque alter* A *alterum nosceret*. Præcesserunt quippe istæ tenebræ mortem Imperatoris. Ad locum hunc vatis videtur alludisse Plinius lib. 6 epist. 29. *Multa ad Deos manus tollere, plures nusquam tam Deos esse, æternamque & nouissimam noctem mundo interpretabantur*. Versum ipsum eorum attripuit Sedul. lib. 4. Sententiam etiam Virgilij ita extulit Ped. Albin.

——ruit ipse dies, orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.

Ammianus libr. 20. *è mundi consortio penitus luce abrepta.*

Canum prægnantium augurium.

3. OBSCOENIQVE CANES.] De obscœnitate canum in augurijs alibi dicam. Nunc de prodigio canum. Duplex inuenio in scriptoribus prodigium canum, primum à latratu horrendo, & diro, quo solent res prædicere: alterum à fuga. Poeta nihil explicat; credibile, illum capiendum de primo, vt de quo frequentior mentio. Vtrunque hic illustrare non erit implacidum; tum quia hic attingit Poeta, tum quia nemo id diligenter hactenus. Primū firmat Pausan. in Messen. Notans enim prodigium, αἱ τοῖ κύνες, ἢ κατὰ τὰ εἰωθότα ὑλάκτων ἀλλὰ σωφρονέστερα, ἢ σιωπῇ τῇ κοινῇ πρὸς οἰκουρεῖ: *Canes non soliti, sed frequentiores, & vigilatione latratu vsi.* Ouid. 15. Metamor. inter sua prodigia:

Inque foro, circumque domos, & templa Deorum
Nocturnos vlulasse canes.

Lucan. inter sua lib. 1. —*flebile sæui*
Latrauere canes.

ita & Papin. 4. Th. *Nocturnique canum gemitus.* App. 4. Cir. κυνῶν τε τὸ ὠρύεσθαι διαλοιδορεῖσθαι κύνας: *canes vlulauerunt inistar luporum.* Addit Appianus, σύμβολον ἀνδρὸς: *præsagium triste.* Male Interpres vulgaris reddit, *præsagium insuetum.* Inter omnia, quæ præcesserunt mortem Maximini, ita Capitolinus: *Canes circum tentorium eius in secunda mansione vltra duodecim vlularunt, & animam quasi flendo posuerunt, ac prima luce mortui sunt deprehensi.* Ad idem pertinet versus hic oniroiticus: κυνῶν ὑλακτοῦσι ἐμβεβυλιασμένοι ἐκάστου: *Canum latratus signat momentum hostile.* Tendo ad alterum prodigium. Obseruauit, canes aliquando ex his, qui vincendi essent, fugisse ad futuros victores: & hac fuga vnius exercitus cladem, alterius victoriam signasse. Pausanias narrans cladem Messeniorum acceptam à Lacedæmoniis, ita scribit: αἱ κύνες συωθέντες ἐς τὸ αὐτὸ κατ' ἀμφὶ νύκτα οὐρώντα, τὰ δὲ καὶ ἀπορρήξαντα αὐθρέοι ἐφεῖς τὸ λακεδαιμονίοι ἐς τὴν ὁπλὴν: *Canes globo facto vlulatum dedere, denique ad castra Lacedæmoniorum concursu facto peruenerunt.* Par huic prodigium narrat Iouius 11. hist. his verbis: *Dum intentis omnium animis in euentum futuræ pugnæ arma parantur, & Sol tam in occasum inclinare murum dictu, & quod memoriæ prodendum videtur: Gallorum canes, relictis castris, magno continentique agmine Nouariam intrarunt, admistis Heluetiis, qui in statione erant, eorum curâ lambere, caudas adulanter quatere, demissisque blande auribus singulis applaudere cœperunt, tanquam Heluetij iam ipsorum essent domini, aut certè futuri, vt mox apparuit. Primus omnium Iacobus Mostinus è Torsano nequaquam agresti ingenio vir, & Italicæ gnarus linguæ, tanquam auguralis disciplinæ, vti ab euentu credi par est, non impetrius, omine accepto ad Maximilianum contendit, eique victoriam de Gallis est polliticus: quod à miorbum genibus esset obseruatum in auspiciis præliorum, procul dubio eorum fore victoriam, ad quos hostium canes tanquam ex insolitis castris ad eorum fortunam atque hostilia peruenissent.* Volui dare hunc locum, etiam si longum, quia insigniter illustrat verba Pausaniæ. Oros. li. 5. c. 18. inter prodigia belli Picētini notat hāc fugam canum, etiā si non ad hostes: *Canes quoque, quorum natura est, extra homines esse non posse, lacrymosis vlulatibus vagi luporum ritu obeuntes.*

Ergo

Ergo in Poeta capias vel vlulatum canum, vel fugam: & hanc, aut ex Bruto, & Cassio ad Augustum; aut ex vtribus ad vasta camporum.

Auisi cantus inter prodigia.

4. IMPORTVNÆQVE VOLVCRES.] De prodigiis ante mortem Cæsaris Ouid. 15. Met.

Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo.

& de prodigiis belli ciuilis Lucanus:

—diraſque diem fœdaſſe volucres Accipimus.

Papin. 3. Theb.

Monstra volant, diræ stridunt in nube volucres,
Nocturnæque gemunt striges, & feralia bubo
Damna canens.

Didonis mortem apud Virg. bubo quoque denunciat, quem locum adi, vt hunc illustres.

Ætnæ pro gnostica.

5. QVOTIES CYCLOPVM.] Prodigium Ætnæ æstuantis, & eiaculantis ignes multas sæpe clades antecessit. Petron. Satyr.

—iamque Ætna voratur
Ignibus insoliis, & in æthera fulmina mittit.

Alicui placebit *voratur*, non *voratur*. Redeo. Lucan. lib. 1. inter sua:

Ora ferox Sicula laxauit Mulciber Ætna,
Nec tulit in cœlum flammas, sed vertice prono
Ignis in Hesperium cecidit latus.

Cladem Cannarum apud Sil. lib. 8. præcedunt ignes Ætnei. Iidem raptum Proserpinæ apud Claud. lib. 2. Appian. quoque 5. Ciuil. ἐκ γὰρ τοῦ ὄρους τῆς Αἴτνης πολλοὶ καὶ μυκήματα μακρὰ, καὶ σάλπιγγα φερομένην πολὺ τρέμειν. Terruerunt exercitum sæui fremitus Ætnæ, horrendi mugitus, fulgura latè splendentia. Oros. 5. cap. 6. In Sicilia monte Ætna vastos ignes eructauit, ac fudit; qui torrentium modo per prona præcipites proxima quæque corripientibus exussere flammis, longinquiora autem fauillis calidis, cum vapore graui latè voluntibus, torruerunt; quod Sicilia semper vernaculum genus monstri non portendere malum assolet, sed inferre. Nullum finem faciam, si adducam scriptores omnes, qui dicunt, incêdia Ætnæ præcessisse ante grauia mala.

Vnda de igne.

6. VNDANTEM ÆTNAM.] Pari forma Æschil. in Prometh. πυπτοῦσι πυρὰς. Eurip. Med. πῦρ πνέουσι. Aristt. 2. Met. ἑλισσομένου δὲ καὶ ἐν τοῖς τοῦ πυρὸς ὥσπερ πνεύμασι. Quibus ignis, & flamma comparantur cum flumine, aqua, latice. Virgil. ipse *vndabat vortex flammis*. Apul. lib. de Mundo: *flammarum fluenta*. Claudius Marius Victor. lib. 2. *vndantésque globos flammarum in sidera latos*. Auson. in Perioch. *—vndantem clypeum defulgurat ignem.*

Ætnæ fornaces.

7. FORNACIBVS.] Lucr. quoque de Ætna lib. 6. *—vastis Ætnæ fornacibus*. & Virgilius ipse in Ætna. *—rapitque cauis fornacibus ignes*. Ouid. 15. Metam. *—sulphureis ardet fornacibus Ætna*. Claudius Marius Victor lib. 2. pro fornacibus posuit caminis:

Non aliter, quàm dum rupris fœtus Ætna caminis
Egerit immistis stridentia sulphura flammis.

Globus de flammis.

8. FLAMMARVMQVE GLOBOS.] Arnob. lib. 2. *fulmina torrentia flammarum globis*. Auson. in Sapiĕtib.

Quin flamma totum se per ambitum dabat,
Voluens in altum fumidos æstu globos.

Ammian lib. 23. *metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes*. Plin. lib. 2. c. 103. de Ætnæ *flammarum globus eructet*. ita apparet legendum in Plin. tum ex his, quæ in margine adnotat Dalecam. tum ex Virgil. quem videtur imitatus Plinius.

Armorum sonitus in aere maximum prodigium.

9. ARMORVMSONITVM.] Hoc progigiũ quoties accidit. Tibul. 2. El 5. *Atque tubæ, atque arma ferunt strepitantia cœlo Audita*. Lucan. de prodigiis Belli Ciu. *Tum fragor armorum*. Ouid. 15. Met.

Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes,

A *Terribilésque tubas, auditaque cornua cœlo*
Prænomisse nefas. Petron. Satyr.
Armorum strepitu cœlum furit, & tuba mortem
Sideribus transfinisse citet.

Plin. 2. cap. 57. *Armorum crepitus & tubæ sonitus audiros è cœlo Cimbricis bellis accepimus; crebriúsque & prius, & postea. Tertio verò consulatu Marij ab Amerinis, & Tuderibus spectata arma cœlestia, ab ortu occasúque inter se concurrentia, pulsis quæ ab occasu erant*. Appian. 4. Ciu. αὐδᾶσθαι μεγάλας φωνὰς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ὁπλῶν ἦχον, καὶ ὁρμὴν ἵππων, καὶ ἐφιππίων ἀλαλαγμούς. Hominum immanes voces, armorum strepitus, equorum cursus, insp ectante nemine audiebantur. In lib. 3. Sibyllinorum oraculorum legũtur versus isti:

Signaque saxa dabunt, & in alta prælia nube
B *Cernetis pedibúsque equitimque sonantibus auris,*
Quali vernantes prædam clamore fatigant.

Et superius:

—cœlo labentur ab alto
In terram ardentes enses.

Cic. 1. Diuin. inter varia prodigia: *ex cœlo fremitus auditus*. Oros. 4. c. 15. *Apud Argos parma in cœlo visa, Sol quoque pugnasse cum Luna*. Sed hoc prodigium Iosephus lib. 7. Bel. Iud. c. 12. *Ante Solis occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila*. Sumserunt ab hoc Egesippus, Tacitus, Apollonius. Primus lib. 5. Excid. Hierof. c. 44. *Ante Solis occasum subitò visi in nubibus currus, & acies armatæ*. Alter 5. Hist. *Visæ per cœlum concurrere acies, rutilatia arma*. Tertius 1. Excid. Hierof. *Mox etiam audiri currus per nubila ferri*. Et post pauca:

Armatæ veluti miscerent bella cohortes,
Tinnitu galearum, & mistos ensibus enses,
Pulsaque ab alternis & scuta sonantia scutis.

Ex dictis illustrari etiam potest locus 8. Æn.

Arma inter nubem cœli regione serena
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.

In signatis his verbis *Armorum sonitum*, putat Vrsinus allusum ad Lucret. lib. 2. *Nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela*. His prognosticis adnecti possunt prodigiosæ Historiæ de cohortibus, aciebus, castris, Dæmonum opera apparentibus ad terrendos pios viros. Vt apparet in vita S. Guthlaci apud Surium, in Chronico Hirsgauiensi. à quibus Historiis abstineo, quia promtæ in Delr. lib. 2. Disq. Mag. Q. 27. Sect. 2. Explicat hos tumultus Saxo lib. 1. Hist. Dan. additis etiam nominibus:

C *Trux Lemurum chorus aduehitur, præcéps que per auras*
Cursitat, & vastos edit ad astra sonos.
Accedunt Fauni Satyrig, Panúmque caterua
Manibus admilla militat ore fero.
Syluanis cœunt Aquili, Larvæque nocentes
Cum Lamiis callem participare student.
Saltu librantur Furiæ, glomerantur ĩsidem
Larvæ, quas simis Fantua iuncta premit:

Si quis me interdum reprehendat, quòd in illustrando Virgilio plura conferam exempla, occurrat huic Critico inertia aliorum Interpretum satis damnata lectoribus. Versus Saxonis etiam adducit Delr.

Tremor terrarum prodigiosus.

10. TREMVERVNT MOTIBVS ALPES.] Simile prodigium ante varias calamitates, & bella in plerisque reperi. Nam Cic. 1. Diuin. inter alia prodigia, ita ait: *Aut cùm se grauido tremefecit corpore tellus*. Iterũ cum terra sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus, multa nostræ Resp. multa ceteris ciuitatibus grauia, & vera prædixerint? Petron. Sat. inter sua prodigia: *—rupta tonabant Verticibus lassi montis iuga*. Inter sua Ouid. 15. Met. *mouêque tremoribus vrbem*. Ante bellum Ciuile Lucan.

VVA. BHSC. BU 00239

—tum cardine tellus
Subsedit, veterémque iugis nutantibus Alpes
Discussere niuem.

Bellum Picentinum præcessit tremor tertæ cũ horrẽdo fragore, vt auctor est Orosi. 4. c. 4. Bellum Thebanum apud Papin. 3. Theb. Et Bellum duorum fratrum apud eundem lib. 11. Sed & Arnob. ita loquitur lib. 1. *Terrarum validissimis motibus tremefacta nutant vsque ad periculum ciuitates.* Velleius 1. *Graecia maximis concussa est motibus.* Arator 1. Histor. Apostolicæ: *Arua tremunt concussa locis.* Tremorem istum ita describit Calab. lib. 2.

Ὡς δ' ἅλις μαλεδῶσιν ὑπ' ἀκροτάτοισι τεθῆναι
Λάεσσ', ἄφαρ δ' τε πάντα κατ' ἀμβολὰς ἀμφιχάνῃσι
Ἐκ θεμέθλων, ὧδέ τε τὰ πέλεμόνδε ἔαρι μάλα.

Vt cum terra cauernis impetuosis venium suboritur, statim omnia per terram suis sedibus conuulsa, ruina dissipantur. magno enim motu quassatur terra. Et lib. 11. — βρίσεν δὲ τε πᾶσα πέλυδρον: *infremit tellus circumquaque.*

Vox lucorũ. 11. Vox.] Quæ hæc vox sonans per lucos? Explicat, credo, Tibul. lib. 2. El. 5.

Atque tubas, atque arma ferunt strepitantia cælo
Audita, & lucos præcinuisse fugam.

Ergo credamus, Virgilium dicere, ante bellum Bruti auditam è templis lucorum vocem Deorum fugã suam indicantium. Id quoque Ouid. innuit, nam 15. Met. —*canitque feruntur Audiri Sanctis, & verba minacia lucis.* Quæ istæ minæ? nimirũ ex Tibullo Deorum fuga. Tale est illud Iosephi lib. 7. Bel. Iud. c. 12. de prælagiis, quæ ante excidium Solymorum: *Festo die, quem Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum, quendãmque strepitum senserunt: posteà verò subitam vocem audierunt quæ diceret, migremus hinc.* De eodem excidio Tacit. lib. 5. Hist. mutuatus à Iosepho: *Expasse repente delubri fores, & audita maior humana vox: excessre Deos. Simul ingens motus excedentium.* Sed de hac re latè lib. 2. Æn. Absolutè de vocibus lucorũ Lucanus lib. 1. de prodigiis belli Ciu. — *magnaque per auia voces Audita nemorum.* Et Petronius:

Nec non horrendi nemoris de parte sinistra
Insolita voces flamma sonuere sequenti.

Et Valerius Max. c. 9. lib. 1. *Ingens repentè vox è proxima syluæ Arsiæ, &c.*

Luci silẽtes. 12. Lvcos silentes.] Veteribus nemora omnia, ac syluæ silere existimabantur. ita 7. Æn. *tacitis syluis.* Et in 6. *tacitum nemus.* Referri hoc silentium potest ad religionem, qua luci omnes imbuti esse putabantur, & pars maxima sacrorum silentium fuit.

Simulacra, pro vmbris. 13. Simvlacra modis pallentia miris.] id est, vmbræ. ita Tull. 3. Off. ait esse in hominibus simulacra virtutis. Et certè Capitolin. qui in Maximino dixit: *simulacra bellorum agere,* & Ennodius, qui in Paneg. *congressionis simulacro atteri, & figura certaminum,* nihil aliud innuunt, quàm belli, & cõgressionis vmbram. Sæpe hoc delectatus est Virgilius. Nam in 7. *Multa modis simulacra vidit volitantia miris,* & 1. Æn. *coniugis ora modis attollens pallida miris.* In 10. *Ora modis Anchisiades pallentia miris.* Sumsit à Lucret. qui lib. 1. *Sed quædam simulacra modis pallentia miris.* Sententiam ipsam aliter extulit Cicer. in suo Consulatu:

Iam verò varia nocturno tempore visa
Terribiles formæ bellum motusque monebant.

Petron. verò in Satyr. exscquens prodigia, ita:

Ecce inter tumulos, atque ossa arenta bustis
Vmbrarum facies diro stridore minatur.

A Ouid. 15. Met. loquens de prodigiis, quæ antecesserunt mortem Cæsaris: —*Vmbrasque silentii Errauisse ferunt.* Et Lucanus de his, quæ antecesserunt bella ciuilia: *venientes omnius vmbra.*

Pecudes loquutæ. 14. Pecvdesqve locvtæ.] Lucanus ante bellum ciuile: *Tum pecudum faciles humana ad mira mura linguæ.* Capiendi boues, nam isti in prodigiis locuti sæpe. Tib. lib. 2. El. 5. *Fataque vocales præcinuisse boues.* Prodigium hoc obuium est in Liuio. Appian. 4. Ciu. ἐοῦς τε φωνὴν ἀφεῖναι ἀνθρώπου: *bos humanam vocem emisit.* Itaque ex consensione omnium, qui in prodigiis vocem dant bobus, in Virgilio per *pecudes* boues capias.

Amnium indicia. 15. Sistvnt amnes.] Plin lib. 2. c. 103. inter prodigia: *Amnes retro fluere & nostra vidit ætas, Neronis Principis annis supremis.* Papin. lib. 7. Theb. nonnihil variat in hoc prodigio: *auersique suis de cursibus amnes.* Sicut & Petron.

—nec vaga passim
Flumina per notas ibant moricntia ripas.

Rhodanũ magno prodigio retro iuisse, scribit Greg. Turon. lib. 4. Hist. cap. 31.

Simulacra Deorum lacrymantia. 16. Et moestvm illacrymat templis ebvr.] Tibul. *Et simulacra Deum lacrymas fudisse tepentes.* Silius lib. 8. —*lacrymaque ieiusta Effigie patria latè fluxere Quirini.* Lucan. 7. —*rorantia fleta Vsque ad Thessalicam Romana, & publica signa.* Et lib. 1. *Indigetes fletusque Deos.* Ouid. 15. Met. *Mille locis lacrymauit ebur.* Seneca in Thyeste: *fleuit in templis ebur.* De fletu simulacri Apollinis videndus S. August. lib. 3. Ciu. c. 11.

Simulacra Deorum sudantia. 17. Æraqve svdant.] Huius illustrationem debes Vrsino, qui coniungat ex prodigiis Apollon. lib. 4. ξόανα—ἱδρῶσιν αἵματι: *simulacra cum sudore sanguinis.* Et lib. 1. Epigr. ἄρτεμις ἱδρώσασα κεκεύθεσι κυδωμοῖς: *Sudans Diana nimia est tumultus.* Ex Interprete Apollonij in dictum locum, ὅταν μέλλῃ τὶ συμβαίνειν κακὸν, εἰώθει τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν: *Cum quid malí imminet, consueuerant sudare simulacra.* Adiungo Lucanum, qui inter prodigia belli ciuilis lib. 1.

—vbique laborem
Testatos sudore Lares.

Appianum qui lib. 4. Ciuil. de prodigiis, quæ præcesserunt cædem proscriptorum, ᾗ τῶν ξοάνων τὰ μὲν ἵδρυε, τὰ δ' αἷμα ἱδρύσειν: *simulacris nonnulla sudore, nonnulla sanguineo sudore perfusa.* Ab his non abit sudor ex lapidea statua Antonij, quam rem inter prodigia belli Actiaci narrat Plutarch. in Antonio. Huc pertinent verba Cicer. 1. Diuin. *Quid Lacedæmonius, paulo ante Leuctricam calamitatem, quæ significatio facta est, cùm in Hercules fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manauit?* Ibidem inter prodigia belli Marsici: *Deorum simulacra sudauisse.* Sed vide, si placet, vti in sequenti libro ista irrideat Cicero. Inter prodigia quæ præcesserunt mortem Commodi, hoc: *Herculis signum aneum sudauit in Minutia per plures dies.* Verba sunt Lamprid.

18. Prolvit insano.] Hunc locum Scaliger lib. 5. c. 14. compara cum Lucano, & Silio. Prior de eodem Pado ita ait lib. 6.

Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros:
Succubuit si qua tellus, cumulúmque furentem
Vndarum non passa ruit: tum flumine toto
Transit, & ignotos aperit sibi gurgite campos.
Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Vide,

VVA. BHSC. BU 00239

Vide, si placet, censuram Scaligeri contra Lucanū. Posterior in lib. 4.

Vi torrens ceisi præceps è vertice Pindi
Cum sonitu ruit in campos magnoque fragore
Auulsum montis volitat latus: obuia passim
Armenta, immanesque feræ, syluæque trahuntur.
Spumea saxosis clamas conuallibus vnda.

Non erit pudor adiungere Fracastorium, qui nouitius, par antiquis. Ille lib. 1. Syphil.

——summisque voluti montibus amnes
Præcipites secum syluas, secum aspera saxa,
Secum armenta trahent: medius pater impete magno
Aut Padus, aut Ganges super & nemora alta domisque
Turbidus, aquabile pelago freta lata sonante.

Sed locum istum alibi etiam illustro.

Eridani Elogia.

19. FLVVIORVM REX ERIDANVS.] Pari Elogio Tybris à Dionys. Afro, —— τοταμῶν βασιλεὺς ἄλλων: *Rex aliorum fluuiorum.* De eodem Virgil. *Hesperidum regnator aquarum.* Auson. de Danubio in Epigram. *Illyricis regnator aquis.* Elogium Eridani à Sidon. Paneg. ad Auitum, hoc est: —— *tibi maxime fluctu Eridane.* Plinij lib. 3. cap. 16. *Nullis amnium claritate inferior.* Gorop. Becan. lib. 9. Orig. Virgilium explicas, rem totam defert ad originem Cimbrorum: nam horum lingua Eridanus sonat *Regem dominum, bonorem aquarum.* Quæ res Virgilium non latuit, vt qui ab aliquo Germano didicerit vocis Etymologiam, & certè credibile est illos dedisse huic fluuio nomen, apud quos fluuius ipse nascitur. Itaque ait, non credendum Herodoto lib. 3. qui dicit nomen Eridani non esse barbarum, sed Græcum, & fictū ab aliquo Poetarum. Nam eo ipso, quod fictum credit, & nescit vnde, ignorationem manifestat. Addam ex παρέργῳ, Padum quoque auctore Plinio ex Metrodoro lib. 3. c. 16. nomen esse barbarum, videlicet Gallicum, quia circa eius fontem multa sit picea, quæ *pades* Gallicè vocatur. Firmat hoc quæ de Eridano Becanus.

Tristitia & minæ, in re sacra.

20. TRISTIBVS AVT EXTIS FIBRÆ APPARERE MINACES.] Notanda vox vtraque *tristibus, minaces.* Nam vtraque ad exta pertinuit, cùm illa erant non bona. Ait verò Briss. propriè dici *exta tristia*, cùm aut cor deesset, aut iecur esset sine capite. Prius ostentum accidit Cæsari sacrificanti, quo die cæsus est, vt scribit Cic. 1. de Diuin. Val. Max. lib. 1. Suet. & Plutarch. in eius vita: Pertinaci item, quo à militib. interemtus est die, vt in eius vita tradit Capitolinus. Posterius eidem Cæsari immolanti, cui iecur sine capite inuentum est, quod narrat Cic. 1. de Diuinatione. Marcello etiā apud Val. Max. lib. 1. c. 6. Liuium lib. 27. Plinium lib. 11. c. 37. Plutarchum in eius vita. Dixi de tristitia, transeo ad minas. Eodem sensu Arnobius lib. 6. *piaculares hostias signis minacib.* Cic. 2. Diuin. *mine extorum.* Iterum: *minentur extis.* Seneca lib. 2. Nat. Quæst. *Quicquid exta, quicquid aues minabuntur.* Huc pertinet illud Macr. lib. 1. in Somn. qui tradit signa, vel denuntiare, vel minari, vel monere. Multis ex his Briss. præluxit 1. Form.

Exta tristia quæ sint.

Minæ in re sacra.

Fibrarum Etymon.

21. FIBRA.] Etymon aperit Varr. lib. 4. de Ling. Lat. *Fiber ab extrema ora fluminis dextra, & sinistra maxime, quod solet videri: & antiqui fibrum dixerant extremum; vnde in sagis extrema fimbriæ, & in iecore extremum fibra, hinc fiber dictus.* Itaque eadem origo fibri, fimbriæ, fibratum, dicta omnia, quod extrema sint. De fibro iam ego suprà in hoc libro.

Putorum sanguis inter prodigia.

22. PVTEIS MANARE CRVOR.] Claudian. 1. in Eutrop inter prodigia: *puteisque cruore Mutari.* Diuerso prodigio Stat. lib. 7. —— *nunc sanguineus, nunc fa-*

A *xeus imber.* Et Liu. lib. 27. *Minturnenses terribilius quod esset, adiiciebant, sanguinis riuum in porta fluxisse.* Et Ouid. 15. Met. *Sæpe mier nimbo guttæ cecidere cruenta.*

Lupi occurrentes inter prodigia.

23. LVPIS.] De hoc prodigio errantium per vrbes luporum Liuius lib. 32. *Romæ non in vrbem solum, sed in Capitolium penetrauerunt lupi.* Et lib. 33. *Lupus Esquilina porta ingressus, frequentissima parte vrbis cum in forum decurrisset, Tusco vico, atque inde Melio per tam Capenam propè intactus euaserat.* Et lib. 41. *Lupus etiam Romæ interdiu agitatus, cum Collina porta intrasset per Esquilinam magno consecti animum tumultu euasit.* Lucan. ante bellum ciuile lib. 1.

Syluisque feras sub nocte relictis
B *Audaces media posuisse cubilia Roma.*

Appian. 4. Ciuil. de prodigiis ante proscriptionem, & cædem proscriptorum. κύνες τῶν ἀγορῶν ἐνέβησαν, ἐν ἀνθρωπείοις τε οἴκοις ἐφωλεύοντες: *Lupi per forum discurrere, quod animal in vrbe nequam assueuerat.* Potes in istis omnibus lectot intelligere lupos veros, non abruo, sed proponam tamen meam coniecturam. Repugnat nonnihil in his omnibus capi veros lupos: nam hi non se facile dant in turbas hominum, in vrbes, in plateas. Fortassis noua lux dabitur non solùm Poetæ hoc loco, sed multis scriptoribus, qui dicūt lupos in mediis vrbibus apparuisse, atque vlulasse. Quid ergo, si intelligēdi per hos lupos mortuorum manes? Fortitan. Creditum fuit veteribus defunctorum manes euagari, atque exire è sepulcris, non sua solùm, sed etiam brutorum forma. Ouid. 2. Fast.

Manes mortuorū clausi in luporum forma.

C *Vix equidem credo, bustis exisse feruntur,*
Et tacita questis tempore noctis aui.
Pérque vias vrbis, latè sæpe vlulasse per agros,
Deformes animas, vulgus inane ferunt.

Vbi verbum *vlulasse* ducit nos ad lupos. Eodem pertinent verba Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 9. loquentis de anima: *sed nec post mortem facile corpus relinquit, & quia non fundit eum corpore excedunt pestes: sed aut suum obcerrat cadauer, aut noui corporis ambit habitaculum, non humani tantummodo, sed ferini quoque, electo genere moribus congruo, quos in homine libenter exercuit.* Quod sumsit à Platone in Phædone, qui vbi agnoscit tristitum animarum in alia corpora, etiam irrationalia, subiicit istā, τὰς δὲ ἀδικίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ τυραννίδας, καὶ τὰ τοιαῦτα: εἰς τὰ τῶν λύκων φῦλα: *qui iniuriæ, tyrannides, rapinæ, pro aliis exercuisse sunt, in genera* (migrant) *luporum.* Inde liquidò apparet, veteres putauisse animas hominum latere sub lupis. Non malè quis adducat ad confirmationem morem Athenien-sium, quibus capitale fuit lupum interficere, quod scribit Interpres Apollonij in lib. 2. Vnde hoc pretium, nisi ab hac opinione? Nūc certè Iaponiis idem mos, & ex opinione ista, qua putant auorum animas lupis includi. Inuat etiam Statius 7. Theb. qui inter prodigia:

Arcados infandas latrare Lycaonis vmbras
Nocte ferum tacita.

E Et paulo antè: *Et subiti Manes, sentiimque occursu auorum.* Trahat quispiam ad hanc rem prodigium Claud. de Bel. Get.

——duo quippe lupi sub principis ora,
Dum campis exercet equos, violenter adorti
Agmen, & excepti telis (immane relatu
Prodigium) miram quæ notam duxere futuri.
Nam simul humano geminas de corpore palmas
Vtraque perfossis emisit bellua coxis, &c.

Fulgura inter prodigia.

24. NON ALIAS.] Simile quiddam Tacit. lib. 15. scribens prodigia:

——vis fulgurum non alias crebrior.

Et Manil lib. 1.

VVA. BHSC. BU 00239

—nec plura aliàs incendia mundus
Sustinuit, quàm cùm ducibus iurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos.

Prodigia è cœlo sereno infausta.

25. SERENO.] Nam, quæ serena tempestate fiebant, prodigiosa magis habebantur. Horat. 1. od. 34.

—per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

Lucan. 1. Ciu. inter prodigia: *Fulgura fallaci micuerũt crebra sereno.* Iterum: *—tacitum sine nubibus vllis Fulmẽ.* Suet. Tit. c. 10. *Sabinos petit aliquanto tristior, quod tempestate serena tenuerat.* Vnde inter prodigia Cicero, quem aduocat German.

Aut cum terribili percussus fulmine ciuis
Luce serenanti vitalia lumina liquit.

Et Xenophon. in Hellen. ἐξ αἰθρίας ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς αἵσιας αὐτῶν ἐφαύλιζε: *visa illis è puro cœlo fulgura, & fausta tonitrua.* Quo exemplo efficitur, quæ caderent sereno cœlo, poni quoque posse inter fausta. De qua re ego alibi, nunc enim in Poeta tantùm est sermo de diritate. Putat Vrs. sententiam Poetæ ductam ex Odyss. 20.

Prodigia fausta sereno cœlo etiam fausta.

Ἢ μεγάλ' ἐβρόντησας ἀπ' αἰγυιὸ ἀστερόεντος,
Οὐδέ τι πώ τεῦ σῆς:
Certè valde tonuisti à cœlo stellato.
Neque alicubi nubes est.

26. FVLGVRA.] Hoc prodigiũ frequentissimum est. Scriptores iam tonitrum, iam fulgur nominant indiscriminatim. Consectari similia loca in tanta luce scriptorum otiosum sit.

Cometæ inter prodigia.

27. DIRI.] Ideo, quia auctore Sueton. Neron. c. 36. *stella crinita-summis pontificibus exitium portendere vulgo putatur.* Tacit. lib. 14. Ann. *cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem Regis portendat.* Et lib. 15. *Sidus cometes sanguine illustri semper Neronis expiatum.* Tibull. lib. 2. El. 5. *—bella mala signa cometem.* Sil. lib. 1. *terret fera regna cometes.* & lib. 4. *Regnorum euersor rubuit lethale cometes.* Lucan. lib. 1.

—crinemque timendi
Sideris, & terris mutantem regna cometem.

Cic. 2 Nat. loquens de cometis: *nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ.* Dio in Vespas. *his, qui de cometæ nescio quid inter se colloquebantur aiunt mihi, sed Parthorum Regi mortem portendi; ille comatus est: ego caluus sum.* ἐκεῖνος δὲ κομᾷ, ἐγὼ δὲ φαλακρός εἰμι. Pet. Apollonius 1. Excid. Hierof. *—cometæ mortem secum, & portento ferentis.* Ista omnia, quid aliud, quàm diritatem indicant. Ideo ergo Poeta, *diri.*

Ardor in tebus cœlestibus.

28. ARSERE.] Cic. poemate de suo Consulatu, quod, vt semel dicam, habetur lib. 1. de Diuin. ardorem dat cometis, stellis, fulminibus, Soli. *—clauo tremulos ardore cometas.* Iterum: *concurrisseque graues stellarum ardore micantes.* Et *fulminis ardor.* Et de Phœbi face: *flammato ardore volabat.*

29. COMETÆ.] Ad Etymõ satis clarè Manil. lib. 1. *Flamma comas imitata volat, tenuisque capillos.*

30. PARIBVS.] Mihi non dubium, quin Virgilij ductu Lucanus ad signandum bellum ciuile dixerit, *signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.*

31. ITERVM VIDERE PHILIPPI.] Quid. lib. 15. Met. cum aperta allusione ad Virgilium: *Emathiique iterum madefient cæde Philippi.* Cum aperta (inquam) allusione, nam sicut Virgilius ait, renouandum bellum Pompeij & Cæsaris ab Augusto in Philippis, ita Ouidius.

Philippi, quæ Vrbs, & vbi.

32. PHILIPPI.] Hæc vrbs priùs dicta est Creniden, deinde Datos, demum Philippi ab instauratore Philippo Rege. ita Appianus lib. 4. Ciu. quem vide. Late enim hanc vrbem describit. Stephanus quoque tam ex sua, quàm ex Artemidori sententia, ait olim appellatam Creniden. De situ, vbi hæc vrbs, A ambigunt scriptores. Florus, Ouidius, Seruius Thessaliæ adscribunt. Plinius & Mela in Thracia constituunt Philippos: Stephanus in Macedonia, sicut & Ptolemæus, sed ita posterior in Macedonia ponit, vt ad fines Thraciæ. Sanctus Lucas verissimè Act. 16. ponit in Macedonia, facitque primam ciuitatem partis Macedoniæ. In quo tamen explicando difficultatem Interpretes, nam Dionys. Carthus. atque Hugo Card. intelligunt primo occurrentem: nostrer verò Alphons. Salm. præcipuam, & nobilem. Sed videndum, an duo sint Philippi: an etiam regiones istę olim indiscretæ, atque vno fortasse Macedoniæ nomine comprehęsæ occasionem præbuerint scriptoribus eundi post distinctas regiones in diuersa. Sciat quoque lector, hic Virgilium, & Poetas alios iisdem Philippis adscribere vtrunque bellum, poeticè quidem, atque ex opinione cladis illius vbique locorum peragantis: nam si rem strictè velis capere, certè campi Pharsalici exitiales Pompeio longè absunt à campis Philippicis, qui exitiales fuerũt Bruto, & Cassio: quod vidit Clarian. in Annot. ad li. 1. Lucani, alij etiam. B

Pharsalici campi longè absunt à Philippicis.

33. BIS SANGVINE NOSTRO EMATHIAN, ET LATOS HÆMI PINGVESCERE CAMPOS.] Hũc locum adumbrasse videtur Lucan. lib. 7. Nam cùm respectu ad bellum Cæsaris & Pompeij, quod præcessit, & Bruti, quod insecutum est, ita ceciuit loquens cum ipsa Thessalia, vbi vtrunque est gestum:

Quo non Romanos violabis vomere manes?
Aut nouæ venient acies, scelerique secundo
Præstabis nondum siccos hoc sanguine campos.

Hoc enim quid est aliud, quàm bis Emathiam pinguescere Romano sanguine? C

Emathia.

34 EMATHIAN.] Hanc quondam Phœoniam appellatam auctor est Liuius lib. 40. non longè à principio. Et Suid. *hμαθία, ἡ τὸ σακλάδον καλουμένη χώρα, ἀπό τινος.* eadem cum Macedonia. Plin. lib. 4. c. 10. *Macedonia, Emathia antea dicta.* Cùm verò bellum ciuile gestum in Thessalia sit, Poetæ plerunque ad Emathiam recurrunt, tum quia hæc vicina Thessaliæ, atque adeò per eam quoque peruagata ea clades: tum etiam vt rem amplificent spargentes eam calamitatẽ per omnes oras finitimas. Ideo hic Poeta non Emathiam solùm, sed etiam Hæmum montem Thraciæ (ita sanè est, auctores Strabo, Mela, Plinius: neque enim audiendus Seruius, qui Thessaliæ montem putat, forsitan ductus hoc loco Poetæ) ait tantæ cladis participem fuisse. D

35. TEMPVS VENIET.] Theoc. ἥξει καιρὸς. Homer. ἔσεται ἦμαρ. Germ.

36. MOLITVS ARATRO.] Lucret. lib. 5. *ferro molirier arua.*

Rubigo scabra bra.

37. SCABRA RVBIGINE.] Catul. *Ne nostrum scabra tangat rubigine nomen.* Lucan. lib. 1. *Et scabros nigra morsu rubigine enses.* Fracast. lib. 1. Syphil. *—scabraque vsſit rubigine culmos.* Ouid. 8. Met. de Fame: *—scabri rubigine dentes.* Et 1. Fast. *Interea crescat scabræ rubiginis expers.* Pulcrè dixit Val. Max. c. 9. lib. 2. *horrida vetustatis rubigine obsitum imperium.*

38. PILA.] De his satis diligenter Lipsi. lib. 3. de Mil. Rom. Dial. 4. E

39. GALEAS INANES.] Pari forma Plin. in Paneg. *inanes currus, & falsa simulacra victoria.*

Ossa grádia

40. GRANDIAQVE EFFOSSIS MIRABITVR, &c.] Virgilij auspicijs Claud. 1. Paneg. Stilicon.

Dicere Bisaltæ, vel qui Pangea iuuencis
Scinditis, offenso quanta sub vomere putres
Dissiliant glebis galeæ, vel qualia rastris
Ossa peremptorum resonent inmania Regum.

Et Prudent. 1. contra Symm.

mirabẽ

VVA. BHSC. BU 00239

— mirabere seris
Posteritas seclis inhumata cadauera latè,
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.
Similis est locus Arnobij lib. 2. *Non infantes sub uberibus matrum stentoreos legitis edidisse vagitus, quorum ossa variis in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fi-*

A *dem humanorum reliquias esse membrorum?* De eadem Historia, qua Virgilius, Ouidius loquitur 3. Fast.
Marte iacent merita, testes estote Philippi,
Et quorum sparsos ossibus albet humus.
Lege Epigramma Græcum lib. 3. contra rusticum eruentem vomere sepulturas mortuorum.

[a] Dij Patrij, Indigetes, & Romule, Vestaque mater,
Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas,
Hunc saltem everso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibete. [b] Satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
[c] Iam pridem nobis cœli te regia Cæsar
Inuidet, atque hominum queritur curare triumphos.
[d] Quippe vbi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies; non vllus aratro
Dignus honos; squalent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
[e] Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus Vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe
[f] Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ
Addunt in spatia: & frustrà retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

B vsum bellorum.

[c] Regreditur ad primam illam rationem de bellis, quibus humana omnia ac diuina confunduntur, eámque tripliciter dilatat; videlicet à bellis distantibus, finitimis, toto bellante orbe: à distantibus, nam ab oriente Parthi, qui ad Euphratem sunt, ab Septentrione Germani, arma commouent: à finitimis; nam vrbes vicinæ arma capiunt, rumpunt fœdera: à toto orbe, nam vbique Mars sæuit.

[f] Tumultuantem orbem, neque parentem suo rectori egregiè comparat cum curru effuso è carceribus, ac sese circum metas flectente tanto impetu, vt neque aurigæ pareat, neque habenis.

ARGVMENTVM.

Absoluit librū cum precatione ad Deos pro salute Augusti, qui vnus potest subuenire euerso orbi, ac bellorum tumultibus concusso. Dilatat hanc cladem, tum ex malis imminentibus, tum aptissima comparatione.

EXPLICATIO.

[a] POST explorata bella ciuilia conuertit se ad Deos Romæ Tutelares, & Imperij præsides, à quibus petit, vt velint longo æuo viuere Augustum tunc florentem ætate, & instaurantem Vrbem, orbis C dominam, ac restituentem in pristinam dignitatem æuum illud ciuilibus bellis euersum.

[b] Confert causssam bellorum ciuilium in periurium Laomedontis, qui fraudauit Neptunum, atque Apollinem mercede, quam promiserat propter structionem Troiani muri. Confert (inquam) quasi in posteros crimen illud redúdarit. Quod facit magna in suum Principem adulatione, quasi Augusti tempora nihil tale mereantur: sed crimen iam inde altius conflatum sit.

[c] Conuertit se à Diis ad Cæsarē, de quo magno Elogio ait, illum inuideri à Diis optantibus, vt iam D in cœlo regnet, quasi terræ indignæ sint tanto Principe: additque, cœlum ipsum queri de Cæsare, qui curet humanos & mortales triumphos, cùm diuinos & æternos mereatur.

[d] Reddit duas rationes, quibus tantopere Cæsar à Diis optetur: quia videlicet humana omnia ac diuina iura confusa sunt, mista, turbata: hoc est enim, versum esse fas, versum esse nefas. Deinde, quia nullus honos aratro habetur, ac rebus rusticis. Probat primam, à bellis quæ erumpunt per orbem; à variis formis scelerum: probat alterā, quia arua squallent colonis inde abductis, & transfatis ad bella; quia falces in gladios commutantur ad

NOTÆ.

1. DII PATRII.] Absoluit, vt vides, librum cum voto & precatione pro salute Augusti. Mihi non dubium, quin Velleius suos libros finierit inhærens vestigiis Maronis, profusa in Tiberium adulatione. Ait: *Voto simendum volumen sit. Iupiter Capitoline, & Auctor, ac stator Romani nominis, Gradiue Mars — vos publica voce obtestor, atque precor, custodite, seruate, protegite hunc statum, hanc pacem: eique sunctō longissima statione mortali destinate successores quam serissimos, &c.* Ouid. etiam eum aperta imitatione Nostri absoluit opus Transformationum, supplicans pro longissimo Augusti æuo: *Di precor, Æneæ comites, quibus ensis, & ignis Cesserunt.* Vbi post inuocata Numina subiicit: Precatio ad Deos in exitu librorum solennis.

Tarda sit illa dies & nostro serior æuo,
Qua caput Augustum, quo temperat, orbe relicto,
Accedat cœlo, faueatque precantibus absens.

Ita & Fracast. lib. 1. Syphil.
Di Patrij, quorum Ausonia sub nomine, atque
Tu Latij Saturne pater, &c.

VVA. BHSC. BU 00239

Eodem cum Latinis filo Opp. finit librum 2. Hal. A & Latium dirimit: ergo, ſicuti Latius, ita Thuſcus dici quit.

Ζεῦ πάτερ, ἠδ᾽ ἀγαθὴ Δίκη ἠδὲ καὶ ὑμεῖς, &c. *Tuque ô Iupiter, & vos cœlites Ionis cœtus.* Quam precationem ita abſoluit. — σκῆπτρῳ δ᾽ τελεσφόρον ὄλβον ἄρητε: *conferte ſceptro ſalutarem felicitatem.* Apud Vopiſcum ſimilis eſt compreſatio Senatus pro Imperatore Probo: *Iupiter Opt. Max. Iuno Regina, &c.* Lege Ouidius in excurſu Faſtorum ſæpe precatur pro longiſſimo æuo Auguſti, nam hoc genere blandimenti nihil potentius. lib. 1.

Augeat imperium noſtri dux, augeat annos.

in 2. *Dent tibi Cœleſtes, quos tu Cœleſtibus annos.* Et 2. Triſt. *Optant peterés cœleſtia ſidera tarde.* Et lib. 5.

Sic habites terras, vt te deſideret æther:
Sic ad pacta tibi ſidera tardus eas.

Dij Indigetes dicti à Diis Patriis.

2. INDIGETES.] Abiungit Deos iſtos Turn. lib. 19. cap. 19. ita vt innocentur ſeorſim Dij Patrij, & Dij Indigetes. Aduocat Symmachum, qui in Epiſt. ad Valen. Theodoſ. Arc. Augg. ſcribit: *Ergo a Dijs Patriis, & Dijs Indigetibus pacem rogamus.* Et ego Æſchinem, qui contra Cteſiphontem ita abiungit, ὦ γῆ, καὶ θεοὶ, καὶ δαίμονες, καὶ ἀνθρωποι: ô tellus, ô Dij, ô Dæmones, ô homines. Vbi, Dæmones, ſunt Indigetes, vt poſtea aperiam. Iuuat claſſ. Ouid. 15. Metam. qui ſimili precatione pro Auguſto: *Dij, precor, Æneæ Comites, quibus enſis, & ignis Ceſſerunt, Diique Indigetes.* vbi *Dij Indigetes*, ſeparantur à Diis Comitibus Æneæ, id eſt, Penatibus. Ac perinde, C Interprete Ouidio, *Dij Patrij*, Maronis, erunt *Dij Penates* Ouidij. Addit Turneb. Deos Indigetes eſſe, qui à Græcis dicuntur δαίμονες. Nam Fulgent. lib. 5. Mythol. *Demones dicti ſunt, ideo & apud Romanos Indigetes.* Feſtus ita explicat: *Indigetes Dij, quorum nomina vulgari non licet.* Quæ verba præcunt, vt putem de Indigetibus capiendum Plin. lib. 28. c. 2. cum ait: *Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia ſolitum à Romanis ſacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum eſſet, promittique illi eundem, aut ampliorem locum apud Romanos cultumque.* *Durat in Pontificum diſciplina id ſacrum, conſtatque omnino occultatum, in cuius Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent.* Is enim Deus, cuius nomen occultatur à Plinio, idem eſt cum eo, quem vulgari per Feſtum non licet. Inde eſt, vt verba Liuij lib. 8. in Oratione Decij ſe deuouentis, *Dij Indigetes diui quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumque*, putem in vnum coniungenda, vt non Dij diuerſi innocentur, ſed verba illa, *diui quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtiumque*, ſint explicatio τῶν *Dij Indigetes.* Nam qui ſunt Dij, quorum poteſtas eſt noſtrorum hoſtiumque, niſi illi, de quibus locutus Plinius? De Etymo Indigetum dicam fortaſſe alibi. Hic non prætereat nota Germani, inuocari Deos Indigetes cum reſpectu ad Æneam, qui dictus eſt, Iupiter Indiges, nam ab hoc Auguſtus proceſſit. Itaque commode precatur pro ſalute Auguſti Æneam, & Romulum; alterum progenitorem Imperatoris, alterum conditorem Imperij. Hanc Notam noſtra alia comitabitur, precationem fieri ad Æneã, qui Heros Indiges, ex religione, qua huiuſmodi Heroes habiti, & culti apud Veteres. Inde illos cum Diis coniungit Braſidas apud Thucydidem lib. 4. oratione quapiam, μαρτυροῦμαι μὲν θεοὺς, καὶ ἥρωας τοὺς ἐγχωρίους ποιοῦμαι: *Deos mihi teſtes faciam, & Heroas indigenas.*

Dij Patrij ſunt Penates.

Dæmones idem qui Indigetes.

Æneas dictus Iupiter Indiges.

3. VESTA.] Nihil habeo, quod Lilio addam, lege illum.

4. THVSCVM TIBERIM.] Quia Thuſciam,

5. PALATIA.] Alluſio ad montem Palatinum, quod dictum Palatium, φαλάτιον. Ita videlicet vocabant ſumma iuga veteres Latinii & Græci. Vnde *ſale, & ſalatum* Hetruſcis erat cœlum, admonuit Scal. in Coniectan. Palatiũ Romanum.

6. HVNC SALTEM EVERSO IVVENEM SVCCVRRERE SECLO.] Non tam iſta lenocinij gratia, quàm ſumta ex vera Hiſtoria. Florus lib. 4. cap. extremo poſt bella omnia confecta ab Auguſto, ita ait: *Hinc conuerſus ad pacem, prouiſus in omnia mala, & in luxuriam fluens ſeculum, grauibus ſeueriſque legibus multis coercuit.* Valer. Maxim. cap. 6. lib. 7. *Auguſti cura tutelæ cum tetrarum vacani.* Pari blandimento de Scilicone Claudian. 1. Ruff. Auguſtus ſalutaris Romæ.

Qua dignum te laude feram, qui pene ruenti,
Lapſuroque tuos humeros obieceris orbi.

Vocat verò Cæſarem *Iuuenem*, vt etiam 1. Eclog. 2. Dixi aliquoties, Græcum Poetam Oppianum inſtituiſſe veſtigiis Virgilij. diuitiæ enim Maronis Græcos etiam ditant. Id mecum ſentiet, qui expenderit exitum lib. 2. Hal. vbi cum Martem vndique furentem conſtituat, in ſuis Principibus Patre, & Filio ſalutem ponit. Longum eſſet adducere locum integrum, libare aliqua non extra rem. Ergo, vt Virg. optans ſalutem Auguſti cum Diis loquens ait: Oppianus multa ſumſit à Virgilio.

Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſeclo
Ne prohibete.

Ita Opp.

Τόν μοι καὶ φύετε, καὶ ἐμπεδον ἰθύνοιτε
Πολλαῖς ἐν φυλόπεσσιν ἑλικτοτόκοις ἐνιαυτοῖς.

Et poſt pauca:

— σκῆπτρῳ καὶ τελεσφόρον ὄλβον ἄρητε:
Quos mihi etiam ſeruate, & perpetuo dirigite
Per multas decades, voluentium annorum.
Sceptro autem ſalutarem felicitatem conferatis.

Pergo vt Virg. *Vicina ruptis, &c.* Ita Opp. loquens de rabie bellorum,

— ἀλλὰ θυρῶν
Κεκευθόμεν ἀπλητες μερόπων ἔτι, μᾶλλα λέοντων
Αἰχμητῆρι:
— *neque quicquam à beluis*
Diſtincte vrbes hominum erant, ſed leonibus
Crudeliores:

vt Virg. *Tot bella per orbem.* Opp. πυδιμοὶ δυσπέλεθροι: *bella horrida:* vt Virg. *ſæuit toto Mars impius orbe.* Opp. δῦνεν ἀρηϊφόρεσθαι *Mars.* vt Virg. inducit Euphratem, & Germanos; ita Opp. eundem Euphratem, & pro Germanis Rhenum fluuium Germaniæ: ait enim hos fluuios armatos ad bellum à Marte.

7. LAOMEDONTEÆ LVIMVS.] Putant nõ immerito aliqui, Horat. od. 7. Epod. conferre bella ciuilia in parricidium Romuli ad inuitationem huius loci Virgiliani: Laomedon periurus.

Sic eſt, acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraterne necis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

8. QVIPPE VBI.] Eodem initio Lucret. *Quippe vbi imaginibus, &c.*

9. FAS VERSVM ATQVE NEFAS.] Adagij formam poſſit habere, ad ſignandam rerum confuſionem, qualia multa in Eraſmo obuia. Fas & nefas veterũ, adag.

10. NON VLLVS ARATRO DIGNVS HOMO.] Cum reſpectu fortaſſe ad hæc verba dixit Gregor. Turon. lib. 5. hiſtor. cap. 4. *cuncta virentia, quæ ſunt circa*

VVA. BHSC. BU 00239

circa vrbem adsteram, vt dignus siat aratro locus ille. Mi-
næ sunt Rucculeni ducis missi ab Chilperico con-
tra Turonos.

Agri deformis descriptiones.

11. SQVALENT ARVA.] Terentius Varro in Manio ita hunc squalorem: *Ager derelinquetur, ac periret squalle, scabregne, illuuie, & vastitudine.* Sedulius libr. 1. *Parcite pulueres squallentia ingera campi.* Paulinus 2. epist. *agrum spinis horridum.* Cyprian. contra Demetrian. *Terra situ pulueris squaleat, arenas & pallidas herbas sterilis gleba producat.* Theophr. 3. Caus. c. 14. solùm vocat αὐχμωδη καὶ ἄνυδρον, *squalidum, siue inculsum.* Aratus in Syracusis: *Ager stet sentibus*, id est, horreat. Greg. Nazianz. orat. de plaga grandinis, ita perbellè, δέκα ἐλεεινὸν, ἢ καθυβρισμένη, καὶ ἀποκεκρυμένη, καὶ τὸν ἑαυτῆς κόσμον οὐκ ἔχουσα: *Miserum spectaculum est terram videre contumelia affectam, deformem, neque cum honore pristino.* Iterum: ἀφορωμένων, καὶ ἀκανθοφόρων, ὑαστιάτε horrescens, plena spinis, hîc signate de vinea loquitur, & de agro vniuersim: ἀπεκρυμένη, ὑπερδυσπάτητος est, indecorus. Basilio Serm. 3. in diuites, huiusmodi tellus ita amplificatur: ἀπὸ τῆς μὲν ἐσθῆτας, σύλες δὲ θεοῦ γεγυμνωμένη, καὶ ἀγυῶ, εἰς χάσματα διαῤῥαγῶσα, &c. *Aspellus horrida ad agricolturam, sterilis & infœcunda, scissa hiatibus.* Manil. lib. 1. ex luce Virgilij: *squallida quæ eluis deplorant arua coloni.* Formas istas, & similitudines locorum exhibemus, vt seruiant auspicandæ cum dignitate poesi.

Belli nota.

12. ET CVRVÆ RIGIDVM.] Pari sententia Lucret. libro 5.

Inde minutatim processit ferreus ensis,
Versaque in opprobrium species est falcis ahenæ.

& Virgil. ipse in 7.

Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrij fornacibus enses.

De Mithridate scribit Appianus omnia, quæ essent syluarum, traduxisse ad belli machinas: tauros etiam aratores, vt inde neruos conficeret ad vsum belli. & Ouid. 1. Fast.

Sarcula cessabant, versique in pila ligones,
Factaque de rastri pondere cassis erit.

Pacis nota.

Vt verò hæc præcipua est belli nota, ita contraria est pacis. Martialis libro decimoquarto, capit. 34. de Falce:

Pax me certa ducis placidos curuauit in vsus,
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

Est in Agathia lib. 2. histor. Romanos victis Francis, eam pacis fecuritatem concepisse, vt parum abesset, quin scuta & galeas amphoris vinariis, & barbitis commutarent. Similem notam pacis habes in Cassiodoro lib. 12. cap. 5. *Arripiant ferrum, sed vnde agros excolant: sumant cuspides, boum stimulos, non furoris.* Sidonius libr. 1. epist. 6. *Otium veteranorum, in quorum manibus effœtis enses rubiginosi sero ligone mutuantur.* In Isaia quoque 2. cap. legitur hæc pacis nota. ait enim: *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebitur vltra ad prælium.* Eadé est in Iudæo Philone lib. ὅτι πᾶς σπουδ. ἐλευθ. cùm ait: βελῶν, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, ἢ κράνους, ἢ θώρακος, ἢ ἀσπίδος οὐδένα παῤ αὐτοῖς ἂν θέσει δημιουργὸν, ἢ ὁπλοποιὸν, ἢ μηχανοποιὸν, &c. *Nullum inuenies telorum, iaculorum, gladiorum, galearum, thoracum, scutorum opificem, non fabricatorem armorum, aut machinarum.* Loquitur nimirum de Essæorum populis perpetua pace florentibus.

12. HINC MOVET, &c.] Locus est apud Prudent. in Hamartig. huic simillimus, ab eo loco:

Heu quantis mortale premit genus improbus hostes
Armigeris.

Tu reliqua. & in Cypriano Epist. 2. qui ita breuius de suo æuo: *Cerne itinera latrombus clausa, maria obsessa*

A *prædonibus, cruento horrore castrorum bella vbique diuisa, madet orbis mutuo sanguine.*

14. VICINÆ RVPTIS.] Possit ad hunc locum pertinere admonitio Euripidis in supplicibus hortantis ciues ore Adrasti, vt seruent oppida, pacem custodiant, neque sinant vrbes mutuis cædibus decertare.

15. SÆVIT TOTO MARS IMPIVS ORBE.] Martys etymon. Ad cædes Martis pertinet huius Dei etymologia, quam sic ex Chrysippo indicat Plutarchus in Disputat. Amatoria: ὁ δὲ χρύσιππος ἐξηγούμενος τοὔνομα τοῦ θεοῦ καθηγορίαν ποιεῖ τῆς διαβολῆς, ἀπορεῖν γὰρ ἔοικε τὸν ἄρεα· ἰφηνὶν Chrysippus exponens nomen huius Dei, accusat & incessit illum, Aren enim dictum esse ait ab ἀνερεῖν, perimendo. Huic sententiæ cognatus versus Oppiani 2. Hal.

B ----- δῆθεν ἄρης ὀδυσήορος ἄτης:
----- *crudelis Mars homines perimentis noxæ.*

Equorum curulia certamina.

16. VT CVM CARCERIBVS.] Est hic latissimus campus imitationis, & similium locorum. Censura penes lectorem sit, dum extra numerum ponat Virgilium. Nam reliqui ita describunt, vt sæpe lasciuiant, quo vitio nullum maius in re adeò seriamihi enim magis pugnarum à veteribus de honore, quàm in circo. Sciunt hoc, qui libarunt Romanas historias. Itaque nulla fortasse res postulat maiorem carminis granitatem. Pergo ad rem. Hûc equorum impetum profilientium ad cursum Papin. 6. Theb. ita expressit:

----- *pugnat exire, pauentque.*

C *Concurrit summos animosum frigus in arctus.*
Qui dominis idem ardor equis: face lumina surgunt,
Ora sonant morsu, spumisque, & sanguine ferum
Vritur: impulsi nequeunt obsistere postes,
Claustraque compressa transfumat anhelitus ira.

& Pet. Apollon. 2. Excid. Hierol.

Ire volunt omnes (equi) primi, quasi vngula terram
Impatiens, & stare loco vastania nescit.

Ab Oppiano, 4. Hal. in ipso initio cursus dicuntur ὁρμηδὸν τες, πάντων. In quibus verbis nota est maximæ velocitatis. Homer. Odyss. 8. ita cursum equorum incoat, τόσσον δ' ἐρύσσ. Sil. lib. 8. ita:

----- *velut cum carcere rupto*
Auriga indocilis totas effundit habenas.

Horat. lib. 1. Sat. 1. *vt cum carceribus missos rapit vngula*
D *currus.* Lucanus lib. 2.

Hæc vbi dicta, leuis totas accepit habenas
In campum sonipes. Silius iterum lib. 15.
Sic vbi profluit Pisæo carcere præceps
Ante suos si victor equus, curruque per auras, &c.

Ouid. 5. Trist. mirificè:

Vique fores nondum reserati carceris acer,
Nunc pede, nunc ipse fronte lacessit equus.

Iam quo feruore rapiantur in ipso cursu audi Papin. in adducto loco:

Exsiliere loco, quæ tantum carbasa ponto?
Quæ bello sic tela volant? quæ nubila cælo?
Ammibus hybernis minor est, minor impetus igni.
Tardius altra cadunt glomerantur tardius imbres:
Tardius è summo decurrunt flumina monte.

Eundem feruorem cursus graphicè persequitur Calab. lib. 4.

Οἱ δ' ἅμα ἐγκονέοντες, ὑλαρροθέοντι μὲν ἵπποι
Μάστιγος. οἱ δὲ, θοῇσιν ἐοικότες ἀρπυίῃσι,
Καρπαλίμοις ζεύγλῃσι μεγ' ἐνθορὼν ἁρμαλοῦντες:
At hi repente effusi, pernices equos
Cedunt. illi autem rapidis Harpyis similes,
Repente magno cursu iuga corripiebant indignantes.

Iterum: οὐδ' ἅμα δρομάδος ἐδέτην, οὐδὲ ποδάων
Ἐν χθονὶ σήματα τόσσον ὑπεξέτεροι δρόμοιο ἦσαν:

VVA. BHSC. BU 00239

Nec erat rotarum aut pedum vestigia in terra cernere. tam rapido cursu volabant equi. & Homer. Odyſ. 8. κὲν πεκλιμένοι ἐπίπτον κονίοντες πεδίοιο : *volabant celeriter excitato in campis pulvere.* & Sophocl. in Electra:

— Ἐν ᾗ πᾶς ἱππεσώθη δρόμος
Κτύπῳ κραιπνῶν ἁρμάτων κόνιν δ' ἄνω
φορηδὸν ἀρεῖς δεπάντας ἀναμεμιγμένοι
ξειθοντο κέντρων ὠδύν:

— *Totus autem repletus est campus*
Strepitu pulsantium currorum: pulvis autem sursum
Ferebatur, simul autem omnes permisti
Nequaquam parcebant stimulis.

Sed hanc præcipitantiam nemo meliùs Virgilio, tum hic, tum in 5. Æn.

Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruitque effusi carcere currus.

Carceres vnde dicti.

17. CARCERIBVS.] Varro, & alij à coërcendo. Sed audiendus Scalig. in Festum ita de etymo loquens: *Cancer, canceris, & mutato n, in r, carcer, carceris. non à coercendo, vt Varro. Apuleius. Inter Orci cancros iam ipsos adhæsisti.* Nam videlicet Festus: *Cancri dicebantur antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli.* De carceribus circi alibi loquor. Nunc dicam ex Nota Buleng. vti scriptores appellent Circi carceres, videlicet: *repagula, oppidum, albam lineam, cryptas, claustra, septa.*

Effundi verbum circi.

18. EFFVDERE.] Ita in ---- *ruitque effusi carcere currus.* Græci efferunt his verbis: βεβυκέναι, βάλλεσθαι, εἰσβάλλεσθαι, ἀφιέσθαι εἰς δρόμους. Notat Schoppius à quadrigarum & equorum impetu verbum hoc traductum ad affectus animi, cùm dicimus: *effusa lætitia, gaudium,* &c. Clarissimè Val. c. 6. lib. 4. *effusis caritatis habenis.*

Spatium in sermone circi quid proprie.

19. ADDVNT IN SPATIA.] Interpretes hic tacent. Sciendum primùm, quid sit *spatium* in sermone Circi, & inde apparebit liquidò, quid sit *addunt se in spatia.* Est *spatium*, non discursio ipsa, quæ fiebat per totum circum, sed speciatim flexio circa metas, quæ septies debebat fieri. Cedrenus disertissimè: Οὐ πόλον δὲ τῶν ἵππων κύκλον, ὃς σπάνια οἰονεὶ πάλια καὶ ἰσόσυς, ἀντὶ τοῦ ἄζυγος ἀεὶ πῶς συζυγίας, λῶ νῦν ὅλεθρον καλῶν, διαπλατίζοντο οἱ ἀγωνισταὶ, διὰ τὸ τοσούτους ὄντας παντῶν πόλεις: *Non amplius quam septem circuitus, quos spatia, velut stadia, & missus circum metam, quæ nunc obelisci dicitur, conficiebant aurigæ, quòd totidem essent errones cæli.* Seneca etiam apertissimè lib. 4. Epi. *Agitatorum lætitia, cum septimo spatio palmæ appropinquant.* Nam videlicet curru septies circa metam agitato palma obtinebatur, dicente Propertio libro 2.

Aut prius infecto depexit præmia cursu,
Septima quam metam triuerit ante rota.

Inde Sueton. in Domit. c. 4. *Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit.* Id est, iussit, vt quinquies tantùm meta circumageretur. Qui de hac spatij significatione plura velit, adeat Cæsarem Buleng. lib. de Circo Rom. c. 28. Redeo ad Poetam: apud quem, *addere se in spatia* erit, idem spatium iteratò sæpius demetiri circa metas, ideo *spatia* in pluralit ideo *addi*, ad signandum, flexus addi flexibus, spatia superaddi spatiis.

B

Carceres vnde dicti.

20. FERTVR EQVIS.] In 1. Æn. *Fertur equis, curruque haret resupinus inani.* Comparat hunc locum Budæus pag. 560. Com. cum Homer. Il. 23. vbi de equis prosilientibus ad certamen, dicit ἐκφέρειν ἵπποι. Nam ἐκφέρειν dicitur equus, qui sessorem contumaciter aufert. ἐκφορὰ est impetus equi sessorem auferentis, & frænum commordentis, quibus vocibus vsus Xenophon. Germanus verò cum loco Eurip. in Hippolyt.

ἐκφορὰ.

Αἱ δ' ἐνδακοῦσαι χάλκεα πυκνοῖς γνάθοις,
Βίᾳ φέρουσιν, οὔτε νωμηθεὶς χερὸς,
Οὐδ' ἱππόδαμον, οὔτε κολαντῶν ὄχον
Μετεῤῥέουσιν:

Equæ verò immordentes frena ignita maxillis,
Vi ruunt, neque aurigæ manum,
Neque lora, neque agglutinatos currus
Curantes.

Quo loci Eurip. verbum simplex φέρω, vti Virgilius, infert. Adiungo illis Nazianzenum, qui Orat. 40. hoc extulit alio verbo, ἵππος συναρπάσας : *equus corripiens sessorem.* & Calabrum, qui libro 4. de equis effusis in cursum, ἅρματα φέρεσθαι.

C

21. NEQVE AVDIT CVRRVS HABENAS.] Ductum hoc apparet ex Pind. od. 2. Pyth. vbi currus vocat audientes & obedientes habenis: ἅρματα πειστὰ λύρα. Ex eodem fonte Papin. in Theb.

Ipse graues flectus, clamumque audire negantem
Lassat agens Typhis.

FINIS LIBRI PRIMI GEORGICORVM.

P. VIR

VVA. BHSC. BU 00239

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

DISCRIMINO hunc librum in partes septem. Prima continet rationem creandarum arborum tam ex natura, quàm ex arte: naturales modos tres adhibet, sponte, semine, radice: ex arte septem, videlicet auulsionem, insossionem, propagationem, transpositionem, surculum, concisionem, insitionem: mox recurrit ad omnes istos modos, docens in naturalibus, vti arbores reddantur vtiliores; in artificialibus, vti feliciores. Secunda varias arborum species, vlmorum, salicum, lotorum, cupressorum, olearum: harum adducit tria genera: pomorum, horum totidem: vitium, harum quindecim. Tertia loca, in quibus hæ præ illis arboribus felicius proueniant, & post multas species arborum in vna sistit medica, quam latè, & graphicè describit: huic parti annectit laudes Italiæ, quòd ea ferat plura, & meliora, quàm reliquæ orbis partes. Quarta terrarum variarum ingenia, docens quæ terra aptior sit oleis, vitibus, pascuis, frumentis: absoluit hanc partem docens agricolam, vti debeat terram cognoscere, an sit densa, pinguis, humida, grauis, lenis, nigra, frigida. Quinta longissimam tractationem vitium, hanc partem ceteris longiùs producit, vt quæ in vineis versatur, quæ continet præcipuum libri huius argumentum: præcepta peculiaria, vt quæ multa, hîc non attingo. Sexta olearum curam, pomorum, & reliquarum arborum, facta interdum mentione fruticum: & de oleis quidem, ac pomis docet, facilem esse culturam; reliquarum arborum vtilitates connumerat ad vsus humanæ vitæ necessarios. Septima encomium vitæ rusticæ, quam primò comparat cum vrbana dans illi principem locum; deinde cum doctrina rerum, dans proximum, etiam si postea, veluti sententiam mutans, videatur parem facere: tertiò cum variis hominum studiis, quibus omnibus illam anteponit, rémque confirmat humano, ac diuino testimonio.

a HACTENVS aruorum cultus, & sidera cœli:
b Nunc te Bacche canam: nec non syluestria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis oliuæ.
c Huc Pater ô Lenæe (tuis hæc omnia plena
5 Muneribus: tibi pampineo grauidus Autumno
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)
Huc Pater ô Lenæe veni, nudataque musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

A

ARGVMENTVM.

Proponit quid dicturus, Bacchum inuocat.

EXPLICATIO.

a DICIT in præcedenti libro scripsisse cultus aruorum, cœli sidera: quia videlicet, scripsit, quid

VVA. BHSC. BU 00239

quid faceret lætas segetes, & quo sidera vertenda esset tellus.

b Tria proponit, de quibus dicturus hoc secundo libro: Bacchum, per quem signat vinum, vuas: virgulta sylvestria, per quæ arbores omnes significantur (ita volunt boni Interpretes) demum oliuam, quæ tardè crescit.

c Cùm præcipua pars huius libri versetur in vitibus, commodè Bacchum inuocat. Neque solùm vult, vt veniat, & sibi aspiret, sed etiam, vt cothurnos adimat, nudet crura calcandis vuis in lacu; itaque vult vt veniat etiam in partem laboris. Parenthesis continet tres rationes, cur Bacchum inuocet. Primò, quia vites inuenerit, egregio munere dato mortalibus: secundò quia in eius honorem totus ager pregnans grauidusque effloresçat, concepto intra se Autumno exuberante pampinis: tertiò quia tunc spumet vindemia plenis torcularium labris.

A *fatorem fructum ex ea percepisse quemquam. Tam tarda tunc res erat.* & Varronis lib. 1. c. 41. *Palma, cupressus, & olea in crescendo tarda.* Sumsit à Theophrast. lib. 1. caus. c. 9. à quo palma, cupressus, laurus, pinus, olea dicuntur esse δυσαυξῆ: *tardè crescentia.* & opponuntur punicæ, ficui, viti, quæ sunt θαλλῶ. cur olea tardè crescat, rationem adhibet Varro dicto loco, & sumsit à Theophr. Lege. Cum respectu ad hanc, & alias arbores, quæ tardè crescunt, dixit Afranius in Synephebis: *Serunt arbores, quæ alteri seculo prosint.*

4. PATER.] Notat Turn. lib. 13. c. 8. hoc nomen hîc, & aliis locis Virgilij, esse nomen Diuinitatis: sicut & *mater*, vide vt firmet & adiunge cognomen Bacchi πατρῶν, ac lege Lil. 8. Syntag. Pater nomen diuinitatis.

B 5. LENÆE.] Præclarè non quemcunque Bacchũ inuocat, sed eum, qui signatè Lenæus, quia hunc vult nudari crura, ingredi in torculare, calcare vuas. Dictus verò est Lenæus ἀπὸ τῦ ληνὸς torcular. Inde illum Orpheus (notauit Lil.) ὀπιλώνιον vocat, quasi præsidem torcularium & carmen (hoc ipse adiicio) quod canebatur ad torcularia, dum vuæ exprimerentur. dictum est ὀπιλώνιον. Anaclet. μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες ὀπιλωνίοιν ὑμνοις: *Magnum Deum celebrantes torcularium cantibus. Ferie etiam Bacchi ὀλώαια* dicebantur. Reiiciunt hîc meritò Interpretes cum Principe omnium Seruio etymologiam Donati, qui ab lenienda mente: & amplectuntur eam, quam adduxi, quæ est Eusebij, & Didori, vt ait Lilius. Cæterum ab Nostro Tibul. Lenæus vt. de dictus.

C *Qdit Lenæum tristia verba Pater.*

6. TVIS-MVNERIBVS.] Ita frequens, & certior opinio. Sed rerum inuentio vaga, vt sæpe dixi. Vitis inuentum Alpheo tribuit Theopompus Chius apud Athenæum lib. 3. Pausanias in Bœot. Thebanis attribuit. Osiridi nonnulli, tradente hoc Tzetze. Monuit me ista Meyen.

7. PAMPINEO, &c.] Hæc, & sequentia continent breuem temporis vindemiæ descriptionem, in quo præcipuæ notæ sunt, ager grauidus pampinis, vindemia spumans, labra torcularium plena, calcantium vuas crura nudata & tincta. Indicabo Poetas, qui tempus hoc describunt, quos hinc ademi. Ergo vide Heliodum in Scuto, Nemesianum, 3. Eclog. Calpurnium, 1. ecl. Tibullum lib. 1. eclog. 8. & lib. 2. eclog. 1. Oppianum, 1. Cyn. Manilium lib. 3. Politianum in Rustico, Nonnum libro 12.

D

8. VENI.] Hac forma solitos inuocari Deos, multorum testimoniis probat Briss. lib. 1. Formul. Græci quoque ἔλθε ad eandem rem.

9. COTHVRNIS.] Non hoc temere (inquit Turneb. lib. 25. cap. 30.) nam cothurnatus erat Bacchus. De illo enim apud Aristophan. Cothurnus Bacchi.

— τί κόθορν', ὦ βδέλυρον ξυνωμότα;
quid cothurnus, & claua conuenerunt?

E Loquitur porrò Hercules admirans habitum Bacchi, qui ad cothurnum suum clauam addidisset non suam. Nonnus de Baccho pugnaturo aduersùs Indos lib. 14. ἄειρυσε πορφυρέοις ὑπαθήκατο πεζὰ κοθόρνοις: *Induit argenteas plantas purpureis cothurnis.* & apud Tacit. libr. 11. *In celebrando vindemiæ simulacro Silius Bacchum referens hedera vinctus erat, & cothurnos gerebat.* Patercul. lib. 2. loquens de Antonio: *Cum ante nouum se Liberum Patrem appellari iussisset, cum redimitus hedera, coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber Pater vectus esset Alexandriæ.* De Gaio similem amentiam narrat Philo ὡς πρεσβ. repræsentante Bacchum κιθῶνι, καὶ θυρσῷ, καὶ νεβρίσιν, hedera, thyrso, pellibus. Vitium in uentor.

Nota.

1. HACTENVS ARVORVM CVLTVS.] Ita auspicatur librum tertium Columella, & ait se à præstantissimo Poeta celeberrimi carminis auspicari principia.

Bacchus pro vino. 2. BACCHE.] Pro vino, aut vitibus. Quæ res profanis scriptoribus frequentissima. Nævius, citante Festo: *Cogitus cdit Neptunum, Venerem, Cererem.* Id est, pisces, olera, panem. Redundant exempla. Placitum mihi hîc inserere verba Arnob. libr. 5. aduersùs Gentes, vt sciat iuuentus, quid vir ille sense- C rit de hac locutione gentium. Ait itaque: *Ad veram iudicii formam, & in illa eltis reprehensionis parte, quod in vsu sermonis vestri Martem pro pugna appellatis, pro aquis Neptunum, Librum Patrem pro vino, Cererem pro pane, Mineruam pro flamine, pro obscœnis libidinum Venerem. Quæ est enim ratio, vt cum suis censeri appellationibus res possint, nominibus cognominentur Deorum? & ea fiat Numinibus contumelia, quam nec homines sustinemus, si nostra quis nomina res ducat, atque inuertat in friuolas?* Huc pertinent verba Cic. 3. Nat. *Sed hæc concedantur, reliqua quis tandem non modò concedi, sed omnino intelligi possit? Cum fruges, Cererem, Vinum, Liberum dicimus, genere nos quidem sermonis vtimur vsitato: sed eo- quem tam amentem esse putas qui illud, quo vescatur, Deum credat esse?* Non abeunt ab eadem mente ista D Lucretij lib. 2.

Hic si quis mare Neptunum, Cereremque vocare
Constituet fruges, & Bacchi nomine abuti
Mauult, quam latices proprium proferre vocamen:
Concedamus vt hic terrarum dicat & orbem,
Esse Deum Matrem, dum non sit re tamen ipsa.

Adiungam huic parti versus Orphei, qui leguntur apud Interpretem Heliodi.

Ἐρεμὶς δ' ἑρμωνεὺς τῶν πάντων ἄγγελός ἐστι,
Νυμφαι υδατορρυτοι πόρους θ', πῦρ θ' τε δημήτηρ.
Ἡ δὲ θάλασσα ποσειδῶν μέγας ἡ δ' ἐυσθενὴς γῆ.
Καὶ πόλεμος μὲν ἄρης, ἐρίδων δ' ἐς' ἀρροδίτη, &c.

Non verto quia clatissimi; & quia continent sententiam Arnobij, Tullij, Lucretij.

Olea tarda in crescendo. 3. TARDE CRESCENTIS OLIVÆ.] Ita creditum de hac arbore, & testes oculi. Ideo à Græcis oliua dicitur ὀλίζων, ὀλιγερὸν, ὀλιζανὸς ὀλιγανθὲς, omnia ab hac tarditate. & ab Apollon. lib. 4. πολύμηλον, quasi multum laboris ponatur, vt crescat, vt augeatur. Ab Attemidoro libr. 4. c. 12. numeratur olea inter arbores, quæ βεβλίος φύεται, καὶ θραδέως αὔξεται, tardè nascuntur, & tardè crescunt. Huc pertinent verba Plin. lib. 15. cap. 1. *Hesiodus negauit oleæ*

UVA. BHSC. BU 00239

Principio

[a] Principio arboribus varia est natura creandis,
[b] Namque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, campósque & flumina latè
Curua tenent: vt molle siler, lentæque genistæ,
Populus, & glauca canentia fronde salicta.
[c] Pars autem posito surgunt de semine: vt altæ
Castaneæ, nemorúmque Ioui quæ maxima frondet
Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.
[d] Pullulat ab radice aliis densissima sylua:
Vt cerasis, vlmísque, etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subiicit vmbra.
[e] Hos natura modos primùm dedit: his genus omne
Syluarum, fruticúmque viret, nemorúmque sacrorum.

ARGVMENTVM.

Arbores, quas dedit natura, tribus modis nascuntur sponte, semine, radice.

EXPLICATIO.

[a] DIcit variam esse naturam creandarum arborum, adhibétque postea tres modos, quibus naturaliter aut arbores, aut frutices proueniũt; videlicet sponte, semine, radice.

[b] Enumerat species quatuor ex his, quæ sponte, & cogente nemine implent campos, & littora fluminum. Campos implent siler, & genistæ: littora populus, & salices. Omnia afficit propriis epithetis: nam siler est molle, genistæ lentæ, populus, & salices canent albicántque fronde glauca: albicant videlicet ex vna parte, nam ex altera virides.

[c] Secunda species arboris naturalis ea est, quæ vitiit recepto in terram semine, vt castaneæ, æsculus, quercus. Non hic desunt ornamenta poetica. Accipiunt enim castaneæ commendationem ab altitudine: æsculus à dignitate, nam hæc arbor est maxima nemorum Iouis (id est, inter nemora sacra Iouis) quercus à diuinitate, qua olim à Græcis oraculi vice adita est, consulta, audita.

[d] Tertiam speciem efficiunt, quæ pullulant ab radice in syluam densam; tales sunt cerasus, vlmus, laurus. Postremam exornat tum à Numine, quia Parnassia, id est, Apollonia, sacra (inquam) Apollini culto in Parnasso: tum à descriptione plena maiestatis, quæ depingit paruam laurum se subiicientem, id est, crescentem, ac repullulantem ad matris vmbram.

[e] Colligit quæ dicta. Hos (inquit) modos creandarum arborum iam tum ab orbe condito dedit natura, nullum alium: & his debent mortales quicquid viuit in syluis, frutetis, nemoribus. Sacra vocat nemora, quia in his ex superstitione gentium culta semper Numina: quin nemora fuerunt loco templorum.

NOTÆ.

Arbores quibus modis prouenient.

1. NAMQVE ALIÆ.] Obseruauit Victorius lib. 14. cap. 24. Virgilium in hac diuisione hæsisse omnino Theophrasto, qui libr. 2. de historia Plantarum capit. 1. ita præceptionem suam auspicatur: αἱ γενέσεις τῶν δένδρων, καὶ ὅλως τῶν φυτῶν, ἢ αὐτόματοι, ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης: *Generationes arborum, atque omnino plantarum proueniunt, aut sponte, aut ex semine, aut ex radice.* In eodem cap. post narratas plures arborum generationes, addit hos tres nascendi modos esse admodum naturales, videlicet; discriminans illos ab humana industria. Græca sunt, Τούτων δὴ μὲν αὐτόματα, σχεδὸν τὰ πλείω· ἃ δ' ἀπὸ σπέρματος καὶ ῥίζης, φυσικώτατα δόξειεν ἄν. Ex iam prælibatis versio necessaria non est. Nonnulla his confinia reperi apud eundem lib. 1. Caus. c. 11. vbi ponit, quæ αὐτόματα, & quæ ἐκ σπέρματος. Plin. lib. 16. c. 32. ad vestigia Theoph. & Virg. *Arbores, quas naturæ debeamus, tribus modis nascuntur; sponte, aut semine, aut ab radice.* Extremos duos modos attingit idem lib. 17. c. 10. *Aut enim semine prouenient, aut plantata radice.* Hanc lectionem aliis præfero. Aristot. quoque lib. 5. Hist. c. 1. eandem diuisionem adducit ad argumentum animalium. Nam sicut plantæ aliæ semine, aliæ sponte nascuntur: ita animalia, alia ex semine, alia sponte ex humo putrescente, qualia pleraque insecta. Repetit lib. 1. de Generat. Animal. c. 1. Et lib. 1. Plant. c. 6. τῶν δένδρων τὰ μὲν γεννῶντα ἐκ σπερμάτων, τὰ δ' ἐξ αὑτῶν: *Alia arbores nascuntur ex semine, alia ex seipsis.* Dio Chrysost. Orat. 30. loquens de re agresti, opponit αὐτόματα, & εἰργασμένα. Legendus etiam locus Lucret. lib. 5. ab eo versu, *At specimen sationis, &c.* non longè à fine. Vbi docet, Naturam fuisse primam parentem sationis, & ab ea mortales artipuisse hanc artem. Pari exorsu, sed in re alia, vsus Opp. lib. 4. Cyn. nam statim incoat à diuisione ferarum. Qui locum videat, non dubito, quin putet factum ad Virgilij imitationem.

Siler duplex.

2. SILER.] Explicui non de illo, quod nascitur in aquosis, vt auctor est Plin. lib. 16. c. 18. sed de mõtano, tum quia Poetæ venustior sententia, si binas species campis attribuas, binas fluminibus: tum quia huius præ illo frequentior mentio in scriptoribus herbariis. Montani enim silerís meminit Leonhardus Fuchsius Comment. de Hist. Stirp. cap. 302. Remb. Dodon. Pemptad. 2. lib. 5. cap. 15. atque illud in Liguria in asperis montibus sponte nasci. Matthiol. in lib. 3. Dioscor. Ruellius quoque, & generalis Historia plantarum lib. 6. cap. 27. atque omnes demum, qui scripserunt de re herbaria. An verò hoc siler idem sit cum seseli Massiliensi, vt plures putant, vt negat Dodonæus, al. erius est otij. Videndi Interpretes Dioscor. libr. 3. c. 53.

Quercus Dicit hoc propter quercus Dodonæ in Epiro, vbi dabant oraculum.

3. HABITÆ GRAIIS ORACVLA QVERCVS.] erat Dodonæa sylua oraculis nobilis. Narrant enim fabulæ quercus ibi fuisse vocales. Inde Homer. Odyss. 19.

Τὸν

UVA. BHESC. BU 00239

Τὸν δ' ἐκ Δωδώνης φάτο βήσεσθαι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο διὲς βουλὴν ἐπακούσῃ:
Hunc autem in Dodonem dicebat ire, vt Dei
Ex quercu alta Iouis consilium audiret.

Lucian. quoque in Amoribus loquens de fago Dodonæ. ἐκ τῶν (inquit) ὀρθομάντων ἱερῶν ἀποῤῥήξασα φυλλὰς: *ex ramis sacram emittens vocem.* Tatian. Orat. contra Græcos, irridens: *Vere ne quercus diuinant, & aues præsagunt?* Sed vti redderetur hæc responsa ex quercubus, & qui quercus essent vocales, mirè variatur in fabulis. Reperio triplex fabulandi genus. Primum ait, fuisse in sylua lebetes ita dispositos, & coniunctim locatos, vt vno percusso, reliqui (id quod necesse erat) resonarent, qui sonitus habitus pro oraculo. Alterum primo simile ponit tintinnabula, quæ vento agitata, longè sonitus referrent. Tertium dicit, in his quercubus fuisse columbas, quæ reddèrent oraculum. Quæ dixi de lebetibus scripta sunt à Suida: quæ de tintinnabulis à Varrone, sed ore Plinij lib. 36. c. 13. quæ de columbis à Pausan. in Achaic. Possem dare plures testes triplicis fabulamenti. Porrò supra omne mendacium, & fabulas est illud Plin. 17. c. 25. *in quibus* (Epidij commentariis) *arbores locutæ quoque reperiuntur.*

4. CERASIS.] Cùm ista scripsit Maro, arbor hæc nouitia erat in Italia, nam Lucullus, qui non longo ante Virgilium æuo, illam è Ponto aduexit. Signabo tantùm auctorum loca. Plin. libr. 15. c. 25. Tertul. in Apolog. Hieronym. ad Marcellam. Athen. libr. 2. Seru. in hunc locum. Quorum verba non adscripsi. Addit postremus, fuisse hæc poma in Italia adhuc ante Lucullum, sed dura, & corno simillima.

5. PARNASSIA LAVRVS, &c.] Locum istum æmulatur Claud. de nuptiis Hon. & Mar.

— *ceu forte minor sub matre iuuenis*
Laurus, & ingentes ramos, olimque futuras
Promittit iam parua comas.

Sobolis nomina data rebus syluestribus.

6. MATRIS.] Solitum magnis scriptoribus vsurpare in re syluestri atque arborea nomina, quæ pertinent ad sobolem, membra, ætates, affectiones hominum. Quatuor ista breuiter ostendam ex vno præsertim Plinio, vt hæreant in animis iuuenum elegantiæ huius simulacra. Ergo de nominibus quæ pertinent ad sobolem, Poeta hîc, *matris*, & infrà: *matrum*. Pindarus Odyssea 5. Nemesius autumnum vocat μητέρα οἰνάνθης. Philo ἀεὶ φυτουργὸν, terram vocat μητέρα, καὶ τροφὸν. Seneca in Troad.

Quæ tenera cæso virga de trunco stetit,
Par ipsa matri tempore exiguo subit.

Sueton. Aug. cap. 94. *matricem* vocat, loquens de palma. Adduxi pluscula de matre, quia hæc vox est in Virgilio. Reliqua vno ferè exemplo continebuntur. Plin. od. 9. Nem. vinum appellat παῖδα ἀμπέλου: *filium vitis.* Plin. lib. 17. cap. 21. *Sic palmites, nepotes, vuæ, &c.* Colum. lib. 3. cap. 9. vites Albanas *sorores* vocat, respectu aliarum. Artemidorus lib. 1. cap. 53. ἄρωμα δὲ ἐδὲν ἄλλο ἐστὶ ἢ γυνὴ. σπέρματα δὲ καὶ φυτὰ οἱ παῖδες. πυρροὶ μὲν οὖν. κρίσιμοι δὲ δυσπάτριδες, ἐξαμαζιλώμασιν: *Aromata nihil est aliud, quàm mulier: semina & planta liberi sunt: triticum filij: hordeum filiæ & abortiones.* Transeo ad membra, hoc enim secundo loco mihi proposui. Plinius lib. 16. cap. 38. *In toto corpore arborum, vt reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, vena, ossa, medullæ.* & lib. 17. cap. 23. *vitium lumbos.* & lib. 16. cap. 31. de abiete: *minutis capillamentis hirsuta.* cap. 34. de hedera: *radicosa brachia.* & lib. 14. cap. 1. *ramorum digitos.* ibidem de vitibus: *excrescere vltra latos pollices prohibitæ.* & lib. 16. c. 30. *Vti in oculo, harundini in geniculo.* & lib. 15. cap. 15. pyra Pompeiana vocat *mammosa.* cap. 22. de nuce: *mollis barba.* ibidem: *Vmbilicus illis intus in ventre medio.* Theophrast. 1. Histor. cap. 16. loquens de foliorum discrimine, ait, in quibusdam inesse, τοὺς μὲν ἰνας, καὶ τοὺς φλέβας, ὥσπερ ἡ χεὶρ νεῦρα, καὶ φλέβας, *vt habet manus.* Cic. 2. Nat. *Quæ procreatio vitis aut arboris parùm animantis figura, conformatioque membrorum, &c.* Cui loco simillimus est alter Columellæ lib. 3. cap. 10. vbi vitem conformat ad humanum corpus. Nam radices *pedes* vocat: truncum *statuam corporis*: ramos, *brachia*. caules & pampinos *palmas.* & lib. 4. cap. 3. ait, loquens de vitibus, *vt membra infantium à primo statim die constitutis formanda.* Ita quoque à Theophrast. 1. Histor. cap. 2. plantis assignantur, καθάπερ τοῖς ζώοις σῶμα καὶ κοιλίαι: *Os & venter vt animalibus.* Et in fine eiusdem capitis dat plantis *pedes, manus, capita, digitos, nasum, oculos.* Aristoteles lib. 1. Plantar. cap. 3. arboribus etiam dat φλέβας, κοιλίας, μυελὸν: *Venas, ventrem, medullam.* & cap. 4. σπλάγχνα, καρδίαν: *Viscera, cor.* Tertium erat de ætatibus. Plinius lib. 13. cap. 22. *incipiente pubescere vua.* lib. 16. cap. 34. de hedera: *adolescit.* lib. 17. cap. 18. *arbore iuuenescente.* lib. 16. cap. 27. *amygdala & pyrus in senecta fertilissimæ.* lib. 17. cap. 5. *anus terra, & ideo infæcunda.* Obserua has ætates dici posse de arboribus, non solùm cum illæ re vera senes iam sunt, aut iuuenes: sed illis dabis iuuentutem, cùm verno tempore florere incipiunt, senectutem, cùm hyems venit. Nam ita Cic. 2. Diuinat. *arbores esse, vt hyemali tempore, cum Luna simul senescentes, quia tunc exsiccatæ sint, &c.* Extremum de humanis affectionibus locupletabo ex eodem scriptore. Lib. 17. cap. 24. loquens de morbis arborum: *Laborant fame, & cruditate, quæ sunt humoris quantitate. Aliqua vero & obesitate.* Et suprà: *Communis vermiculatio est, sideratio, & dolor membrorum. Vide partium debilitas, societate nonnum quoque cum hominum miseriis.* Eodem lib. cap. 18. *Neque enim animalium tantum est coitus auiditas, sed multo maior est terræ, ac fatetur omnium libido: qua tempestiue vti plurimum interest conceptus. Peculiare vtique in insitis, cum sit mutua cupiditas vtrinque coëundi.* His accedunt connubia, adoptiones, matrimonia, amores, cœlibatus, viduitates, generationes arborum, de quibus magna seges locutionum in Plinio: qui etiam in lib. 16. cap. 30. ramis cœcitatem dat. Philo in lib. de immutabilitate Dei arboribus præbet somnum & quietem. Ait enim, dormire illas hyeme, & aduentante vere erùpere, & germinare, ὥσπερ ἐκ βαθέος ὕπνου ἀνεγειρόμενα, *veluti excitata ex profundo somno.* Sed harum passionum & affectionum magna est seges in Aristotele lib priore de plantis.

Ætates de arboribus.

Humanę affectiones de arboribus.

7. GENVS.] Hanc vocem de plantis sæpe audies, est hæc confinis superioribus. Theophrast. lib. 12 caussæ. cap. 1. τῶν φυτῶν αἱ γενέσεις: *plantarum generationes.* Aristot. lib. 7. hist. animal. Φ τῶν φυτῶν γένη *plantarum.*

Membra de arboribus.

8. FRVTICVM.] Fruticem ita definit Theophr. lib. 1. Hist. cap. 5. φρύγανον δ', τὸ ἀπὸ ῥίζης, καὶ στολυσ- Frutex quid sit.
λοχες, καὶ πολύκλαδον. οἷον βάτος, θαμνύφον: *Frutex, quod ab radice caudice multiplici, ramosumque se attollit: vt rubus, paliurus.* Aristotel. ita lib. 1. Plantar. cap. 4. ἔχοντα ἐν ταῖς ῥίζαις αὐτῶν πολλὰς κλάσεις, ὅσα τε καλάμινα ἄγνοι καὶ βάτοι: *Quæ multos habent in radicibus ramos: vt quæ dicuntur virgulta & rubi.* Clarius. Quicquid statim ab radice se in ramos diffindit, quodque ex natura sua nunquam arborescit. Sunt multa, quæ mediam habent naturam, aut inter arborem & fruticem, aut inter fruticem & herbam: cuius generis plantas Plinius vocat *sussultices*, & Theoph. dicto loco διὰ φολάνα, quasi iungantur ex arboribus, atque oleribus.

Sunt

UVA. BHSC. BU 00239

[a] Sunt alij, quos ipse via sibi repperit vsus.
[b] Hic plantas tenera abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis: [c] hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidásque sudes, & acuto robore vallos.
[d] Syluarúmque aliæ pressos propaginis arcus
Exspectant: [e] & viua sua plantaria terra,
[f] Nil radicis egent aliæ, summúmque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
[g] Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
[h] Et sæpæ alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius, mutatámque insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
[i] Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructúsque feros mollite colendo:
Neu segnes iaceant terræ iuuat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

ARGVMENTVM.

Quas ars, septem; videlicet auulsione, infossione, propagatione, transpositione, surculo, concisione, insitione.

EXPLICATIO.

[a] POST modos, quibus arbores naturaliter proueniunt, nunc septem adhibet, quibus humana industria, & artificiosè. Ait itaque. Sunt alij modi, quos vsus mortalium sibi (id est, in suam vtilitatem) reperit, via quapiam separata ac diuersa ab naturali. Sanè hîc Poeta studium mortalium, industriam, ac meditationem in inueniendis nouis modis creandarum arborum signatè vocat *viam*.

[b] Primus modus est auulsio stolonum, qui, vnà cum fimbriis & radiculis auulsis ex corpore arboris, mandantur scrobibus, quos scrobos hîc vocat *sulcos*.

[c] Secundus, cùm trunci ipsi seu stirpes vnà cum radicibus, cùm sudes fissæ, cùm valli acuti infodiuntur in terram. Sudes vocantur *quadrifidæ*, quia in formam crucis solent findi, cùm infodiuntur: vel ita grandes, vt diuidi in quatuor partes possint. Extremum hoc Seruij est.

[d] Tertius est propagatio, fit hæc, cùm rami instar arcus incuruantur, demittuntur in terram, obruuntúrque. Solet hic modus præsertim in vitibus exerceri. Exornat rem Poeticè, dátque sensum arboribus, quæ cernunt sua membra curuari, atque infodi. *Syluarum aliæ*, nihil est aliud, quàm *aliæ arborum*, nam pro arboribus sumi syluam, alibi doceo.

[e] Quartus, cùm plantaria, id est, arbusculæ, quæ sunt in seminariis vnà cum terra in alium locum transferuntur. Ait, *viua plantaria*, nam hæ plantulæ dicuntur viui radices: Viua itaque, quia cum sua terra: sicut postea sicca ligna, id est, mortua, quia sine terra & radiculis.

[f] Quintus, cùm surculus amputatus è summa arbore in terram refertur, mandatúrque scrobi: & sanè comprehendit, etiamsi nihil habeat radicis.

[g] Sextus, cùm caudex oliuæ carens omni radice, concisúsque ac sectus per medium in partes plures, infoditur, & inde (quod mirere) trudit, progignítque radicem, ac mox arborem. Cùm ait, *sicco ligno*, intellige non omnino aridum, nam ita nihil germinaret: sed vacuum ab humore, vt quod careat radice, qua succum trahat.

[h] Extremus est insitio, qua rami vnius arboris apparent in altera: sic pyrus mutatur, & fert mala insita: sic corna, quibus lapideum est & durum os, rubescunt prunis. *Impune* est, sine damno sui: ita Seruius.

[i] Definit cum admonitiuncula, qua hortatur agricolas, vt discant cultus arborum, vt colendo molliant feritatem syluestrium fructuum, néve patiantur, vt terræ sint segnes. Mox verò, vt animos illorum attollat ad spem ingentem, promittit præceptis à se tradendis effecturum, vt Ismarus mons Thraciæ abundet vitibus, Taburnus mons Campaniæ oliuetis. Has partes longè distantes posuit, vt qui vniuersos terrarum tractus vellet intelligere.

NOTÆ.

1. SVNT ALII.] Hos modos ad septem ego retuli, téque lector moneo illos expendas: alij ad quinque, alij ad sex tantùm reducunt, ad septẽ, præter me, nemo.

2. VIA.] Quod hîc Virgilius *viam*, Theophr. 1. Hist. τέχνην & προαίρεσιν: *artem, studium*.

3. HIC PLANTAS.] De hoc primo modo Theophr. lib. 2. Hist cap. 1. ἢ ἀπὸ παρασπάδος: *aut ex auulsione*. Itaque quod Græci παρασπᾶν, Virgilius *abscindens*. Aristoteles lib. 3. de Generat. animal. cap. 11. inter modos alios, τὰ δ' ἀπὸ σπαραγμάτων: *hæc autem auulsione*. & lib. 1. Plantar. cap. 6. τὰ μὲν ἀπὸ ῥιζὰν ἐκσπῶνται: *hæc è radice auelluntur*. Plinius quoque lib. 17. cap. 10. inter modos suos: *aut auulsione*: & infrà latè: *Auulsi ab arboribus stolones vixere. Quo in genere, & cum perna sua auelluntur, partémque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore*. Ideo ego in explicatione: *cum fimbriis & radiculis*. Ceterùm, quod hic Plin. *pernam* dixit, pari metaphoram in cap. 21.

Auulsio in plãtis, quid.

Perna in arborib. quid.

UVA. BHSC. BU 00239

Calx, in arborib. quid.

cap. 21. eiusdem lib. *calcem* dixit: *surculus avelli cũ sua calce cœptus est.* & Theophr. ex Nota Dalecam. ἀπόσπασμα, ᾧ ὑπόβασις πωγωνίου: *avellitur stolo cum parte planta & radicis.* Has omnes locutiones Poeta viuidè expressit hac sua: *plantas tenero abscindens de corpore matrum.* Cui hæsit Colum. 3. c. 19. *malleolus matri abscissus.* & c. 18. *malleolus, qui deponitur ea parte, qua est à matre decisus.*

A

4. HIC STIRPES.] Putat Victorius lib. 14. cap. 24. hunc secundum modum esse illum, de quo prius Theophr. ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος. Nam ἀκρέμων est ramus grandior.

Quadrifidæ fudes.

5. QVADRIFIDAS.] Colum. lib. 4. cap. 33. *quadrifidas vidicas.* Notandum malè hoc explicari à Seruio, ait enim, Poetam bis idem dixisse, nam fudes & valli res eadem. Nunquam Virgilius eadem bis dicit. Nam si fudes quadrifidæ, qui acutæ si valli acuti, qui quadrifidi: Apertè discriminat vel ex forma ipsa. Nec me mouet scribi à Vegetio cap. 8. lib. 3. *valli, hoc est, fudes.* Nam nullum ferè vocabulũ est, quod idẽ omnino cum alio significet: tametsi ignoranti proprietatem hoc sæpe appareat.

B

Propago in arboribus.

6. PROPAGINIS ARCVS.] De hoc præcepto agit Auctor Geopon. lib. 5. & quidem viuidè, & graphicè rem describit. Inquit enim, propaginem ex vna parte pendere à vite, ὥσπερ ἀπὸ μαστοῦ γάλακτος τῶν ῥιζῶν, *veluti ab vbere alimentum trahat*: ex altera in terra innutriri, & radices agere, ὥσπ̃ δύο μήτρων πεπνιγμένου, *foium duarum matrum stutela.* Philo in lib. τὸ χεῖρον τῶν κρειττόνων. ita describit propaginem, loquẽs de agricola: ἐὰν δὲ καὶ ἄμπελον ἰδὼν εὐσπόνδους τὰς κληματίδας ἐκκλίνει χαμαὶ τῆς γῆς τάφρους ὀρυξάμενος, καὶ ἕλκων χῶν αὐτὰς ὑπογείων, αἱ δὲ ἀπὸ μερῶν ὅλας, καὶ αὐτὰ θυγατέρων μητέρες ἂν εἰς μακρὰν ἐγένοντο: *Iam vero vitem luxuriantem conspicatus deiecit in terram propagines, scrobes faciens, ac nouos terrenos aggerens denuo: at illæ, quæ modo partes fuerant, iam integræ sunt, & ex filiabus matres fiunt.* De hoc demum præcepto videndus Cato Rei Rustic. cap. 32. & 51. Colum. de Arborib. cap. 6. & 7. Plin. lib. 17. c. 13.

C

7. NIL RADICIS, &c.] Huic modo existimat Vict. respondere illum Theophrasti, ἢ ἀπὸ κλωνός. Nam Græci vocant κλῶνας, summos arborum ramos & cacumina, cùm in vna tantùm ficu illa pars appellatur κράδη: & ego illum Plinij lib. 17. cap. 10. *aut surculo.*

Puto quid propiie.

8. PVTATOR.] Placet hîc inserere verba Varr. lib. 5. Ling. Lat. vt vocis huius vis & similiũ agnoscatur. Ait ille: *Disputatio & computatio cum præpositione à putando, quod valet purum facere. Ideo antiqui purum, putum appellarunt. Ideo putator, quòd arbores puras facit. Sic is sermo, in quo pura disponuntur verba, ne sit cõfusus, atque vt diluceat, dicitur disputare.* Hinc liquet, à sylvestri putatione ducere originem voces omnes, quæ huic voci affines. Certè rei rusticæ dignitas (vt hoc obiter dicam) tanta olim apud priscos Romanos fuit, vt possim affirmare magnum vsum linguæ Latinæ ad illam esse referendum.

Disputo, vnde dictum. Puta arbor.

D

9. CAVDICIBVS SECTIS.] Hunc sextum modum cum septimo confundunt plurimi, & putant in his caudicibus loqui Virgilium de insitione, & vnà cum illis Beroaldus. Nihil vnquam magis aduersum menti Virgilij. Testes sunt oculi scientissimorum agricolarum, à quibus id quæsiui: testis ars ipsa, quæ nunc quoque in Hispania, vbi ego fui, viget. Secant agricolæ scindũntque in partes plures caudicem oliuæ, cui amputata radix, cui amputati ramicita confectum infodiunt, ac inde formant radix, & mox arbor, quod Poeta stupet, quia verè mirum. Attenderent illi ad verba Seruij, nec errarent. Ita ille: *Fit, quod nunc dicit de oliua & myrto: quarum sicci stipites secantur vsque ad medullam, & terræ infossi ex se arbores creant, quod sine dubio mirum est.* Ad verba Theophrasti lib. 2. Hist. cap. 1. qui cùm varios modos creandarum ex arte arborum constituat, tum hunc: ἢ ἐπὶ τὰ ξύλα καταπηγνῦσιν εἰς μικρὰ, καὶ ὧν ἄνω ἀναῤῥιπτοῦσι: *Aut etiam ligno imminuta concisa, nam eo quoque modo planta exoritur.* Idem lib. 3. constituens modos, quibus oliua germinet, inter alios, καὶ ἀπὸ τῶν κρεμῶν καταπορεύοντες: *ab caudice confecto.* Ad Plinij, qui lib. 17. cap. 10. *& confecto arboris trunco.* Quem in locum ita Dalecamp. *concisi frustulatim, & in terram demisso.* Hæc longissimè abeunt ab insitione, de qua mox loquitur Poeta. Victorius quoque, qui doctissimus, locum huic Virgilij comparat cum loco Theophr. quem adduxi; & vti explico, explicat. Ideo Poeta signate dicit *ligno*, quia rem hanc, quam depinxi, nequeas appellare, plantam, radicem, surculum: tantùm, lignum. Atque ita quoque Theophr. lib. 5. Caussetrait. esse aliqua, quæ non defixa, sed tantùm aulsa decisáque à parente, germinant, vt palmites, & τὰ τῆς ἐλαίας ξύλα: *ligna oleæ.*

Oleæ propagandæ ratio.

10. ET SÆPE ALTERIVS RAMOS.] Præceptum insitionis complectitur Dio Chrysost. Orat. 5. hoc verborum ambitu, loquens de agricolis: ἐκείνοι δὲ ἐνίοτε τοῖς ἀκάρποις, καὶ ἀγρίοις ἐνδύντες καὶ ἡμερωτάτους τὰ ἥμερα καρποφόρα, χρήσιμον ἀντὶ ἀχρήστου, καὶ φιλίμου ἀντὶ ἀνωφελοῦς ἀπεδείξαν τὸ φυτόν: *Illi enim interdum inf uctuosis & agresti bus imponentes inserentesque mitia & fructuosa, vilem pro inutili, & frugiferam pro infrugifera plantam efficiunt.*

Insitionis præceptum.

11. MVTATAMQVE INSITA MALA FERRE PYRVM.] De hac insitione Propert. lib. 4. el. 2.

Insitor hic soluit pomosa vota corona,
Cum pyrus inuito stipite mala tulit.

Calp. 1. el.

Ars mea nunc malo pyra temperat.

Feritas de arboribus.

12. AGITE.] Ex Græcis, qui etiam ἄγετε. Odyss. 12. νῦν δ' ἄγε δ' ὦσι, &c. Græcum, φέρε νῦν, multi explicant, age nunc.

13. FRVCTVSQVE FEROS MOLLITE COLENDO.] Hanc sententiam ita extulit Ouid. de Med. Faciei: *Cultus & inprimis succos emendat acerbos.* Plin. lib. 17. c. 10 loquens de plantis, quæ adoleuerunt in seminariis, & mox transferuntur: *Discedentes, virtus relinquunt, mansuescúntque tractatu, ceu feræ, dum radici auellitur planta.* Virg. infr. *exuerint syluestrem animum:* & Luct. lib. 5.

—fructúsque feros mansuescere, terra
Cernebant indulgendo blandéque colendo.

Theophr. 2. Histor. περὶ ἀγρίων ἐξημερώσεως: *mansuescit syluestris rusticitas.* Quo sermone vsus est Liuius lib. 38. cum allusione ad rem rusticam: *Vbertimo agro, mitissimo cœlo, clementibus accolarum ingeniis omnis illa, cum qua venerant, mansuefacta est ferocitas.* Cum allusione (inquam) ad arbores, vt apparet ex superioribus Liuij, si quis adeat. Ceterùm, nomen *feritatis*, in re agresti frequentissimum. Plin. lib. 14. c. 20. *arbores feras.* & c. 19. de mustis: *ferociam frangunt.*

E

14. NEV SEGNES IACEANT TERRÆ.] Ad hanc admonitiunculam pertinent, quę latè Colum. tractat, lib. 2. c. 1. vbi caussam telluris minùs benignè respondentis colono assignat, non senio terræ, sed ignauiæ agricolarum.

15. ISMARA BACCHO.] Ismarici vini mentio est in Archilocho, οἴνῳ ἰσμαικῷ. & in Homer. Od. 9. vbi postquam Vlysses commendat à suauitate vinum,

Ismarium vinum.

F

VVA. BHSC. BU 00239

num, quod sibi Maron dono præbuisset, subdit de eodem Marone, ὃς ἰσμάρου ἀμφιβόλου ἦν κτίστης, qui Ismaron inhabitat. Ista ex Vrs.

16. VESTIRE.] Aliorum loca auctorum, qui vsi A pari metaphora adduco infrà in hoc libro.

17. TABVRNVM.] Carol. Steph. Tiburnū legit, & accipit de fronte feraci oleastri, qui iuxta Tibur. Sed nihil muto.

[a] Túque ades, inceptúmque vnà decurre laborem
O decus, ô famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas, pelagóque volans da vela patenti.
[b] Non ego cuncta meis amplecti verbibus opto,
Non, mihi si linguę centum sint, oraque centum,
Ferrea vox: [c] ades, & primi lege littoris oram.
[d] In manibus terrę: non hîc te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

ARGVMENTVM.

Inuocat Mecœnatem, facit illum beneuolum, attentum, docilem.

EXPLICATIO.

[a] POST inuocatum Bacchi Numen, post materiam propositam inuocat fautorem Mecœnatis, & illum captat: inuocat, cùm petit, vt adsit, vt secum percurrat hunc laborem, vt explicet vela fauoris: captat, cùm vocat illum decus suum; & famæ suæ partem maximam: quo significat, se, Mecœnatis fauore, magna ex parte versari in ore omnium. In illis *decurre laborem*, existimo metaphoram sumi à circo: *patens pelagus* est, opus hoc Georgicorum. Itaque vult, vt Mecœnas vnà secum currat, vnà nauiget.

[b] Perscribit sibi modum, quem habiturus in tractatione arborum: nam omnia dicere, quis sanus possit, etiamsi illi multæ linguæ, multa ora, vox ferrea? Et nota, hunc posse esse loeum attentionis, quia breuiter rem absoluturus. Hic locus ab oratoribus tractari solet non initio, sed cùm defatigati sunt auditores audiendo, qui attentiores redduntur, si tunc illis proponatur instare finis.

[c] Recurrit ad fauorem petendum, & vult sibi in hoc initio aspirari à Mecœnate. Istis enim, *oram lege primi littoris*, videtur signari initium, vt deinde Mecœnas fauoris vela explicet, aspirans in patenti pelago totius operis.

[d] Iam mihi (inquit) terræ sunt in ipsis manibus, (nam videlicet paucula iam delibauit superiore diuisione arborum, quæ creantur partim naturaliter, partim ex humano artificio) nolo te longis ambagibus tenere, longis exordiis. Est verò hic locus docilitatis, quia non ficta dicturus. Itaque captata est benouolentia, facta attentio, proposita docilitas.

B coen. —*dulce decus meum.* & od. 17. lib. 2. *Mecœnas meorum — Grande decus, columenque rerum.* Similium locorum copiam adduco Ecl. 4.

4. MECOENAS.] Faciunt omnes Mecœnatem ex gente Cilniorum. Tu vide Notas Vrsin. ad lib. 10. Liu. & ad lib. 7. Ann. Taciti, vbi ex diligentia Pantagachi probat, non Cilnium vocatum, sed Ciliuum. Sed hæreo. Nam Romanorum gentilitia nomina semper in ius finiunt. Mecœnas ex qua gēte.

5. PELAGOQVE VOLANS DA VELA PATENTI.] Pari metaphora Ouid. vocas Germanicū 1. Fast. —*timide dirige nauis iter.* Propertius quoque ad suos versus conformauit sermonem de re nauticâ: Nauigatio ad rem poeticam.

Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor,
Non sum apta mea grandia vela rati.

C Fuit semper locus communis Poetarum, confugere ad nauigationem initio operum. Quam rem satis indicat Plinius lib. 8. Epist. cùm ait: *Proinde, iure vatum inuocatis Diis, immitte rudentes, pande vela, ac, si quando alias, toto ingenio vehere. Cur enim non ego quoque poeticę cum Poetis?* Val. Maxim. lib. 5. c. 7. per initia ad rem suam transtulit hos poeticos spiritus, sicut & alij non Poetæ.

6. NON OPTO, NON.] Obseruat Mureus in Catul. pares locos huic similes de venusta hac geminæ negationis elegantia. Nam Catul. *Non, non hoc tibi false sic abibis.* Propert. *Non, non humani partus sunt talia dona.* Cic. Attic. *Non sunt obsequio nostro, non.* Non, non.

D 7. NON MIHI SI LINGVÆ.] Imitationem huius loci tracto in 6. Æn.

8. LEGE LITTORIS ORAM,] Obserno alibi exemplorum copia verbum *lego*, in re maris dici non posse, nisi cùm sermo est de nauigatione circa littus. Itaque parum Latinè loquuntur, qui dicunt, *pelagus legere.* Lego in re maris, quid.

9. IN MANIBVS TERRÆ.] Arnob. lib. 7. *Et quoniam nobis in manibus hostiarum sermo versatur.* Patercul. lib. 2. *Bellum, quod erat in manibus.* Nazianzenus orat 26. τὰ ἐν χερσὶ κατιδόντα: *Intelligę quæ sunt in manibus.* In manibus.

10. ATQVE PER AMBAGES.] Eadem ferme sententia Lucret. lib. 6.

Nec tibi iam longis opus est ambagibus vsquam.

E Ait verò Victor. in lib. 3. Rhetor. Arist. expressum à Virg. verbum περιόδοις, & quo ibi vtitur Arist. nam illud verbum est, longa exordia operi affingere; accurata principia, & ambages. Adiungo, eodem fere conatu dici solitum περιτρέχειν. Artem. in Præfem eadem ita extulit hærens Aristoteli, περιόδους μάτην τῷ λόγῳ. περιόδοις. ἐξόδος.

NOTÆ.

1. ADES.] Videndus Brissonius 1. Form. in quo magna copia exemplorum similium.

2. DECVRRE.] Explicui hunc sermonem cum relatione ad circum, quam meam explicationē firmet exitus huius libri, vbi ait, equos foluendos à labore. Insistit huic metaphoræ Ouid. 6. Fast.

Tertia caussa mihi spatio maiore canenda est,
Nos tamen adductos intus agemus equos.

3. O DECVS.] Horat. quoque loquens cum Mecœnate.

[a] Sponte sua quæ se tollunt in luminis oras,
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt:

UVA. BHSC. BU 00239

Quippe solo natura subest. tamen hæc quoque si quis
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,
Exuerint syluestrem animum, cultúque frequenti
In quascunque voces artes haud tarda sequentur.
[b] Nec non & sterilis, quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros.
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
Crescentíque adimunt fœtus, vrúntque ferentem.
[c] Iam quæ seminibus iactis se sustulit arbos
Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram.
Pomaque degenerant succos oblita priores,
Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus est labor impendendus, & omnes
Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.

ARGVMENTVM.

Docet, vti tria illa arborum genera, quæ prouenium spõte, semine, vel radice, esse vtiliores possint.

EXPLICATIO.

[a] MEMINERIS, positas suprà tres species arborum naturalium, scil. quæ sponte proueniunt, quæ ex semine, quæ ex radice: eadem in hoc tractatu reperit, tantùm commutat ordinem, nã secundo loco ponit pullulãtes à radice, tertio à semine. Docet autem vti istæ arbores esse vtiles possint. Nam cùm ex vna parte fortes sint ac validę ex ingenita fœcunditate soli, ex altera ipsæ infœcundæ, vt quæ nimium luxuriant: huic infœcunditati medicinam adhibebis, si inseras. Si mutes in alios scrobes probè subactos & paratos: quod postquã feceris, cole illas frequenter, ac tibi tunc parebunt nõ inuitæ. Cùm dixi, has arbores mutandas in alios scrobes, ne capiat puer de integris, sed de surculo aliquo illarũ.

[b] Transit ad arbores, quæ pullulãt ex radice, quæ etiam steriles sunt, sed si transferantur, digerantúrque in campos vacuos, atque soli expositos, facient idem, quod primæ, id est, reddentur frugiferæ, atque vrbanæ, parebúntque tibi. Reddit rationẽ, cur digerendæ in vacuos campos: quia nunc frondes ipsę luxuriantes, & rami ipsiusmet matris (id est, arboris) opacãt, inumbrántque fœtus, adimúntq; illos matri magna foliorum exuberantia crescenti, ac demum vrunt (id est, absumunt) illam volentem fœtus ferre.

[c] Restat de his, quæ proueniant ex semine. Istæ (inquit) tardissimæ sunt in ferendo, atque illarũ vmbra vix se nepotes eius, qui semen iecit, oblectabũt. Præterea, poma harum arborum facile degenerant, veluti oblita suam naturam & succos. Ac si fortassis vitis aliqua nata ex semine proueniat, adeò turpes, neglectóque fert racemos, vt seruiant ad prædam auibus, non ad esum hominibus. Inde desinit in hortationem, qua monet, impendẽdum laborem in curam omnium arborum: cogendas illas in sulcum, ne vagentur pro libidine, domandas multis mercedibus, & mercenariis, vt exuant syluestrem animũ, induant vrbanum.

NOTÆ.

1. SPONTE SVA.] Lucret. lib. 5. ita fere:
Sponte sua nequeunt liquidas exsistere in auras.

A Græci αὐτόματον: & Sophoc. in Oedip. Col. φυτὸμα, ἀχείρωτον, αὐξῆσιμον.

2. IN LVMINE ORAS.] Hic modus loquẽdi, pro *ad vitam*, vsitatissimus est. Poeta ipse 7. Æneid. Ora luminis pro vita.

—*sub luminis edidit oras.*

Prior Lucr. lib. 1. —*dias in luminis oras*
Exoritur. Iterum:
—*atque oras in luminis exit.*

& post pauca loquens de terra:
—*Viuida tellus*
Tuto res teneras effert in luminis oras.

& lib. 2. *visentes luminis oras.* & aliàs idem Poeta. Sed & vtroque prior Enn.

—*O Romule, Romule dic, ô*
B *Qualem te patriæ custodem DI genuerunt?*
Tu produxisti nos intra luminis oras.

His efficitur, Poetam scripsisse *luminis oras*, non auras, vt est in plerisque. Arnob. quoque lib. 2. eodem sermone delectatus est: *Antequam Tages Tuscus oras contingeret luminis, quisquam hominum sciebat, &c.* Non dissimulandum, qui legunt *auras* tueri se posse exẽplo Homeri, qui ἐκεῖ' αὐδήεσσ', καὶ δὲὸς αὐγὰς. & Ouidij 3. Fast.

Quęque diu latuit, nunc qua se tollat in auras,
Fertilis occultas inuenit herba vias.

Pindarum certè, qui de Iamo dixit Od. 6. Olym. ἴκλυε δ' ὡς ἀπάλαχον ἔφρασ': *Prodiit ex visceribus in lucem,*
C ad quamuis rem possis traducere.

3. SED LÆTA ET FORTIA SVRGVNT.] Hoc intuens animo, fortasse oculis, Columella lib. 3. c. 11. *Nam hæc, quamis genera spinarum sint, solent tamen fortia, & læta, & grauida fructu consurgere.*

4. SOLO.] Vult Turneb. lib. 2. cap. 12. hîc per *solum* Solum. capiendam radicem ipsius arboris, quæ scriptoribus rei rusticæ planta quoque dicitur, & pes. Discessi ab illo, & pro terra accepi secutus plures doctos: in his Germanum, qui affert locum Plutarchi è lib. de vitioso pudore consentientem cum sententia Virgilij Græca tam in Plutar. quàm in Germano, & in aliis, qui ab hoc accepere, obuia, ideo Latina tantùm dabo: *Quædam eorum, quæ*
D *è terra nascuntur, cum sint ipsa per se syluestria, sterilia, & incremento suo nocentia hortensibus seminibus, atque stirpibus, agricolæ tamen pro certo indicio soli non mali, sed egregij atque pinguis habent.* Itaque, dicit Poeta, in terra ipsa esse vim ac virtutem ad progenerandam arborem fortem ac validam, etiamsi infœcundam.

5. SVBEST.] Græci ὑπεῖν.

6. MVTATA.] Consentiẽs huic locus Liuij lib. 38. in

VVA. BHSC. BU 00239

in oratione Manlij Cons. ad milites: *Sicut in frugibus pecudibusque non tantum semina ad seruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cœlique, sub quo aluntur, mutat.* Quod autem hic *subacti, scrobibus.* Gregorius Thaumat. Panegyri in laudem Origenis, dixit, ἐυκατασεργασθὴν γῆν, ἀντὶ τοῦ: *terra bene subacta, & molli.*

7. EXSVERINT.] Quod Virgilius per hoc verbum, Theophr. 3. Causs. c. 23. explicat per μεταποιήσεις τῶν δένδρων, *transitiones, mutationes.* Ex quibus fit, inquit ille, ὥστε ἐξ ὀξέων, γλυκεῖς πικρῶν γλυκέα γίνεσθαι: *Vt arbores ex acutis & amaris fiant dulces.*

Feritas de arboribus.

8. SYLVESTREM ANIMVM.] Huic confinis sermo Theophrast. 3. Causs. cap. 23. ἐξημερῶσι τῶν ἀγρίων ἐνίοις: *mansuescunt quæpiam syluestria.* Loquitur enim de plantis. Philo οὐκ ἀφθαρσίαν, opponit φυτὰ B ἥμερα, καὶ ἄγρια. Manilius lib. 1. *fera arua*: dixit, prius non culta.

9. IN QVASCVNQVE VOCES ARTES.] Affinia istis illa Philonis de agricultura: τὰ μὲν ἄγρια τῶν δένδρων ἡμερῶν, τὰ δ' ἥμερα ἐπιμελείαις συναύξειν. Dicit, arbores ex agrestibus facile arte mansuefieri, & mansuetas incrementum capere diligentia agricolæ.

10. SEQVENTVR.] Pari vsurpatione Græci dicunt ἀκολουθεῖν, & Horat. ad Pison.

Verbaque prætisam vem non inuita sequentur.

& Nostet in 12. — *nec voces nec verba sequuntur.* German.

11. SEMINIBVS IACTIS.] Græci ad verbum σπέρματα βάλλειν.

12. NEPOTIBVS.] Contendit enixè Vlsinus hîc per *Nepotes* accipi debere pullos ramos, βλαστοὺς, καὶ παραφυάδας, ita vt sermo sit metaphoricus, & rami, qui adnascuntur arbori, dicantur à Virgilio *Nepotes*, sicut à Catone *pulli*, non minus, quàm arbor ipsa dicitur *mater, matrix, nutrix.* Huic explicationi neque assentiri, sequórque reliquos omnes Interpretes, & in his Germanum, qui doctissimus. Itaque Virgilius respicit ἐκγόνας, sicuti in eo versu 1. Ecl. *Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.* & Propert. lib. 3.

Pulli in arboribus qui.

Méque inter seros laudabit Roma nepotes.

13. POMA DEGENERANT.] Colum. 3. c. 9. *plerunque degenerat sarculus.*

14. AVIBVS PRÆDAM FERT VVA.] Cũ instituto ad hæc verba Colum. 3. c. 2. de quodam genere vnarum: *Plumis, ventisque & apibus offerant prædam.*

15. DOMANDÆ.] In sermone quoque rustico Papin. lib. 7. *& sulco Peæona domant.*

[a] Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus. Herculeæque arbos vmbrosa coronæ,
Chaoniique patris glandes: etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies visura marinos.
[c] Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et steriles platani malos gessere valentes,
Castaneas fagus: ornúsque incanuit albo
Flore pyri, glandémque sues fregere sub vlmis.
[d] Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex:
[e] Nam qua se medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdóque docent inolescere libro.
[f] Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè
Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miratúrque nouas frondes, & non sua poma.

C

ARGVMENTVM.

Recurrit ad modos illos, quibus humana industria nouas arbores reperit, docétque quo illorum singulæ istarum feliciores reddantur.

EXPLICATIO.

D

[a] MEMINERIS hîc quoque, positos suprà modos septem, quibus arbores exsistunt in humana industria: iàm docet, quę quoquo illorum meliùs proueniant. Incipit ab olea, quæ melius prouenit ex truncis, id est, caudicibus consectis: erat hic sextus modus: vites ex propagatione: erat hic tertius modus: myrtus, quæ est in tutela Veneris Paphiæ, ex infossione: erat hic secundus modus.

[b] Quartus modus erat transpositio plantarum ex seminario in alium locum vnà cum terra: ex hac optimè ait prouenire plures arbores, quas cõnumerat afficitque propriis epithetis mira quadã Poësi. Sunt illæ, corylus, quæ dura est; fraxinus, quæ ingẽs: nam hæc multùm excrescit: populus, qua se Herculi coronat: quercus arbor glandifera, quę sacra est Ioui, qui cultus in Chaonia (quæ hæc prouincia, alibi:) palma, quæ ardua, & alta est: abies, ex qua naues fiunt.

[c] Septimus & vltimus modus erat insitio. Docet itaque, quæ arbores melius ex insitione prouenient, quàm ex quolibet alio modo. Nux inserenda est in arborum, & ita melius proueniet: malus in platanum: castaneæ in fagum: pyra in ornum: glans in vlmum: vti ista poetice illustret, perspicuum legenti.

[d] Sistit

UVA. BHSC. BU 00239

[d] Siftit in extremo modo, quæ erat insitio, & ait, hanc esse duplicem: prior, quæ verè dicta insitio: posteriori, quæ inoculatio. Conceptus enim huius versus est. Non est vnus modus simplexque inserere, atque oculos imponere: nam videlicet alia est insitio, alia inoculatio. Aliqui explicant aliter, sed bonos sequor Interpretes, & verba Poetæ pro nobis.

[c] Dixit esse insitionem & inoculationem: explicat primùm, quæ sit inoculatio. Sed ego præmitto duo. Tunica in arboribus est eadem cum libro: est verò liber cortex ille interior ipsi ligno adhærens: inde libri appellati, quia confici soliti ex tunicilis interioribus arborum. Alterum. Nodus, gẽma, oculus, germen, eadem res: protulerant ista primo vere ex ipso cortice. Ergo ait, qua gemma erumpant ex cortice ruptis tunicilis, in ipsomet nodo, id est, vbi est ipsamet gemma, debere fieri sinum, & cauitatem (sit hæc auulsa gemma & cortice ex arbore vetere in modum scutuli, aut oculi, vt paretur domicilium aduenienti germini alterius arboris.) In eam itaque includatur germen alterum: nam hoc debet succedere, vt vna insutum & insertum coalescat cũ libro vetere. Vocat verò hic librum *vdum* ex summa peritia: nam artis huius scientissimi exspectare solent ad hanc insitionem tempus illud, quo sudent arbores: tunc enim meliùs expellunt tuniculam, & locum præbent venienti & insuendo germini. Si quæ dixi minùs intelligas, adi scientem agricolam, vt spectes oculis, quæ non capis auribus. Ego (credo) clarissimè scripsi.

[f] Sequitur insitio, quæ clara ex verbis Poetæ. Secentur trunci, non qua est nodus ille: nam ad insitionem hanc nihil hoc interest: quin si opus, findatur via cuneis vsque ad medullam: in hanc rimam inserantur feraces surculi: post tempus non lõgum exsistent ex hoc surculo rami felicissimi ingogniti trunco illi, arbósque admirabitur frondes nouas, poma non sua.

NOTÆ.

1. SED TRVNCIS.] Hunc locum nemo Interpretum, præter Seruium, assecutus est: fortasse, quia neque Seruius idem intellectus in illo, *Quin & caudicibus sectis*. Ergo, sicuti in illo versu sapiendus de consectione illa, quam iam aperui, ita & hic. Nam hanc sententiam de truncis ipse refert ad illam de sectis caudicibus.

2. RESPONDENT.] Hoc verbo in re agresti vsus Columel. lib. 3. c. 4. *Tempestiuitas seminum respondet.* Paulin Epistola 28. de fundo loquens: *Agricolæ sui voti prosperia vbertate respondet.* vsus eodem verbo in eadem re Claudianus, & multi alij.

3. SOLIDO PAPHIÆ DE ROBORE MYRTVS.] Retuli hoc ad secundum modum, quia locutio Poetæ nominantis *solidum robur*, affinis est *stirpibus, fudibus, vallis*: de quibus in secundo modo. Nec verò de insitione capi potest: nam de hac postea loquitur Maro, qui non separaret myrtum ab arboribus inserendis, si illam voluisset inseri. De myrto sacra Veneri dictum 7. Ecl. sicut de populo, quæ sacra Herculi.

4. PAPHIÆ MYRTVS.] Inde Seneca in Odip. *Paphiæ myrtus.*

5. ARBOS VMBROSA.] Pindar. 3. Olymp. σκιερὸν φυτὸν ἄλσους.

Palma arduus.

6. ARDVA PALMA.] A Theophrasto lib. 1. Hist. inter αὐξητικὰ ponuntur ἐλάτη, φοίνιξ, κυπάρισσος: *Abies, palma, cupressus.* Sumsit ab illo Plin. lib. 16. c. 30. *In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, vlmus.*

Abies arbor nautica.

7. CASVS ABIES VISVRA MARINOS.] Eurip. Phœniss. ἰσθμὸν κατ' οἰδμα πόντου—ἐλάτᾳ πλώσασα: *Ionium per mare abiete nauigans.* & in Hecub. de Paride transituro in Græciam ait: ὕλαν—Ἀλέξανδρος εἰλατόνων—Ἐπτάμυς: *Incidit Alexander syluam abiegnam.* Homer. 7. Il. —ἐλάτησι-πύλοι ἐλαύνοντες: *Abietibus pontum remigantes.* Theophrast. lib. 5. Histor. cap. 8. ἐλάτη μὲν οὖν, καὶ πεύκη, καὶ κέδρος, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ναυπηγήσιμα: *Abies, pinus, cedrus, vt vno dicam verbo, aptissimæ sunt nauigiis.* Pergo ad Latinos. Ennius apud Cic. lib. de Fato:

Vtinam ne in nemore Peliaco securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes:
Neue inde nauis incoandæ exordium
Cœpisset, &c.

Petron. in Halos.

Pulsumque marmor abiete imposita gemit.

Plinius lib. 16. cap. 40. nauis meminit in Ægypto adductæ, in qua erat abies admirationis præcipuæ: Mitto Virtuu. lib. 1. cap. 9. Paulin. epist. 4. Cassiodorum lib. 5. ep. 17. Sanctum Ambrosium, in Hexaem. atque Claud. 2. Rap. Pap. 6. Th. Sed quæ rationes, cur abies apta nauibus? Theophrast. lib. 1. Histor. ait, ex hac arbore fieri antennas, & malos, quia μακρότατον, καὶ ὀρθοφυέστατον: *longissima & recta surgens.* In 5. aliam rationem assignat διὰ κουφότητα: *propter leuitatem.* Hanc arripuit Plin. lib. 16. cap. 39. *Nauium malis, antemnisque propter leuitatem præfertur abies.* Affinia huic rationi, quæ de abiete scribit Vitruu. lib. 2. c. 9. habente plurimum aeris & ignis, minimum verò humoris terreni. Theophrast. lib. 5. Histor. c. 8. ait in genere, illam esse optimam ædificiis, vocátque τεκτονικήν. Adnecte his nostris, quæ Lilius scribit lib. de nauigiis c. 4.

8. STERILES PLATANI.] Græci hanc arborem ἄκαρπον vocant. Quare illã Latini *cœlibẽ*, alibi aperui.

9. CASTANEAS FAGVS.] Omnes, quotquot hactenus excusi libri, legunt *castaneæ fagus*, nullo, aut inepto sensu. Debemus & loci huius explicationẽ, & lectionis mutationem Iosepho Scaligero in Catul. Fauet Scaligero ratio hæc. Enumerat Poeta syluestres arbores, quæ tamen labore hominum & insitione fructus afferunt. Sic arbutus fert nuces, steriles platani malos valentes, ornus florem pyri, vlmi glandes: ergo, & fagi castaneas. An sola hæc è contrario proferenda esset? quæ enim vtilitas, vt castanea ferret fagos? quin ars est, vt fagi ferant castaneas. Huc pertinent verba Theophrasti 1. Caus. c. 7. ὥσπερ εἰ μήτις ἀνάπαλιν τὸ ἄγριον εἰς τὸ ἥμερον ἐμβάλλοι, διαφορὰν μὲν πιὰ ποιήσει, τὸ δὲ καλλικαρπεῖν οὐκ ἔξει: *Nam si è contrario syluestre in vrbano seueris, tameisi differentia quædam erit, tamen bona frugis arbor nunquam profectò reddetur.* Non ergo, castaneæ fagos ferunt cultura, sed fagi castaneas. Est verò *fagus* in recto multitudinis ex archaismo. Veteres enim huiusmodi arborum voces per us, efferebant in plurali: ita, cùm hîc audias *steriles platani*, tamen in Culice: *aeria platanus.* Et in Catul. ex libro vetere:

Archaismus in nominibus.

Quales Eurotæ progignunt flumina myrtus,

non *myrtos*, vt vulgo. Colum. 4. c. 26. *Pedamen maximè probatur ex iunipero, & lauru, & cupresso.* Ita boni codices, non lauro. Symmach. Epist. 47. lib. 1. *poetica lauru.* Sic econtrario, quæ inflectũtur per quartam, transeunt in secundam. Vetus inscriptio: *Sententiam ex Senati consulto dixerunt.* Salustij codices correctissimi in Catil. *Senati decreto Q. Martius Rex.* Iterum: *Duobus Senati decretis.* Auson. Idyl. 8.

Et

UVA. BHSC. BU 00239

Et toga purpurei rutilans pretexta Senati.
Attius in Menalip. *fluctí immiſericordes*, pro, fluctus. In Nyctegreſia, *tumulti, lecti*, pro, tumultus, luctus. Cæcilius in Calchis: *Quidnam fores fecere ſontes?* Næuius lib. 1. Belli Punici: *Marcus Valerius Conſul partem exercuti in expeditionem ducit*: citatur is à Chariſio.

10. GLANDEMQVE SVES FREGERE SVB VLMIS.] Credibile lapſum memoria Plinium lib. 15. cap. 15. cùm reſpiciens ad hunc locum ſcripſit: *Cùm Virgilius inſitam nucibus arbutum, maiis platanum, ceraſis ulmum dicat.*

Inſitionis modi.

11. NEC MODVS INSERERE.] Poeta, vt vides, duas tantùm inſerendi ſpecies adducit. Quid te ego hîc laſſem, ſi ex auctoribus corradam varia genera inſitionum? Præter vulgares, qui ab aliis citantur, lege Clement. Alexand. lib. 6. Strom. qui adducit quatuor genera inſitionum. & Philonem, qui primam Poetæ inſitionem graphicè deſcribit in libro τὸ χεῖρον τῷ κρειττ. ἐπιπ. & Gregorium Thaumaturgum Panegyri in laudem Origenis, vbi meminit inſitionis, non inoculationis, nam μέσον χίσας ait, *mediam findens.*

Oculi in inſitionibus.

12. OCVLOS.] Hæc locutio in inſitionibus tradu-cta à Græcis, qui in re ſimili dicunt ὀφθαλμὸς, & ἐνοφθαλμισμός. Inde quoque Latini cum compoſitione, *inoculo.* Dixi in Explicatione, omnia iſta, nodum, gemmam, oculum, germen, eſſe rem eandem: adiunge & os. Nam vice ſynonymi cum oculo os coniungit. Philo in lib. de immutabilitate Dei τόμια.

13. TRVDVNT DE CORTICE GEMMÆ.] Adi ſeptimam Eclog.

14. GERMEN INCLVDVNT.] Græci dicunt ἐγκεντρίζειν, ἐγκεντεῖν, καὶ ἐμβάλλειν. & ἐμβολὰς, atque ἐπιμβολὰς. Præterea συμφυτεύειν, συμβάλλειν, συνδῆσαι. quia in inſitione eſt neceſſaria colligatio.

15. INOLESCERE LIBRO.] Hoc Plinius dixit: *concorporari.*

16. NEC LONGVM TEMPVS ET INGENS EXIIT, &c.] Non dubium, quin Poeta ſignet tempus hyemis, in quo arbor quieſcit, donec erumpit verno tempore. Hanc rem mirè & graphicè deſcripſit Philo Iudæus in lib. de immutabilitate Dei. Nó pono Græca, quia multa. Interpres ita: *In palmitibus oculi, ſicuti ruſtici vocant, coniuent, tanquam animalium, & innata ad germinandum ora comprimuntur, natura tunc motus concluſa quieſcentéque: vt poſt reſpirationem, quaſi athleta laſſus certamine, recolligat vires, atque ita de integro ad labores anniuerſarios redeat. Id verò ſit verno æſtiuoque tempore. Tunc enim tanquam expergefacta è ſomno profundiſſimo, & oculos aperti, & clauſa ora patefacti. Quibus autem grauida eſt, parit omnia, pampinos, palmites, clauiculos, racemos, fructuum denique.*

17. EXIIT AD COELVM, &c.] Philo in lib. de Herede rerum diuinarum: ἄνω, καὶ ἐγγὺς τὸ σέλας, & ἐνεχέρων μετωφέρεσθαι ἀεὶ πρὸς τὸ ἀιθέριον.

18. MIRATVRQVE NOVAS FRONDES.] Sententiam hanc alij aliter extulerunt. Sidon. Paneg. Anthem.

Protulit exciſus iam non ſua germina palmes.

Ouid. 1. Rem.

— ſæc ramum ramus adoptet,
Stétque peregrinis arbor operta comis.

Calpurn. 2. Ecl.

Non minus arte mea mutabilis induit arbos
Ignotas frondes, & non gentilia poma.
Ars mea nunc malo pyra temperat, & modo cogit
Iuſta precocibus ſubrepere perſica prunis.

Columel. lib. 10.

— aliena ſtirpe granata
Miris adoptatis curuetur frugibus arbos.

Manil. lib. 2. *Arbuſta adultera vagis pomis.*

Papin. 2. Sylu.

Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos
Alnius ire ſuis.

Virgilius ſuprà:

Et ſæpe alterius ramos impune videmus
Verſere in alterius.

[a] Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,
Nec ſalici, lotoque, nec Idæis Cypariſſis.
[b] Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ,
Orchades, & radij, & amara pauſia bacca.
[c] Pomaque, & Alcinoi ſyluæ. nec ſurculus idem
Cruſtumiis, Syriiſque pyris, grauibúſque volemis.
[d] Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
[e] Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et paſſo Pſythia vtilior, tenuiſque lageos
Tentatura pedes olim, vincturaque linguam:
Purpureæ, pretiæque: & quo te carmina dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Aminææ vites, firmiſſima vina:
Tmolus & aſſurgit quibus, & Rex ipſe Phanæus,
Argitiſque minor: cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te menſis, & Diis accepta ſecundis
Tranſierim Rhodia, & tumidis Bumaſte racemis.
[f] Sed neque quàm multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,

UVA. BHSC. BU 00239

Est numerus: neque enim numero comprendere refert:
Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut, vbi nauigiis violentior incidit Eurus,
Nosse, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

ARGVMENTVM.

Docet varias esse arborum species: vlmorum, salicum, lotorum, cupressorum, olearum, harum adducit tria genera: pomorum, horum totidem: vitium, harum quindecim: additque incredibilem esse copiam vinorum, illustratque comparationibus.

EXPLICATIO.

a PRÆCESSIT pars prima huius libri, quæ tota versata est in ratione creandarum arborum tam ex natura, quàm ex arte: est iam in secunda parte, quæ continet diuersas species arborum. & ita ait, non esse genus vnum vlmorum, salicum, lotorum, cupressorum. Postremam speciem *Idæam* vocat, quia illius ferax est Ida mons Cretæ.

b Constituit tres species oliuarum, orchadum, radiorum, pausiæ. Primæ nomen habent à rotunditate, secundæ à figura oblonga, postremæ à pauiendo.

c Ab agris transit ad hortos, & ait, poma (est hoc nomen generale ad mala, ad pyra, ad similia) atque hortenses arbores (has enim intellige per syluas Alcinoi) varias sub se species continere. Probat, nam triplicia sunt pyra, videlicet Crustumia, Syria, Volema. Prima laudem habent à Crustumio Italiæ oppido, auctor est Seruius: altera à Syria, vnde aducta: postrema à magnitudine: nam ita grandia, vt volam manus impleant.

d Ex hortis gradum facit ad vineta, & enumerat varia vuarum ac vitium genera, præmittitque hanc sententiam: Vites Italorum diuersæ sunt ab aliis, neque enim nobis eadem est vindemia cum ea, quã carpit Lesbos insula ex Methymna: est hæc vrbis Lesbi. Dicit *pendet*, quia vites Italiæ pendent ex arboribus, iugatæ his & maritatæ.

e Accingit se ad narrationem plurium specierũ, quas ego hic vnico tractu complectar. Ergo enumerat vites purpureas, precias, Rheticas, Falernas, Amineas, ex motibus Tmolo Lydiæ, & Phanæo Chii, Argitin minorem, vuam Rhodiam, & bumastum. Exornat ista, vt decet poeticè loquentem. Difficultatibus, quæ obuiæ, occurrent nostræ Notæ.

f Sed quis (inquit) aut species, aut nomina vuarum comprehendat? citiùs scies arenas, quas in mari Libyco, vbi sunt Syrtes & cumuli arenarum, cõturbat Zephyrus, ventus occidentalis; fluctus, quos in Ionio Eurus excitat, ventus Orientalis.

NOTÆ.

1, VLMIS, SALICI, LOTO, IDÆIS CYPARISSIS.] Dicam hic de arboribus, quas includit duobus versibus. Vlmorum genera quatuor constituit Plinius lib. 16. cap. 17. Duo tantum Theophrast. lib. 3. Histor. cap. 14. Duo item Columel. lib. 5. cap. 6. Longum esset, si ego, quæ sint hæc genera, ex Auctoribus numerarem: tantum in omnibus indicabo numerum, quia hoc video ad Poetæ animum pertinere, qui ait, harum arborum genus esse multiplex. Dixi de vlmis, tendo ad salicem. Huius genera Octo adducit Plinius lib. 16. cap. 37. Ex Theophrasto variis locis quinque colligas, alij plures in eo inueniunt. Loti tria genera distinctissima adducit Dalecam. in cap. 2. lib. 24. Plinij. Nonnulli herbarij scriptores differentiam loti colligunt ex eius fructibus, qui varij: sed & loton esse etiam herbam, non tantùm arborem, in iisdem reperies. Cyparissi cùm multa sint genera, discrimen eius ex mare & fœmina constituit Plinius lib. 16, cap. 33. atque adeò tantùm ponit duo genera. Matthiolus in Dioscor. cyparissi pusillæ meminit. Certè harum arborum infinita sunt genera, si à patria, vt nonnulli volunt, discrimines. Ego hic tantùm de patria Cyparissi: nam Idæam, id est, Creticam facit Poeta. Ergo de cupresso, quæ prouenit in Creta, scribit Theophrast. lib. 3. Histor. cap. 2. & lib. 1. Caus. cap. 2 Latius Plinius lib. 16. cap. 33. eius quoque meminit Nicand. in Theriac. hoc versu, qui desinit Virgilij modulo: *πεφύασιν βυσσώδεϊ, καὶ ἰδαίῃσι κυπαρίσσοις.* *Semina bupleuri, & idææ cypariss.* Sed cùm per Idæam intellexerim eam, quæ prouenit in Ida monte Creta, faciunt ad hoc verba Theophrasti libro 4. Historiar. *ἐν κρήτῃ γοῦν φασιν ἐν τοῖς ἰδαίοις ὀρεσι-κυπαρίττιον εἶναι.* ex dictis nulla opus versione.

2. ORCHADES.] Olearum genera persequi infinitum est. Macrob. lib. 3 Sat. cap. extremo, numerat sex supra decem. Colum. lib. 5. cap. 8. ait, plura esse genera, sed ad eius notitiam peruenisse decem, mox numerat. Decem etiam Isidorus lib. 17. cap. 7. neque verò omnia eadem cum his, quæ Columella. Cato cap. 6. Rei Rust. octo. Caus. 12. *πολλὰ δ' εἰσὶ γένη ἐλαίας.* *multa sunt genera olearum.* Ex Plinio, & aliis infinita colligas. Virgilius tria tantùm assumsit, quæ relictis aliis, illustrabimus. Sunt orchades (alij legunt, orchites; & quidem ea vox obuia est in codicibus Seruianis, in Plinio, in Varrone: mihi videtur commodè vtraque lectio poni posse in Poeta, aut orchades, aut orchites.) Oleæ quædam dictæ à rotunditate, quam habet is, qui dicitur Græcis ὄρχις. Varr. 4. de Ling. Latina: *Olea grandis orchitis, quod ea antiquiùs orchemora.* Ex antiquo lexico Turn. lib. 22. cap 2. *Orchæ ἐλαῖαι σφηκώδεις, oleæ oblongæ.* Quæ dixi de etymologia, sunt in Seruio hic, in Isid. lib. 17. cap. 7. in Iunio, in Carolo Stephano, in aliis. Orchiti, ait Plinius lib. 15. cap. 3. inesse multum olei, Columel. lib. 5. cap. 8. illam laudat, quòd melior aliis ad esca. Nicand. in Alex. illam adhibet contra venena. Pergo ad radios, qui ita dicti à forma longiuscula. Duplex discrimen, nam est radus maior & minor. Cato cap. 6. Rei Rust. *oleam conditiuam, radium maiorem, Salentinam, &c.* De minore Colum. lib. 12. cap. 47. *Orchiten & radiolum, vel regiam dum contundes, &c.* Isidor. lib. 17. c. 7. *Radiole pro eo quòd oblongæ sint in modum radiorum.* Restat de Pausia, cuius duplex etymon, alterum Catonis, Seruij, Isidori, qui à pauiendo, id est, tundendo ducunt. Nam, vt ait Cato, ex hac fit oleum, cùm adhuc illa est viridis itaque maiore eget tunsione. Alterum mihi indicat Iunius, nam definiens ita ait: *Pausia oliua, nigricans præ maturitate.* Inde elicio notationem nominis: dicta est itaque fortasse ἀπὸ τῦ παύομαι. nam ea diu in arbore, nec ita citò anellitur, donec contrahat nigredinem. Ideo, si ante tempus legatur, & in virore, eget magna illa tunsione, de qua Cato, & alij. Sed cur

Loti genera.

Cyparissi genera.

Cyparissus Cretæ.

Olearum genera.

Orchades.

Radii, genus olearum.

Pausia, genus oleæ, eius etymon.

Vlmorum genera.

Salicum genera.

VVA. BHSC. BU 00239

cur huic *bacca amara*? Quia nimirũ legi solet (vt dicebã ex Catone) cùm adhuc est viridis, in qua ætate necessariò illa erit amara, nondum fructu nigricante præ maturitate. Hanc rationem mihi indicat Columella lib. 12. cap. 47. *Acerbam pausiam mense Septembri, vel Octobri, dum adhuc vindemia est, contunde, &c.* Nam quæ est acerba olea, nisi quæ legitur nondum matura, & adhuc in virore? Confine hoc commentationi Seruij, cui amara bacca est viridis: & verbis Catonis lib. Rei Rust. cap. 7. *ea optimè condunturur*: (loquitur de positis, quæ eædem cum pausiis) *vel viridescentes in muria, vel in lentisco contusæ.* Finiui & seruaui ad hunc locum Notam Tusani; quæ non negligenda, putat ille Maronem suo versu tria oleæ genera πεφυαδότην, ὀρχάδα, & μυξίνην expressisse.

Sylua pro horto. Alcinoi horti.

3. ALCINOI SYLVÆ.] Id est, horti, pomaria Alcinoi, quamuis Syluas nominet. Probant hoc multa. Tertul. de Pall. *Consitum & amœnum super Alcinoi pometum, & Midæ roseum.* Plin. lib. 19. cap. 4. *Antiquitas nihil prius mirata est, quàm Hesperidum hortos, ac Regum Adonis, & Alcinoi.* Ouid. 1. Amor. el. 10. *Prædeat Alcinoi poma benigna ager.* Homer. clare ὄρχατον vocat lib. 7. Odyss. *hortum.* Meminit præter vulgares alios Iucorum Alcinoi Theophilus Patriarcha Antiochenus lib. 3. ad Autolycum. in excusis malè legitur, Antinoi. Habetur tom. 1. Biblioth. sanct. & Nazianzenus in carmine ad Vitalianum prouerbialiter:

--- ἢ ἐ τράπεζα, καὶ ἀλκινόοιο θύρετρον:
Alcinoi mensa est iucundior horto.

Et Ouid. 4. de Pont. El. 2.

Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerna?
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?

Crustumia pyra.

4. CRVSTVMIIS; SYRIIS PYRIS, VOLEMIS.] Includam hæc vnica Nota. Quæ Virg. *Crustumia*, alij vocant *Crustumina*. In his sunt Plinius, Columella, quorum loca postea citabo, & Macrob. lib. 3. Sat. cap. 19. Obseruia ea principe loco numerari à Poeta, nam perquam optima. Plin. lib. 15. cap. 15. *Cunctis autem Crustumina gratissima.* & lib. 23. cap. 7. *Decocta* (pyra) *mire salubria, & grata, præcipuè Crustumina.* Columella lib. 5. cap. 10. cùm multa genera constituat, primo loco ponit Crustumina, adhuc ante regia. Gradum facio ad Syria, hæc Columella vocat etiam Tarentina, dicto loco. Dat illis Plinius proximam bonitatem post Crustumina, nam lib. 15. cap. 15. ita scribit: *Proxima his* (crustumenis) *Falerna, à potu, quoniam tanta vis succi abundat: lactea hæc vocantur, in iisque alia colore nigro donantur Syria.* Vbi sententia est, numerari inter Falerna, & Lactea illud genus pyri, cui est niger color, & hoc genus referẽdum esse ad Syriam, vt ad matrem. Ex verbis Plinij lucem accipit Isid. lib. 17. cap. 7. *Syria dicta, pro eo, quod de Syria est allata, siue quia nigra est.* Quanquam Isidorus in duplici errore est, quem aperiam in fine.

Syria pyra.

Volema pyra.

Restant volema, quæ volemia nuncupat Macrob. lib. 5. Sat. cap. 19. ex Cloatio. Cato tripliciter indigetat cap. 7. cùm ait: *Pyra volema, aniciana, & sementina.* Ad quem locum respexit Plinius lib. 15. cap. 15. *Dixit volema Virgilius à Catone sumta, qui & sementina, & musteа nominat.* Nam infrà idem Cato loquitur de volemis musteis. Sunt qui hæc *sementina* nominent, non *sementina*, lectio in his auctoribus dubia est. Putat Dalecamp. volema esse, quæ idem Plin. lib. 15. cap. 11. nominat *Libralia*, cùm ait: *Nec non & quedam è pyris Libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.* Turn. lib. 19. cap. 18. ex antiquo lexico pyra volemia interpretatur ἀπὸ τοῦ κολοκυνθίδες à magnitudine cucurbitæ. Iam de duplici errore Isidori lib. 17. cap. 7. Primus: *Crustumia eadem & volemis dicta.* Atqui diuersum est genus, & auctores chariſſimè discriminant. Alter: Inter genera olearum ponit Syriam, Crustumiam, volemum. Apertè errat: nam hæc pyra sunt, non olcæ. Causa huius erroris fuit, Isidorum vsum fuisse commentariis Seruij in Virgilium sine carminibus ipsius Virgilij, quæ res illi fraudi sæpe fuit. Qui Seruij locum inspexerit, id ita esse facile comperiet. Dissimulo hic de generibus pyrorum, nam Virgilius tria tantùm attigit. Certè Plinius lib. 15. cap. 15. numerat genera triginta quinque, sed opus est oculis ad hunc numerum eliciendum: Columel. lib. 5 cap. 10. septem supra decem: Macrob. lib. 3. Sat. cap. 19. ex Cloatio vnum supra triginta.

Methymnæum vinum.

5. METHYMNÆO DE PALMITE LESBOS.] Est Methymna vrbs Lesbi. Strab. lib. 13. μεθύμνα πόλις λεσβίων. Vinum siue Lesbium, siue Methymnæum, auctores celebrant. Clearchus: λεσβίᾳ πόματ' ἐκ ἐσθλὸν οἶνον ἡδὺ πιεῖν: *Nullum est vinum ad bibendum iucundius Lesbio poculo.* Alexis: λεσβίοις οἰνοφοροῦσι τὰς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὥσπερ χθὲς μέρος: *Reliquam diei partem irrigat vino Lesbio.* Isti, & alij, quos omitto, in Athen. sunt lib. 1. Clemens Alexandr. 2. Pædag. cap. 2. *bene spirans Lesbium.* Ouid. 1. Artis celebrat racemos Methymnæ, & vinum Lesbium Dio Chrysostomus orat. 6. Vide Plin. lib. 14. cap. 7. Inde Bacchus dictus est Methymnæus. Verum est tamen ab Athenæo libro 8. hoc cognomen duci παρὰ τὸ μεθύσκω: *inebrio*, quòd is Deus μέθην, καὶ ἄνεσιν largiatur: *ebrietatem, remissionem, languorem.* Paria ferme Eustathius.

Thasium vinum.

6. THASIÆ VITES.] Tam vites, quàm vinum Thasi (est hæc insula maris Ægæi) celebratissima sunt. Antiphanes apud Athen. (non Ephippus, vt malè versor Natalis) οἶνος θάσιος, καὶ μύρον, καὶ σύμπαντα: *Vinum Thasium, unguentum, corona, &* libro 4. hoc genus vini infert in conuiuium Cerani, vt pretiosissimum, vt sunt omnia, quæ in eo conuiuio exhibentur: οἰνάριον (ait) σκληρόφασιν οἶνε διαυγὲς ἁπλοῦν: *scyphum vino Thasio.* Ex vno Athen. peti possent infinita Plin. lib. 14. cap. 7. *In summa gloria fuere Thasium, Chiumque.* Eius vt pretiosissimi meminit Dio Chrysostomus Orat. 6. ἥδιον ἂν πίνοις τὸ χῖον ἢ τὸ θάσιον, ἢ οἱ ἄλλοι τὸ ἄριστον οἶνοι: *Iucundius bibit fluentem aquam, quàm alium vinum Thasium.* Meminit eiusdem Orat. 65. Hic ego tantùm duas Notas dabo, prima est, Lesbium, & Thasium vna coniungi ab Æliano libro 12. variar. Histor cap. 31. & ab Alexide apud Athen. libro 1. & ab Dione Chrysostomo Orat. 6. si hoc est aliquid ad illustrationem Poetæ, qui post Lesbium induxit Thasium. Altera. Thasij præcipua bonitas in odore fuit. Eubulus enim in Athen. libro 1. Thasium, & alia vina vocat τοὺς περφυγῶντ: *nectar stillantes.* Ibidem Hermippus ait, Thasium spirare odorem mali. Clemens Alexandrinus 2. Pædag. capite 2. *Thasium odoriferum.* Vide, si placet, quæ de duplici genere vini Thasij scribit Ælianus lib. 13. variar. Histor. cap. 6. altero suauij, altero nocuo.

Mareotides Africanæ.

7. MAREOTIDES.] Istæ celebres sunt, non in Mareotide Epiti, vt quidam falsò, sed in Libya Mareotide Ægypto contermina, vbi Mareotæ sunt. Strabo libro decimo septimo, loquens de hac orbis parte: *Est in his locis vini maxima copia, vt etiam Mareoticum vinum ad vetustatem perduret.* Plaut. in Cassin. *Nisi hæc meracio se vspiam percussit flore Libyco.* Id est, vino Mareotico, explicante Turnebo lib. 8 cap. 11. & Lambino in eum locum. Athenæus quoque lib. 1. ita perspicuè. *Mareoticum vinum, quod etiam Alexandrinum vocauere, à Mareia lacu vicino Alexandriæ, & urbe lacui propinqua, atque eiusdem nominis. Frequens*

UVA. BHSC. BU 00239

quens in eo tractu vinea est. Demum Seruius Mareotidas explicat *Ægyptias*. Itaque male aliqui has vites ad Epirum reiiciunt: nin his Germanus, a quo dissideo, quod non soleo: male etiam videtur scripsisse Columel. lib. 3 cap. 2. *Nam quæ Graculæ vites sunt, vt Mareoticæ, Thasiæ, &c.* Plinius enim, qui pro Epiro adducitur lib. 14. cap. 3. nihil tale. Papin. 3. Sylu. de re Ægypti loquens, dixit, *Mareotica vina.*

8. ALBÆ.] In nihil incidi, quo firmem, albas Mareoticas laudabiles esse præ aliis, nisi quòd Athen. libro 1. loquens de vino Mareotico, verbis, quæ proximè sequuntur post adducta, ita ait: οἶνον δὲ καλλιστον, λευκὸν τὸ, καὶ ἁδυ, εὔπεπτον, ἐυανάδοτον, κεφάλε: *Vinum optimum, album, suaue, redolens, quod facile in venas distribuitur, tenue.* In genere de coloribus vini Plinius lib. 14. cap. 9. *Colores vinis quatuor, albus, fuluus, sanguineus, niger.* & Galen. ex Nota Dal. οἶνον δὲ λευκὸν, κιρρὸν, ἐρυθρὸν, ξανθὸν, πυῤῥὸν, μέλανα: *Vinum album, fuluum, sanguineum, flauum, pallidum, nigrum.*

Vini colores.

9. PINGVIBVS.] Thasiæ videlicet pinguibus, Mareotides leuioribus.

Psythia vua.

10. PASSO PSYTHIA VTILIOR.] Dicit vitem Psythiam (fortasse sic dicta est ab oppido aliquo Græciæ: nam Columel. lib. 3. cap. 2. illam facit Græculam) vtiliorem esse præ aliis ad vinum passum conficiendum. Est verò vinum passum, quod fit ex vuis passis: est sic dictum ab patiendo. Certè ipsammet Psythiam inter passi genera connumerat Plinius libro 14. cap. 9. *Psithium & melampsithium passi genera sunt.* Quo loci latè, sed implicatè, docet, qua ratione fiat passum: latè quoque & explicatè, idipsum docet Columel. lib. 12. cap. 39. Putat Rhodigin. Psythiam vitem eandem esse cum Pramnia. Pramnij vini Plato meminit libro 3. Polit. & in Ione. Sed quare hæc aptior præ aliis ad passum? Ait Eubulus apud Athen. libro 1. de vino Psytho, ὄξει φαίνει τοῦτο τὸ οἶνον: *Pungit pectus acrimonia.* Ergo, ideo vtilior, vt ipso aceto temperet nimiam dulcedinem, quæ est in passo, nam de hoc vino, & sapa, & aliis similimis ait Plin. lib. 14. cap. 9. excogitata hæc esse in adulterium mellis. Ceterùm, cùm multa sint passi genera, Creticum probat Plinius eodem cap. & de eo quoque Martialis in lemmate *Passum*, ita ait:

Pramnium vinum.

Gnosia Minoæ genuit vindemia Cretæ
Hoc tibi, quod mulsum pauperis esse solet.

Addam de etymo quidpiam. Dixi, innixus auctoritate Columellæ, sic dictam fortasse ab oppido aliquo Græciæ. Non muto. Sed cuiusdam coniectura audienda. Ψύθια, vel potiùs Ψιθὺα apud Hesychium est σκῶμμα, hoc est, mustum illud, quod sponte ipsum profluit, antequam vuæ calcentur. Ergo, Psythia vitis erit, ex qua id vinum profluit spontaneo ad passum conficiendum. Nam passum est, quod fit à Psythiis adustis à Sole in ipsis vitibus, & vinum profundunt sine torculari, atque adeo Solem passæ sunt adhuc in ipsis vitibus. Non hic omittam notitiam antiquitatis, quam præbet Plato 8. Leg. loquens enim de rapinis, quæ in agris fiunt siue à seruis, siue à liberis, de libero ita ait: *Liber admittatur, admonitus ficus, vuasque solummodo, quæ condi non valent, gustare licere: ex vero, ex quibus passe vuæ, & vinum, & caricæ fiunt, minimè.* Vide, quo in pretio vuæ, ex quibus fieret vinum passum: ne gustari quidem permittebantur à libero.

Passi vini dignitas.

11. TENVISQVE LAGEOS.] Græci quoque tenuitatem dant vuis, vinis, vitibus: nam οἶνον λεπτὸν dicunt, καὶ ἄμπελον. Athen. etiam de quodam vini genere lib. 1. λεπτὸς ὁ κατὰ τὸ πάρεδρον: *extenuat in transitu.* Et genus aliud vini vocat σκοινῆ: & de omni vino in genere Plato in Critia: ἄμπελον καρπὸν *fructum vitem, ma[illegible] uinum.*

12. LAGEOS.] Est hæc vua, quæ à colore leporaria dicitur, nam λαγὼς lepus est. Ex commentatione huc seruij, *tenuis, venę rabidas, quæ citò descendit ad venas*, apparet huic tenuitati respondere Græcam vocem εὐανάδοτον, quam vsurpat Athen. de vino alio loquens lib. 1. per extremæ. Has vuas inter externas numerat Plinius libro 14. cap. 3. quæ videlicet in Italia non reperiuntur. Sequentis versus explicatio pendet ab hac tenuitate: ideo pedes tentat, & linguam vincit, quia facile permeat in omnia membra per venas. Vox (*Olim*) signat hic tempus quodcunque. Lageos vua leporaria.

13. TENTATVRA PEDES.] Vinum tentans Græci πικρικὸν dicunt, *percutiens.* Adducit in hunc locum Germanus distichum è 4. Epigr. Vinum pedes captat.

Οὐκ οἶδ', εἰ διόνυσον ὀνόσομαι, ἢ διὸς ὄμβρον
Μέμφομ', ὁλισθηρὸν δ' εἰς πόδας ἀμφοτέρους.
Nescio an Bacchum vituperem, an Iouis imbrem
Reprehendam: vterque enim faciles ad lapsum reddit Pedes.

Similis locus Plauti Pseud.

— magnum hoc vitium vino est,
Pedes captat primum, luctator doloſus est.

Terentius Eunucho:

— vicit vinum quod bibi.
Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum
officium facit.

Poeta quispiam de Baccho:

Et tentat gressus, debilitatque pedes.

14. VINCTVRAQVE LINGVAM.] Non abit illud Propertij lib. 3.

— multo mentem vincire Lyeo.

15. PVRPVREÆ.] A colore. Meminit Colum. lib. 3. cap. 2. & Plin. lib. 14. cap. 2. & 3. in extremo loco ait, illas esse acinosissimas. Ouid. 8. Met. Vuæ purpureæ.

Et ae purpureis collecte vuibus vua.

Horatius Odys. 2. Epod. *Certantem & vuam purpura.*

16. PRECIÆ.] Quasi præcoquæ, quòd citò coquantur, ideo de illis Colum. lib. 3. cap. 2. *citò maturescunt.* vbi duplex earum genus constituit, maius & minus. Plinius quoque libro 14. capite 2. *Præcia duo gene a magnitudine acini discernuntur.* Præceptum, vti vuæ fiant præcoces, est in Geopon. lib. 4. Vuæ præciæ.

17. ET QVO TE CARMINA DICAM RHETICA, NEC CELLIS IDEO CONTENDE FALERNIS.] Loquitur coniunctim de vtroque. In explicando Virgilio dissentiunt Seneca & Plinius. Priori enim lib. 1. Nat. Quæst. cap. 11. videtur poeta incertus fuisse, laudarétne, an vituperaret Rheticum vinum. Posterior lib. 14 cap 6. ita: *In Veronensi item Rhetica, Falernis tantum posthabita à Virgilio.* Plinium Senecæ præfert in dexteritate explicandi Virgilij Turnebus lib. 29. c. 26. Ego, & qui bene sentiunt. Ergo ait Poeta, Rheticum esse præclarum, & dignum quouis carmine, sed non tamen venire in cõtentionem cum Falerno. Dissimulo hic multa, quæ Interpretes, & aperiò cut Poeta in vtroque hoc vino vsus fuerit peculiari elogio? Rhetio delectatus est Augustus. Suet. in Aug. cap. 77. *maximè delectatus est Rhetico.* Sed Poeta ingeniosus, vt veritatem aperiret (*ait* in Suetonium Læninus) addidit, *nec cellis ideo contende Falernis.* Quasi dicat. Bonum Rheticum, quia eo vsus meus Princeps: sed si nobilitas expendatur vinorum, superant falerna. Vt hic in gratiam Cæsaris Rheticum celebrat Maro, ita Martialis Rheticum vinum.

VVA. BHSC. BU 00239

tialis Setinum in gratiam Domitiani. *Setinum, domique nives, densique trientes, &c.* Nam, vt ex Plinio constat lib. 14. cap. 6. Setinum cunctis prætulit Augustus, & secuti Principes. Vti adducendus in concordiam Plinius cum Suetonio, vide Lquinum. Porrò de fabulosa Falerni origine multis Silius lib. 7. Punic. Quæ dicit hîc Seru. Vrsinus & docti alij explodunt.

18. NEC CELLIS IDEO CONTENDE FALERNIS.] Vult Vrsinus sumtum hoc ex illo Varron. lib. 1. cap. 2. *Quid in Italia vtensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit? Quod far conferam Campano? Quod triticum Appulo? quod vinum Falernoquod oleum Venafro?* Cum sententia Virgilij conferentis duo hæc vina, & dantis principem locum alteri cõgruit imitatio Silij lib. 3.

—— Dat Tarraco pubem
Vitifera, & Latio tantum cessura Lyæo.

Sed signatior est imitatio eiusdem Silij lib. 7.

Tmolus, & ambrosiis Arusia pocula succis,
Ac Mothymna ferax Lacubus cessere Falernis.

Sic legit locum istum Modius.

Aminææ vites. 19. AMINEÆ VITES, FIRMISSIMA VINA.] Multi legunt, vti ego scripsi: alij sic mutant: *Sunt etiam Amminea.* Turnebus vtramque lectionem tuetur, illam Sereni auctoritate, qui ait: *Succus Amineæ vitis, &c.* Hanc Ausonij, qui: *Solus qui Chium miscet & Amineum.* Ego existimo hanc vocem esse ex earum genere, quæ cum natura corripiantur, tamen propter necessitatem carminis producuntur, qualia multa sunt in Poetis. Non omittendum, aliquos legisse in Virgilio, *Taminea vites*, vide Scaligerum in Fest. vt in lectione discrepant auctores. ita in etymo. Nam Macrob. lib. 3. Satyr. cap. extremo: *Amineas, scilicet à regione, nam Aminei fuerunt, vbi nunc Falernum est.* Seruius verò: *Amineum vinum dictum est, quasi sine minio, id est, rubore, nam album est.* Sunt qui recedant ab vtraque sententia, & neque à patria explicent, neque capiant à negatione, sed intelligant genus vuarum, quæ austeræ sunt. Nam Galen. lib. 6. κρατῶνας dixit, σταφυλὰς αὐστηρὰς ἀμπελίας: *Aminæas vuas austeras.* Quem secutus est Aetius, & ἀμπελίας explicat τὰς συφίγξας, *astringentes.* Demum, quia Dioscorides Aminæas exigit in conficiendo omphacio. Erunt igitur iuxta hoc vites amineæ, vites austeræ. Alciatus vinum huius vitis interpretatur ἄμεινον, quia *optimum.* Brodæus lib. 10. Miscel. cap. 13. accipit *Campanum.* Scias quoque duplicem esse aminæam, minusculam & maiorem, quod docent Cato cap. 6. Rei Rustic. & Varro 1. cap. 15. iisdem verbis, vt alter sumserit ab altero: ita iudicabis si conferas loca. Genus quoddam Aminææ vocat Varro *Santianum*, quod & Plinius commeminit lib. 14. cap. 4. Expleui notitiam loci huius, si addam quæ pertinent ad firmitatem. Hanc cape ex Plinio, qui lib. 14. cap. 2. *Principatus datur Amineis propter firmitatem, semióque proficientem vini eius vbique vitam.* Porrò fertilitatem Aminææ celebrat ex Varrone Auctor Geopon lib. 5. Videtur firmitati Aminearum contradicere illud Auli Sereni, qui citante Terentiano: *vmbra necat teneras Amineas.* Sed nihil hoc est. Nam aliud est esse vuas teneras, aliud firma vina. Porrò, quod Poeta dicit vinum firmum, Græci vocant εὔτονον, in his sæpe Athenæus. Idem lib. 1. loquens de vino Icario. αὐσηρὸς, καὶ σκληρὸς, καὶ δύναμιν ἔχων διαφερουσαν. *austerum, asperum, habénsque robur & vim præstantem.* Et de vino Acanthio ex Poeta quopiam. κράτιστον: *forte, validum.* Auctor Geopon. lib. 5. cap. 2. βέλτιον εἶνοι: *vinum durabile.* Plinius 14. cap. 1. de vuis: *duraturiscem firmitatem.* & cap. 3. de quo-

A piam genere vuarum: *tanta est contra frigora æstus, tempestatésque firmitas.* Et cap. 4. de vino Maroneo: *vis, vigórque indomitus.*

20. TMOLVS, ET ASSVRGIT QVIBVS ET REX IPSE PHANÆVS.] Sententia est, Amineas vites ita esse optimas, vt è vitibus inclytus Tmolus, & Phanæus Rex vinorum illi assurgant, & honorem præbeant, neque velint primum locum tenere. Dicam hic duo de Tmolo, & de Phanæo, nam illa *Rex, & assurgit*, reiiciam ad finem Notæ. Est Tmolus, siue, demta syncopa, Timolus, mons Lydiæ (Ciliciæ facit Seruius, iam huius erroris damnatus ab Erythræo, & Beroaldo ex auctoritate Plinij, Strabonis, Solini, Ouidij: ideo omitto) vineti fertilissimus. Hanc partem sic illustro. Theophrastus 4. Histor. B cap. 6. Τμῶλος ἐχει ἄμπελον. Plinius lib. 15. cap. 29. *Timolus vitibus consitus.* Auctor Tragœdiæ Thebaidos: *Hinc nota Bacchо Tmolus attollei iuga.* Ouidius de Ponto,

Asperaque quot segetes, quot Tmolia terra racemos.

Strabo lib. 13. in genere, Τμῶλος εὐοινότατον τόπον. Non ita lib. 14. nam inter loca, quæ afferunt οἶνους ἀρίστους, numerat Tmolum. Et iterum de eodem Tmolo, & locis aliis, ita ait: διαφορος χειρωσασιν, ἢ σφόδρα ἀπολαυσιν, ἢ σφόδρα διαλιπεῖς ἰσχυροὺς: *ferunt vina præstantissima, & ad iucunditatem, & ad medicinam.* Huc pertinet hymnus Orphei ad Sabazium, vbi ait Bacchum insutum à Ioue femori, & eductum, --- ὅτινος τέλειον ἐξ ἐμοῦ Τμῶλος εἰς ἡδύοινον: *Vt adultus iret ad Tmolum fertilem.* Transeo ad Phanæum, est hic Phanæus C mons in promontorio Chij, sic dictus à Rege Phanæo, vt auctor Seruius. De vino Chii celebratissimo ita plena sunt monumenta Scriptorum, vt confectari hoc putidum sit: tantùm cito Strabonem libr. 14. Athenæum 1. Plinium 14. Horatium 3. Plautum Curculione. Poetas omnes. Sed quare *Rex Phanæus?* Meritò putant viri docti expressum hoc ex Lucilio, qui χῖον τε δυνάμει. Vbi vinum Chiũ; vbi est mons Phanæus, vocat Satrapam, Regem, Principem. Verba Lucilij sic debere legi, cùm male in Seruio legatur, δύναξ, multi iam viderunt, Germanus hîc, Turn. 28. cap. 8. Gulielm. Cant. 6. Nou. Lect. cap. 5. Non abit, Plinium sæpe de vino dicere, *principatum.* Neque Athen. qui lib. 1. vino dat δύναμιν. Sed signatissimus est locus Nazianzeni oratione de Amore Pauperum, vbi reprehendens D illos, qui in conuiuiis non sunt contenti vino indigena, sed quærunt exoticum, ita ait, ζημιᾶσθαι, εἰ μὴ φθάσειεν τῷ ἐγχωρίῳ, καὶ τῶν ὁρωμενῶν ξένων ὥσπερ τύραννον: *In detrimento ponimus, nisi ad patrium vinum exoticum etiam accedat, velut tyrannus, & satrapa.* Non dubium quin ad Lucilium aspexerit. Ad locutionem illam, *assurgit*, clarè allusit Sidon. Paneg. ad Auitum, nam loquens de agro, qui in Latio feracissimus:

Assurrexit huic, coxit quod torridus Auster
Niliacum, Libycúmque solum.

E 21. ARGITISQVE MINOR.] Duo hic dat, quibus vina reliqua antecellit, suauitatem fluoris, diuturnitatem temporis. Est, qui per fluorem intelligat vuam habentem multum vini, vinosam, vtique πολύοινον. Tendo ad etymon. Fortasse sic dicta à candore, ἀπὸ τῆς ἀργῆς. Existimarunt hoc alij, præsertim Beroal. in Annot ad Colum. Iuuat Isid. qui lib. 17 c. 5. *Argitis, Graculæ vitis genus albi ferilis.* Qui etiam traduci potest ad illos, qui sentiunt sic dictam quasi Argiuam. Huius duplex species, maior & minor: est hæc præstantior Columel lib. 3. c. 2. vide verò, vti ex loco Columel. corrigat locum Isidori Ioan. Grial. Argitis vua.

22. RHO

VVA. BHSC. BU 00239

Rhodia vua.

22. RHODIA.] Huic dat hoc elogium, quòd ea poni consueuerit mensis secundis, & Diis, qui his mensis præerant. Scribit Politian. lib. 7. Epist. per vuam Rhodiam intelligi omnino à Poeta illam, quam Græci vocant τρώξιμον. Nititur verbis iltis Pauli I.C in Pandectis: *Qui fundum vendidit, pomum* τρώξιμος vua quæ. *recepit, nuces, & sicus, & vuas duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non vini caussa haberemus, quas Græci* τρώξιμος *appellarent, recepta videri.* Vide vt τρώξιμος sit, quæ non ad vinum, sed ad esum seruetur. Huc pertinet dici veteribus omnia, quæ asseruabantur secundis mensis, τρωγάλια, λεγύματα, τεγυμπτσμὸς. De mensis secundis alibi loquor. Ceterùm vuas secundis mensis dari solitas firmat Martial. lib. 5.

Vuæ apponebantur secundis mensis.

Mensæ munera si voles secundæ,
Marcentes tibi porrigentur vuæ,

Horat. Satyr. 2. lib. 2.

—— tum pensilis vua secundas,
Et nux ornabat mensas cum duplice sicu.

Hermippus apud Athen. lib. 1. παρέχει ἡ ῥόδος ἀσφάδας: *præbet Rhodus vuas passas.* Ad secundas (puto) mensas, nam Martialis *marcentes.* Cùm ait: hanc vuam gratam Diis, videtur attingere veterum superstitionem, apud quos vua, quæ fuerat tacta fulmine, aut iuxta quam aliquis collum laqueo obstrinxerat, Deos non placabat: sed neque vinum expressum à pedibus vulneratis. Verumtamen non caret lepore explicatio Luysini, 1. Parer. c. 7. referentis vatem non ad vuas, quæ ad esum, sed ad vinum, quo libabatur in secundis mensis. Nam poeta tantùm ait, Diis acceptam. Vnde apparet respectus non ad esum hominum, sed ad Deorum libamen.

Vuæ marcentes quæ. Vuæ quæ nõ gratæ Diis.

Bumastus.

23. TVMIDIS BVMASTE RACEMIS. Ideo *tumidis* quia *bumastus*, id est, *mammeus*, aut *bumeus*. Est enim bumastos vua instar mammæ. Plin. lib. 14. cap. 1. *Tument verò mammarum modo bumasti.* Addita verò est particula *bu* à bobus, nam grandia omnia ita solent effetri. Meminit Colum. 3. cap. 1. & Varro qui lib. 2. Rei Rust. c. 5. ex Vaccio: *Noui, inquit ille, maiestatem boum, & ab his dici pleraque magna, vt* βουκόλος, βυπαίδας, βώλιμον, βοῶπιν, *vuam quoque bumammam.* Et 3. Anthol. βυπαίμων est possessor multarum opum. Macr. 3. Sat. cap. extremo: *Bumammia, aut, vt Græci dicunt,* βύμαθον. Putant meritò nonnulli vuas ollares esse eas dem cum bumastis a quod colligas ex Col. lib. 12. c. 43. Lege etiam Notam Dalecamp. in Plin. lib. 14. c. 1.

Βυ in compositione.

Ollares vuæ.

24. SED NEQVE QVAM MVLTÆ SPECIES.] Opinatur Vrs. hoc sumtum ex Theophrast. qui 2. Hist. ὅσα δὲ ὑπὸ γῆς εἰδη, παραπλήσια πως ἐστὶ καὶ ἀμπέλων εἴναι φησιν, terrarum genera, quæ dicunt & vitium. Et 4. Caus. ὅσα χώρας εἰδη τοιαῦτα καὶ ἀμπέλων. Eadem est sententia.

25. LIBYCI VELIT ÆQVORIS IDEM.] Huic loco quoc similia. Theocr. Idyl. 16.

Αλλ' ὡς ὦ δ' ὁ μόχθος ἐπ' ἄκρια κύματα μεῖρεν·
ὅσσ' ἄρεμ' ὄρσον ὑ μ' γλαυκὸς ἁλὸς ὦδεν·

Namque perinde fiet quasi si numerare labores,
Quot venti è pelago irruant ad littora fluctus.

Verso est Erasmi. Apollonius lib. 4.

Β *—— ὅσα πόντε*
Κύματα χειμερίοιο πορύσσεται ἐξ ἀνέμοιο·

Quot fluctus pelagi hyemantis turbantur vento:

Est in 3. Epigr.

λοιτῶν δ' ἀέξηλον ἠρευνήσας κραῖον,
Καὶ τ' λίβυσσαν ἐξαριθμήσεις κόνιν:

Reliquorum certa si numerum si perscruteris virtutem,
Vna numerabis Libyæ pulverem.

Plato in Theæt. prouerbialiter dicit, μᾶλλον ἀντλήσων, ἢ οἱ τῆς δαναΐδης λεγόμενοι χόες: *Magis eum latet, quàm maris, vt dici solet, arenæ.* Non abit Catulli illud,

Quàm magnum numerus Libyssæ arenæ
Laser piciferis iacet Cyrenis.

C Nec Sedulij lib. 1.

Cuncta quis expediat, quorum nec lucida cœli
Sidera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ.

Nec Latini Apollonij 4. Excid Hier. *tanta nec Ionios fluctus violentia tollit.* Vult Turn. & probat Germ. Poetam respexisse ad oraculum Apollinis. οἶδα ἐγὼ ψάμμου ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης: *Noui ego arenarum numerum, & maris mensuram.* Sicut & Horat. & Lucanus prior: *Te maris, & terræ, numeróque carentis arenæ Mensorem.* Posterior lib. 5. *Non modus Oceani, numerus non deerat arenæ.* Ammian. lib. 31. interserit versus Virgilij, quos tracto ad explicandum numerum Hunnorum infinitum.

26. INCIDIT.] Reddit proculdubio Homerum, qui etiam de Euro odyss. ε. ἔπ. Cic. etiam in Arat. *Sin grauis inciderit, vehementi flamine ventus.*

[a] Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassísque paludibus alni
Nascuntur: steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis lætissima: denique apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem & frigora taxi.
[b] Adspice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos;
Diuisæ arboribus patriæ. Sola india nigrum
Fert ebenum. Solis est thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaque, & baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Vesteraque vt foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis? vbi aera vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ:
Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris.

Media

VVA. BHSC. BU 00239

Media fert tristes succos, tardúmque saporem
Felicis mali, quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena:
Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro:
Et, si non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis
Flos apprima tenax: animas & olentia Medi,
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

ARGVMENTVM.

Duo ait, primum quid peculiariter ferant locæ cuiusuis regionis, alterum quid regiones ipsæ separatæ. Loca vnius regionis discriminat ab salicibus, alnis, ormis, myrtis, vinetis, taxis, quæ non iisdem locis prouenium: separatas regiones ab ebeno, thure, balsamo, acantho, gossipio, serico, arboribus vltra modum magnis arbore medica, quæ omnia nascuntur in distantissimis orbis partibus.

EXPLICATIO.

a AGREDITVR tertiam partem huius libri, qua docet quid quibusque locis melius nascatur; vbi gentiũ hæ præ illis arbores felicius prouenient. Non (inquit) vnus locus fert omnia: nam flumina ferunt salices, paludes alnos, montes ornos, myrtos littora, colles vites, loca expolita frigoribus taxos. Aduerte, vti quædam exornet epithetis, quædam variet locutionibus. Paludes crassiæ sunt, steriles orni, montes saxosi: terræ ferunt, alni nascuntur, Bacchus amat colles.

b Iam hic commemorat arbores regionibus separatis memorabiles. Adspice (inquit) ô Mecœnas orbem terrarum; Arabas, qui siti ad orientem, Gelanos qui pictis sunt corporibus: nam hæ separatæ sunt, ac diuisæ patriæ certis quibusdam arboribus. Hic obiter suo Principi blanditur, vt assolet, cùm dicit, orbem domitum vnà cum extremis cultoribus, videlicet potentia, Augusti. Redeo ad indicandas patrias illas, & separata arborum domicilia. Sola India fert ebenum, thus soli Sabæi. Quid tibi ô lector commemorem Iudæorum balsama, quæ sudant ex odorato ligno? Quid Ægyptiorum acanthion semper frondens? Quid nemora Æthiopum? vbi in ipsis arboribus nascitur gossipium candidum? Quid vellera, quæ tenuissima Seres depectunt (pectendo auferunt) ex ipsis foliis arborum? Quid lucos Indiæ, quæ proxima Oceano, quæ extrema orbis pars? vbi arbores ita altæ, vt iactu sagittarum superari nequeant, etiamsi à peritissimis eiiciantur, vt est Indorum gens, quę non segnis in arte hac.

c Post commemoratas excursu quodam arbores plurimarum regionum, sistit in arbore, quam fert Media, cuius arboris fructum vocat *malum felix*. Ergo describit hanc arborem à succo, qui tristis, aut quia amarus, aut quia acris, & pungens: à sapore, qui tardus, nam tardè atque inuitè deglutitur propter acrimoniam: à virtute contra venena, nam si nouercæ, vt sunt perfidiosæ, inficiunt pocula, herbas miscent, adiungunt verba nocentissima & incantatoria ad tollendos priuignos; nullum est contra hæc pharmaca remedium præsentius felici malo, nam adest in auxilium, & venena è membris expellit à forma, nam est arbor ingens, lauro per quam similis, imò laurus ipsissima erat (id est, esset) nisi alium haberet odorem; at hæc folia nunquam cadunt, etiamsi venti incumbant; flos quoque in ea constantissimè retinetur: iterum à virtute odoris duplici, qui est in flore; nam Medi illo halitus graues recreant, & medentur senibus anhelis, id est, asthmaticis.

NOTÆ.

1. NEC VERÒ TERRÆ FERRÉ, &c.] Huic simili loca duo Herodoti atque Isocratis. Prior lib. 1. *οὔτοι γὰρ ἡ αὐτὴ χώρη πάντα φέρει παντὶ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ ἄλλο μὲν ἄλλη ἔχει, ἕτερα δὲ ἑτέρη*: sicut nec vna regio cuncta ipsi ipsa suppeditat, sed hæc cum habeat, aliis indiget. Posterior in Panc. *ἐπὶ γὰρ τῶν χώρων οὐκ ἀνάγκη πεπεῖσθαι ἐξεῖναι, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐλαίου φύεσθαι, τὰ δὲ πλείω τῶν ἱερέων ἀέρασιν*: Præterea, cùm non omnis tellus omnia ferret, sed quibusdam careret, quibusdã abundaret. Habet Theophrastus multa loco Virgiliano simillima, vide c. 1. lib. 4. Hist. & c. 12. lib. 4. Caus. Quid. etiam 1. Art.

Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Conuenit, hæc olea, hic bene farra virent.

In versu ipso hæsit Lucret. lib. 1. —*ferre omnes omnia possunt.*

2. FLVMINIBVS SALICES.] Theophrastus lib. 1. Hist. c. 7. *ἔνια δὲ ἴδια, καθάπερ ἰτέα, καὶ πάπυρος*: *Quædam palustria, vt salix, plataniu.* Et lib. 3. salicem numerat inter *φίλυδρα*, sunt hæ, quæ aquas amant. Et lib. 4. c. 1. *τὰ μὲν δὴ φύεται τοῖς ὑγροῖς, καὶ ἑλώδεσι, οἷον αἴγειρος, λεύκη, ἰτέα*: *quadam aquosa & palustria amant, vt populus vtraque, vt salix.* Plinius 16. cap. 18. *Non nisi in aquosis prouenium salices.* Quid. 10. Met. *Amnicolæ salices.* Cato cap. 9. *Salicta locis aquosis, humectis, vmbrosis propter amnes; ibi seri oportet.* Colum. 5. cap. 7. *Salix, nisi in aquosis locis--ponenda non est.* Videndus part antiquis Sannazarius in salicibus. Congessi ea olem auctoritatum, vt oppugnetur vnus Aristoteles lib. 1. de Plant. c. 4. *πανὲ μὲν ζωὴν ἐν τόποις ὑγροῖς, πανὲ δὲ ξηροῖς, πανὲ δ' ἐν ἀμφοτέροις, ὡς ἡ ἰτέα*. *Vnum quadam in locis humidis, quadam in aridis: quadam in vtrisque vt salix.*

3. PALVDIBVS ALNI.] Plinius 16. cap. decim. Alni vbi prouenium. 18. *non nisi in aquosis prouenium alni.* & cap. 37. *alni —in aqua sate.*

4. MONTIBVS ORNI.] Plinius 16. cap. 18. *Montes amant --ornus, cornus, carpinus.* Sed hoc ita sæpe Maro ipse, vt non egeas alieno testimonio. 2. Æn. —*antiquam in montibus ornum.* 10. --*annosam in montibus ornum.* 4. *descendere montibus ornos.* 6. *aduoluunt ingentes montibus ornos.* 6. Ecl. *cantando rigidas deducere montibus ornos.* Orni in montibus nascentur.

VVA. BHSC. BU 00239

Myrti vbi proueniant.

5. LITTORA MYRTETIS.]Martial. lib.4. Epigram 13. *Littora myrtus amat.* Virg. iterum 4. Georgicorum, *& amantes littora myrtos.* Plinius verò 16. cap. 18. *Subeunt & in montosa vlmus, malus, pyrus, laurus, myrtus.* Et Auctor Geopon. lib. 11. cap. 8. μυρσίνην καλὸν φυτεῦσαι ἐν τοῖς ἄκροις πάσῃ τῇ χώρᾳ: *Præstat myrtum plantare in summis locis agrorum.* Addit rationem, πολλὴν τὴ ἐμποιεῖ ἡσυχίαν τῷ τόπῳ: *quia odorem latè diffundit.* Hinc liquet non esse certum & statum domicilium myrti.

6. APERTOS BACCHVS AMAT COLLES.]Varro lib. 1. sine discrimine aliquo: *segetes meliores existimantur esse campestres, vineæ collinæ.* Sicut Philo lib. 1. de vita Moysis laudans Palæstinam, ὄρεσιν ἀμπέλων, καὶ πεδιάδων κατάφυτον: *pars montana plena vitium, & fructus.* Vtique εὔοινος. Ausonius quoque in Mosel. *& virides Baccho colles.* Manilius lib. 2. *--quod colles Bacchus amaret.* Et de eodem Deo lib. 4. *--fundentem collibus vuas.* Papin. 2. Sylu. *--madidas Baccheo nectare rupes.* Et ante omnes Sophocles in Antigone, χλοήρη ἀκλὲς, Καὶ πυκάζυλον: *collis viridis, & vinifer.* Et in Tyran. ὁ βακχεὺς & ἐνδιαίτων ἀεὶ ἄκρων ὀρέων: *colit Bacchus summa montium.* Adduxi Auctores, & misi multos, qui darét vuas collibus sine discriminе aliquo, sicuti Poeta. Alij discriminatim de vitibus loquuntur. Theophr. 2. Caus. c. 6. ita ait: αἱ μὲν ἐν πεδίῳ, ταῖς δὲ ἐν ὄρεσιν μᾶλλον ἁρμόττει: *aliis plana, aliis montana loca magis conueniunt.* Et lib. 3. c. 7. explicatiùs dat, quę cõueniant locis montanis, quæ planis. αἱ μὲν στερεαὶ καὶ πυκναὶ--πρὸς ὀρεινὸν μᾶλλον φιλόσωμα, καὶ ὃ μανεὶ καὶ ὑγρὸν πρὸς πεδινὸν: *solida, ac ipsa loca potius amant montosa: soluta, atque humida plana.* Palladius lib. 3. ita discriminat. *Plano loco statues vitem, cuius genus nebulæ sustinet, & pruinas: collibus quòd siccitatem durat, & ventos.* Auctor Geopon. lib. 5. c. 2. vicissitudinè in hac re constituit: nam loquens de vitibus docet, quasdam ex mótanis transferendas in campestria, rursúmque ex campestribus in montana. Temere omnino videtur dixisse Colum. lib. 3. cap. 1. *Tamque felix campis, quam collibus prouenit.* Consultius idem cap. 2. eiusdem libri: *Campestria largius vinum, sed iucundius afferunt collina.* Et consentit Palladius lib. 1. *Campi largius vinum colles nobilius ferunt.* Adduxi Auctores, vt vidisti, qui sine discrimine consentiunt, esse meliores vites collinas, eos etiam qui discriminant inter campestres, & collinas: restat media quædam via. Nam Celsus apud Colum. lib. 3. cap. 1. ita præceptum attemperat: *Nec campestre, nec præceps, simile tamen edito campo.* Eadem verba habet Palladius lib. 2. Idem mihi videtur sensisse Sidon. lib. 4. Epist. 21. cùm scripsit: *Dorsa pascuis, latera vinetis, terrena villis.* Latus enim videtur esse nec planum, nec editum, sed medium quiddam. Tu demum vide, quæ latè docet Theophr. 3. Caus. c. 16. & 17. Propter hanc controuersiam instà Virg. præcipit: *collibus, an plano melius sit ponere vites. Quære prius.*

Vitium loca varia.

7. BACCHVS AMAT.]Græca phrasis, & in re eadem Theoph. arbores quasdam vocat φιλυδρα, & 3. Caus. c. 7. loquens de vitibus, στερεαὶ μὲν ὀρεινὸν φιλόσωμα: *solida amant montosa.* Plin. 16. c. 18. *Montes amant cedrus, larix, &c.* Iterum *montes & valles diligit abies.*

Geloni cutpicti.

8. AQVILONEM TAXI.]Theophr. 3. Hist. cap. 4. taxum numerat inter eas arbores, quæ gaudent mõtibus. Idem verò 4. Hist. c. 1. illam ait gaudere πλουσιοτέροις: *vmbrosis.*

9. PICTOS GELONOS.] Aptè refert hoc Seru. ad stigmata corporum. Clau. 1. in Ruf. *Membraque, qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.* Viuius: *Geloni Thraciæ populi picti corporis parte.* Errat, cùm ait, *Thraciæ populi*, nam in Scythis numerant Geographi. Vidit hoc cõtra Viuium iam Turnebus. Auctoribus, qui citantur contra Viuium, adiungo Philon. qui περὶ μέσης φασὶ μοῖραν καὶ ἐν σκύθαις τοῖς καλουμένοις γελωνοῖς, &c. *ferunt apud Scytharum gentem, quam vocant Gelonos, &c.* Alij ad Sarmatas reiiciunt Scythis proximos. Nam Gelonus Stephano vrbs est Sarmatiæ, condita à Gelono filio Herculis. Sed cur hæc gens picta stigmatibus: Refero ad natales. Scribit Herod. lib. 4. Herculem in Hylia regione suscepisse tres liberos Agathyrsum, Gelonum, Scythæum ex quadam virgine naturæ ancipitis, humanæ, ac serpentinæ; à quibus totidem dicti sunt populi. Inde est, vt nati è serpente, easdem maculas voluisse corporibus inserere. Iuuat multum, id vulgatum de Agathyrsis fratribus, de quo latè 4. Æn. ad illud, *pictique Agathyrsi.* Dixi hoc, quia habeo auctorem neminem, qui ante Poetam rem hanc de Gelonis scripserit: itaque possum existimare, illum hæsisse eius generis natalitiis.

Ebenus proueniat in Iudia.

10. INDIA NIGRVM EBENVM.]Theophrast. 4. Hist. c. 5. loquens de India, ἴδιον δὲ καὶ ἡ ἐβένη τῶν χώρας τούτων: *ebenus regionis huius vernacula est.* Strab. lib. 15. in narratione rerum Indicarum loquens de Patyis. φύεσθαι δὲ καὶ ἐβενον: *nasci etiam ebenum.* Plin. 12. cap. 4. *Vnam è peculiaribus India Virgilius celebrauit ebenum nascam alibi nasci professus.* Solin. cap. 65. *Sed vt piper sola India, ita & ebenum sola mittit.* Alcimus lib. 1. loquès de Indis: *Concolor hic ebeni piceo de fonte ramis Surgit.* Claud. Indum signat, cùm ait, in opere de Nilo: *Qui ramos eboni, qui dentes vellit eburnos.* Sed an solius Indiæ hæc sit merx, vt aiunt Solin. & Virg. dubium est. Nam Herod. lib. 3. Ioquens de Æthiopia: ἐνταῦθα δὲ χρύσου τε φέρει πολλὸν, --καὶ ὕλην μακρὴν δένδρεα, καὶ ἐβενον: *Hæc & auri multum fert, & cum agrestes omnes arbores, tum verò ebenum.* Plin. lib. 6. c. 30. *Sita est Æthiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine silua ebeno maximè virent.* Lucan. lib. 10. de Regia Ægyptiorum:

——ebenus Mareotica vastos
Non operit postes, sed stat pro robore vili.

Seruius vt Poetam defendat, ita ait: *Aiqui & in Ægypto nascitur, sed Indicam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus.* Sed qui potest ita defendere? Nam Dioscor. lib. 1. c. 111. apertè discriminat, & principatum dat Æthiopicæ ebeno. ἐβένου δὲ κρείττων ἡ αἰθιοπικὴ, καὶ μέλαινα--ἐστὶ δὲ τις καὶ ἰνδικὴ: *Ebenus optima habetur Æthiopica, & nigra--Altera est Indica, &c.* In magnis Scriptoribus dissidia ista, neque ideo alij præ aliis damnandi. Epithetum nigredinis vidisti in Dioscor. Arist. quoque 4. Meteo. c. 7. ἐβένου τὸ μελάνιον.

11. FERT EBENVM.]Infrà *gerit.* Solin. 55. *mittit India calamos.* Variant quoque scriptores rei rusticæ Græci per verbum χαίρει. Latini gaudet.

Thus vbi.

12. SOLIS EST THVREA VIRGA SABÆIS.] Hoc liquidius est, nam sola Arabia, neque hæc omnis, sed tantùm Sabæa eius regio, fert thus. Theoph. 9. Hist. cap. 4. γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος--ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ χώρᾳ νῦν δὲ τὰ Σαβᾶ, καὶ ἀδραμυῖτα: *Nascitur thus regione Arabum media, circa Saba, & Adramytta.* Strab. lib. 16. συνάπτει δ' ἡ τῶν Σαβαίων εὐδαιμονεστάτη μεγίστου ἔθνους, παρ' οἷς καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος, καὶ κινάμωμον: *His proxima est felicissima Sabæorum terra, quæ maxima natio est. Apud hos myrrha, thus, cinamomum nascitur.* Plin. 6. cap. 28. *Sabæi Arabum propter thura clarissimi.* Iterũ: *Sabæos clarissimos syluarum fertilitate odorifera.* Eadem 12. cap. 14. Virgil. ipse 1. Æn. *Sabæo thure.* Et 1. Georg. *molles sua thura Sabæi.* Sidonius in Protrept. *thurifer Sabæus.* Eadem Hieron. c. 3. Comment. in Ioel. Sunt & pro Sabæo thure auctores, qui hanc mercem faciunt Arabicam: nam Sabæi in Arabia sunt. Hi sunt Herodot. lib. 3. Mela. 3. c. 8. Hier. de Actis Apost. Tibul. 1. El. 2.

Vtan

VVA. BHSC. BU 00239

Vranties pia thura focis, vranties odores,
Quos tener à terra dimittit mitis Arabs.

Et alij. Sed adeò nihil non sub lite. Nam Strab. lib. 16. per extrema, ait esse nonnullos, qui dicant, τὸ ἄριστα βάλσαμον τὸ ἀφ' ἧ τὰ ἀκρωτήρια: optimum thus nasci in Persidæ. Et Philostratus de vita Apollon. 3. cap. 1. loquens de Cancaso: *In montis præruptis lateribus arbores, è quibus thus distillat, procerrimæ nascuntur, & aromatum aliæ species multæ.* Dioscorid. quoque 1. c. 70. discriminat inter thus Arabicum, atque Indicum. Papin. 4. Sylu. clarè: *Thus Nilliacum.* Qui perinde hanc mercem Ægypto attribuit. Non pono in hoc numero Plinium, cùm nominat *Thus Minæum*, nam Arabicum intelligit.

13. SVDANTIA.] Eodem vsi Iustinus, & Solinus, quos iam dabo, & Aselmus, qui lib. 1. *illic defluere fragrantia balsamo rorantia.* Egesippus 4. Excid. c. 17. *distillans humor.* Reliqui ferme, *nascitur, fit, gignitur.* Et Græci, γίνεται. Claud. de nupt. Hon. & Mar. *prorepunt balsama.*

Balsamum quid. Carpobalsamum. Opobalsamum.

14. BALSAMA.] Præmittenda cognitio quarumpiam vocum, quæ interdum confusæ in auctoribus. Arbor ipsa, balsamum dicitur; succus, qui sudat ex arbore, opobalsamum: fructus, semen etiam, carpobalsamum. Itaque Poeta balsama dixit pro opobalsamis. Ita discriminant Lexicographi, & consentiunt cum Dioscoride, Plinio, & aliis. Sed non dubium, quin ipse succus dicatur etiam balsamum, & Poeta propriè sit locutus: nam Iustinus non Poeta lib. 36. loquens de arboribus: *hoc certo tempore anni balsamum sudant.* Solin. quoque cap. 48. *Cum Iudæa potiti sumus, ita luci illi propagati sunt, vt iam nobis latissimi colles sudent balsama.* Relicto nomine tendo ad rem. Explicui Poetam de Balsamo Iudææ, nam quamuis alibi nasci hanc arborem mentio sit in auctoribus, sed frequentior consensus Iudææ ita respicit, vt plerique nullibi nisi in ea nasci dicant. Strabo lib. 16. loquens de Iudæa, φέρει δὲ βάλσαμον ἴσως καὶ κασσίαν: Et de Hiericunte Iudæorum, ἐστὶ δ' οὖν ἡ βασίλειον τὸ τῶν βαλσάμων πεδίον καὶ Regia est, & balsami viridarium. Paria Iosephus 14. Antiq. c. 7. & 15. c. 4. Eadem repetit lib. 5 Belli Iudaici, cap. 4. & Egesip. 1. Excid. c. 15. P. Apollonius 3. Excidij Hierosol.

Balsamum prouenit in Iudæa.

Pinguis opum variarum, & pinguis munere glebæ,
Illic & fontes posuit natura salubres,
Balsamaque & cedros, & odoratam terebinthum.

Idē Tacit. 5 Hist. Iustin. lib. 36. Plin 17. c. 25. De balsamo intelligēdus Statius 5. Sylu. *Palæstini simul Hebraïque liquores.* Hi de Iudæa tantum, sed extra illam vagantur nonnulli auctores, quos subiiciam, vt videas nullam esse rem tam firmis testimoniis nixam, quam non conuellant diuersæ sententiæ, quæ faciūt, ne sola Iudæa glorietur pretiosa hac merce. Ergo,

Balsamū vbi gentium extra Iudæam.

Dioscor. 1. c. 18. *Balsamum in Iudæa solum quadam valle, & Ægypto nascitur.* Claud. Epithal. Palladij:

Gemmatisque alij per totum balsama tectum
Effudere cadis, durioque faucius vngue
Nilliacus pingui defudat vulnere cortex.

Strab. lib. 16. loquens de Sabæis, ἐν δὲ τῷ παρ' αὐτοὺς κόλπῳ βάλσαμον nascitur balsamum in maritimis. Cōsentit historia Iosephi 8. Antiq. c. 6. vbi ait, Reginam Sabadedisse dono Regi Salomoni radicem balsami, vnde postea propagatum balsamum in Iudæa. Theophr. 9. Hist. c. 6. τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μόνον ἐν τῇ δυκῶνι τῇ ἐν Συρίᾳ. Prouenit balsamum in valle Syriæ. Nunc ad orbem nostrum ad ducitur ex Mexicano, sed neque odore, neque virtute conferēdum cum Hiericuntino. Placitū fi ne aperire, cur succus ipse dicatur opobalsamū. ὁπὸς Græcis foramē est, atqui agricolæ corticem arboris incidunt leuiter, vt per eam cauernulam humor distillet. Ita Egesip. 1. Excid. Hierosol. c. 17.

15. ACANTHI.] Cùm acanthus herba sit, atque etiam arbor, placet coīectura illorum, qui arborem capiunt, nam de arboribus Poeta hīc loquitur: placet item Seruius, qui ad Ægyptum refert. *Acanthus* (inquit) *arbor est in Ægypto semper frondens, vt oliua, taxus, Acanthos dicta, quia spinis est plena.* Hæc eadem esse videtur, de qua Plin. 24. c. 12. *Huic* (spinæ albæ) *similis est spina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & aranea lanugine obductis.*

Gossipium.

16. QVID NEMORA ÆTHIOPVM MOLLI CANENTIA LANA.] Hæc cana lana gossipium est, Græci xylon vocant, quia è ligneo arbore decerpitur, sed & ξυλόδενδρα, quasi dicas, lana è ligno. Plin. lib. 13. c. 14. has arbores vocat, *lanifera.* Et lib. 12. c. 10. *lanigera.* Sumsit à Theophrasto 4 Hist. c. 9. & Strab. 15. qui vocant δένδρα ἐριοφόρα: *arbores lanigera.* vt videas decipi illos, qui putant has arbores Græcis fuisse incognitas, quod in Tertul. contra istos notatiit Mercerius, adueritque de his arboribus capiēdum Tertullianum de Pallio, cùm ait, *arbusta vsttunt.* Itaque addit *ille.* Quod Tertullianus dixit *arbusta*, Plinius vocauit *frutices*, Virgilius *nemora.* Locus Plinij, si quis quærat, habetur lib. 19. c. 1. Adiungo Apuleium, qui Apolog. 1. gossipium vocat, *mundissimā lini segetem.* Sed quod tandem domicilium gossipij? Virgilius illi dat Æthiopiam, Plin. lib. 19. c. 1. superiorem partem Ægypti vergentem in Arabiam. Mela lib. 3. c. 7. Indiam. Verbis istis *molli canitie lana* instituit Plinius, cùm dixit, *nec villa sunt eis candore, mollitiéve præferenda.*

Seres vbi siti.

17. VELLERAQVE VT FOLIIS DEPECTANT TENVIA SERES.] Intelligit serica illa, quibus nomen à populis Seribus, quę olim celebratissima fuerunt. Stephanus facit Seres gentem Indicam. Sunt qui numerent inter Scythas. Sed cur ait Poeta, vellera depecti? & ex foliis? Intererit Interpretis dicere, inuentutis audire quæstionem celebrem, tum vt Poeta hīc, & alij; tum vt veritas cognoscatur. Sunt qui discriminent bombycina, & serica; vt bōbycina à verme sint, serica à lanugine arborum, nulla verum opera, natura tantum producente lanuginem in arboribus. Sunt, qui confundant, & nomen diuersum putent, rem eandem: dicūt enim non lanam nasci ex ipsis arboribus, vnde hāc serica; sed esse apud Seras vermem, è cuius visceribus stameu prouenire, vti etiam ex bombycibus. Scribam auctorum verba, vt quæstio formam habeāt, sed non omnium, ne hæc pars plus iusto turgeat. Priorem partem sustinet Ammiæ lib. 23. *apud eos* (Seras) *abundè syluæ subsiciuæ, à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera, mollientes, ex lanugine & liquore admistam subtilitatem tenerrimam pectiūt, nentéque subtegmina conficiunt sericum, &c.* Plinius 6. cap. 17. *Seres lanificio syluarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium canitiem.* Paria Solin. cap. 63. Tertullian. de habitu mulieb.: *Seres arbores nerent.* Strabo 15. ait serica ex τύλλοις, *foliis* arborum excuminari. Male enim in Græco codice φύλλοις legitur. Hi omnes aiunt ex ipsis arboribus depecti lanam. Idem Vlpian. & Paulus 1. cap. Itémque agmen Poetarum, Virgilius hīc, Seneca in Oct. Claudianus Paneg. in Problem. Orientius Hispanicus in Commonitorio. Multi præterea alij. Transeo ad posteriorem classem eorum, qui dicunt, id totum esse meram fabellam, sed esse apud Seres genus vermiculi, vnde ortum sericum, nam nasci illud in arboribus, somnio similes. Ducat chorum Pausanias, qui omnium longissimè, & explica

UVA. BHSC. BU 00239

plicatissimè ita lib.6. ad finem: *Quæ fila ad textrinam vsurpant Seres, ea nulla è stirpe sunt. Nascitur in eorum terra vermis, quem Serem Græci, ipsi longè alio appellant nomine. Magnitudine est id insectum dupla maximi sciarabæi, cetera araneo simillimum. Hoc Seres accuratè nutriunt, cellas illis cum æstiuas, tum hybernas fabricantes. Pedibus (habet verò octo, quot & aranea) sub arboribus textile opus facit, annos ferme quatuor panico alitur: quinto demum (neque enim longior contingit vita) viridem apponunt arundinem, quo pabulo bestiola illa maximè delectatur: eo satur sagina rumpitur, educunt inde è visceribus staminum volumina.* Pollux lib.7. ἔνιοι δὲ καὶ τὰς σῆρας ἀπὸ τούτων ἑτέρων ζώων ἀπορρέειν φασίν ὑφάσματα: *Nonnulli verò Seras ipsos ab eiusmodi, atque aliis animalibus colligere aiunt texturas.* Heliodorus lib.10. Hist. Æth. apertè ait, confici stamina apud Seras ab araneis. Georgius Pisidas in opere de Mundi opificio,

πῶϛ δὲ καὶ σκώληκα σπειρῶν νόμῳ
ἐνίθει τὰ λαμπρόχλοα νήματα πλέκειν:

Iam qualis est lex serico quæ bombyci
Præclara suadet vellera quæ contexere.

Ad hanc opinionem pertinent verba Ambrosij lib. 5. Hexhaem. cap. 23. Seruij hîc, Isidori 19. cap. 27. Et ante illos Basilij homil. 8. Hexhaem. quos quia in promtu, omitto. Eôdem spectat omnino historia Zonaræ 3. annal. *Iustiniani temporibus tela serica à Romanis texi cœpit, qua prius à Persicis mercatoribus tantùm afferebatur, cùm ignorarent, quomodo fieret, neque scirent fila esse vermium.* Narrat hoc ex Procopio Cæsariensis. Deinde satis longam historiam adducit duorum monachorum, qui à Iustiniano magnis affecti muneribus, & promissis in posterum illecti, docuerunt Byzantij artem, qua Seres ex vermibus sericum ducerent, vnde ea ars propagata in Græcos, & Romanos fuit. En lector quæstio pro vtraque parte, non rationibus, tantùm suffulta auctoritatibus. Tu in quam voles, inclina. Me animus ad posteriorem ducit, & ratio imò rationes. Prima. Qui nulla facta vermium mentione loquuntur de velleribus lectis ab ipsis foliis, non dubium, quin traduci possint ad sententiam de vermibus: cùm enim vermes illi opus faciant sub arboribus, dici possunt vellera illa legi ex arboribus. Deinde quo vultu possum negare historiam Zonaræ, & tot quæ ibi peculiaria narrantur, & ego subticui, ne lectorem longitudinis tædio afficerem? quò illa, quæ Pausanias ita discriminatè tradit? quæ Ambrosius, qui ait se scribere, quæ tradit Indica historia, quæ relatio eorum, qui potuerunt videre? quò, quæ Basilius in Hexaem. Homil. 8. qui de sere, Indico verme, tanquam de historia loquitur: quò illa, quæ Otho Frisingensis in historia Frederici lib. 1. cap. 35. vbi paria ferme cum Zonara scribit de arte texendi serici communicata iam cùm Romanis ingeniis, prius Græcis tantùm concessa, & quæ Franciscus Grapaldus lib. secundo de partibus ædium? Certè contra historias fruſtrà niteretur coniectura. Tertio efficacissimè, ni fallor, vrgeo. Dio lib. 43. vt colligat pompam, & apparatum Ludorum Cæsaris, ait, se velle vti vnico exemplo, quòd videlicet omnia contexerit cortinis sericis, ne spectatoribus Sol noceret: additque sericam texturam fuisse luxuriæ barbaricæ, atque inuectam ad luxum mulierum nobilium. Pergo, ait Seneca 7. de Beneficiis vestes sericas in magno vsu matronis fuisse suo æuo: quod de suo quoque æuo Plinius conqueritur. Ait Tacitus 2. Ann. multa dicta à Q. Haterio consulari in luxum ciuitatis, atque inter alia *decretum—ne vestis serica viros fœdaret.* Ait Vopiscus inter dictum ab Imperatore Tacito vsum Holosericæ omnibus viris. Ad rem, serica ergo in magna copia, in magno vsu; atque ita magno, vt inde cortinæ ad apparatum ludorum, inde vestes ad luxum fœminarum, ad fœditatem virorum tam crebræ, vt decreto consulari, lege Imperatoria coercerentur: quis igitur credat, suppetente tunc bombycino pretiosissimo ex Hispania, Gallia, Insulis, barbaris omnibus, non de isto intelligendos auctores. An vni Seres tantam copiam suppeditarent? Mihi hoc incredibile est, & cui non? Cùm præsertim de Seribus dicat Plinius lib. 6. cap. 17. *feris persimiles, cœtum reliquorum mortalium fugiunt.* Et Stephanus ait, esse genus ἀνθρωπίας ἀνθρώπους, quòd haberent nullum commercium cum aliis gentibus. Vnde ergo petita tanta copia serici, nisi hoc sit bombycinum? Quid si expendas, paria de vtroque in auctoribus legi. Plinius enim 6. cap. 17. serico dat, vt eo *in publico matrona transluceat.* Martialis,

Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.

Pausanias vermem sericum araneis comparat, Plinius 11. cap. 22. de bombycibus: *telas araneorum modo texunt.* Paria Tertullianus. Ambrosius de serico, *corniger vermis.* De eodem Basilius Homil. 8. in Hexaem. ἰνδὸς σκώληξ τῦ κερατοφόρε: *Indicus vermis cornuti.* Plinius bombyci dat *gemina cornua.* Et Aristoteles 5. Histor. Animal. cap. 19. De eodem bombyce ἔχει κέρατα: *habet cornua.* Pergo. Ambrosius ait, processu temporis suum vermem in bombylium mutari (sic legendum, non bambilium.) De Sere quòque Indico Basilius βομβύλιός γίνεται. Eadem Plinius de bŏbyce. De Seribus omnes dicunt, colligi vellera ex arboribus, de bombycibus Plinius 11. cap. 13. *Pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera.* Sed in hoc falsus, nam ex vtero educunt. Itaque cùm paria de vtroque in auctoribus inueniã, vnum tantùm est discrimen, nostrum vermem multa cura & labore tuendum, Indicum sponte gignere in arboribus sua vellera. Demum rogo, quando desiit sericum illud ex lanugine arborum? quando elanguit natura, & lassato aluo non potuit parere effœtis viribus? Nullum æuum assignabis. Illi enim, qui dicunt, abolitum iam esse sericum, & nomẽ tantùm remansisse, videant an possint. Auctores quippe, qui nostro æuo scribunt, qui patrum, auorum, maiorum memoria, ita de illo loquuntur, vt Plinius, Tacitus, Dio; atqueadeo omnes videntur eandem rem dicere. Multis ista, sed ideo multis, quia contra viros doctos, Scaligerum in Cardanum, Lipsium in 2. Ann. Taciti, Brodæum 2. Miscel. c. 22. Delrium nostrum in Nou. Comment. ad Hippol. Senecæ versu 386. Brissonium in Lexico Iuris lib. 17. Quibus oppono viros pariter doctos cum quibus consentio, Bayfium de re vest. cap. quint. Mercerium in Tertullianum, Mercurialem 1. var. c. 24. Dalecampium in cap. 23. lib. 11. Plinij, Fungerum in Etymologico. Addo etiam, eundem Scaligerum in 2. Theop. Caus. cap. 6. apertè agnoscere serem vermiculum. De hac quæstione multa Marsilius Cagnatus lib. 4. variar. Obseruat. cap. 11. Non ergo erret iuuentus discriminans, sed sciat sericum, & bombycinum, vtrumque esse è vermibus. Addo & Coum, nam hoc idem esse cum bombycino, nulla est lis.

Seres ἀνθρωπιάζοντες.

Serici quid propriè.

Coum & bombycinũ idem.

18. DEPECTANT.] Eodem vsi Plinius, Solinus, Ambrosius. Ammian. verò *pectunt.* Seneca in Oct. *legit ser.* Claudianus *tondent seres.* Strab. ξαινόμενον βύσσον. Pisidas νήματα πλέκειν. Alij νήματα ὑφαντίζειν, ἀναντίζειν.

19. VBI

VVA. BHSC. BU 00239

19. VBI AERA VINCERE SVMMVM.] Pertinent ista ad exaggerandam procerit atem arborum Indicarum. Strab. 15. λέγουσι πυθέσθαι ἢ ἰνδικὴ τρέφει: fert India arbores vitæ modum. Plinius 7. cap. 2. *Arbores quidem tantæ procerit atis in adurantur, vt sagittis superari nequeant.* Ceterum Graeci ὑπερβάλλειν dicunt, ὑπερακοντίζειν, ὑπερισοῦσθαι. Val. Flaccus 6. Argo. ita extulit:

Densior haud vnquam, nec cessior exulit villas
Sylua trabes, fessaq; prius redire sagittæ
Arboris ad summum quam peruenere cacumen.

Indicæ arbores altissimæ.

Carpit illum Scaliger. Lucanus ita: *Æthera tangentes fluxi.*

20. PHARETRIS.] Est haec maxima, & penè singularis nota Indorum, qui hoc genere armorum vtuntur potius quàm alio. Plenæ libri, & testes oculi, qui viderunt.

Indi pharetrigeri.

21. MEDIA, &c.] Vide quòd notas arboris huius præbeat, & ne illæ quidem satis ad eam cognoscendam, inclinantibus Interpretibus in varia; & præter Interpretes Baptista Pius in Rhododaphne, aut Rhododendron, & Nerion. Quid nos in tanta turba sententiarum? Putamus certe, Virgilium describere arborem illam, quam Dioscorides lib. 1. cap. 116. ait appellari Medicam, aut Persicam, aut Citriam, aut Cedromellum: alij malum Assyrium, alij Hespericum, alij (vt ex Orpheo Scaliger) malum aureum, quem adiuuo, nam Dioscorides de eadem. χρυσίζον τὸ χρῶμα ὡς ἐπὶ μῆλον χρυσοῦν: *aurum imitans.* Respondet haec iis, quas Hispani nominamus cidras, Toronias, aut certè similibus ia eo genere. Quin Pierius in castigationibus ad Virgilium, ad Malum Medicum refert etiam neranzium. Pierium sequitur Leopardus lib. 20. Emend. cap. 4. contra Fuchsium, qui nerantia refert ad fructum lentisci. Iuuo Pierium, & Leopardum, nam in scholiis breuioribus ad Nicandrum ita legi, ἐστὶ δὲ τὸ μηδικὸν μῆλον, ὃ ἐστι τὸ περσικόν. Sunt neranzia, quæ Hispani vocant naranjas. Sed inclino tamen in cidram, aut toronsam. Si expendantur verba Theophrasti, Plinij, Dioscoridis, Athenæi, id verum esse apparebit. Ex istis forte & aliis, Virgilij notas indicabo. Quæ dicam reduci vsjo ad sex capita, quibus ostendam citræum malum intelligi à Virgilio: qui fuæ arbori sex inprimis res dat, amaricjem, vim contra venena, similitudinem cum lauro, viforem perpetuum, odoris præstantiam, commédationem ad halitum oris. Auctores, quos adducam, scias (ne semper repetam) loqui illos de malo Medico, aut citrio. Ergo caput primum fumant verba Plinij 13. cap. 16. *malum exfectarum amaritudine,* & quidem illum loqui de re Virgilij explicat Dalecampius. Solin. cap. 59. *sapore aspero, & amaritudinis meræ.* Ideo Theophrastus 4 Hist. cap. 4. τὸ δὲ μῆλον τὸ ἐδέσιμον μόνον: *pomum eius non manditur.* à quo Plinius 12. cap. 3. *Pomum ipsum alias non manditur.* Hanc amaricjem refero ad acrem illum succum, qui intus latet, non aptus esui. Nam Galen. lib. 2. de aliment. Facult. cap. 37. hanc partem interiorem ait esse *acidam.* Quò spectat illud Plinij lib. 15. cap. 28. *Quæ odorata, non eadem in gustu tenera; quia non sunt pariter odor, & sapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, sapor asperrimus.* Addo, neque carnem ipsam olim aptam fuisse esui vt parata fuerit ad cibos, vide Palladium in Martio. Sed & Auicenna lib. 2. Canon. tract. 2. de carne citri ita ait: *caro ipsius est mala stomacho, sustinata tarde digestionis.* Ideoque ait, illi addédum mel, aut almurin. Secundùm Theophrast. χρήσιμον δ', ἐπειδὴν τύχῃ πάντως τις δυνάμεων φαρμακωτικῶν: *si quis venenum meriserum biberit.* Eadem Athen. lib. 3. ex Theophrasto, & addit ipse, δοθὲν δὲ οἴνῳ διαχυθὲν τὸν κατὰ λάρυγγα, καὶ ἐξαγόμενον τὸ φάρμακον ἐπὶ τὸ οἶνον: *datum in vino dilutum, ventrem mollit, expellit venenum.* Oppius apud Macrob. 3. cap. 19. *seruat autem venenis contrarium, quod trium cum vino purgatione virium suarum hibentes seruat.* Dioscor. lib. 1. δύναται δ' ἐκπωθὲν ἐν οἴνῳ αὐτὸ ἐργάζεσθαι συναίρεσιν καὶ ἐν οἴνῳ φύσιν venenis resistit. Plinius 12. cap. 3. *Malum Assyria, quam aliqui vocant Medicam, venenis medetur.* Iterum: *arcetque a malum noxia.* Solin. cap. 59. *inimicum venenis.* Iisd. 17. cap. 7. *Malum eius inimicum venenis, & hoc est quod idem Poeta intelligi voluit, cum tradat ex illa fouéri animam.* Auicenna loco adducto: *Prohibet timeas, & eius odor vel lux ai corruptionem aeris, & pestilentiam.* Et de semine citri, cui admistum sit vinum, mel, aqua calida, ait: *resistit venenis omnibus.* Iterum: *succus corticis confert morsui vipera bibitus.* Extremum hoc confine Galeno, qui lib. 2. de Aliment. Facult. cap. 37. de eodem citri cortice, ipse vocat τεγώμεντυμ, ita scribit: *suaue oleps est, & aromaticum, non o. ore modo verumetiam gustu.* Huc pertinet, malè esse vtile laborantibus morbo Gallico, qui morbus totus venenum. Auctor Fracastorius lib. 2. Syphil. Versus eius sunt,

Malum medicum.

Indi phare trigeri.

Mali medici amaricies.

Mali medici vittus cõtra venena.

Sed neque carminibus neglecta silebere nostris
Hesperidum decus, & Medarum gloria citre
Syluarum.

Tertium Theophrastus, ἔχει δ' τὸ δάφνην τύπτει, φύλλον μῆλῳ ὅμοιον, ᾧ σχεδὸν ἴσον τὸ τῆς δάφνης: *Habet hec arbor folium simile, ac pene æquale folio lauri.* Repetit eadem verba Athenæus, ex quo obserua malè legisse Gazam in Theophrasto ἀπὸ δάφνης pro δάφνη. Inde ille vertit, folia Medicæ esse similia portulacæ. Athenæus certè clarè scripsit δάφνης. Sed hunc errorem Gazæ alij adnotarunt. Obiter obserues dici à Plinio, & Solino folia Medicæ esse similia foliis vnedonis. Quartum Theophrastus, φέρει δὲ τὰ μῆλα παῦσαι ᾠαγν. τὰ μὲν ὀλίγῃ, τὰ δὲ ἄνθει, τὰ δὲ ἐκπέπεσι. *Fert semper poma, alia decidentibus; alia subnascentibus, alias matureſcentibus.* Dioscorides, φύλλα δὲ ἔστι καρπόφορον δὲ ἀεὶ τῶν ἔτος ἐπαλλήλως: *Arbor ipsa omnibus anni temporibus pomifera, sibi inuicem succedente fructu.* Dixit profectò præclarè, & verbo vno ἐπαλλήλως, quæ multis Theophrastus. Ex vtroque Plinio & maximè Theophrasto: *Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis verò subnascentibus.* Oppius, *Generantur autem in Perside omni tempore mala citrea: alia enim præcarpuntur, alia interim matureſcunt.* Bembus in Benaco loquens de hac arbore:

Malum medicum similе lauro.

Malū medicum semper virens.

— non illa caduci
Fronde virens,

Fracast. 2. Syphil. loquens cum hac arbore:

Sic tibi sit semper viridis coma, semper opaca,
Semper flore nouo redolens: sic semper honesta
Per viridem pomis syluam pendentibus aureis.

Vide etiam Palladium in Martio. Solinus, & Isidorus eadem cum aliis. Quintum Theophrasti τὸ δὲ μῆλον — δύσοσμον δ' πάντῃ, ᾗ τὸ φύλλον τῷ δάφνῃ: *Pomum odore præcellit, sed & folium arboris odoratum est.* Dioscorides ἔτι δὲ μᾶλα δάφνην γεγανῶται δάνατον. Plinius, *odore præcellit, foliorum quoque.* Et lib. 13. cap. 16. *odore expetitum.* Oppius: *Est autem odoratissimum.* Athen. μῆλον δ' οὐ σον δ' πάντῃ ᾗ ἄνθει: *Malum ipsum mire odoratum est.* Solin. *Odoris autem fragrantia plusquam incundum, longéque sensibile.* Isid. *Hanc Graci μεδείμηλον. Latini citrium vocant, quod pomum eius ac folia cedri odorem referant.* Bemb. Ben. —*fragrantque auras permulcet odore.*

Mali medici odoris præstantia.

VVA. BHSC. BU 00239

odore. Sextum, atque vltimum Theophrastus χρήσιμον πρὸς ὄψιν τοῦ ἥλιον: vtile ad oris suauem olentiam. Et mox dat præceptum, vti succus coniunctus vino, aut rei alteri, sumptúsque ore, faciat ὀσμὴν ἡδεῖαν: suauem halitum. Dioscor. πρὸς δυσωδίαν στόματος, oris suauitatem commendat. Auicenna adducto loco: Deco-ctio eius bonum efficit odorem oris. Plinius 11. cap. 53. loquens de graui halitu oris, qui senibus contingit, ita ait: *Parthorum populis hoc præcipue, & a iuuenta, propter indiscretos cibos: namque & vino fœtent ora nimio. Sed sibi proceres mederentur grano Assyrio mali, cuius est suauitas præcipua in esculenta addito.* Iterum lib. 12. cap. 3. *Hæc est autem, cuius grana Parthorum proceris incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia.* Expleui cursum, vela contraho, si te tantùm moneam, Virgilij æquo, Plinij etiam, & Solini, hanc arborem, nisi in Media, non prouenisse: secus postea accidit: nam diligentia Palladij conualuit in Italia, mox ibi, & inde in alias partes propagata est. Qui multa volet de citro, tam ad ipsius cognitionem, quàm ad Virgilij lucem, legat Ruellium lib. 1. de Nat. stirp. c. 79.

Malum medicum commendat halitum oris.

Malum medicum in Media.

22. TRISTES SVCCOS.] Tale illud eiusdē vatis: —*tristésque lupini*: & *Tristia ora torquebit amaror.* Catul. —*tristi tristius helleboro.* Prudent. Hamartig. —*Triste venenum.* Sedul. 4. —*tristémque saporem.* Itaque iam tristitia abiit pro amaricie.

23. AGIT ATRA VENENA.] Græci ἐλαύνειν ἰὸν.

24. APPRIMA.] Sic legit Turn. sic alij, vt ponatur accusatiuus pro aduerbio *primum* more Attico, qui τὰ πρῶτα. Sic in eodem vate 3. Georg. —*terram Crebra ferit.* pro crebro. Idem Turn. legi quoque posse ait, *ad prima*, ad eum modum, quo dicimus, in primis. Hoc omnino etiam placitum Alciato 8. Parer. cap. 8. Gifanius in Collect. ad Lucret. etiamsi dicat, bene hic scribi *apprima*, tamē addit, in vetustiss. cod. legi, *apprime*, & tamen corripi extremam syllabam, nam huiusmodi aduerbia veteres corripiebant. Lucretius enim corripuit *superne, clarè, longè*. Sic & Horat. od. 20. lib. 2. corripuit *superne*. Cuius rei ignoratione depraua ta sunt multa auctorum loca.

25. ANIMAS FOVENT.] Explicui, *halitus recreant*, nec muto, sedatur enim hoc pomo anhelitus fœtidus, & grauiores adhibentia. Sed ex verbis Isidori iam adductis colligit Titius 6. Locorum c. 18. sentētiam aliam. Sed ea non placet, nam de venenis suprà locutus est vates, tanquam discriminans. Cur ergo iterum repetat?

[a] Sed neque Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcer Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi,
Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.
[b] Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertere, satis immanis dentibus hydri:
Nec galeis, densísque virûm seges horruit hastis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæque, armentaque læta.
[c] Hinc bellator equus campo sese arduus infert,
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.
[d] Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas:
Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbos.
[e] At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum
Semina, nec miseros fallunt aconita legentes.
Nec rapit immensos orbes per humum, neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
[f] Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem,
Tot congesta manu præruptis oppida saxis,
Fluminaque antiquos subter labentia muros.
[g] An mare quod suprà, memorem, quódque alluit infra
Anne lacus tantos? te Lari maxime, téque
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinóque addita claustra?
Atque indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia qua Ponto longè sonat vnda refuso?
Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis?
[h] Hæc eadem argenti riuos, aérisque metalla
Ostendit venis; atque auro plurima fluxit.
[i] Hæc genus acre virum, Marsos, pubémque Sabellam,

Assue

UVA. BHSC. BU 00239

Assuetúmque malo Ligurem, Volscósque verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnósque Camillos,
Scipiades duro bello, & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum:
[k] Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum: tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes:
Ascræumque cano Romana per oppida carmen.

ARGVMENTVM.

Digreditur in laudes Italiæ, quas octo capitibus discriminat. Primò ait, nullam partem orbis cum ea posse conferri, & numerat prouinciæ aliquas: deinde nihil esse in ea prodigiosum aut in armentis, aut in segetibus, sed veras diuitias tam in frugibus, quàm in armentis; in frugibus vinum, oleum; in armentis, equos, & tauros præstantes: tertiò mirum temperiem, miram fœcunditatem pecudum, atque arborum: quartò nihil noxium in feris aut herbis: quintò præstantes vrbes, ædificia, maria inferum & superum, lacus pluriumos: sextò fodinas auri, argenti, æris: septimò nationes, & viros belli magnos, intérque hos maximum omnium Augustum: octauo salutat tam beatam orbis partem, & pollicetur suam operam in ea celebranda Latinis versibus.

EXPLICATIO.

[a] POst commemorata peculiaria aliarum regionum, excurrit fusè in laudes Italiæ, quas annectit tertiæ parti huius libri: putat verò hanc partem mundi præstare feracissimis orbis partibus. Primò assumit Mediam, quæ, Italiam non superat, etiamsi nobilis sit felici Malo, non ea pars Indiæ, quam Ganges interfluit, gemmarum copia, & nitore pulcer: non Indi reliqui: non Panchaia, Arabiæ regio, thure suo nobilitata.

[b] Cùm Italiam non superent Media, India, Lydia, Bactra, Arabia, in quibus veræ diuitiæ; multo illam minus superabit tellus Colchorum, vbi fictæ. Nam Italiam nunquam inuerterent tauri fabulosi [C] Iasonis, qui ignem naribus spirabant; nunquam in ea sati sunt dentes draconis; non exiit è sulcis seges Martia galeis & hastis horrida: sed impleuerunt illam fruges frumento grauidæ, liquor Bacchi, qui nascitur prætiosissimus in Massico monte Campaniæ, illam occupant oleæ, illam armenta læta, & pinguia.

[c] Dixerat prouenire in Italia armenta. Explicat, quæ hæc, videlicet equi ad bellum, tauri ad sacra. Vtrumque exornat, nam illi sunt bellatores, ardui, sine metu sese campo inferentes: isti cædidi, & principes victimarum. Parenthesis ad Clitumnum Iouem dirigitur. Illud, *greges, & taurus duxere triumphos Romanos ad Deorum templa*, est, quia ipsa animalia [D] præibant pompam triumphantium ad Capitolium, vbi immolanda, & ita quodammodo dici possunt, pompam ducere. Oportet vero intelligas Poetam, nó is discriminat albos gregis à tauris. Sed dicit greges, & taurus, id est, greges albi tantorum, vt *molemque & montes*, id est, molem montium. Ratio vnica, quia nulla in auctoribus mentio, nisi de tauris albis Clitumni. Si quis reperiat, manus do.

[d] Addit quatuor, quæ præclara, videlicet temperiem cœli adeo mitem, vt æternum esse ver appareat: æstatem in mensibus non æstatis; quia quæ alia loca terrarum ferunt in æstate, Italia fert eadem A reliquis etiam anni temporibus: fœcunditatem pecudum, quæ bis pariunt: fertilitatem arborum, quæ bis fructificant.

[e] Sequuntur laudes à rebus nocentissimis, quibus Italia caret. Non sunt in ea tigres, non leones, non herbæ venenatæ (per aconita enim herbas omnes intelligit veneno imbutas) quæ fallant legentes, quia videlicet sæpe malæ herbæ indiscretæ à bonis: non denique serpentes tam inusitatæ magnitudinis, vt raptent per humum orbes immensos, colligant in spiram ingentes tractus & volumina.

[f] Transit ad laudes alias. Sunt in Italiæ multæ vrbes, & illæ egregiæ: labor operum, id est, sunt eximiæ fabricæ: oppida in quibus ædificia instar præcipitij & rupium efformata ab humana industria: muri in his oppidis ita constructi, vt aditum præbeant magnis fluminibus vrbes ipsas intercurrentibus. Sunt qui hic capiant aquæductus.

[g] Ab vrbibus pergit ad maria, lacus, portus, & attingit laudes Cæsaris. Ait Italiam allui mari supero, id est, Adriatico, quod à Septentrione sublimi parte mundi Italiam contingit; mari infero, id est, Tyrrheno, quod à Meridie ima mundi parte. In mentione lacuum adducit Larium, & Benacum: illum vocat maximum, hunc instar maris frementem. De portubus tantum meminit Lucrini. Necessaria hic historia. Erat ad Baias sinus, siue portus, siue lacus, dictus aut Lucrinus, aut Auernus, aut vtrumque simul, erant enim coniunctim. Irrumpebat eo Tyrrhenum cum magno incommodo: Iulius, aut Augustus, & hic verius, mare exclusit molibus, & veluti clausтro quodam Lucrinum arcuit à mari cetero, relicto modico aditu, tanquam freto, per quem Tyrrhenum non tam irrumperet, quam ingrederetur in Lucrinum, & eum ea communicaretur. Quæ hic dixi consentanea sunt cum verbis Poetæ, dissidia in Notis dabo. Hinc iam capies sententiam. Lucrino addita sunt clausтra, æquor indignatur se arceri, vnda Iulia inclusa molibus placide sonat. Ponto lógè refuso atque amandato, æstus maris Tyrrheni communicatur per fretum Auerni.

[h] Caput aliud de metallis, quæ inclusa in visceribus Italiæ, neque illa exigua: nam argentum instar riuorum fluit, aurum instar fluuiorum, æs instar venarum imam terram intercurrit.

[i] Laus extrema, & potior de nationibus bellicosis, & viris bello acribus, quos tulit Italia. Nationes adducit quatuor, Marsos, Sabellos, Ligures bellorum malis & laboribus assuetos, Volscos verutos, id est, veru armatos: vitos totidem Decios, Marios, Camillos, Scipiones: & extra ordinem, omnium maximum Augustum. Huius laudem attingit, qui tunc in extrema Asia Indos arceret à Romano Imperio.

[k] Egregiè absoluit, iubetque Italiam saluere, quasi nulla alia re possit tantæ fertilitati satisfacere, nisi precatus salutem. Addit que ingredi se ad

UVA. BHSC. BU 00239

commodum Italiæ (nam hoc est, *tibi*) res antiquæ laudis, & artis, id est, res rusticas, quæ in Italia olim habitæ in magno honore : seque primum omnium recludere fontes sacros Græcorum ; nam edit Latinis versibus per oppida Italiæ, quæ ante illum Græcis Hesiodus, qui ex oppido Aseræ.

NOTÆ.

Media fera ciisima.

1. MEDORVM SYLVÆ.] Feracissima est Media, sed non omnis. Strabo 11. aperte distinguit, & partem tantum feracem facit, de qua, *τὸ δὲ μέσον σφόδρα εὐδαίμον, καὶ θαυμάσιον : beata est & omni fera* Idem ita regionis huius diuitias rimatur: *Cum magnitudine, & opibus regionis concordant ea, quæ de tributis traduntur. Nam cum Cappadoces Persis quotannis pendant,* B *præter argentum, mille & quingentos equos, mulorum duo millia, totidem quinquaginta millia, duplum ferè horum Medi pendebant.* Iure ergo Virgilius *ditissima terra.* Consentiunt, quæ Cuttius lib. 5. latè scribit de amne Medo, quæ Plin. 5. c. 27. de Smaragdis Medorum.

Ganges cur pulcer.

2. PVLCER GANGES.] Refer attributum ad diuitiarum copiam, quæ in eo flumine. Plinius 33. cap. 4. auriferum facit, & cum Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ coniungit, auriferis omnibus. Eundem gemmiferum facit in extremo capite extremi libri. Pamphilus Poeta:

Diuitis vt fulua marmora Gangis opes.

Corradus:

Seu Gangem auriferum Sole sub Indico.

A Strabone *μέγιστος* & dicitur totius Indiæ, sicut à Curtio lib. 9. Sed Solin. cap. 65. parem facit Indo. Origo huius fluuij incerta. Lege Plin. 7. c. 2. Strabonem lib. 15. ex Artemidoro.

3. TVRBIDVS.] Græci θολερὸς. Arripuit à Virgilio Seneca in Furente : *Tagiique Ibera turbidus gaza fluens.*

Hermus auriser.

4. HERMVS.] Hic quoque auriser. Claudianus 1. in Ruf.

Non Tartessiacis illum satiaret arenis
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli, totumque exhausseri Hermum.

Papin. 1. Sylu.

—— flauis Hermus transcurrere ripis,
Et limo splendente Fagus.

Martial. 6. Epigr. 77.

Non illis satis est turbato sordibus auro
Hermus.

Apertè allusit ad carmen Virgilij. Denique hanc opinionem firmat, Pactolum esse auro celebratissimum, qui tamen, auctore Strabon. Herod. lib. 5. & aliis, in Hermum delatus, illi aquam, & aurum præbet.

Pactolus auriser.

Italiæ laudes.

5. LAVDIBVS ITALIÆ.] Has multi fusè sunt complexi. In quos incidi legendo, sunt Dionys. 1. Antiq. Plin. 3. c. 5. & lib. vlt. c. vlt. Solin. c. 8. Varr. 1. c. 2. Colum. 3. c. 8. Vitru. 1. c. 6. Strab. 5. & 6. Polyb. 2. Hi- E stor. Flor. 1. c. 16. Ælian. 9. var. Hist. c. 16. Sidon. Paneg. Auit. Proper. 3. Eleg. 21. Gabr. Barrius in opusculo integro de Italiæ laudibus. Prætereo alios. Citasse hic loca sit satis, ne cogar repetere, cum ex illis illustrem; quæ peculiariter attingit Maro.

Bactrorum tellus ferasissima.

6. BACTRA.] Horum tellus feracissima quoque est, ideo in numerum opulentiæ inducta à Vate. Strabo lib. 2. *παμφόρου* nominat. Plin. 18. cap. 7. *tradunt in Bactris grana tantæ magnitudinis fieri, vt singula spicas nostras æquent* Curt. 7. *solum pingue.* Verum est ab illo partem Bactrianorum poni sterilem. Ad eadem rem pertinent horum Smaragdi celebratissimi, de quibus Theophr. & Plin. prior ait illos colligi ex arenis, posterior ex commissuris lapidum.

7. INDI.] Ideo extremo loco, vt qui opulentissimi opinione mortalium. Duxi hic supersedendum, neque congerenda elogia Indiæ ; ne tritam rem persequar.

8. PANCHAIA.] Illustrabo hunc locum 4 Georg. Arattea Iasonis, quæ sequuntur, non à me exspectes obuia in Dictionaria.

9. SPIRANTES.] Ex Lucretio qui lib. 5. *Et Diomedis equi spirantes naribus ignem.* Ex Apollon. qui de his tauris 3. *ἐκ δ' ὀνύχων δεινὸν σέλας φαεινέσκον : spirabat terribilem ignis fulgorem.* Idem extulit per *ἐκπνείοντα πυρὸς σέλας* & *σέλας φυσιόωντε.* Ex Pind. 4. Pyth. qui de iisdem.

—— ὁ μὲν ὀλοὸν ἀπὸ ξανθῶν γένυ
ὢν ἀνέων καμόμενον πυρὸς

Qui flammam ardentis ignis ex igniuis malis afflabant.

Ex Lycoph. qui *ταῦρον πύρπνοον.* De iisdem Dio Chrysost. orat. 16. *ταῦρον τοῦτο πῦρ ἀναπνέοντα.* Libanius in Prog. *ταῦρον πῦρ ἀρίστου.* Ideo contuli tot Græca, quia diuersa in omnibus locutio. Ex Latinis pauca subiiciam. Ouid. 7. Met.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri, cæloque vaporibus horrida
Ardent.

Val. 6. Arg. pulcrè hoc, ait enim:

Cuius flammiferos videt inter regia tauros
Pascua, tartaream profiantes pectore noctem.

Iterum lib. 7.

C *—— claustris euasit vterque*
Taurus, & immani prestauit turbine flammas,
Arduus, atque atro voluens incendia fluctu.

10. INVERTERE.] Adi illud 1. Geor. *—— quo sidere ram verrere.*

11. SATIS DENTIBVS.] Obserues hic verum etymon Spartanorum, quia ita dicti à satis dentibus serpentis, vnde illi nati ex fabula. Aliorum etymologiæ non ita veræ.

12. HORRVIT HASTIS.] Ex Hom. 4. Il. qui de Phalangibus *—— σάλπιγξε, καὶ ἔγχεα πορφύρεα : sentis & hastis horrentes.* Et 13. qui de pugna, *ἔφριξεν ἐγχείῃσι : hastis horruit.* Ex Lycophron. *πορφυρὸν δ' ὥσε λαὸς γάλα κόγχαις ἀποσκίδνησι : horrebant splendentes hastis, vti so-* D *lent horrescere aruæ frugifera.* Pari forma (notat German.) dicitur eleganter, horrere aper *ἀθέρεας*, messis *ἀσύχιος*, mare *κῦμα*, timidus *δειδὼς : iubis, spicis, fluctibus, capillis.*

13. GRAVIDÆ FRVGES.] Petit hic locus, vt adducam elogia fertilitatis Italiæ. Plin. *Fertiles campi, aprici colles.* Iterum, *Frugum, & vitium, olearumque fertilitas.* Et de agro Campano : *Felixque illa, ac beata amœnitas.* In libro extremo ait, illam præstare *soli fertilitate, pabuli vbertate.* Solin. *aprica collium, opaca nemorum, vitium, olearumque prouentus.* Varr. *Cum consedissemus, Agrasius : vos, qui multas perambulastis* E *terras, ecquam cultiorem Italia vidistis, inquit? Ego vero, Agrius, nullam arbitror esse, quæ tam tota sit culta.* Iterum, *Quid in Italia vtensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit?* Et, *An Phrygia magis vuibus cooperta, quam Homerus appellat ἀμπελόεσσαν, quam haec?* Colum. *totius orbis fruges (Italia) adhibito studio colonorum ; ferre didicerit.* Dionys. illi dat *omnigenam fertilitatem, & copiam.* Et, *Referta est omnibus voluptatibus, & commodis.* A Strab. 5. dicitur *ἅπασα ἡ Ἰταλία θρεμμάτων δ' ἄριστος πρὸς, καὶ καρπῶν εὐθυ : Omnis Italia prouentuum, & fructuum nutrix optima.* Et lib. 6. *εὐθοτωτάτη, καὶ γενναιοτάτη : vbertatem & bonitatem fructuum.* Mela vibes à mari procul opulentissimas.

Italiæ fertilitas.

UVA. BHSC. BU 00239

lentissimæ. eadem Polyb. 3. de campis inter Fesulas, & Aretium. Ælianus τῆς χώρας ἀρέτὴν, καὶ τὸ πάμφορον, καὶ τὸ εὔδοτον : bonitatem terræ, fertilitatem omnigenam, exuberantiam. Demum Virgilius *potens--vbere glebæ.* A

Massicum vinum.

14. MASSICVS HVMOR.] Signatissima ad laudem vini Massici verba ista Colum. 3. cap. 8. *Neque enim dubium est, Massici, Surrentinique, & Albani, atque Cecubi agri vites omnium, quas terra sustinet, in nobilitate vini principes esse.* Plin. 14. c. 6. de vinis nobilissimis: *certant Massica æque.* Horat. *nec veteris pocula Massici.*

15. CLITVMNE.] Aperiam hic quinque. Quis Clitumnus? cur albi greges? cur taurus, victima maxima? cur Clitumni flumen, sacrum? quid denique illud de tauris huius fluminis ductis ad sacra? Est Clitumnus fluuius Faliscorum, sed recte putat Turn. Et ex illo explicui, sermonem dirigi ad Iouem, qui dictus Clitumnus, qui cultus in Vmbria, & iuxta hunc fluuium. Viuius : *Clitumnus Vmbriæ, vbi Iupiter eodem nomine est.* Plin. 8. Epist. *Adiacet templum præsens, & religiosum. Stat Clitumnus ipse amictus ornatusque pretexia, præsens Numen, atque etiam fatidicum : indicant sortes. Sparsa sunt circa sacella complura, totidemque simulacra, sua cuique veneratio, suum nomen, quibusdam vero etiam fontes.* Alterum erat de albis gregibus, audi Plin. 2. cap. 103. *In Phalisco Clitumni amnis aqua pota candidos boues facit.* Ita legendum esse hunc locum ex libr. vet. & M. S. monet Dalecamp. Proper. 1. B

Clitumnus fluuius & Deus.

C

Quæ formosa suo Clitumnus flumina luco
Integit, & niueos abluit vnda boues.

Statius 1. Sylu. *Aut præstent niueos Clitumna noualia tauros.* Ouid. 4. de Pont. El. 4. hos vocat *boues niueos.* Et 3. Am. *inuence niuea.* Phalisconum. Ad hanc partem Italiæ alluisse credamus Senecam scribentem in Agamem. *Ad tua coniux candida tauri--Delubra venit.* Si verò victimæ huius coloris non inuenirentur, solitum cretam superinduci. Inde Iuuenal. Satyr. 10.

Creta victimis adhibita ad cædorem.

---- duo in Capitolia magnum,
Cretatúmque bouem.

Aperte mihi videtur locutus Iuuen. cum respectu ad tauros Clitumni : nam hi mactabantur in triumphis, vt postea apparebit. Redeo. Silius libro 4. D

---- Paulus Clitumnus in armis
Candentes gelido perfundit flumine tauros.

Credibile de tauris huius fluuij capiendaverba illa, quæ iactata de Marco Imperatore parante se ad bellum, quæ adducit Ammian. lib. 25. οἱ λευκοὶ βόες μάρκῳ τῷ καίσαρι, ἀν σὺ νικήσῃς, μόνοι ἀσωθήσεσθε : *Mactabimur albi boues tibi Marce Imperator, victor si fueris.* Et illa Arnobij libr. 2. *In Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quàm niuei tauros immolare candores: nonne istum morem religionemque mutastis, atque vt rufulos liceret Senatus constitutum sanctione.* Tertium absoluit breuiter Scaliger in Fest. Victimæ de maioribus animalibus dicebantur, hoc est; armentis, etiamsi lactentes essent: hostiæ de minoribus, etiamsi optimæ, & τέλειαι. Inter victimas taurus præstat, inter hostias ouis. Itaque maxima victimarum, taurus : maxima hostiarum, ouis. Hoc ratio postulat, nam in re sacra nemo præferat sues, aut capras ouibus : nemo reliqua armenta tauris. Adiungo verba Plinij libr. 8. cap. 45. loquentis de bobus : *Hinc victimæ optimæ, & laudatissima Deorum placatio.* Quartum de sacro flumine Clitumni. Mitto omnia flumina fuisse sacra ex superstitione veterum, sed hic honor præcipuè datus Clitumno, fortasse propter cultum Iouis, de quo iam. Silius 8. E

Victimæ quæ.

Hostiæ quæ.

Taurus maxima victimarum.

Ouis maxima hostiarum.

Clitumnus fluuius sacer.

---- perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum.

Hinc est, vt, sicut in Nilum iaciebantur stipes nota Diuinitatis, ita & in Clitumnum. De Nilo Seneca 4. Quæst. Nat. *In hac ora stipem sacerdotes, & aurea dona Præfecti, cum solemne venit sacrum, iaciunt.* De Clitumno Plin. 8. Epist. *Fons lato gremio pateficit purus, & vitreus, vt numerare iactas stipes, & reluentes calculos possis.* Nam certè stipes, Deorum fuerunt, vt clare liquet ex Seneca 7. de Benef. & Epist. 116. Ab hac diuinitate natum, vt pars huius fluminis tantum nauigaretur, non nataretur. Plin. dicto loco : *Ponte (Clitumnus) transmittitur. Is terminus sacri profanique, in superiore parte nauigare tantum, infra etiam natare concessum.* Sic omnes capiunt Plinium. Sed fortasse dicit, hunc fluuium superiore parte nauigari, inferiore etiam natari at media parte, qua fluuius est sacer, nihil horum fieri. Nam ipsemet eodem lib. loquens de lacu Vadimonis, ait: *nulla in hoc nauis, sacer enim est.* Vide, vt à diuinitate aquarum abhorreat nauigatio. Clitumnus, & Nilus diuini.

Stipes Deorum.

Adiunge ex Platone 7. Legum, piscationem, nam hæc quoque prohibita à sacris fluminibus : *Piscator nec in portubus, nec in sacris fluuiis, paludibus, stagnisque veneatur : in aliis liceat.* ἰχθῦς πομεύει. Extremum erat, de tauris ductis ad triumphum ex hoc flumine, vt immolarentur. In quam sententiam consentiunt cum Poeta Claudian. Paneg. in 6. Consul. Honor. Nauigatio in quibus fluminibus prohibita. Piscatio in quibus fluminibus prohibita. Clitumni tauri ducti ad victimas triumphorum.

Quin & Clitumni sacras victoribus vndas,
Candida quæ Latiis præbeunt armenta triumphis
Visere cura fuit.

Idem in Epigram.

Non tales Clitumne lauas in gurgite tauros,
Tarpeio referunt quos pia vota Ioui.

Ouid. 4. Pont. El. 7.

Agnaque tam lactens, quàm gramine pasta Phalisco
Victima, Tarpeios inficit icta focos.

Et 1. Fast. *Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci,*
Quos aluit campus herba Phalisca suis.

Repetit 4. de Pont. Eleg. 4. Iuuen. Sat. 12.

Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis,
Iret, & à grandi cernix ferienda magistro.

Fortassis eodem trahenda verba ista Varronis libr. 2. Rei Rust. c. 5. loquentis de tauris : *Tametsi quidam de Italicis, quos propter amplitudinem præstare dicunt, ad victimas farciunt, atque ad Deorum seruant supplicia. Quo sine dubio ad res diuinas propter dignitatem amplitudinis, & coloris præponendi.* Sed quoniam multos delectat historiæ similitudo, tale quiddam de Cereo, & Nileo narrat Strab. 10. quod Vrsin. obseruat. nam oues, quæ bibunt Cereum λευκὸ γίνεται : *fiunt albæ.* quæ Nileum μέλαιναι : *nigræ.* Cerei fluminis natura. Nili natura.

16. HIC VER ASSIDVVM.] Attingit temperiem Italiæ, quæ celebrata scriptoribus. Ælian. illi dat, τὸ ὥρῶν εὐκρασίαν : *moderatam temperiem eorum totius anni.* Strabo περίοδ. τὸ πολλαῖς κατασκευαῖς διαφέρειν ἀέρων τε, καὶ χεράνων : *Tertium est, aeris temperies, cui subiacet.* Plin. *Iam vero tota ea vitalis, ac perennis salubritatis cœli temperies est.* Iterum : *situ* (præstat) *ac salubritate cœli, atque temperie.* Solin. *locorum salubritatem, cœli temperiem* Dionys. quoque illam laudat ab aeris moderata temperie, vt nec nimio gelu, nec immenso æstu fruges aut animantia lædantur. Paria Vitruuius 6. c. 1. ad quam temperiem refert inuictas laudes Italiæ. Alter Plin. lib. 3. Epist. de Thuscia parte Italiæ : *salubrerrimum afflatum.* Hæc tanta cœli clementia, aeris salubritas, temperies locorum, quam egregie signata est nomine æterni veris. Ad hanc aeris, & cœli temperiem possis referre ingenia & Italiæ temperies mira.

pruden

VVA. BHSC. BU 00239

Itali eur prudentes.

prudentiam Italorum, quæ tantopere celebrata antiquis. Nam Plato in Timæo, ex eucrasia, id est, temperie aeris, ait natum, esse Athenienses φρονιμωτάτους ἀνθρώπων, viros prudentissimos.

Alieni mensis, qui.

17. ALIENIS MENSIBVS ÆSTAS.] Ita Lucretius libr. 1.

— subito exorirentur,
Incerto spatio, atque alienis partibus anni.

Trebellius in vita Gallieni: *Ficos virides, & poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit.* Claudian. 3. Rap. de floribus herbisque emergentibus nō suo tempore:

Nec credit quod bruma rosas innoxia ferunt,
Quòd gelidi rubeant alieno gramine menses.

Idem de 4. Conf. Honor. de stella, quæ apparuit die & lucente Sole:

Emicuitque plagis alieni temporis hospes
Ignis, & agnosci potuit cum Luna lateret.

Est hoc quod dixit Æschyl. in Agam. θάλπῃ μὲν ἐν χειμῶνι: *calor in hyeme.* Non abit ab hac locutione trita illa, *videre alienis maxillis*, quam Hom. vsurpauit Odyss. 20. & alijnam & hic diuersum quidpiam indicatur. ita & Val. 8. Arg. *alieno gaudia vultu.*

Italiæ fertilitas.

18. BIS GRAVIDÆ PECVDES.] Citat Hieronym. versum hunc Quæst. Hebraic. in Genes. & addit, oues Mesopotamiæ pares esse Italicis. Pari cum Poeta forma Hom. od. 4. τρὶς τίκτει μῆλα εἰς ἐνιαυτὸν. Et Arist. libr. θαυμ. ἀκουσμ. τὰ ζοοκτήματα τρὶς τίκτειν τὸ ἐνιαυτόν.

Italiæ benignitas.

19. BIS POMIS VTILIS ARBOS.] Varro lib. 1. cap. 7. *malus bifera, vt in agro Consentino.* Quod ex Varrone citat etiam Plin. 16. cap. 27. Huic parti annexa mentio florum. Solin. *bifera violaria.* Virg. *biferique rosaria Pæsti.* Florus de Campania: *bis floribus vernat.* Dionys. quoque ait, se vidisse in Italia *arua trifera.*

Italia caret venenatis.

20. AT RABIDÆ TIGRES.] Absunt ab Italia tigres, leones, venena. Illustro hoc ex iisdem scriptoribus. Plin. *innoxij saltus.* & alio loco, quem citauit *benigno veniorum afflatu.* Et *ferarum animalium innocentia.* Propert. *At non squamosæ labuntur ventre cerastæ, Itala portentis nec furit vna nouis.* Et supra: *Armis apta magis tellus, quam commoda noxæ.* Virg. statim, *Nec rapit immensos, &c.* Pari laude de Attica Plato in Menexeno, θηρίων μὲν ἀξένων ἄξενος: *agrestes feras non producit.* Sed certe (vt ad Italiam redeam) non hæc felicitas perpetua. Nam Aristot. lib. 8. Hist. c. 29. ἴσως δ' Ἰταλίας ἐν ποι τόποις καὶ τῶν ἀσκαλαβωτῶν δήγματα θανάσιμά ἐστι: *Italiæ locis quibusdam morsus stellionum exitiales sunt.*

21. FALLVNT ACONITA.] Ita 4. Ecl. *fallax herba veneni.*

Aconitum, vnde dictū.

22. ACONITA.] Vide diligentem operam Galeoti Martij lib. de Promiſ. Doctrina c. 11. vbi censet aconitum, veratrum, helleborum, napellum esse idem genus veneni. Et diligentissimam vere Hieronym. Mercur. 3. Var. Lect. c. 4. Fabula de spuma Cerebri vbique obuia. Videndus inprimis Theoph. 9. Hist. c. 16. Dioſc. 4. c. 62. & 63. Plinius lib. 27. cap. 2. & 3. Quæ Galeotus de helleboro, suspecta. nā Dioſcorid. & Plin. aperte diſcriminant, cum dicunt, scorpiones aconiti tactu torpescere, sed auxilium illis afferri ab helleboro. Ait Theophrastus nomen habere ab Aconis pago Perſiandinorum ad Heracleam Pōnti. Cui Mercurialis adiungit Ælium Promotum, Antigonum, Athenæum. Alij malunt dictum, quod nascatur, vt ait Plin. *in nudis cautibus, quas acones nominant.* Quia videlicet κόνις pulvis est, & ἄκονα saxa ne pulvere quidem tecta. Huc trahendus Ouidius 7. Met.

Quæ quia nascuntur dura vbi vinacia cautes,
Agrestes aconita vocant.

& Lucan. lib. 4.

— *nascentia saxis*
Infundas aconita palam.

Solinus scribit ita nominata ab Acone portu in Ponto. Ouidius vocat herbam Hecateidem. Notæ huius herbæ satis multæ sunt in auctoribus, quos citaui.

23. TRACTV.] Respondet huic ὁλκὸς. & notat Suidas ὁλκὸν proprie esse τὸ τῶν θεραντικῶν σύρμα. Pari forma sulcus ille, & tractus, quem relinquunt naues, sagittæ, aratra, caudæ, machinæ dicitur ὁλκός.

Italia florens vrbibus.

24. ADDE TOT EGREGIAS VRBES.] Hæc vna ex maximis Italiæ laudibus. Ælian. καὶ δὴ πόλεσ πλὴν τῶν Ἰταλικῶν οὐκ ἂν ἔστιν ἑτέρα καὶ ἐννεακόσιαι, καὶ ἑκατὸν πρὸς ταῖς χιλίαις: *Aliæ, olim mille centum & nonaginta septem vrbibus Italum habitatam fuisse.* Claudian. de Consulatu Theod. — *clarisque micantem Vrbibus Italiam.* Plin. *tanta nobilitas omnium locorum, quos qui attigerit? tanta rerum singularum, populorumque claritas venit.* Iterum: *Ab altero eius latere ad Padum amnem Italiæ diuisissimum, omnia nobilibus oppidis nitent.* Solin. *clarum decus vberum oppidorum.* Thucydides lib. 6. de Sicilia parte Italiæ. ὄγκοις τε γὰρ ἐμμίκτοις πολυανθρώποις αἱ πόλεις: *Sunt illic vrbes promiscuis hominibus frequentes.* Gal. Matt. de Promiſ. Doct. cap. 30. sententiam Poetæ refert ad Venerem, quæ domina horoſcoporum Italiæ. Venus autem ex Matheſis doctrina efficit mirabilem populorum, & ciuitatum Ceterum Paulin. laudans Hiſpaniam hęc Virgilio Epiſt. 41.

Venus domina horoscoporum Italiæ.

Quid numerem egregias terris, & mœnibus vrbes,
Quæ geminum fulxe Hiſpania tendit in æquor?

Italia florens lacub.

25. ANNE LACVS TANTOS.] Plin. *tot lacus, tot amnium, fontiumque vbertas totam eam perfundens,* & cap. 19. *lacus inclyti sunt.* & cap. 16. *lacus immenſos.* Solinus, *Tot annes, lacus tantos.* Strab in 6. καὶ πεσσπίπτει τὸ μεγέθ@, καὶ πλῆθ@ ποταμῶν τε, καὶ λιμνῶν. *Ade fluuiorum, & lacuum magnitudinem, & copiam.* Ælian. illi dat ὑγρότητ@: *aquarum irrigationem.* Iterum: ποταμοὶς ἐξ κατάρρυτ@: *irrigua est intercurrentibus fluminibus.*

Larius lacus.

26. LARI.] Est prope Comum, nunc Lago di Como. Lege Plin. libr. 2. cap. 103. qui etiam 3. cap. 19. cum aliis, tum hunc *inclytum* vocat. Ait etiam Dalecamp. in lib. 9. Plin. c. 18. nunc vocari *Lac Maior.* Illustrant ista Poetam, qui nominat *maximum.* Huius lacus effusæ laudes in Epiſt. alterius Plinij libr. 2. Potes hic hærere aliorum explicationi, qui ita diſcriminant: — *te Lari, Maxime, teque*, &c. Ita, vt eum, qui nunc vulgo, *verbanum*, dicitur, appellet *Maximum.*

Benacus.

27. BENACE.] Plinius libr. 9 cap. 22. *Lacus est Italiæ Benacus in Veronenſi agro Mincium amnem transmittens.* Eadem in libro 3. cap. 19. Lege amœnissimos versus Bembi in Benaco, præferendi iudicio Scaligeri, multis veteribus.

Italia florens portubus.

28. PORTVS.] Est hæc inter maximas Italiæ laudes, & ea ab scriptoribus mire celebrata. Ælianus, θάλασσα ἀγαθὴ πανταχόθεν διὰ παντὸς ἐκπλεῖσθαι, καὶ καταγωγαὶ εὐδρόμοις καὶ κατάσεσιν: *Habet mare appulsus commodos, interstinctis ex omni parte stationibus ac portubus, vnde ad appellendas soluendasque naues idoneus.* Plinius, *Tot maria, portus, gremiumque terra vim commercio patens vndique.* Alio loco: *Accessu cunctarum gentium facili, litoribus portuosis.* & de Italia Transpadana: *Cui maria cuncta fructuoso aluco important.* Solinus: *Littorum portuosa, orasque patentibus gremiis commercio orbis accommodatas.* Strabo, λιμένας μεγάλους, καὶ θαυμασίους: *portus magnos, & admirandos.* Florus

VVA. BHSC. BU 00239

rus signate de portubus Campanæ: *Nihil hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus Caieta, Miſenus, & tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus, & Auernus, quadam maris otia.*

Lucrinum. Auernum.

29. LVCRINO.] Quæ pertinent ad Lucrinum, & Auerſum implicata ſunt in ſcriptoribus. Dicam hic nonnulla explicationi meæ firmandæ. Dixi Lucrinum eſſe aut ſinum, aut portum, aut lacum: nam Strab. 5. λοκρῖν & κλω&. Florus *portum* appellat lib. 1. cap. 16. Plinius vero 3. cap. 5. & Sueton. Aug. cap. 16. Et Val. Max. 1. lib. 9. *lacum*. Hic obiter obſeruabis ab Erythræo, & aliis vocari mare mortuum. Credo propter tranquillitatem, quæ ſumma: ideo Florus Lucrinum, & Auernum nominat *maris otia*. Et Martial. lib. 3. Epig. 20. *Piger Lucrino nauicidatur in ſtagno*. Hæc enim pigritia nata ex ſumma aquarum tranquillitate, & otio. Pergo. Dixi vocari Lucrinum aut Auernum, aut vtrunque ſimul ſequutus Strab. qui λοκρῖν& κλω&; ἐγγὺς τότε ἀορ&: *Lucrinus ſinus, intra quem Auernus eſt*. Dio lib. 48. diſcriminat, fortaſſe & Plinius dicto loco, ſed non Suetonius, vt ex ſententia legenti apparebit. In deſcriptione Neapolitana Abrahami ita deſcriminantur, vt in Sinu Puteolano ſit Auernus: in terra prope Cumas, & amnem Vulturnium, lacus Lucrinus. Aperte eſt falſus, & lacus ille Cumanus eſt. Dixi mare exclusum à Lucrino, ſequor Plin. qui 36. cap. 15. inter admiranda ædificia, ita ait: *Portus Oſtienſis opus præterea, item vias inter montes excisas, mare Tyrrhenum à Lucrino molibus ſeclusum*. Et Virgilium ita indicantem, ac Seruium ita interpretantem. Contra eſt Sueton. qui non exclusum ait mare, imo immiſtum. Verba ſunt: *Portum Iulium apud Baias, immiſſo in Lucrinum, & Auernum lacum mari, effecit*. Sed explico. Immiſit Auguſtus mare in Lucrinum, quia moderate fecit ingredi. Cauſſam huius operis, ſi quis quærat, repetiet in Seruio. Reſtat vltimus nodus. Seruius attribuit hoc opus Iulio: Indicat Virgilius, qui *vnda Iulia*, non Auguſta: Suetonius Auguſto attribuit; ſtud verius, ſed in gratiam tamen patris Iulij, portus appellatus eſt Iulius. Firmat plurimum hanc partem, legem illam de Adulteriis, quam Auguſtus ſanxit auctoribus Suetonio in Auguſtum capit. 34. Plutarcho in Agophthegmatis, Vlpiano libro 1. de Adulteriis, vocatam non Auguſtam, ſed *Iuliam*. Nam qui illam legem ad Iulium referunt, & tantum dicunt confirmatam actamue ab Auguſto, omnino à re abeunt. De quo vidi diligentem operam Briſſ. in lib. ſingulari ad Legem Iuliam. Et Lipſ. in lib 3 Ann. Tacit. Ergo Auguſtus & legem à ſe latam *Iuliam* vocauit, & portum à ſe factum *Iulium*, & hoc, vt dixi, in gratiam Iulij. Vel, quod eſt fortaſſe verius, & in lege illa amplectitur Briſſonius, quia ipſe quoque appellatus eſt Iulius Cæſar ab auunculo: quod ex Suetonio liquet cap. 7. Et ex Floro in Epitome, vbi Auguſtum *Caium* vocat. Sed, vt videas hanc Hiſtoriæ partem eſſe turbatam, lege Dionem, & Strabonem adductis locis, qui, nulla facta mentione Auguſti, Agrippæ attribuunt opus Lucrini.

Mare mortuum in Italia, quid.

Lex Iulia de adulteriis Auguſti fuit, non Iulij.

Auguſtus etiam eſt appellatus Iulius.

30 IMMITTITVR ÆSTVS.] Phraſi Virgilij Oroſ. 1. c. 2. *Apud Gades inſulas Herculis columnæ viſuntur, & Tyrrheni maris faucibus Oceani æſtus immittitur*. Rem eandem per verbum *committo*, effert Plin. lib. 10. Epiſt.

Italia diues.

31. ARGENTI RIVOS.] Non deeſt mentio huius fœcunditatis. Plinius: *Metallus auri, argenti, aris, ferri, quam diu libuit exerceri, nullis ceſſit*. Dionyſ. illi dat *metalla omnis generis*. Strab. μεταλλοῦ παντὸς παντὸς: *Diuerſorum metallorum fertilitatem*. Eodem pertinent verba iſta Flori de Samnitibus: *Genium, ſi opu-*

Samnitum opes

lentiam quæras, aureis, & argenteis armis, diſcolori veſte, vſque ad ambitum armatam. Et Oroſij 3. cap. 22. *Samnites nouum habitum, animumque ſumentes, hoc eſt, de argentatis armis ac veſtibus, paratoque animo, ni vincant, mori, bello ſeſe offerunt*. Cum locutione affinis illa Opp. 1. Hal. ἀργύρεοι πομποὶ: *ſtuuij argentei*. Putat autem Vrſ. reſpectum à Poeta ad verſus Luc. 5.

Manabat venis feruentibus in loca terræ
Concauta comueniens argenti riuus, & auri.

32. GENVS ACRE VIRVM.] Nulla maior Italiæ laus. Frigerent omnia in Poeta, niſi laudaret homines Italos. Dio Chryſoſt. Orat. 32. Alexandrinos reprehendit, qui gloriabantur laudato Nilo. Stulte hoc. Quia non idcirco (inquit) bonij Ægyptij, quia bonus Nilus. Si quis aquam laudet, laus iſta puteorum eſt, non hominum: ſi quis aeris temperiem, non ideo boni homines, ſed regio. Plura ille in hanc ſententiam, tum ibi, tum ſequenti oratione. Ergo Virgilius non contentus tot laudibus, viros quoque Italos celebrat, in quorum ego gratiam coniungam aliqua, quæ de illis reperi Elogia. Notanda verba hæc Polyb. 2. Hiſt. *Hominum tanta copia, ea proceritas, ac pulchritudo corporum, tantum in rebus bellicis robur, vt facilius ſit, id ex eorum rebus geſtis, quam ex cuiuſquam oratione intelligere*. Virg. ipſe potens armis. Sidon. in Paneg. Auit.

Italia floreas viris fortiſſimis.

Eſt mihi, quæ Latio ſe ſanguine tollit alumna,
Tellus clara viris.

Lucret. de Sicilia parte Italiæ: *Rebus opima bonis, multa munita virum vi*. De Sabinis, quorum hic meminit Poeta, Cicer. pro Ligario: *Sabini fortiſſimi viri*. Et ſtatim: *ager Sabinus, flos Italiæ, robur Reipub*. Plin. libr. 3. cap. 12. de quarta regione Italiæ: *regio gentium fortiſſimarum*. Vegetius libr. 1. Mil. cap. vltimo tum de aliis, tum de Italis: *Neque enim degeneraut in hominibus Martius color, nec effœtæ ſunt terra, quæ Lacedæmonios, quæ Athenienſes, quæ Marſos, quæ Samnites, quæ Pelignos, quæ ipſos progenuere Romanos*. Ennius apud Cicer. in Fragment. librorum de Repub. *Moribus antiquis res ſtat Romana, virisque*. Inde magno Elogio Manil. libr. 4. poſtquam Germanis dedit corpora ingentia, Gallis rubicunda, Hiſpanis ſolida, de Italis ita:

Sabini fortiſſimi.

Martia Romanis orbis Pater induit ora,
Gradiumque ſuum miſcens bene temperat artus.

Pulcerrima ſane & exquiſita laude dixit Annibal. apud Iuſtinum libr. 31. Italiam eſſe *fontem virium*. Silius libr. 16. ita libat: —— *armiferi gens ſacra Quirini*. Iterum: *Romula virtus*. Et lib. 1. ---- *quamque ad bella crearit, Et quot Roma vires*. Sed præcipue lib. 3. Romanos hoc Elogio inſignit: *vires Mart. 1. Gens ferri patiens*. Et lib. 10.

ſtatua fons virium.

Itali fortiſſimi.

---- *nil non immite parata*
Gens Italum pro laude pati.

Papin. 1. Achil. *Itala virtus*. Claud 1. in Eutrop. *Belliferam Italiam, ſortis Latio*. Ad militarem hanc laudem pertinent iſta eiuſdem de Bel. Gil. vbi Roma ipſa:

Armatis quondam populis, patriumque vigebam
Conſiliis, domui terræ, hominiſque veniux
Legibus ad Solem victrix virtusque cucurri.

Iterum:

Aſt ego, quæ terras humeris, pontumque ſubegi.

33. ASSVETVMQVE MALO LIGVREM.] Id eſt, εἰθισμένον τῷ κακοπαθεῖν, αὐτ εἰθισμένον κακοπαθεῖν, vel κακοπαθῶς ζῆν. ita explicat Henric. Stephan. lib. 1. Schediaſm. cap. 6. Nam hæc gens laboribus bellorum

Ligures fortiſſimi.

UVA. BHSC. BU 00239

rum assueta. Nisi quis sententiam torqueat, vt vo- A
lunt aliqui, ad gentis huius κακίαν, & malos, ac vi-
tiosos mores. Nam credibile hoc ex odio, quod vel
vitio gentis vel priuata aliqua offensa, in Ligures
habuit Virgilius, vt apparet ex illo 11.

Vane Ligur, frustraque animis elate superbis,
Ne cuncquam patrias tentasti lubricus artes.

Sed recte monet Germ. hunc cauillum non satis ap-
tum laudibus Italiæ.

Volsci veruti. 34. VOLSCOSQVE VERVTOS.] Non est hic mē-
tio, caue fallaris, veruti: sed veru, inde adiectiuum,
verutus, a, m. Itaque Volscos appellat verutos à ve-
ru, vt ab scuto posset scutatos, à clypeo clypeatos,
ait Erythræus: aut vtà veste vestitos, à cinctu cinctu-
tos, ait Turnebus. Nam si à veruto ductum esset no- B
men, verutatos diceret. Si quis malit, possit sequi
Lipsium lib. 4. Pol. Dial. 4. qui non *verutos* legit, sed
veruto. vt dicat Poeta, Ligures assuetos labori bello-
rum, Volscos iaculationi verutorum. In qua lectio-
ne iam veruti erit mentio, non veru. Scias hic, quæ
posteriore æuo Romanis dicta sunt *veruta*, priore
Veruta. Verricula. nominata, *verricula*. Auctor Veget. c. 15. lib. 2.

Indi imbelles. 35. IMBELLEM INDVM.] Notat ignauiam Asiæ
præ virtute Europæ. Caue hic intelligas Indum,
qui apparuit sub auis nostris, tam hic tantum opi-
nione olim notus, non oculis. itaque intelligit ex-
tremos Asiæ populos, qui Indi olim nuncupati, vt
Scythia appellata India. ipse clare explicat. Pro populis Scythiæ Indos fu- C
mi ex locis Suidæ obseruat Lipsius, & ego pro Africanis ex Appiano in Annibalicis, cum ait Annibalem iussisse, vt Indi conscensis Elephantis in Claudiana castra irrumperent. Et ex Quidio in Epist. v-
Æthiopes vocati Indi. bi ait, Andromedam raptam Perseo ab nigris Indis. vbi necessario intelligendi Æthiopes. Locum Procopij de hac re alij adnotarunt.

36. SALVE.] Notat Pontan. solemnem esse Poe-
tarum locum, vt post laudes alicuius rei, erumpant
præ admiratione in salutationem eiusdem. Firmat
loco Virgilij, Catulli, Ouidij. Idem adnotat Germ.
& aduocat Callimachum. Omitto, & addo ex me
Auctorem Hymni in Phœbum, quem sic concludit.
καὶ σὺ μὲν ὕστατος ἔρχεο δῖος καὶ λοῦσαι τε: *Et tu quidem sic* D
salue Iouis, ac Latonæ fili. Hymnum Veneris ita: χαῖρε θεὰ κύπρου· εὐκτιμένης μεδέουσα: *Salue Dea Cyprum*
bene habitatam regnans. In illis Hymnis magna est leges Papin. 2. Sylu. de Surrentino Pollij:

Sis felix tellus dominis ambobus in annos
Mygdonij, Pyliique senis.

Ausonium eid. 9. *salue magne parens frugumque virumque Mosella*. ex hoc more etiam Fracast. in exitu Syphilidis:

Salue magna Deum manibus sata semine sacro,
Pulcra comis, speciata nouis virtutibus arbos,
Spes hominum, externi decus, & noua gloria mundi.

Et Sil. lib. extremo post victoriam Scipionis:

Salue inuicte parens non concessure Quirino
Laudibus, ac meritis non concessure Camillo.

37. MAGNA PARENS FRVGVM, MAGNA VI- Italiæ Elo-
RVM. Est hoc magnum Elogium Italiæ, à quo non gia.
abeunt ista Plin. *omnium terrarum alumna, eadem &*
parens. Iterum: *Numine Deum electa*. Et lib. extremo:
in toto orbe, & quacunque cœli conuexitas vergit, pulcerri-
ma est omnium, ebusque merito principatum naturæ obti-
nuit Italia toto orbe. Et in Prooemio lib. 14. loquens de vitibus: *quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ*
est, vt vel hoc vno omnia genium vicisse, quamquam odo-
rifera, possit videri bona. Dio Chrysost. Orat. 11. Ἰτα-
λίαν· εὐδαιμονεστάτην χώραν τῆς Εὐρώπης: *Italiam totius*
Europæ beatissimam. Maiori Elogio Dionys. ἡ μόνον τῆς
Εὐρώπης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἁπάσης κεφαλὴ κατ' ἐμὲ δό-
ξαν, οὖσα Ἰταλία: *Non Europæ solum, sed etiam totius orbis,*
meo iudicio, princeps est Italia. Iterum: ταύτην κεφαλὴν
ἁπάσης λογίζομαι: *puto hanc esse principem*. Maiore adhuc
Artemidorus lib. 2. cap. 73. ὥσπερ γὰρ ὁ κρανὸς τῶν ἐν-
δόξων ἐστὶν οὕτω καὶ ἡ Ἰταλία τῶν ἐθνῶν: *Quemadmodum caput*
est Deorum domus, ita Italia Regum. A Philone in Flaccum εὐδαίμονι Ἰταλίᾳ: *beatæ Italiæ*. Ab Sophoc. in
Antig. κλυτᾶν Ἰταλίαν: *Italiam inclytam*. Ab Strab. quoque ἀρίστη vocatur: *præstantissima* à Propert. *pulcerrimæ*
sedes. Sidon.

—— cui non dedit optima quondam
Rerum opifex natura parem.

38. INGREDIOR.] Pari in re Ouid. 2. Fast.

At tua prosequimur studioso pectore Cæsar
Nomina, per titulos ingredimurque tuos.

39. AVSVS SANCTOS RECLVDERE FONTES.] Ductum, vt vult Columna ab Enn. qui 1. Annal. *nos*
ausi reserare fores.

40. ASCRÆVMQVE CANO.] Ita Propert. 2. *Tu*
canis Ascræi veteris præcepta Poetæ.

[a] Nunc locus aruorum ingeniis, quæ robora cuique:
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
[b] Difficiles primùm terræ, collésque maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladia gaudent sylua viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.
[c] At, quæ pinguis humus, dulcique vligine læta;
Quique frequens herbis, & fertilis vbere campus,
Qualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere, huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicémque trahunt limum; quíque editus austro,
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
[d] Hic tibi præualidas olim, multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites, hic fertilis vuæ,
Hic laricis, qualem pateris libamus & auro,
Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Lancibus

UVA. BHSC. BU 00239

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
[e] Sin armenta magis ſtudium, vitulóſque tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrentes culta capellas;
Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niueos herboſo flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
[f] Nigra ferè, & pinguis preſſo ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum (namque hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis.
Aut vnde iratus ſyluam deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignaua per annos,
Antiquáſque domos auium cum ſtirpibus imis
Eruit. Illæ altum nidis petiere relictis:
At rudis enituit impulſo vomere campus.
[g] Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris
Vix hùmiles apibus caſias, rorémque miniſtrat,
Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios æquè ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
[h] Quæ tenuem exhalat nebulam, fumóſque volucres;
Et bibit humorem, & cùm vult ex ſe ipſa remittit;
Quæque ſuo vitidi ſemper ſe gramine veſtit;
Nec ſcabie, & ſalſa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ eſt; illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

ARGVMENTVM.

Docet quatuor; videlicet quæ terra aptior ſit primùm oleis, deinde vitibus, tertio paſcuis, quarto frumentis: iſta ſeorſum, nam in fine conuinctim ponit indicia terræ illius, quæ apta ad hæc quatuor ſimul, oleas, vites, paſcua, frumenta.

EXPLICATIO.

[a] Est hæc quarta libri huius pars. Præmittit duobus verſibus dicturum ſe de ingeniis, id eſt, conditione aruorum: de robore, ac virtute quæ eſt cuique loco: de colore, qui aptior ad fructum: de natura, quæ idonea rebus ferendis. Et obſeruabis, redigi commode in hanc tractum materiam eâdem, etiamſi pertineat ad diuerſos libros Georgicorum. Nam, quæ dicet de frumentis pertinent ad librum primum, quæ de oleis & vitibus ad ſecundum, quæ de armentis ad tertium.

[b] Primo loco explicat, qui locus aptus ad oliueta. Ergo. Terræ difficiles tractatu: colles, qui maligni, id eſt, male ferentes: ad hæc, locus omnis argilloſus, dumoſus, calculoſus, aptus eſt ſyluis Palladis, id eſt, Oleis, quæ diu viuunt, & quas Dea Pallas inuenit. Huius rei indicium eſt, reperiri frequentiſſimè in eo tractu (id eſt, loco) Oleaſtros, & baccas ſylueſtres Oleaſtri per ſolum ſparſas: cur non ergo hic locus Oleas ferat, ſi colatur?

[c] Exponit ſecundo loco, quæ terræ aptæ vitibus. Illæ videlicet, quibus inſit pinguedo: quibus vligo, atque viuiditas perpetua; dum hic humor dulcis ſit, non ſalſus: quæ herboſæ ſint: quæ fertiles ad erumpendum in alia quæpiam præ nimia vbertate. Definiuit, vt vidiſti, locum à rebus quatuor, pinguedine, vligine, herboſitate, fertilitate. ante vero quam vlterius procedat, adhibet exemplum loci definiti. Vidiſti aliquando conuallem, in quam occipiēte tepore veris humor plurimus (hoc eſt enim, *amnes*) liquitur è montibus, qui ſecum trahit felicemque fœcundumque limum: huic ſimilem volo exiſtimes terram ad vites. Procedit, & adhibet duas alias conditiones. Campus, qui Auſtro eſt expoſitus, non Boræ: deinde, qui fert filicem, idoneus erit vineto. Hic obiter attigit, filicem inuiſam eſſe aratris, vt ad quā euertendam opus ſit multiplici iteratione, propter viuidas, ac ſibi ipſis implexas inhæréteſque radices.

UVA. BHSC. BU 00239

[d] Post definitum locum, exponit quales ibi vites proueniant. Hic (inquit) locus qui pinguis, qui vliginosus, qui herbosus, qui fertilis, qui Austro expositus, qui fert filicem, dabit tibi vites primum fortes, ac validas: deinde copioso vino fluentes, atque vuæ fertilissimæ: tertio tantæ bonitatis, vt eo vino possis Diis libare in pateris & auro, id est, in aureis pateris. Obiter vero attingit ritus sacrorum. nam adest minister pinguis, ex Etruria (vt frequenter solebat) accitus, qui inflat tibias ex ebore: & redduntur Diis exta in lancibus pandis, id est, patulis. Particulam *olim* quæ præcessit, explica *quouis tempore*.

[e] Expositi terram, quæ apta oliuetis, & vinetis; transit iam tertio loco ad explicandum, quæ sit pascuis commoda. Ergo, qui armenta curat, & vitulos (id est, armenta vitulorum, vere vitulos. est enim ἓν διὰ δυοῖν) qui oues, qui capellas, eligat pascua, qualia habet Tarentum, qualia Vrbs Mantua. Quibus in locis pascua sunt saltuosa, herbosa, rigua, rorida. Ad has enim quatuor conditiones reduco, quæ hic Poeta. Saltus clare ponit. Herbas in illis *herboso flumine*, &, *non gramina defuit*, & *saturi Tarenti*, id est, fœcundi. Aquas, cum nominat flumen Mantuanum, & fontes liquidos. Rorem in extremis illis, *exigua tantum gelidus ros nocte reponet*.

[f] Extremo, & quarto loco explicat agrum, qui aptus frumentis. Ille videlicet, qui niger, qui pinguis, qui putris natura, id est, solutus, ac facilis (hoc enim ars ipsa arando imitatur) frumentis erit optimus. Videas certe in hunc agrum multos aratores ire, multos ex illo decedere, & ex nullo plures. Sane per aratra inuiti aratores: cum vero ait plaustra, respicit genus illud aratri, quod rotulis agebatur, de quo ego iam locutus. Pergit. Ille etiam ager bonus erit frumentis, qui habuit prius syluam, nemora, arbores, quam tamen syluam arator deuexit domum ad vsus suos, iratus tandiu inibi perstitisse, cum sui incommodo: euertit nemora, eruit arbores stirpitus, in quibus aues nidos habebant, quæ euersis domibus in cœlum auolant: at vero statim loco syluæ, nemorum, arborum inutilium apparet, enitescitque campi illius bonitas, vt primum arator vomerem inducit; qui sane campus hactenus rudis fuerat, quia nunquam aratrus.

[g] Non contentus dixisse indicia terræ aptæ ad frumenta, addit indicia illius, quæ inepta est, vt ita melius cultorem agrorum perducat ad notitiam. Pendet sententia ex superioribus, hunc in modum. Quæ nigra est, quæ pinguis, quæ putris, quæ habuit syluam, optima est frumentis: nam glarea, tophus, creta probanda non sunt; non glarea, quia ieiuna, id est, infœcunda, præsertim si sit in cliuo, vbi humor nequit consistere, & quæ præ tenuitate vix fert casiam apibus, vix marinum rorem, vulgò rosmarinum. non tophus, quia hic scaber est; non creta, quia hæc aptior potius ad chelydros: & qui rerum naturam sciunt, negant alios agros æque aptos esse ad proferendos cibos serpentibus, ad præbendas illis latebras. Id est, affirmant terram, tophaceam, cretosam, aptissimam esse serpentibus.

[h] Discriminauit hactenus terras, quæ seorsim aptæ essent oliuetis, vinetis, pascuis, frumentis: nunc coniunctim ponit indicia quatuor terræ illius, quæ apta quoque ad ea quatuor. itaque ait. Quæ exhalant nebulam, & fumos; quæ humorem bibit, & remittit, eū vult (hoc est, explicatore Scalig. in Theop. quæ vliginosa est proprio succo, vtique ἐνυμ.) quæ semper est vestita virenti gramine; quæ non inficit ferrum scabricie, & rubigine: hæc apta erit texendis vitibus cum vimis, ferax olearum, facilis pascendo pecori, patientissima aratri ad frumentum. Talis est ager Capuanus; talis Campanus, qui vicinus est Vesuuio monti; talis ille, qui proximus Clanio fluuio, qui fluuius iniquus est vrbi Acerrarum, nam hanc sæpe suis inundationibus delet, vacuamque efficit.

A

B

C

D

E

NOTÆ.

1. ARVORVM INGENIIS.] Ita Plin. 14. cap. 1. *Ad cœli mores, solique ingenia*. Sil. lib. 4. *collis ingenium*. Quid. in Epist. *Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti*. Tertul. de Hab. Mul. *Herbarum ingenia*. Ingenium de aruis.

2. QVÆ SIT REBVS NATVRA FERENDIS.] Attingit hic rusticorum curam, quæ esse maxima debet in consideranda natura & ingenio terræ, vt videat quid potissimum ibi mandari debeat, quid non. De quo præcepto dictum iam 1. Georg. Sed Auctoribus ibi à me indicatis addi isti possunt, in quos postea incidi. Plato in Theæt. ait, χρεὼν εἶναι σκοπεῖν γῆν ποῖον φυτεύσῃ τις σπέρμα καταλιπεῖν: *considerandum quod in solum, quam plantam quodve semen iacere debeat*. Claud. Paneg. Manl. & Theod.

Nosse soli vires, memori quæ commoda rupes,
Quis felix olea tractus, qua glebe faueret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles.

3. DIFFICILES TERRÆ.] Vide quot modis indigetet: *difficiles terræ, maligna, tenues, dumosæ, calculosæ*. Inf. *Ieiunæ, glareosæ, tophaceæ, scabræ, exesæ*. Theophr. μανὴ, λεπτὴ, σπιλὰς, λυπρὰ, κακόρριζος, κακὴ. Eur. ἀχαεῖς χθόνες, à quo Varro, & Mart. *ingrata*. Pergo ad præceptum Virgilianum. Illud firmant Theophr. 2. Caus. c. 1. ἃ σπιλὰς, ᾗ ἔτι μᾶλλον ἡ λιθώδεις, ἐλαιοφόρος: *Argilla, & tellus albicans optima oliuetis*. Cato capit. 6. quæ præcipit oleam Licinianam seri in *macro solo*. Eadem ex eodem Plin. 15. c. 5. Idem Plin. 17. cap. 4 *glareosum oleis solum apissimum in Venafrano*. Auctor Geop. lib. 9. loquens de oleis, ἡ λεπτὴ καὶ ὑπόπυρος ἐπιτηδειοτέρα, καὶ μαστυρεῖ ἡ ἀσπάλαθος: *apta est* (oleis) *tenuis terra, testimonium dat Attica*. Iterum ad oleas probat terram λιθώδη γῆλλον, & σκληρόγηλλον: *argillæ albæ, argillæ duræ*. Quæ attuli, pertinet omnino ad præceptum Virgilij, nam dissidia, quæ in auctoribus reperi, dum interdum assignant oleis pingue, & fertile solum, vt non necessaria ad Virgilium, hinc amputaui, cum paranissem. Iuuat tamen vehementer (hoc non omittam) sententiam Virgilij præceptum commune de arboribus, quæ amant solum non fertile. Theophr. 1. Caus. capit. 22. ait arbores prouenire in terris τοῖς ἀφαρσὶς, καὶ τοῖς πετρώδεσι: *fabulosis, saxosisque*. & 2. cap. 5. ait proficere ἐν τοῖς λεπτοῖς τε καὶ ξηροῖς. Iterum, ἃ λεπτογεῖα, ξυλοφόρα εἶναι. & cap. 6. loquens in vniuersum de plantis: μανὴ γῆ, καὶ λεπτὴ, ξυλοφόρος ἀγαθή. Dat duplicem rationem, & cur obsit pinguis, & cur prosit tenuis. Obest pinguis, *quia exsiccat supra modum*. Prodest tenuis, quia hyberni imbres alte præ tenuitate descendunt, & perueniunt ad radices arborum, quæ in profundo. Eandem rationem reddit, 1. Caus. capit. 22. Paria cum illo scriptores omnes rei rusticæ, & cum his Xenophon. in Oecon. ὑγροτέρᾳ τε ἐσᾳ (γῇ) σεσὲ ἢ σπόρον, ἢ ἀλμυρωτέρᾳ σεσὲ σὺτε ἀστερία *vliginosior frugibus, sterilior arboribus aptior*. Hoc itaque præceptum commune de arboribus, quis dubitet pertinere ad oleas? Sed est contra ea, quæ dixi telum Theophrasti, qui 3. Caus. c. 7. ait consentire plures, ἃ εὔγειον, ἀγαθὸν ἐλαίαις: *solum fertile, habile esse oleis*. Ab hoc telo duplex fuga. Prima, lectionem Theophrasti esse corruptam. nam Gaza εὔγειον interpretatur *solidum*, Oleis quæ tellus apta.

Arbores vbi proueniant.

VVA. BHSC. BU 00239

Præcipiti deducta polo.

Medea apud Senecam: *Hyadesque nostris cantibus motæ labant.* Scribit Clemens in Itinerario B Petri, Zoroastrem magum elicuisse ex stellis veluti scintillas quasdam. Apuleius post verba adducta: *stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.* Absolui, quæ promisi. Addam erroris huius originem. Plutarch. de defectu oracul. initium illius refert ad Aglaonicem Agetoris filiã, quæ, vt Astrologiæ perita, simulauit prima omnium se Lunam incantare, ac deuocare, cum illa erat in Eclipsi: Turnebus, quod videtur Germano placuisse, commentum hoc euocationis Lunæ Callimacho tributi, eam è cœlo in amplexus Endymionis descendere fingenti.

Deductionis Lunæ vndeciror natus.

4. CIRCE.] De hac fabula vide Virg. 7. Æn. Homer. 10. Odyss. Ouidium in Metam. Et tua Dictionaria. Attigit Petron.

— Phœbæque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.

5. VLYSSI.] Ita legas, non, Vlyssis. De quo alibi latè.

Frigidus, pro, venenatus.

6. FRIGIDVS.] Sequutus sum explicationem Delrij nostri, qui *frigidum anguem* accipit, nocétem, noxium, mortiferum, venenatum. In Sen. Agam. ad ea verba, *frigidus custos* ait: *Draco noxius, & veneno plenus. Sic Virgilius frigidum anguem vocauit.* Idem alibi, illud Virg. in Ciri: *Inde Ioui geminat, magno frigidula sacra*, explicat, noxia. Nam vetus Interpres Iuuen. in Sat. 7. ait: *gelidum pro mortifero, quia mors frigida est.* Adiungo istis versum ipsius Iuuenalis, & Macrum, qui cicutam, quæ venenata est, sic vocant, prior Sat. 7.

Nil præter gelidas ausa conferre cicutas. Posterior:

Frigida lethifera vis, & natura cicutæ,
Vnde necat gelidi potantes more veneni.

Demum addo auctoritatem Galeoti Martij lib. de Promiscua Doctrina c. 12. qui ait, doctè Poetam appellasse anguem frigidum, id est, venenatum. Nam per excellentiam, quæ sunt venenati, dici possunt frigida: quia venena huius naturæ momẽtanea sunt, & calidis multo deteriora. Et Isidori, qui cap. 4. lib. 12. ait: *Omne autem venenum frigidum est, & ideo anima, qua ignea est, fugit venenum frigidum.* Ad rem sunt versus Nicand. in Ther. de serpente quopiam, à quo qui puncti sunt, statim inhorrescunt frigore instar grandinis, etiamsi pungantur in media æstate. Sed, ne quid dissimulem, pugnat nonnihil cum his, quæ dixi, auctoritas eiusdem Isid. qui eodem loco: *Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt. Nam, quando sunt frigidæ, nullum tangunt. Vnde & venena earum plus die, quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, & merito, quia frigida sunt nocturno rore.* Hæc, & quæ sequuntur, facile solues, quoniam ista non pugnant contra frigiditatem veneni: aliud est enim, venenũ esse frigidum; aliud, animal, à quo venenum illud, calidum. Vnde, postea ille adducit verba, quæ iam præmisi, de veneni natura semper frigida. Quę pertinent ad Imitationem, breuissimè absoluam. Theoc. ante nostrum εἰδ. 15.

——τὸν ὄφιν ὅσσον τε μάλιστα δεδοίκω

Et Catullus: *frigidum serpentem maxime timeo a puero.* Tertull. Opulc. in Genes. (non Cyrian.) *sexta-que prægelidos vi spiras lubricat angues.* Iterum: *serpebat iacitæ spiras frigentibus anguis.* Nonn. 2. ψυχεὶ νῶτα δ' ἐχόντων.

7. CANTANDO.] Verbum *cantare* pro, incãtare, & exercere cantiones (mitto sic à doctis Virgilium explicari) Ouid. quoque vsurpauit 2. Am. El. 5. *Aut vbi cantatis Luna laborat equis.* Et 3. Am. El. 6.

Cãtare, pro, incantare.

Flectibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

8. RVMPITVR ANGVIS.] Nescias quo fato angues subditi fuerunt magarum cantionibus, adeò huius rei frequens mentio. Manil. lib. 1. *Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.* Nemes. 4. Ecl. *Cantauit quod Luna timet, quo rumpitur anguis.* Ouid. 2. Am. El. 1. *Carmine desiluit abruptis faucibus angues.* & 7. Met. *Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces.* Tibul. lib. 1. *Cantus & iratæ deiinet anguis iter.* Seneca in sacris Medeæ,

Angues subditi incantationibus.

Hic sera serpens corpus immensum trahit,
Trisidamque linguam exserat, & quærens quibus
Mortifera venia, carmine audito stupet,
Turnidumque nodis corpus aggestum plicat,
Cogitque in orbes.

Lucilius lib. 20. Satyr.

Iam dissumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Dissumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Maga apud Petron. lactabunda:

— mihi flumina parent,
Hyrcaneque tigres, & iussi stare Dracones.

Lucanus lib. 6. de virtute Magarum Thessaliæ:

— gelidos his explicat orbes,
Inque prunoso coluber distenditur arvo:
Viperes coeunt absupto corpore nodi,
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

Sil. lib. 3. de Marmaridis:

Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere cerastæ. Alibi:

— serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tractuque graues sopire chelydros,

Sed & serpentes incantari solitos ostendit Del. lib. 2. Disq. ex Petro Chieza, Aloysio Chadamusto, Mago Saltzburgensi, sanctis Patribus. Lege illum, & adice quæ Val. scribit lib. 8. Arg. de Dracone Colchio incantato à Medea, & quæ de eodem Apollonius. & verba Platonis 2. Polit. βεβούλυμαι γάρ μοι φάναι τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὄφις ἀλλοθύμους: videtur mihi Thrasymachus tanquam serpens carminibus delinitus. Et Historiam aspidis, quam omnes narrant, vide signatè apud Isidorũ c. 4. lib. 12. Ait Plato in Euthydemo, incantationem ferarum, scorpionum, viperarum, & demum bestiarum, nihil esse aliud quàm κήλημα, id est, lenimen quoddam, & mitigationem. Quod omnes ferè per verbũ *rumpo*, Apollonius loquens de Dracone Colchico ἀναλύεται, *dissoluitur.*

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Incipit Maga ab ternario numero, qui potentissimus in hac arte.

EXPLICATIO.

CIRCVNDAT Maga loquens cum Daphnide primùm terna licia, quibus item color triplex: deinde

VVA. BHSC. BU 00239

fluminum alluuie & inundationibus concreuerint, aptas esse vineis asseuerat, nec non dissentiente. Et hæc Pallad. 2. tit. 13. loquentis de terris vitiferis: *vel vallas, quas fluminum saturabit aggestio.*

10. EDITVS AVSTRO.] Duo dicit, & vinetum debere esse in loco edito, & versus Austrum. De primo, multa iam ad illud *Bacchus amat colles.* De altero vix quicquam statuas. Nam Pallad. 1. tit. 7. discriminans ait, agrum vineti in locis frigidis debere respicere aut Orientem, aut Meridiem: in calidis Septemtrionem. Latiùs libr. 2. titul. 13. *Plagam cæli vinea spectare debet locis frigidis Meridianam, calidis Septemtrionalem, tepidis orientem, si tamen Austros, vel Euros regio non habeat inimicos. Quod si hoc est vitium, melius in Aquilonem, vel Fauonium vineta dirigimus.* Colum. 3. c. 12. multa de hac lite. Post quæ ille sic statuit: *Nobis in omnibus sum præcipere optimum visum est, vt in locis frigidis Meridiano vineta subiiciantur, tepidis Orienti aduertantur, si tamen non infestabuntur Austris, Euroque, velit ora maritima in Bœtica. Sin autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxiæ, melius Aquiloni, vel Fauonio committentur: nam feruentibus prouinciis, vt in Ægypto, & Numidia, vini Septemtrionis rectius opponentur.* Auctor Geop. multa etiam de hac re libr. 5. & ipse demum sic: τοῖς μὲν χειμερινοῖς τόποις ἡ ἀρκτῶοι ἀνέμοι ὑπηνέμοις, τοῖς δ' ἀνεμοις οἱ νότοι: Tepidioribus locis Septemtrionales venti commodi sunt, frigidis Austri. Alia est ratio Colum. 3. cap. 2. *Magis exuberant Aquiloni prona, sed sunt generosiora sub Austro.* Consentit in ea ratione Pallad. lib. 1. tit. 6. *Aquilo vites sibi obeditas fœcundat, Auster nobiliat.* Plin. 17. c. 23. discriminat inter vites, & palmites, ait enim: *vites Aquilonem spectare debent ipsæ, palmites autem earum Meridiem.* De vniuersis arboribus in communi Theophr. & quidem laudans: μεσημβρίαν μὲν μᾶλλον ἀνθεῖν, ἧττον δὲ βορέαν: habetur hoc 3. Catul. cap. 9. vide etiam Plinium libr. 17. c. 2. ad finem, vbi meminit versus Virgiliani, quem iam vidisti in Columella. Ex tam multiplici dissensione nihil mirum dici à Pap. 5. Sylu.

——maligno
Afflantur vineta noto.

11. FILICEM.] Plin. 17. cap. 4 *Virgilius & quæ filicem ferat non improbat vitibus.* Columell. 2. cap. 2. iubet, considerandum esse agrum, qui sit *filicis impeditus.*

12. PRÆVALIDAS VITES.] Fortasse non commune epithetum, nam Pallad. lib. 3. tit. 9. inter multa vitium genera meminit earum, quas dicunt *validas.* Et Auctor Geopon. libro 4. ἰσχυρὰς, ἀκμαίας ἀμπέλους.

13. PINGVIS TYRRHENVS.] Vel notauit vitium gentis, nam Catul. Epig. in Egnatium: *Aut parcus Vmber aut obesus Etruscus,* & Dionys. in 9. scribit, Etruscos laute viuere solitos: vel expressit habitudinem eorum, qui tibiis canunt; ij enim, vt plurimum, pingues, & obesi. Tangit quoque obiter inuentum tubæ, quod fuit Etruscorum. Ideo Sophoc. in Aiace: γαυλοῦ κώδων' ὡς πυρσωπὸς: *Tanquam somnus tubæ Tyrrhenicæ.*

14. LANCIBVS.] Lances ad sacra pertinuerũt, in his exta imponebantur. Inter supellectilem templi Iunonis lances quoque enumerantur ab Apul. 2. Flor. *Enim vero fanum Iunonis antiquius faimgeratum ibi donarium Deæ per quam opulentum: plurima auri, & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiusmodi vtensilibus.*

15. REDDIMVS EXTA.] Notat Seru. *Sacerdotum vsus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa ara superponebantur.* Vide vt Seruianum hoc illustret Briss. 1. Form.

16. SIN ARMENTA.] Illustro breuiter quatuor illas conditiones. De terra saltuosa, Columel. libr. 7. cap. 2. assignat cuidam ouium generi situm *sylue strem, & montosum,* & alteri, *collinum.* Eo pertinet verba Varronis lib. 2. Rei Rust. cap. 5. *Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, vbi virgulta, & frons multa.* & eiusdem lib. 4. Ling. Lat. explicantis, quid sit saltus: *Quos agros non colebant propter syluas aut id genus, vbi pecus possit pasci, & possiadeant, ab usu suo saltus nominarunt. Hæc etiam Græci τὰ ἄλσεα, ἢ νομὰς, nostri nemora.* Obiter nota, indicari à Varrone, nemora dici ἀπὸ τῶν νομῶν, à pascuis. Redeo. Plato in Timæo de re alia agens, pastores ouium & boum constituit ἐν ὄρεσι, *in montibus.* Transeo ad herbas, aquam, rorem. nam vicina hæc omnia. De bobus loquens Colum. lib. 5. cap. 5. præfert *viride pabulum* omnibus. & addit consentanee ad Poetam, *quod tamen nisi riguus, aut rosidus locis non contingit.* Varr. de Vaccis c. 6. lib. 2. *eas pasci oportet in locis viridibus, & aquosis.* Homer. alludit 18. Iliad. ἐν λειμῶνι, ὅθι τ' ἀρδμοὶ εἶεν πᾶσι νομοὶ βοεσσιν: *in fluuio, vbi erat aquatio armentis omnibus.* Ab eodem odyss. 13. Ithaca dicitur βοσκέτ' ἐπ' *bona pascendis bobus.* quia videlicet illi inerant tum ὄρεα, tum ἀρδμοὶ ἐπιτηνοίτιοι, & *rigui perpetui.* Autor Geopon. libr. 18. ait, oues deducendas ad pastum in æstate, φρίν ἢλιον ἀναχεῖν ante solis exortum. & reddit rationem, quia tunc ros nondum solutus. Ita Virg. 8. Ecloga, *Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est.* Greg. Nazianz. Orat. 1. ait pastori & bubulco id esse muneris, vt quærat, τὰ ἐυυδρα, καὶ ὑπόνωμα τῶν ἀγρῶν, & *compascua loca.* De equis Aristot. lib. 8. Histor. c. 24. χαίρουσι δ' οἱ ἵπποι τοῖς λειμῶσι, καὶ τοῖς ἕλεσι: *Gaudent pratis riguis, & paludibus.* De pascuis caprarum lege signate versus Eupolidis apud Macrobium lib. 7. cap. 5. & Columel. libr. 6. cap. 7.

17. VRENTES CVLTA CAPELLAS.] Capræ exitiales sunt lationi, frugibus, fructibus. In prædiorum rusticorum locatione excipi solitum fruit, *Colonus in agro siruulario capram natum ne pascat,* quæ verba sunt in Varr. 1. Rei Rust. c. 2. iterum lib. 2. c. 5. *In lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat.* Addit rationem, *horum enim dentes inimici sationis.* Seruius hic: *omne enim, quod momordernt, vrit. Vnde est admorso signata in stirpe cicatrix.* Scholiastes Aristophan. loquens de capro in celebritate Alcoliasmis: δοκεῖ γὰρ ὁ τράγος ἐν τοῖς ἀμπέλοις τὸ ζῶον: *Videtur esse hoc animal vitis inimicum.* De eadem re Zetzes Comment. in Hesiod. ὁ δὲ τράγος τὰς βλάστας τῆς ἀμπέλου τρώγων, λυμαίνεται ταύτῃ τοὺς βότρυς: *capinos vitium rodens, illis plurimum nocet.* Plin. 8. c. 50. *Morsus earum* (caprarum) *arbori exitialis. Oleum lambendo quoque sterilem faciunt, eaque ex causa Minerua non immolantur,* & 17. c. 24. *oleam quidem etiam si lambat capra, sterilescere auctor est Varro.* Sed lib. 15. cap. 8. assignat tempus: *oleam, si lambendo capra lingua contigerit, depaneritque primo germinatu sterilescere, auctor est Varro.* Hæc fortasse causa, cur Athenis capræ in arcem non agerentur, nisi semel ad necessarium sacrificium, ne oleam ibi primum editam violarent, ita notat Dalecampius. Redeo ad Plinium, qui libr. 12. cap. 17. *capras maleficum frondibus animal.* Demum Seruius infra hoc lib. *Caper, qui obest vitibus.* Iterum: *Cum capra nunquam sine febre fit.* Quod extremum testimonium habet rationem dictorum hactenus. Ideo enim exitialis, vrens, malefica, noxia, quia semper ægra. Vide etiam, quæ infra adducam ex Varrone ad illud: *Non aliam ob culpam Bacchо caper omnibus aris Cadit.* Ad Virgilij verba alludit Symmachus lib. 1. Epist. 25. *An vereris æmuli venena lectoris, ne libellus tuus admorsu duri dentis vratur.*

Arméta, vbi pascenda.

Vineta quà mundi partem debeant expectare.

Nemus vnde dictum.

Capræ exitiales fructibus.

Vites validæ.

Tyrrheni cur pingues.

Lances in sacris.

Capræ semper ægræ.

18. SA

VVA. BHSC. BU 00239

18. SATVRI TARENTI.] Tarentinæ oues in pretio. Tertul. de Pal. cum Milesiis, aliisque, vt præcipuas, coniungit. Plin. 8. c. 48. *Circa Tarentum Casmenæ summæque summam nobilitatem habent.* Meminit & pecoris Tarenti Colum. in Præfat. Sed quare *saturi*? Seruius: *au. fœcundi, aut quod est iuxta opidum Saturum. Tarentum enim, & Saturum vicina sunt Calabriæ ciuitates.* Primum præfero.

19. INFELIX MANTVA.] Petenda hæc ex 1. Ecl. & 9.

20. HERBOSO FLVMINE.] Ait Virg. expressum Homeri epithetum, qui ποταμὸν λειχήνιλον dixit.

21. CYCNOS.] Quia in fluuio Mantuano cycnorum copia, dictus est Virgilius *Cycnus Mantuanus*. Quære indicem. Ceterum quis nescit auis huius ingenium amantis aquas? Nazianz. in epist. de hac aue, ἀμφὶ τὰς λιμνώδεις διεξιεν, ᾗ τὰς ποτιμὰς. Apul. 3. Flor. *Olores apud auios fluuios carmen senectæ meditantur.* Quid. *Ad vada Mæandri concinit ales olor.* Dio Chrysost. Orat. 12. cycni musicam exhibet ὀχθῃ ὑγρᾷ ποτιμίᾳ πυδὲ: *ad ripam alicuius fluminis.*

22. ET QVANTVM LONGIS, &c.] Quod hic scribit Poeta, pene prodigiosum est. Paria ista Vart. 1. Rei Rust. cap. 7. *Cæsar Vopiscus Ædilitius, causam ageret apud Censores, campus Rosea, Italia dixit esse sumen, in quibus vehicta per ea. postridie non appareret propter herbam.* Eadem scribit Plin. lib. 7. c. 4.

Roseæ Italiæ prodigiosæ.

23. LONGIS DIEBVS.] Sumtum ab Hom. qui ἤματα μακρὰ.

24. CARPENT.] Nil tritius hoc verbo in re rustica ad exprimendum pastum animalium. Virg. 3. Georg. *carpemem herbas.* Calp. 5. Ecl. *--decerpere gramina campo.* Nemes. 1. *--decerpant gramina tauri.* Notat vero Germ. sententiam horum duorum versuum similitudinem habere cum illo Hesiod. Theog. de hepate Promethei, quod interdiu deuoratum ab aue, tamen

Carpo.

——ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ
Νυκτὸς ὅσην ἐφέπων ἦμαρ ἐδ' ἐπιφλύσσεσκε ὄρνις,
——*crescebat par vbiq.*
Noctu, quantum toto die edabisset auis, cui existente ala.

25. NIGRA.] Præfert ad frumenta terram *nigram, pinguem, putrem.* de primo Hom. 19. Odyss.

Frumentis quæ apta tellus.

——φέρησι δ' ἔριπε μέλαινα.
Πυρὸς, καὶ ζειδὸς:
——*Ferat autem nigra terra*
Triticum & hordeum.

Quæ verba etiam aduocat Plato 2. Polit. Theoph. 1. Caus. c. 6. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τῶν μελάγγεων ἐπαινοῦντες, ὡσπερ λεωφάνης: *Hoc etiam idem sentiunt, qui solum nigrum commendant, vt Leophanes.* Plin. 18. c. 6. loquens de agrorum bonitate: *item nigra terra,* Auctor Geopon. lib. 2. ἄριστη γῆ ἡ μελαγχρὼς: *terra nigra optima omnium.* Addit rationem: ὅτι καὶ ὑμβρίοι φέρει, καὶ αὐχμὸν: *quoniam fert imbrem, & sicci aiem.* Cato lib. Rei Rustic. c. 151. terram pullam vocat proprio elogio *teneram.* cum alii *vbi terra tenerrima erit, quam pullam vocant.* Cuius sententiam, vide vt explicet, & celebret, Homeri etiam exemplo, Plinius lib. 17. c. 5. Meminit terræ teneræ idem Plin. 18. c. 27. Quamuis verò colligi ex Catone, Plinio, Columella, & aliis potest, nihil est aliud terra tenera, quam putris: putris autem, vt plurimum, nigra est. Scias quoque, Columellam lib. 2. cap. 2. cum dixerit ex aliorum consensu nigrum colorem esse indicium bonitatis terræ, in hoc ipsum hærere, & dubitare: quia hic color aliunde potest prouenire, quam ex bonitate terræ. Ideo fortasse consideratissimus Poeta, non absolutè *nigra,* sed, *nigra fere*, quia hoc vtplurimum contingat, non semper. De altero Theophrast. 2. Caus. cap. 6. ait commendari ab omnibus terram πίειραν, *pinguem.* & 2. lib. c. 5. τῶν μὲν πίειραν ἀμείνω σιτοφόρον: *solum pingue melius est frumenti.* & 1. Caus. cap. 22. vt negat πίειραν arboribus, ita fatetur esse ἀρίστην πρὸς σῖτον: *Optimam frumentis.* & 3. cap. 26. ἡ δὲ πίειρα συφορὰ δ': *pinguis ferax est tritici.* Columell. lib. 2. c. 2. in laude ponit ad frumentum agrum pinguem. Adeo hoc verum, vt Colum. pinguem, & frumentarium pro eodem capiat, cum scribit lib. 2. c. 2 *frumentarius ager, id est, pinguis.* ita vero ille probat pinguedinem, vt eam dicat nihil prodesse sine dulcedine. Aitque signa confessa neque dubia apud omnes agri pinguis & fertilis ad frumenta, esse dulcedinem soli, herbarum & arborum prouentum. De tertio, h. e. de putri, ac soluto & resoluto agro, Theoph. 3. Caus. c. 7. οἷς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρίστη πάσιν ἡ μανὴ, καὶ κουφὴ, καὶ εὐκίνητος: *In summa, ager ille optimus est, qui solum leue, & mobile.* Addit rationem, εὐπεφόης γὰρ μάλιστα, ᾗ εὐαυξεστάτη: *facile enim & ad alendum, & ad augendum præcipuus.* Eadem dixerat lib. 2. c. 6. vbi hanc terram vocat ἀρίστην πρὸς σπέρματα. Eadem cap. 5. eiusdem libri, vbi adducit rationem hanc: διὰ τοῦτο δ' ὅσα τῶν ἐξέλκεσθαι ῥᾳδίως δυνάμενα: *facile enim penetratur vsque ad radices, & frugifera est.* Colum. 2. c. 2. *Nihil non melius resoluta humo, quam densa prouenit.* Quod firmat versu isto Virg. *& cui putre solum, &c.* Reddit vero rationem istam: *Pinguis, ac putris, quia cum plurimum reddat, minimum poscit: & quod postulat, exiguo labore, atque impensa conficitur.* Quare absoluit: *Præstantissimum igitur tale solum iure dicatur.* Palladius quoque 1. Tit. 6. ita statuit: *Frumenta omnia maxime letantur patenti campo, & soluto.* Ita vero hoc necessarium; vt dicat Colum. 2. c. 4. veruactum complurib. iterationibus resoluendum esse in puluerem. Non aliam, quam putrem, vidatur Æschylus intellexisse, quem aduocat Plato 2. Polit. cum dixit, βαθεῖαν ἄλοκα καρπέμβολον: *profundum sulcum frugiferum esse.*

Pinguis terra frumentis optima.

Putris terra frumentis optima.

Tenera, quæ.

Tarentinæ oues in pretio.

26. AVT VNDE IRATVS SYLVAM.] Duo dicam, & de epitheto, & de præcepto. Primum illustrat Victorius in 2. Rhet. Aristi: Arator *iratus* dicitur, vel quia pauper *iratsei* solet in eas res, è quibus ille paupertatem contraxit, quod fere scribit Aristi. dicto loco; aratorem autem penuria grauatus, quod ex angusto agello modicos fructus capit, syluas iracitur: vel eo verbo Poeta expressit studium vehemens agricolæ in euertenda sylua. Alterum ego ex Columella scribente lib. 2. c. 2. *Nemo sos. fruteto sq. incultus duplex cura est, vel ex stirpandis radicitus arboribus, & remouendis: vel si rara sint, tantum succidendis, incendendisq. & marandæ.* Palladio lib. 1. tit. 6. *si sub ager est syluis inutilibus tectus, ita eum diuide, vt loca pinguia pura reddas noualeis, loca sterilia syluis tecta esse patiaris: quia illa naturali vbertate respondent, hæc beneficio latantur incendij.* Plin. 17. c. 5. *Tulis fere est in noualibus cesa vetere silua, qua consensu latebat.*

Arator cur dicatur iratus.

27. DOMOS AVIVM.] Fatentur omnes ductum hoc ex Lucret. qui lib. 1. *Frondiferasque domos auium, camposque virentes.* Sed Virgilij integrum locum reddidit Manilius lib. 2. his versibus:

--ruinque cecidere nemus, saltusque vetusti
Procumbunt solemque nouum, noua sidera cernunt.
Pellitur omne loco volucrum genus, omne ferarum,
Antiquasq. domos, & nota cubilia linquunt.

Paria cum Virgilio Sil. lib. 4. vbi de populo vastata igne:

——demisit in altum
Populus assetas ramis habitare volucres.

& lib. 5. loquens de arbore nutante, eandem rem auium attingit:

VVA. BIBSC. BV 00239

Cum Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
Fronde super tremuli vix tota cacuminis harens
Luctatur,nido pariter luctante volucris.

Hæc eo pertinent, vt ad imitationem Virgilij excisam arborem exornes, illata querimonia volucrum ibi degentium. Sed vt, & *domus* pro nido, ita Calab. lib. 12. Philomelam inducit flentem ἀμφὶ δόμων κενεὸν, *circa vacuam domum*, id est, nidum. Affine quiddam Homer. 5. odyss. nam translationem sumit à cubili. ἔρυσθε, inquit, εὐνάζοντο. Inde & Cicer. 2. Nat. *aues cubilia sibi nidosq; construunt.* Pap. in Achil. *alta cubilia*, id est, nidos. Opp. quoque 1. Hal. εὐνὴν dixit pro nido. Idem sæpe in Aristotele obseruaui.

Domus pro nido.

28. RVDIS ENITVIT.] Colum. 2. cap. 2. *Expediendi rudis agri rationem.* Theophra. 3. Caus. 9. dixit φυτῶν παιδιὰν: *plantarum eruditionem.* Ager enim eruditus dicitur: est enim nihil aliud eruditi, quam amittere ruditatem.

Eruditus ager.

29. TENVEM EXHALAT NEBVLAM.] Theop. 2. Caus. c. 6. μὴ τὸ πρῶτον ὕδωρ ἐξιέναι: *post imbrem primum, vaporem exhalare.* Loquitur de terra. Lucret. 5. *Pulueris exhalat nebulam.* Plin. 17. cap. 4. *aut* (terra) *quæ tenues exhalat nebulas.*

30. FVMOSQVE VOLVCRES.] Alas dat fumo. ita 7. Æn.

Fumo dantur alæ.

—*volat vapor ater ad auras.* Manil. lib. 1.
—*rara vaganiur*

Principia auraruin, volucrique simillima fumo.

Alæ de fumo, & aliis. Silius lib. 13.

—*fumóque volucri,*
Et nebulis similes animas.

Eurip. Troad. ad finem. κόνις ἴσα καπνῷ πέτυγε: *puluis similis volanti fumo.* & paulo ante: πέτυγε ὁ καπνὸς: *fumus cum ala*, aut: *fumus alatus.* Lucret. lib. 1. *volucrum flammarum.* Transtulit idem ad nubes lib. 5. *nubes volantes.* & Ouid. 1. Metam. *nebulas volucres.* Affinis Homerus Il. 15. ἐκ νεφέων πῆτται νιφάς, ἠὲ χάλαζα: —*ex nubibus volat nix, atque grando.* & 19. νιφάδες ἐκπετέονται: *volant niues.* Vt vero nebulas vocat fumos, ita Seneca Tragic. vel quis Auctor, in Thebaide: *Fumoque similes campus in cœlum erigat Nebulas.* & ante hunc Calab. lib. 4.

Πυλὸς δ' αἰζηῶν ἴκανε κονίσαλον ἐκ πεδίοιο
Καπνῷ, ἢ ὁμίχλῃ ἐναλίγκιον·
Multum autem pulueris in sublime ferebatur è campis,
Fumo aut nebulæ similis.

31. SE GRAMINE VESTIT.] Vetus Poeta in Tragœd. —*herbis prata conuestiuere.* Cic. 2. Nat. *Terra vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus.* Mart. lib. 10. Epigr. 51. *Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos.* Salust. Iug. *collis vestitus oleastro.* Auson. —*iugum vinidemia vestit.* Claud. 3. Pap. *vestitos gramine campos.* Patri forma, etiam si verbo alio, Plinius Paneg. Traian. *Ægyptus tantis segetibus induebatur.* Colum. 4. c. 24. de Vitibus: *se induunt vuis.* Calaber. lib. 13. de monte κατειμένον ὕλῃσιν: *indutus syluis.* Accepit ab Hom. odyss. 13. & 19. ὄρεϊ κατειμένῳ ὕλῃ: *mons indutus syluis.* ita è contrario Symmach. epist. 52. lib. 1. *rosas humo exsuit.* & Alcimus libr. 4. *Nudati colles, spoliatus arbore syluis.* Basil. ὁμ. 5. ἐξ. de arboribus, γυμνούμενα: *nudatæ.*

Vestitu gramine.

32. LÆDIT RVBIGINE FERRVM.] Plin. 17. cap. 4. de quodam genere terræ: *ferrog, omnis rubiginem obducit.*

33. VESEVO.] Errorem Seruij in hoc loco satis iam multi reprehenderunt. Abstineo.

34. ORA IVGO.] Quæ hic de Nola Italiæ vrbe nonnulli fuse, vt improbabilia omittimus. Tu lege Agell. 7. Noct. cap. 20. vtrunque Pontanum, priorem in Actio ridentem, posteriorem in Virgilium. Insuper lepidum epigram. Sannaz. lib. 1. ad finem assentientis vulgatæ opinioni.

35. ACERRIS.] Præter Seruium, lege Plinium 3. cap. 14.

[a] Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an supra morem si densa requiras:
(Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho;
Densa magis Cereri, rarissima quoque Lyæo
Ante locum capies oculis: altéque iubebis
In solido puteum demitti, omnémque repones
Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.
Si deerunt, rarum, pecoríque, & vitibus almis
Aptius vber erit; sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis,
Spissus ager: glebas cunctantes, crassaque terga
Exspecta, & validis terram proscinde iuuencis.
[b] Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
Tale dabit specimen. tu spisso vimine qualos,
Colaque prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcésque è fontibus vndæ
Ad plenum calcentur. aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
[c] Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto

Disci

UVA. BHSC. BU 00239

Discimus: haud vnquam manibus iactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentiscit habendo.
Humida maiores herbas alit: ipsaque iusto
Lætior. ah, nimium ne sit mihi fertilis illa;
Neu se prævalidam primis ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere promit,
Quæque leuis. promtum est oculis prædiscere nigram,
Et quisquis color. at sceleratum exquirere frigus
Difficile est. piceæ tantum, taxíque nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.

ARGVMENTVM.

Docet vti cognoscenda terra densa, rara, salsa, pinguis, humida, grauis, leuis, nigra, frigida.

EXPLICATIO.

POST præcedentem doctrinam, commode sequitur, vt doceat, qua ratione quodque solum cognosci queat, ne erret agricola, si vni committat, quod est alterius. Primo vero loco docet, qui cognoscatur solum rarum, aut densum: quod plurimum interest, nam densum frumentis est aptius, rarum vinetis. Ratio vero hæc est. Cape locum oculis, id est, eligeque iube puteum altum defodi in eo loco solido (nam si cauus sit, & rimosus, nihil facies) repone iterum terram erutam, preme illam pedibus: si desit terra ad replendam cauitatem putei, clarum indicium raritatis; hanc igitur paseuis, & vinetis destina: si repleto puteo, adhuc terra supererit, ea proculdubio multum habet densitatis, & spissitudinis; tum exspecta (id est, proba, experire glebas illas cunctantes, id est, vel otiosas & inertes, vel cunctantes opperientésque diligentiam tuam) &, quia solum illud crassum est, iuuenci sint validi. His indicat terram densam aptam esse frumentis.

b Ponit artem, qua deprehendatur tellus salsa, aut quouis alio modo amara, vt nullatenus agricola illi commendet fruges, nam omnino est infelix frugibus, vt quæ nullis vnquam aratris manfuescat, imo quæ ingrate acceptas generosas vites, reddat deterrimas, poma item. Sed quæ demum ratio ad hoc specimen, & probationem? Præmitto cognitionem vocū. Qualia sunt vasa viminea, hispánice *cestos*, cola, viminea item, dicta à colando, subduntur ista prælis: sunt vero præla trabes, quibus vua, aut oliua premitur; presſa cadit in cola, è quibus colatur, liquaturque ad destinatum locum. Solent ista vascula reponi ad fumum, vt seruentur innoxia. Ergo iager ille, qui malus, atque salsus est (cum agrum ponit pro terra ex agro, indicat assumendam non exiguam copiam terræ ad hoc experimentum) conficiatur in qualos aut cola, & vna cum illo aquæ fontanæ ac dulces, calcentur ista ad plenum, (id est, affatim, diu, presſe) luctabitur aqua cum terra quærens exitum, gusta illam, ac tunc salsedinem deprehendes: nam, cum primum tentabis, ora torquebis, tristitia præ illo amarore.

c Hactenus duo tantum docuit, spissitudinem, saporem; & vtrumque longo excursu. Nunc breuiter multa docet, videlicet, quæ sint indicia terræ pinguis, humidæ, grauis, leuis, nigræ, coloríque cuiusque, frigidæ. Est pinguis, quæ iactata manibus, A versata, ac trita, nunquam fatiscit, nunquam ita atteritur, vt abeat in arenulas, atque omnino pereat; sed resultit, hæretque ad digitos, & instar picis lentescit, dum habetur in manibus: est humida, quæ alit herbas maiores solito; quæ lætior est, quam oporteat; proh me miserum agricolam, si terra ista nimium sit fertilis, si primas aristas ostentet prævalidas, nam ista indicia sunt telluris luxuriantis & euanidæ, non benigni prouentus: est grauis, cui multum ponderis: est leuis, cui parum: est coloris illius, quem oculi percipiunt, in quo nihil laboris ad indicium: est frigida (quæ res difficilior cognitu) in qua tantum nascuntur piceæ, interdum taxi, & nigræ hederæ.

NOTÆ.

1. NVNC QVO, &c.] De probationibus terræ, præter illa, quæ hic late docet Virgilius, videnda quæ habet Auctor Geop. lib. 2. quæ Plin. 17. cap. 5. quæ Colum. 2. c. 2. His ego statui supersedere, tum quod alij hæc dederint, tum ne transcriberem longa capita istorum.

2. SVPRA MOREM.] Theoph. 2. Caus. 6. ita effert: μᾶλλον τὰ μέτρα.

3. DENSA MAGIS CERERI.] Supra studiosius descripsit agrum frumentarium, qui videlicet niger, qui pinguis, qui putris esset. Addit nunc, densum quoque aptum esse frumentis: quem crassum etiam, & spissum nominat. Nam qui putant pinguē agrum eundem esse cum denso, aperte falluntur. Argum. plurima. Primo Virg. hic ponit indicia agri densi, postea pinguis, stulte facturus, si res eadem. Deinde Plin. 17. c. 4. postquam egit de pingui, infert densum, cui opponit rarum. Tertio apertissime Colum. 2. c. 2. Sex qualitates agri numerans, ita discriminat: *soli pinguis, vel macri: soluti, vel spissi: humidi, vel sicci.* Prætereo multa. Tendo ad præceptum, hoc firmant Plinius, & Cato. Ille Catonis auctoritate lib. 18. c. 17. *Catonis hæc sententia est: in agro crasso, & leto frumentum seri.* hic sua c. 6. Rei Rusticæ, *vbi ager crassus, & lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet.*

Densa terra optima fruges mentis.

Pinguis ager alius à deso.

4. RARISSIMA QVÆQVE LYÆO.] Consentiunt cum Poeta Theophr. 2. cap. 5. ἡ δὲ λειμωνία, καὶ ἁφαιμος & ἀμπελοφόρος & ἀροῦν, καὶ ἔλκειν ἥκιστα ἐν ἡ μανῇ, καὶ λεπτῇ: *Pratense, & arenaceum vitibus percommodum est, & in summa solutum, leue, tenue.* In pratensi errat, sed de hoc iam supra. Redeo. Auctor Geop. lib. 5. ita statuit, nigram, & fertilem terram ad vites, vt tamen addat, μὴ λίαν πυκνὴ, μηδὲ κολλώδης: *non multum densa, neque glutinosa.* Colum. 3. cap. 11. humum facilem, & modice resolutam dicit esse quam maxime habilem vinetis. & libr. de Arboribus c. 13. ita præcepit:

Vites vbi proueniant.

VVA. BHSC. BU 00239

cepit: *Locis aridis, & macris, & siccis vitem sere natura feracem, & validam, crebrisque acinis: quod si pinguis agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.* & 3. cap. 5. ait vitiarium faciendum terra mediocri potius, *quam pingui.* Quæ profecto affinia sunt raritati terræ, sicut quæ docet Pallad. 2 titul. 13. de agro calculoso, & cui soluta est glarea, quem ait esse aptum vitibus. Adhibet rationem quia his vites refrigerantur, à quo non diffident, quæ docet de arboribus Theophr. 1. Caus. c. 22. Eodem pertinent, quæ ait Colum. 2. c. 16. vites non esse stercorandas. quamuis aliam det rationem, quia id saporem vini corrumpit. videnda quæ late docet Plin. 17. cap. 4. vbi iuxta varias regiones statuit varium genus terræ ad vites. Eodem argumento vagatur lib. 14. cap. 2. & 4.

A

Lyæus vnde dictus.

5. LYÆO.] Ita dictus Bacchus παρὰ τὸ λύειν τὰς μερίμνας καὶ τὰς πόνους. Alluit clare ad etymon Petro. Sat. *anicula-soluta mero.* Iterum: *Cum soluimus mero amissem ebrias mentes.* Ouid. *Turpe iacens mulier multo resoluta Lyæo.* Horat. Epod. od. 9.

Curam metumque Cæsaris rerum iuuat
Dulci Lyæo soluere.

Oppian. 4. Cyneg. ὠνὴ λιποπόνου δούλιος ἐσθλὸν ἐοῦσα λύσει μερίμνας καὶ πόνους. *Bacchus.*

6. REPONES RVRSVS HVMVM.] Herod. ex Nota Germ. ita τὰς ταφρους ἀναστομώσεις.

7. ALMIS.] Eo significato videntur vites dictæ almæ, quo Bacchus almus, Ceres alma, frumenta alma, nimirum ab alendo: nisi quis torqueat ad rem sacram, & dicatam Baccho.

C

Proscindere terram.

8. PROSCINDE.] Idem 1. Georg. *proscisso aquore.* Attius in Oenom. —*ferro rosida Proscindant glebas.* Plaut. Trin. —*terra cum proscinditur.* Lucret. 5. —*terram pressis proscindere aratris.* Apul. 1. Flac. *peritis* —*proscindendis soli.*

9. FRVGIBVS INFELIX.] Philo de Mundi opificio, quicquid est ἀλμυρὸν, *salsum*, vocauit αἶνον ἀχρειότητος: *Causam insecunditatis.*

10. AD PLENVM CALCENTVR.] Arripuit hoc Horat. 1. od. 17.

Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

11. AQVA ELVCTABITVR.] Hoc Lucan. lib. 2. nam de fluuio loquens: *Tandem Tyrrhenas vix elisatus in undas.*

12. ORA TRISTIA TENTANTVM SENSV TORQVEBIT AMAROR.] Sic legendum in Poeta, & Higyni, & Phauorini auctoritate apud Agell. lib. 1. cap. 21. Quod Agellij caput non intelliges, nisi legas quæ docte scripsit Ludou. Carrio lib. 1. Antiq. Lect. cap. 12. videnda quæ scripsit Auctor Geop. lib. 5. vbi docens probandam esse terram aptam vitibus ex sapore, paria ferme adducit cum his, quæ hic Virgilius, & possis dicere, eadem. Pulcra vero est Nota Germ. qui reddit rationem, cur Aristot. 2. Meteor. dicat πικρὸν: *latum*, ἀντὶ τοῦ ἁλμυρὸν, *pro salso*, ex interpretatione Tusani, & Vatabli. Nam quid latum cum salso? Fortasse, quia acredo ora gustantium torquet, deducitque, & veluti lata efficit: quod Nicander ἐστύφει, καὶ πικραίνει. Plane autem expressus à Poeta Lucret. qui lib. 2. —*sæuo pertorquent ora sapore.* Imitationem aliam Lucretij Agellius aperit lib. 1. cap. 21.

13. LENTESCIT.] Plin. 17. capit. 4. ita effert: *Pinguis* (terra) *adhærens digitis.* Talem terram καλαδοπάτιν nominat Auctor Geop. lib. 4. Idco Colum. 2. capit. 2. *glutinosa, & quouis tenuissimo tactu pressa inhæresceret.*

14. HABENDO. Lucret. 1. *Annulus in digito subter tenuatur habendo.*

15. HVMIDA MAIORES.] Damnat hanc terram, etiamsi fertilis appareat, nam fertilitas, exuberantia, luxuries, non semper indicia bonæ terræ. Cui argumento confinia sunt verba ista Plin. 17. c. 4. *Argumenta quoque ad cognitionem sæpe fallunt. Non vtique solum latum est, in quo proceræ arbores virent, præter quam illis arboribus. Quid enim aliud procerius? aut quæ vixisse possit alia in loco eodem? nec luxuriosa pabula pinguis soli indicium habent. Nam quid laudatius Germaniæ pabulis? & tamen statim subest arena tenuissimo cespitum corio.* Nec non quæ Theophr. scribit 3. Caus. cap. 23. vbi ait, amygdalam, cum fructum parit, nulla cura tractandam, sed omnino negligendam: ne videlicet, si fiat validior, euanescat, fructumque amittat. Inest enim hoc malum plerunque in fertilitate.

Luxuries ab semper indicium bonæ terræ.

16. ALIT.] Pind. od. 7. Olym. torram vocat πολύσπορον: *multialtricem.* Lucret. 1. —*tellus Vnde alit, atq; auget generatim pabula præbens.*

17. AH, NIMIVM NE SIT MIHI FERTILIS ILLA.] Adiunge hoc exemplum indicatis 1. Georg. ad illud:

—*non illa quisquam me nocte per altum Ire*

18. SCELERATVM FRIGVS.] In hunc locum multa alij. Quæ dicuntur de imbecillo corpore Poetæ, & ideo facile penetrabili ab impotente frigore, quæ res illi occasionem dederit erumpendi in verbum intemperans contra frigus; parum probo, vt quæ ex lubentia tantum dicanturmulto illa minus, quæ de Mantuanitate iactantur ab Erythræo in Indice, ab Hieron. Epist. ad Paul. & ab aliis. Vere hic *sceleratum*, est nocens. Vt enim calor totus vitalis est, & vitæ initium: ita frigus totum noxium, tendensque ad solutionem, & mortem. Ergo, vt venenum sceleratum est, quia internecans: ita frigus. Neque alia ratione ranunculus, herba veneno imbuta, *sceleratæ* dicitur ab Apuleio. Arnob. lib. 3. *gemmulas, & pubescentes herbas aduri, atque interfici nocentissimum frigus.*

Frigus cur sceleratum.

19. TAXIQVE NOCENTES.] Huius arboris malignitas sparsa in auctoribus, cuius esus, vmbra, odor, fumus lethalia sunt De esu Theophr. 3. Hist. c. 10. φασὶ δὲ τὰ μὲν λόγῳ, ἐὰν φάγῃ τῶν φύλλων, ἀποθνήσκειν: *Dicunt animalia obire foliorum esu.* De vmbra Plutarc. Sympos. π. σκιὰ σμίλακος & ἀπὸ λεύκης τοὺς ἐγκαθεύδοντας: *Occidit taxi vmbra dormientes sub ea.* Eadem Interpres Nicandri in Alexipharm. καὶ τὰς ἐγκοιμωμένας αὐτῷ ἀποθνήσκειν. Contrahit hoc malum Plinius 16. c. 10. ad vmam Arcadiam ex Sextij auctoritate: *in Arcadia tam præsentis veneni, vt qui obdormiat sub ea cibiumve capiant, moriantur.* Angustius adhuc Dioscor. ad vrbem vnam, nam lib. 4. ita ait: *Narbone tam præsentis est veneni, vt qui dormiant sub ea, aut in eius vmbra subsideant, adantur, & sæpe moriantur.* Transeo ad odorem: de hoc Lucr. lib. 6.

Taxi nocentes.

Est etiam magnis Heliconis montibus arbos,
Floris odore hominem tetro consueta necare.

Nam de taxo hæc intelligenda esse censuit iam Victorius 18. c. 22. Restat fumus, de quo Plin. 20. c. 15. *Taxi arboris fumus mures necat.* Ab tot malis, quorum hæc arbos dicus, nata quæstio, an toxicum inde originem ducat, & ita dictum sit, quasi taxicum. Affirmat doctissimus Brodæus Comment. in Græca Epigrammat. negat doctissimus Gorrhæus in Nicand. Alexipharm. Plinius in nullam partem inclinat, tantum ait: *Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguntur.* Mihi placet, vt toxicum ducatur ἀπὸ τῶν τόξων: *sagittis.* Itaque toxicum erit venenum illud, quo sagittæ

Toxicum vnde dictum.

VVA. BHSC. BU 00239

gittæ linuntur contra feras, modo è taxo, modo a- A
liunde assumatur. Hanc rem adumbrarunt fabulosè,
qui dixerunt toxicum dictum à sagittis Herculis
imbutis veneno Hydræ. Et quidem potuit toxicum
primum omnium illud fuisse, mox vero propagari
significatio ad omne venenum, quod linit sagittas.
Vt scripsi, sentit etiam Fungerus in Etymologico,
nam Paulus Ægineta lib. 5. τὸ ϑ τοξικὸν δοκεῖ μὴν ὀνο-
μάζεσϑαι, ἐκ τῶ ϑανατῶδες εἶναι τοῦτο τῶν βαρβάρων ἐν αὐτῶ
χρείαις. Ouidius itaque ad rem istam alludens 4. de
Ponto. *Aspicis & mitti sub adunco toxica ferro, Et te-
lum caussas mortis habere duas.* Et 2. Amor. Eleg. 2. *Non
scelus aggredimur, non admisceuda coimus Toxica, non
stricto fulminat ense manus.*

20. HEDERÆ NIGRÆ.] Est hæc inter species Hederæ ni-
hederarum. De alba dictum 7. Ecl. vtriusque memi- græ.
nit Theoph. 3. Hist. 18. πολυειδὴς ϑ ὁ κισσὸς ἐστὶ, τελέ-
κιός, ϗ ὁ μέλας, ϗ τρίτον ἤ ἕλιξ: *Multimoda est hedera, al-
ba, nigra, helix.* Paria Dioscor. lib. 2. & Plinius 16. cap.
34. Sed & Theocritus in Cyclope inuitante Gala-
team, ὑπὶ μέλαις κισσῶι: *est mihi nigra hedera.* Meminere
eiusdem Apuleius de virtutibus herbarum. Galenus
de Compositione Pharmac. lib. 9. c. 2. Nonnus lib.
7. & 8. Dionys. & Homer. Vel quis ille, in Hymn.
Cum aiunt ea solitum coronari Bacchum. Hos ipse
vidi. Delrius ad id ipsum citat Demarachum lib. 9.
Dionysiac.

[a] His animaduersis, terram multo ante memento
Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes,
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quàm lætum infodias vitis genus. [b] optima putri
Arua solo: id venti curant, gelidæque pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit,
Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus seges, & quo mox digesta feratur,
Mutata ignorent subitò ne semina matrem.
[c] Quin etiam cœli regionem in cortice signant:
Vt quo quæque modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, qua terga obuerterit axi,
Restituant. adeò in teneris consuescere multum est.

ARGVMENTVM.

B

*Post exploratam terram sequuntur præcepta tria consi-
tionis vitium: primum de scrobibus faciendis ad excipien-
da, qua transferuntur ex seminariis: alterum de simili-
tudine seminarij, & vitiarij: tertium de loco, quem semina
debeant respicere, cum transferuntur.*

EXPLICATIO.

[a] HINC incipit pars quinta huius libri, quam ce-
teris longius producit, vt quæ in vitibus ver-
satur, quæ continent præcipuum argumentum hu-
ius libri. Incipit vero à satione, docétque vti paran-
dæ scrobes. Vis præcepti primi in hoc est posita: de-
bere agricolam, qui plantaturus est vinetum, multo
ante scrobes facere, vt solum illud excoquatur rece-
piendis surculis: cum vero vites plantandæ sint
(vt postea docebit) verno tempore, necessarium erit,
vt scrobes factæ fuerint per totam præcedentem
hyemem. Ideo ait glebas supinatas, id est, effossas in-
uersasque, ostendendas Aquiloni, id est, hyemi, &
frigori præcedenti ver.

[b] Reddit rationem præcepti. Faciendæ sunt
scrobes multo ante, quia putre solum aptum est vi-
tibus: hæc vero putrefactio fit beneficio ventorum,
pruinæ, vinitoris. Ergo. Vinitor ligone mouet iu-
gera, scrobes faciat, glebas inuertat, quas venti, &
pruinæ gelidæ curent, putrésque reddant. Labefa-
cere terram est, illam reddere instabilem fossione.
Est itaque *mouens labefacta*, mouet, & labefaciat fo-
diendo.

[c] Alterum præceptum est, solere vigilantes vi- C
nitores, quærere locum faciendis scrobibus simili-
mum, & ad seminarium, & ad vitiarium. Semina-
rium signat illis verbis: *Vbi prima paretur Arboribus
seges.* Vitiarium, aut vinetum illis, *& quo mox digesta
feratur.* Itaque vult, vt terræ seminarij, & vitiarij si-
miles sint. Addit rationem, ne, cum mutentur, &
transferantur semina ex seminario in vitiarium,
obtupescant ad incognitam parentem, ad incogni-
tam terram, & nihil ferant. Semina hic sunt malleo-
li, & surculi plantandi: aut viuiradices transferendæ
ex seminario in vinetum.

[d] Tertium præceptum sationis est, solere quo- D
que vinitores signare in cortice malleolorum, cum
hærent adhuc in vite, aut viuiradicum, cum sunt in
seminario, partes illas, quæ Austrum, & Aquilonem
spectabant: vt cum transferantur in scrobes, fer-
uent eundem situm, stent eodem modo, habeant à
fronte Austrum, à tergo axem, id est, septemtrio-
nem: quibus partibus assueuerant à teneris.

NOTÆ.

1. MVLTO ANTE.] Quod Poeta per voces se- Scrobes vi-
paratas à verbo, Græci per verba cum περὶ, vt tium.
videbis in Theoph. & Plutarch. verbi caussa. περο-
ρύττειν, περιδιαλύειν. Tu sic disce verba Græca reddere
Latinis vocibus. Præceptum hoc de faciendis mul-
to ante scrobibus docuit Theoph. 2 Histor. capit. 7.
τὰς ϑ ὀρυχὰς περορύττειν, ὡς πλείστῳ χρόνῳ: *Defodiendæ scrobes
tempore ante longissimo.* Et 3. Caus. cap. 5. διὰ τοῦτο ὀρυχὰς
περορύττειν ἐκ πολλῶν: *oportet scrobes prefodi ante dies
multos.* Plin. 17. cap. 11. *Prefodere scrobes ante (si fieri pos-
sit)*

UVA. BHSC. BU 00239

sei ianto prius, donec pinguis ceſſpite obducantur. Plutarch. lib. 2. Symp. Quæſt. 6. ᾧ δὲ ἡ γῆν ἀναλαμβάνομεν, ἵνα μαλακωτέραν ποιήσωμεν, &c. *terram prius diluimus, atque emollimus vt, &c.* loquitur de conſitione. Ad certum tempus anni vnius determinat aliqui, nam Theoph. 3. Cauſ. cap. 5. τοῦ ἀνωτέρω ἔτους: *vno ante anno.* Colum. 5. cap. 10. *Ante annum, quam ſeminare voles, ſcrobem fodito.* Mago apud Plin. 17. c. 11. *ante annum.* Idem vero Colum. 5. cap. 5. ita diſcriminat: *in locis temperatis, quibus æſtas nõ eſt perſeuerida, ante annum fiant, quam vineta conſerantur.* Et poſtea: *nam ſi ieiuno, atque exili agro ſemina deponentur, ſub ipſum tempus ſationis ſcrobs, aut ſulcus faciendus eſt.* Virgilio indeterminate placuit, *multo ante*, ſicut Theophraſto, & aliis, quos præmiſi.

Coctio de frigore.

2. EXCOQVERE.] Obſerua coctionem! dici de frigore, nam ea mens Poetæ, vt apparet ex ſequentibus, non tantum de calore. Ita Theophr. de frigidis dixit πέπανσιν. Integra iam dedi. Coctioni affinis adultio, quæ datur frigori. Quære in Indice.

3. MAGNOS MONTES.] Lucr. 1. —*magnisque è montibus vnam.* Iterum: *magnos montibus diuellere montes.*

4. SCROBIBVS.] Pulcre Theop. ſcrobes vocat γύρους quaſi circos. Et Colum. *cubile.* lib. 4. 1. *nec ſane poſitio ſeminum ſibi aptum cubile ſubſternere deſiderat.* Idem *ſinum*, verba iam ſcripſi.

5. CONCIDERE.] Vulgus omne, ſcrobes facere, effodere. Tu transfer locutionem ad puteos, & fodinas, cum aperiuntur.

Supinatæ glebæ, quæ.

6. SVPINATAS GLEBAS.] Pro, inuerſas, ex penu Virgilij, canit enim imitatione, nam nemo ante illum. Pulcre hoc etiam Ouid dixit 4. Faſt. *Tum primum Soles eruta vidit humus.* De foſſis, ſimili præcepto Colum. 2. c. 2. *imbricibus ſupinis ſimiles facere conueniet.* Notetur obiter locutio Herodoti lib. 2. qui ad

Ægyptus cur dicta ſupina.

ſignandum, Ægyptum campeſtrem & planam eſſe ὕπτιλο nominat, *ſupinam.* Eundem vocis huius vſum animaduertes apud Suidam.

7. AQVILONI.] Nam concoctio glebarum, quam Poeta quærit in hoc præcepto, non ſolum calore fit, ſed etiam frigore. Ideo poſteà id *venti curant, gelidæq; pruinæ.* Et Theoph. ad rem hanc ita ſignate 2. Cauſ. c. 10. ὅσα μὲν δὲ ὑγρὰ τῇ φύσει συωτονώτερον δεῖται τῶν ψυχρῶν, ὥσπερ ἡ ἄμπελος. ὧν τὸ μᾶλλον ἢ πίπανσις: *Quæ enim humida ſunt, frigiditatem vehementiorem deſiderant, ceu vitis, ſic enim melius coquuntur.* Et 3. Cauſ. c. 5. ait, ideo fieri ſcrobes, vt tellus χειμασθῇ: *curetur frigore.* Integra ſtatim dabo.

Putria aruæ, optima.

8. OPTIMA PYTRI ARVA SOLO.] Ratio præcepti tota verſatur in putrefactione, & coctione glebarum. Theophr. 3. Cauſ. cap. 5. hanc adhibet non diſſimilem. ὅπως ἡ γῆ κῷ ἡλιοῦται, καὶ χειμασθῇ ἑκατέρωθεν ὥραν. ἄμεινον δὲ ταῦτα ποιεῖ μᾶλλον, καὶ χεῖλος: *Vt humus Solem, nuncupe tempore vtroque combibat: vtroque enim modo ſoluta ſuſpenſaque redditur.* Columel. 5. c. 10. *ſcrobem fodito, ita Sole pluuiaque macerabitur, & quod poſtium eſt, citò comprehendet.* Mago apud Plin. 17. c. 11. iubet ſcrobes fieri, *vt Solem, pluuiaſque combibant.* Certe Plinio hæſit Theodorus in reddendo Theophraſto.

Moueo, pro fodio.

9. MOVENS.] Pro, fodiens, præclare, ita infra in hoc libro: tellurem mouere. cui ſimilis illa, terram dimouere aratro pro arare. Artemid. lib. 1. cap. 5. γῆν ἀκίνητον.

10. IVGERA.] Plin. 18. c. 3. *Iugerum vocabatur, quod vno iugo boum in die exarari poſſit.*

Plantæ ex qua terra, & in quâ tãs feigndæ.

11. LOCVM SIMILEM EXQVIRVNT.] Theophr. 2. Hiſt. cap. 7. δὲ τὰ αὐτὰ καμπύλειν —ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰς ὡς μέλλει φυτεύειν: *Neceſſe eſt, ſumantur plantæ ex terra ſimili ei, in quem debeas transferre,* aut certe ex deteriore. Et 3. Cauſ. cap. 6. ὀρθῶς δὲ καὶ τὰ μᾶλλον ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰ δὲ μὴ, χείρων & καμπύλειν: *Recte illud quoque animaduertunt, vt ex ſimili ſolo, aut non deteriore, ſemen accipiatur.* Ariſt. lib. 1. Plant. cap. 5. πρὸς δὲ τὸ πάντας κρεῖττον μεταπίπτειν τοὺς: *Transferuntur quadam in locum meliorem.* Paria Plin. 17. cap. 11. *Ante omnia igitur in ſimilem transfero terram, aut meliorem oportet:* Columel. 3. capit. 5. *Prudentis coloni eſt, ex deterio re terra potius in meliorem, quam ex meliore in deteriorem transferre.* Summa omnium eſt, debere fieri hunc tranſitum in terram ſimilem: hoc ſi nequeat, in meliorem: in deteriorem, nullo modo. Attigit obiter aliquid ad præceptum iſtud Plato 6. Polit. ξυνιὼν σπέρμα ἐν γῇ σπειρόμενον, ἐξίτηλον εἰς τὸ ὀπωρίζειν φιλεῖ κεχειρώσθαι ἀγρίαν: *peregrinum ſemen in alienum ſolum iactum debilitatur ac degenerani ad indigenam vertitur ſoli natura.*

Seminarij deſcriptio.

12. PRIMA PARETVR ARBORIBVS SEGES.] Obſerua hanc locutionem pro *ſeminario* indictam ante hunc vatem. & *ſerre ſegetem* pro, transferre viui radicem ex ſeminario.

Semen quo ſignificato accipiatur.

13. SEMINA.] Neque in hoc vate, neque in aliis auctoribus rei ruſticæ ſignificat ſemper *ſemen* granum ipſum: ſed, aut viui radices, quæ transferuntur; aut ſurculos, malleolos, taleas, quæ auelluntur ex matre, & conſeruntur in terram aliam. In Theophraſto infinita ſunt loca, in quibus σπέρματα ſunt ſurculi, nunc mihi ante oculos cap. 17. libr. 3. Cauſ. in Pliuio ſæpe id inuenies, & millies in Columella.

Mater pro terra.

14. MATREM.] Non ſolum arbor, vnde auelluntur ſurculi dicitur Latinis mater, ſed etiam terra, quæ excipit: & hoc poſtremo ſignificato capiendus hic Poeta. Hærent aliqui, ſed non eſt, cur hæreant. Auctor Geop. lib. 5. loquens de propagatione vitium, tam vitem, vnde alimentum trahit palmes, quam terram, vbi infoditur, matrem vocat. ὅσα δύο (inquit) μητρῶν πάλιν ὄντων: *ab duabus matribus nutritum.* Plinius *nutricem* vocat, quod idem, lib. 17. c. 10. *Omnia ea non ſtatim moris eſt in ſua locari, ſed prius nutrici dari, atque inde in ſeminariis adoleſcere, iterumque migrare.* Sicut & Auctor Geop. libr. 5. φυτρόφων. Inde Colum. eleganter lib. 4. c. 1. pro ſcrobe *maternum ſinum* dixit: *materno ſinu recipiat incrementa viuentium.* Sed quid opus multis, vbi partus terræ, & pariens ipſa ſæpe dicitur. Volui hoc firmare; nam ſunt, qui abhorrentes ab hac ſignificatione, aliter, quam par eſt, Poetam explicant.

Arbores quæ cœli partem debeant ſpectare.

15. COELI REGIONEM IN CORTICE SIGNANT.] Theophr. 2. Hiſt. cap. 7. ait obſeruandam poſitionē, ὥσπερ ἔχειν ἐνίοις τῶν δένδρων, τὰ μὲν βορέαν, καὶ τὰ μὲν νότον, καὶ τὰ μὲν μεσημβρινὰ: *quam habebant aliquæ arbores aut in Aquilonem, aut in Orientem, aut in Meridiem.* Et 3. Cauſ. c. 6. cum dixerit plantas, quæ transferuntur, eſſe imbecillas, & teneras, addit. διὸ καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ὧν φιλοῦμεν ἐν αὐλῇ ἀποδιδάσκειν, τὰ μὲν βορέαν, καὶ νότια, καὶ πρὸς ἕω, καὶ δυσμάς: *Ideo ea ſolemus ſitus reddere ſeminibus, Aquilonis ſpectatu, Auſtri, Orientis, Occaſu.* Colum. 5. c. 6. *Plurimum enim referi, vt ad eam partem cœli ſpectent, cui ab tenero conſueuerunt.* Hanc doctrinam non neceſſariam putat Plin. lib. 17. c. 11. nam notans (vt credo) Virgilium, ita ſcribit de Catone: *Non omiſiſſet idem, ſi attinereꝛ, Meridianam cœli partem ſignare in cortice, vt tranſlata in iſdem, & aſſuetis ſtatueretur horis.* Lege reliqua. Sed credamus Virgilio, Theophraſto, Columellæ.

16. VT QVO QVÆQVE MODO STETERIT.] Arripuit credo à Lucr. lib. 1. *Et quo quæq; modo ſtant.*

17. TERGA

UVA. BHSC. BU 00239

Terga in arbonibus, quæ.

17. TERGA OBVERTERIT AXI.] Nihil dici melius potuit: quia plantæ in Meridiem, vt qui benignior, inclinantur: fugiunt à Borea, vt ab hoste, curuando se, quod experti in plerisque periti rei rusticæ. Ideo pars ad Meridiem à figura, vultum; ad Aquilonem, tergum præfert.

A teneris assuescere, adag.

18. ADEO IN TENERIS CONSVESCERE MVLTVM EST.] Plato 8. Polit. ἐκ νέου, ἐκ νέων. Ceterum Epiphonema Virgilij vicem habet adagij. Large Erasmum Chil. 2. Cent. 4. cap. 20. Et Vrsinum, qui adiungit loca duo Theophr. Addo ego in hanc sententiam verba ista Apul. 2. Fl. de pstacco: *Disce autem statim pullus, vsque ad duos ætatis suæ annos, dum facile os, vti conformetur: cum tenera lingua, vti consibretur; senex autem captus, & indocilis, & obliuioso est.* Adeo oportet à teneris assuescere. Et ista Vegetij capit. 4. lib. 1. de ætate, qua eligendi tyrones: *Incipientem pubertatem ad electum cogendam nullus ignorat: non enim tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris.* Cui consonant ista Cassiod. lib. 1. Ep. 24. ore Theodorici, ita adhortantis Gothos: *Producite iuuenes vestros in Martiam disciplinam, nam quod in iuuentute non discitur, in matura ætate nescitur.* Adducit vero exemplum accipitrum, qui pullos suos marcentes adhuc, & teneros præ noua ætate, tamen illos nidis proturbant, alis verberant, cogunt aque ad volatum, ne ad molle otium consuescant. Faciunt ad rem verba hæc Platonis ex Eutyphrone signatissima, nam cum respectu ad agricolam. ὀρθῶς γε ἐπῶν νέων ἀρώτον ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ὡς οἷόντε τὴ ἄριστοι, ὥσπερ χωρὶν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς ἀρῶτον ἐπιμελεῖσθαι: *Consentaneum enim est, primam de ipsis immeinbus curam suscipere, vt quam optimi euadant: quemadmodum decet agricolam nouellarum plantarum primam curam gerere.* Si quæras, cur incolæ insularum Balearium tam certi sint lapidum coniectores? Profecto nulla est alia ratio, quam à pueritia assueuisse. Diodorus lib. 6. ita scribit: *Ita recte lapides propellunt, vt raro effugiat ictum appetitus locus. Quod eis continuo à pueritia vsus præbet, à matribus ad id certamen coactis. Imponunt enim supra erectum lignum panem, signum quod iactu petant: neq; ante cibum capiunt, quam panem lapide ictum pro cibo sumant permissu matris.* Eadem scribit Veget. lib. 1. c. 16. Nazianz. Orat. 26. ita ait. τοὺς παῖδας παιδεύομεν ἐν τοῖς ἀρώτοις ἤθεσιν, ἵνα ἐ ὕστερον μοχθηρίαν φύσωσιν: *Pueros fingimus primis moribus, vt deinceps improbitatem vitent.* Si quæras, cur tantopere necessaria hæc institutio à primis annis, audi Synesium Epist. 44. πάλιν ἀῶτοὶς γέρουσι σύτις: *malum in naturam transit.*

Collibus, an plano melius sit ponere vites,
Quære prius. Si pinguis agros metabere campi,
Densa fere: in denso non segnior vbere Bacchus.
Sin tumulis accliue solum, collésque supinos;
Indulge ordinibus. [b] nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
[c] Vt sæpe ingenti bello, cùm longa cohortes
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæque acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus: nec dum horrida miscent
Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis:
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.
[d] Non animum modò vti pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.

ARGVMENTVM.

Docet, in plano debere esse vites arctiores, in colle laxiores: deinde, quærendam in ordinibus speciositatem, quam rem explicat eleganti comparatione militum. addit, prouenire inde vtilitatem vitibus.

EXPLICATIO.

[a] DOCET, studiosum vinearum debere prius, quam vinetum conserat, diligenter quærere, an vinetum illud collinum esse, an campestre, & planum debeat? Subdit rationem, cur intendendum in hanc curam. Quia si ager sit campestris & planus, qui vt plurimum est pinguis, densius serendæ erunt vites; nam hæc densitas, & confertio vitium nihil impediet, quo minus fertilissime proueniant vinæ: si vero placuerint tibi sola cliuosa tumulis, & supinati elatique colles, ordines vitium laxius, ratius, indulgentius erunt disponendi; quia vt plurimum colles laxiores sunt, & rariores, neque possunt sustinere confertas arbores.

[b] Ab ordinibus, siue confertis in plano, siue laxis in colle, transit ad speciositatem & pulcritudinem eorundem ordinum. Non secius (inquit) id est, non minus quærenda est speciositas, efficiendumq; vti via omnes (sunt istæ, interstitia arborum) quadrent, id est, nihil inter se discrepent, secto veluti ad vnguem limite.

[c] Exornat rem illustri comparatione. vt Poëtam decet. Sint (inquit) dimensa omnia paribus numeris, & interuallis viarum, vt solet esse legio militum ante conflictum, nondum perturbatis ordinibus, sed adhuc duplo Marte. In hac enim legione cohortes bellissime explicantur, stant agmina aperto campo, acies directæ, tellus omnis fluctuat (id est, resplendet) renidenti ac fulgenti ære mucronum, cuspidum, thoracum, galearum.

[d] Reddit rationem huius speciositatis, quæ non quærenda, vt animus tantum delectetur, hoc enim inane esset: sed tum, vt terra æque impertiat vires suas arboribus: tum, vt rami ipsi se se explicent, atque

VVA. BHSC. BU 00239

que extendant in vacuum, id est, in spatia illa aeris plena, quæ esse videntur inania, & vacua.

Notæ.

Vites, vbi ponendæ.

1. COLLIBVS, AN PLANO, &c.] Ita quoque præcipit Theop. 3. Caus. c. 16. loquens de vitibus. ἐπεὶ δ' ἡ τῶν χώρων διαφορὰ, καὶ αἱ χῶραι, τοῦτο χρὴ τεκμαίρεσθαι διαιρεῖν, τὰ πυκνὰ καὶ πιέσεως δεόμενα: *Cum genera* (vitium) *& loca diuersa sint, hoc distinxisse oportet, quid genus cuique loco conueniat.* Plin. 17. c. 22. loquens quoque de vitibus: *Genera separari, ac singulis censeri tractibus, utilissimum.* Colum. 3. cap. 1. *Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, &c.* Et cap. 4. *Post hæc meminerit accurate locum vincis eligere.* Sciat Lector, Scriptores rerum rusticarum intelligere per *campos* loca planaitaque *campos* opponunt collibus, montibus, & locis omnibus editis. Eodem discrimine locutus Iustin. libr. 41. loquens de Parthia: ὄμμασι γὰρ τὰ μὲν ὄρη χιόνες, τὰ δὲ πεδία ἄστατοι ἀνεμοφθορίαι: *Quippe cum montes nix, & campos aestus infestat.* Et Basil. ὄρ. 2. ἐξ. dixit λείπε μὲν τοῖς κοιλώμασιν τὰ σπειρώμενα τῶν σπερμάτων: *Segetes vbertim prouenire in planis regionibus*, opponens montibus, qui non apti ad frumenta. Ab Herodoto lib. 4. vbi loquitur de Scythia, fit aperta oppositio & discriminatio, nam pars illius πεδιάς τε γῆ, καὶ εὔβοτος: pars alia, λιθώδης τ' ἐστὶ καὶ τρηχεῖα. Et Claud. de Conf. Theod. præstans idem cum Poeta *gleham* ad frumentum opponit *collibus vinearum.*

Campi opponuntur collibus.

—Quæ gleba faueret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles.

In Nota, quam ego dedi ad illud, *aperios Bacchus amat colles*, est seges exemplorum huius discriminis.

2. PINGVIS AGROS METABERE CAMPI.] Observa ex hoc loco (quod ante nos Læuin. in Sueton. ad cap. 20. Iul.) campum, maius aliquod spatium esse, quam agrum: ita vt ager pars sit campi. Explico hoc, nam reliqua tacet Læuinus. Omnis locus planus dicitur *campus*, modo in eo segetes insint, modo vites, modo oleæ, & talia huiusmodi. At vero *ager* tantum est locus, in quo sunt segetes. Id liquidum ex definitione Varronis, quam adduco in ipso initio libr. 1. Georg. pete inde. Est vero *metari agros*, diuidere illos, ac secare suis finibus & metis. Sic *vineas metari* apud Colum. Et *metata porticus* in Horat. est mensurata, & disposita. Et Tertull. tempus vocat *arbitrum, & metatorem vnius & finis.* Apud Cicer. quoque in Agrar. *metator agrorum* est finitor. Vox tradu-cta est ad exercitus, & castra. Plura his Lipsi, 5. Mil. Rom. Dial. 12. Fiebat hæc metatio, aut pertcis. Virg. in Diris: *Pertica quæ nostros metata est impia agellos.* Aut funibus, quos Romani *Aruipendia* nominabant: hæc Glossarium exponit χωματεικὰς σχοίνους.

Capus quid proprie.

Ager quid proprie.

Metari agros, quid.

Aruipendia.

Virgilius dissidet à Theophrasto.

3. DENSA SERE.] Dissident in hoc præcepto auctores rei rusticæ, hinc Virgilius, & Plinius: inde Theophrastus, & Columella. Duo primi volunt in pingui, ac densо agro densius conserendas vites; in raro ac tenui, vt est collinus, ratius. Virgilium hic legis: Plinij verba sunt 17. capit. 22. *Interest medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos, minimum autem lato solo pedes quaternos, tenui plurimum octonos.* Duo postremi, secus. Nam Theoph. 3. Caus. c. 8. loquens de vitibus. ἐν δὲ τοῖς δρυμοῖς ἐλάττους (τόπους,) ἢ ἐν τοῖς πεδίοις: *In locis enim montuosis minora interualla, quam in planis relinquenda.* Colum. autem 3. c. 15. *Seruitur—macro solo quinis pedibus inter ordinem om-nis; mediocri, senis; in pingui vero septenum pedum spatia danda sunt.* Affert Theophr. rationem, quia in montibus minus radices augentur, & ita seri densius vites possunt. Colum. vero de agro pingui rarius serendo hanc adducit, *quo latiora vacent interualla, per quæ frequentes proliæque maie ac diffundantur.* Pro Virgilio est ratio ista, *in densо non segnior vbere Bacchus*, quippe vbertas densi soli patitur confertiores vites. Eandem indicat Plini. cum ait *loco solo.* Iuuat etiam sententiam Virgilij Xenophon in Oecon. qui loquens de satione frumentorum, docet in agro vbere plus seminis iaciendum, in tenui minus. Firmatq; exemplis; nam vino vehementi plus aquæ additur, & homini robusto plus oneris imponitur. Ergo, qui non sum agricola, cui credam? Virgilióne, & Plinio? an Theophrasto, & Columellæ? Sequor primos duos, intuens morem Hispaniæ, vbi natus, vbi viuo. Hispani enim laxiores arbores disponunt in macro solo, densiores in vbere?

Segnior Bacchus.

4. NON SEGNIOR VBERE BACCHVS.] Diuina locutio. Cum eodem sapore dices,

—*non segnior agris*
Emergit, Ceres, nec segnior vbere Pallas,

ad signandum frumentum, atque oleum. Quin, vt segetem notes maligne erumpentem, dices: exsurgit, emergit segnitер.

Secius, quid.

5. SECIVS.] Grammatici explicant iam per ἄλλως. iam ἀχρήστως, deducuntque vel à *secus*, vel à *sero*. Placet tamen Germano, & aliis vocem esse *sequior*, & *sequius*. Nam Vlpian. *Virum frugi vita hi sint, qui alias sufficere sibi possint: an sequiores, qui de aliis pendeant.*

In vnguem.

6. IN VNGVEM.] Fatentur omnes metaphoram traductam esse à marmoratiis, qui vngui explorant commissuras lapidum. Ductæ vero est locutio à Græcis. Plutar. ἐξ ὄνυχος, & εἰς ὄνυχα. Alij ὀνυχίζειν, & ἐξονυχίζειν. Omnia signant perfectionem. Sic & Plutar. τὸν ὄνυχα διαιτᾶν. Integra vide in Germ. & Erasmo. Ego etiam in Artemidoro reperi libr. 4. c. 1. ὀνυχισμένα τῶν ὀνυχιζόντων: *quæsita ab his, qui ad vnguem examinant.*

Viæ in Romana acie.

7. VIA.] Nominat Poeta *vias* interstitia, & interualla vinearum. Et supra *indulge ordinibus*, in vtroque, vt apparet ex sequenti comparatione, confugit ad militiam Romanam, in qua etant similiter viæ, & ordines. Liu. 8. de Romana acie: *compressis ordinibus velut claudebani viæ.* Et 10. *panduntur inter ordines viæ.* Atist. quoque 7. Polit. dixit Σωτάδης ἀμίτων: *ordines vinium.* quæ vox ducitur à verbo Σωίνημι, & confinis est Σωτάς, quæ sane verba dicuntur de apparatu bellico, seditionibus, coitionibus militaribus, ac turmis. Et Eustathius in Ilia. 4. ait, ὁδὸν εἶναι, ὅτου δι ἐκείνης ἡ σφενδόνη διώσουσι βελοπέμους. καὶ ἀποστέλλει πάλιν: *Viam esse, per quam progredi, & regredi possunt, qui pugnant.* Agit quippe de acie, quam Nestor instruxit.

Quadrate quid.

8. QVADRET.] Putant Interpretes, Virgilium alluisse ad quincuncem. Quæ res celeberrima est in ordinibus vinearum, & arborum, atque in auctoribus rei rusticæ. Locupletant hoc exemplis, quæ multa suppetunt ex Xenophonte, Cicerone, aliis. Sed rectius putat Germ. alludisse ad τετράγωνον, & σχῆμα, id formam lateris, qui quadratus est. Ratio vinca, quia cum præcedens sermo *ordinis, & viæ*, sequēs etiam comparatio præferant rem militarem, credendum est. Poctam non inde recessisse: atqui τετράγωνον signat agmen dispositum quadrangulari forma, Et ideo Thucydid. ἐν τετραγώνῳ τεταγμένοι. Nihil vero impedit aciem longiorem fuisse, quam latiorem. Ergo *quadrare*, aut *redigere in quadrum* est, εὐρυχώρους, εὐπάτους componere, & concinnare; ita vt nihil discrepet, nihil abeat ab ordine: vt par est milites esse

τετράγωνος in acie.

UVA. BHSC. BU 00239

esse in aci. Vtcunque sit, ad quincuncem simplicem nequit Poeta alludere, rectius dicerent si ad geminatum quincuncem, & hoc iam respicit quadrangularem formam. Verbi gratia. Non alludit ad hanc formam, V, sed ad istam, X.

9. VT SAEPE, &c.] Putant Germ. Vrs. multi alij ductam hanc comparationem à versibus istis Lucr. lib. 2.

Preterea magne legiones cum loca cursu
Camporum complant, belli simulacra cientes.
Et circum volitant equites, mediosq; repente
Transmittunt valido quatientes impete campos.
Fulgur ibi ad cœlum se tollit, totaque circum
Aere renidescit tellus, subterque virum vi
Excitur pedibus sonitus, clamorq; montes
Ictu reiectant voces ad sidera mundi.

Est in istis versibus Lucretij aliquid desumtum ex Homero. Ait hic 10. Il.

—γέλασε δ' ὑπὸ πᾶσα πεδίοιο
χαλκῷ ὑπὸ στεροπῇσι
—risit vero omnis circum terra
Ferri fulgore.

10. EXPLICVIT.] Sermo militaris. Liu. lib. 4. *Iulius Consul, explicat copias.*

11. FLVCTVAT TELLVS ÆRE RENIDENTI.] Hanc locutionem diligentissime illustrat Germanus, nam cum Poeta æri dederit fluctuationem, ita

A Eurip. Iphig. in Taur. φόβημα σεισᾷ. & in Rhesο, φόνῳ σεισθεὶς. Sophoc. in Antig. de agmine hostili, εἰσεῖδον πολλῷ φόβημα σεισόμενον ὠθούμενος. Et in Æsch. κόμαι σείσθεν. Xenophon, σεισθὲν δὲ μᾶλλον ἐμάνη. In quibus omnibus exercitui & militibus dantur fluctus, & fluxiones. Addo Tyrtæum, qui κῦμα μάχης: *fluctus pugnæ.* Lucretius quoque lib. 2.

—*legiones per loca campi*
Fernere cum videas.

Illud *renidenti* illustro ex Eurip. Phœniss. καλλίχαλκον ἄστυ πυθίου δόμου. Et ex Lucret. qui lib. 2. *ære renidescit tellus.*

12. PRÆLIA MISCENT.] Est Lucretij lib. 4. *Reges expugnant, capiuntur prælia miscent.*

13. DABIT VIRES.] Pro, suppetere alimentum. Res vulgaris, sed non dicta vulgariter. Lucret. ita extulit lib. 1. loquens de arboribus: *a terris quod cibatur.* Iterum:

B —*cibus ab radicibus imis*
—*Per truncos, ac per ramos diffunditur omnes.*

Theophr. 1. Hist. c. 2. ἡ ἔρεισις καὶ ἀνάτασις τοῖς ἕλκεσι προσφέρεται. Itaque Virgilij *vires* à cibo sunt, sed *vires* maluit, quam *cibum* dicere. Theophr. lib. 1. Hist. c. 1. ita quoque extulit, ὀπώρᾳ τὸν λαμβάνει τὰ δένδρα.

14. IN VACVVM.] Ipse alibi: *inane*, ad rem eandem. Lucr. lib. 2. vtramque vocem coniunxit: *Cum per inane meant vacuum.*

[2] Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia, quæras.
Ausim vel tenui vitem committere sulco:
Altius, ac penitus terræ defigitur arbos
[b] Esculus in primis, quæ quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit:
Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres
Conuellunt; immota manet: multósque per annos
Multa virum voluens durando secula vincit.
Tum fortes latè ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.

C deat secula: amplissima, nã huc illuc ramos diffundit, tendit brachia; intérque tot ramorum, & brachiorum explicationes, in medio ipsa posita ingentem vmbram efficit.

ARGVMENTVM.

Transit ad scrobes, qui in vitibus exigui esse debent, in arboribus profundiores. Vagatur late in describenda esculo ab altitudine, firmitate, ætate, amplitudine.

EXPLICATIO.

DISCRIMINAT inter vites, & arbores. Vites debent conseri in scrobe exiguo, arbores in profundiore. Ideo vites committuntur tantum, & creduntur terræ: arbores defiguntur altius, & penitus.

[b] Meminit vnius esculi, quæ arbos altissime debet defigi, & poetice dilabitur (credo, vt quærat aberrationem ab rusticis præceptis, vt solet alibi) ad eius arboris descriptionem. Descriptio absoluitur quatuor capitibus, altitudine, firmitate, ætate, amplitudine. Est altissima, nam & ad cœlum se attollit, & pari mensura demittit ad tartara: firmissima, vt quam non conuellant hyemes, flabra ventorum, imbres, sempérque immota maneat, quod non contingit aliis arboribus in tanta ventorum, atque imbrium pertinacia: viuacissima, vt quæ mortales omnes durando vincat, & non vnum, sed multa vi-

NOTÆ.

1. FASTIGIA.] Obserua vsum vocis. vt cœlum, quod sublime est, dicitur *altum*, & *profundum*. &, vt mare, quod imum est, dicitur etiam *altum* & *profundum*. ita quoque *fastigium* & de re sublimi, & de re ima. Varro apud Non. *fossa-fastigium habeat.* Fastigia quo significato sumantur.

D 2. TENVI VITEM COMMITTERE SVLCO.] Præceptum hoc traditum à Theophr. 3. Caus. c. 18. loquens enim de vitibus, in scrobibus faciendis adhibet modum hunc, μήτε μεγάλους, μήτε βαθεῖς: *neque magnos, neque altos infodiendos.* Reddit rationem. ὅπως μὴ πολὺ σωσιχῶρον ἐκπίπτῃ τὸ ὕδωρ ἐπὶ πολύ. *multa in eis aqua oblecta putrefaciat semina.* Sed quoniam Virgil. meminit & vitium, quæ minores; & arborum, quæ maiores amant scrobes, opportuna sunt ad hunc locum verba eiusdem Theophr. 3. Caus. cap. 5. ἔνιοι δὲ τῶν λάκκους βαθυτέρους, τῶν δὲ ἐπιπολαιοτέρους, διὰ τοῦτο τὰς ῥίζας ὑπ' ἰσοδαὲς ἀφιέναι τοῖς ἐπιπολαιοτέροις. *Sed cum alia in profundum radices agant, alia per summa terræ dispergant, iccirco scrobes non pari altitudine* Scrobes vitium, & arborum.

VVA. BHSC. BV 00239

faciunt iis, quæ in summo cohærent. Et quamuis de iis, quę in summo habent radices, afferat pro exemplo ficum, & oleam; tamen non dubium, quin vitem quoque intelligere possit, cum cap. 11. eiusdem libr. dicat de vite, habere radices ὀπισθοφεῖς. Scrobium profunditas. Sed roges, quanta esse debeat profunditas? Auctor Geopon. libr. 5. ἐμοὶ δοκεῖ, μὴ ἧττον τεσσάρων ποδῶν ποιεῖν τὰς βόθρους τῶν ἀμπέλων: *Censeo vitium scrobes faciendos non minus quatuor pedum altitudine.* Probat tamen illos, qui sunt pedum trium. Plin. lib. 17. c. 22. ita statuit: *Scrobibus ternorum pedum in quamcunq; partem, altitudo in quocunque genere tripedalis.* & capit. 23. *serere tripedaneo scrobe necessarium est.* Colum. lib. 3. cap. 15. distinguit. Ait enim, scrobem fore altum duos pedes, & semissem in locis planis: dupondium, & dodrantem in accliuibus: tres pedes in præcipitibus. Firmat hæc eadem lib 4. cap. 1. Lege eundem tum lib. 5. cap. 5. tum aliis in locis. In genere de omnibus scrobibus Philo in lib. de Agricultura non vult profundos scrobes: χρὴ γὰρ τεινειν εὐ ὑπαύν τὰ φυτοις βαθειαις.

3. COMMITTERE.] Hæc phrasis illustrata, 1. Georg.

4. DEFIGITVR.] Ita dicas de arbore, quæ vult magnum scrobem, non de illo, quæ paruum. Arist. lib. 1 Plantar. c. 1. de omnibus nullo discrimine δένδρα-γῆ εἰσι πεπηγότα. & cap. 5. γῇ πεπήγασι.

5. ESCVLVS.] Reduxi descriptionem Esculi ad quatuor capita. firmabo illa, assumta materia etiam è quercubus, nam esculus ad quercetа pertinet, sicuti ilex, & similes. Ergo altitudo his firmatur. Quercuum altitudo. Quercus ab Homero 12. Il. dicuntur ὑψικάρηνοι: *elatæ capitibus.* & lib. 23. δρῦς ὑψικόμους: *quercus alticomas.* Orpheus in Argon. ὑψηλὰς δρύας. Philo lib. de Mundo δρυῶν ὕψη σεμνικέστατα: *Quercuum robora procerissima.* Lucanus libr. *Qualis frugifero quercus sublimis in agro.* Claudian. 2. Stilic. *tendentem ad sidera quercum.* Seneca in Thyeste:

—*Quam* (syluam) *supra eminens*
Despectat alte quercus, & vincit nemus.

De quercu etiam Stat. 9. Theb. *cœlo mista comas.* Silius lib. 10. *celsa esculus.* & lib. 5.

Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos
Esculus, umbrosum magnas super ardua syluas
Nubibus inferians altis caput.

Demum Virgilius ipse:

Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.

Quercuum firmitas. Reliqua capita in breuius contraham. Firmitas ab Homero illustrabitur 12. Il. qui de quercubus. Ῥίζησιν μεγάλῃσιν διηνεκέως ἀραρυῖαι: *Radicibus magnis late diffusis firmatæ.* A Calab. lib. 3. Σλεφεῖω δ' ῥύαι: *firmam quercum.* Sequitur ætas. Virg. 4. Æneid. *Ac veluti annosam valido cum robore quercum.* & 3. Georg. —*antiquo robore quercus.* Vitruuius libr. 2. cap. 9. *Quercus terrenis principiorum satietatibus abundans, parumque habens humoris, & aeris, & ignis, cum in terrenis operibus obruitur, infinitam habet æternitatem.* Silius lib. 5. *Quercus longum munita per ævum.* Pap. 1. Theb. *annosa robora.* & 2.

Quercus erat teneræ iam longum oblita iuuentæ
Aggere camporum medio.

Quercuum amplitudo. Restat amplitudo, in qua describenda Poetæ luxuriant. Lucanus de quercu lib. 1.

—*nudéq; per æthera ramos*
Effundens: trunco, non frondibus efficit umbram.

Statius 9. Theb. *ingentemque aera laxat*, id est, occupat magnam partem aeris. Silius lib. 16. *Et latam spargens quercus dum nascitur, umbram.* & lib. 5.

Diffusas patulo laxabant stipite frondes
Vmbrabátque coma summi fastigia montis.

& de esculo ibidem,

—*laxéq; tenebat*
Frondosi nigram tellurem roboris umbra.

Seneca in Oet.

Stat vasta late quercus, & Phœbum vetat,
Vtráq; totos porrigit ramos nemus.

Demum Virgilius 3. Georgic. *Ingentes tendat ramos.* Quin Plin. lib. 16. cap. 21. dat quercui quidam spatium vnius iugeri, quod stupeas. Verba eius: *Vita etenim est annosa quercus cui rsa vi tempestatis, & ingerum soli amplexa.*

6. QVÆ QVANTVM VERTICE AD AVRAS.] De quercu similia plane in 4. Æneid. Neque abhorrent ista Hesiod. in Theog. etiam si de re alia:

τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσσον οὐρανὸς ἐξ ἀπὸ γαίης,
—ἔσσον γὰρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς τάρταρον ἠερόεντα:
Tantum infra sub terram, quantum cœlū distat à terra,
—*Par enim spatium à terra in tartarum caliginosum.*

Neque ista Val. 1. Argum. etiam de rupe:

Stat rupes horrenda fretis, quot in æthera surgit
Molibus infernas totidem demissa sub undas.

Ouidius quoque 6. Fast. videtur ad vmbram Virgilij scripsisse:

Et quantum à summis, tantum receſſit ab imis
Terra: quod vt fiat, forma rotunda facit.

7. CONVELLVNT.] Quod hic *conuellunt*, in 4. Æn. *eruere.* Quod hic *immota manet*, ibi, *ipsa hæret scopulis.*

8. MVLTA VIRVM VOLVENS DVRANDO SECVLA VINCIT.] Variauit isto flexu versum Lucretij hunc libr. 1. *Multaque viuendo vitalia vincere secla.* Disce antiquos imitari. Ego ad lucem vtriusque: *Multa virum fortis pugnando prælia vicit Agmine.*

9. SVSTINET VMBRAM.] Supra omnem Musam. Vulgaris Poeta diceret, *efficit, reddit*, aut quid simile.

Quercuum ætas longissima.

a Néve tibi ad Solem vergant vineta cadentem:
Néve inter vites corylum sere: néve flagella
300 Summa pete, aut summas defringe ex arbore plantas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina: néve oleæ syluestres insere truncos.
b Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primum sub cortice tectus
305 Robora comprendit, frondésque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram

Ad

UVA. BHSC. BU 00239

Ad cœlum picea crassus caligine nubem.
[c] Præsertim si tempestas à vertice syluis
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.
[d] Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæq; reuerti
Possunt, atque ima similes reuirescere terra:
Infelix superat foliis oleaster amaris.

ARGVMENTVM.

Vineta occasum ne respiciant, in illis corylus ne seratur, amputentur plantandi surculi ex vite ima, ne ladantur obtuso ferro, oleastri ne inseruantur: extremi huius præcepti causam late exequitur ducta ab incendio.

EXPLICATIO.

[a] CONFECIT initio præcepta plurima. Sunt illa. Vineta occasum ne respiciant. Corylus inter vites ne seratur, quæ arbor nocua. Flagella, & plantæ, id est, surculi depangendi, ne sumantur ex superiori vitium, aut arborum parte; sed ex ima, & quæ propinqua est terræ; nam istæ, ex amore illo terræ, feraciores sunt, cum mandantur scrobibus. Semina, id est, surculi, qui assumuntur, vt infodiantur scrobibus, secentur ferro acuto, non obtuso, aut retuso, ne lædantur. Demum, ne inter vites serantur trunci syluestres oleæ, id est, oleastri.

[b] Satis duxit, percurrisse breuiter superiora præcepta, in extremo illo, de oleastro non conserendo inter vites, excurrit fusius, adducens rationem, cur id non oporteat. Ratio sumitur ab incendio, quod graphice describit. Nam ignis, qui forte incuria pastorum solet excidere, primum omnium apprehendit oleastri vnius corticem, tegitúrque ibi, ac viuit, vt in materia pingui: deinde elabitur serpitque in frondes altas, editque magnos crepitus: tertio ex frondibus ad ramos sequitur victrici conatu, regnatque in ipso cacumine: quarto, occupata iam hunc in modum vna arbore, transuolat ad totum nemus, illudque inuoluit flammis; & ruit, id est, egerit, emittítque vsque ad cœlum atram nubem fumi, crassus ipse ex caligine picea.

[c] Addit, hoc incendium diriius esse solere, si tunc incumbant syluis flatus vehementissimi; & tempestas ventorum, & hæc à vertice, id est, superne: tunc enim ventus glomerabit, ferétque incendia in omnem partem, atque adeo vastitatem vineto afferet. Nam quamuis vinetum humilius sit oleis, tamen cum superne ventus incumbat, dissipabit incendiũ in partes etiam demissas, & corripientur vites. Hæc ergo est causa, cur non debeant oleastri vitibus interseri.

[d] Tantum dicit Poeta, vbi hæc calamitas contigerit, fore, vti vites cæsæ tam graui incommodo, nequeant iterum reuerti, nequeant reuirescere in pristinam similitudinem. Itaque tantum terram illam possidebunt oleastri infelices.

NOTÆ.

1. NEVE TIBI AD SOLEM VERGANT VINETA CADENTEM.] De hoc præcepto satis fuse supra ad illud: *quique editus Austro.*

2. VERGANT VINETA.] Plin. 17. c. 23. *flectere* dixit. vt & Palladius, & alij.

A 3. NEVE FLAGELLA SVMMA PETE.] Virg. absque vllo discrimine loquens, ait non assumendos surculos, & innuit assumendos imos. nam dicit *tantus amor terræ.* Auctor etiam Geop. libr. 4. ait sumenda plantaria ἐκ τῶν κατωτέρων μερῶν: *ex inferioribus partibus vitis.* Alij vero discriminant. nam idem ipse lib. 5. ait: τῶν δὲ κλήματα λαμβάνειν μήτε ἐκ τῶν ἄκρων. μήτε ἐκ τῶν κάτω μερῶν: ἀλλὰ ἐκ τῆς μέσης τῆς ἀμπέλου: *sarmenta non capienda ex summis partibus, neq; imis, sed ex media vite.* Consentit Colum. lib. 3. c. 10. *Non debet vltimum flagellum quasi fœcundum obseruari, etiam si plurimum afferat, siquidem loci vbertate in fructum cogitur, sed id sarmentum, quod media vite fuerit, non importuna quidam parte deficit, ac numeroso fœtu benignitatem suam ostendit. Hic surculus translatus in ramis degenerat, cũ ex deteriore statu meliorem sortitur.* Obserua, *vltimum* B *flagellum* in Columell. non esse illud, quod prope terram, sed summum, & productissimum, quodque est ad caput vitis, quod colliges ex initio eiusdem capitis. Flagellum summum.

4. DEFRINGE.] Sumtum verbum à Varrone lib. 1. Rei Rust. capit. 40. *quæ de arbore transferas, ea deplantes potius, quam defringas.* Cicer. pro Cæcin. *ramum defringerent arboris.* & 3. de Orat. *surculum defringendo.*

5. PLANTAS.] Hoc voce intelligit surculos. Hoc significato accepit Varro 1. Rei Rust. c. 55. *Quæ quatiet, ne aduersam cadat: sæpe enim ita percussa olea secum defert de ramulo plantam.* Hoc Virgilius supra: *Hinc plantas tenero abscindens de corpore matrum.* Theophr. 1. Caus. θυλείας vocat. Inde etiam seminaria dicuntur *plantaria.* C Plantæ pro surculis.

6. TANTVS AMOR TERRÆ.] Possit esse forma adagij, qua vteris, cùm fermo sit de homine despiciente prę terrenis, & caducis cœlestia, & æterna: de aulico ambiente honores, & solidam virtutem contemnente: de auaro præferente numos sanctitati. Tãtus amor terræ, adag.

7. AMOR TERRÆ.] Imitatus hoc Plin. 14. c. 2. *Est aliquibus (vitibus) tantus locorum amor, vt omnem in his gloriam suam relinquant, nec vsquam transeant tota.* & 17. cap. 10. *radices amore solis, atque imbris in summa tellure sp. tiantur.* & 18. c. 14. de lupino *tellurem adeo amat.* Sed & verba Virgilij Prudentius arripuit integra.

8. NEV FERRO LÆDE REFVSO.] Acuto ergo: nam plaga, quia celerior, ideo mitior, & leuior. Colum. 5. c. 10. *Semina lege sine vlceribus, integro libro: dæ. ea bene, & celeriter comprehendent.* Theophr. 3. Caus. c. 10. ideo ait perpurgandas arbores σιδήρου ὡς ἐλαφρότατα: *ferro perquam leuissime, perquam celerrime.* Addit rationem: κίνδυνος γὰρ ἐκ τοῦ τραύματος διὰ τὴν ἕλκωσιν: *Est enim periculum inferatur ab vlcere.* Et hoc est, quod idẽ ait 4. Hist. c. 16. vitem hirculandam esse, ὅταν ἡ ἐργασία συμπεσῇ: *Cum cultura illam læsent*, nimirum præ imperitia. Auctor Geopon. lib. 5. loquens de radicibus vitium, quæ interdum secandæ, ait illas auferendas ἀξυλάτῳ δρεπάνῳ: *falce acutissima.* & alibi: δεῖ δὲ τῶν ὀζῶν τὰ κλαδεύειν δρεπανᾶται, ἀξύνατα, καὶ τομώτατα εἶναι: *oportet falces ad putationẽ esse acutissimas, & penetrantissimas.* Eodẽ videtur pertinere, quòd postea in alio c. ait, D Vites quo ferro putandæ.

UVA. BHSC. BU 00239

non amputandam vitem λοξὴ τομὴ, obliqua cæsura, obliqua plaga, nam hæc maior est recta. Colum. latè de hoc præcepto lib. 4. c. 24.

9. NEVE OLEÆ SYLVESTRES INSERE TRVNCOS.] Nituntur ista præcepto Theophr. 3. Caus. c. 15. χαλεπώτατα δ' ἡμέρῳ, καὶ τῆς ἄλλοις συκῆ, καὶ ἐλαίᾳ, καὶ δρυὶ θρύον πολλὴν ἀμφότερα καμεῖν, καὶ σπάνιον παράγειν πάντων. Molestissimæ tam viti, quàm cæteris, ficus atque oleæ: nam & alimenti plurimum exsugunt, & faciunt umbram maximam. Subticuit hîc rationem incendij, sed illam adducit lib. 5. Hist. c. 10. ἐμπυρεύεται δ' ἀρίστη, καὶ συκῆ, καὶ ἐλαίᾳ. συκῆ μὲν ὅτι γλίσχρον τε καὶ μανὸν. ὥστε ἕλκειν καὶ ἐ διέρχ. ἐλαίᾳ δ', ὅτι πυκνὸν, καὶ λιπαρὸν: Principes sunt ad incendium sicu atque olea: ficus, quia lenta, & rara, ideòque quæ semel attrahit, non dimittit: olea, quia spissa, & pinguis. Ideo Poeta, pingui sub cortice. Habes ergo ex primo loco Theophrasti, ficum & oleã esse infestam vineis, ex altero rationem incendij. Ergo Poeta, (vt ex consecutione operis clarè apparet) vetat inserendos, id est, plantandos oleastros inter vites, vti etiam vetuit interserendam Corylum.

Oliua fera pro oleastro.

10. SYLVESTRES TRVNCOS.] Æqua periphrasi pro oleastro dixit Statius 6. Theb. *fera oliua*. In Græco versiculo vidi ἀγριέλαιαν. Themistius apud Iunium lib. 4. c. 21. ita circumscribit: πῶν ῥίζαν τῆς ἡμέρου ἀκέραιον: radicem germini puram. Quia videlicet nondum olea admista, aut inserta, ex arte humana.

11. EXCIDIT IGNIS.] De igne quoque Hom. 20. Il. ἐκπαγλότατον.

12. FVRTIM.] Obserua hanc phrasin. Eodem lepore dices, *flammas furtiuas*. Quin auderem etiam (adeò capax poesis) dicere, prædatrices, compilatrices.

13. VICTOR.] Sibi est similis. hîc *victor* de igne statim: *regnat*. alibi *ouantes flammas*. Integram rem adumbrauit Pet. Bargæus 2. Eel. hac comparatione:

Vt quondam arentes stipulas cum corripit ignis
Exiguus serpit primus, mox clarus ad auras
Effert se victor, latéq; incendia miscet.

Sil. lib. 4 pari indole: *Immissis crepitat victor Vulcanus habenis*. Sed & arborem correptam igne ad Maronis vestigia ita ille exornat lib. 5.

——rapidoq; inuoluitur æsculus igni,
Iamque inter frondes arenti robore gliscens
Verticibus fauis torquet Vulcanus anhelos
Cum feruore globos flammarum, & culmina torret.

14. ET TOTVM INVOLVIT FLAMMIS NEMVS.] Homer. Il. 2. sic prior: ——σὺν δ' αἴθηλον δπηλάγη ἄσπετον ὕλαν. Par incendium habes in 20. Il.

Ὡς δ' ὅτ' ἀναιμωλὴ βάδην ἕλκει πυριδρὺς πῦρ
Οὔρεσι δᾶ ξηρὸν, βαθέα δ' κτίλεται ὕλη.
Πάντη τε κλονέων ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει:
Quemadmodum autem furit per profundam vallem sauus ignis
Montis aridi, profunda autem ardet sylua.
Vbiq; autem turbans ventus flammam conuoluit.

Libat Calab. lib. 10.

——ἀναζαλὴς ξυλόχοιο
Πῦρ ἔμεδε αἰθόμενον
Diffunditur incendium per fruteta arida. Pleniùs lib. 13.
Εὖτ' ὄρεϊ δ' λασίῃσιν ἀδὺν κατεμάσσατο ὕλης
Εὐρυβόης καίτειν ἰσάρης πυρὸς ὄρνυμένοιο
Ἐξ ἀνέμων, δονάκεσσι δ' ἐσβρομέοντο κολῶναι:
Non aliter ac mons vestitus hirsutis syluis
Raptim conflagrat incendio excitato
Ventorum impetu, longi autem circumstrepunt colles.

Vide etiam vti Homerus describat 21. Il. arbores incensas à Vulcano iuxta Scamandrum fluuium & vti Silius Seg 7. Punic. & vti Apoll. sylua 4. Arg.

15. ET RVIT ATRA AD COELVM, &c.] Hom. 2. αἴσλι παμφανόωσα δι αἰθέρ & ἠεγνὺν ἵκε. Lucr. lib. 1. *Ad cœlumque ferant flammas fulgura.* Iti pro aere cœlum. Clarius Calab. lib. 13. φλὲξ δ' ἀ ἐς ηέρ δ'ιαν ἀνέχετο flamma subuoluebatur in aerem.

16. PICEA CALIGINE.] Hinc Valer. Flac. 1. Argon. *——piceoque premit nox omnia cœlo.*

17. NVBEM.] De fumo, & igni, ita 3. Æn. de Ætna: *prorumpit ad æthera nubem.* Claudian. de eadem:

——piceâque grauatum
Fœdat nube diem.

18. TEMPESTAS A VERTICE INCVBVIT.] Ad verbum penè Aratus in Phœnom. ὑψόθεν ἐμπέσῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα. Itaque quod Homer. odyss. 5. κατ' ἄκρης. & Virg. *a vertice*. Aratus, ὑψόθεν. Quod Virg. *incubuit*. ille, ἐμπέσῃ. Versus integer sapit hunc Lucretianum libr. 2. *Præsertim cùm tempestas arridet*, &c.

19. A VERTICE.] Explicat Seruius, *ab Aquilone*. Non placet Victorio, Germano, nobis. Certe hîc *a vertice*, tantum est, supernè, desuper, ex parte superiore cœli, aut arboris: idem omnino, quod Græci A vertice quid sit. dicunt, καθ' ὑπερίς, ἐξ ἄκρης, ἐς τὰ ἄκρα. Neque verò solùm Homero Boreas (ait Germ.) dicitur ἀκρὴς, sed & Zephyrus, & venti alij ἀκρεῖς dicuntur, hoc est, ἄκρως πνέοντες: supernè flantes. Ita etiam 1. Æneid. *ingens a vertice pontus.* nihil est aliud, quàm nauem percussam supernè à fluctu. & Lucret. lib. 2.

Sol etiam summo de vertice dissipat omnes
Ardorem in partes, & lumine conserit aruas.

20. GLOMERAT.] Ita alibi *Globes flammarum.*

21. HOC VBI NON A STIRPE VALENT, &c.] Accipi non de oleastris, sed de vitibus, tum ex consecutione omnium carminum, & mentis Poetæ, quæ profectò est, non serendos oleastros inter vites propter nocumentum non oleastrorum, sed vitium. Deinde quia genus ad vites me ducit, non ad oleastros. ait enim *cæsa*. atqui oleaster masculi est generis Ciceroni, & omnibus. Tertiò, vnde scitur oleastros combustos, non iterum reuirescere: quod certum est de vineis, vt quæ tenerrimæ, & tractatu difficillimæ, & ad quamuis iniuriam expositæ. Demum, quia qui de oleastris capiunt, fucum sibi omnino faciunt. Nam quomodo nequeunt reuirescere, si postea supersunt? Esse enim oleastrum superstitem cum foliis, nihil est aliud, quàm reuirescere.

315 [a] Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems, nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
[b] Optima vinetis satio est, cùm vere rubenti
320 Candida venit auis longis inuisa colubris:
Prima vel Autumni sub frigora, cùm rapidus Sol
Nondum hyemem contingit equis, iam præterit æstas.

[c] Ver

VVA. BHSC. BU 00239

[c] Ver adeò frondi nemorum, ver vtile syluis:
Vere tument terræ: & genitalia semina poscunt.
[d] Tum Pater omnipotens fœcundis imbribus Æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris,
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
[e] Parturit almus ager: Zephyríque tepentibus auris
Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor:
Inque nouos Soles audent se gramina tutò
Credere: nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
[f] Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri:
Cùm primùm lucem pecudes hausere, virúmque
Ferrea progenies duris caput extulit aruis:
Immissæque feræ syluis, & sidera cœlo.
[g] Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigúsque calorémque
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

ARGVMENTVM.

Docet conserendas vites vere, aut Autumno. Præcepti huius occasione ver elegantissimè describit, atque in hoc tempus reiicit primos conditi orbis natales.

EXPLICATIO.

[a] Est iam Poetæ sermo de tempore, quo vites conserendæ: atque, non commouendam terram, cùm ea est rigida ab spirante Borea, etiam si prudentissimus quisque hoc persuadeat. Addit rationem, quia tunc hyems claudit rura immani gelu; neque sinit, cùm semen iacitur, vt radix concrescat, affigatúrque terræ. Summa est, hyeme vineta non plantanda.

[b] Quod ergo aptum tempus? duplex, ver, & Autumnus. & in vtroque (vt existimo) signat initium: hoc colligas ex notis, quas adhibet. Seratur (inquit) ea parte veris, cùm ad nos ciconia aduentat, inimica serpentibus. Solet hæc autem aduentare mense Martio, qui primus veris. In Autumno autem (ait) serendum, cùm æstas præterit, & ante prima frigora, quæ contingunt toto Nouembri, & parte Octobris; & cùm Sol est rapidus breuitate dierum incipientium post Æquinoctium. Hæ notæ ducunt nos vel ad initium Autumni, vel ad partem propè mediam.

[c] Occasione præceptorum adhibet amœnissimam descriptionem veris, cum qua non facile inuenias, quam conferas. Explicabo longè aliter, quàm omnes. Solet Poeta in rebus eiusmodi iacere quædam fundamenta, ad quæ mox recurrit orationem structurus. Ergo iacit fundamenta tria, primò ver esse vtile nemoribus, syluis, arboribus, totis aruis: deinde terras tumescere, imminente tunc grauitate, & partu: tertiò, velle tunc quoque terram accipere in se semina, vt recuperet, vnde restauret prolé, quã tunc prægnans, & tumens egerit è visceribus: nam quæ tumuit, & peperit; vult semé nouum accipere.

[d] Dixerat primò ver esse terris vtile. Explicat iam, quia Iupiter Pater omnipotens, qui idem cum Æthere, solet verno tempore descendere ad gremiũ coniugis terræ, totus pluuia resolutus, & madens: atque ita commistus cum magno coniugis corpore, ac sese insinuans fœtus omnes alit, & procreat: qua re nihil aruis vtilius. Deinde est alia quoque magna vtilitas, nam hoc tempore aues omnes, atque armenta sobolem reparant: illæ enim per nemora auia dulcissimè modulantur præ amore & lasciuia, qua se mutuo ambiunt: ista certis diebus petunt & repetunt coitionem, concitata amoris stimulis.

[e] Dixerat membro altero, terras tumescere, hũc tumorem partus sequitur. Ergo, ager almus, id est, qui aluerat in se fœtus, tunc parturit, arua laxant sinus ad teporem flantis Zephyri, est humor necessarius, quo omnia foras exeant. Gramina, quæ latuerant in visceribus terræ, erumpunt iam, & audent se credere nouis solibus, quos nunquam viderant; pampinus neque Austros, neque imbres metuit, quos excitare solet Aquilo; imò securus iam extrudit foras gemmas omnes, ac se conuestit frondibus. Roges, quid de tertio illo, quod positum, videlicet de terra concupiscente semina? Consultissimè hoc reliquit, ne repetat, quæ dixerat: dixerat enim vernum tempus aptum esse sationibus.

[f] Occasione veris descripti, coniectat primos natales mundi incidisse in tempus vernum: nam mundus quando nasci melius potuit, quàm in amœnitate veris, atque indulgentia, cùm Euri abstinebant ab hybernis flatibus? itaque tunc natæ pecudes, homines, feræ, sidera: nam pecudes lucem hausere, homines ferrei caput ex aruis extulere, feræ immissæ sunt syluis, sidera sparsa sunt cœlo.

[g] Reddit rationem prudentissimæ coniecturæ.

UVA. BHSC. BU 00239

Nam cùm mundus primo ortu tenerrimus fuisset, qui posset perferre immanitatem frigoris, aut caloris? Ergo, oportuit esse tempus vernum, quod reliquis amœnissimum, temperantissimum, indulgentissimum.

Notæ.

Hyeme cruda non arādum.

1. Nec tibi tam prudens.] Præceptum hoc est in omnibus scriptoribus rerum rusticarum. Libauit Ouid. 1. Fast. *Omne reformidat frigore vultus humus.*

Mouere terrā pro arare.

2. Tellvrem-movere.] Pro arare, ita infr. *Solo licitanda tamen tellus, pulusque mouendus.* Iterum: *Agricola incuruo terram dimouit aratro.* Pari phrasi Ouid. 5. Met. *Prima Ceres vnco terras dimouit aratro.* Iul. Maternus cap. 3. *Nouit agricola quando terram aratro dimouear.* Ante omnes Xenophon in Oecon. ἀκμὴ ἔσται ἡ γῆ κινεῖν τῷ ζεύγει: *erit terra aspera, vt arairo moueatur.* Iterum: εἰ τις αὐτῶν (γῆν) ἐν μέσῳ τῷ θέρει, ᾗ ἐν μέσῳ τῇ ἡμέρᾳ κινοῖ τῷ ζεύγει: *si quis terram æstate media, ac die medio aratro moueat.*

3. Rvra gelv tvnc clavdit hyems.] Huic locutioni opponit postea, *Laxant arua sinus.* Cicer. opponit verba *comprimo, relaxo.* libr. 4. de Rep. apud Nonn. *Cùmque Autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hyeme ad conficiendas compreſſerit, vere ad effundendas relaxarit.* Itaque tellus hyeme dicetur *clausa, compressa.* Vere *laxata, relaxata*, ex Musa vnius, ex prosa alterius.

4. Radicem affigere terræ.] Admodū poeticè, & ex natura scrobium, quibus tanquam foraminibus surculi infodiuntur. Imitatur Ouidius 1. Remed. *Ipse potes viguis plantam defigere in hortis.*

Arbores quando serendæ.

5. Optima vinetis satio.] Non vites solùm, sed omnes arbores serendas aut Vere, aut Autumno, liquidum est axioma. De Vere statuit Theophrast. 3 Caus. cap. 4. & addit rationem, αὐτίαν δὲ τοῦ φυτεύειν θερομερινὸν, ᾗ ὅτι μαλακὸν ἡ εὐκλασὴς, ᾗ ὅλως ἡ ὕλη γονιμωτάτη: *Plantæ enim sponte quadam contextæ iam sunt. est etiam aer benignus, & genialis, tempus omnino fœcundissimum.* Addit plura. Auctor Geopon. ait, plantandas quoque vites ἐαρ & ἀρχομένου, & Ζεφύρου πνέοντος: *incunte vere, flante Zephyro.* Videūm quartum integrum caput Theophr. ex 3. Caus. vbi satio verna autumnali præfertur. Sed quoniam Poeta & ver, & Autumnum exhibet, firmanda quoque hæc pars. Theoph. 3. Caus. cap. 3. post mentionem veris, &c] Autumni, καθ' ἃς ᾗ φυτεύειν μᾶλλον ᾗ κοινοτέρους ἐν τῷ ὕει: *In quibus potius sit satio: sed communius vere.* Columel. 3 cap. 14. distinguit, & ait vitem conserendam esse vere, vbi cœlum est pluuium; aut frigidum, vbi ager pinguis, campestris, vliginosus. Rursum Autumno, vbi cœlum siccum, & calidum; vbi ager exilis, aridus, macer, præruptus. Eodem videntur pertinere, quæ scribit lib. 4. cap. 10. de tempore putationis.

6. Vere rvbenti.] Ductum ex Græcis Poetis, qui sæpe ἠῶ φοινικόπεπλον, & φοινικοπάλαον. ita suprà, *ver purpureum.* Vt & Oppian. ἠῶ πορφύρεον. & vetus Poeta in descriptione veris: *Ipsa gemmeis purpurantem pingit annum floribus.* Iterum: *In pudorem floriulentæ prodierunt purpuræ.* Nonnus 3. Dionys. κηρωτὸς ἐρυθρόων.

7. Candida venit avis.] Isid. cap. 7. libr. 12. loquens de Ciconiis: *He veris nuntiæ, societatis comites, serpentium hostes.*

Veris descriptio.

8. Ver adeo.] Hinc incipit veris descriptio. Longum esset temporis huius elogia conferre. Ab Nazianzeno Orat. 43. vocatur ἡ βασίλισσα τῶν ὡρῶν: *princeps anni pars, & regina.* Ab Herodoto lib. 7. pars totius anni probatissima, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐστὶ τὸ ἔαρ ἀκμαιότατον. Ab Oppian. 1. Cyn. *aureum*, ἔαρι χρυσείῳ. Ab Ouid. 4. Fast. *formosum tempus.* Hic à Virgil. *vitle.* & postea *rubens*, sicuti ab Oppia. *purpureum.* Reliqua obuia erunt Lectori.

9. Tvment terræ.] Explicat Turn. lib. 25. cap. 30. Poetam cum respectu ad virgines, quæ plena iam pubertate, & cùm maturæ sunt viro, tumescunt, præsertim pectore, & mammis. Et firmat, quia à Papin. 2. Theb. dictum est: *—tumida cum virginitate iugari.* Adiungo in gratiam Turnebi versus S. Cypriani signatissimos, ita enim in Sodomis inducit Loth loquentem:

Tumor de terra.

Sunt intus natæ binuges mihi, nubilis ætas,
Virginitas in flore tumet, iam dedita messi,
Digna cupido viris, tulerit quam vestra voluptas.

Victorius ait lib. 8. c. 22. respectum ad verbum græcum ὀργᾶν, quo vsi sunt in re agresti Theophrastus, & Plutarchus. Prior 3. Caus. ὀργᾶσθαι γῆν dixit: *terram tumentem.* Posterior loquens de taxo, ὅταν ὀργᾷ πεὶς πῶν αὖξειν: *Cùm tumet, vt erumpat in flores.* Additque, inde iram Græcis vocatam ὀργὴν à tumore, quod Horatius significauit, cùm de irato dixit lib. 1. od. 13. *Feruens difficili bile tumet iecur.* Certè non dubium, quin Poeta respexerit ad ὀμιλίαν, ᾗ ζωογόνιαν. nam suprà *genitalia semina.* & Lucret. lib. 4. *irritata tument loca semina.* Iterum: ᾗ ὡς ciet irritans loca turgida semine multo. Explico verò ego, quid sit terram tumescere aduocato loco Theophrasti percommodo ex 3. Caus. c. 3. ὀργᾷ δ' (γῆ) ὅταν ἐνικμῷ ᾖ, ᾗ διερμὴ καὶ τὰ τῶ ἀέρος ἔχῃ συμμετρα. τότε γὰρ εὐδιάχυτός τε, καὶ εὔκλασὴς, καὶ ὅλως εὐτροφὴς ἐστι: *Tumet tellus, cùm humida est, cum tepida, cùm flatum aeris temperatum habet: tunc enim agilis est, fertilis, læta.*

10. Tvm Pater omnipotens foecvndis imbribvs æther.] Æthere, id est, Cœlum, putauerunt figmento quodam veteres matrimonio iunctum cum terra, & semen esse imbrem, quo terra fœcundatur. Hoc inuolucro rem naturalem expresserunt. Aristot. lib. 1. de Generat. Animal. c. 2. διὸ καὶ ἐν τῷ ὅλῳ πῶ γῆν φύσιν, ὡς ὄῦσαν, καὶ μητέρα νομίζουσιν, ὑετὸν δ' καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὡς ἀρρένων τας καὶ πατέρας προσαγορεύουσι: *Quamobrem in vniuerso naturam terræ quasi fœminam matremque statuunt: cœlum autem, & solem, reliquasque generis eiusdem nomine genitoris patrisque appellant.* Ideo dixit Papin. 1. Sylueſt.

Æther mādis terræ.

—ipsum in connubia terræ
Æthera, cùm pluuiis rarefcunt nubila, ſoluo.

& Orpheus ὄμβρους vocat καρποτρόφους: *imbres fœtificos.* Alij hoc matrimonium non cœlo, sed Ioui dant, quo omnino videtur Poeta respexisse, cùm Æthere m vocat *omnipotentem.* Scribit hoc Herodotus ex Scytharum opinione lib. 4. *Deorum hos solos placant. Vestam ante omnes, deinde Iouem, ac Tellurem, existimantes Tellurem Iouis esse coniugem.* Græca, quæ necessaria: νομίζοντες δὲ γῆν διὸς εἶναι γυναῖκα. & Pacuuius in Chryse: *Mater est Terra, animam Æther adiugat.* Inde & Græci Iouem celebrant παναφέριον: *frugipotentem.* Quo alludit Etymon Grammaticorum, qui ζεὺς deducunt ἀπὸ τῦ ζῆν à viuendo. & ἀπὸ τῦ δίδω, irrigo, vt ζεὺς dicatur, quasi δεύς. Obiicies *Æther* ait Poeta, non *Iupiter?* Id te non turbet. Nam Iouem, esse Ætherem, aerem, cœlum, & omnia denique putabant veteres. Clemens Alexander ex Æschylo Strom. 5. ζεὺς ἐστιν αἰθὴρ, ζεὺς ᾗ γῆ, ζεὺς δ' ὑπερθεν· Ζεὺς τοι πάντα: *Iupiter est Æther, Iupiter est terra, Iupiter est cœlum. Iupiter est omnia.* Cicer. 2. Nat. versus Græcos Euripidis

Tellus conf. iux Iouis.

Iouis etymo

Iupiter pro reb. omnib.

UVA. BHSC. BU 00239

pidis sic Latinos fecit:

Vides sublime fusum immoderatum æthera,
Qui terram tenero circum iectu amplectitur?
Hunc summum habeto Diuum, hunc perhibeto Iouem.

Ibidem adducit ista ex Ennio:

——aspice hoc
Sublime, candens, quem vocant omnes Iouem.

Habentur ista in Thyeste Ennij & lib. 1. narrat latè opiniones veterum existimantium ardorem illum, qui cingit cœlum, quem Græci vocant æthera, appellari, & esse Deum. Huius sententiæ facit Cicero Parmenidem, Cleanthem, Chrysippum. Additque ex postremo, putare illum, hunc siue ardorem, siue æthera, esse eum, quem omnes vocant Iouem. Sed adducam illustrandæ huic parti versus Euripidis, quos Ennius, & Cicero reddiderunt:

Ὁρᾷς ἄ ὑψοῦ τὸν ἀπέιρονα αἰθέρα,
Καὶ γῆν πλέχ' ὑγρᾶς ὑγρὰς ἐν ἀγκάλαις,
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα τ' εἶ ἠγοῦ θεόν.

Non egent interpretatione præmissis Tullianis, neque subsequutis istis Pacuuianis in Chryse:

Hoc vide circum circa, quod complexu continet
Terram, quod nostri cœlum memorant, Graii perhibent
Æthera. (ferii,
Quidquid est hoc: omnia is animat, format, auget, alit,
Sepelit, recipitq; in se omnia, omniumq; idem est Pater.

Arnob. lib. 5. tem hanc de Ioue interpretatur, cùm ait: *Itaq; qui dicit, cum sua concubuit Iupiter matre, non incestas significat, aut propudiosas Veneris complexiones; sed Iouem pro pluuia, pro Tellure Cererem nominat.* Item: *Vos Iouis, & Cereris coitum, imbrem dicitis dictum, Telluris in gremium lapsum.* & adhuc: *Vt enim Iouem pro pluuia, Cererem pro terra vultis audire.* Tibi, si otium, videndum longissimum caput 3. Euseb. lib. 3. Præparat Denique Poeta noster: *Iupiter & læto descendet plurimus imbri.* Quasi eundem iam Iouem nominet, iam Ætherem. Addam huic parti nonnulla in Imitatione, quia eo pertinent.

11. Quæ dixi hactenus, pertinent præcipuè ad explicationem, dicam de Imitatione. Versus isti, & sententia tota sumta est è Lucret. qui lib. 1.

Postremo pereunt imbres, vbi eos Pater Æther
In gremium matris Terrai præcipitauit.
At nitida fœcunt fruges, ramique viresc unt,
Arboribus, &c.

Accinunt illa eiusdem lib. 2.

Omnibus idem ille Pater est, vnde alma liquentes
Humorum guttas mater cum terra recepit,
Fœta parit nitidas fruges, arbustaque læta.

Non dubium autem, quin vterque respexerit ad versus Æschyli in Danaidibus: leguntur nunc apud Athen. lib. 13. In illis Venus ita loquens inducitur:

Ἐᾶ μὰ γᾶν θέραιδε πρῶτα χθόνα,
Ἔρως ἵ μᾶταν καμβαίνει γάμυ τυχεῖν,
Ὄμβρ ἵ σὲ δὰ εὐνάεντ' ἔρωτα πιαῖν·
Ἕλυσι μᾶταν, ἡ ἵ πίκτεται Ὁρανὸς
Μίλων τε ἔοσκαι, γᾶ βίον θνμῆτειον.
Δένδρων τέ τπι ὤρᾳ ἐκποτίζοισ' ἵ γάμυ
Τέλει· θεῖ. τῶν δ' ἐγὼ παρεῖπ·

Terram penetrare liquidum cœlum
Peroptat, & terra illis frui nuptiis.
A puro cœlo lapsa pluuia
Terram fœcundat, vt pariat mortalibus
Pecudum pascua, & cereales fruges.
Humidis his ipsis nuptiis pulcritudo arborum
Perficitur. Horum omnium ego caussa & auctor sum.

Spectant quoque ad idem argumentum versus Euripi. quos cum Virgilianis confert Turn. lib. 11. c. 22.

Ἐγ δ' ὁ σεμνὸς ἔρανὸς πληρόσθ·
Ὄμβρ πεσεῖν ἐς γαῖαν ἀφροδίτε ὑπο,

Ὅταν ἵ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸ δύο,
Φύσιν ἁμῖν πάσπα, ἵ τρέφοσ' ἄμα.
Peroptat cœlum sanctum plenum
Imbribus, cadere in terram præ voluptate.
Ista duo in vnum mista cum fuerint,
Producunt nobis omnia, ac simul nutriunt.

Leguntur versus isti & apud Athenæum, & apud Stobæum. Expressit Virgilium vetus Poeta apud Lipsi. 1. El. c. 5.

In sinum maritus imber fluxit almæ coniugis,
Vt fœtus innisti us omnes aleret magno corpore.

Et suprà dixerat: *Et nemus comam resoluit de maritis imbribus.* Atque etiam Claud. Marius lib. 2.

Tum se accoctis tellus pinguissima glebis,
In fœtus mouit varios, quos imbre marito,
Parturiens putri dissoluit rura meatu.

Et lib. 3. *Rura maritat aquis.* Atque etiam: *Mox subigunt rastris, & semine rura maritant.* Alcimus lib. 1. de Mundi origine: *Lympha maritauit sitientis viscera terræ.* Loquitur de Nilo. Accinit Nonnus 3. Dionys. à quo Nilus dicitur, Ægypti ὑγρὸς ἀκοίτης, *maritus humidus.* Denique Colum. ex omnium, & maximè Virgilij, & Lucret. imitatione, ita lib. 10.

Maximus ipse Deum, posiio iam fulmine fallax
Acrisioneos veteres imitatur amores,
Inque sinu matris violento depluit imbri.
Nec genitrix nati tunc abspernatur amorem,
Sed patitur nexus flammata cupidine Tellus.

Non placet *violento imbri*, imò suaui, & leni, vt in Vere, vt in amoribus: nam & Ver, & amores Columella depingit. Ideo Virgilius *Descendit*, vt in re quieta. Et addit postea, Vere non contingere imbres sæuos. Virgilij versus vsurpat Hieronym. ad Ctesiphontem.

12. Conivgis in gremivm.] Ex Lucret. qui lib. 1. *In gremium matris Terrai.* Et 2. *Pingere Telluris gremium.*

13. Descendit.] Putabant veteres, Iouem descendere in nube illa, vnde fulmen, aut aqua emittitur, ac tum dicebatur κατακάσης Græcis, Latinis Descensor, siue Elicius. Eò spectent illa 7. Ecl. *Iupiter & læto descendet plurimus imbri.* Ideo Horatius od. 13. Epod. Descensor Iupiter. Elicius Iupiter.

——& imbres,
Nubesque deducunt Iouem.

In 1. etiam Georg.

Ipse Pater media nymborum in nocte coruscat
Fulmina molitur dextra.

Et Horat od. 12. lib. 1. *Tu graui curru quaties olympum.* & od. 34. de Ioue: *Igni corusco nubila diuidens.* Lege Turn. lib. 9. c. 9.

14. Magno commistvs corpore.] Ita in 6. *Magno se corpore miscet.* Sed signatissima sunt illa Euripid. de Cœlo, & Tellure commistis per pluuiam, ὅταν ἵ συμμιχθῆτον δύο. Integra iam adduxi, & explicui.

15. Avia tvm resonant, &c.] Non dubito istam sententiam sumtam è Lucr. lib. 2.

Et varie volucres nemora auia perulantes
Aera per tenerum liquidis loca vocibus opplent.

Iterum: *Et qua pecudes gant nemora auia pernolitantes.* Inde ego in Virgilio suauduui *nemora.* Est verò hæc nota maxima verni temporis. Vetus Poeta Græcus lib. 1. Anthol. describens ver: παῦτ' ἐπὶ δενδρων ἠχεῖ λιγύρων ἀοιδά· *Aera concentu mulcet genus omne volucrum.* Mox numerat halcedines in fluctibus, hirundines in domibus, cycnum in fluminibus, luscinias in lucis, suauiter omnes modulantes. Vetus item Latinus apud Lipsi. 1. Eleg. cap. 5. ver etiam describens.

UVA. BHSC. BU 00239

Et canora non tacere Diua iussit alites,
Iam loquaces ore rauco stagna cycni perstrepunt.

Et suprà dixerat: *Ver nouum, ver iam canorum.* Ab Anonymis transeo ad certos. Nazianz. orat. 43. in pulcerrima veris descriptione. αὖτὴ ἡ καλὰ ὥρης πήνυτος, καὶ ἐμὲ μὲν ἀναίσχυντος, ὁ δ' εἰσικίζετος, ὁ ἡ ἀελπίατος, καὶ καταφωνεῖ τὸ ἄλογον, καὶ ἀελαλεῖ ἀνθρώπων. *Iam auis nidum construit, atque alia quidem redit, alia immigrat, alia circumuolat, ac nemus cantu suo implet: hominem que garritu demulcet.* Libanius in Prog. describens ver, ἁβὴ μὲν ἔαρ χελιδών, ἁβὴ ἡ καὶ ἀηδών, καὶ παντοδαπὸν συναστέρες: *Canit vere hirundo, canit luscinia, vtraque filia Pandionis.* Mox volucres alias inducit παντοχῆ πετόμεναι, *vbique pervolitantes.* Eandem notam Ouid. posuit in duplici descriptione eiusdem temporis, videlicet 1. Fast. *Et tepidum volucres concentibus aera mulcent.* Et 3. Trist. El. 12. *Indocilique loquax gutture vernat auis.* Et Manil. lib. 3. ver describens: —*totumque canora*
Voce nemus loquitur. Sicut & Stat. 4. Syl.

—*nunc volucrum noui*
Quæstus, inexperiimque carmen,
Quod tacita statuere bruma.

Et Synesius Epist. 114. πικίλαι ἡ καὶ ὀρνίθων φῶναὶ, καὶ αὐλῶν ᾠδαὶ, καὶ λειμῶνες ᾄσμενοι: *Varij auium cantus, florum colores, prati frutices.*

16. AVIBVS RESONANT VIRGVLTA.] Recurre ad illud 2. Ecl. *resonant arbusta cicadis.*

17. ET VENEREM, &c.] Non omiserunt alij istam notam Veris, indicabo nonnullos huic loco illustrando, & ideo tantùm indicabo, ne persequar rem indignam auribus. Vide itaque Oppianum 1. Hal. & Cyn. Ouidium in descriptione veris 4. Fast. Persarum mos in nuptiis. Lucretium lib. 1. Varronem 2. Rust. cap. 7. Manilium lib. 3. Aristotelem libr. 5. Histor. Animal. capit. 8. & lib. 6. cap. 18. Libanium in Prog. vbi ver describit. Huic loco seruire potest mos ille Persarum, apud quos nulla erant matrimonia legitima, nisi quæ fœta vere ineunte. Et alter Amazonum (scribit hoc Cæsarius Dialog. 2.) quæ semel in anno verno tempore erant cum viris. Sed obseruanda verba illa, *certis diebus.* Ita sanè est, nam vnus tàtùm homo semper intemperans, animantia ferme cetera statis temporibus. Quadrant in hunc locum verba ista Plinij lib. 10. capit. 63. *Ceteris animalibus statis per tempora anni concubitus, homini (vt dictum est) omnibus horis dierum noctiumque. Ceteris satietas in coitu, hominis propè nulla.* Aristot. 5. Histor. capit. 8. cùm præmiserit reliquis animantibus esse statuta tempora concubitus, adiicit, ἄνθρωπος ἡ μάλιστα πάσων φύσιν: *Homo inprimis temporibus omnibus.* Lege quæ scripsit Rhodigin. libr. 2. cap. 31. & quæ in hunc locum ex Plutarcho, & Xenophonte adducit Germanus. Atque ita Arist. lib. 8. de Animal. ὅτως ἡ ἡλικίαι ἑκάστοις τῆς ὀχείας εἰσὶν ὡρισμέναι τῶν ζώων. Non egent versione ex verbis Plinij.

Amazonum mos.

Hominum libido. Animalibus statæ tempora concubitus.

18. PARTVRIT.] Eadem metaphora Plinius lib. 16. cap. 25. de arboribus: *parunt vero cùm florent.* Iterum: *viuis bis parturit.* Cicer. 2. Nat. de terra: *grauidata seminibus omnia pariat.* Cyprianus epist. 2. cum respectu ad terram: *exilis ingenij angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fœcunditatis cessibus tulmis ingrauescit.* Recurre ad tertiam Eclogam.

19. ZEPHYRIS.] Meminere Zephyrorum in descriptione veris Hieronym. in Comment. in Ecclesiastem cap. 1. Græcus Poeta lib. 11. Anthol. Ouidius 3. Trist. El. 12. Catullus, Horatius odys. 4. libr. 1. Plinius quoque lib. 18. c. 34. his verbis: *Hic* (Zephyrus) *ver vocat, aperitque terras temui frigore saluber.* Quia videlicet hic ventus τῶν πάντων ἀνέμων πότιμός ἐστι: *Ventorum omnium fœcundissimus.* Vt habetur 6. Anthol. vnde & illi Eudemus templum dicat. Claudian. loquens cum hoc vento: *Pater ô gratissime veris.* Ac de eodem postea,

—*ille nouo madidantes nectare pennas*
Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.
Quaque volat, vernus sequitur color omnis in herbas
Turget humus, medióque patent connexa sereno.
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Imbuit, & dulci viola as ferrugine pingit.

Zephyri ſtatis vere.

Seneca in Hipp. —*rorifera mulcens aura*
Zephyrus vernas euocat herbas.

20. LAXANT ARVA SINVS.] Nulla celebratior nota his, qui ver describunt. Poeta ille Græcus 1. Anthol. χαῖε καὶ νυκτὶ χλοερῷ ἑσσάμενοι πόλυ: *coronatur tellus cærulea viridanti herba.* Oppianus 1. Cyn. ἔαρος φιλοστέφανος: *vere frondido.* Nazianzenus de Virgin. ἄνθεα ἔαρος: *flores veris sunt.* Et Orat. 43. loquens de vere, καὶ λειμὼν εὐωδίᾳ, καὶ φυτὸν βρύᾳ, καὶ κείρε πωπὸς, *Pratum olet suauiter, viret planta, herba tondetur.* Ideo ab Æschyl. in Prometh. ver dicitur floridum, ἀνθεμώδης ἔαρος. Et ab Oppiano prim. Halic. ἀνθεμόεσσαι ἐαρος ὧραι: *floridæ veris horæ.* Et Anacr. vocat ver στεφανηφόρον: *ferens corollas, floréque.* Demum eo pertinet veris etymon, quod dictum à vitore, vt auctor est Varr. lib. 5. Ling. Latin. sed quia adducit triplex etymon, audienda eius verba: *Ver, quod tunc incipiunt virere virgulta, ac vertere se tempus anni, nisi quod Sones dicunt βῆρ.*

Veris elogia.

21. SVPERAT TENER OMNIBVS HVMOR.] Poeta Græcus 1. Anthol. inter notas veris,

Οἱ δ' ἀπαλὼ πίνοντες ἀεξιφύτῳ ὀράσσῳ ὕῆς
Λειμώνες:
Bibunt prata rorem tenerum Auroræ nutrientis
Plantas.

22. INQVE NOVOS SOLES AVDENT SE GRAMINA TVTO CREDERE.] Lucretius lib. 1. eandem sententiam ita extulit loquens de omni genere animantium: —*vstrique exortum lumina Solis.* Ouid. 4. Fast. *Tunc primùm Soles eruta vidit humus.* Nosster infrà, *niuntur ad sidera.* Et *auras tulerunt.* Et suprà: *Extat ad cœlum ramis felicibus arbos.* Catullus de arbore nouè exoriente, ita: *Feriebat arbor auras redimita pampinis.* Sed nihil conferas cum hoc, *gramina audent se credere in nouos Soles.* Explicuit, vt puto, ista Lucret. lib. 1.

—*vitida Tellus*
Tutores teneras effert in lumina oras.

Itaque vt explices erumpentem arborem, aut segetem, possis dicere: *Seges se credit in nouos Soles, videt lumen Solis, nititur ad sidera, fert, perfert, ferit auras, ad cœlum exit, effert se in oras luminis.* Sed & vocem, *audent*, ad rem eandem arripuit Manil. lib. 3. *Et varios audet flores emittere tellus.*

23. AVT ACTVM COELO MAGNIS AQVILONIBVS IMBREM.] Inter notas veris hæc est magna, tunc placidas esse & mites pluuias, salutares ac fœcundos imbres, qui gremio terræ accipiuntur: non procellosos turbines, tempestates horridas, Aquilones feros. Oppianus 1. Cyn. ἔαρος χειμέριον, κρυερῶν ῥεφέων ἐλατῆρ: *Vere aureo, horridarum nubium expulsore.* Anacr. Ver describens: νεφέλαι σκιαὶ δονοῦνται: *nebulæ fugantur aëre.* Lucretius lib. 6. idem præstans: —*ventique calore*
Deficiunt, neque sunt tam denso corpore nubes. Theophrast. 3. Caus. cap. 5. τότε (ἦει) ὁ ἐπὶ μακρὸν ἰὼν, καὶ ἡρῷος: *tunc* (in vere) *aer placidus, & roscidus.*

24. SED TRVDIT GEMMAS.] Locutio hæc variatur 7. Eclog. in illis: *turgent in palmite gemmæ.* Pergo ad notam veris. Ouid. de hoc tempore 3. Trist.

UVA. BHSC. BU 00239

Trist. El. 12.— *de palmite gemma mouetur.* Et 4. Fast. *Nunc umido gemmas cortice palmes agit.* Et 1. *Et noua de grauido palmite gemma tumet.* Gemmare in vitibus quid.

Oculi in vitibus qui.

25. ET FRONDES EXPLICAT OMNES.] Est hæc extrema nota veris, quam neque alij in simili opera omisere, omitto vt facile parabilem.

Mundus cõditus verno tempore.

26. NON ALIOS PRIMA, &c.] Grauis est dissertatio inter Theologos, quo tempore mundus fuerit conditus, vernóne, an Autumnali? Nam de hyeme, & æstate omnes silent. Autumnus patronos habet graues, sed ver grauissimos. Ratio, quæ petitur à maturitate fructuum, Autumno fauet: Veri, quæ à commodissima anni temperie. Sed hæc quæstio appellet suos Theologos, mihi satis adducere auctores, qui consentiunt cum Poeta, qui natales mundi primos reiicit ad vernum tempus. Sunt illi ex Græcis Cyrillus cateches. 14. Nazianz. in Nouam Dominic. Damas. 2. Fid. Auctor quæstionum ad Antiochum, quod opus Athanasio tribuitur, Theod. Quæst. 27. in Exod. Ex Latinis Ambr. 1. Exaem. Gaudentius Episc. Brixiens. Tract. 1. in Exod. Isid. 5. Etymol. Beda, Rabanus, Magister Hist. Sch. plures alij. Qui contrariam opinionem sustinent pauci sunt, si cum his conferantur, & ij ferme nouitij. Inter hos Iunius lib. 3. Animad. c. 8. Addam opinionem, quam sequor, esse Plinij lib. 16. cap. 25. vbi ait: *Aborum flos est pleni veris indicium, & anni renascentis.* Vere ergo natus est annus primus, nam vere redeũte renascitur. Inde vetus Poeta ex Lipsiana emendatione: *Ver nouum, ver iam canorum, ver tenatus orbis est.*

27. VER ILLVD ERAT.] His verbis consentiunt ista veterum Philosophorum apud Lactant. lib. 2. c. 12. *Non erant, inquiunt, in principio mundi hyẽs, & æstas: sed perpetua temperies, & ver æquabile.* Et versus Lucret. è lib. 6.

At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.

28. VER MAGNVS AGEBAT ORBIS.] Ex Catul. qui *iucundum cum ætas florida Ver ageret.* Longam descriptionem Paradisi Terrestris, quam magna ex parte ex imitatione Virgilij confecit Alci-

A mus Auitus, quære si lubet, tom. 8. Biblioth. Sanct.

Pecudis etymon.

29. PECVDES.] Placet mihi sententia Scaligeri in Coniect. qui reiecta prius Varron. etymologia, pecudes ait dici quasi *πωλάδες*, quod conderentur, vnde & πῶλος apud Græcos, id est, vellus remansit. Latini verò pecudes potius dixerunt more suo, quàm pocudes. Nam & veteres Apellinem dicebant, non Apollinem: temperis, non temporis: elera, non olera. vnde & eluela remansit, id est, minuta olera. In quibus omnibus mutauimus e, in o, sicut etiam in Proserpina, quæ veteribus fuit Præserpina à Græca περσεφόνη.

Virgilij lectio asseritur.

30. FERREA PROGENIES.] Sunt qui hic malint *terrea*, propter auctoritatem Lactantij lib. 2 c. 11. Neque assentiri, nam Virgil. videtur omnino expressisse illud Hesiod. *ἡμὶ σιδήρεον*. Et Cic. ex vetere Poeta 2. Nat. *Ferrea tum verò proles exorta repente est.* Dixerat quippe vetus hic Poeta, *χαλκεῖη ἦεν*. Sed quare hoc vterque vates? vel propter labores, ad quos tolerandos nati videntur homines, & ideo ferrei, id est, duri. Neque alio sensu dixit noster *ferream vocem, ferreum somnum.* Ideo 1. Georg. *Vnde homines nati, durum genus.* Vel etiam propter impudentiam, qua vel in cœlum ipsum, si necesse, ruunt homines. Neque aliter capiendus Catul. ex mente Mureti, cùm dixit: *ferreo canis ore.* Eadem mente dictus ab Aristophane *σιδηρᾶς ἀνὴρ*. Primum præfero.

31. CAPVT EXTVLIT.] Hanc phrasin ter, aut quater habet Virgil.

32. IMMISSÆQVE FERÆ SYLVIS, ET SIDERA COELO.] Versum hunc Manilius reddidit 3. Astron. flexu isto: *Immissumque fretum terris, iter æquoris vndis.* Est hæc perfectissima imitatio. Phil. *θεὸς ὀνείρων*, ita consentaneè ad vatem, *γῆ δ' ὧν τὸ χαρᾶσσε ἕλκα τε καὶ θαλάσσης, θαλάσσῃ τε καὶ πυμαῖς τὰ ὑγρὰ, ἠέρι δὲ τὰς ἀέρας*: *Terræ terrestria attribuit, mari & fluminibus æquatilia, cœlo sidera.* Istud de sideribus ita extulit Calab. lib. 5. *ἐπικίδνατο δ' ἠερίῃ ἄστρα. Astra diffundebantur, spargebantúrque cœlo.* Ouidius 8. Met. nostrum æmulans aperte: *—sumtam de fronte coronam Immisit cœlo.* Dicit videlicet Ariadnem versam à Baccho in stellam. Quare autem primum feræ immissæ syluis, quàm cœlo sidera? Putat Seruius hunc ordinem respicere ad fabulam Arcadum, qui dicti *σεληνῖται*, quia geniti ante Lunam, & sidera: quam Seruij mentem ex Eudoxo, & Apollonio illustrat Vrsinus.

33. PERFERRE LABOREM.] Lucret. libr. 1. *—quemuis perferre laborem Suadet.*

34. EXCIPERET.] Esse hoc verbum in hac significatione sumtum à Lucretio, Germanus admonet, adducit loca. Eodem sensu Græci dicunt *δέλεαρ δέχεσθαι*.

* Quod supereſt, quæcunque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut ſquallentes infode conchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuiſque ſubibit
Halitus, atque animos tollent ſata: iámque reperti
Qui ſaxo ſuper, atque ingentis pondere teſtæ
Vrgerent: hoc effuſos munimen ad imbres:
Hoc, vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.
ᵇ Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.
Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere, & ipſa

Flecte

UVA. BHSC. BU 00239

Flectere luctantes inter vineta iuuencos.
[c] Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ.
Fraxineásque aptare sudes, furcásque bicornes:
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summásque sequi tabulata per vlmos.
[d] Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris: & dum se lætus ad auras
Palmes agit, laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acies falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.
Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vlmos
Exierint, tum stringe comas, tunc brachia tonde:
(Antè reformidant ferrum) tunc denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.

ARGVMENTVM.

Sequuntur præcepta de stercoratione vitium, lapidum interpositione, pastinatione, pedatione, frondatione.

EXPLICATIO.

[a] TRADIDIT fusè hactenus præcepta de conserendis vitibus, docet nunc, quid faciendum optimo vinitori post illas satas. Ait ergo, post infossos surculos in serobibus (nam hoc est *virgulta premere*) primum spargendum simum, & hunc pingue; ac surculos bene occultãdos terraideinde infodiendos prope depactum surculum aut lapides bibulos & arenaries, aut conchas. Cuius rei ratio duplex: prima vt aquæ interlabantur, & recreent radices vitis, quæ calidissimæ est naturæ. Altera vt spirent radices, subeunte tenui halitu, ac penetrante aere; atque inde (inquit) fiet, vt sata animos attollant. Vtrumque hoc nequeat fieri in tellure solida, & compressa: rectè autem arenarius lapis, & conchæ admittent spiramina. Addit denum, aliquos vinitores, solere capere id consilij, vt saxo radices vitium, aut testa vrgeant, vt ab illis propulsent aut nimios imbres hyemis, aut æstatis vapores frequentissimos, qui contingunt æstuante canicula.

[b] Superiori præcepto annectuntur plura alia, quæ exercenda post vites consitas. Est nunc in pastinatione, quæ positis surculis, (quos hic vocat *semina*) exercenda est & bidentibus (sunt hi genus ligonum, quibus dens geminus, vnus à fronte latus, & explicatus, alter à tergo in formam mucronis, vterque acutus) aut aratro. Bidentibus quidem, vt illis terra deducatur ad capita, id est, ad radices, & stirpes depacti surculi; vt verò innuat, terram frequenter fodiendam ligonibus, ait *tactare & sapius*; aratro verò, vt reliquum omne interstitium probè inuertatur.

[c] Sequitur præceptum de pedatione, quo docet surculo recens depacto aptandos calamos leuigatos, & hastilia quædam ex virgis derasis, decorticatisque, aut sudes ex fraxino, & furcas bicornes. Ego hos duos versus explico per ὑπ διὰ δυοῖν figuram vsitatissimam Virgilio, vt dicat, aptandos leuigatos calamos: sunt hi hastilia ex virgis decorticatis: sudes fraxineas in formam furcarum. Itaque duo tantùm dicit, etiamsi videatur dicere res quatuor. Pergo.

A Præcepti adhibiti ratio triplex est. Prima, vt harum virgarum adminiculo enitantur, & altiùs consurgant: altera, vt ventis ne moueantur, imò eos contemnant: tertia, vt vineæ arbustiuæ aspirent ad fastigium arborum, quibus maritantur, & ita sequantur disposita tabulata, eaque efforment. Quæ sint tabulata, postea explicabo.

[d] Pedationem sequitur frondatio, alio nomine pampinatio, quæ caute exercenda. Nam cùm surculus adolescit in prima ætate, & frontes nouæ sunt, ac teneræ, omnino illis parcendum est, nihilque amputandum. Cùm verò iam annum expleuerit, ita vt dici palmes queat (est enim palmes surculus vitis anniculus, qui gemmas emittit) ac sese laxauerit per purum aerem habenis liberioribus; tunc quidem amputari frondes possunt, sed manibus tantùm, non ferro, non falce. Verùmtamen, cùm iam vites in B fastigium excreuerint firmis stirpibus, hærentes vlmis, tunc tractandæ erunt ferro, & validissimè compescenda luxuria.

NOTÆ.

1. QVOD SVPEREST.] Hæc vocum consecutio amata, vt elegans. Terent. *Eauſſ — auſculta quod supereſt.* Noster 5. Æneid. *Quod supereſt, oro.* Cicer. *Quod supereſt perge mi Brute.* Quod supereſt.

2. PREMES.] Explicui *infodies*, aut *demerges*, secutus Seruium hic, & Magium 4. Miscel. c. 7. qui adnectit ad Maronem verba Cai 1. c. in l. adeo, ff. de adquirendo rerum dominio: *Quod si vicini arborem in terra presserim, vt in meum fundum radices egerit.* Horat. quoque *terra premam* dixit, pro infodiam odys. 1. epod. Premo pro infodio.

3. VIRGVLTA.] Plin. & Colum. *virgas* appellant, alij *plantaria*; Noster sæpe, & alij *semina*. Omnes intelligunt *surculos*, qui terræ committuntur.

4. SPARGE FIMO.] De hoc præcepto Plin. loquens de vitibus lib. 14. c. 12. *terram fimo misceri necessarium.* Auctor Geop. lib. 5. ait stercoranda τὰ ἄκρα ἀμπέλου: *summa vitium.* Adhibet rationem, quia stercus διϊκνεῖ, καὶ σπογγοῖ τὸ φυτὸν: *fouet, firmatque plantam.* Paria ferme Theophrast. 3. Caus. de stercore, μανοῖ τὴν γῆν καὶ διαθερμαίνει: *laxat terram foueique.* Sed considerate Poeta, *sparge*, quia arboribus non conuenit, imò nocet, ait Theophr. 3. Caus. c. 12. κόπρισις δεομένοις, *valida & acris stercoratio.* Ac multo minus vitibus, quæ calidissimæ naturæ. Ideo concludit, minus stercoris Stercorationis præceptum. Vites amant modicã stercorationem.

UVA. BHSC. BU 00239

coris spargendum, si acrius sit: plus, si mollius. τῆς μὲν δριμυτέρας, ἐλάττονα, τῆς δὲ μαλακωτέρας, πλείονα. Multo aliter in segetibus, vbi acrior, vinidior, fusior stercoratio. Ideo in seq. cap. absoluit, vites stercorandas post annos 4. & eo amplius, quia si citius, ἡ ὑπάνθρακα φέρει. De genere stercoris, quod aptum vitibus, Poeta nihil. Colum. 3. cap. 15. ex Afro Auctore probat vinacea permista stercori. Quòd ista vires surculis moueant, & veluti irritent, ac prouocent, Auctor Geop. lib. 5. stercus hoc vitium contrahit ad βόλετιν: bubulum. Loco alio eiusdem libri inducit varia genera stercorum pro diuersa terra rum qualitate.

5. MVLTA MEMOR OCCVLE TERRA.] Rationem huius præcepti hanc adhibet Theophr. 5. Caus. cap. 16. nam frigus (inquit) transit à summis ad ima, & ad radices. Dissidet verò Virg. à Theophr. in parte præcepti. Poeta clarè: *multa occule terra.* Græcus eodem loci, πολλὴ δεῖ πολλὴ γῆς, ἀλλὰ μέτεια· πλὴν ὅσα ἐπὶ πολὺ διατηρεῖν: *nec terra multa opus, nam mediocris seruare potest.* Virg. fauent verba ista Plin. lib. 17. c. 2. ex Caton. *Ponito in scrobe, aut in sulco, operito, & bene occultato.* Lege Catonem ipsum c. 33.

Virgilius dissidet à Theophr.

Lapides ad radicesvitiū.

6. AVT LAPIDEM BIBVLVM.] Consentiunt in hoc præceptum magni omnes Scriptores rei rusticæ, adeò nihil Poeta extra scientiam. Theophr. 3. Caus. c. 5. ὅσοις γὰρ ὑδάτων τὰ χειμῶν ἀπολαύουσι, τὰ θέρει κατὰ ψύχουσι (διὸ γὰρ ὀφεῖς ἀμφίβληστρα τὰς ὀφεις παρεπιδιδάσι) διὰ τοῦτο βοηθεῖ κεῖσθαι κατὰ λίθους, ὅπως συμβαίνῃ τὸ ὕδατος, καὶ τὰ θέρει ὅτου κατὰ ψύχοιτο τὰς ῥίζας: *Vt plantæ per hyemem humore perfrui, & refrigerari per æstatem queant (nam contra vtrumque tempus muniri illas oportet) lapides subiiciunt, vt sic humor contineatur, & refrigerentur in æstate.* Additque solere aliquos adfodere ad eandem rem: aut κληπατίδας, aut κέραμον ὕδατος ἐμπλεκτικὸν, aut fas fictile aqua plenum. Et cap. 7. eiusdem lib. συμφέρει δ' ὀμβρίων ποιῶν πιεῖν ἐλαίαν, καὶ ἥδιον ἐκ ποταμοῦ, ἢ χειμάρρου: *imitat arenam bibulam conficere, & lapides ex riuulo, aut torrente.* Auctor Geopon. lib. 5 cùm dixerit, lapides, qui supernè sunt, nocuos esse vinetis, quia æstate adurant terram calefacti à Sole, hyeme perfrigerent: de his, qui latent ad radices, ita ait, τὸ ναστὸν οἱ ἐν βάθει ὄντες. καὶ μᾶλλον δ' ὅσοις ὅτου τὰς ῥίζας αἰθαλύχνει: *Contra ij lapides, qui sunt ad radices, æstatis enim tempore ij ipsi radices refrigerant.* Eodem pertinent, quæ præcipit lib. 4. Fertiles fore vites arbustiuas, si caprarum cornua infigantur, obruantúrque ad radices, ita tamen, vt summa cornuum promineant è terra, quo pluuia delapsa de cœlo cornua irriget. Paria Xenoph. in Oecon. de testis quibusdam superiiciendis. Eadem ex Magone docet Colum. aduocans Virg. versus lib. 3. c. 15. Indicat Victor. lib. 36. var. Lect. c. 5. locum Arist. ad eandem rem pertinentem hunc, διὰ δ' ἧλθε πᾶσα πλὴν πάντ' ἐλίζας ὑποβάλλει, ἡ ὕδωρ ἐν ἀγγείοις, ὥσπερ αἱ ῥίζαι ψύχουσι τῶν φυτῶν: *Ideo genera quædam lapidium ad radices iniiciunt, & aquam in vasculis, vt plantarum radices refrigerentur.*

7. ANIMOS TOLLENT SATA.] Ita Æschyl. Agam. ἀέρθεις κέαρ. & Arist. Pol. ὁ θυμὸς αἴρεται.

8. HIVLCA.] Catul. *æstus hiulcat agros.*

9. FINDIT.] Tibul. à Virg. *aremes cum findit Sirius agros.*

Caput in arboribus est radix.

10. CAPITA.] Hic per *capita vitium* radices intelligunt Scal. in Fest. voce *tigillum.* Turn. lib. 14. c. 27. Germanus in hunc locum, docti alij. Vere. Nam in arboribus diuersa est ratio ab homine, cui os, & caput in sublimi. Ideo Plato hominem dixit esse inuersam arborem: Arist. clarè lib. ἀεὶ μακρὸν. τὸ δ' ἄνω τὰ φυτὰ, ἡ κεφαλὴ ῥίζαι ἐσι: *superior pars arboris, & caput, radix est.* & suprà κεφαλοβαρῆ βράκοβόδιά τέ: *vinaciores sunt arbores, quibus radix profunda.* Aduerbium est: *vinaciores sunt arbores, quibus caput profundum.* Et lib. 2. de anim. αἱ δ' ῥίζαι τῷ σῶμα τὸ ἀνάλογον: *radices instar sunt oris.* Latius lib. περὶ νεότ. ἀναπνοῆς. τὸ εἶσω αἰρίζειν τοῖς φυτοῖς, ἡ τὸ καλούμενον στόμα τοῖς ζώοις, διὰ τὸ ἄμφω τὰ μὲν ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, τὰ δὲ αὖ τῶν: *Habent radices arborum analogiam cum ore animantium, ista cibum capiunt per os, illæ per radices.* Philo ἀεὶ φύτευε. ἡ μᾶλλον τὰ μὲν φυτὰ κάτωκλινε ἀνειρύζετο, τὰ κεφαλὰ αὐτῶν ἐν τοῖς βαθυγειοτάτοις μέρεσι πῆξας: *Strippe. (Deus) deorsum mersos sicit capite infigens fertilissimis eius partibus.* Os ergo arborum, radix. Quæ hìc dixi, firmant sententiam omnium, qui in Virgilio per caput intelligunt radices. Negari tamen nequit, quin Columel. longè alio significato sumserit, cùm scribit lib. 3. cap. 10. *Feracissima autem semina sunt, non, vt veteres auctores tradiderunt, extrema pars eius quod caput vuis appellant, id est, vltimum, & productissimum flagellum, &c.* Clariora hæc erunt adeunti Col. ipsum. Facit huc etiam à Poetis dici frondes arborum *comas.* Et à Plin. lib. 17. c. 23. tenues ramusculos arborum, *barbam.* Quis verò neget comas dici cum respectu ad caput, barbam cum respectu ad faciem? Phil. lib. de Animalib. quæ idonea ad sacrificium dixit, ἁ δ' ὑπὲρ γῆς φερῆ. κλάδες τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας ἀπεκρέπε. ἡ δ' ὑπὸ γῆς ῥίζαι πυρί: *Veluti arbores superficiem ramos, capillos capitis deiondit, atque igni tradidit.* Facit etiam nonnihil illud Arist. 2. de Anim. loquentis de arboribus: ἁ δ' ἄνω μὲν αὔξεται, κάτω δ' οὐκ ὁμοίως ἐπ' ἄμφω. *Non enim sursum quidem accrescunt, deorsum autem non accrescunt, sed ad vtramq; similiter differentiam.* Ex quibus verbis possit quis elicere, vtramque partem dici posse caput.

Comæ arborum. Barba arborum.

11. IACTARE BIDENTES.] Columel. à nostro lib. 4. cap. 17. *fossores quoq; liberiùs, & apriùs iactant bidentes.* De vtilitate, quæ prouenit arbustis ex fossione, videndus Theophr. 3. Caus. c. 14. Auctor Geopait fossionem esse viti causam βίου, ὄφρης, πολυκαρπίας: *vitæ, alimenti, vberatis.* Parco reliquis.

Calami. Hastilia. Sudes. Furcæ. Perticæ. Virgæ.

12. TVM LEVES CALAMOS.] Poeta hìc, vt vides, fulcra ista teneri surculi depacti, vocat *calamos, hastilia, sudes, furcas.* Theophr. 2. Hist. c. 7. πάσσαλον nominat: *palum.* Auctor Geop. lib. 5. κάσσαλος: *pertica.* & lib. 4. ῥάβδον λεπτὴν: *tenuem virgam.* Colum. lib. 4. c. 12. *adminiculum modicum*, atque *arundinem.* Et cap. 13. ait, nectendam nouellam vineam *vinculo quam mollissimo.* Calamos cum Virgilio vocant Plin. Columella, Auctor Geopon.

Tabulata in arboribus quę.

13. TABVLATA.] Quæ sint hæc, elucet clarè ex verbis istis Colum. lib. 5. cap. 6. *Cum deinde adolescere incipient, falce formande, & tabulata instituenda sunt: hoc enim nomine vsurpant agricolæ ramos, truncosque prominentes: eosque vel propius ferro compescunt, vel longius promittunt, vt vites laxius diffundantur.* Ergo, rami laxiùs diffusi, tondentésque in plana efficiunt tabulatum, non qui crescunt in altitudinem. Ideo Plin. lib. 17. capit. 23. vsus est signatissimo verbo dilatandi, cùm ait: *tabulata earum* (loquitur videlicet de vlmis, in quibus hærent vites arbustiuæ) *ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus.* & lib. 14. *tabulata in orbem patula.* Setuius etiam hìc: *tabulata sunt rami effusiores, & in plana tendentes, non in altiora crescentes.*

14. ADOLESCIT.] Vsus loctione Virgil. Colu. lib. 4. c. 1. & lib. 5. c. 6. Plin. lib. 16. c. 34. & lib. 6. c. 32. Iam *iuuentus, pubertas, adolescentia* de arboribus, crebra in hoc, & aliis scriptoribus.

Vitibus tenuibus parcendum.

15. PARCENDVM TENERIS.] De hoc præcepto Theophr. 3. Caus. c. 9. *Plantam vnamquamq; dum fundit prima germina, sine mutat radices, neq; amputes eius superiora: vt sit in vitibus, in quibus flagella non adimuntur.*

VVA. BHSC. BV 00239

tur: *vbi autem conualerint, tunc amputanda, &c.* & c. 10. A ait, amputandas arbores, cùm sunt *ἰσχυρότατα: valdissime.* Cato etiam: *Vitem nouellam resecari tunc erit tempus, vbi valebit.* Verba ista Poetæ *parcendum teneris*, esse possunt forma adagij, cuius vsus esse poterit, cùm sermo fuerit de lenitate, qua tractanda in schola pueri. Ad hanc enim rem sententiam Virgilij transfert Quintil. lib. 2. c. 4.

Vitis nouella.

Parcendum teneris, adagium.

16. LÆTVS PALMES.] Theoc. edyl. 1. ἁπαλὸμμία.

17. PER PVRVM.] Constat hoc imitatione Græca: Nam Hom. Il. 23. ἢ κα δαῆσι absolutè dixit. Ita etiam Horatius od. 34. lib. 1.

——Per purum tonantes Egit equos.

Per purum.

18. IMMISSVS HABENIS.] Sumsit proculdubiò à Lucret. qui lib. 5.

Arboribusq; datum est, variis exinde per auras
Crescendi magnum immissis certamen habenis.

19. TENTANDA.] Existimo à Maron. sumsisse Tranquillum c. 49. Neron. *Duos pugiones quos secum tulerat, arripuit, tentatoque vtriusque acie, rursus condidit.*

20. CARPENDÆ MANIBVS FRONDES, INTERQVE LEGENDÆ.] Auctor Geopon. libr. 5. *Ablatio manu fiat, non ferro: stuporem enim nouæ vitì indúcit ferri contactus.* Et loco alio longè distanti: *Βλαστολογεῖν ὄ χρὴ διὰ τῶν χειρῶν ἀκίνητος: Pampinandæ vites sunt manu, vt citra incommodum.* Theophrast. quoque 3. Caus. *τῶν χερῶν ἀφαιρεῖν.* Cùm signatè ait, *legendæ*, visus est alludere ad illos, qui dicebantur Leguli rusticorum vocabulo, qua voce vsi Cato, & Varro. Inde oleæ strictiuæ ad discrimen cadiuarum: illæ, quæ manu stringebantur; istæ quæ cadebant legente nemine.

Leguli qui sint.

20. EXIERINT.] Ipse suprà: *Exit ad cœlum ramis felicibus arbos.*

21. STRINGE COMAS.] Ipse 1. Georg. *glandes stringere.* Et 1. Ecl. *stringunt frondes.*

22. BRACHIA.] Ita 12. Æn. de arbore, *——posuitq; comas, & Brachia ferro* Plin. lib. 17. c. 23. Ex Caton. loquens de vitibus arbustiuis: *alterna seruantur Brachia, alternis putantur annis.* Col. lib. 5. c. 5. *vites capitatas, brachiatas.* Theodor. ἀκρόμωνας. Theophrasti reddit non semel *brachia.*

Brachia de arboribus.

23. TONDE.] Pari metaphora Tertul. de Pallio: *Gladius detoiondi.*

24. COMPESCE.] Colum. loquens de vitibus; *compescenda quasi puerilia seminum est.* I. Consultus apud Germ. *luxuries ramorum compescatur.* Flexu alio Columell. libr. 3. cap. 21. *vitem coerceat.* Alio Iuuenc. lib. 3. *Nunc scrobibus, nunc falce premens vineta retunde.* Phil. lib. de agricultura, ita, *τὰ ὑ κατὰ πλεονάζοντα ξηροῖς κεκριμένα τομαῖς σύλλειν: quæ alimento numio luxuriant, putatione sunt cohibenda.* Pertinent ista ad locutionem, ceterùm de præcepto Plin. lib. 17. cap. 22. *Non indulgendum est, sed semper inhibenda fœcunditas.* Addit rationem: *quicquid materiæ admittur, fructui accedit.* Ait præterea, eam esse naturam vitis, *vt parere malit, quam viuere.* Cur: quia *semina mauult, quam fructum gigni.* Ideo ergo compescenda, inhibenda, amputanda.

Luxuries vitium compescenda.

25. FLVENTES.] De vitibus Theoph. 3. Caus. cap. 20. *ἐγκαταλείπειν: luxuriare, sylvescere, fluere.* Non abit Lucret. dixisse lib. 2. *fluidas frondes.* Xenoph. in œcon. expressit his verbis, *ἀφαιρεῖν τὰ ὀπίσω.* Virg. 1. Georg. vt solet, optimè, *luxuria foliorum exuberat vmbra.*

[a] Texendæ sæpes etiam, & pecus omne terendum est.
Præcipuè dum frons tenera, imprudénsque laborum.
[b] Cui super indignas hyemes, Solémque potentem,
Syluestres vri assiduè, capreæq; sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq; iuuencæ.
[c] Frigora nec tantum cana concreta pruina;
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, duríque venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
[d] Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi:
Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
Thespiadæ posuere; atque inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
[e] Nec non Ausonij Troia gens missa, coloni
Versibus incomtis ludunt, risúque soluto:
Oraque corticibus sumunt horrenda cauatis,
Et te Bacche canunt per carmina læta, tibíque
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu,
Implentur vallésque cauæ, saltúsque profundi,
Et quocunque Deus circum caput egit honestum.
[f] Ergo ritè tuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancésque & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,
Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Præcipit, sepibus arcendum pecus à vitibus: ex cuius præcepti occasione dilabitur ad sacra Bacchi, quæ fiebant ritu Græcorum, quæ ritu Latinorum.

EXPLICATIO.

a ATam multiplici præceptorum varietate pergit ad sepes & munimina, quæ necessaria ad tenendos, id est, arcendos greges à vitibus, præcipuè dum illæ sunt teneræ, laborúmque ignaræ.

b Addit rationem, cur texendæ sepes, vt pecus arceatur. Quia, etiamsi hyemes indignæ, id est, magnæ noceant nouellis vitibus; & Sol, cùm porrò est, id est, cùm est æstiuus: tamen maius nocumentum accipiunt ab vris, capreis, ouibus, iuuencis. Vri enim, & capreæ per ludum omnia pessundãt, & proterũt: oues, ac iuuencæ depascuntur. Velim lector scribas (*syluestres tauri*) non (*vri*) & Poetam interpreteris de tauris syluestribus. Quam meam lectionem postea astruam non fortasse ineptè.

c Dat explicatiùs quæ dixerat, nimirum quæ sint hyemes illæ indignæ, quis potens Sol, quod illud ferarum nocumentum. Quasi dicat. Dixi plus nocumenti pecus afferre vitibus; quàm afferant hyemes indignæ, quam Sol potens, ita sanè est. Neque enim frigora, cùm tempus pruina albicat (en indignitatem illam, id est, magnitudinem frigoris) neque æstas, cùm grauis admodum incumbit, arentibus præ ardore scopulis (en Solem potentem) tantum nocent, quãtum greges illi: nam eorum morsus veneno est plenus; & cicatricem possis, aut vlcus nominare potius, quàm morsum.

d Occasione huius pulcrè dilabitur ad sacra Bacchi, quæ Græcorum & Latinorum ritu fieri cõsueuerunt. Itaque ait. Si quæras originem capri immolati Baccho, nulla est alia, quàm ipsum arrosisse vites huius Dei: ideo aris omnibus cęditur in sacris Liberalibus Bacchi: ideo ludi veteres theatrales eunt in prosceniã, vt ibi exhibeantur: ideo Athenienses, qui dicti Thesęidæ à Theseo, lusere in pratis ascoliasmum inter lætã conuiuia destinatis præmiis per pagos, & compita his, qui agiliùs saliissent per vtres vnctos.

e A Græcis transit ad Latinos, apud quos coloni, qui venere è Troia, ludunt in honorem Bacchi versibus, & cachinnis: sed versibus quidem, malè expolitis, vt æuum illud ferebat. Deinde ex arboribus cauatis simulacra sibi efformant, quæ ori horrendæ nimis prætendunt, atque ita non agniti liberiùs debacchantur. Tertiò suspendunt in honorem eiusdem Dei oscilla ex arboribus: sunt hæc suspẽdicula quædam facta aut ex lignis, aut ex funibus, quibus iactabantur agitabantúrque pendentes in aëre.

f Reiicit vbertatem fructuum in seruatam religionem. Hinc (inquit) id est, post peracta Bacchi sacra vinea pubescit, incipítque gemmascere: valles omnes saltúsque implentur vuis: demum loca omnia fertilissima sunt, per quæ Deus ipse caput circumtulit pulcrum & decorum. Extrema hæc indicant festum Ambaruale, de quo locutus 1. Georg.

g Concludit necessariam esse religionem ad prouentum rei rusticæ. Ergo, oportet Baccho dicere, id est, canere honorem & sacra sua, idque carminibus patrio iam more constitutis, oportet ferre lances & liba (id est, liba in lancibus, est enim ἐν διὰ δυοῖν) oportet hircus, qui illi est sacer, ad aram ducatur, vt ibi stet immolandus: oportet torreantur exta hirci in A verubus colurnis. Epithetum significat materiam: est enim colurnũ, quod fit vel ex corylo iuxta Seruiũ, vel ex corno iuxta Festum.

NOTÆ.

1. TEXENDÆ SEPES.] De hoc præcepto ita Philo Iudæus lib. de Agricultura, τὸ ἀκακεῖμενον τεῖχος ὀπώρας, ᾗ φυλῶν τῶν χθονίων ἄγριον ἔθος φυλακτέον ἴδιος σύνεσις, ᾗ παρεισθέρεσις βλαμμένους ἀνέθεργον. *Sepes fructus conseruat, plantásque agrorum, arcens vrruendi, ac nocendi cupidos.* Et Oppianus quart. Hal.

——ἅτε σκολόπεσσιν ἀταύλῳ
ῥεχθέντων σέθεν ῥεμων ἔρκος ἀλωῆς
ἀγρονόμοισι.
——*ac veluti sudibus vsquequaque*
Munientes frequentibus rotundum sepium horti
Agricolæ.

Subiicit alia in eandem sententiam. Sepem Homerus describit odyss. 14. loquens de re alia.

2. PECVS OMNE TENENDVM.] Tenere, pro arcere, & continere ex imitatione Græcorum, qui ἔχειν, & κωλύειν. De præcepto Plin. 17. c. 22. *Arcendũ procul omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime auferat gemmas.* Colum. 5. c. 6. *ab iniuria pecoris emunire.* Tenere pro arcere.

3. IMPRVDENS LABORVM.] Ne te auspicãtem Poesin prætereat hæc phrasis. An quicquam tu venustius? Ego huic hærens, *frons nescia Solis.* Neque dubitarem, florem dicere *imperium laborum*, cùm primùm erumpit. Imprudẽtia de a. bonib.

4. INDIGNAS HYEMES.] Explicui *magnas*, secutus quæ iam dixi Ecl. 10. ad illud, ——*indigno cum Gallus amore periret.* Neque aliter is locus expediti potest commodè, quàm de magnitudine hyemis. Indignus, id est, magnus.

5. SOLEMQVE POTENTEM.] Quid si sumsit ex Aristotele? Hic enim ad explicandum Solem vigentem, ita ait 2. Meteor. cap. 8. ὁ ἥλιος ὅταν μάλιστα κρατῇ.

6. SYLVESTRES VRI.] Quis neget Poëtam loqui de re, quam aut ipse oculis, & Itali reliqui cernebant; aut certe sciebat agricolas vulgo experiméto pati; vnde ergo tanta in Italia vrorũ copia, vt assiduè frondes vitium infestarẽt? Vri enim in Germania solùm prouenĩunt, & signatè in syl ua Hercynia, auctore Iulio 6. Gall. cuius hæc sunt: *Mul a in ea* (sylua) *genera ferarum nasci constat, quæ reliquis vri locis visa non sint.* Post quæ verba, tres tantùm animalium species adducit, bouem quendam cerui figura, alcem, vrũ. Apertè audis, nullibi nasci vros, quàm in Hercynia Germaniæ tũmo neque alibi visos. Et quidem Virgilius contiguus fuit æuo Iulij Cæsaris, neque potuit dicere, frequentes esse in Italia (nam frequẽtiam procul dubio innuit, cùm ait, *assiduè illudunt,*) cùm ille scripsisset nasci tantùm in Germania. Sed esto, nascantur aliis locis, vt in Pyrenæo, auctore Seruio hic; aut in Gallia, quod indicat Macrob. l. 6. Satyr. c. 4. cùm dicit, vros esse vocem Gallicam: certè non in Italia, neque in Africa, quod falsò scripsit Domitius in Martial. Epigr. 23. Amphith. Obiicies, cur non possent infestare frondes vitium teneras in Hercynia? Occurret tibi Plin. lib. 16. c. 2. vbi describens Hercyniam, constituit omnia eius syluæ horrida, vasta, implicata, inculta: adeò vt videantur mũdo congenita, immortalia, & prodigia arborum fide caritura. Quis ergo ibi locus teneris arboribus, à quibus vri arceantur? Ergo, putemus Virgilium non scripsisse, *syluestres vri*, sed *syluestres tauri*, & facile irrepsisse errorem ex vocum similitudine. Per tauros autem syluestres intelligo bubulos, quorum magna

UVA. BHSC. BU 00239

Bubali. copia in Italia. Nã bubali, qui nisi boues sylvestres? Isidorus lib. 12. *bubali vocati per derivationem, quod sint similes boum.* Allucet clarè locus Agathiæ lib. 1. Hist. vbi loquens de morte Theodoberti Regis, qui perijt vnius bubuli ictu sauciatus, ita ait, *νῦν δὲ ὅπη ἄρα ἰὼν, πανδημεὶ αὐτῷ κατανίαζει, μέχρις ἐκκαὶ ὑλάκτου, ὑπὸ πτυὸς δήπου τύπῳ καὶ ἀφυτήρῳ, ἀλλ' ὑλοτομικῷ καὶ τοῖς κέρασι τὰ ἀνίσκαπτον διαφθείρουσι, βουκόλους οἶμαι τοὺς τὸ γένος κελτοὺς: Cùm venatum iuisset, taurus ei ingens, & excelsis cornibus occurrit, nun domino & aratori tauro similis, sed syluester & montanus: & quicquid obuium dispergens cornibus: bubalos genus hoc animalis appellant.* Hic ergo arcendi ab arboribus, quas infestât: quod enim in eodem Scriptore statim sequitur, ad rem vnicè facit. Ait enim bubalum cursu delatum fuisse in arborem quandam non ita magnam: eámque fronte & cornibus ita vexauisse, vt omnino euerteret: ex qua ramus, qui dissiluit, violento ictu Regis caput sauciauit, vnde mors secuta. Oppianus quoque 4. Hal. bubalum fœminam constituit *ἐν λόχμαισι, inter frutices, arbores, virgulta.* Iuuat demum, Poetam cum his coniúxisse capreas, vt etiam Aristoteles, & Oppianus. prior lib. 3. de partibus animal. cap. 2. *βουκόλοις ἢ, καὶ δορκάσι:* posterior 2. Cyn. vbi ait, bubalum minorem esse eutycerote, maiorem capra. His, quæ dixi, firmatur obiter sententia Plinij lib. 8. c. 15. & Solin. c. 32. scribentium esse imperitos, ae verè vulgus, qui putent bubalos & vros esse eosdé. Certè patria, si nulla res alia (quę multiplex) satis vtramque feram discriminat. Obiicit quispiam, bubalos ætate Plinij raros fuisse in Italia, ad quem si conferas æuum Maronis, ratissimos fuisse credendum est, nam hoc argumẽto ego dicebam non posse capi vros. Dico, de hac raritate non clarè constare, tantùm colligi illam ex errore Plinij c. 15. lib. 8. qui, si vidisset hoc animal, non diceret, esse simile cerui. Et quidem credendum ex vicina Africa, vbi id animal gignitur (teste ibi Plinio, & Isidoro c. 1. lib. 12.) multos esse in Italia æuo illo, nam isto nihil in ea frequentius. Iuuat Isidorus, qui c. 4. lib. 12. ita ait: *boas anguis Italiæ immensa mole persequitur greges armentorum, & bubalos.* Vides, vt suo æuo, & hoc est antiquissimum, bubalos agnoscat in Italia. Deinde per me nihil obstat, quin præceptum Virgilij capiatur de Africa, vbi hæc fera tum fuerit, & vbi horti infestandi ab illa. Nam, vt alibi clarè docui, præcepta sua Virgilius non ad Italiam solùm coarctat, sed ad alias orbis partes. Quæ ratio facillima expediendis multis in Virgilio. Est mihi & duplex aliud effugiũ. Quid si Poeta scripsit *vrsi* nõ *vri.* Quo simili errore lectionem Martialis infectam nõ pauci asserunt. Deinde, manente lectione *vri*, potuit Poeta per vros intelligere, non veros vros, sed tauros sylvestres, id est, bubalos. Nam bubalos vulgus nominabat vros, vt liquidum ex Plinio lib. 8. c. 15. & Solin. c. 32. Hoc sanè effugio Raderus noster Martialem expedit. Multis ista, fateor: sed necessaria tot molimina ad rem nouam inducendam.

Vri alij à bubalis.

7. SEQVACES.] Eadem forma Virgil. *fumos sequaces, vndis sequacibus, flamis sequacibus.* Arripuit à Lucr. qui *meros sequaces, mores sequaces*, lib. 2. & 5.

Grauis, id est, morbidus.

8. GRAVIS ÆSTAS.] Id est, morbida. Cui acceptioni conuenit, quod scribit Heraclides Ponticus in Homericis allegoriis: pestem illam, qua Græci laborauerunt, quam Homerus describit, æstiuo tempore accidisse, qua vna re ingeniosus Poeta occultè indicare voluit huius temporis ægritudinẽ. Atque ideo ait, iram illam cõsingi natam ab Apolline, qui idem cum Sole, vt intelligas, feruore Solis, qui in æstate vehementissimus est, pestem ortam.

9. VENENVM DENTIS.] Illustrabitur satis hic A locus his, quæ dicta in hoc libro ad illud, *virentes culta capellas.*

10. ADMORSO.] Hae verbi forma vsus Plautus Pseud. Propert. lib. 3 El. 11. Sidon. lib. 7. Epist. 6. Capitolinus in Antonino. Seneca epist. 27. Symmachus lib. 1. Ep. 25. Coniunxit hoc in extremum Iuretus.

11. SIGNATA.] Cùm Poeta hic, & alij etiam stirpium curatores dicant, plagam morsus caprini esse indelebilem, signatámque in arbore permanere, neque vnquam coalescere, putat Germ. Poetam fortasse allusisse ad sententiam Medij adulatoris Alexandri: nam solet hic vates historias & verba aliorum suis rebus accommodare. Quæ ille diceret ita repræsentat Plutarchus lib. *τῶν ἀνὴρ διακρίνειν, ἐλκλοῦν δὲ διαρρήσας ἀπέσθαι καὶ δάκνειν τοὺς διαλοκᾶς, διάπυον, καὶ θεραπεῦν τὸ ἕλκος ὁ δεσπότης, ἢ ὅλη μίσει τοὺς διαβολεῖς: subebat itaque sinus audaciter calumnias iacere, hisque alios mordere, docens, tameisi morsi vlcus corsanare tur, tamen calumnia cicatricem manserum.* Si non huc adspirauit Virg. tamen nihil obfuit sententiæ similitudinem attulisse.

Cicatrix de arboribus. Vulnus de arboribus.

12. CICATRIX.] Hæc, & similes aliæ voces frequentissimæ Scriptoribus rei rust. Theophr. 3. Caus. c. 9. *ἕλκωσιν πόνου παρέχει, καὶ κακοὶ τὰ δενδρα: Facit vulnus, vt languescant arbores. Liburnique.* & c. 10. loquens de arboribus, *διὰ τὰς πληγὰς, propter plagas.* Auctor Geop. lib. 5. loquens de vite, *τραυματισθεῖσα νοσεῖ, καὶ ἐκκαρπεῖ: Vulnerata ægrotat, neque fert fructum.* Col. lib. 4. c. 14. *sucienda, exulceranda vitis.* & de vineis, *obducere cicatricem.* Plin. 17. c. 22. *cicatricosum.* & millies *cicatricem* nominat.

Caper cur Baccho immoletur.

13. NON ALIAM OB CVLPAM.] Quę hic scribit Virg. non aliunde meliùs cognosci queant, quam ex verbis istis Varr. lib. 1. rei rust. c. 2. *Quædã pecudes culturæ sunt inimicæ, ac veneno, vt ista, quas diximus, capra: hæc enim omnia nouella sata carpendo corrumpunt, non minus vites atque oleas. Itaque propterea institutum diuersa de caussa ad alij Dei aram hostia adduceretur, ad alij non sacrificaretur: cium ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuniem vellet. Sic factum vt Libero Patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent pœnas: contra, vt Minerua, caprigeni generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam, quam læserit, hieri dicunt sterilem: eius enim feliuam esse fructui venenum.* Eò spectent ista Ouid. lib. 15. Met. *Vitę caper morsa Bacchi mactatus ad aras Ducitur vltoris.* & 1. Fast.

Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram,
In tua, quod fundi cornua possit, erit.

Et Martial. lib. 3. epigr. 24.

Vite nocens rosa stabat meriturus ad aras
Hircus, Bacche tuis victima grata sacris.

Sed & Prudentius contra Sym.

His nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris
Cæditur. Adiúge ista Euenj Poetæ apud Natalem lib. 5. c. 13. inducentis vitem loquentem cum capro. *κἄν μὲ φάγῃς δὴ ῥίζαν, ὅμως σ' ἐπ καρποφόρησιν*
ὅσον ὀπιπεύσεται σοῦ λεπὸς θυομένου:
Rodas me licet ad stirpem, de palmite fundam
Dulcia mactando vina sed hirce tibi.

Caprę in morem, adagium.

Nec; abludunt quæ de Cerere & porca scribit Ouid.

Prima Ceres auidæ gauisa est sanguine porcæ,
Vita suas merita cæde nocentis opes.

Neque item illud Platonis 8. leg. iubentis, vt qui vuas immaturas, & adhuc acerbas carperèt, quidpiã Deo Baccho persolueret, quasi is fructum inde prouenientem interturbaret. Seruus verò, quia pecuniã nõ haberet, pateretur verbera. Ab his, quæ hic dixi, non minus duci potest adagium illud, *αἰγὸς πρόσχυσις μόσεμ caprę*, de eo, qui sibi malum adsciscit, quàm ab illis, quæ placent Iunio Cent. 2. Adag. 98.

14. OMNI

Præcipiti deducta polo.

Medea apud Senecam: *Hyadesque nostris cantibus motæ labant.* Scribit Clemens in Itinerario B Petri, Zoroastrem magum elicuisse ex stellis veluti scintillas quasdam. Apuleius post verba adducta: *stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.* Absolui, quæ promisi. Addam erroris huius originem. Plutarch. de defectu oracul. initium illius refert ad Aglaonicem Agetoris filiã, quæ, vt Astrologiæ perita, simulauit prima omnium se Lunam incantare, ac deuocare, cum illa erat in Eclipsi: Turnebus, quod videtur Germano placuisse, commentum hoc euocationis Lunæ Callimacho tributi, eam è cœlo in amplexus Endymionis descendere fingenti.

Deductionis Lunæ vndeciror natus.

4. CIRCE.] De hac fabula vide Virg. 7. Æn. Homer. 10. Odyss. Ouidium in Metam. Et tua Dictionaria. Attigit Petron.

— Phœbæque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.

5. VLYSSI.] Ita legas, non, Vlyssis. De quo alibi latè.

Frigidus, pro, venenatus.

6. FRIGIDVS.] Sequutus sum explicationem Delrij nostri, qui *frigidum anguem* accipit, nocétem, noxium, mortiferum, venenatum. In Sen. Agam. ad ea verba, *frigidus custos* ait: *Draco noxius, & veneno plenus. Sic Virgilius frigidum anguem vocauit.* Idem alibi, illud Virg. in Ciri: *Inde Ioui geminat, magno frigidula sacra*, explicat, noxia. Nam vetus Interpres Iuuen. in Sat. 7. ait: *gelidum pro mortifero, quia mors frigida est.* Adiungo istis versum ipsius Iuuenalis, & Macrum, qui cicutam, quæ venenata est, sic vocant, prior Sat. 7.

Nil præter gelidas ausa conferre cicutas. Posterior:

Frigida lethifera vis, & natura cicutæ,
Vnde necat gelidi potantes more veneni.

Demum addo auctoritatem Galeoti Martij lib. de Promiscua Doctrina c. 12. qui ait, doctè Poetam appellasse anguem frigidum, id est, venenatum. Nam per excellentiam, quæ sunt venenati, dici possunt frigida: quia venena huius naturæ momẽtanea sunt, & calidis multo deteriora. Et Isidori, qui cap. 4. lib. 12. ait: *Omne autem venenum frigidum est, & ideo anima, qua ignea est, fugit venenum frigidum.* Ad rem sunt versus Nicand. in Ther. de serpente quopiam, à quo qui puncti sunt, statim inhorrescunt frigore instar grandinis, etiamsi pungantur in media æstate. Sed, ne quid dissimulem, pugnat nonnihil cum his, quæ dixi, auctoritas eiusdem Isid. qui eodem loco: *Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt. Nam, quando sunt frigidæ, nullum tangunt. Vnde & venena earum plus die, quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, & merito, quia frigida sunt nocturno rore.* Hæc, & quæ sequuntur, facile solues, quoniam ista non pugnant contra frigiditatem veneni: aliud est enim, venenũ esse frigidum; aliud, animal, à quo venenum illud, calidum. Vnde, postea ille adducit verba, quæ iam præmisi, de veneni natura semper frigida. Quę pertinent ad Imitationem, breuissimè absoluam. Theoc. ante nostrum εἰδ. 15.

——τὸν ὄφιν ὅσσον τε μάλιστα δεδοίκω

Et Catullus: *frigidum serpentem maxime timeo a puero.* Tertull. Opulc. in Genes. (non Cyrian.) *sexta-que prægelidos vi spiras lubricat angues.* Iterum: *serpebat iacitæ spiras frigentibus anguis.* Nonn. 2. ψυχεὶ νῶτα δ' ἐχόντων.

7. CANTANDO.] Verbum *cantare* pro, incãtare, & exercere cantiones (mitto sic à doctis Virgilium explicari) Ouid. quoque vsurpauit 2. Am. El. 5. *Aut vbi cantatis Luna laborat equis.* Et 3. Am. El. 6.

Cãtare, pro, incantare.

Flectibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

8. RVMPITVR ANGVIS.] Nescias quo fato angues subditi fuerunt magarum cantionibus, adeò huius rei frequens mentio. Manil. lib. 1. *Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.* Nemes. 4. Ecl. *Cantauit quod Luna timet, quo rumpitur anguis.* Ouid. 2. Am. El. 1. *Carmine desiluit abruptis faucibus angues.* & 7. Met. *Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces.* Tibul. lib. 1. *Cantus & iratæ deiinet anguis iter.* Seneca in sacris Medeæ,

Angues subditi incantationibus.

Hic sera serpens corpus immensum trahit,
Trisidamque linguam exserat, & quærens quibus
Mortifera venia, carmine audito stupet,
Turnidumque nodis corpus aggestum plicat,
Cogitque in orbes.

Lucilius lib. 20. Satyr.

Iam dissumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Dissumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Maga apud Petron. lactabunda:

— mihi flumina parent,
Hyrcaneque tigres, & iussi stare Dracones.

Lucanus lib. 6. de virtute Magarum Thessaliæ:

— gelidos his explicat orbes,
Inque prunoso coluber distenditur arvo:
Viperes coeunt absupto corpore nodi,
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

Sil. lib. 3. de Marmaridis:

Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere cerastæ. Alibi:

— serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tractuque graues sopire chelydros,

Sed & serpentes incantari solitos ostendit Del. lib. 2. Disq. ex Petro Chieza, Aloysio Chadamusto, Mago Saltzburgensi, sanctis Patribus. Lege illum, & adice quæ Val. scribit lib. 8. Arg. de Dracone Colchio incantato à Medea, & quæ de eodem Apollonius. & verba Platonis 2. Polit. βεβούλυμαι γάρ μοι φάναι τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὄφις ἀλλοθύμους: videtur mihi Thrasymachus tanquam serpens carminibus delinitus. Et Historiam aspidis, quam omnes narrant, vide signatè apud Isidorũ c. 4. lib. 12. Ait Plato in Euthydemo, incantationem ferarum, scorpionum, viperarum, & demum bestiarum, nihil esse aliud quàm κήλημα, id est, lenimen quoddam, & mitigationem. Quod omnes ferè per verbũ *rumpo*, Apollonius loquens de Dracone Colchico ἀναλύεται, *dissoluitur.*

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Incipit Maga ab ternario numero, qui potentissimus in hac arte.

EXPLICATIO.

CIRCVNDAT Maga loquens cum Daphnide primùm terna licia, quibus item color triplex: deinde

VVA. BHSC. BU 00239

nea. ἀπὸ δὲ φαλλῶν ἄλλα σοφίσματα ἐξεμηχάνησαν οἱ παλαιοὶ ἀγάλματα τοιαῦτα· τὰ περιφερόμενα κατὰ κώμους τῶν γυναικῶν: *pro phallis res alias excogitarunt, imagines scilicet cubiti magnitudine, quas mulieres per agros circumferunt.* Scribit scilicet sacra Bacchi Quartò, Laxius lib. 10. cap. 9. oscillares ludos explicat, in quibus pueri colludebant cum officulis, aut imagunculis osseis. Nonnulla his confinia Had Iunius. Quintò, Turneb. lib. 7. cap. 20. & lib. 20. cap. 24. (Consentiúntque Germanus hic, & Mercurialis lib. 3. Gymnast. cap. 10. Leopardus lib. 6. Emendat. cap. 14. Iunius, & docti alij) accipit pensiles quasdam gestationes de arboribus, in quibus per lusum iactabantur, quæ iactatio dicta est oscillatio, qua se mutuo homines alternis & letabant, & deprimebat. Hoc genus lusus per sex Latinarum festarum dies celebrare solebant in imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infima deptimuntur, infima in altum feruntur: sic etiam & memoriam redintegrabant motus primi cunarum. Has gestationes Græci αἰάρας dixerunt, & αἰωρήσεις, Galenus, ex nota Iunij, αἰώρησιν. Latini, cernuationes. Huius lusus meminere Athenæus li. 14. Pollux, Hesychius, alij. Ab Athenienſibus translatę sunt Romam cernuationes istæ, & celebratæ in feriis Latinis, sed placuit Virgilio eas exhibere in Liberalibus. Fiebant vero hæ iactationes aut ligno transuersim appenſo ex arboreşaut certe fune, & resti, aut vtroque, vt mox apparebit ex testimonio Hygini. Non errabit, qui putauerit hunc lusum similem esse petauro. Nam petauristas dictos ait Ælius Stilo apud Festum, quod hi πέρσι αἴρῃ, ἢ πέρσι αὖ-

Petauristæ. ραι πέτονται: *quod ad aërem, & auras volent.* Porrò, ferias, in quibus ista celebritas, δῶσινιον vocat Fauorinus in voce αἰωρῆς, ex nota Leopardi. Hyginus in Astronom. de Arctophylace horum ludorum in Græcia cauſſam hanc aperit. Erigone desiderio patris Icarij interfecti permota ſuspendio vitam finiit. Multæ item Virgines Athenienſium ſimili fato vitam finiebant. Hoc enim precata fuerat. Erigone moriẽs, vt filiæ Athenienſium eodem letho afficerẽtur, quo ipſa erat obiicta. Athenienſibus adeuntibus Apollinem, iis reſpondit, ſi vellent hoc fato liberari. Erigonæ ſatisfacerent. Qui, quod ea ſe ſuſpenderat, inſtituerunt, vti tabula interpoſita pendente funibus, ſe iactarent, vt qui pendentes vento morerentur. Addit Hyginus, vocari Aletidas, qui hanc celebritatem & ſuſpendicula exercerent, in memoriam eiuſdem Erigones, quam ἀλήτιν, id eſt, vagam, errabundam, ſolitariámque vocabant, cum orba eſſet patre. Vide, ſi placet, quæ Athenæus lib. 14. ſcribit ex Ariſtotele.

25. LARGO--FOETV.] Colum. lib. 4. cap. 17. de vineis, *largos fructus oſtendant.* & c. 24. *poſt largos fructus, parcendum eſt vitibus: poſt exiguos imparandum.* Papin. 1. Syl. *Largi Lyæi.* Horat. de vitulo od. 2. lib. 4. *largis iuuenescit herbis.*

26. PVBESCIT.] Pari forma Cicero 1. Natur. *maturescit a pubescant.* Plinius 17 c. 22. *pubescente vua.* Arnob. lib. 3. *pubescentes herbas.* Papin. 2. Syl. *pubescente Lyæo.* Græci pari exſultantia. Nam Oppian. 2. Hal. ἅαρ ἡβῶσιεν.

27. ET QVOCVNQVE DEVS, &c.] Putat merito Germanus hanc ſententiam deſumtam ex verſibus iſtis Catulli de Baccho.

Quà vbicunque tu puellus loca dexter adieras,
Vbicunque ſaſſitaras, noua germine tenero
Periebat a bor auras redimita pampinis:
Vbicunque ſaſſitaras noua flumina temeti
Placido viam feoubant fluitantia ſomiti.

Catulliana vero ducta ſunt proculdubio ex Auctore Hymnorum, qui Homero adſcribuntur. vbi dicitur, Baccho capto in naui à piratis, quocunque is Deus duceretur, noua germina vuarum exſtitiſſe. Multa ibi, verſus paucos ſubiiciam.

Αὐτίκα δ' ἀκρότατον περὶ ἶσον ἐξετανύσθη
Ἄμπελ' ἁθρόα ἔνθα καὶ ἔνθα, καστιφομένων δὲ παλοὶ
Βότρυες ἀμφ' ἶσον· δὲ μέλας εἱλίσσετο κισσὸς.

Statim autem in ſummitate veli extenſa eſt
Vitis huc atque huc: pendebant autem multi
Racemi, circa autem malum voluebatur hedera.

Arnob. lib. 2. cum reſpectu ad has fabulas: *Si enim patrem crediſs Liberum dare poſſe videmiam.* Has imitationes alij ante me ſubiecerunt. Sed ego non male exiſtimem, ſi dicam, Virgilium Callimacho quoque hæſiſſe in hymno ad Phœbum, vbi de hoc Deo paſcente pecus Admeti, & oculis omnia colluſtrante ita canit.

Φοῖβε βαθύσπον τέλεθε πόον, ὄφρα νέμῃσι αἶγες
Δίνυιοι Ἐφεσίων ἀπὸ μηλάδες, ἦος ἂν ὄλλων
Βοσκομένων σφιν μοῖραν ἐπισπάσῃ, ἠδ' ἀγέλαστοι
ὄιες, &c.

Paſcua plena virent, nec ſunt ſine mollibus hœdis
Inter oues capræ, quas vultu reſpicit æquo
Phœbus oberrantes, nec ſunt ſine lacte bidentes.

28. RITE.] Hæc vox primum hic occurrit, quam explicabimus ex doctrina Scal. in Coniect. vt hinc ad locos alios Virgilij petatur. Eſt *rite*, idem quod caſte, & Græce ἁγνῶς. Quod nobis ritus, veteribus dicebatur caſtum, caſtitiaut, caſtus, caſtus per quartã. Varro lib. 1. Rerum humanarum: *Noſtro ritu ſunt facienda ciuilibus, quam Græco caſtu.* Feſtus: *minuitur populo luſtus, cum in caſto Cereris conſtitit.* Vbi eſſe in caſto Cereris eſt, τὰ ἀγεδεῶν δήμιλες, *Cereri operari*, aut, *Cereri purtier facere.* Ritus itaque & caſtum, idemiac perinde rite, & caſte, idem quoque. Rite quid.

29. CARMINIBVS PATRIIS.] Plato in legib. μέλη καλεῖσθαι νόμων πάτειον.

30. LANCES.] Vti ex bonis Interpretibus obſeruauimus πίναξ Græcorum reſpondẽt Latinorum lancibus. In auctoribus vtriuſque linguæ præſiſſime inferuntur ad rem ſacram. Notanda verba iſta Ammian. lib. 29. de lance quapiam præparata ad ſacra: *In ambitu rotundi atis extremo Elementorum viginti quatuor ſcripties formæ inciſæ periæ, diſtinguebantur ſpatius examinatæ dimenſis.* Ex quibus aliquid moris poſſit allucere. Lances in re ſacra.

31. LIBA.] Romanum libum ita definit Athen. lib. 3. ἐξῆς ἐπεισπνέῤῥη πλακοῦς ἐκ γάλακτος, ὑπροῦντε, ᾗ μέλιτ' ὀν' ἐμμαῖοι κλέον καλῶσι: *Illata deinde placẽta eſt ex lacte. ſ ſamo & melle, quem Romani appellabant libii.* Libum quid.

32. DVCTVS.] Non vi aliqua impulſus, ſed aliquem ducentem ſecutus ipſemet ad aras ſtabit. Hoc fauſtum erat omen, infelix contra, ſi hoſtia reluctaretur, neque vellet ſiſti. Mart. lib. 9. Duco vox ſacrorum.

Ipſe ſicas anſer lætus properauit ad aras,
Et cecidit ſanctis hoſtia parua focis.

Exempla alia prætereo, quæ multa. Solũ moneo, in hac re tãtum momenti poſitum, vt ſi quæ hoſtiæ ferociores eſſent, laxo fune vincirẽtur, ne ſacra fugiẽdo perturbarent: laxo (inquam) vt nihilominus, tanquam liberæ ducerẽtur. Ex quo more docte Læuin. in Suet. explicat illud Iuuen. Sat. 12. *Sed procul extentum petulans quatit hoſtia funem.* Et ego illuſtro hunc locum. Quæſitum eſt enim Poetæ auſpicatiſſimum ſacrificium, nam eum hircus petulans & mire proteruus, tamen ducetur cornu, & ſtabit placidus.

33. STABIT.] Habet hoc verbum ſuam notionem in ſacris, admota enim hoſtia aris dicebatur ſtare, donec vota fundarentur, & mola ſpargeretur. Lege Briſſ. 1. Form. Sto vox ſacrorum.

34. VERV

VVA. BHSC. BU 00239

Columna verua.

34. VERVBVS-COLVRNIS.] Obserua diligentiam Poetæ. Nō solum hircus mactatur, qui nocuus vitibus: sed corylus quoque, quo potest modo, dat pœnas, excisa à terra, seruiēnsq; ministerio Bacchi: nam ea quoque nocua est vitibus. Poeta enim supra, *Neue inter vites corylum sere.* Dices, nō vidit hoc Poeta, sed tu illi affingis. Qui tu scis non vidisse, nónne in hoc Argo multi oculi?

[a] Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam exhausti satis est: namque omne quotannis
Térque quatérque solum scindendum: glebaque versis
Æternum frangenda bidentibus [b] omne leuandum
Fronde nemus: redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in se sua per vestigia volvitur annus.
[c] Et iam olim seras posuit cum vinea frondes,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem,
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus, & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingítque potando.
[d] Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto,
Postremus metito. [e] bis vitibus ingruit vmbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus vterque labor. Laudato ingentia rura,
Exiguum colito. [f] nec non etiam aspera rusci
Vimina per syluam, & ripas fluuialis arundo
Cæditur, incultíque exercet cura salicti.
[g] Iam vinctæ vites, iam falcem arbusta reponunt,
Iam canit extremos effœtus vinitor antes;
Sollicitanda tamen tellus, puluísque mouendus,
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.

ARGVMENTVM.

Redit à sacris ad vineas, quas docet sæpius esse pastinandas, bis pampinandas semel ablaqueandas & putādas. His peractis, desinit in plura præcepta, qua omnia eo tendunt, vt moneat vinitorem diligentiæ, quam is habiturus est in perdifficili vinearum tractatione.

EXPLICATIO.

[a] REDIT in viam à longa sacrorum digressione, & recurrit ad præcepta vinearum. Docuit supra, vti pastinanda vineta; hic iam docet, vti repastinanda ter & quater. Instrumenta erunt aratrum, & ligones. Aratrum signat per illa, *solum scindendum.* Ligones clare ponit bidentium nomine. Illud, *cui nunquam exhausti satis est*, valet, cui operi vinearum nihil laboris, exantlati, toloratíque satis est vnquā. *Æternum* est, perpetuo.

[b] Hic pariter præcipit, quæ præceperat de pampinatione, videlicet nemus omne vinearum leuandum fronde. Nam ita acti labores in orbem redeūt; hoc enim rerum vsus postulat, hoc necessitas. Nam & annus ipse iterum per vestigia sua in seipsum voluitur & reuoluitur sæpius. Vinitorem vocat *agricolam* vt alius.

[c] A repetitione pastinationis & pampinationis transit ad noua duo præcepta, videlicet ad ablaqueationem vinearum, & putationem: docétque primum ista duo exercenda post transactum totum autumnum, verbis istis: *postquam vinea deposuit seras & vltimas frondes, postquam Aquilo decussit honorem illum frondium.* Hæc enim signa sunt exacti autumni. Ergo illo transacto, iam tum, id est, statim intendat curam in annum sequentem, ac persequatur vitem attondens falce, en ablaqueationem: fingat illam ad arbitrium suum putando superuacanea, en putationem. Illa *curuus dens Saturni* cōtinent periphrasin falcis.

[d] Consercit hìc aggerátque præcepta plurima, quæ omnia reduci ad vnum possunt, nimirum ad diligentiam, quam requirit in vinitore. Ergo ait, diligens vinitor humum primus omnium confodiat: primus cremet sarmenta vitium recisa, & domum aduecta, primus reportet vallos, id est, pedamenta, quæ necessaria sustinendis vitibus; & reportet (inquit) ac referat, quia quæ huic vsui inseruierunt, reseruari in similem possunt, vult enim Poeta agricolam suum esse parcum. Pergit. Qui in prædictis primus fuerit, in vna re tantum sit tardus & cessator, videlicet in metenda, id est, vindemianda vice.

[e] Signat tempus, quo facienda pampinatio, quo runeatio. Bis (inquit) excrescunt pampini, à quibus vmbra ingruit vitibus: bis herbæ senticetaque exuberant, quæ obducunt segetem, id est, vites. Hoc tantum ait Poeta, sed hoc ipso innuit bis pampinādum, bis runcandum. Pampinatio ad folia vitium pertinet, runcatio ad herbas. Intelligit autem ver & autumnum, quibus anni temporibus cum folia vitiū, & herbæ excrescant, illa pampināda sunt, istæ runcandæ, id est, eruendæ. Annecte vero ista cū superioribus, est enim locus iste Poetæ intactus ab Interpretibus. Ergo sententia est. Sit vinitor in reliquis diligēs, in vna tātū vindemia cessator & postremus, quare vt vuę legātur coctæ & maturæ dilatata vin-

UVA. BHSC. BU 00239

demia. Ná propter hanc rem sit pampinatio, nimirum vt coquantur vuæ, facta enim pāpinatione vuæ admittunt Solem, quæ coquuntur: rūcatio quoque, etiamsi propter res alias fiat, etiā exercetur, propter maturitatem vuarum: nam crescētes herbæ Solem adimunt vitibus. Hæc profecto videtur esse mens Poetæ, non alia. Ideo absoluit cum admonitiuncula hac. Quia vterque labor pampinationis, & runcationis est difficilis, velim vt exiguum agrum colas, cui sufficere vires tuæ possint. etiamsi laudes aliorū ingentes agros. Vel explica vt Turnebus, *laudato*, id est, recusato, de quo in Notis.

f Pergit in indicanda diligentia. Concide vimina ex rusco, arundines ex fluuiis, virgas ex salicibus, vt habeas domi sustentacula ad vites nouellas, ligamenta ad fortiores.

g Absoluit lōgissimum tractatum vinearum indicans difficultatem huius negotij. Vis scire quam sit difficilis vuarum tractatio, audi. Habebis iam vites palis vinctas, & pedamētis illigatas: habebis iam putatas, reposita falce ab labore: peruenies putando, ablaqueando, runcando ad extremos antes vitium, id est, ordines, languidus quidem præ labore ac defessus, canesque iam victoriam defunctus magnis laboribus: & tamen iterum post tot molimina noua seges laborum incumbit: nam semper tibi tellus sollicitanda, semper puluis mouēdus, quin, cum iam maturæ fuerint vuæ, & vindemia prope in foribus, tamen tunc adhuc metuenda est intemperies, metuendus aer, qui omnia in nihilum rediget. Expende Lector ista extrema, cùm aerem velit intelligi & intemperiem, Iouem nominat, qui pro aere sumitur, vt verba formet ad maiorem rusticorum terrorem, & ita exaggeret difficultatem. Quasi dicat. Vide vinitor quis tuus labor, confligendum tibi est cum ipso Ioue. Illa, *Sollicitanda tamen tellus, pulusque mouendus*, habent periphrasin multorum laborum, qui tolerantur in negotio vinearum, videlicet fossionis, arationis, runcationis, ablaqueationis, &c.

NOTÆ.

Labos, pro labor.

1. LABOR.] Theophrastus sæpissime de vitibus, & arboribus πονῶ, καὶ ὀπίπονῶ. Olim veteres scribebant labos, vapos, clamos, amos, passes: pro, labor, vapor, clamor, amor, passer. Sic olim Valesij & Fusij, qui postea Valerij & Furij. Nunc adhuc remanent honos, arbos, & quæpiam alia. Hoc admonui, nam vidi qui hic scriberent, labos.

2 FRANGENDA.] Ab hac fractione Græci rusticum vocant κλασιβοκλασιᾶν, *frangentem glebas*. & verbum πίμπω passim ad hanc rem. & Aristophanes in Pluto, ἀρότροις γῆς ἔξω βάπτων, *terram aratris frangens*.

Interpurgo. Attondeo. Interrado. Decacumino.

3. OMNE LEVANDVM FRONDE NEMVS.] Eodem præcepto dicit hoc, quo Plin. lib. 18. c. 26. *ficus interpurgari*. & lib. 15. c. 1. de oleis, *attondentur, sicut & vites, atque etiam interradi gaudent*. Iterum lib. 18. c. 27. *oleas interradere*. Quo Columella lib. 4. c. 27. *cacumine flagellorum confringere*. Quo idem l. 5. c. 6. *decacuminare*. Itaque præceptum hoc non est solū vitiū, sed commune arborum. Faciebant hoc curatores arborum, quo istæ lucem plenius, & Solem caperent, amota inutili propagine foliorum, & frondiū luxuria. Adiungam hic formas verborū, quib. rem istam efferrent antiqui. Ergo præter *interpurgare*, *attondere*, *interradere*, *confringere*, *decacuminare*, quæ iam dedi, reperi verbum *insolare*, & *insolatio*. quia videlicet Sole admisso vuæ meliùs coquuntur. Deinde *interlucare*, *colluc are*, *sublucare arborem*, id est, lucem dare arbori. Primum est in Plinio l. 27. c. 23. alterum in Colum. lib. 2. cap. 22. tertium in Festo. Nazianzenus in Tetrastichio sic extulit, καθαίρειν φυτὸν. Pari genio Philo in Decalogo, ἀνιδρες διακαθαίροντας. Quibus respondebit primus ille Plinianus de interpurgatione. Philo idem lib. περὶ φιλανθρωπ. πᾶς τε ἀδεσπότους ὑπηρόνους ἀποβόμενος, καὶ ἐρ τε ἰχὴ Σαρωνικῷ πᾶς ἐξοχετεύσας *secare superfluam propagationem, ne grauentur onere*. Gregorius Thaumatur. Panegyri in laudem Origenis, loquens de hoc præcepto rusticorum extulit per verba σαρξύνων, & ἐξηγγαίνων: *exacuens, attenuans*. Extremo verbo affine Catullianum: *Non falx attenuat frondatorum arboris umbram*. Virgilius l. 1. Georg. ita: *Falce premes umbras*. De arbustis loquens Plin. 17. cap. 23. ita extulit: *tonsili tenuium virgultiorum barba, ne obumbrent*. vocat *barbam* ramos, & tenues surculos. Virg. *Carpenda manibus frondes, interque legenda*. De facto, quod coniunctum collocationi, vide Catonem cap. 139. Explicui, quæ promisi: addam duo, primùm sententiam Xenophontis, qui in Oeconom. Singulariter de vitibus præcipit pampinandas, vbi vua maturuerit, & addit rationem, vt Solibus excocta aptam vindemiam in autumno præbeat. Alterum de imitatione. Plinius, & Claudius Marius Virgiliū imitantur. Prior lib. 17. c. 23. *arbor quoque ipsa gaudet assiduo leuata onere, similis respiranti*. Posterior lib. 21. *Admittit lucis radios, umbrisque leuatur Campus*.

Exacuo. Attenuo.

Barba in arboribus.

Leuare arborem.

4. REDIT AGRICOLIS LABOR.] Pertinent ad hanc sententiam illa Theophrasti 3. Caus. cap. 9. qui præcipit, vitem amputandam καθ' ἑαυτὸν, *quotannis*, cùm aliàs arbores partim alternis, partim post annos quatuor amputari sit satis. Cur tanta hæc necessitas tractandarum assiduè vinearum inibi rationem dat.

5. ATQVE IN SVA PER VESTIGIA, &c.] Attingit Etymon anni, qui dictus Græcis ἐνιαυτὸς, quasi *eis αὐτὸν ἰών*, in se rediens. Plato in Cratylo. ἐνιαυτὸν, ὅτι ἐν ἑαυτῷ. Philo περὶ κατασέσεως, hærens Platoni, αὐτὸς γὰρ ἐν αὐτῷ ἀθρόως ἔχει πάντα συμπεριλαβὼν: *ipse enim in se recurrit, in se complectens omnia*. Et Latinis annus est quasi annulus (vt volunt aliqui) quia in se annus recurrit, vt etiam annulus. Sed puto contra, annulum ab anno. Redeo. Inde in signis hieroglyphicis annus signatur serpente, qui caudam habeat recurrentem in os, & illam in hoc insertam. quod tum aliorum, tum maxime Phœnicum inuentum fuit. Alludunt versus Claudiani l. 2. de Stilicone describentis speluncam Æui. Ait itaque,

Est ignota procul, nostri æquè imperuia menti
Vix adeunda Deis, annorum squalida mater
Immensi spelunca æui: quæ tempora vasto
Suppeditat, genuoc atque sinu complectitur antrum
Omnia qui placido consumit numine serpens,
Perpetuumque vtrei squammis, caudamque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

Anni Etymon.

Annus signatur serpente.

Ab hac Imagine draconis mordentis suam caudam ad signandum annum, nō abit alia Imago apud Suidam explicantem, cur Græcis annus dicatur λυκάβας, nam post quædam: ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λύκων, οἱ τὰς ποιμνὰς περῶσιν ἀλλήλων κατὰ χρόνος τὰς ὁδὸς χειμῶνος ἄρος: *aut à lupis, qui hyberno tempore fluuios transeunt alij aliorum caudas tenentes*. Itaque ita annus in se recurrit, vt lupi hærentes aliorum caudis. Alia quoque metaphora ad rem eandem explicādam vsi alij, & in his Prudentius hymn. 12. περὶ στεφ. *flexi vota anni*. Hunc anni in se redeuntis cursum Græci vocant ἀποκατάσιον. Lege Columel. l. 3. c. 6. Pergo iam ad imitationem. Varius ante Nostrum,

Annus dictus Lycabas.

Rota anni.

Ad quos mundi resonat tenor
Sua se voluentis in vestigia.

Post illum Papin. 5. Theb.

& velox

Insolatio.

Interluco. Colluco. Subluco.

UVA. BHSC. BU 00239

— & velox in terga reuoluitur annus.

Seneca in Furente,

Rota præcipitis voluitur anni.

Oppianus 2. Hal.

ἑλισσομένων ἐνιαυτῶν. Prudentius 2. contra Symmachũ,

Omne reuoluamus sua per vestigia seclum.

Minutius: *per vestigia sua anni reuertentis.* Affine illud Nicolai Remigij lib. 2. Periocha 1. — *sese in sua terga reuolueret annus.* Porrò versus Remigij, qui in nuper excusis desiderantur (in quibus est is, quem attuli) lege in Delrio lib. 2. Disq. Mag. Quæst. 29. Sect. 2.

6. FRIGIDVS IN SYLVIS AQVILO DECVSSIT HONOREM.] Totus hic versus nulla re immutata sumtus est ex Varrone Atacino. Illud *frigidus Aquilo* fortasse à Pind. qui od. 3. Olymp. Ἐορίας Ψυχρὸς Βορέας.

Honor de arboribus.

7. HONOREM.] Ita frondes appellat pulcra metaphora. nam istæ decus arborum. Pind. od. 3. Olymp. ait, Theronem circumpositisse comis κόσμον ἑλαίας, *decus olivæ.* Auson. Edyl. 15. *Nec mota videmus calathi patefecit honorem.* Seneca Oedip. *Vitalis aura veniet, & sylvis decor.*

8. CVRAS VENIENTEM EXTENDIT IN ANNVM.] Colum. lib. 4. c. 24. *Quandocunque igitur vinitor hoc opus obibit, tria præcipuè custodiat.* Post quæ verba secundo loco infert: *deinde, vt in annum sequentem quam latissimas iam hinc eligat materias.*

Falx Saturni est.

9. SATVRNI DENTE.] Ab falce, quæ propria Saturni, dictus hic Deus δρεπανηφόρος. Saturni etymon hoc aperit Festus: *Hic Deus in Saliaribus Saturnus nominatur, videlicet à sationibus.* Hinc deflexit Saturnus. Metaphoram *dentis* alibi exorno.

10. PERSEQVITVR VITEM ATTONDENS.] Cùm possem integrum versum capere de putatione, diuisi sententiam, & priorem partem versus de ablaqueatione accepi, posteriorem de putatione: tum, quia ita Interpretes non ignobiles: tum, quia non est credibile, Poetam in tractatione longissima vinearum omisisse hanc partem, quæ potissima. Est verò vites ablaqueare, ne hoc ignoret iuuenis, quasi ablacunare: circum enim radices terra effoditur, excauatúrque in formam lacunulæ, ac tum vinitor præcidit, attondétque ferro radiculas illas, quæ natant penè in superficie: quod nisi faciat, inferiores deficient, neque conualescent. Quæ dixi, colligas apertè ex Colum lib. 4. c. 8. Inde Theophr. 3. Caus. c. 11. dicit, ablaqueationem esse necessariam ad omnes arbores, sed μάλιστα ὧν ὀπωρολῆς αἱ ῥίζαι, καὶ σπέρ ἐλαία, καὶ ἄμπελος, *maximè ad eas, quarum radices natant in superficie, vt olea, vt vitis.* De numine illo, quod veteribus dictum *Puta*, vt quod putationibus præesset, lege Arnobium lib. 4.

Ablaquare vites, quid.

11. FINGITQVE PVTANDO.] Ita 9. Æn. *fingitque premendo.* Varius de moderante equum: *Insultare docet campis, fingique morando.* Silius lib. 7. *Atque his præformat dictis, fingitque mouendo.* Plaut. Capt. *fingit, arctatque.*

Messis etiã de vindemia.

12. METITO.] Ne abeat inobseruata hæc locutio. Messis, & metere dicí quoque non solùm de segetibus, sed de vindemia. Sic ἀμᾶν, & ἀμᾶσθαι apud Græcos respicit omnes fructus. Hesiod. indefinitè καρπὸν ἀμᾶσθαι: *fructum metere.* & Eustathius φύλλα ἐτεραμήσαμεν: *folia demetens.* Virgilius 4. Georg. ad mel transtulit, *duo tempora messis.* Plutarchus ad libertatem, τὸ ἐλευθερίαν ἀμήσασθαι. Hanc rem firmant commutationes aliæ, quæ fiunt in aliis vocibus rusticorum. Nam vindemia de oleis dicitur Plinio lib. 15. c. 1. & Artemidoro lib. 2. c. 25. τρυγόμενα (inquit) ἐλαίαν: *vindemiatæ olea.* Eadem vox vindemiæ de melle dicitur Plinio, Columellæ, Auctori Geopon. ver-

Messis de mellatione.

Oleæ vindemia.

A ba extremi lib. 15. sunt, ἰουγῶν μέλι καὶ κηρία, *mel & fauos vindemiare.* Verbum κλαμᾶσαι non solùm de spicis dicitur, sed de vuis. Quò spectat, à Virgilio infrà, fruges dici de olea: & agricolam positum ab eodem pro vinitore. & supra in hoc lib. segetem dixit de arboribus: — *vbi prima paretur Arboribus seges.*

13. OBDVCVNT SENTIBVS HERBAE.] Lucret. lib. 1. *sentibus obducat.*

14. LAVDATO INGENTIA RVRA, EXIGVVM COLITO.] Ad hanc sententiam pertinent multa, quæ Colum. scribit lib. 1. c. 3. *Nec dubium* (ait) *quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Et: Pœnos dixisse conuenit, imbecilliorem agrum, quam agricolam esse debere: quoniam, cùm sit colluctandum cum eo, si fundus preualeat, alliàs dominum.* Ad agri quo- B que rationem transfert Græcum illud, μέτρον ἄριστον. Pari sententia Plin. lib. 18. c. 6. *Modum agri in primis seruandum antiqui putauere, quippe ita censebant, satius esse minus serere, & melius arare.* & postea: *latifundia perdidere Italiam, iam verò & prouincias.* Pallad. lib. 1. tit. 6. *fœcundior est culta exiguitas, quàm magnitudo neglecta.* Xenophon in Oecon. ἔστι γὰρ μέντοι χρήματα ἔσω, εἴπερ αὐτὰ τὸ ἱρέτειν πᾶσιν παρασκευάζει. *Neque terra compulsanda est inter bona, si quæ debuit alere, cultorem affligi.* Illustrant istæ sententiam Virgilij. Sed necessarium explicare signatiùs, quid sit vox illa *laudato*, Laudare, pro, improbare. idque ex doctrina Turn. lib. 20. c. 14. Græci verba αἰνεῖν, & ἐπαινεῖν, id est, laudare, capiunt pro, improbare, recusare, nolle. traducto sermone ab assentatoribus, qui ea laudant, quæ improbant: nam ea est persuersitas mortalium, vt simulata laudatione res afficiant. Aduocat Hesiodum, qui νῆ ὀλίγον αἰνεῖν, μεγάλην δ' ἐν φορτίῳ θέσθαι: *laudat exiguam nauem, & magnam onerat.* id est, recusat, respuit. Eadem forma locutus Soph. apud Athen. ex obseruatione Vrsini, τὰ μὲν δὴ καὶ ἐπαίνοις, τὰ δ' κερδίοσιν ἔχει: *hæc quidem laudat, hæc verò in lucro ponit.* Inde in Vatinium Cic. *Sed cur T. Anium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas: in illorum enim numero mauult T. Anius esse, qui à te vituperantur, &c.* De imitatione breuiter. Ait Germ. ab hac Maronis fortasse fluxisse illud Valerij lib. 7. c. 2. de mimentis felicem: *Non ille diuitiis, & honoribus abundans, sed aut exigui ruris, aut, &c.* Est etiam locus de re simili in Aristotele 8. Polit. Traduci potest versus Virgilij prouerbialiter ad res multas. Has aperit Pontanus noster, ideo abstineo.

15. EXTREMOS ANTES.] Non acumen. Sunt antes primi ordines vinearum στίχοι ἀμπέλων, quique sunt in ingressu: & vocat tamen extremos, quia hi in extrema laboris parte. Itaque, existimandum est, attingi morem rusticorum illius ævi, qui à media vinea laborem inciperent. Antes.

16. SOLLICITANDA TAMEN TELLVS.] His, & omnibus, quæ præcesserunt, satis explicat difficultates vinearum. Consentiunt verba istæ Colum. lib. 4. c. 3. *At ego, cùm omne genus ruris, nisi diligenti cura, sitneque exerceatur, fructuosum esse non posse iudicem, tum vel maximè vineas. Res enim est tenera, infirma, iniuria maximè impatiens, quæ plerúque nimio labore & vbertate consumitur perinque si modum non adhibeas, fœcunditate sua, &c.* Pergo ad imitationem. Ex Virgiliano fonte Tibul. l. 1. El. 7. de Osiride: *Et teneram ferro sollicitauit humum.* & Ouidius 4. Fast. *Quas tellus nullo sollicitante dabat.* id est, quas herbas. Par forma illa Claudian. in Prol. lib. 1. Rapt. *& rudibus remis sollicitauit aquas.* Obserues obiter, eos, qui terræ dant verbum *sollicito*, fortasse alludere ad Etymon, quod Grammatici non ignobiles ducunt à *solo, & ciere.* Vt sollicito sit, solum terræ ciere. Sollicito vadict.

Ager modicus vilior suo colono.

VVA. BHSC. BU 00239

[a] Contrà, non vlla est oleis cultura: neque illæ
Procuruam exspectant falcem, rastrosque tenaces,
Cùm semel hæserunt aruis, aurásque tulerunt.
[b] Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vnco
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.
[c] Poma quoque, vt primum truncos senserè valentes,
Et vires habuere suas, ad sidera raptim
Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostræ.
[d] Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,
Sanguineisque inculta rubent auiaria bacci:
Tondentur cytisi: tædas sylua alta ministrat,
Pascuntúrque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines serere, atque impendere curam?
[e] Quid maiora sequar? salices, humilésque genistæ,
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbram
Sufficiunt, sepémque satis, & pabula melli:
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos: iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
[f] Ipsæ Caucaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi Euri assiduè frangúntque ferúntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum,
Nauigiis pinos, domibus cedrósque, cupressósque.
Hinc radiis triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi.
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Ityræos taxi torquentur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferróque cauantur acuto:
Nec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
Missa Pado: nec non & apes examina condunt
Corticibúsque cauis, vitiosæque ilicis aluo.
[g] Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam caussas dedit: ille furentes
Centauros letho domuit, Rhetúmque Pholúmque,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

ARGVMENTVM.

Transit à vineis ad curam olearum, pomorum, & reliquarum arborum, facta interdum mentione fruticum: & de oleis quidem ac pomis docet facilem esse culturam; de reliquis arboribus vilitates magnas commemorat ad vsus vitæ humanæ. Desinit in vituperum vinearum.

EXPLICATIO.

AGREDITVR sextam partem libri huius, B in qua includit culturam olearum, & reliquarum arborum, & de omnibus breuiter: atque ita, vt excursum potius, quàm tractationem possis appellare. Incoat verò à præterita illa colendarum A vinearum difficultate, cui opponit facilitatem olearum: quibus, ait, expeditam esse culturam, vt quæ non egeant putatione falcis, non aratione rastrorum: quibusque satis sit tantum hæsisse radice in terris, frondibus cœlum vidisse.

[b] Reddit rationem, cur tam facilis olearum cultura. Nam tellus ipsa quocunque aratro, quocunque vomere inuertatur (adeò non necessarij rastri) præbet humorem, qui satis ad oleas. Illud *grauidæ fruges* sunt ipsissimæ oleæ, ex Nota, quam iam adhibui superiore proximo loco ad vocem illam *meito*. Malè enim aliqui per *fruges* capiunt frumenta. Malè etiam per vocem *satis* accipiunt sata, cùm hic sit aduerbium. Redeo: Quamobrem ô agricola (desinit enim cum admonitiuncula) hoc ipso, quod facilis sit cultura olearum, debes eas nutrire; cùm præsertim

UVA. BHSC. BU 00239

sertim & pingues sint, & paciferæ. Roges, quæ illa superior ratio, tellus, cùm aratur, humorem præbet, quia videlicet, inuersa aratro tellure, superiores glebæ, quæ sunt madidæ, obruuntur, & ille humor satis ad oleas.

c Relicta olea transit secundo loco ad arbores pomiferas, de quibus etiam ait, nulla penè mortaliũ cura egere, vt primũ illæ egerunt radices firmas.

d Tertio gradu loquitur de arboribus syluestribus, quæ etiam suo quæque genere feraces sunt, & fœtu grauidæ, etiam sine cultura. Tales sunt arbores, quæ præbent nidos auibus (ex nota illa *sanguineus baccis*, videtur innuere arbutum, aut similem quampiam arborẽ:) tales cytisi, qui plurimi in agro pronascuntur, & tondentur à pecore: tales piceæ, quæ plenæ tædarum, vnde faces nocturnæ pascuntur, id est, accenduntur, quæ ex se fundunt lumen in vsus agricolarum. Hic quoque desinit in admonitiunculam, qua reprehendit mortales, qui, allucente tanto arborum commodo, hanc artem negligunt.

e Hæret superiori narrationi, imò illam renouat interposita interrogatione, excurritque per varia syluestrium arborum genera, interdum etiam frutticum, narrans vtilitates, quæ prouenium ex singulis. Ergo ait: Quid insistam in narrandis commodis maiorum arborum, cùm salices, & genistæ, etiam si humiles, afferant quatuor magnas vtilitates: nam præbent frondem pecori ad pastum, vmbram pastoribus ad voluptatem, sepem satis ad munimen, apibus pabula. Excurrit deinde in voluptatem, quæ prouenit ex inspectato Cytoro monte Paphlagoniæ buxorum syluis abundante, ex arboribus pice fluentibus apud Narycem vrbem Locrorum, ex aruis generantibus sponte, colente nemine. Quasi dicat: Inuitet te vtilitas, inuitet iucunditas.

f Adiungit magnas alias vtilitates syluestrium arborum, quæ, quocunque loco nascantur, etiam in Caucaso, & admodum sint steriles, tamen vtilissimæ sunt. Pini ad nauigiacedri, & cupressi ad ædium constructionem: ex iisdem syluis assumuntur radij ad vsum rotarum; tegumenta semisphærica, testudinésque vehiculorum, quæ efformantur instar tympanorum; carinæ etiam ad naues. (verbum *riuere* continet notam torni, quasi dicat, fecerunt torno, nam torno lignum atteritur.) Pergit. Salices ferunt vimina illigandis vitibus: vlmi frondes protegendis vuis: myrti, & corni (hic oculos aperi lector, masculas cornos intelligit, non fœminas, nam istæ inutiles iaculis, Auctores sunt Theophrastus, & Plinius) hastilia ad vsum belli, hastarum, sagittarum, iaculorum: taxi, quæ nascuntur apud Ityræos, valent ad conficiendos arcus: ex tilia læuigata, & buxo, quæ facile torno raditur, fiunt variæ formæ torno, ferro, aliisque instrumentis: ex alno nauiculæ fluuiorum: cortices atque ilices iam penè æuo fractæ, & multa vetustate confectæ, & quas dicas nullius iam esse vsus, tamen vtiles sunt apibus, quibus præbent hospitium, & in aluo accipiunt integra examina, tanquam indulgentissimæ matres.

g Concludit hanc sextam partem facta comparatione ad vites & Bacchi dona. Quid (inquit) simile his tantis commodis habet Bacchus, Deus rixarum, contentionum, præliorum? Testis acris illa pugna Centaurorum & Lapitharum, qui vino inter epulas exarserunt penè vsque ad exitium, vtentes poculis armorum loco.

NOTÆ.

Oleæ ex gua egent cultura.

1. CONTRA, NON VLLA EST OLEIS CVLTVRA.] Sunt qui reprehendant Virgilium, nam multa (inquiunt) cura eget olea. Sed aduertant loqui Vatem cum respectu ad vites, cum quibus si conferantur oleæ, nullius sunt curæ: præcipuè si, vt ipse ait, semel iam radicibus hæserunt. Nihil est enim olea viuacius. Ipsa sibi plerunque satis. Ideo Auctor Geop. lib. 9. ait, per tres annos negligi posse curam ramorum, & satis esse, si quarto anno superflua amputentur. Et Theophr. 2. Hist. c. 1. ranquam de re facili, ἐλαία μὲν γὰρ πάντως φύεται, πλὴν ὅπου κλυδών: *Olea omnibus prouenit locis, præterquam fluctibus.* Hoc si initio, quid putas, illa iam procedente in ætatem? Accedant verba Libanij in vituperatione vitis. Verba eius sunt, καὶ μὴν οὐδὲ μέν ἐπείνου (ἐλαίαν) ἔρρωγὸς οὐδ' ὑγιὲς ἀδελφὸν ἀναμίγνυσι τῶν καρπῶν καθήμενον. ἢ δὲ γε ἄμπελ' καλεῖ σοῖς ἑαυτῆς τὸς ἀφαπτόμενους, ὡς πολὺς ὤπασε δὴ κακῶ τῶν ἀνθρώπων κάματ' ἀνεκτὸν: *Atqui circa illam (oleam) labor exiguus, aut nullus est, imo fructum eius exspectant homines sedentes: at vero vitis vocat ad se cultores, atque ita multus in damnum hominum labor impenditur.*

2. HÆSERVNT ARVIS.] Variauit suprà hoc flexu: *radicem affigere terræ.*

3. AVRASQVE TVLERVNT.] Sibi est similis, nam suprà: *se lætus ad auras Palmes agit.*

4. DENTE VNCO.] Pulcra metaphora, cui hærens Plin. lib. 18. c. 18. *arando mordeat vomer.* & Alcimus Auitus lib. 3. *vomeris affixi mordacia dente.*

5. PINGVEM OLIVAM.] Theophrast. 5. Histor. cap. 10. ἐλαία, κιτάρδη. Poeta suprà: *pingui sub cortice.* Nonnus 3. Dionys. στιλπνὴν ἐλαίην. & lib. 12. λιπαρὴν ἐλαίην.

6. PLACITAM PACI OLIVAM.] Soluit vnicam vocem Græcorum, qui oleã vocant εἰρηνικὸν. Quod hic de pace attingit Poeta dicam lib. 8. ad illud: *Pacifer ramum manu tendit oliuæ.*

7. AD SIDERA NITVNTVR.] Illustrabitur hic locus his, quæ suprà dixi ad illud: *Inque nouos Soles audent se gramina into Crescere.*

8. OPIS QVE HAVD INDIGA NOSTRÆ.] Ex Lucretio, qui lib. 1. & 2. *Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri.* Ex vtroque Symmach. Epist. 69. lib. 1. *opu indiga.* & Epist. 107. lib. 7. *opis indigos subleuare.* Notat Victorius esse hoc, idem cum illo Aristoteleo 1. Rhetor. τὸ ἧττον σεσημασμένον θατέρου, ἢ ἕτερον αὐτοῦ μᾶλλον δεῖται: *quod minus eget alia, aut alius rebus, eorum quæ se ipso contentum est.*

9. GRAVESCIT.] A prægnantibus sumta metaphora. Ita suprà: *grauidas fruges.* Prudent. lib. 2. contra Symmach. — *grauidis se vestit et aquior aristis*, Theophr. 1. Caus. c. 6. de arboribus κυόντων: *fœtu grauium.* Iterum, τῷ ἐγκύειν, *partu.* Ita illud: *parturit arbos.* Grauesco à prægnantibus.

10. LVMINA FVNDVNT.] Ex Lucret. lib. 4. *Semper enim noua se radiorum lumina fundunt.*

11. ET DVBITANT HOMINES, &c.] Similis locus 2. Æneid. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis.* Similia in Tullio ex obseruatione Victorij lib. 19. c. 15. Pro lege Man. *Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum tam imminentibus sit* Iterum, *Et quisquam dubitabit, quin virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecerit?* Non dubito, quin à Tullio Virgilij Imitatio manauerit. Porrò, versus Virgilij esse poterit prouerbialis sententia, qua exhorteris quempiam ad capessendos labores pro cœlesti gloria, quę magnis iucunditatibus perfusa: ad literatum studia, quæ tot secum afferunt bona: ad militiam, equestrem, nauticam, referta magnis commodis. Et dubitant homines, adag.

12. VNDANTEM BVXO SPECTARE CYTORVM.] An tu quicquam melius? Tale illud suprà: *ac lætæ structuat omnis tellus.* & Claudian. 2. Rapt — *venturæ spatia laurus Fluctuat.* Prudent. 2. contra Symm.

Vnde

UVA. BHSC. BU 00239

Vnde seges laiè crinitis fluctuet agris. Sidon. in Protrept. *gemmarum fluitantibus racemis.* Seneca in Furen. *fluctuat Zephyro seges.* Ad eandem rem noster non minùs præclarè, *nato.* Nam 3. Georg. — *tum fruges alta, campique natantes Lenibus horrescunt flabris.* Auson. in Mosel. *Tota natanti crispus iuga motibus, & tremit absens Pampinus.* Descriptionem vndantis & natantis campi hanc habet Silius lib. 9.

Mitia ceu virides agitant cùm flumina culmos,
Nec dum matura impellit ventus aristas:
Hac atque huc ut summa seges, nutansque vicissim
Alterno lente motu meandrata nitescit.

Obseruabis locutiones, quas hîc illustrauit de verbis *vndæ, fluctus, fluito, nato*, traduci eleganter ad alia posse, non solùm ad arbores & segetes. Sic de comis Lucilius lib. 7. Sat. *Apiari caput, atque comas fluitare* A *Capronas.* De bello Papin. 7. Theb. *belli fluitantis imago.* Trita sunt, *vestes fluitare, vndare lora, natare crines.* Quod omnes isti pulcerrimis metaphoris, Libanius simpliciter λῆτα Ζεφύρου ἀλσεῖα κινήματα, *segetes motas auris Fauonij.* Habentur ista in laudatione agricolarum. & loco alio, ἢ κινήσει τῶν λήϊων.

Cytorus vbi. 13. CYTORVM.] Duo hîc dicam. Primum de situ huius montis, alterum de buxo, quam fert: addam obiter leuem Plinij correctionem. Est hic mons, non Macedonum, vt Seruius; sed Paphlagonum, vt Homerus Nam de his 2. Il.

οἵ ῥα κύτωρον ἔχον, ἠδ' Σήσαμον ἀμφενέμοντο.

Qui Cytorum tenebant, & Sesamum incolebant.

Eustathius, κύτωρος πόλις παφλαγονίας συνοπέων ἐμπόριον, ἀπὸ τοῦ πλείν, ἢ δρῦσι πύξος φύεται: *Cythorus vrbs* C *Paphlagoniæ, Synopeorum Emporium, vbi buxus plurima*

Cytorus buxo fertilis. *& optima nascitur.* Abundat hic mons buxo plurima, vt iam vidisti ex Eustathio. Adiunge Ouid. 4. Metam. *Cytoriaco pectine* pro buxeo. Plin. lib. 16. c. 16. *Buxus pyrenaïs ac Cytorijs montibus plurima, & Berecinthio tractu.* Interpres Apolloni in illud lib. 2. ὑλήεντα κύτωρον, ita ait, διὰ τὸν πύξον ἐκεῖ φολυν γίνεσθαι buxo, *quæ ibi multa.* Huc pertinet forma adagij, quam Eustathius aperit, πύξου εἰς κύτωρον ἡγαγες: *attulisti buxum in Cytorum.* Quod simile illi, *nocluas Athenas.* Ante hos omnes Theophr. 3. Hist. c. 15. loquens de buxo, καὶ ᾗ τὰ κύτωρα πλίνοι, ᾗ ἡ πλεῖσι γίνεται: *Cytorum eius est natura, vt buxi plurimum ferat.* Allusit Valer. lib. 5. Argon. - *atque ingo pallente Cytorum.* Allusit (inquam.) nam hic pallor à buxo est. Credibile autem legendum in loco Plinij quem adduxi, *Cyrneis*, aut, *Cyrenis*, non *Pyrenaïs.* Nam statim Theophr. à quo ille reliqua sumsit, μάγιστοι δ' ἡ κάλλιστοι ἐν κυρήνῃ: *procere admodum, & pulcerrimæ in Cyrenis.*

Narycia pix. 14. NARYCIÆQVE PICIS LVCOS.] Hoc genus picis laudabile. Eius etiam meminit Plin. ex Virgilio lib. 14. c. 20. Sed quæ hæc pars orbis? Referunt ad Naryciam vrbem Calabriæ, alij ad Nareſios Liburniæ populos, iàm alij ad Narycios Locrorum, de quibus vates 3. Æn. *Hinc & Narycij posuerunt mœnia Locri.* Seruius Danielis legit, & explicat *Maricie.*

15. CAVCASEO.] De Etymo Caucasi videndus E Plin. lib. 6. c. 17. per initia.

Animus de ventis. 16. ANIMOSI EVRI.] Præclarè. nam cum allusione ad Græcam vocem, est enim ἄνεμος ventus. Simili ferme orationis cultu Poetæ alij dant animos tempestati, fluuiis, mari. Papin. 9. Th. -- *animosque furgit Tempestas instar pelagi.* & 3. vt *rapidus torrens, animos cui verna ministrant Flumina.* & 5. *animi maris* dixit. Multa in Papinio his similia. Ita contra idem in 7o.

Vt si quando ruit, debellatasque relinquit
Eurus aquas, pax ipsa tumet, spontumque iacentem
Exanimis iam voluit hyems.

17. FRANGVNT.] Allusum ad κλᾶσιν, aut potius κλάδεσιν Græcorum, vnde & clades Latina vox à fractione arboris: neque aliud est Etymon cladis. Lege Scal. in 3. Theophr. de Caus. c. 21. Cladis Etymon.

18. NAVIGIIS PINOS.] Cur pinus vtilis nauigiis? Theophr. cum dixerit 5. Hist. c. 8. πίτυς μὲν οὖν, καὶ πεύκη ναυπηγήσιμα, *abies & pinus aptissimæ nauibus*, addit rationem de pino, διὰ τὸ ἀσαπὲς, *quia non putrescat.* Plinius lib. 16. cap. 42. dicit, esse hanc arborem firmissimam aduersus cariem, & tineas. Vitruuius lib. 2. c. 9 illi dat *æternam diuturnitatem.* Integra adducam ſtatim. Pinus vtilis nauigiis.

19. DOMIBVS CEDROSQVE CVPRESSOSQVE.] Cur istæ bonæ ædificiis? quia auctore Theophrasto 5. Hist. c. 5. ἀσαπῆ ἡ φύσει κυπάρισσος, κέδρος: *Incor-* Cedrus & cupressus vtilis ædificiis. *ruptæ sunt cupressus & cedrus.* Vitruu. lib. 2. c. 9. *Cupressus, abies, & cetera, quæ ædificiis sunt idoneæ.* Et de cupresso, & pinu ita ibidem: *in vetustatem sine vitiis conseruantur.* & postea: *ideoque, quæ ex his generibus opera constituuntur, permanent ad æternam diuturnitatem.* Adhibetque rationem, cur istæ arbores penè æternæ. Quia inest in earum corporibus amarus quidam sapor, qui arcet cariem, & eas bestiolas, quibus ea gignitur. Paria ſtatim de cedro. & lib. 7. c. 3. ait, asseres camerarum debere esse cupressinos ob vetustatem. Pergo ad Plin. qui lib. 16. c. 40. *cariem vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus.* Easdem postea, *æternæ* vocat. Adiuuitque in eius rei argumentum ædificia plurima, quæ ex vtraque arbore diu permanserunt, penéque ad immortalem memoriam. Quo argumento & alij vſi. De cedro vide signatè Theophrastum 5 Hist. c. 9.

20. CEDROSQVE, CVPRESSOSQVE.] Obseruat Hieronymus Columna, Virgilium adhibuisse versum hypermetrum ad indicandam cupressi longitudinem, atque ad Ennij imitationem, qui rem non hypermetro, sed Epitheto signauit. Nam 7. Annal. *longique cupressi.* Obiter nota genus masculum. Alibi idem Ennius: *Capitibus nutantes pinos, rectòsque cupressos.* Arbores generis masculini.

21. HINC RADIOS TRIVERE ROTIS.] Plin. lib. 16. c. 40. ait, cornum esse vtilem ad radios rotarum Itaque illud *hinc* non referas ad cupressos, & cedrossed in communi ad syluas.

22. MYRTVS VALIDIS HASTILIBVS.] Quia ipsa validissima. Theophr. 2. Hist. c. 8. ἰσχυρότατον. Auctor Geopon. loquens de myrto, ὡς τε τὰ πλεκτὰ σκευη, καὶ τὰ ἀκόντια ὅπτιθ' εἶος ἐγχειρεῖται ἐστ ad *vasa texti-* D *lia, & ad iacula.*

23. BONA BELLO CORNVS.] Ita Homer. Odyſ. ν. Δόνδρεα κρανὰ. Sed quare cornus bona bello? quia firmissima. Theophr. 5. Hist. c. 8. ἰσχυρότατον ᾗ καὶ ἡ κερασία: *fortissima est cornus.* Dioscor. lib. 1. c. 173. κερασία δόνδρον ἐστὶν ἀδρὸν: *cornus aurea est arbor.* Xenophon. lib. 3. Hellen. palta (sunt hæc hastilia sic dicta à vibrando) scribit fuisse κερασίνεα, cornea. Eadem in libro de arte equestri. & quidem legendum in Xenophonte κερασίνα, non κερατίνα. Citat Vrsinus ex Cynætho Chio, κερασινον ἀκόντιον: *corneum iaculum.* Noster in Æn. *volat Itala cornus.* Facit illud Plinij lib. 16. c. 38. *fidna cornus, in venabulis nitet inciſuris, nodata propter decorem.* Cornidutiores.

24. ITYRÆOS.] Huc pertinent illa Tullij 2. Phil. *Cur homines omnium gentium maximè barbaros Ityræos* Ityræi sagittis nobiles. *cum sagittis deduxi in fi rum.* & Vopisci in Aureliano *sagittarios Ityreos treceuos.* & Luciani lib. 7. --- *Creta Cydonas Misit, Ityræis cursus fuit inde sagittis.*

25. TILIÆ LEVES.] Ait hanc esse aptam ad formas capiendas. Theoph. lib. 1. Hist. c. 8. εὔκαμπτον ᾗ καὶ ἡ φιλύρα: *flexibilis tilia.* & lib. 5. c. 7. dicit, illam esse obedien

UVA. BHSC. BU 00239

obedientissimam ad omnia διὰ μαλακότητα, *propter mollitiem.* Plin. lib. 16. c. 40. *mollissimæ tilia.* Vitruuius lib. 2. c. 9. de illa, & aliis, *in sculpturis commodam præstant tractabilitatem.* Obedientiam tiliæ expressit Virgilius Epitheto leuoris. Ab hac obedientia natum, vt tilia dicatur à Plinio *vilis*, & *ad mille vsus petenda.* & Theoph. 5. Hist. c. 8. ait, esse aptam ad foros nauium longarum, ad areas, ad fabricas mensurarum. De imitatione verbum vnum. Ex Marone Seneca in Oedip. *Amara baccis laurus, & tiliæ leues.*

Buxus apta tornationibus.

26. BVXVM.] Cur hæc apta tornationibus, facile elici potest ex verbis istis Plin. lib. 16. c. 16. *Inprimis vero materies honorata buxo est, raro crispicanti, nec nisi radice. Cetero, lenis quies materiæ, silentio quodam, ac diritie, & pallore commendabilis.* Et c. 40. ait, buxum esse gracilem natura. Ideo Apul. 1. Apol. *Cùm apud eum multas geometricas formas è buxo vidissem subtiliter, & adfabre factas.*

Torrens vnde dictus.

27. TORRENTEM VNDAM.] Torrens (aiunt Grammatici) à torre dicitur, quia exundat verno & æstiuo tempore, cùm niues præ calore liquefiunt. Illorum sententiæ fauent ista Pacuuij in Antiopa: *flammeo vapore torrens terræ fœtus exsuscri.* & illa Virg. 6. Æneid. *Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon.*

28. ALNVS.] Allusum fortasse ad almos Padi ripis familiares, nam Apollonius, & Græci alij Heliadas, non in populos, sed in almos mutatas ferunt.

29. MISSA PADO.] Claudian. aperte huic hæsit: *immissumque Pado qui remigat alnum.*

30. BACCHEIA DONA.] Q. Serenus: *Vel pelagi latices, simul & Baccheia dona.*

31. BACCHVS ET AD CVLPAM CAVSSAS DEDIT.] Hinc videtur fluxisse sententia Manilij lib. 5.

Ardescit vitio vitium, vireique ministrat
Bacchius, & in flamma flammas exsuscitat iras.

Centaurorum pugna.

32. CENTAVROS.] De pugna, quæ orta in conuiuio ab Eurytone, Centaurisque reliquis contra Lapithas, & horum Regem Pirithoum; vtque mutuis vulneribus multi conciderint, præsertim ex Centauris, nihil hic exspectes: adeundus Ouidius 12. Met. qui late, & graphice. Ibi nomina Centaurorum plurima, Virgilius hic, vt in excursu, tres tantùm infert, Rhœtum, Pholum, Hylæum, qui armis pariter & vino domiti, qui poculis pugnabant & crateribus. Primi Rhœti meminit Callimachus hymno ad Dianam, Val. 1. Argon. Ælianus lib. 13. Var. Hist. in Historia Atlantæ, Horatius od. 19. 2. Carm. Sed quidem, cùm Callimachus in eo nominando dicat ῥοῖτον, & Aclianus ῥοῖτα, vel legendum in Græcis ex Latinis ῥοῖτ, vel in Latinis ex Græcis Rhœcus, & hoc probabilius. Nam & Valer. 1. Argon. *Rhœcum* dixit: sic enim habent correctissimi codices; non Rhœtus. Porrò medij Pholi meminit Claudianus in Pref. ad nuptias Honorij, & Mariæ. Papin. 2. Theb. Theocritus eid. 7. & Ouidius. Sunt qui putent & Valerium 1. Argon. induxisse hunc Centaurum, legúntque in illo, *Parte alia Pholus, multóque insignis Iacchо Rhœcus.* Sed hoc non verum. Tum quia correcti codices legunt, *Pholoe tum*, quia ipse lib. 3. *Qualis in Alciden, & Thesea Rhœcus iniqui Nube meri geminam Pholoen.* & Claudianus in Prof. lib. 2. Raptus, *Proftratis rubuit rubigenis Pholoe.* Mitto repugnare syllabam. Extremi tandem Hylæi meminit Callimachus dicto loco. Propert. lib. 1. Ouidius, Ælianus lib. 13. Var. Hist. Papinius lib. 4. & 6. Theb. Nonnus lib. 17. Dionys.

Rhœtus centaurus.

Pholus centaurus.

Hylæus centaurus.

33. Dicam de Imitatione. Potuit Pœta insistere illis Alcæi in Epigrammate: οἶνος καὶ νεῖκος, ὦ ξεῖνε, τοῖς μὲν ἀνθρώποις, τοῖς δὲ Κενταύροις καὶ Λαπίθαις ἐστὶ μεθύουσι κακόν· ἐμοὶ δὲ καὶ νήφοντι γλυκύς. *Vinum Centaurum perdidit, & Lapithas inebriatos, & inter se pugnantes: mihi autem sobrio dulce est.* Et etiam par sententia inter Græca Epigrammata. οἶνος καὶ νεῖκος ἀπώλεσεν: Homerus quoque Odyl. 21.

Οἶνός τοι καὶ νήπυθον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
Ἄλασεν ἐν μεγάροισι μεγαθύμοι Πειρίθοιο
Ἐς Λαπίθας ἐλθόντα· ὁ δ' ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ,
Μαινόμενος κακὰ ἔρεξε δόμῳ ἐν τειρείδοιο.

Vinum Centaurum valae inclytum Eurytionem
Laesit in domo magnanimi Pirithoi
In Lapithas eumem: hic autem quoniâ mentẽ laesit vino
Insaniens mala fecit in domo Pirithoi.

De eodem post pauca,

Οἳ τ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν ὦρτο οἰνοβαρείων·

Sibique primo malum vrsiens vino grauatus.

Libanius vitem vituperans, ἀμπελος ἐστὶ κενταύροις, καὶ λαπίθοις πόλεμος, οἶνος ἔργον: *pretered Centaurorum, & Lapitharum bellum, vini factinus est.* Propert. lib. 2.

Tu quoque ô Eurytion vino Centaure periisti,
Nec non Ismario tu Polypheme mero.

Centaurorum epulæ, adag.

34. Ex dictis in proxima superiore Nota elicio formam istam *Centaurorum epulæ* prouerbialem, ad significandas epulas inconditas, barbaras, plenas tumultus, rixarum, cædium, quales Apuleius describit lib. 4. his verbis: *Fiebat, ac potabatur inconditè, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis: clamore ludunt, strepitu cantillant, conuiuiis iocatur, ac iam cetera semiferis Lapithis, Thebanis, Centauriisque similia.* Quales Dio Chrysost. Orat. 32. istis, οἱ δὲ ἀπλῶς καὶ ἀκολάστως μετὰ βοῆς καὶ ἀπαξίας ὀργιζόμενοι, καὶ γελῶντες, σκληκεπαῶτες ἀλλήλους, καὶ πεφυσηκότες, τελευτῶντες ἀπίασι κακόνητοι τοῖς συμπότοις ὄντες, ἢ παρ' ἐκείνων λαζόντες. οἷαι ποτὲ ὑβρίσθαι φασὶ Κενταύρων συμπόσιαν: *Illi sanè atque intemperanter, clamosè ac dissolutè irascentes ridentesque, alter que alteri cibum præripientes, non cohortantes abeunt, malum aliquod conuiuis dantes, aut ab illis accipientes, quale olim fuisse aiunt Centaurorum conuiuium.* Quales Curtius in vita Alexandri, in quibus à vino & ferculis ad sanguinem & cædes ibatur. Quales proci exercent apud Homerum plenas rixarum, clamorum, contentionum. Quales Æatæ Regis Colchorum, qui macta bat homines *inter hastilia vina*, ait Valer. 1. Arg. Quales Claudianus describit Gildonis epulas: *Ut vino calefacta Venus, tum sæuior ardet Luxuries.* Lege reliqua. Quales Papin. 5. Theb.

Crateras pronos, oculósque in cade natantes
Cernere eras, iugulisque, modo torrentis, aperiis
Sanguine commisto redeuntem in pocula Bacchum.

Quales Heliodorus lib. 1. Historiæ Æthiopicæ per initia, & latissimè lib. 5. Quales Libanius in vituperatione vitis, vbi Troianæ vrbis calamitatem refert ad extremas epulas & compotationes. Quales Polyphemi & Cyclopum apud Homerum, quibus inter ciborum solemnia erant humanæ cædes. Quales denique fuere Herodis, qui inter cibos feralé ministrum destinauit ad amputandum diuinum caput, quo nullum maius vetissimo Christi oraculo. Hæc omnia conuiuia, & similes epulas prouerbialiter vocabis, epulas Centaurorum.

35. CRATERE MINANTEM.] Attingit insignem ebrietatis notam, qua Centauri vsi poculis pro armis. Virgilium studiosè imitati sunt Latini. Ouid. 12. Met. describere hanc pugnam.

Forte fuit iuxta signis exstantibus asper
Antiquum crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Ægydes, aduersaque misit in ora.

Et post pauca:

Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Missa volant, fragilesque cadi, curuique lebetes:
Res epulis quondam, tum bello & cædibus aptæ.

Valer.

UVA. BHSC. BU 00239

Valer.Flacc.1.Argon.

Parte alia Pholoe, multoque insanus Iaccho
Rhœcus, & Athracia subitæ de virgine pugnæ,
Crateres, mensæque volant, aræque Deorum. Papin.

Theb.2. *Qualis in aduersos Lapithas erexit inanem*
Magnanimus cratera Pholus. Propertius lib.2.
Aspera Centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula Pirithoum.

Ita etiam Heliod.lib.1.Hist.Æthiopicæ in conuiuio pleno tumultuum & cædium inducit euersas pateras, aítque illis pugnatum ad eum modum, quo pugnari solet lapidibus. Nam subitum malum (ait Scriptor) dederat nouum vsum, & loco iaculorum docebat vti poculis.

a O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolæ, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem victum iustissima tellus!
b Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam,
Nec varios inhiant pulcra testudine postes,
Illusásque auro vestes, Ephyreiaque æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
c At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum; at latis otia fundis,
Speluncæ, viuíque lacus; at frigida Tempe,
Mugitúsque boum, mollésque sub arbore somni
Non absunt: illis saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruóque assueta iuuentus:
Sacra Deum, sanctíque patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

ARGVMENTVM.

Excurrit in laudes vitæ rusticæ, illam cum vrbana comparans, ac principem locum attribuens.

EXPLICATIO.

a SEQVITVR encomium vitæ rusticæ, quod possis appellare septimam & extremam partem libri huius. In quo encomio quis, non dico æquet, sed magno etiam interuallo Poetam assequatur? Incipit ab exclamatione, qua ait, fortunatissimos esse agricolas, si sua tantum cognoscant bona. Reddit rationem, cur fortunatissimi: quia tellus longè à bellorum strepitu, illis non modò iusta est, dans eadem, quæ accipit; sed iustissima, quia cum multo fœnore victum retribuit. Roges. Nónne & reliquis mortalibus tellus victum suppeditat? Expende vatem, & capies. Suppeditat quidem reliquis, sed mediis agricolis, qui illam tractant; his vnis ipsamet præbet. Cùm ait, *fundit facilem victum*, innuit ἀπορίαν, & fertilitatem terræ retribuentis; quasi dicat, non retribuit vtcunque iusta, sed vbertim fundit, & cum magna facilitate, ideo iustissima.

b Comparat vitam agricolarum cum Vrbana, vt ostendat hanc longè esse illa inferiorem. Ita verò de bonis Vrbanis loquitur, vt multa adiiciat ad contumeliam. Quamobrem Poetam non solùm explicabo, sed expendam in cursu explicationis. Fateor (inquit) carere agricolas superbissimis domorum foribus, quibus admittant, ac remittant turbam salutatorum aduentantium mane: fateor carere domorum postibus variegatis pulcerrima testudine, quos tamen non inhiant (id est, appetunt) quæ magna est felicitas, vt solent ciues: carere ære Corinthiorum, & vestibus auro perfusis, potiùs illusis. nã vestitæ sunt auro non suo ad dolos mortalium: carere lana purpureo Assyriorum colore intincta, sed quæ merum habet fucum, & fraudem; nam, quæ alba est ex natura, induit colorem non suum: carere oleo, cui admistus pretiosus liquor casiæ, potiùs corruptio; nam oleum, quod ex se liquidum, atque vtile ad vsus penè omnes, corrumpitur & fœdatur crassissimo vnguento casiæ, ac perinde amittitur vtilitas olei.

c A ciuium bonis, quibus tam multi doli adiuncti, excurrit ad bona agricolarum, quæ laudat pleno ore. Capita laudum reducuntur ad quietem, simplicitatem, abundantiam, iucunditatem, frugalitatem, religionem. Quasi dicat, carent bonis aulicorum, sed habent quietem in agris. nam securi sũt ab omni bellorum tumultu: habent simplicitatem, vt qui neminem sciant fallere: abundantiam, nam eorum vita diues est variarum opum: iucũditatem, nam versantur in otio, inter speluncas agrorum mille amœnitatibus refertas, vident lacus viuos, perennésque aquarum scaturigines; sunt illis Tempe frigida (intelligit loca quæpiam amœnissima ad oblectationem) boũ mugitus, somni sub arboribus, iíque permolles, saltus lustráque ferarum ad venationem; quę omnia iucundissima sunt: habent frugalitatem. nam iuuentus rusticana est & operum patiens, & paruo assueta: sanè frugalitas duo hæc notat, ita seruus frugi est, qui rem domini diligenter curat, illíque est vtilis, & præterea ipse est sobrius: demum habent sacra, nam cum illis olim Dij ipsi conuersati, & iustitia vrbes relinquens pollutas sceleribus diuertit ad rusticos, & inde ad cœlum rediit, vnde venerat. Illa *sanctíque patres*, sunt qui non referant ad Deos, sed ad agricolas ipsos, qui filios, instituunt cum probitate, & virtute.

NOTÆ.

1. O FORTVNATOS.] Similis excursus admirationis est in Culice in incoandis laudibus vitæ rusticæ.

O bona pastoris! si quis non pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat.

Politianus

UVA. BHSC. BU 00239

Politianus quoque laudes sui rustici ab elogio incoauit,

Felix ille animi, Diuisque simillimus ipsis.

Sicut & Claudian. de sene Veronensi,

Felix, qui propriis æuum transegit in aruis.

Agricolarum Elogia. Sed quoniam Poeta laudes sui rustici incipit ab elogio felicitatis, non dissimilia sunt, quæ subiiciam. Musonius apud Stob. dat vitæ rusticæ σεμνὸν, καλὸν, δὲ δαιμονικὸν. *honestatem, pulchritudinem, felicitatem.* Atque, vt est apud eundem, Myson quidam dictus est oraculo Apollinis ἀγλαὸς, *splendidus.* & Psophidius εὐδαίμων, *beatus*, quod vterque huic vitæ operâ daret. Papin. 4. Sylu. *Paruis beatus ruris honoribus.* Menander magno felicitatis elogio de suo agro, τὸ δὲ τέρψον μὲ, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεὸν: *Id, quod me mirrit, id ego Deũ iudico.* Alludit Maro, qui 1. Georg. *diuini ruris.* Politian. in Rustico: *Cura Deũ agricola.* Omitto paria elogia mihi obseruata in Arist. 6. Polit. c. 4. in Cicerone pro Roscio, in Xenophontis Oeconomica, in Nazianzeno oratione de pauperibus. Lege etiam elegantem excursum Philonis lib. περὶ τῶν δέκα λογίων. vbi vitæ huius dignitatem rationibus quatuor rimatur, vt ostendat illam longè vrbanæ præstare.

Sua si bona norint. 2. SVA SI BONA NORINT.] Forma est prouerbialis. Lege Etasm. ch. 3. Cent. 3. c. 6. & adiunge quæpiam, quæ ipse reperi in Dione Chryso. Orat. 3. vbi, cùm præmiserit, felicitatem non prouenire à vasis aureis, ciuitatibus, regionibus; verùm vnicuique à seipso, firmat hoc responso Socratis, qui rogatus, an beatum putaret Regem Persarum, respondit, se hoc nescire: quia, etiam si magnas opes Regis Persarum videret, nondũ tamen sciebat, ὁποῖός ἐστι τὴν ψυχὴν, qualis esset animo, id est, quid rex ipse animo sentiret, quasi non tam bona faciant hominem beatum, quàm boni possessi cognitio. Huc etiam pertinet illud Luciani in Caucas. ἃ δ' ἂν συνίειμεν ἡλίκα δὲ δαιμονίμεν: *non intelligimus quantum felices simus.*

3. IPSA.] Ad sententiam, quam hîc expendi, reperi postea, Musonium apud Stob. dicere, multo esse virilius, liberalius, honestius ab ipsa terra opes percipere, quod faciũt agricolæ, & illas aliis præbere; quã accipere, quæ agricolæ ipsi suppeditant, quod faciũt Vrbani, qui desides volunt viuere aliena expensa.

4. PROCVL DISCORDIBVS ARMIS.] Sanè Hom. D 1. Il. bellum appellat ὀπὸ ἤματων, quòd in vrbibus semper grassetur, neque ad agriculturam pertineat. & Eurip. apud Stob. ait, bellum esse vrbibus νόσον.

Fundi Etymon. 5. FVNDIT.] Hoc Græci, φέρει, ἀκφέρει. Fũdi duplex etymon adducit Varr. lib. 4. de lingua Latina. Prius, quòd sit tanquam fundamentum pecuniæ. posterius ad rem est, quòd multa vbertim fundat.

Terra iustissima. 6. IVSTISSIMA.] Secutus fuit Seruiũ in huius vocis explicatione, ad quam pertinet locus iste Xenophontis in Oeconom. *Quæ ars colentibus maiores gratias reddit? aut auidos magis saturat? aut hospites lautius excipit?* Nec non iste Musonij apud Stob. *Respondet terra optimè iustissimèque colentibus ipsam, multo cum fœnore, quæ accepit restituens, & copiam exhibens omnia, quæ necessaria ad vitam sunt volenti illam exercere.* Atque etiam vulgatissimus ille Tullij 1. Off. admonetis ex Hesiodo, debere nos in referenda gratia imitari agros fertiles, qui plus multo referunt, quàm acceperunt. Hæc ergo caussa tellus à Virgilio dicitur non iusta, sed iustissima.

7. SI NON INGENTEM, &c.] Hic magnus est cãpus imitationis: est verò mei instituti, vt adducã loca. Aperiã priùs, in quo posita sit imitatio. Ait Poeta: Si carẽt agricolæ his, atq; illis bonis: at habẽt hęc, atq; illa multo potiora. Hanc concipiendi rationem primus omnium habuit Lucret. lib. 2. his versibus:

Si non aurea sunt iuuenum simulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur;
Nec domus argento fulget, auróque renidet:
At tamen inter se prostrati in gramine molli
Propter aquæ riuum, sub ramis arboris altæ
Non magnis opibus iucundè corpora curant.

Secutus est illum Virgilius, tum hîc, tum in Culice, vbi ait simili planè conceptu.

Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data velleraſi nitor auri
Subluxerit domus aniinum non tangit auarum,
Picturæ decus, lapidum nec fulgor in vlla
Cognitus vilitate manet; nec pocula gratum
Alconis referunt, Boetique toreuma; nec Indi
Concheа baccheа maris pretio est: at pectore puro
Sæpe super tenero prosternit gramine corpus, &c.

Lucretium, & Virgilium magistros secuti sunt alij. Primus Propertius lib. 3.

Quod non Tanaeis domus est mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes;
Nec mea Phaeacas æquant pomaria syluas,
Non operosa rigat Mærtius antra liquor:
At musa comites, & carmina cara legenti,
Et defessa choris Calliopea meis.

Secundus Seneca in Thyeste,

Non classibus piscamur, & retro mare
Iacta fugamus mole, nec ventrem improbum
Alimus tributo gentium; nullus mihi
Vltra Getas metitur, & Parthos ager.

Et post multa absoluit tandem,

Sed non timemus, tuta sine telo est domus,
Rebúsque paruis alta præstatur quies.

Iterum in Oet. simili forma. Nam post enumeratas opes diuitum, ita subdit de pauperibus,

Tenet è patula pocula fago,
Sed non trepida tenet ipsa manu.
Carpit faciles vilésque cibos,
Sed non strictos respicit enses.

Et postea de vxore pauperum, enumeratis bonis, quibus caret, subdit: *Sed non dubios fouet illa thoros.* Tertius Politian. in Rustico; pari enim aura cecinit,

Si non Tanaeis illi stant fulta columnis
Robora, celatúmque alte laquearia subter
Rudes ebur, postémve silex Asseroticus ornat.

Et subiectis plurimis, ita absoluit:

At iacet in molli proiectus cespite membra, &c.

Possum tribus addere Claudianum lib. 1. in Ruffin. nam licèt non eadem forma, at eodem planè conceptu scripsit. —*Tibi quæri inanes*
Luxuries nociuta cibos; mihi donat inemptas
Terra dapes: rapiunt Tyrios tibi vellera succos,
Et pictura togas tiantur murice vestes;
Hic radiant flores, & prati viua voluptas
Ingenio variata suo: fulgentibus illic
Surgunt strata thoris; hic mollis pandit ur herba
Sollicitum curis non abrupturа soporem:
Turbæ salutantum latas tibi perstrepit ædes;
Hic auium cantus, labentis murmura riui.

Volui plura ex Claudiano subiicere propter amœnitatem. Ego quoque aliquando hæsi Virgilianæ formæ, & aliorum, his versibus:

Si mihi non magnis opibus laqueata renident
Atria, nec referunt per inania compita curtus,
Nec reuehit sonipes aurato fulgidus ostro:
At secura placet paupertas adibus, at me
Nunc peditem iuuat ire vias, Spinosaque tradu
Auia, quæ cœlum posthac, superósque daturа.

Notaui Nazianzenum, vt aliquid ex Græcis libem, eadem forma vsum Orat. 25. contra Arrhianos,

VVA. BHSC. BU 00239

μικρὸν μοι τὸ πεῖραμον, ἀλλὰ κἂν ὀβολὸν κρημνοῦ φερόμενον. σμικρὸν μάνδρα, πολὺ λύκοις ἀνοικτέα, καὶ πολὺ ὃ πᾶς ἀγχόμενος λιπεῖν, ὧδ' ἐστὶ παρεσπουσμένη κἀπέφασις, καὶ ξένοις: est mihi grex exiguus, at in præcipitia non fertur, est mihi angusta cauſa, ſed qua lupis non pateat, ſed qua latronem non admittat, neque à latronibus & exteris emuladetur. Eadem forma idem orat. 35. confert ignominias, quas paſſus eſt ſeruator Chriſtus cum magnis eius geſtis, hunc in modum: Faſciis eſt inuolutus in præſepio, at ſepulturæ faſcias rediuiuus excuſſit. Multa ſubiicit in hãc ſententiam, dignus eſt locus, qui legatur.

8. MANE SALVTANTEM.] Cum reſpectu ad hunc verſum Manil. 5.

Lumina pernoctans, vnimque per omnia verbum
Mane ſalutandi portans communis amicus.

Salutationes Romanorũ. Virgilij etiam verba Prudentius arripuit. Attingit verò Poeta morem Romanum de ſalutationibus, quæ fiebant à clientibus matutino tempore: quem perſequi in tanta luce eruditorũ otioſum erit. Tantum monearis loci Salluſtiani in Catil. vbi dicuntur Cornelius, & Varguenteius conſtituiſſe interficere Ciceronem conſulem noctu quaſi irent ſalutatum. An noctu fiebant ſalutationes? Certè ea erat ſalutatorum ſedulitas, vt interdum lucem peruerterent animo blandiendi. Ideo ipſe Cic. 1. Catil. *Reperti ſunt duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfectiuros pollicerentur.* Neque verò aduerſatur poſtea ſcribi ab eodem: *excluſi eos, quos tu mane ad me ſalutatum miſerat.* Nam conſtituerant, ſe noctu venturos, re verò ipſa venerunt orta iam luce. Id facilius expediendo Salluſtio, quàm quæ alij fiugunt.

Vomitoria. 9. VOMIT.] Vult Macrob. 6. Sat. c. 4. ductum hoc ab Ennio, qui prius: *Et Tyberis fluuius vomit in mare ſalſum.* Inde etiam in Speculis *vomitoria*. Sed exiſtimo, Virgilio potiùs propoſitum ante oculos Plautum, nam Pſeudolo de ædib. ait: *Ædepol ipſum leonem euomunt.* Cum reſpectu ad vtrumque Prudent. in περὶ στ. *Vrbis Angusta ſuos vomit, effundit que Quirites.* Et S. Hieron. epiſt. 26. *fores, quæ prius ſalutantium turbas vomebant, nunc à miſeris obſidentur.*

Vnda, de hominibus. 10. VNDAM.] De hominibus quoque Ammian. l. 26. *in amphitheatrali curriculo vndatim conuente plebe.* & Oroſius lib. 6. c. 21. *vndatim gentes commouebantur.* Nazianzenus pulcerrimè ad ſignandam multitudinem hominum, quę occurrit Athanaſio redeunti ex exſilio, ita ait, Orat. 21. πανταχόθεν ἐπὶ τοῦτον ἔθεον ἅπαντες καὶ τὸν νεῖλον ἐποίουν: *fluuium vnius omnes erant. Nilũ Poeta quiſpiam diceret.* & ſuprà maiore adhuc exaggeratione eandem turbam πέλαγος & nominarat. idem Orat. 25. δῆμος κυμαίνων: *exundans populus.* & Orat. 28. celeritatem ſuam, cùm ad ſuos rediit, comparat τὸ ῥέυμα ἧλιον torrenti. Papinius ad æſtuantem credo alluſit tædam. nam ſignans multitudinem ita dixit, 1. Syl. *feruent agmine poſtes.* Syneſius quoque ep. 69. ſignans multitudinem ad aquam confugit. ait enim, ἐς ὕδατων ἐκχυθέντες ὄχλοι τὴν χώραν ἐπλήσθησαν: *effuſi confertim in regionem.* eſt enim χέω verbum aquarum. Homerus etiam de Troianis fugientibus confertim in vrbem ad finem l. 21. Il. ἐκέχυντο δ' ἐς πόλιν. Baſilius comparans multitudinem, quæ accurrit ad videndum ſanctum martyrem Gordium, ait ὥσπερ πνοὴ ῥέυματος. Artemidorus lib. 2. Oniroct. cap. 27. ingreſſum hominis in domũ fluuio comparat.

11. NEC VARIOS INHIANT PVLCHRA TESTVDINE POSTES.] Credo alluſiſſe Poetam ad opera teſſellata, quæ fiunt ex variis lapidibus amuſſeato opere, vulgus muſſium, aut muſaicum nominat: artifices ipſi dicuntur muſſinarij. Lege Guilel. Philandrum in cap. 1. Vitruuij lib. 7. Inducor in hoc, nam hæc opera fieri plerunque ſolent in tectis teſtudinatis, qualia nos vidimus in hortis regiis Madriti, vbi curia Philippi Secundi Regum omnium maximi. Iuuat vox varietatis, quæ eſt in Poeta, nam hæc opera proprie ποικίλα, καὶ πολυειδῆ. & qualia Nazianz. depingit Orat. 25. μηδὲ μεγαλαυχήσῃ μαρμάρων πολυτελείαις, καὶ γραφαῖς, καὶ κεντήσει, χρυσοκολλήσει τε, καὶ πολυειδὲς ὑάκινθον gloriamur marmorum excellentia, nec picturis, & punctionibus auro fulgentibus, variõque opere confecto. Aliquis poſſit putare, dici poſtes varios teſtudine cum alluſione ad marinas teſtudines, quibus interdum ædificia ornari conſueuerant: vt ſententia ſit, non inhiant poſtes varios marina teſtudine. Lege de hoc more doctiſſimũ virum Societatis noſtræ Raderũ in Epig. 88. Mart lib. extremo. Sed hanc ego notam de marina teſtudine debeo Gaſpari Sanctio, viro noſtræ Societatis eruditiſſimo: cui etiam multum me debere in re omni literaria vt præceptori cõfiteor. Ceterùm hanc animi parſimoniam nihil appetentis expreſſit Papin. 2. Syl. exprimens totum hunc Maronis locum, laudans Surrentinum Pollij.

Vne Madæ gazis, & Lydo ditior auro,
Troica, & Euphrates ſupra diademata felix.
Quem non ambigui faſces, non mobile vulgus,
Non leges, non cuſtos tenent: qui pectore magno
Spémque metumque domas, vtrio ſublimior omni
Exemtus fatis, indignantémque refellis
Fortunam. Attigit Ieuiter eundem locũ Val. lib. 1. Argon.

Illum nec valido ſpumantia pocula Baccho
Sollicitant, veteri nec compiscenda metallo
Signa mouent. Libanius de agricola dixit, ὃς δὲ ἐργάζεται & χρήματι ἐξ ὧν ἕτερον συμφορᾶι πενιχρὸν ἐπιθήσει paratus opibus, ex quibus alteri periculum creet.

12. ILLVSAQVE AVRO VESTES, EPHYREIAQVE ÆRA.] Eadem forma dictum *illuſæ auro veſtes*, qua facies fucata fœminarum dicitur *illuſa*, *fallax*, *mentita*, *ementita*. Hoc Tertullianus de cultu fœminarum, dixit, *ceruſſa, purpuriſſo, croco expingere.* & lib. de Pœnitentia vocat *fictum nitorem*, *coactũ ruborẽ*, de Virginib. velandis, *facem medicamine interpolare.* ita etiam Plautus Moſtell. vocat *mancipia interpolata*, quæ auro, & ſerico ornata, atque emẽtita ſunt, quod faciebant Mangones. Sed in hac re explicanda fœcundiſſimus fuit Greg. Nazianz. in Oratione funebri ſororis. Nam de veſtibus auro illuſis, ἐσθῆτι & περιέσσοις καὶ διαφανέσι πολυτέλεια λίθων αὐγαὶ καὶ χάριτες χρυσοῦ σαι καὶ πανοῦ ἀήσεις, καὶ τὰς μορφὰς θελήματα σαι: *circumfluentis & pellucidæ veſtis magnificentia, lapidum ſplendores & gratia propinquum aerem colorãtes auro, ac formas lumine circumfulgentes.* De facie verò illuſa fuco has dicendi formas inducit. τίχναι, γοητεύματα, δῶρον κάλλους, πλάσις ἀνθρώπου χεῖρος, καὶ κατασκεύασμα τοῦ θεοῦ πλάσματος ἐπίθεσις: *artis, præſtigiæ, veſtis pulcritudo, pluſtes contrarium Deo fabricanti, figmentúmque abducens miſſionis coloribus opificio Dei.* & in Orat. Panegyrica Natalitij, λίθων διαυγείαις, χρυσὸν ἐπελαμψάσι, χρωμάτων σοφίσμασι φθειρόμενον τὸ φυσικὸν κάλλος: *gemmarum ſplendoribus, auri fulgoribus, colorum ſophiſmatis emendientib. natiuum pulchritudinem.* Philo in lib. de Perſugis, ita explicuit, χρώμασι πῶς ἐλίκια καὶ σχηματισμοῖς χίτων φυσικῆς διωρύγας: *coloribus faciem fucata ob inopiam naturæ formæ.*

13. Ab his locutionibus, quæ Virgilianam illuſtrant, redeo ad vatem ipſum Exiſtimemus loqui illũ de veſtib. Corinthiorũ, ex coniũctione æris, quod ſequiturnã in pretio tam æs, quàm veſtes Corinthi, vti

Illuſæ veſtes.

Veſtes & Æs Corinthiorum in pretio.

UVA. BHSC. BU 00239

vti apparet ex verbis istis Flori lib.2.c.16. de Corinthi euersione: *Quid signorum, quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum, atque proiectum est?* Silius quoque lib.4. vtrumque coniungit,

——*non æra vacabant,*
Quæ fervent Ephyren, fulvo certaret vt auro
Vestis, spirantes referens sub tegmine vultus.

Ephyre, id est, Corinthus. Ceterum Ephyre, Corinthus est. Nomen accepit ab Ephyre, marina Nympha. Id crebriùs. Sed Interpres Apollonij, ἐφύρας, ἡ κόρινθος· ἀπὸ ἐφύρας τῆς θαλασσίδος· Ἔφυρα Corinthus est ab Ephyra filia Epimethei. Originem æris Corinthij, quod in tanto pretio, hâc aperit Plin.l.34.c.2.cùm ait: *Hoc(æs) casius miscuit, Corintho, cùm caperetur, intensa.* Pluribus Florus lib.2. c.16. *Quantas opes & abstulerit, & cremauerit* (Mummius) *hinc scias, quòd quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam æris notam pretiosiorem opulentissimæ urbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentique vena in commune fluxerunt.* Sed nó dubium, quin ante hoc tempus illud in honore fuerit, alludente Homero, qui Il.15. commendat thoracem; ——ὃν ποτε φιλεσθ᾽ ἡγησῶ ἐξ ἐφύρης: *quem quondam Phileus duxit ex Ephyra.* Hoc etiam liquidum: nam nobiles (quo argumẽto Germanus vtitur) artifices vasorum Corinthiorum incẽdium illud antecesserit. Quin, si verba Flori, quæ adduxi, expendantur, id apertè inuenietur. Nam si pretiosior nota ex incendio, ante illud pretiosa.

Venenum vox est media. 14. ASSYRIO VENENO.] Allusum ad primum inuentum purpuræ, quod apud Assyrios, & Phœnices. Historiam de cane Herculeo quis nescit? ea obuia in Polluce, in aliis. Est verò *venenum Assyrium* periphrasis purpuræ. Græcorum enim pharmaca, & Latinorum venena non sunt solùm τὰ δηλητηριώδη, ἀλλὰ καὶ ζωγράφων βάμματα, καὶ ἁπλῶς ὅ βαφαὶ, deleteria *& mortifera, sed pictorum colores, & generaliùs tincturæ omnes, atque infectiones.* Dedi hæc conuulsim ex Eustathio in lib.1. Odyss. Et quidẽ pharmacum esse vocẽ mediam, scribit Scholiastes Sancti Antiochi in Homil.77. quod probat testimonio ipsius Antiochi, & Dionysij Areopag. Epist. ad Dorotheum. Itaque venenum in Virgilio est color, tinctura, infectio. Hic etiam Seru. *veneno, colore.* & Festus ex emendatione Columnæ: *venenum dicebant antiqui, cuius color infuscando mutatur, vt Ennius, cùm ait: Quum illud, quo iam semel est imbuta veneno.* Demum Poeta ipse in Culice dixit, *Assyrio colore*, quod hic *Assyrio veneno.*

Casia. 15. CASIA.] Seruius hic herbam quandam accipit. Paria Galeotus Martius de promiscuo doct. c. 28. ait enim, casiam mercem illam pretiosam dedisse nomen suum herbę cuipiam ob similitudinem odoris, & de hac herba capiendum hic Vatem. Sed ego nihil dubito, intelligendum Poetam de ipsamet pretiosa merce. De quo locutus Dioscor. l. 1. cap. 12. Theophrastus 9. Hist.c.5. Plin.l.12.c.19. Nam casia illa, quæ inter herbas numeratur, tantum est lauandula, de qua nihil adhuc cognitum, quod pertineat ad pretiosum vnguentum. Deinde, nimis esset frigidum induci à Vate, vnguentum ex quapiam herbula, cùm ille pretiosissima quæque perlequatur. Et quidem Ruellius lib.1.c.23. ait pretiosam casiã conuehi olim solitam inter Xylocinami fasciculos, & de hac capiendum esse Virgilium hoc versu.

16. LIQVIDI OLIVI.] Apollonius lib.2. Excidij Hierosol. *liquido perfundit oliuo.* Prudẽtius Hamartig. *placidum succum* vocat.

Corrumpere oleum. 17. CORRVMPITVR.] Supra omnem aleam. Vulgus auctorum coniunctionem istam liquorum vocat *mistionem.* Hanc corruptionis nomine expri-

A mere inuenti fuit Maroniani. Illum imitatur Propertius eodem sensu:

Ah, pereat quicunque meracas repperit vuas,
Corruptique bonas nectare primus aquas.

& Martial. lib.6. epigr. 93.

Amphora corrupto nec vitiata cado.

& Persius Sat.2. *Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo.* Ab hoc acumine non abit illud eiusdem Martial. qui lib.1. epig.19. de Falerno, cui admistum vile vinum, dixit: *Falernum iugulari, perire, mori.* neque abest à forma Virgilij illa Plauti Menæch. *diem corrumpi.* ita Dio Chrysost. Orat. 40. διαφθείρει τ᾽ ὕπνον: *corrumpit somnum.* & de nebula Silius lib.5. *corruperat prospectũ.* Corrumpere diem.

B 18. AT SECVRA QVIES, &c.] Discriminati sex capitibus laudes vitæ rusticæ, laudes (*inquam*) quas hic Poeta attingit. Has illustrare totidem notis nõ grauabor. Multa ex his referri queunt ad imitationem. Auctores, quos dabo, intelligas loqui de vita rusticorum. Agricolarũ quies.

19. Primum ergo caput est quies huius vitæ, quæ secura à bello, tumultibus, negotiis: quæ perpetua pace, & tranquillitate abundat. Hesiod. lib.1. ἔργ.

εἰρήνη δ᾽ ἁπάλ᾽ γλῶ κυβερνήσῃ, καδέ τε παῖδες
ἀρχαλέον πλοῦτον τεκμαίρεται ἄρθροπα ζώων:
Pax verò per terram alma, neque vnquam ipsis
Molestum bellum destinat late cernens Iupiter.

Aristophan. apud Stob. de hac vita,

πᾶς πᾶσιν ἀνθρώποισιν εἰρήνης φίλης
πᾶσι τοιοῦδε:
Cunctis hominibus gratæ pacis fida nutrix.

C Virgilius ipse, in Culice,

Non auidas agnouit opes, non tristia bella,
Nec funestæ vmet valida certamina classis. iterum:
Dulcis adest requies. & adhuc, hæc cura est subdita cordi
Quolibet vt requie victu contentus abundet.

Diuinum oraculum apud Val. c.1.l.7. respondit, *magis se probare securitate ridens tugurium, quàm tristem curis & sollicitudinibus aulam: paucásque glebas patoris expertes, quam pinguissima Lydia arua metu referta.* De agricola Horat. od.2.Ep. *Nec excitatur classico miles truci.* & supra agricolam *beatum* vocat, quia procul à negotiis. Seneca in Oct. *Pectora pauper secura gerit.* Liban. ait, abesse agricolas πάρρα τῶν ἀπ᾽ ἐκκλησίας θορύβων, *procul à tumultibus concionum.* Hanc tranquillitatem, & ridentis vitæ securitatem multis prædicat Polit. in Rustico. Do tantum versus istos,

D ——*stãtque leui casa frondea nixa rigillo,*
Quam metuat intrare pauor, curæque sequaces,
Sub qua iucundos tranquillo pectore sensus
Nutriat. Iterum:
Non spes corde auidas, non curam pascit inanem,
Securus quo sceptra cadant, cui dira minentur
Astra, & sanguinea iubar exitiale cometa.

Claudian. de Sene Veronensi,

Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec hibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator timuit, non classica miles,
Non rauci mile pertulit ille fori.

E Hic ἐκ παρέργου scias, hominem natum annos quinquaginta in vrbem proximam nunquam descendisse. quod scribit Dio Chrys. Orat. 7. Iunge hunc seni Claudiani.

20. Secundum de simplicitate, qua rustici alieni ab omni fraude & dolo, neque scientes fallere. Plin. lib.18.c.5. magno sanè elogio de agricolis *minimèque male cogitantes.* Vegetius de iisdem c.3. lib.11. *simplicis animi.* & Silius lib.13. de hac turba: *& fraudum illa sæ veneno.* Synesius epistolâ 148. quæ cõtinet laudes vitæ rusticæ, absoluit cum laude simplicitatis, quæ talis inuenitur ruri, qualis fuit sub Noe, cum nõdum Agricolarũ simplicitas.

UVA. BHSC. BU 00239

iustitia esset in seruitute. Libanius laudãs agricolam inter alia, ὡς ἀδόλου, καὶ τὰ ἀδόλα μαρτυρῶν. Virg. in Culice non minima laude, de agricolis mẽte pura. &: Otiaque inuidia degentem, ac fraude remota. Politian. Nempe odij, fraudisque expers.

Agricolarũ opes.

21. Tertium de abundantia. De hac fusè multi. perstringã pauca. De agricultura Xenoph. in Oecon. οἶκου αὔξησις: augmentum domus. Hesiod. τοῖσι φέρει μὲν ζείαι πολὺν βίον: his fert terra multum victum. Lege, quæ sequuntur in eodem. Phocyllid. apud Stob. ἀγρὸν γαῖ' τὸ λέγυστον ἁμαλθείης κέρας ἔσναι: agrum esse dicunt Amalthea cornu. Vide apud eundem Stobœum, Philemonem, & Musonium. Demum, nihil aliud faciunt, qui hanc vitam describunt, quàm attexere magnam seriem opum, quibus ea abundat, vt meritò Poeta dixerit, Diues opum variarum.

Agricolarũ iucunditas multiplex.

22. Quartum de iucunditate. De hac item fusè & profusè omnes: sed ego hîc non nisi ea, quæ Poeta attingit. Illa sunt. Otia, speluncæ, lacus, amœnitates (quas signat per Tempe,) mugitus boum, somni, venatio. De otio Musonius apud Stob. ἐμοὶ μὲν δὴ ἡ θέσκον τῶν πάντων τῶν ἐν γεωργίαις ἔργων, ὅτι τῇ ψυχῇ παρίχει σχολὴν πλείονα διανοεῖσθαι τε καὶ ζητεῖν παιδείας ἐχόμενον: Mihi sanè inter omnia opera agriculturæ, illud gratum, quod otij multum ingenio concedit, ac meditari aliquid disciplinis incumbentem sinit. De speluncis vix credas, quo studio omnes dirigant sua præconia ad hãc vnam rem. Virgilius antrum pastorale laudat in 5. ecloga sparsum labrusca & racemis, Calpurnius aliud in 6. ecloga, vt etiam 13. Met. Cyclops apud Ouidium, & Claudius Marius in epistola. Sed supra omnes egregia est antri pastoralis laudatio apud Ælian. lib. 13. Var. Hist. c. 1. vbi describit speluncam Atalãtæ, quem locum ait fuisse χαρίτων μεστὸν, plenum gratiarum. Breuiter & pulcrè Politian.

At iacet in molli proiectus cespite membra,
Qua cauus exesum pumex testudinat antrum.

Fusiùs Sidon. in Protreptico, sed amœnissimè; ideo subiiciam,

Seu ficto potiùs specu quiescit
Collis margine, qua nemus reflexum
Natiuam dare porticum laborans,
Non lucum arboribus facit, sed antrum.
Quis pomaria prisca Regis Indi
Hic nunc comparet, aureæque vites,
Plectro viridante pampinatas,
Cum Porus posuit crepante gaza
Fulua ex palmite vineam metalli,
Gemmarum fluitantibus racemis.

Transeo ad aquas. Libanius delicias agricolarũ venatur ex fontibus, & riuis puris, quibus fruuntur; aitque, hos riuos præstare aquis, quæ per tubos & ductus inuehuntur in oppida. Habentur ista in laudatione agriculturæ. Idem alio loco, vbi comparat agriculturam cum mercatura, οἷς ἡδὺ μὲν γεωργῷ διψῶντι πιεῖν ἐκ πηγῆς, ἀρθέντα τὸ σῶμα τοῖς νάμασι: quam suauis est agricolæ sitibundo de fonte bibere, admoto ore scaturigini. Ælianus lib. 13. c. 1. describens speluncam Atalantæ, dicit suauissimum esse cernere aquas puras, ac pellucidas. Idem lib. 3. c. 1. latè persequitur hanc amœnitatem describens Tempe Thessaliæ. Nazianzenus in Apologetico describens vitam pastorum inter alia, ἐν καλῷ τῆς πόας κατακλιθέντα, καὶ παρὰ ψυχρὸν ὕδωρ: corpus sternere in virenti gramine prope aquam gelidam. Sed auisi sunt versus Virgilij 1. Ecl.

Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum. & in vltima:
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori.

A Nec minus aurei Horatij, ita canentis,

Labuntur altis interim ripis aquæ.
Queruntur in syluis aues:
Fonteisque lymphis obstrepunt manantibus,
Somnos quod inuitet leues.

Omitto de eadem re versus Virgilij in Culice, Politiani in Rustico, Ouidij 1. Remedij, & aliorum. Sequuntur varię amœnitates, quas designat per Tępe. Lassem me & te, si has persequar. Tantum quępiam in genere, ne vager. Xenophon in Oecon. huic vitæ dat ἡδυσάθειαν, voluptatem. & postea ἥδιστα θεάματα, iucundissima spectacula. Atque etiam κάλλιστα τε, καὶ ἥδιστον, καὶ ἡδίστου ἀπὸ γεωργίας: & βίον: vitam agriculturæ pulcerrimam, optimam, iucundissimam. Aristoteles 7. B Polit. c. 10. de agricolis, ἥδιον τὸ ἐρᾷζειν τὸ πολιτεύεσθαι, καὶ ἄρχειν: dulcius est illis exercere suas operas, quàm tractare Rempubl. quam regnare. Philo ἥδιον ἐργων. ita complectitur voluptates agrestes. τέρπει πολυτελὴς μὲν ἐστι κλίνη, μαλακὸν ὕδωρ, εὐρωμὴ ὀθόνιοι, θέαι, φύλλων πολλῶν χύσεις, βολβὸν εἰ: his pro cubiculo pretioso est solum herbidum, pro stragulis congestæ frondes, herba gramina. Iã de mugitibus boum Horat.

Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges.

De eadem voluptate Ouid.

Parte sonant alię syluæ mugitibus altæ:
Et queritur vitulum mater abesse suum.

Libanius etiam persequens delicias huius vitæ, οἷον ἀκοῦσαι βοῶν μυκωμένων, καὶ προβάτων βληχωμένων: quale C est, boues mugientes audire, & balantes oues! & alio in loco, ἢ μικρῶν οἰὸς ἡδυλὸν μόρμυρε, καὶ ἀρνῶν φωνὴ: an parum ad delitias facit iucundorum vox, & agnorum. De somno, qui inter delitias vitæ agrestis, adiuuante illum loco amœnissimo, inueniebam Virgilium ipsum, qui 1. Ecl.

Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sæpes
Hyblæis apibus florem depasta salicti
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.

Et eundem in Culice:

Iucundóque loces languentia corpora somno.

Nazianzenus dicto loco post adducta verba, ita statim: καὶ ἀπὸ τῶν αὐλείων ἡδέα τὰ ἀκούσματα: lectulum ad auram constituere extemporaneum. Libanius inter reliquas D delicias agricolarum, οἷον ὑπὸ πίτυι, ἢ πλατάνῳ μεσημερίαν κεῖσθαι: Quale est sub pinu, aut platano iacere meridiano tempore. Præclarè Seneca in Oet.

Cespes Tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos:
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilęsque trahit purpura noctes.

Vetus Poeta apud Seruium μαλακοὶ δ' ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι. quia videlicet nihil hoc somno agricolarum iucundius. Ideo Hieronymus ad Heliodorum, vt innueret summam voluptatem, & in fronde sic arboris tectus vmbraculo molles somnos carpis? Extrema voluptas, quam hîc attingit Poeta est venatio, de qua E multa suppetunt, sed breuiter quæpiam. Ab Ælian o Atlanta, quæ agebat vitam remotam ab Vrbana, inducitur διώκουσα θηρία, persequens feras, tanquam hæc voluptas vrbanas omnes compensaret. Similiter Hippolytus ab Seneca. Hoc blandimento vult Cotydon Alexin perlicere, inuitans ad figẽdos cetuos: hoc Gallus in extrema Ecloga solatur miseras suas, aut acres venabor apros. Ideo Xenophon in Oeconom. ἐν ταῖς θήρᾳσι τε φιλοπονεῖσθαι: in venatibus insudare. Sed nemo meliùs Horatio hanc voluptatem persequitur:

Aut trudit acres hinc & hinc multa cane
Apros in obstantes plagas:

Aut

VVA. BHSC. BU 00239

Aut amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem,
Iucunda capta præmia.

Homerum reprehendit Synesius.

Synesius mirificè laudans vitam rusticam ep. 148. inter primas eius voluptates venationem exhibet, Homerúmque reprehendit, qui secus, quàm par est, de venatione senserit. Absolui caput quartum de iucunditate. Restant duo, nimirum.

Agricolarũ frugalitas.

23. Quintum de Frugalitate. Huius rusticorum elogij quot testes? Inprimis diuinum oraculũ apud Valer. Max. c. 1. lib. 7. respondit magis se probare *horreolum nullis nimis appetendum, quam thesauros omnium insidiis & cupiditatibus expositos.* Est videlicet ibi sermo de rustico & pauperrimo quodam Arcade, qui nunquam egressus est fines sui agelli. Ad hanc frugalitatem spectant illa Horatij, *Non me Lucrina iuuerint,* &c. sequuntur multa. Libanius huic hominũ generi assignat præ ceteris mortalibus σωφροσύνην, *temperantiam,* additque postea, vtplurimum agricolas esse salubres corpore, cuitatis morbis, quos pariunt deliciæ. Cicero pro Roscio, & Iustinus lib. 23. dicunt, hanc vitam esse magistram *parsimoniæ.* Vegetius c. 3. lib. 1. de gente agricolarum, & ab Nostro, vt credo: *delitiarum ignara, paruo contenta.* In hac rusticorum frugalitate explicanda multus est Politianus in Rustico, lege illum: &, si velis virtutis huius laudes, lege homiliam 4. Sancti Antiochi, cui titulus de Edacitate; atque etiam Scriptores rerum Persicarũ. nam isti initio imperij frugalissimi fuerunt, & nasturtio tantum victitarunt, quod etiam ex Xenophonte notat Cic. 2. Fin. & 5. Tuscul. lege etiã Hieronymum contra Iouinianum.

Agricolarũ religio.

24. Extremum de virtute & religione. Aristot. 1. Oecon. cap. 2. γεωργικὴ δικαίως *agricultura iusta est.* Nazianzenus Orat. 2. vocat hanc vitam μητέρα τῆς ἀνθρωπίνης ἀναβάσεως καὶ θεοποιὸν, *matrem diuinæ ascensionis in cœlũ, efficientémque homines diuinos.* Xenophon in Oecon. de eadem δικαιοσύνην διδάσκει: *docet iustitiam.* ex hac nota Silius lib. 13. *Cereris iustissima turba.* & Hesiod. 3. ἔργ. de agri cultoribus, καὶ μήτε παρεκβαίνειν δίκαιον: *neque à iusto quicquam exorbitant.* Aristoph. iusto Elogio, δικαίοις γεωργοῖς. Xenophon in Oecon. grandi præconio, πῶς δ' ἄλλη θεοῖς ἀπαρχὰς πρεπωδεστέρας παρέχεται ἢ ἔορτὰς πρεπεστέρας ἀποδεικνύει; *Vbi Dijs litaturis primitiæ decentiores, & dies festi letiores?* Huc pertinet illud Arati in Phœnom. de Iustitia rapta in cœlum, de qua ait, —ἐγγὺς ἑοῦσα πολυκέτποιο βοώτευvicina est *pecoso bubulco.* quasi ipso situ, quo nunc est in cœlo, indicet iustitiam & virtutem agricolarum. Ad hanc rem confero opinionem veterum, qui putabant Deos conuersari cum habitatoribus agrorum, lucorum, syluarum. Plinius Panegyr. *Inter hæc pia mente adire lucos, & occurrere Numinibus.* Pliniano similem locum lege in Seneca Epist. 41. Est in Calabro lib. 5. locus dignus, quem ad hanc rem obserues; cùm præmiserit, picta esse in scuto Achillis bella plurima, adiungit postea, ibi quoque picta esse à Vulcano pacis opera. Inter ista exhibet segetes, arua, fruges, messores, collectores manipulorum, boues aratores, omnia denique, quæ pertinent ad agriculturam. Horum omnium præsidem facit Iustitiam, quo satis indicat, hanc virtutem in hoc hominum genere reperiri. Rectè ergo Valerius 1. Argon. *--aruorum studiumque insontis aratri.* rectè Libanius agricolas vocat ἀγαθοὺς. Rectè Iuuenalis signans vnicè rusticos, Satyr. 6.

Credo pudicitiam Saturno Rege moratam
In terris, vsumque diu, cum frigida paruas
Præberet spelunca domos ignémque, laremque,
Et pecus & dominos communi clauderet umbra.

Rectè Seneca in Hippolyto, viro agenti in agro plures virtutes dat comites: *Non illum auara mentis inflammat furor.* Tu reliqua, nam iam ipse vela contraho post longum cursum. Si quis contra me iudicet, quod ista multis, videat nihil me dixisse extra Poetam, omnia iustis capitibus discriminasse, illustrantem ea tantum, quæ Poeta attingit, & quæ silẽt Interpretes.

25. Secvra qvies.] Lucretius lib. 3. *securam quietem.* Seneca in Thyeste, *securas dapes*, eadem sententia, qua Virgilius.

26. Nescia fallere.] Eadem forma 4. Geor. *corda nescia mitescere.*

27. Dives opvm variarvm.] Æmulatur hoc Petrus Apollonius 3. Excidij: *Dives opum variarum, & pinguis munere glebæ.*

28. Tempe.] Non dubium, quin omnia loca speciosa & amœna prouerbialiter dicantur *Tempe.* Ita capiendus hîc Virgilius. Ita Claudius Marius lib. 1. *Inter delitias, & longe pinguia tempe.* Intelligit terrestrem paradisum. Ita Virg. ipse in Culice. Propriè tamen Tempe fuerunt loca Thessaliæ, de quibus vide elegantem descriptionẽ Æliani lib. 3. Var. Hist. c. 1. Tempe.

29. Molles somni.] Ita Græci ὕπνοι μαλακοί, *molles somni*, Græcus ἄδην, ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνος, ta *sub arbore somni*, Græcus ἄδην. Latinis hoc tritũ. Quod Poëtice. Somni mollia.

30. Extrema per illos Iustitia excedens terris vestigia fecit.] Putat Hier. lib. 2. Comment. in Amos, c. 5. Virgilium furatũ sententiam ab loco Scripturæ, quem ibi ipse interpretatur. De hac fuga Iustitiæ & virtutum aliqua hîc suppeditant Interpretes, sed non locum hûc Petronij in Sat. signatissimum:

Ergo tanta lues cœli quoque Numina vidit,
Consensitque fuga cœli timor. Ecce per orbem
Mitis turba Deum terras exosa furentes
Deserit, atque hominum damnatum auertitur agmen.
Pax prima ante alias niueo pulsata lacertos
Abscondit galea victum caput, atque relicto
Orbe fugax, Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it sincera Fides, & crine soluto
Iustitia, & lacera mœrens Concordia palla.

Videndus etiam Aratus in Phœnom. vbi venustissimè de fuga virtutum. Philo lib. 1. de vita Mosis, δικαίως ἐξ ἀνθρώπων ἀφανιζόμενα.

475 a Me verò primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore,
Accipiant, cœlíque vias, ac sidera monstrent,
Defectus Solis varios, Lunæque labores:
Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
480. Obicibus ruptis, rursúsque in se ipsa residant:
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

VVA. BHSC. BU 00239

b Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis:
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes;
Flumina amem, sylvasque inglorius. O, vbi campi,
Sperchiúsque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta: O, qui me gelidis in vallibus Hemi
Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra.

ARGVMENTVM.

Comparat vitam rusticam cum rerum doctrina & cognitione, præstantiore quidem, sed cui rustica sit proxima.

EXPLICATIO.

a POST laudatam vitam rusticam optat ipse accipi in patrocinium Musarum, quæ dulces sunt ante omnia, quarúmque ipse fert sacra, vt earum sacerdos: ideo verò hoc optat, vt doceatur rerum naturalium cognitionem. Notat quatuor, quæ scire præsertim velit, astrologiam, motus terrarum, accessus & recessus maris, dierum noctiúmque varietatē. Signat astrologiam per vias cœli, sidera, Solis Eclipses, Lunæ labores: motus terrarum per tremorem: accessus & recessus maris per tumorem, quo instatū rumpit obices: huic tumori opponit, *resident*, ad signandū recessum: varietatem dierum & noctiū per Soles, qui hyeme breuissimi sunt, æstate tardissimi.

b Optat esse agricola, si nequeat esse philosophus. Itaque primum gradum attribuit rerum naturaliū cognitioni, proximum vitæ rusticanæ, hac sententia. Si præ frigiditate sanguinis circa cor ingenio sim adeò hebeti, vt nequeam penetrare res illas quatuor naturæ, placebunt rura, amnes, flamina, sylvæ, carēti etiam omnium rerum aliarum gloria. Deinde conuertit se ad campos Thessaliæ, Spartæ, Thraciæ, qui opinione & experimento mortalium habiti sunt amœnissimi & fœcundissimi. Thessaliam notat per fluuium Sperchium, Spartam per montem Taygetū, Thraciam per valles mōtis Hemi. Illud *Taygeta bacchata virginibus Lacænis* est, celebrata orgiis & furoribus bacchantium fœminarum: quasi ipsa loca parī furore corripiantur cum fœminis.

NOTÆ.

1. MEVERO PRIMVM, &c.] Ex hoc loco, ex aliis item, qui in hac laudatione vitæ agrestis à Virgilio inserti, desumta est sententia vel Tacito, vel Quinctiliano lib. de Oratorib. *Me verò dulces, vt Virgilius ait, Musæ remotum à solicitudinibus, & curis, & necessitate quoridie aliquid contra animum faciendi, in illa sacra, illósque montes ferant: nec in sanum vltra, & lubricum forum, famámque pallentem trepidus experiar. Non me fremitus salutantium, nec anhelus liberius excitet: nec incertus futuri testamentum pro pignore scribam. nec plus habeam, quàm quod possim, cui velim, relinquere, quandocunque fatalis & meus dies veniet, statuárque tumulo non mœstus, & atrox, sed hilaris, & coronatus: & pro memoria mei nec consulat quisquam, nec roget.* Neque abest à sententia Virgilij illa Horatij od. 1. lib. 1.

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dīs miscent Superis. me gelidum nemus,
Nympharúmque leues cum Satyris chori
Secernunt populo.

Similia de secessu ad contemplationem sæpe attingit Philo Iudæus: similia omnes, qui laudant vitam vmbratilem.

2. DVLCES ANTE OMNIA MVSÆ.] Dabo Notam, imò communem locum, in gratiam Poetarum. Sunt Musæ dulces, & versus dulces. Plutarchus in libro de Homero scribit in poesi vnà cum maiestate suauitatem coniunctam, & Poetam delectando attentionem conciliare. Adiunge consensum eorum, qui sentiunt, Artem Poeticam absolui duobus tantùm capitibus, doctrina & delectatione. Quod Horatiano quoque versiculo expressum, *Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.* Sed præ vtilitate, de qua nunc sileo, fortior multo est delectatio. nam hæc, nō illa, poesin ad theatra adduxit. Numerem arborum folia, si adducam testimonia illorum, qui, vt hic Poeta, ita etiam Musas vocant dulces, & hoc studium dulce. A Pindaro od. 6. Olymp. vocantur Musæ *μελίφθογγοι: melliſonæ.* vt hic ad mel decurrit, ita ibidem ad flores, *ὕμνων ἀνθεσιν ἀνθῶ, hymnorum iucundum florem.* & od. 10. bis ad modulationem, nam *γλυκὺ ὦσα μολπὰ μελέων: dulciosa modulatio carminum.* & *ἀδυεπὴς πε νόος, γλυκὺς τ' αὐλὸς: dulciloqua lyra, dulcis fistula.* Ab eodem od. 11. hymni dicuntur *μελυφάρυες, blandiloqui.* & od. 13. pulcerrimè *μοῖσ' ἀδύκτυπε, Musa suauiter sprans.* Omitto Olympia. Od. 1. Pyth. de versu loquens, *ἀμείνων θέλγει φρένας, Deorum mentes demulcet.* & od. 5. *μέλος χαρίεν, carmen gratiosum.* In Nem. od. 1. *μελιγδόποισι ἀοιδαῖς, dulcisstrepis carminibus.* Multa ex Pindaro amputaui, quæ parauerām, est enim plenus harum delitiarum, sicut & Theocritus. Vide quæ ex hoc adduxi in illis ad 5. Ecl. *Tale tuum carmen nobis diuine Poeta, &c.* Transeo ad alios. Coluthus de raptu Helenæ *μελιηδέος ἐλικῶν, melliti Heliconis.* Antipater 3. Anthol. de Carminibus Anacreontis *νέκταρ ἁρμόνιον.* & lib. 7. Musæ dicuntur *ἡδυμελεῖς.* Plato 7. Leg. *τὸ δ' ἡδὺ, κοινὸν πάσαις,* id est, *Μούσαις: suauitas communis est omnibus Musis.* Oppian. de venat. *ἐρατὴ μολπὴ, amabili carmine.* Nazianz. Orat. 1. contra Iulian. de poetis ait, *γλυκυτάτην πῶν ἀκοαῖς dulcedine aures perfundentibus.* Ab carminis dulcedine dictus est Sophocles *μέλιτος apis.* & *νέα σοφίᾳ: noua Siren.* Maiore Elogio de Homero Dio Chrysost. Orat. 53. *πάσ τε συρίττας ὑπερβαλέσθαι, καὶ τὰ ὀρφέα, superasse Sirenas, & Orpheā.* Lucretius suos versus vocat *suauidicos.* & lib. 1. ait, *suauem amorem Musarum.* Næuius in Lycurgo, *suaue melos.* Apud S. Augustinum lib. 3. Music. leguntur hi versiculi veteris Poetæ,

Cunctæ igitur Camœnæ,
Fonticulæ puellæ,
Quæ canitis sub antris
Melisſluos sonores.

Sanctus Hieron. Epist. 146. dat versibus *dulcem modulationem.* Cic. 1. Nat. poetis *suauitatem*, vbi & Simonidem *suauem* vocat. Sed nemo meliùs hanc suauitatem Virgilio ipso amplificauit, qui 5. Ecl. ait, carmina esse dulciora, iucundiora, suauiora somno captato in gramine, riuo aquæ salientis. Austri sibilo, litoribus percussis fluctu, strepitu amnium currētium per saxa. Itaque, quæ Ouidius de Galatea, quæ amatores

Musarum & carminum dulcedo.

UVA. BHSC. BU 00239

Præcipiti deducta polo.

Medea apud Senecam: *Hyadesque nostris cantibus motæ labant.* Scribit Clemens in Itinerario B Petri, Zoroastrem magum elicuisse ex stellis veluti scintillas quasdam. Apuleius post verba adducta: *stellas euelli, diem tolli, noctem teneri.* Absolui, quæ promisi. Addam erroris huius originem. Plutarch. de defectu oracul. initium illius refert ad Aglaonicem Agetoris filiã, quæ, vt Astrologiæ perita, simulauit prima omnium se Lunam incantare, ac deuocare, cum illa erat in Eclipsi: Turnebus, quod videtur Germano placuisse, commentum hoc euocationis Lunæ Callimacho tributi, eam è cœlo in amplexus Endymionis descendere fingenti.

Deductionis Lunæ vndeciror natus.

4. CIRCE.] De hac fabula vide Virg. 7. Æn. Homer. 10. Odyss. Ouidium in Metam. Et tua Dictionaria. Attigit Petron.

— Phœbæque Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssis.

5. VLYSSI.] Ita legas, non, Vlyssis. De quo alibi latè.

Frigidus, pro, venenatus.

6. FRIGIDVS.] Sequutus sum explicationem Delrij nostri, qui *frigidum anguem* accipit, nocétem, noxium, mortiferum, venenatum. In Sen. Agam. ad ea verba, *frigidus custos* ait: *Draco noxius, & veneno plenus. Sic Virgilius frigidum anguem vocauit.* Idem alibi, illud Virg. in Ciri: *Inde Ioui geminat, magno frigidula sacra*, explicat, noxia. Nam vetus Interpres Iuuen. in Sat. 7. ait: *gelidum pro mortifero, quia mors frigida est.* Adiungo istis versum ipsius Iuuenalis, & Macrum, qui cicutam, quæ venenata est, sic vocant, prior Sat. 7.

Nil præter gelidas ausa conferre cicutas. Posterior:

Frigida lethifera vis, & natura cicutæ,
Vnde necat gelidi potantes more veneni.

Demum addo auctoritatem Galeoti Martij lib. de Promiscua Doctrina c. 12. qui ait, doctè Poetam appellasse anguem frigidum, id est, venenatum. Nam per excellentiam, quæ sunt venenati, dici possunt frigida: quia venena huius naturæ momẽtanea sunt, & calidis multo deteriora. Et Isidori, qui cap. 4. lib. 12. ait: *Omne autem venenum frigidum est, & ideo anima, qua ignea est, fugit venenum frigidum.* Ad rem sunt versus Nicand. in Ther. de serpente quopiam, à quo qui puncti sunt, statim inhorrescunt frigore instar grandinis, etiamsi pungantur in media æstate. Sed, ne quid dissimulem, pugnat nonnihil cum his, quæ dixi, auctoritas eiusdem Isid. qui eodem loco: *Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt. Nam, quando sunt frigidæ, nullum tangunt. Vnde & venena earum plus die, quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, & merito, quia frigida sunt nocturno rore.* Hæc, & quæ sequuntur, facile solues, quoniam ista non pugnant contra frigiditatem veneni: aliud est enim, venenũ esse frigidum; aliud, animal, à quo venenum illud, calidum. Vnde, postea ille adducit verba, quæ iam præmisi, de veneni natura semper frigida. Quę pertinent ad Imitationem, breuissimè absoluam. Theoc. ante nostrum εἰδ. 15.

——τὸν ὄφιν ὅσσον τε μάλιστα δεδοίκω

Et Catullus: *frigidum serpentem maxime timeo a puero.* Tertull. Opulc. in Genes. (non Cyrian.) *sexta-que prægelidos vi spiras lubricat angues.* Iterum: *serpebat iacitæ spiras frigentibus anguis.* Nonn. 2. ψυχεὶ νῶτα δ' ἐχόντων.

7. CANTANDO.] Verbum *cantare* pro, incãtare, & exercere cantiones (mitto sic à doctis Virgilium explicari) Ouid. quoque vsurpauit 2. Am. El. 5. *Aut vbi cantatis Luna laborat equis.* Et 3. Am. El. 6.

Cãtare, pro, incantare.

Flectibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

8. RVMPITVR ANGVIS.] Nescias quo fato angues subditi fuerunt magarum cantionibus, adeò huius rei frequens mentio. Manil. lib. 1. *Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.* Nemes. 4. Ecl. *Cantauit quod Luna timet, quo rumpitur anguis.* Ouid. 2. Am. El. 1. *Carmine desiluit abruptis faucibus angues.* & 7. Met. *Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces.* Tibul. lib. 1. *Cantus & iratæ deiinet anguis iter.* Seneca in sacris Medeæ,

Angues subditi incantationibus.

Hic sera serpens corpus immensum trahit,
Trisidamque linguam exserat, & quærens quibus
Mortifera venia, carmine audito stupet,
Turnidumque nodis corpus aggestum plicat,
Cogitque in orbes.

Lucilius lib. 20. Satyr.

Iam dissumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Dissumpit cantu, venas cum extenderit omnes.

Maga apud Petron. lactabunda:

— mihi flumina parent,
Hyrcaneque tigres, & iussi stare Dracones.

Lucanus lib. 6. de virtute Magarum Thessaliæ:

— gelidos his explicat orbes,
Inque prunoso coluber distenditur arvo:
Viperes coeunt absupto corpore nodi,
Humanoque cadit serpens afflata veneno.

Sil. lib. 3. de Marmaridis:

Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere cerastæ. Alibi:

— serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tractuque graues sopire chelydros,

Sed & serpentes incantari solitos ostendit Del. lib. 2. Disq. ex Petro Chieza, Aloysio Chadamusto, Mago Saltzburgensi, sanctis Patribus. Lege illum, & adice quæ Val. scribit lib. 8. Arg. de Dracone Colchio incantato à Medea, & quæ de eodem Apollonius. & verba Platonis 2. Polit. βεβούλυμαι γάρ μοι φάναι τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὄφις ἀλλοθύμους: videtur mihi Thrasymachus tanquam serpens carminibus delinitus. Et Historiam aspidis, quam omnes narrant, vide signatè apud Isidorũ c. 4. lib. 12. Ait Plato in Euthydemo, incantationem ferarum, scorpionum, viperarum, & demum bestiarum, nihil esse aliud quàm κήλημα, id est, lenimen quoddam, & mitigationem. Quod omnes ferè per verbũ *rumpo*, Apollonius loquens de Dracone Colchico ἀναλύεται, *dissoluitur.*

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, térque hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

ARGVMENTVM.

Incipit Maga ab ternario numero, qui potentissimus in hac arte.

EXPLICATIO.

CIRCVNDAT Maga loquens cum Daphnide primùm terna licia, quibus item color triplex: deinde

VVA. BHSC. BU 00239

cet in venas & cauernas eius occultato flatu. Neque aliud est in terra tremor, quàm in nube tonitruum: nec hiatus aliud, quàm cùm fulmen erumpit in eluso spiritu luctante, & ad libertatem exire nitente. Vides, vt Aristoteles comparatione humani corporis, Plinius nubium & fulminis, rem apprime signent. Non minùs apta ad cognitionem commotæ terræ verba Senecæ lib. 6. Natur. Quæst. c. 12. Adiungam itaque Hispanum Græco, & Italo. Ibi itaque post multorum opinionem, ita ipse: *Spiritum esse qui moueat & plurimis & maximis auctoribus placet. & statim de Archelao: Venti in concaua terrarum deferuntur, deinde, vbi iam omnia spatia plena sunt, & in quantum aer potuit, densatus est, qui superueniet spiritus priorem premit & elidit, ac frequentibus plagis primò cogit, deinde perturbat. Tunc ille quærens* B *locum omnes angustias dimouet, & claustra sua conatur effringere. Sic euenit, vt terra spiritu luctante, & fugam querente, moueantur.* Omitto philosophos reliquos, & tribus poetam Lucretium adiungo: hic lib. 6. inter causas alias,

Præterea ventus cùm per loca subcaua terræ
Concluitur parti ex vna procumbit, & vrget
Obnixus magnis speluncas viribus altas;
Incumbit tellus, quo venti prona premi vis.

10. QVA VI.] Solis videlicet, & Lunæ. Plin. lib. 2. cap. 97. *Æstus maris accedere, & reciprocare maximè mirum, pluribus quidem modis, verùm caussa in Sole, Lunáque.*

Accessus & recessus maris.

11. TVMESCANT, -RESIDANT.] Ad explicandum accessum, & recessum maris, opponit verba *tumescere*, & *residere*. Volo hîc communicare Lectori verba auctorum aliorum, in quæ incidi, quibus similes accessu, & recessus signantur. Nihil fortasse magis linguarum notionem parit, quàm oppositorum cognitio. Mihi semper iucundissima fuit hæc pars doctrinæ. Sed mitto exordia. Ad rem. Plinius lib. 2. c. 97. opponit ad signandum accessum, & recessum maris ista: *accedere, reciprocare: affluere, remeare: intumescere, residere: inundare, sorberi: exundare, mitescere: augeri, minui.* Alter Plinius lib. 4. Epist. *impelli tur, resorbetur.* & lib. 9. loquens de æstuario, quod emergit ex stagno: *reprimi, impelli: inferri mari, reddi stagno.* Claudianus in 6. Consul. Honorij loquens de Pado, qui C instat maris fluit, & refluit, constituit vna ex parte *æstum*, & *amnem secundum*; ex altera *amnem redeuntem, nudata littora.* Versus sunt,

— *Iamque ora Padi, portúsque relinquit*
Flumineos, certis vbi legibus aduena Nereus
Æstuat, & pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte vehit, nudata que littora fluctu
Deserit: Oceani lunaribus æmula damnis.

Obserua obiter recessum vocari *damnum*. Sic tibi scrutandi Poetæ, si Poeta esse vis. Pergo ad alios. Manilius lib. 2. ita opposuit. Cœlum pontum *terris immittit, & aufert.* Silius lib. 3.

Férique referique fretum, sequitúrque reciproca Tethys.

Græci κυμάτων ἄρσει, id est, *accessui fluctuum*, opponunt ἀναχύσσον, σκλύσσον, ἄμπωτιν, vel ἄμπωτιν. Vidi D etiam pro accessu in Nazianzeno Orat. 1. de Pace, θαλάσσης ὑπερχύσεις. & pro recessu in Græco quopiam, θαλάσσης ἠπιωθείσης, ad cum modum, quo alij συνεύματ & ἠπιώθντ &. Idem Nazianzenus Orat. 28. opponit vna ex parte κύματα ἀνισάμενα, & κορυφούμενα, & alia ἐλαπύμενα. & Orat. 32. ἀρίστου μεταβολαὶ καὶ ἄμπωτις. & in præcepris ad virgines ita, πόντ & ἢ χέῃ, καὶ ῥοίθρου ἄνεσιν. & statim, χάσκουδι ἕλκετ' ἀπὸ χθονὸς, & ὅπῃ χέρσον ἐρύσσει. Philo in lib. de immortalitate Dei opponit ἄμπωτίζοντα πελάγη, καὶ ἐξανακορούοντα. Synesius Epist. 4. eodem planè sensu κυρτὰ & κοιλὰ, *tumida, cana.* Nam vt tumidum apparet mare vndarum copia, ita cauum cùm decreuerit. Latini veteres venientem vndam in accessu *Venilium* vocarunt, remeantem in recessu *Salaciam*. Sed post tot oppositiones aliorum redeo ad Virgilium, qui accessum explicat per ista: *pontus procurrens gurgite, ruens ad terras, vndam superiaciens, arenam extremam perfundens.* Recessum contra istis: *rapi retro, reforberi, saxa fugere, littus relinquere.* Do versus ipsos, qui habentur 11. Æn.

Venilia, quid. Salacia, quid.

Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,
Nunc ruit ad terras, scopulísque superiacit vndam
Spumeus, extremámque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta reforbens
Saxa fugit, littísque vado labente relinquit.

12. QVID TANTVM OCEANO PROPERENT SE TINGERE SOLES, &c.] Ratio huius quæstionis clara est cognoscentibus sphæram, hanc ignorantibus nulla erunt satis. Adhibeo tamen locum Lucretij è lib. 5. posterioris quoque captu facilem:

Crescere item que dies licet, & tabescere noctes;
Et minui luces, cùm noctes augmina sumant:
Aut quia Sol idem sub terras, atque superno,
Imparibus cursus anfractibus ætheris oras
Partiis; & in partes non æquas diuidit orbem:
Et quod ab alterutra detraxit parte, reponit
Eius in aduersa tanto plus parte relatus,
Donec ad id signum cœli peruenit, vbi anni
Nodus nocturnas exæquat lucibus vmbras.

Nazianzenus Orat. 34. ita de eadem re, τὶς ἡ τούτων (ἡμέρας καὶ νυκτὸς) σκέδασις τε, καὶ ἀνθυφαίρεσις, καὶ ἡ τῆς διὸσόντ & ἰσότης; *Quæ diurnum & noctium assumtio, quæ detractio, quæ inæqualitatis æqualitas?* Multa de hac re Dio Chrysost. Orat. 40. adducens concordiam terrorum in argumentum concordiæ mortalium. Sententiam Virgilij ita extulit Papin. 6. Theb.— *quæ via Soles Præcipiat, noctem quæ porrigat.*

13. ACCEDERE PARTES.] Pro, ad partes, poeticè. & ex imitatione Lucretij lib. 1.

— *iuuat integros accedere fontes.*

14. FRIGIDVS OBSTITERIT CIRCVM PRÆCORDIA SANGVIS.] Parua immutatione Lucanus lib. 2. *Feruidus hæc iterum circa præcordia sanguis Incaluit.* Debes verò Seruio Virgilij explicationem, quam attuli. Illius hæc sunt: *Secundum Physicos, qui dicunt stultos homines esse frigidioris sanguinis: prudentes, calidi. Vnde & senes, in quibus iam friget, & pueri, in quibus nec dum calet, minus sapiunt.* Illustrat ista Germanus luculenter, vt solet, cùm vult, loco Aristotelis de respiratione docentis, perfectiora & generosiora animalia egere copiosa refrigeratione; qui abundant, maiora caliditate, quàm ignobilia, atque imperfecta: atque adeò hominem excellere præter cetera puriore & calidiore sanguine. Et altero eiusdè de animalibus vbi docet, omnium prudentissimum esse hominem, quod habeat purissimum, tenuissimum, calidissimum sanguinem eum, qui versatur resídétque circa cor. Hæc eò spectant, vt intelligas ingenij acumen procedere ex sanguine calido, obtusiorem ex frigido. Vide quæ multis idem Germanus in Paralip. & Platonem in Phædone, καὶ πότερον τὸ αἷμά ἐστιν, ὃ φρονοῦμεν, &c. *Vtrum sanguis sit, quo sapimus?* Ideo aptè Hieronymus de se iam sene versum Virgilij vsurpat scribens ad Nepotianum.

Sanguis o lidus prud tes efficit frigidus stultos.

15. RVRA MIHI, ET RIGVI PLACEANT, &c.] Non abit ab hac sententia illa Plauti in Curcul.

Sibi sua habeant regna Reges, sibi diuitias diuites,
Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi prælia.
Dum mihi absteneant inuidere, sibi quisque habeat, quod suum est.

Illustrabis ex Plauto Paulinum. nam hic ad illum aspirans Epist. 27. *Sibi habeant literæ suas oratores, sibi sapien*

UVA. BHSC. BU 00239

sapientiam suam philosophi, sibi diuitias suas diuites, sibi regna sua Reges. Licuerit hoc ex παρέργῳ.

16. INGLORIVS.] Vulgus Græcorum ἀλλοῖς.

17. O, VBI CAMPI.] Pari exclamatione in Culice,

O pecudes, ô Panes, & ô gratissima tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultu
Æmulus Ascræo pastor sibi quisque Poeta
Securam placido traducit pectore vitam.

Pari Martial. lib. 10. Epigramm. 51.

O nemus, ô fontes, solidique madentis arena
Littus, & equoreis splendidus Anxur aquis.

Neque abeunt quæ Politianus in fine laudum sui Rustici comprecatur. vbi vitam rusticam magnis rebus ita anteponit:

Hanc ô cœlicolæ magni concedite vitam.
Sic mihi delitias, sic blandimenta laborum,
Sic faciles date semper opes: hac improba iuuento
Vota tenus: nunquam certè, nunquam illa precabor,
Splendeat vt rutilo frons inuidiosa galero,
Tergeminâque grauis surgat mihi mitra corona.

Sperchius fluuius.

18. SPERCHIVS.] Cùm hic sit fluuius Thessaliæ, dabam lucem Catullo loquenti de hac orbis parte hunc in modum:

Nam quodcunque ferunt campi, quos Thessala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidis fœcunda Fauoni.

Vbi, cùm flumen in singulari dixit, fortasse Sperchiũ intellexit, quem à Poetis celebratum in Thessalia sciebat. Nisi quis ad Peneum decurrat celeberrimũ Thessaliæ fluuium. Ad normam versus Virgiliani factus ille Claudiani de Bel. Get. *Sperchiúsque, & virginibus dilectus Enypeus.*

Bacchatus.

19. VIRGINIBVS BACCHATA LACÆNIS.] Explicui Poetam de Orgiis, sequutus Interpretes, at-

A que etiam Tutnebum, qui ait alludum ad δυσμαίνας Spartanorũ bacchas, de quibus Hesychius, δύσμαινας· ἐν ὀπίσθῃ χορεύσας ἀλλήλαις. Sed possit quoque non incommodè referri sententia ad prælia & pugnas Lacænarum Virginum in Taygeto, de quibus multa mentio. Ita Val. 3. Argon. *Dindyma bacchata.* Porrò de Fanaticis Matris Deum, qui caput iactabant, vide quæ doctè scribit Briss. lib. 2. Antiq. c. 13. quæ res non longè abest à bacchantibus. De Taygeto Laconiæ, vbi luculenta ceruorum, caprarum, vrsorum copia ad venationẽ, lege Pausaniã in Laconicis. Ad omnes enim has voluptates videtur Poeta animum adiecisse, cùm optat esse in his locis. De laudibus etiam Laconiæ, vbertate, amplitudine, auro, argento, rerum omnium copia, luculenter Plato in 1. Alcibiad.

20. ÆM 1.] Roges, an Thracia fertilis, quæ frigidissima? De hoc 3. Æn. ad illud: *Terra procul vastis colitur Mauortia campis Thraces arant.* Istud, — *O, qui me gelidis in vallibus Æmi Sistat*, arripuit imitandum Valerius 2. Arg. — *ô, qui me vera canentem Sistat.*

Virgilius qui vlciscatur suos hostes.

21. PROTEGAT.] De arboribus. recurre ad illud, *sub tegmine fagi.* Vbi attuli exempla huius locutionis, & adiunge hic, bene notatum ab Alberico, Virgilium vltum hostes suos nulla re alia, quàm contemtu, videlicet repetendo iterum, quæ illi reprehendissent. Exagitarunt hostes illud *tegmine fagi*, dicebãt enim *tegmen* nisi de veste dici non posse. Ille contemnens repetiit in 7. Ecl. *tegit arbutus umbra.* & hic, *ramorum protegat vmbra.* Reprehendebant illud, *cuium pecus*, respondit vates repetendo, *Hac eadem docuit, cuium pecus.* Similiter inuecti sunt in illud 7. Eclog. *mandauimus hordea sulcis*, versu isto, *hordea qui dicit, superest vt tritica dicat.* Ille vel ob hoc ipsum inculcauit, nam 1. Georg. *serite hordea campis.* &, *iám stringeret hordea culmo.*

490 [a] Felix qui potuit rerum cognoscere caussas:
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari.
[b] Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,
Panaque, Syluanúmque senem, Nymphásque sorores.
495 [c] Illum non populi fasces, non purpura Regum
Flexit, & infidos agitans Discordia fratres:
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituraque regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
500 [d] Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.

ARGVMENTVM.

Corrigit quæ dixerat, & pari felicitate dignos putat Sapientes, ac Rusticos: adiungitque rationes, quare hoc putet.

EXPLICATIO.

[a] PENDET ex superioribus sententia, qua, si non apertè, certè quodam modo corrigit, quæ dixerat. Dederat principem locum cognitioni rerum, doctrinæ, scientiæ, philosophiæ, proximum vitæ rusticæ: iam hîc de vtraque ita loquitur, vt parem videatur facere, adiunctis vtriusque vitæ Encomiis. Ergo de Sapiẽte dicturus, primò definit, quis sit Sapiens, nimirum, qui cognoscit rerum caussas, hunc ait pleno ore esse felicem. Quę sequuntur pro ratio-

D ne sunt. Quare sapiens est felix: quia nihil timet, nó fatum, etiam si inexorabile; non strepitum Acherontis, etiam si auarus, & rapax. Clarius. Nihil timet, quia mortem non timet, quæ inexorabilis; neque Acherontem, quem scit esse auarum, ac nemini parcere, quin omnes deglutiat, thesaurúmque suum auidissimè conficiat ex rapina mortalium.

[b] Dixit, Sapientem esse felicem, qui nihil timeat; ait de Rustico, esse felicem, propter bona, quibus fruitur. Quasi dicat. Sapiens est felix, quia caret metu; Rusticus, quia habet gaudia. Neque solum habet, sed & noscit se habere, sicuti ille etiam nouerat, nihil sibi timendum. Sed quæ hæc gaudia? Dij agrestes. Pan, Syluanus, Nymphæ cum quibus viuit. Vide, vt non dederit alias voluptates caducas & vanas, sed consortium Deorum. Fuit enim Poetæ quæ-

renda

VVA. BHSC. BU 00239

renda efficax ratio, quam opponeret rationi Sapientis, imò, qua vinceret. Nam si ille felix, quòd metu caret; hic felicior, quòd degit cum Diiscũ his enim degentem necesse est tutum admodum esse, ac perinde sine vllo metu.

c Adiungit iam effectus vitæ huius, quæ traducitur cum Diis agrestibus. Caret cupiditate bonorum, terrore malorum, affectionibus animi. Cupiditate, quia nihil curat magistratus, qui sunt in arbitrio populi, nihil purpuram, quæ Regum est; nihil honores ceteros, qui etiam fraternum solent amorem perturbare, vsque ad cædem, & sanguinem, vt accidit in Remo, & Romulo: terrore, quia Dacos nõ timet, neque hostes alios imminentes Romano Imperio; non turbatur, etiamsi sciat, ruituras res Romanas, regna omnia: affectionibus, quia viso inope, nihil indolescit; viso diuite, nihil inuidet.

d Quid ergo in tanta rerum tranquillitate facit Rusticus? carpit fructus, quos dant ipsi rami, ipsa rura, placidè quidem & sponte, non coacta graui imperio: quo ita viuit contentus, vt nolit videre iura Regum, vt quæ ferrea, atque inexorabilia; non forum, vt quod insanum, ac plenum litibus; non tabularia, vt quæ sint populi.

A sapientum adiungere, & sapientiæ. Pari itaque Elogio Aristot. lib. ηθικ. ad Nicomachum, ἡ σοφία (ποιεῖ) εὐδαιμονίαν: sapientia felicitatem efficit. Ab eodem sapientia libr. 1. Metaphys. cap. 2. dicitur θειοτάτη: καὶ τιμιωτάτη: diuinissima, & pretij maxima. Plutarch. in lib. πῶς ἂν τις διακριν. ait ex sententia Stoicorum, Sapientem vere esse πλούσιον, καλὸν, εὐγενῆ, βασιλέα: diuitem, pulcrũ, nobilem, regem. Elogium primum Plato quoque attigit in Phœdro, censens sapientem solum esse πλούσιον. Hocrates in Paræn. σοφίᾳ γὰρ μόνῃ τῶν κτημάτων ἀδιάλυτον: Solius sapientiæ possessio immortalis est. Philo de opificio mundi de Philosophia ita pronũtiat, τελειότερον ἀγαθὸν οὐκ ἄλλο εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον: nullum bonum perfectius datum vitæ humanæ. Magnum illud Elogium Senecæ Epist. 53. Est aliquid, quo sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio, non suo sapiens est. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei. Lege orationem 23. Dionis Chrysost. ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφὸς, quòd felix sit sapiens. Idem Orat. 35. de sapientia ait, ποιεῖ τοὺς χρωμένους μακαρίους, facit beatos possidentes. & Plut. 1. Polit. ὁ μὲν ἀεὶ δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται σὺν ἀζαλίᾳ τε, καὶ σοφῷ: bonus sapiensque iustus esse nobis visus est. & in 7. ait, diuinam esse virtutem. Sisto. Lassem enim me, & te, si conferam Elogia sapientum, quæ sparsa in sapientibus. Merito ergo à tantis præconiis Poeticum istud præconium conflatur, quo sapiens ore pleno felix dicitur.

B

3. INEXORABILE FATVM.] Lysias in oratione funebri hanc sententiam ita priùs protulit, ὁ θάνατος ὁ πᾶσι ἥκων μοῖραν εἱμαρμένην ἀπαραίτητον: genius, quã nostrum fatum fortitus est, euitare nequit. Homer. Odyss. vltimo,

C

μοῖρ' ὀλεθρίη, πῶς οὔτις ἀλεύασθαι, ὃς κε γένηται:

Fatum perniciosum, quod nemo fugit mortalium.

Manilius libr. 4.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.

Alij legunt, *certa stant omina lege.* Huius rei facile erat implere paginas.

4. SVBIECIT PEDIBVS.] Sumsit à Lucretio lib. 1.

Quare relligio pedibus subiecta vicissim
Obteritur.

5. STREPITVMQVE ACHERONTIS ARARI.] Vult Germ. hunc versum traductum à Poeta Græco, cuius versum suppresso auctore citat Plutarch. in ἠθικῷ. Καρυδόνα τ' ἀρθμὸν πορευόντες ἀχάρωντ':

D

Euntes grauistrepum freum Acherontis.

Loquitur Plutarchus de Diis. Nec non ad Lucretianum illud:

Et metus ille foras præceps Acherontis agendus.

6. FORTVNATVS ET ILLE, DEOS QVI NOVIT AGRESTES.] Cùm hic Poeta pari elogio felicitatis exornet virum doctum, & virum agricolam, quis scit an aspirauerit ad veterum sententiam, qui eodem ordine ponebant vtranque artem? Nonnulla ad hanc rem pertinentia reperi in Platone, Aristotele, aliis Philosophis, & ista signatissima in Musonio apud Stobæum: ἆρ' οὖν οὐκ ἄμεινον φιλοσοφοῖ τις καὶ γεωργοῖ, ἢ ἄλλο ἂν πρᾶγμα ἐλλοιμοι τούτῳ βίον, οὐδὲ ποιοιμὶ ἕτερον ἀντιπαρέμοιμι ἂν: Nullum equidem aliud vitæ genus, aliúmue quæstum, aut comparauerim, aut pratulerim illi, quod philosophiam simul, & agriculturam colit. Libanius quoque loco iam sæpius adducto: καὶ μὴν σοφίας γε οὐ μικρὸν μέρος ἐστὶ καὶ γεωργία: Sapientiæ profectò non exigua pars pertinet ad agriculturam. Probat deinde, adi locum. Cicero de Senectute, de voluptatibus agricolarum ita ait: *mihi ad sapientiam vitam proximè videntur accedere.* Columell. in Præfatione, *Res rustica sine dubitatione proxima, & quasi consanguinea sapientiæ est.* Prudentius libro 2. contra Symmachum: *O felix nimium sapiens, & rusticus idem, &c.*

E

Agricultura & sapientia in pari honore apud veteres.

NOTÆ.

Virgilius defenditur.

1. FELIX.] In voce ista speciem calumniæ contra Vatem Victorius inuenit vir doctissimus, idque notat in lib. 1. Aristotelis de Moribus, & in libr. Rhetoricorum eiusdem. Nam debuisset (ait) sapientem vocare *beatum*, non *felicem*. Quia non sunt idem felix, & beatus. Probat. Quia sapiens, qui verè est beatus, quòd rerum causas cognoscat, potest esse in aliis rebus infelix: contrà, tyrannus, qui felix est opibus, non est beatus. Itaque felix propriè dicit εὐτυχίαν, in qua non posita vita sapientis: beatus propriè εὐδαιμονίαν, quæ tota pertinet ad sapientem. Hãc calumniam, qua Victorius Vatem impetit fultus Aristotele, diluo fultus auctoritate Platonis. Non solùm εὐδαιμονία beatos respicit, sed etiam felices opibus rebúsque aliis. Clarè Plato 3. Leg. filios Regum Persarum vocat εὐδαίμονας, καὶ μακαρίους, id est, *beatos*. & addit rationem, quia ὀλβιόδεις ὄντας ἀξίους, *nullis indigerent.* Vides, vt vocem istam *beatus* transferat ad res alias, quàm ad sapientiam. Contrà lib. 2. Leg. ita ait, φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίως, εὐτυχεῖς ὅτου, καὶ μέχρι τοῦ γήρως παραμένει: *felix ille, cui contigit in senectute, vt sapientiam assequatur, veràsque opiniones.* Vides, vt felicitatem det sapienti. Itaque commutat voces. nam εὐτυχίαν dat sapientiæ, εὐδαιμονίαν felicitati. Possem Græcos plures aduocare, in his Libanium, qui εὐδαιμονίαν capit significato pertinente ad abundantiam ciborum, in laudatione agriculturæ. & Herodotum, qui de Corintho florente opibus dixit lib. 3. Κορίνθου τῆς εὐδαίμονος ἐπικλύσ. Verè ergo Poeta, felix est, qui sapiens est. Erant hæc satis contra Victorium, sed deinde aduoco par ferme exemplum. Est *bene viuere* apud auctores, honestè & beatè viuere. à Platone n. 1. Alcib. εὐδαίμονες dicuntur εὖ πράττοντες. & ab eodem 1. Polit. μακάριος & εὐδαίμων dicitur εὖ ζῶν. itaq; hoc clarum. Atqui Cicero 2. de Finib. accipit *bene viuere* pro luxuriosè viuere, & cum oppositione ad beatam vitam, cùm ait: *Ego asotos bene quidem viuere, at beatè nunquam dixerim.* Accedat demum versus Virgiliani laudator doctor magnus Augustinus, is lib. 7. Ciuit. c. 9. *Nobilissimus Virgilij versus, Felix qui potuit rerum cognoscere causas.*

Bene viuere, quid sit.

Sapientum Elogia.

2. FELIX QVI POTVIT RERVM COGNOSCERE CAVSSAS.] Vides, vt sapientem pleno ore vocet felicem. Non itaque abs re erit quædam præconia in

in eo colerent omnem naturam. nam Pan est totum, omne. Adiungam πάρεργον tua venia. vt Pan inter Deos mares significauit vniuersitatem rerum, ita Isis inter Deas. Allucet vetus inscriptio Capuæ in templo S. Benedicti, quam & se vidisse testatur Stephanus Pighius:

Isis.

TE. TIBI
VNA, QVÆ
ES. OMNIA
DEA ISIS.
ARRIVS. BAL
BINVS. V. C.

In Malsasino etiam agro Veronensi alia est inscriptio, quæ vna cum Matre Deum coniungit Isidem.

8. ILLVM NON POPVLI FASCES.] Lubet hîc repræsentare similem, sed in re alia, constantiam Ap. Claudij, nullo se populi ductu commouentis, etiam si reus esset. eámque verbis Liuij lib. 2. quam ego sæpe soleo admirari: *Illum non minæ plebis, non Senatus preces perpellere vnquam potuere, non modo, vt vestem mutaret, aut supplex prensares homines: sed ne vt ex consulis quidem asperitate orationis, cùm ad populum agenda causa esset, aliquid leniret, atque submitteret. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat. Adeò vt magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quàm consulem timuerat.* Potest aliquando similis aberratio licere Interpreti.

Purpura Regum fuit.

9. PVRPVRA REGVM.] Firmat hoc Delrius noster in Thyestem Senecæ ex Claudiano, Statio, Optato. Omitto hos, & ex me addo Herodianum, à quo lib. 1. datur Commodo βασίλειοι πορφύρεις. Idem lib. 2. dat Nigro βασίλειον πορφύρεον, in signũ accepti imperij. Gregorius Nazianzenus orat. 1. contra Iulianum loquens de Romanis Imperatoribus, ita ait, ὃ δὴ ἐξαρκοῦσιν οἱ στέφανοι, καὶ τὰ διαδήματα, καὶ τὸ τῆς ἁλιεργίδος ἄνθος: *Neque enim satis sunt coronæ, diademata, mitor purpuræ.* Appianus quoque in Ciuil. πορφύρεον βασιλικὸν dixit, tanquam proprio epitheto. & Basilius hom. 7. hexaem. ait præberi à cochleis marinis ἁλιεργίδας regibus. Mitto Athenæum lib. 6. qui Regi Hieronymo πορφύρεον dat: Sulpitium Seuerum, qui lib. 2. sacræ histor. Balthasari vestem purpuream: Eunapium Sardianum, qui ait Porphyrium ita vocatum detorta significatione a regia purpura, appellat ἐσθῆτα βασιλικὴν. Roges, non ne id clarum? cur ergo tibi Nota hæc producta? Audi. duplex mihi animus. primùm volui confutare æui nostri doctum hominem, qui scripsit, purpuram augurum dumtaxat fuisse. qui error intolerandus. Deinde, scribo alicubi in his Commentariis purpuræ nomine capiendum colorem violaceum, non coccineum. Id mecum necessariò multi fatentur, sed inueniunt effugium, dicúntque, in sermone Regum, qui purpurati inducuntur, semper dibapham capiendam & coccum. & hoc quoque falsum est, nam πορφύρεις, & ἁλιεργίδας (ad quas voces testimonia omnia confuli) longè absunt à cocco, & splendore dibaphæ, cùm prima dicat violaceum colorem, altera cœruleatum. Sed pédent ista ex his, quæ alibi scribo. Hic non omittam (cùm sim in sermone purpuræ, & Regum) discrimen veterum inter Imperatores, & Cæsares. Habebant Imperatores diadema, & purpuram; Cæsares, tantùm purpuram; præfecti vrbis, neutrum. Probarem id facile, si res Virgilij esset, ex Gregorio Nazianzeno contra Iulianum, ex Trebellio, Spartiano, Lampridio, & signatissime ex Athanasio lib. 10. de Trinitate ad finem, vbi ex nota diadematis & purpuræ discriminat inter Imperatorẽ Augustum, & Cæsarẽ.

Reges qua purpura vsi.

Cæsares vti dissererentur ab Imperatoribus.

10. FLEXIT.] Quod hic *flexit*, in 7. *mouit*, cum ait, *nec purpura Regem Picta monet*.

11. DISCORDIA.] Videtur omnino Poeta Discordiam effingere, vt vnam è numero Furiarum, quæ finguntur à Poetis cõcitare mortales ad omnia flagitia, facibus, flagellis, serpentibus, quibus armatæ sunt.

12. CONIVRATO.] Ad rem pertinet Nota hæc Iunij Philargyrij hæc: *Ausidius Modestus legisse se affirmabat, hunc morem esse Dacorum, vt cum ad bella proficiscerentur, non prius rem capesserent, quam de Istro certum in modum haurientes ore in modum, sacri vini, iurarent nõ se ad patriæ sedem regressuros, nisi hostibus cæsis, & iccirco Virgilium familiari sibi hypallage dixisse Istrum coniuratum, apud quem Daci coniurare consueuerunt.*

13. ISTRO.] Obseruo hîc proprietatem & doctrinam Poetæ in nullo deficientis. Hic fluuius per innumeras gentes lapsus Danubij nomen obtinet vsque ad Illyricum, vt primum Illyricum alluit Ister appellatur. Docet hoc Plinius libro 4. cap. 12. Inde est, vt Romanis scriptoribus (de qua re lege Lazium libro 1. Comment. Reipublic. cap. 8.) Danubij limes diuersus sit à limite Istri. Ergo, qua Dacos alluit, Ister dicitur, non Danubius. & ita verissimè Poeta, Dacus descendet ab Istro, non ab Danubio. Nam Daci sunt vltra Illyricum, quin ad ipsa penè Istri ostia, vt facile apparet ex Descriptionibus. Erãt enim Daci, qui nunc Transyluani, Valachij, Moldauij. Sunt etiam, qui putent eos verè Dacos Romanis fuisse, qui Græcis Getæ, quod aperte Plinius lib. 4. c. 12. *Getæ Daci Romanis dicti.* & Iustin. lib. 32. *Daci soboles Getarum sunt.* Stephanus, & alij. Sunt etiam, qui Dacos reiiciant ad Scythiam Europæam. Vtcunque, id certum, eos esse vltra Illyricum, & penè ad Istri ostia. Eadem proprietate vsus Ouidius in libris Tristium, & Ponti; vbi ferè Istrum nominat, tarò Danubium. Ideo ait Cæsarius dialogo 1. hunc fluuium à Græcis dici Istrum, à Romanis Danubium: quia videlicet Græcia proximior Ostiis, Italia fontibus. Legendus etiam Mela lib. 2. c. 1. Obseruabis duo, primum. simile quiddam prodi de Tigri. Nam, qua tardior fluit, Diglito dicitur; qua incipit concitari à celeritate, Tigris. Sic & Hispani, qua Tagus Castellam interfluit *Iaso* appellitant; qua Lusitaniam, *Iesso* per secundam vocalem. Alterum scribi à Cæsario adducto loco, Istrum eundem esse, qui Phison dicitur in Genesi. Quæ idem addit in 3. Dialogo, obscura sunt, imò falsa. Ait enim Phisonem, Indum, Gangem, Istrum, Danubium, eundem esse fluuium, nomina tantùm diuersa. Aliqua enim ex his separata sunt flumina, neque debent confundi.

Danubij limes diuersus à limite Istri.

Ister.

14. PERITVRAQVE REGNA.] Id est, Romana, ex mente Augustini Serm. 29. & verbis Domini. Itaque *peritura regna* sunt, explicante illo, *res Romanæ*. Et probè aduertit Sanctus Doctor, Poetam ex persona sua veraeem esse, cùm ex persona Iouis mentiatur: *Imperium sine fine dedi.*

15. AVT DOLVIT MISERANS INOPEM.] Quæ hîc scribit Seruius, in promtu sunt item. quæ alij Interpretes, è quibus multi putant Virgilium στωΐζειν, tollebant enim Stoici affectiones animi. Sed ego Germano hæreo, qui ait, Poetam omnino respexisse ad ius & leges Vrbani fori. Itaque laudat Rusticum, qui vacuus à morbis affectibusque animi, & longè remotus à formulis iuris & foro. Sunt enim immunes iuris exercendi, atque aliena à misericordia, & inuidia, quæ duo solent iudicia conflagrare, ac peruertere. Adiuuat, Poetam statim dicere. — *nec ferrea iura, Insanumque forum.* Putat idem vir doctus, Virgilio in hoc carmine opponentẽ inuidiã & miserationem respexisse ad locum Aristot. 2. Rhetor. apud quẽ ῥᾳθ῀ opponitur τῷ ἐλεεῖν. Integra vide in illo.

Qvos

VVA. BHSC. BU 00239

16. QVOS RAMI ERVCTVS.] Meritò putat Macrob & cum illo reliqui expressum hoc à Lucr. lib. 5.

Quod Sol, atque imbres dederunt, quod terra creavit
Sponte sua, fatu id placavit pectora donum. Ouid. ita:
Contenti, que cibis nullo cogente creatis.

Quidpiam istis simile Synes. epist. 80. πολλὰ κἀγαθὰ, καὶ ὅσα φέρουσιν ὧραι τοῖς γεωργοῖς ἔχοντα: *habentem bona multa, & quæ ferunt anni tempora agricolis.*

Iura ferrea. 17. FERREA IVRA.] Pari genio Horat. Sat. 3. lib. 2. de re fori loquens *catenæ* dixit, ad signādos laqueos iuris, cautiones, syngraphas. Nazianzenus etiam orat. 34. loquens de verbis, dixit συνδέσμους. & orat. 36. πλοκὰς, & orat. 37. ἄρκυς. Redde, *nodos, nexus, retia.* Plato etiam in Gorgia, σιδηροῦς καὶ ἀδαμαντίνους λόγους: *verbis ferreis & adamantinis*, videlicet de verbis, quibus aliquis conuincitur.

Forum insanum. 18. INSANVMQVE FORVM.] Propert. *& vetat insano verba tonare foro.* S. Cyprianus epist. 2. *forum litibus mugit insanum.* Cum insania coniuncta rabies, quam foro attribuit Papin. 3. Sylu. & arma; quæ Ouidius 4. Trist. eleg. 10. Similis verò Virgiliano locus Synesij epist. 148. vbi post laudatam vitam rusticam exsecratur forum, vt in quo omnia sint ἀναιδῆ καὶ πανουργίας μεστὰ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς: *impudica, admodum improba, nihil sanum.* Blanditur quoque locus Libanij in laudatione Agriculturæ, vbi inter alias laudes rusticiἀνὴρ γὰρ ἀγρὸς οὐχ ἑκὼν ἐπιορκήσειεν ἄν, καὶ σὺν πολλῷ γῆν ἐσυδακὼς, σῴζει μὲν ἀγοράς, καὶ τῆς ἐν ἀγορᾷ φιλονεικίας, σώζει δὲ δικαστηρίων, καὶ τῶν ἐν δικαστηρίῳ συκοφαντιῶν: *qui arationi incumbit, vt agricolationis studio tenetur, procul abest à foro, & à forensi contentione: procul à prætoriis, & prætoriorum calumniis.* Item comparans rus cum vrbe vocat forum, χωρίον ὀπλευμάτων, *campum insidiarum.* vocátque agricolas felices, quòd longè ab hac peste.

Tabularia. 19. TABVLARIA.] Tabularium erat locus Romæ, vbi instrumenta omnia publica asseruabantur de pascuis, prædiis, vectigalibus, portoriis, redemtionibus publicanorum. erat in atrio Libertatis. Firmat hoc Turn. Liuij loco lib. 43. *Censores extemplo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis, clausóque tabulario, & dimissis seruis publicis, negarunt se, priusquicquam negotij publicè gesturos, quàm iudicium populi de se factum esset.* Cicero etiam pro Archia hoc satis indicat: *Hic tu tabulas desideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interisse scimus omnes.* De tabulario quoque capiēda illa eiusdem pro Cælio prope finem scribentis de Sex. Clodio: *Qui ædes sacras, qui censum populi Romani, qui memoriam publicam suis manibus incendit.* & lib. 3. Nat. *Sed exeamus è theatro, veniamus in forum, sessum ite precor. quid vt iudicetur? qui tabularium incenderit. quod facinus occultius?* &c. Seruius ædem Saturni accipit, vbi erant acta publica. Sunt qui discriminent inter tabularium, & tablinū; vt illud sit publicum, istud priuatarum ædium. In his est Germanus hic, & Budæus in Annot. poster. in Pand. qui tablinum in Plinio de priuato accipit. Qui multa volet de actis, quæ ad tabularium referebantur, legat Lipsium in lib. 5. Ann. Taciti.

[a] Sollicitant alij remis freta cœca: ruúntque
In ferrum: penetrant aulas, & limina Regum,
Hic petit excidiis vrbem, miserósque Penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro,
Condit opes alius, defossóque incubat auro,
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim plebísque patrúmque)
Corripuit: gaudent perfusi sanguine fratrum,
Exsilióque domos, & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quærunt sub Sole iacentem.
[b] Agricola incuruo terram dimouit aratro
[c] Hinc anni labor: hinc patriam, paruósque Penates
Sustinet: hinc armenta boum, meritósque iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis,
Glande sues læti redeunt, dant arbuta syluæ:
Et varios ponit fœtus Autumnus, & altè
Mitis in apricis cogitur vindemia saxis.
[d] Interea pendent dulces circum oscula nati:
Casta pudicitiam seruat domus: vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguésque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos, fusúsque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe vocat: pecorísque magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo,
Corporaque agresti nudat prædura palæstra.

ARGV

VVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Post comparationem vitæ rusticæ cum vrbana, & philosophica, iam hîc eandem confert cum variis diuersisque hominum studiis, atque omnibus vnam illam anteponit.

EXPLICATIO.

[a] COMPARAVIT primò vitam rusticam cum vrbana, & dedit rusticæ principem locum: deinde cum philosophica, & vtranque fecit parem: iam tertiò comparat cum diuersis studiis mortalium, anteponens omnibus eandem vitam. Adducit verò octo studia hominum, quæ ego hac nota [:] distinxi, vt facile lector intelligat percurrens Virgilij versus. Sunt verò illi homines, nautici, milites, aulici, grassatores, auari, oratores, comici, hæredipetæ. Cuique horum adiungit aliquid, quo viuide singulorum mores exprimat. Nautieis solicitudinem dat, qua freta omnia pernauigant, etiam occulta & inexplorata. nam sic explico cæcitatem fretorum: militibus audaciam, qua ruunt in gladios: aulicos, ait, penetrare in aulas intimas, quo ostendit illorum studium; id enim curant, vt intimi magis sint suis principibus. nam in hoc sita illorum felicitas: grassatores per vim omnia gerunt, euertunt publica, euertunt priuata, illud ambientes vt per miserorum ruinas, ipsi auro splendescant, bibant gemmatis poculis, dormiant in Tyri purpura: auari aurum condunt, & condito auidissimè incubant, ne quid pereat, ne quid abeat: oratores in rostris attoniti redduntur, stupéntque ad ea, quæ ipsimet dicunt, excitantes hunc in modum admirationem populi: Comici capiuntur plausu illo, qui ereseit per cuneos, admirantibus plebe & Senatu; & ideo veluti geminus (quamuis hîc multiplex significetur) quem plausum ipsi summopere inhiant, atque ambiunt: hæredipetæ gaudent perfudisse fraternum sanguinem, vt ipsi soli cuncta possideant; atque adeò gaudent, vt non curent, an sæpe propter admissam cædem cogantur ire in exsilium, domos mutare, patriam quærere, Sole alio incalentem. Vide, quàm propriè omnia. Scio, quæ explicui, posse quoque in nonnullis aliter explicari; sed non est Interpretis, sententias omnes semper producere. Illud de fratribus, interfectoribus fratrum referri possit ad bella ciuilia, ex imitatione Lucretij, quam suo loco dabo. Si longior fui in explicando, videas me vnà Poetam expendisse.

[b] Diuersis mortalium studiis opponit vnicum tantum studium agricolæ, nimirum illum occupari in aranda & colenda terra. Deinde numerat latè, quot ex hoc vnico studio prouenianr bona, tam vtilia, quàm iucunda: hæc enim duo bonorum genera potentissima sunt ad excitandos homines. & inter bona iucunda admiscet etiam bonum honestũ, quo fortior sit excitatio.

[c] Ponit primò bona vtilia. Quasi dicat. Ex colenda terra nascitur labor & cursus totius anni ad colligendos varios prouentus: inde patria alitur, domus priuatæ vniuscuiusque agricolæ, armenta, boues. Pergit. *Nec requies*, nunquam annus cessat à fundendis fructibus; semper exuberat aut pomis, aut fœtu pecorum, aut culmis segetum; nam sulci pleni sunt frugibus, frumentis horrea. *Venit hyems.* Pergit narrare laborem illum totius anni. In hyeme oliua teritur, sues nutriuntur, syluæ dant arbuta. *Et varios.* Quid verò in Autumno? Varij sunt pomorum fœtus, vindemia coquitur.

[d] Sequuntur bona delectabilia. Nati, qui dulcissimè pendent ex matris osculo: Vxor, quæ pudica est, & casta, qua cum se oblectat: Vaccæ, quæ demissis vberibus iucunditatem afferunt, sicuti & hædi luctantes cornibus in virente gramine. *Ipse dies, &c.* Neque verò ista gaudia aliunde tantum prouenium, nam ipsi agricolæ suos habent dies festos, finduntur per herbam, celebrant conuiuia circa ignem, Bacchum inuocant, excitant pastores suos, vel ad sagittarum certamen, proposito scopo in vlmo; vel ad palæstram, quæ exercentur nudis corporibus. Hæc sententia. Roges primò. Nónne illud *Vbera vaccæ Lactea demittunt*, pertinet ad bonum vtile? Fateor. Sed ex quo tamen sequitur voluptas magna ipso aspectu: & quidem ex cõiunctione cum aliis bonis iucundis, illud quoque ad iucunditatem videtur pertinere. Roges deinde, vbi bonum honestum: hoc multiplex. Inuocatur Bacchus, peragũtur dies festi: ien religio. Exercentur iaculo, in palæstra, quæ inter honestas meditationes connumerare doctores gymnasticon.

NOTÆ.

1. SOLLICITANT, &c.] Ita Claudianus: *Et nidis venis sollicitauit aquas.* De hac amenti cupiditate mortalium ingerere omnia loca, in quæ incidi, superuacaneum erit; aliqua, vtilissimum ad imitationem, quam sæpe quæro in his Commentariis. In fronte agminis constituo Philonem, qui libro de agricultura, ita grauissimè: ὁ γὰρ πολὺς ὅμιλος ἀνθρώπων τὰ γῆϊνα, &c. Græcis parco, quia multa, tantùm tibi Latinà exhibeo: *vulgus hominum adit varios tractus usque ad extrema terræ, trauicit mare, sinus eius omnes penetrat, nullam partem huius vniuersitatis imperscrutatam relinquit, tantum vt illa colligat, quæ faciunt ad cumulandam voluptatem.* Et post pauca: *Terræ metalla perquirunt, vasta maria trauiciunt, omnia belli pacisque exercent negotia, parantes materiam copiosam voluptati, ceu Reginæ.* Ita Philonis simillima sunt Virgilianis, in quibus vides solicitudinem mortalium destinari ad bibendum in gemmis, ad dormiendum in ostro. qui sanè scopus voluptatem tantùm spectat. Breuiùs idem in libro de Abraham, καὶ ἐμπορίαν ἔνιοι πόθῳ χρημάτων μὴ πάυοντες. *Nauigant alij cupiditate lucri, mercaturæ dediti.* Iterum in lib. ὅτι πᾶς σπουδ. ἐκδύ. ab eo loco, νυνὶ δ' χρημάτων ἀδὲ ἔνεκα, &c. Latina tantùm audi: *Nunc pecuniæ caussa scrutamur intima quæque, aperimus terræ venas duras, & refractarias.* — *vanitas fastum colens pro Numine profunda maris penetrat, quærens varia lapillorum pretiosorum genera, vel saxis latentibus adnata, vel ostreis.* Locum istum sæpe Manilius attigit, præsertim lib. 4. subiiciam loca, & pleraque ex correctione Ludouici Carrionis li. 1. Antiq. Lect. cap. 5.

Cupiditas mortalium.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemúrque metu, cæcáque cupidine rerum?
Æternúmque senes curis, dum quærimus ævum,
Perdimus? & nullo votorum fine beati
Victuros agimus semper, nec viuimus vnquam.

Iterum:

Sed iuuat ignotas semper transire per vrbes,
Scrutatúrque nouum pelagus, totius & esse
Orbis in hospitio, testis sibi laniger ipse,
Cum vitreum findens curauit vellere Pontum,
Orbatúmque sua Phryxum per fata sorore,
Phasidos ad ripas, & Colchida tergore vexit.

& adhuc,

Vt veniant gemmæ totus transibitur orbis,
Nec lapidum pretio pelagus cæpisse pigebit.

VVA. BHSC. BU 00239

Manilium linquo, do alios. Petronius in Satyr. simili genio, sub persona Plutonis,

Ædificant auro, sedesque ad sidera mittunt.
Expelluntur aquæ saxis, mare nascitur arvis,
Et permutata verum statione rebellant.
En etiam mea regna petunt, perfossa dehiscit
Mollibus insanis tellus, iam montibus hausti
Antra gemunt, & dum varios lapis invenit usus,
Inferni manes cœlum sperare fatentur.

Breuiter, & pulcrè Albinouanus apud Senecam, exagitans hanc mortalium cupiditatem,

Quid sacras violamus aquas, Diuinumque quietas
Turbamus sedes?

Seneca alter in Hercule Oet.

Cupit hic gazis implere famem,
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit Istri, nec tota suum
Lydia vincit.

Tu reliqua, subiicit ille tum hoc loco, tum aliis multa in hanc sententiam. Non absimilia illa Horatij epist. 1. lib. 1.

Impiger extremas currit mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Lege eundem Satyr. 1. lib. 1. Voluissem ego abstinere a locis communibus, sed quia multi positum putant in hac re literarium lucrum, ideo interdum subiicio, amputatis semper multis, quæ paraueram, vt nunc etiam facio. Sed nolui amputare verba Nazianzeni in Apologet. Virgilianis simillima, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν πάντα καὶ ἐμπορίαν ἐκεῖνον καὶ τὰ μακρὰ διαπλεύσθαι πελάγη, καὶ συμπεράσθαι τοῖς ἀνέμοις αἰεὶ, καὶ τοῖς κύμασι μεγάλα καὶ παράδοξον, &c. *Alius igitur (dicebam ipse) mercaturæ caussa naugei, & longa maria transmittat, cum ventis ac fluctibus perpetuo confligat, facturus magna lucra, &c.* & post pauca, ἄγαι δ' ἂν αἰρετὸν ἕτερον δεῖ γῆς ἀρέσκοντι, βεβρέχθαι ἂν αὖ καὶ τέμνεσθαι καὶ γλυκεῖ αὖ, πορεύεσθαι πλαζομένῳ, πέρδιν καὶ θάλασσαν ζῆν ὕπνος, ὅπως ἂν δύνωμαι σὺν ὀλίγῳ καὶ μικρᾷ τῇ μάζῃ, καὶ βίῳ ἔλκειν ἀσφαλῆ καὶ ἀκύμαντον, ἢ μακρῶν ἀναπίμπλην, καὶ μέγαν δὴ μεγάλοις κέρδεσι κίνδυνον. *Mihi verò potius atque optabilius est in terra degere, atque exiguum arvum & dulce sulcantem lucra & merè procul salutanti, vivere, vt potero, cum pauca & exigua mazæ vitámque tutam & tranquillam ducere, quàm ob ingentes quæstus graue ac diuturnum periculum suscipere.* Idem Orat. 26. veluti qui Virgilium legisset, τὰ μὲν μεγάλα καὶ ἐν ἀσφαλῆ κέρδη σῆς θαλάσσης ἐπιδείκνυσι, ἐνὸν ἐκνεῖνον γεωργεῖν γῆν· εἰ καὶ κερδαίνοις ἐλαττονας. *Quid magna, sed incerta & periculosa maris lucra sectaris, cum agricola esse possis, & tertam colere, etiam si minore cum quæstu?* (i quis damnet hanc copiam auctorum idem scribentium, consideret multos esse, qui ament.

Ruere in ferrum.

2. RVVNTQVE IN FERRVM.] Lucanus lib. 1. loquens de populis Septentrionalibus, qui audacissimi sunt: —*ruendi In ferrum mens prona viris.* Iustinus lib. 11. *Macedones in ferrum ruebant.* Porro, *in bellum ruere*, quod idem, dixerunt idem Iustinus lib. 3. 24. 26. & Trebellius in Gallieno, & Silius lib 1. Postremus etiam dixit lib. 3. *ruis in enses.* & lib. 17. *ruis in ictus.* Græcis frequentissimum est. Homerus 2. Il. ἐπὶ τ' ὀξέα δ' ἔσαδουτο.

3. PENETRAT AVLAS.] Seneca in Oet. mutata sententia à Virgilio:

Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic Regi proximus ipse
Clarus claras ire per vrbes. Iterum:
Colit hic Reges, calcet vt omnes.

4. HIC PETIT EXCIDIIS VRBEM.] Nam hîc A est mos ambitiosi, vt ex aliorum damnis diteſcat. Ad rem & ad Virgilium ſignatiſſima ſunt verba Hieronymi epiſt. 17. *vbi ſunt lata porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus miſerorum pœnis, & damnatorum labore veſtita?*

5. VT GEMMA BIBAT.] Intelligit vas ex auro, cui ſculptoria arte gemmæ inſeruntur. Apertiùs 1. Æn. vbi pateram vocat *graues gemmis, auroque.* Plin. lib. 33. in Procem. ea ſubiicit, ex quibus hic locus poſſit non ſolùm illuſtrari, ſed intelligi: *Turba gemarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac tenuiſſimæ cauſſa tenere Indiam iuuat, & aurum iam acceſſio eſt.* vbi clarè ait, gemmas auro inſeri in poculis. Non abit Martialis lib. 14. epig. 109. Géma quod vas.

B *Gemmatum Scythicis vt luceat ignibus aurum,*
Aſpice quot digitos exſtiti iſte calix.

Turnebus lib. 14. c. 3. ſignate explicat Virgilium de Chryſendeta. chryſendetis, illam iſtà gemmis erant contexta, dicente Plutarcho in Lucullo, ἐδωρεῖτο χρυσοένδετον ἀμαξυλίων τῶν παλυλεκῶν. Eò quoque trahit Plinium. Demum ſunt, qui in Virgilio accipiant vaſa abſque vllo auro, facta tantùm ex gemmis aut gemmis vnica, ita gradi & exquiſita, vt eſſe queat pro poculo. Pergo ad imitationē. Ad Virgilij Muſam occultè aſpiraruit Manil. lib. 5. nam vt Noſter *gemma bibant*, ita hic: —*tectique auro iam veſcimur auro.* Non occultè Gemma bibere. Propertius lib. 3. *Nec bibi è gemma diutè noſtra ſitis.* & S. Cyprianus epiſt. 21. *ſuſpirat ille in conuiuio, bibat licèt gemma.* Hier. in vita Pauli, *gemma bibitis.* & ep. 155. *gemma bibant, ferico niteant, plauſu populi delectentur.* Seneca in lib. Quare bonis viris mala accidant, c. 3. *Magis huic (Socrati) inuidendum eſt, quam illi, quib. gemma miniſtratur.* Hi omnes ex Marone locutionem hauſerant, Maro verè ipſe ex L. Vario, atteſtante Macrobio. nam Varius, *Incubet vt Tyrius, atque ex ſolido bibat auro.*

C 6. SARRHANO-OSTRO.] Hinc Auſonius: Sarrhanum oſtrum. —*Sarrhano videor diſcumbere in oſtro.* Vide Scriuium. & adiunge à me Sidonium, qui Paneg. Antem. dixit: *Sarrhana chlamys.* & Columellam, qui *Sarrhanas vitulas*, pro purpureas. Silium lib. 15. qui *Sarrhana murice.* & Probum ita explicantem hunc verſum 1. *Tyrum Sarrham appellatam Homerus docet, quem etiam* D *Ennius ſequitur; cum dicit, Pœnos Sarrha oriundos.* Agellius quoque libro 14. cap. 6. ait, Tyrum prius dictam fuiſſe Sarrham. Itaque, oſtrum Sarrhanum eſt, purpura Tyria. Iſidorus cap. 6. lib. 12. ait, Tyrum dici Sarrham à piſciculo, cui nomen Sar, parte illa maris frequentiſſimo. Ad imitationem, & cognitionem iſta ſatis. Sed intererit audire quidpiam neceſſarium. Doceo lib. 4. Georg. ſignificatione purpuræ non includi coccineum & rubrum colorem, tantùm violaceum: à qua tamen lege excipio purpuram Tyriam, aut Phœniciam, aut Sarrhanam; Purpura Tyri fuit coccinea, & dibapha. hæc enim omnia idem. Itaque, cùm audis Tyriam purpuram, de coccinea accipe, ac ſummè ſplendenti. Indicia rei huius mihi indicauit Laurentius Ramirius, adoleſcens optimus, & mihi familiariſſimus. E Martialis lib. 5. epigramm. 8. *Phaſis purpureis ruber lacernis.* vbi rubor me ad coccum ducit. & ideo fortaſſe Iuuenalis Satyr. 9. de lacernis dixit, *duri deriſique doloris.* vbi denſitas innuit dibaphan. Cùm ait Plinius, lib. 5. cap. 19. de Tyro, *omnis eius nobilitas conchylio, atque purpura conſtat*, de cocco accipio: indicat enim purpuram Tyri eſſe nobiliſſimam. Quæ autem nobiliſſima purpura, niſi coccinea, & ſummè ſplendida? Martialis libro 14. lemmate *Lana Tyria*, ita ait,

Nos Lacedæmonia paſtor donauit amice,
Deterior Lædæ purpura matris erat.

vbi

UVA. BHSC. BU 00239

vbi sententia est, purpuram Laconicam deteriorem esse Tyria purpura. ac perinde videtur hæc præstare illi fulgore. Hoc idem videtur indicare Cicero, cùm pro Flacco dixit, Decianum lautum esse Tyria purpurâ. Nam hæc lautities videtur quæsita à colore splendido. Cum præsertim dicat in oratione pro Sextio, *nostra hæc purpura plebeia, ac pene fusca*, veluti quæsita oppositione cum exotica. Ad rem vnicè faciunt verba Senecæ lib. 1. Natural. quæstio. cap. 5: *Sunt etiam qui iam colores, qui exinteruallo vim suam ostendunt. Purpuram Tyriam, quo melior saturiorque est, eo oportet, vt altius tencas, vt fulgorem suum ostendat. Non tamen ideo non habet illa colorem, quia quem optimum habet, non quomodocunque explicetur, ostendit.* Vides purpuram Tyriam dici meliorem, saturiorem, dari illi fulgorem, dici eius colorem optimum. Hæc omnia certe dibapham indicant. Sententiæ Senecæ affinia admodum verba Macrobij lib. 2. Satyr. cap. 5. *Cùm de Tyria purpura, quam emi iusserat* (Augustus,) *obscuritate quereretur, dicente vendidore ergo alijus & sufficere, his vsus est salibus: quid ergo? vt me populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum?* Ex Seneca, & Macrobio clarè liquet, Tyriam purpuram eius esse fabricæ in colore, vt leuanda in alium esset, quo fulgorem suum ostentaret. Ista omnia non latuere Iustinianum, qui § si quid agens 38. in fine, de actionibus, tolli adhuc sario electionem affirmat, & plus petì, quando quis purpuram generaliter stipulatus, deinde specialiter petat Tyriam, quia videlicet hæc colore præstans. Cùm ergo omnis purpura sit violacea, fit perinde, vt Tyria, quæ illi præstat, sit fulgentior. Scio ista omnia coniecturis tantùm inniti, sed ita veris, vt fidem possint facere.

7. CONDITORES ALIVS.] Est hoc, quod reprehendit Horat. Sat. 1. lib. 1.

Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?

Alludit quippe Horatius ad etymon θησαυρὸς.

Aurũ defodere. 8. DEFOSSO.] Est hoc, quod Nazianzenus de amore paupertatis, dixit, χρυσὸν, ἢ ἄργυρον κατορύξαντες: *aurum argentumque defodientes.* & Basilius ὁμ. in Anaros, ἀργύριον κατορύξας. Idem ait, solere aurum abscondere in tenebris pretiosas gemmas. τὰς διαφανεῖς τῶν λίθων σκότῳ κρύπτοντων. Sed pulcerrimè mehercle dixit Dio Chrysostomus orat. 7. τὸς ἢ κατορύττει ἀργύριον, ὃ γῆ δὲ φύεται τε οὐ ταῦτα. *Quis argentum defodit? neque enim nascitur.* Dicit hoc reprehendens mortalium cupiditatem, qui argentum & aurum defodiunt vt frumenta. Verbo *defodio* Latini opponunt verbum *effodio*. Sed in Græcis animaduerti compositio κατορύσσω opponi simplex ὀρύσσω. Nam Artemidorus lib. 2. c. 64. pro effodere thesaurum dixit, θησαυρὸν ὀρύσσειν.

Auro incubare. 9. INCVBAT AVRO.] Græci, ἀργυρῷ ἐπάκειται. Aristoteles tamen 2. Pol. ex nota Germ. extulit verbo περιπεφθαι, iis verbis, ὡς περὶ ἴδιον ἕκαστα περιπεφθοντες: *quasi quisque assideat suo.* Horatius Sat. 1. lib. 1. flexuosto, *congestis saccis indormis.* Noster sibi similis in li. 6. — *diuitiis soli incubuere repertis.* à quo phrasin sumsere Paulinus epist. 31. & Hieronymus epist. 8. & 13. præterea alij.

10. HVNC PLAVSVS, &c.] Retuli sententiam ad Comicos, possis ad quosuis, ex Romanorum more, qui in Senatu, Curia, Theatris solebant excipere plausu, & felici acclamatione, qui ingrederentur. Tria fuerunt huius notæ indicia, videlicet Plausus, Acclamatio, Assurrectio. Auctores tantùm, neque verò omnes indicabo. De Plausu Horat. lib. 1 od. 20.

Plausus. Acclamatio. Suetonius Augusto. Cicero pro Sextio. De clamore iam formato in verba Martialis in Amphit. Vopiscus in Tacito, Plutarchus in Galba. De Assurrectione Suetonius in Aug. Tacitus, aut Quinctilianus in Oratoribus. Cicero quoque Pisoni obiicit, à nemine illi assurrectum venienti in Curiam. Pergo ad similitudinem locorum. Affinia ista Senecæ in Furente,

Assurrectio.

Illum populi fauor attonitum,
Fluctuque magis mobile vulgus,
Aura tumidum tollit inani. & Lucani lib. 1.
— *totus popularibus auris*
Impellis plausuque sui gaudere theatri.

Plato 9. Legum vocat theatra θρόνους μεγάλους. & theatralis gloriæ inspectores Artemid. lib. 2. cap. vlt. θεατροκοπίας.

11. CVNEOS.] Cunei fuerunt in theatro loca & ordines spectatorũ, ita dicti à forma cunei, qui primò angustior, mox latior: sicuti etiam ab eadem forma nomen accepit militaris cuneus. itaque, singe theatrum distinctum in loca, quæ loca formam habeant cuneorum. Inde theatrum ipsum dictum cunearum, & Apuleio excuneari, quibus locus nõ erat ad sedendum in theatro. Obseruo contra nonnullos æui huius peritos homines, hos cuneos non vnius fuisse ordinis, sed omnium. Itaque ordo Senatius, Equestris, Plebeius suos quisque habebat cuncos. De Senatoribus, & equitibus Suet. Domit. c. 4. *Quinquagenas tesserat in singulos cuneos equestris ac senatorij ordinis pronuntiauit.* De plebe aperte hic Poeta, & Suet. Aug. c. 44. *Militem secreuit a populo. Mariti è plebe proprios ordines assignauit: prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis.* Clarè ait, maritis è plebe assignatos proprios ordines, & loquitur cum respectu ad cuneos, vt apparet ex sequenti sermone de prætextatis & pædagogis.

Cunei in theatro.

12. GAVDENT PERFVSI SANGVINE FRATRVM.] Hæc Nota, tota versabitur in Imitatione aperienda, & locorum similitudine. Ergo Catullus ante Nostrum,

Perfu iere manus fraterno sanguine fratres.

Ante vtrunque Lucretius lib. 3.

Sanguine ciuili rem constare, diuitiasque
Conduplicant auidi eadem cæde accumulantes,
Crudeles gaudent in tristi funere fratres.

Post omnes Manilius lib. 4. *Mutuaque armati cõsumt in vulnera fratres.* Sed & τὸ gaudent in re sanguinis idẽ vsurpauit Nostrum æmulans, —*mulo gaudentem sanguine cinem.* Verumtamen cum excursu isto poetico mirè congruit locus Dionis Chrysostomi oratione 1. vbi latè persequitur mala, quæ sequuntur tyrannidem: intérque multa, tum hęc, πολλοὶ δοῦλες ἀλλήλοις, ἢ ὀπλομάχοι δοῦλοι οἱ παλαι πωποτε. παῖδες γονέσι πολλάκις, ἢ γονεῖς παισὶ, ἢ ἀδελφοὶ ἀδελφοῖς, τὰ μέγιστα κακὸν ὀπαδοῦντες, ἢ μαχαιροῦντες ἐξουσίας μὴ ἀνοίας: *Sæpe mutuo interficiunt, & miseri insidias struunt. Sæpe liberi parentibus, parentes liberis, fratres fratribus maximum malum desiderant, & beatam prædicant potestatem cum dementia coniunctam.* Nec non Basilij orationẽ de Gordio martyre, πατὴρ παιδὶ, ἢ παῖς πατρὶ, ἢ ἀδελφοὶ καὶ ὁλόκληροι ἐμαίνοντο, ἢ ὅλοι διεπάτουν ἑαυτῶν ἐπανίστανον: *Prodebat patrem filius, pater filium accusabat, frater insimebat in fratrem, totus insultabat domino.* Pat locus eiusdem orationẽ de legendis libris gentilũ, ἀδελφὸς γὰρ ἀδελφὸν ἐκείνοις διαπαλαίει πρὸς ἀδελφὸν, ἢ γονεὺς παῖδα, ἢ τύραννοι αὖθις πρὸς τὸς τυράννους. πολλοὶ δὴν ἀκμὴν κατεδίδυσκον: *dissidet apud illos frater a fratre, pater a filio, filij a parentibus. bellum est illis absque præcone.* Demum blandiuntur versus Claudiani lib. 1. in Ruffinum, vbi de Megæra vna Furiarum:

Non nisi quæsitum cognata cæde cruorem,
Illicitum que bibit, patrius quem fuderit ensis,

UVA. BHSC. BU 00239

Quem dederint fratres.
Videndus etiam excursus Platonis 2. Politic. vbi latè narrat pugnas & prælia, quæ sequuntur cupiditatem habendi.

13. ATQVE ALIO PATRIAM QVÆRVNT SVB SOLE IACENTEM.] Albinouanus apud Senecam pari sententia,

Anne alio mundi positas sub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quærimus orbem.

Horatius Od. 16. l. 2.

Quid terras alio calentes
Sole mutamus?

Alter Seneca in Oedip.

—*quisquis sub hoc*
In alia versus Sidera, ac Solem auium
Dependet orbis, alterum ex nobis ferat.

Et Manil. lib. 4.

Atque alias sub Sole nouas exquirere prædas.

Papinius item 4. Sylu.

—*epulas diuerso Sole petitas.*

Certè Albinouanus, Horatius, Seneca, Manilius, Papinius Virgilium habuerunt magistrum, & sententiam eius suo quisque flexu enuntiauit.

Boues feriabantur à labore.

14. MERITOSQVE IVVENCOS.] Alludit ad pastorum celebritates, in quibus patiebantur boues feriari à labore, quos etiam sertis coronabant. Hûc morem multa probant. Meminit Plinius lib. 18. c. 3. Iudorum, qui celebrabantur causſa boum, quos ludos vocabant *Bubetios*. Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Bubetij ludi.

Soluite vincla iugis, nunc ad præsepia adeunt
Plena coronato stare boues capite.

Ouid. lib. 1. Fastor.

State coronati plenum ad præsepe iuuenci.

Et postea,

Rusticus emeritum paulo suspendat aratrum.

Equi, muli asini feriebantur à labore.

Porrò hic mos propagatus est ad alia animalia ex vetusto more, videlicet ad equos, mulos, asinos. Asferam de singulis testimonia singula. De equis Claud. 2. Rap.

—*frenisque solutos*
Vertunt emeritos ad pascua nota iugales. De his, & mulis Dionys. lib. 1. Antiq. Rom. videlicet loquês de Arcadibus: *Neptuno Hippio templum assignarunt, & diem festum in eius honorem constituerunt, qu m Arcades Hippocraria, Romani Consualia vocant: quo die apud Romanos equi & muli de more sunt operum immunes, eorúmque capita floribus coronantur.* De asinis Ouid. 6. Fast.

Ecce coronatis panis dependet asellis,
Et velant scabras florida serta molas.

Agni emeriti.

Neque vero solum ad equos, mulos, asinos: sed etiã ad agnos, & oues. De agnis Pauli. ep. 12. *emeritos agnos.* De ouibus Ouid. 4. Fast.

Pastor oues saturas ad prima crepuscula lustret,
Vnda prius spargat, virgaque verrat humum.
Frondibus & sixis decorentur tuilia ramis,
Et tegat ornatas longa corona fores.

Huius tamen moris magna præcipuè est mentio in canibus. Attingit Papin. 3. Sylu.

—*ipsa coronat*
Emeritos Diana canes.

Canes meriti.

Gratiùs de venat.

—*& solito catuli velantur honore.*

Symmachus Epist. 18. lib. 4. *Quas tu nobis indagines leporum, quos na ales canum dies, quæ venatica festa mentiris?* Iterum, *Vide ergo est, quod ipsam literis à me posses historiam, quibus canum tuorum festos ac profestos dies prædicas? dissimulari studia vera non possunt.* Dicuntur autem (vt hoc in fine aperiam) canes esse meriti, qui multas prædas egerunt; boues meriti, qui annis A multis araruntque; equi meriti, qui victorias multis reportarunt. Indicant satis verba ista Symmachi ex epist. 80. lib. 5. *Familiares nostri ad equorum contionem cum pretijs commeabunt.—Inprimis igitur hanc de te gratiam peto, ne magis numerum, quàm merita perpendas.* Id est, volo equos mittas, non tàm plures, quàm assuetos victoriis in circo.

15. NEC REQVIES, QVIN.] Hanc vocum consequutionem, *nec, quin*, vt elegantem obseruat Gode. cal. lib. de ling. Lat. ita Cicero post redit. ad Quir. *benemeritos quin colas, nec exorari fas est.*

16. HORREA VINCAT.] In 1. Georg. idem, sed flexu alio, *Illius mensis rupturi horrea messes.* Itaque, quod ibi, *messes rumpunt horrea*; hic, *annus vincit horrea.*

B 17. SICYONIA BACCA.] Nam abundat olea in Sicyone ciuitate Laconiæ. Ita Seruius. Eandem celebrat Symmachus cum respectu ad Vatem epist. 23. lib. 3. *Postquam dolus nouæ vinæ commissimus, quæ calce & prælo subacta fluxerunt, trapetur teritus bacca Sicyonia, vt præcox olea in visum olim viridis mulceatur.* Sicyon vbi.

18. COQVITVR VINDEMIA.] Locutio creberrima ad signandam maturitatem. Plin. lib. 18. c. 12. *antequam pars coquantur autumno.* & lib. 18. c. 7. ad finẽ, *excocta maturitate.* Persius Satyr. 3. —*cannula messes*
Iam dudum coquit. & sexcenta alia. Procedit sermo hic à Sole excoquente, de quo Lucretius lib. 6. *terrã Sol excoquit*, Pari indole Græci, nam Artemidorus lib. 2. c. 25. Καρπὸν πέπειρον. Coctio ad signandam maturitatẽ.

C 19. INTEREA DVLCES PENDENT.] Nõ dubium quin Lucret. lib. 3. Poetæ animo, fortasse oculis obuersaretur, scripsit enim:

At tam non domus accipiet te lata, neque vxor
Optima, nec dulces occurrent oscula nati
Præripere, & tacita pectus dulcedine tangent.

Vt hîc *pendent*, ita Philo lib. de gigantibus, ἐξαρτᾶσθαι τῷ πυθμένι. *pendeas ex amante.* & lib. quòd Deus sit immutabilis, πλήθει τέκνων ἐξηρτημένου βαρυνομένη, καὶ πιεζομένη γαυμένη, *atque oppressa multitudine pendentium filiorum.*

D 20. CASTA PVDICITIAM.] Explicui hoc accipiendum de vxore casta, & pudica, quam meritò numerat inter veras voluptates. Dixit Simonides, γυναικὸς ἀγαθῆς οὐδὲν χρῆμα ἀνὴρ λαβέσθαι ἄμεινον, οὐδὲ φίλον κακῆς· *Vxore bona vir rem nullam possidet meliorem, neque malâ deteriorem.* Quod sumsit (ex nota Clemen. lib. 6. Strom.) ab Hesiod. qui ita, Castitas propria agricolarum.

οὐκ ἔστ' γυναικὸς ἀνὴρ λαβέσθαι ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς ἀ φίλτερον ἄλλο·
Namque hominum melior fuerit possessio nulla
Coniux quam bona: nil scelerata ait peius habetur.

Idem Hesiodus in Scuto Herculis inter felicitates Amphytrionis —δώμασί τ' εἶναι σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι· *domos habitauit cum pudica vxore.* De vita etiam rusticorum Xenophon in Oeconom. τὴν δὲ δικαίαν παρεφιλεῖσθαι γυναῖκα ἡδίονα, ἢ παῖδας ποθεινοτέρους, ἢ φίλους εὐχαριστοτέρους, *quàm amantior seruus, dulcior vxori, optatior liberis, gratior amicis?* Sed & Libanius laudans vitam agricolarum, παρασκευάζεσθαι τὸν νῦν τὴν γυναικὰ, καὶ τὰς δικαίας ὀδύνας μόνον μίξειν, τὰς ὑπὲρ παίδων γονῆς· *Vxori tantùm animum dant, & iustos solùm concubitus agnoscunt, suscipiendarum liberorum causſa.* Alibi comparans vitam agricolarum cum mercatura, ait, τὴν γεωργὸν μὲν ἐμπείρας ὁ ἐνδεὴς ἐπανήκουσι, γυνὴ ἐστι παρεμυθία, παῖδες ὀφθῆναι π, καὶ ὁρῶμενοι: *Agricolã reuersum noctu domum exhilarat uxor, liberique: quorum aſpectu ipse, & cuius illi recreantur.* Alibi item comparans rus cum vrbe. καὶ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν γυναῖκας ἴσασιν ὁμιλίαν. ἑτέρᾳ δ' αὐτὰς ἐφ' ἑαυτὴν οὐκ ἔκκλησίαν tantùm (agricolæ) vxores nouum fecere non illicium.

E

21. VBE

UVA. BHSC. BU 00239

Vbera demittere.

21. VBERA VACCÆ LACTEA DEMITTVNT.] Phrasis ista in Aristotele est lib. 3. Hist. Anim. c. 21. agens enim de his, quæ lactis copiam generant, ait, καθάπερ τὸ ὕδωρ βλέπα κάτω: cium vbera deorsum spectent. & lib. 8. cap. 10. loquens de ouibus, ὕθατα καθίασι. Oppianus lib. 1 Cynita:

βειθόμενοι ιμάζουσι, τῇ ὕθατα κυμαί νυσσι:
Grauatæ mammásque, & vbera turgenies.

22. INTER SE ADVERSIS.] Aratus in prognost. de hac voluptate,

ἄλλοι δ' ἐξ ἀγέλης κεῖοι, ἄλλοι δ' ἐκ ἀμνοὶ
εἰνόδιοι πάις ζωὸν ὑπερδέρκουσι κεχῆνες:
Alij etiam è grege arietes, alij item agnelli,
In nitere ludani innixi cornibus. Hanc rem ita Lucretius extulit lib. 2. Et saltati agni ludunt, blandéque coniscant. Quod Virg. aduersis cornibus, Horat. aduersis frontibus, Sat. 1. lib. 1.

23. FVSVSQVE PER HERBAM.] In 1. & 5. Æn. fusique per herbam. & Luer. lib. 2. prostrati in gramine molli. A quo Noster in Culice, Sæpe super tenero prosternit gramine corpus. De voluptate ista pastorũ ita Nazian. in Apol. ὃν καλὸν τῆς νύμφ παπαικινδύνεσιν pulcra herba corpus inclinare. Et Alcimus Auit. lib. 2. de mũdi origine: Mollibus in pratis, picturaque retumbitur herba. Phil. Iud. de celebritate quapiam loquens lib. 2. de vita Moysis, ita de hac iucunditate, μᾶ ὑ πὰς ὄχθας, ἢ πὰς ὄχεσιας, οἱ μὲν πεζῇ πορεύονται σπουδὴ ὑπ' ἐπιθυμίας, οἱ δ' ὑπὸ τῆς αἰσχυντῆς ὑφιέμενοι κατακλινόμενοι ἐν ὑποπόρφ μέσῃ αἰλίνῳ καὶ σίνῳ ἡσύχως, πολυτελεστέρῳ τῶν ἐν βασιλείοις κατασκευῆς τόπῳ ἀεὶ δοῦλον νομίζοντες: Post vota autem, & gratiarum actiones alij tentoriis ipsis in littore, alij discũbentes in ipsa arena sub dio epulantur cum domesticis atque amicis, ac tum littus præferunt regum palatijs.

24. CRATERA CORONANT.] Alibi dicam latè de hac re. Nunc has coronas capiat lector aut de veris floribus & sertis, quibus interdũ coronata pocula: aut de vino ipso occupante supernè totam vasis capacitatem, atque instar coronæ labra poculi contingente. Vtrumque enim accipi potest, primum ex more, alterum ex imitatione Homeri.

25. LENÆE.] Vide, quæ dicta initio huius libri, & obserua, vti Poeta sibi respondeat. Ibi Bacchum non quemcunque, sed Lenæum inuocauit: hic in eundem desinit. Obserua etiam locum Libanij huic respondentem: nam inter laudes agricolarum, τὸν ὑ καρπῶν ἀναφέρωσιν ὦ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις: offert primitias fructuum Dijs, qui illas largiti.

26. MAGISTRIS.] Ita vocantur non solùm hominum, sed etiam rectores & institutores ferarum. Virg. prætereo, qui tum hîc, tum alibi sæpe vsus hac voce. Horat. 1. Epist. Fingit equum tenera docilem cervice magister. Calp. 4. ecl. pecoris dixisse magistros. Apul. 2. Flor. de pastoce: sermonem nostrum cognitio annulari, ferrea clauicula capiti tunditur, imperium magistri vt pereant, tisent: hæc ferula discenti est. Liu. lib. 1. de Faustulo, magister regij pecoris. Magistri de pastoribus.

27. CERTAMINA PONIT.] Ait Germ. expressam phrasin Græcorum, qui dicant ἆθλα τιθέναι. Vnde & ἀθλοθέτης, & ἀθλοθεσία. Sic 5. Æn. — ponam Teucris certamina classis.

28. NVDAT.] Notat Hier. Mercur. lib. 1. Gym. c. 16. γυμνάζεσθαι veteribus fuisse antiquissimo vsu nudari, quoniam in locis omnibus, vbi exercebantur certamina, vt plurimum exercitatores nudabantur. Quæ vox deinde traducta est ad meram exercitationem. Inde lucem accipit Martial.

Gymnasium, thermæ, studium est hæc parua recedæ,
Exsumur, nudo parce videre viro.

Inde est, vt Iosepho de bel. Iudaico, balnea, ad quæ necessaria nudatio, dicantur gymnasia. Ita enim de Herode loquitur: *Namque apud Tripolim, & Damascũ, & Ptolemaidem publicas balneas, quæ gymnasia dicuntur, Bibliothecam exædificauit porticus condidit.* Plura ille. Inde cõiici potest, in Virg. fortasse quoque positum *nudat* pro exercet, etiamsi vulgaris acceptio apta quoque sit. Nudare pro exercere.

[a] Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit,
Scilicet & rerum facta est pulcerrima Roma,
Septémque vna sibi muro circumdedit arces.
[b] Ante etiam sceptrum Dictæi Regis, & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
[c] Sed nos immensum spatiis confecimus æquor:
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

ARGVMENTVM.

Confirmat, quæ dixit, humano, & diuino testimonio. Librum finit.

EXPLICATIO.

[a] NOn omittit Poeta id, quod necessarium in omni persuasione, nimirum exempla, quę rem firmant. Adhibet verò duplex genus exemplorum, humanum & diuinum. In humanis sunt Sabini, qui hanc vitam habuere: Remus, & Romulus, qui pastores fuerunt. Hetruria tota, quæ hoc studio creuit in magnam potentiam: demum Roma ipsa, quæ eadem arte facta est rerum omnium pulcerrima, & vna cum esset, septem montes vnico muro circumdederit: hic vnice videnda secunda Nota.

[b] Ab humanis exemplis pergit ad diuina. Nam Saturnus, qui dixit aureo seculo, egit vitã rusticorum: quod Saturni ætium præcessit ętatẽ Iouis, qui dictus est Rex Dictæus, i. Cretensis: præcessit etiam ætatem illam, qua mortales cœperunt vesci iuuenci alijsq; animantibus. Nam planè sub Saturno mortales vescebantur pomis tantùm agrestibus, & terræ fructibus. Felix etiam fuit seculũ Saturni perpetua pace, qua flotuit. Nullæ enim buccinæ, fuerũt necessariæ, quæ militẽ concitarẽt, nulli enses, qui hostẽ ferirẽt.

[c] Absoluit librum sumta metaphora à quadrigis equorum, quibus post longum confectum cursum soluũtur colla fumãtia, defatigataq; ptæ labore.

VVA. BHSC. BU 00239

NOTÆ.

1. HANC OLIM VITAM.] Similis laus ad imitationem Virgilij, quæsita Politiano in Rustico, nam post plurima encomia, ita:

Scilicet his Babylon dextris, Nabathæaque regna
Creuerunt: hic Mopsopio delectus ab arua
Miles Achæmenium Marathonis in æquore Persen
Contudit: his aduita viris se Romula tellus
Imposuit mundo, & rerum tractauit habenas.

Placent sæpissime Poetæ alij, & ideo placent, quia aspirant ad magnum Vatem. Eodem etiam spiritu, quo Noster, *Sic fortis Hetruria creuit*, scripsisse videtur Symmachus Epist. 65. lib. 5. *Iuuenilis industria est, excire saltibus feras, & liberalia studia syluestri voluptate distinguere. Sic olim Marsus impiger, & fortis Sabellus robur habuerunt.* Cùm verò excursus Poetæ sit, exstitisse Romanum imperium ex agricolis, institit & historiæ, quod clarum; & verbis Varronis cap. 1. lib. 2. Rusticor. istis: *Romanum verò populum à pastoribus esse ortum quis non dicit?* Lege pluta in eodem. Hanc tamè Romanorum originem in contumeliam illorū vertit Mithridates apud Iustinum lib. 38. Placitum hic exaudias quædam rusticorum elogia, quæ pertineat ad fortitudinem: id enim postulat mens Poetæ, qui à rusticis ortum Romanum imperium prædicat. Xenophon in suo Oeconomico, *οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ ἀναστρεφόμενοι καὶ σφοδροὶ, καὶ ἀνδρικῶς παιδ' ὀρθροι: versati in colendo agro validi sunt & fortes.* Aristoteles in suo li. 1. c. 2. loquens de agricultura, *ἐοικὲ δ' τέχνει καὶ ἀσκήσει συμβάλλεται μεγάλα: prodesse hæc ars plurimum ad fortitudinem.* Subiicit rationem. Quia non eneruat corpora, vti aliæ artes viles, sed facit homines sub dio cōsistere, laborem tolerare, ac demtim *πονεῖν ἐοικὲ τὰς πολεμικὰς, conari aduersum hostes.* Eadem ferme ait de agricolis & pastoribus lib. 7. Polit. cap. 10. Additque, ita fortes natura esse agricolas, vt hos esse seruos natura, cuius summopere debeant optare: ita enim fiet, vt rustici non sint elati animo, neque vrbes ab eis aliquid metuant. Consonant verba Vegetij lib. 1. c. 3. *Sequitur, vtrum de agris, an de vrbibus, vtilior tyro sit, requiramus. De qua parte nunquam credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub dio, & in labore enutritur, Solis patiens, vmbræ negligens, balneorum nescia, delitiarum ignara, simplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris: cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre, consuetudo de ture est.* Et postea insigni elogio: *Idem bellator, idem agricola.* Pari Plinius lib. 18. c. 3. *Fortissimi viri, & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur.* Audi Columellam in Præfat. *At me Hercule vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, formissimis præualuit corporibus, ac militiam belli, cùm res postulauit, facile sustinuit, durata pacis laboribus, sempérque rusticam plebem præposuit vrbanæ.* Extrema ista illustrantur his Plinianis lib. 18. cap. 3. *Rustica tribus laudatissimæ eorum, qui rura haberent: vrbanæ verò, in quas transferri ignominiæ esset, desidiæ, probro.* Politianus in suo Rustico multa in hanc sententiam, adducam versus aliquos:

Hinc agilis subit ora vigor, robustaque magno
Pectore vis habitat, fortisque animosa iuuentus
Membra tori, & crudo tendunt se robore nerui.
Hinc facies procera, hinc fronti Martius horror, &c.

Dignissima sunt reliqua, quæ legantur. Certè Pompeius apud Iulium 1. Ciuil. *Pastores armat.* Lycurgi institutum fuit, vt puberes non in forum, sed in agrū ducerentur, quod scribit Iustin. lib. 3. vt primos annos non in luxuria traducerent, sed in opere ac labore. Eadem scribit de Lucanis lib. 23. Libanius in Progymnasm. cōparans rus cum vrbe aliqua in hāc rem loquitur. Signatiora sunt: agricolas fieri fortes & validos ad bellum, institutos videlicet pugna, quā frequenter pro defensione ouium gerunt cum vrsis, pardis, leonibus, lupis, serpentibus. Quibus paria verba Nazianzeni in Apologet. dicentis, pastorum esse proprium *πρωτοπλασίαν τοῖς λύκοις.*

2. SABINI.] Tres populos numerat Sabinos, Romanos, Hetruscos. Primos & extremos aperte nominat: medios signat per Remum & Romulum. Hos populos nominant Scriptores Romani Tatienses, Ramnenses, Luceres: iidem enim Tatienses & Sabini; Ramnenses & Romani; Luceres & Tusci, aut Hetrusci. Hi tres populi primi omnium Romam habitarunt hac diuisione, quam repræsentabo verbis C. Sempronij in libro, qui eius nomine circumfertur de diuisione Italiæ, & origine vrbis Romæ: *Sabinis & Thuscis in fœdera coeuntibus, incoluere Sabini quidem Capitolium & Quirinalem, in quo Numa postea habitauit: Romulus & Ramnenses Exquilinum, Palatinum, & Cœlium: Thusci Luceres Viminalem, & subsidentem conuallem vsque ad ædem Saturni, & radices Capitelij: Remo fratri Auentinus ætate Romuli mansit.* Ad rem; cùm Poeta post Sabinos, Romanos, Thuscos nominet extremo loco Romam, videtur hæc esse eius sententia. Creuere isti populi vtam rusticam exercentes, à quibus facta est Roma, quæ omnium pulcerrima, quæ septē montes complexa est sub diuisione, quam attuli.

Tatienses. Ramnenses. Luceres.

Rustici fortissimi sunt.

3. SEPTEMQVE VNA, &c.] Inter versus Sibyllinos hic legitur lib. 2. *Et Romæ populum, qua septem cōtinet arces.* Sed abstineo ab elogiis petitis ab his septem mōtibus, nulla enim res vulgatior ad laudem Romæ.

4. DICTÆI REGIS.] Est Dicte mons in Creta, auctore Strabone lib. 10. *Δίκτη ὄρος ἐν κρήτῃ.* Eadem Plin. lib. 4. c. 12. eadem alij. Fuit in hoc monte templum Iouis, vnde ipse Deus nominatus Dictæus. Strabo, *ἐνταῦθα δ' τὸ Διὸς ἱερὸν.* Martial. epig. 1. lib. 4. *Conscia Dictæum quæ tulit Ida Iouem.* Ergo, cùm Iupiter natus fuerit in Creta, & Poeta velit exprimere primos eius natales, ideo ad Dicten confugit.

Dicte in Creta.

5. CÆSIS IVVENCIS.] Attingit hic Poeta cautionem illam veterum, qui abstinebant à cædendis bobus: imò reprehendit mortales, qui hoc ausi. Ad hanc rem pertinet locus Ciceronis 2. Nat. *Quid de bobus loquar? quibus cum terra subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere, vt Poëtæ loquuntur, vis nunquam vlla afferebatur.* Narrant Valerius & Plinius, prior c. 1. posterior c. 45. & vterque lib. 8. patremfamilias damnatum fuisse à populo Romano, quod bouē aratorem occidisset, socium laboris humani. Athenis etiam lege cautum erat, ne quis bouem immolaret, de quo dicebant, *γεωργὸς ἐστιν, ὃς τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν κοινωνὸς: agricola est, & socius humani laboris.* Eodem confero verba ista Varronis lib. 2. Rust. c. 5. *Bos in pecuaria maxima debet esse auctoritate, præsertim in Italia, quæ à bubus nomen habere sit existimata.* Et post paulò: *Hic socius homini in rustico opere, & Cereris minister: ab hoc antiqui ita manus abstineri voluerunt, vt capite sanxerit, si quis occidisset.* Cùm Arist. lib. 2. de Gener. Animal. c. 8. ex Græca, non Gazæ, diuisione, vocat animalia *συνεργάνα*, quòd sint veluti socia hominum, non dubium, quin de boue præcipuè accipiēdus sit. Pretiū huius feræ, in quo fuerit apud vetereres mortales, apparet liquidò ex admonitione Celsi apud Colum. lib. 9. c. 14. vbi contra sentientes, reparādas esse apes cæsis tribus iuuencis, ait, non istud debere fieri tanto interitu. Pythag. apud Ouid. 15. Met. ita hanc rem reprehendit,

Boues in magno pretio apud veteres.

Imme

UVA. BHSC. BU 00239

Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curui demto modo pondere aratri
Rusticolam mactare suum.

Inde grauis illa querela Papinij 3 Theb.

Nec pudor emerito clypeum vestisse iuuenco.

Inde etiam Ouid. 4. Fast.

A bone succincti cultros removete ministri,
Bos aret, ignauam sacrificate suem.
Apta iugo ceruix non est ferienda securi:
Viuat & in dura sæpe laboret humo.

Scribit Dio Chrysost. orat. 64. Demonassam Cypriorum Reginam tulisse legem, ἵνα μὴ ἀποκτίνειε ἐὼν ἀροτῆρα, *ne liceret occidere bouem aratorem.* Additque proprium filium interfectum à Regina, quòd legē violasset. Historia ipsa me monet, vt narrem integra ad lectoris admirationem. Scio hoc esse παράδοξον. Tres tulit leges Demonasse. Prima, vt adultera, rasa prostitueretur: filia eius fuit adultera, ac perinde experta est legis seueritatem. Secunda ne quis occideret bouem aratorem, occidit filius, & interfectus est. Tertia, vt qui se occidisset, insepultus proiiceretur: occidit se alter filius Reginæ, & mansit insepultus. An tu aliquid miserabilius, æruminosius, infelicius? Redeo è diuerticulo ad bouem, in cuius laudem exstat integra oratio Libanij, à quo nihil volui libare. Adi, si placet. Addam in fine aliquid de imitatione, quam præterire est nefas. Versum, in quo sum, & qui ab hoc quartus legitur de fabricatis ensibus, proculdubio sumsit Virgil. ab Arato, qui in Phænomen. χαλκείη γενεὴ, πρωτίστιον, ὁλόφρονες ἄνδρες,
οἳ πρῶτοι κακότεχνον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
εἰροδίνῃ, πρῶτοι δ' βοῶν ἐτάμοντ' ἀροτῆρων.

Demonassa Regina.

Quos versus ita conuertit Cic. lib. 2. de Nat. Deorū,

Ferrea tum verò proles exorta repente est,
Ausaque funestum prima est fabricarier ensem,
Et gustare manu victum domitumque iuuencum.

Idem Aratus de tempore illo, quod post Saturnum: nam hoc quoque attingit Poeta,

καὶ δὴ τὰ πολλοῖσι, καὶ δὴ καὶ ἀνάρσιον αἶμα
ἔσσατο ἀνθρώποισιν.

Tum bella, effusique cruor mortalibus vsque.

Aurea ætas. 6. AVREVS HANC VITAM INTERRIS SATVRNVS, &c.] Ætatem auream, quæ sub Saturno, & Iano floruit in Italia, latè persequuntur Scriptores Romani. videndi signate Dionys. lib. 1. Antiq. & Q. Fab. Pictor. lib. 1. qui duo multa attingunt simillima Virgilianis. Paria quoque in Græcis inuenies, de æuo suo: præsertim in Isocrat. in encomio Helenæ, vbi agit de monarchia Theseï, & populi Athenienſium disciplina. Ceterùm vox poetica *aureus Saturnus* sumta est ab Arat. qui paulo suprà, χρύσειοι πατέρες, *aurei patres*, loquens de aurea ætate.

Classicum. 7. CLASSICA.] Militare instrumentum, quo bellicum canebatur. Senec. in œdip. idem facit cum cornu, nam ait: *Somuit reflexa classicum cornu.* & Veget. c. 22. lib. 2. *Classicum item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt.* Inde obiter Senecam eundem expēdo, qui alibi: *Iam tacet murmur graue classicorum.* Cur grauē? quia strepitat quid raucum, qui sonus proprius cornu, dicente Virg. lib. 8. *rauco strepuerunt cornua cantu.* Vt verò hic *inflara classica*, ita suprà, *Tyrrhenus ebur inflauit.*

8. DVRIS CREPITARE INCVDIBVS ENSES.] Ego de pace Philip. II. & omnium primi, ita æmulabar Poetam,

Martius haud duris crepitans incudibus ensis,
Non galeæ ærate, longi sed vomeris vsu.

9. SED NOS IMMENSVM, &c.] Placet hic coniungere Poetas aliquos, qui locuti sententia simili, A quorum multi pari exitu, aut ferme pari opus suum absoluerunt. Princeps omnium, & quem creditur æmulatus vates, est Callimachus in hymno ad Palladem.

ἀλλὰ πολὺ πρέσβιον ὑφ' ἁρματ' ἀνωχέας ἵππων
λυσαμένοις παγαὶ ἕλκυσιν ὠκεανοῦ.

Sed prius illa iugis fumantia soluit equorum
Colla, lauans alti fluctibus Oceani.

Petrus Apollon. vti noster absoluit extremum librum Excid. Hieros. —*fumantia colla Soluere tempus equum.* Oui. opus suum de arte finit iubens cycnos discedere, qui sunt Veneris.

Lusus habet finem, cycnis discedere tempus
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.

In opere de Remedio à naugatione sumit metaphoram, ita:

B *Hoc opus exegi, sessæ date serta carinæ:*
Contigimus portum: quo mihi cursus erat.

Et primum artis ita finit. *Hic teneat nostras anchora iacta rates.* Ab eadem Papin. 4. Syl. loquens de finita Theb.

Nunc si forte meis quæ sint exordia Musis
Scire petis: iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit carbasa portu.

Et in fine Thebaidis memor sui, *Et mea iam longum meruit ratis æquore portum.* Sicut & Sido. triplici in loco, nam epist. 17. lib. 9.

Iam per alienum pelagus loquendi
Egit audacem mea cymba cursum,
Nec biperito tenuit sinuento
C *Flectere clauum.*
Soluit antemnas, ligat alta vela,
Palmulam ponit manus, atque transtris
Littori iunctis petit osculandam
Saltus arenam.

Et Panegyrico ad Anthemium,

At mea iam nimij propellunt carbasa flatus,
Siste Camœna modos tenues, portúmque petenti
Iam placido sedeat mihi carminis anchora fundo.

Demum totum librum,

Sed iam sufficit, ecce, linque portum,
Ne te pondere plus premam saburræ:
His in versibus anchoram leuato.

Prudentius à viatore rem duxit, nam librum primum contra Symmachum ita absoluit,

D *Sed iam tempus, iter longi cohibere libelli,*
Ne iactum sine fine ferat fastidia carmen.

Idem ipse faciam. ne in eadem impingam: nam quæ saxa fastidio diriora? Duxi verò hæc necessaria, vt proponerem adolescentibus campum imitationis.

Fumare è sudore. 10. FVMANTIA.] Feriat tuum animum præclarus dicendi modus. Ita 12. Æn. *fumantes sudore quadrupedes*, equos, & de equis Castoris, & Poll. Minutius, *spumantibus equis, atque fumantibus.* Pari venustate Mart. lib. 14. Epig. 221. *Spumeus in longa cuspide fumet aper.* 3. etiam Georg. taurus dicitur *fumans sub vomere.* Papin. flexu alio 7. Theb. *anhelabant sudore, scilicet, equi.*

Equum soluere adagium. 11. SOLVERE COLLA.] Homerus 18. Il. ἕλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους: *soluerunt ab curru equos veloces.* Senec. in Thyest. *subet emeritos soluere currus.* Ex dictis elucent prouerbiales formæ: nam *equum soluere, concitare, continere*, & similia possis efferre ad rem quamuis. Vt enim, qui finit librum, dicitur *equum continere à cursu*: ita, qui libidinem reprimit, iram, temeritatem, & pestes alias animi. Neque enim Hieronymus epist. ad Lætam sine specie prouerbij locutus est: *Ceterum, vt antè scripsi, in quadragesima comment ie vela pandenda sunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus.*

FINIS LIBRI SECVNDI GEORGICORVM.

VVA. BHSC. BU 00239

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM.

HVNC librum visum est secare in partes quinque: possit quispiam in plures, quoniam tractatio eius diuulsa est. Prima pars proponit vtilem materiam huius libri, reiicit inutiles fabulas Poetarum: hac occasione gloriatur se primum fore, qui à Græcis futilibus & mendacibus eripiat palmam condendi carminis, & superbè promittit victoriæ suæ trophæum ad Mincium Mantuæ erecturum, ædificato templo in cultum Augusti, quo in templo pictura erit tum de rebus Augusti bello præclarè gestis, tum de progenitoribus illius: demum in hac parte conuertit se ad Mecœnatem, quem facit docilem, attentum, beneuolum, promittitque diuinam Æneidem. Secunda pars continet longissimam tractationem equorum, & taurorum, alternatè semper & recurrente sermone iam ad equos, iam ad tauros. Initio docet, quæ vaccæ optimæ ad admissuram, & harum notas decem constituit, adhibetque tempus admissuræ: hinc transit ad equos admissarios, quorum generositatem ex ipsis pullis cognoscendam ait notis quinque quibus enumeratis probat omnia testimonio Deorum, atque Heroum: adiungit curam, qua humaniter tractandi equi in senectute, & ex occasione notarum quarumpiam boni equi, excurrit poeticè ad descriptionem equestris cursus: docet primum domitorem equorum ad vsum curruum primos domitores eorundem ad gyros militares. Deinde pergit ad tauros, qui ante admissuram saginandi vaccæ macerandæ: post admissuram illæ recreandæ multa cura, arcendusque ab asilus, quo illis maximè pecus omne infestatur: sed post partum iam tota cura traducenda ad vitulos. Recurrit postea ad equos, de quibus docet, vti in teneriore ætate erudiendi sint, in robustioti verò domandi. Mox ait, vtrumque animal arcendum ab nimio vsu Veneris, quo loci relictis equis, tauros assumit, qui pascendi seorsim à fœmmis, aut clausi ad præsepia. Huius rei occasione taurorum pugnas mirè describit, vt vacca potiantur. Atque hinc fusè dilabitur ad describendos amores omnium animantium, sistitque in equa, quæ amat furiosissimè, attingitque initium amoris in hac fera, narrat prodigium de conceptu ex ventis, loquitur de Hippomane. Tertia pars complectitur tractationem ouium, & caprarum, quæ tractatio difficilis, vt quæ tenuis, & ideo inuocationem renouat. Docet oues, & capras alendas domi per hyemem, comparat vtrumque gregem, attingit disciplinam pastionis in communi; deinde illam, quæ in Africa est, mox illam, quæ in locis frigidissimis. Pars quarta inuoluit peculiaria præcepta, primum de lanitio curando, alterum de lacte, tertium de canibus, quartum de fugandis serpentibus infestantibus pecora, vbi fit peculiaris mentio de Chelydro, quintum de curanda scabie, & morbo pecorum. Pars extrema excurrit latè in describenda peste, qua pecudes, & feræ aliæ vastatæ. Et quia hic liber præcipuè continet tractationem equorum, & taurorũ, consumit versus pluusculos in peste equorum, & pluusculos deinde in peste taurorum: post vtrumque animal, reducit stragem reliquarum ferarum, excitat miros affectus, & finit librum.

Te

UVA. BHSC. BU 00239



E quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso: vos syluæ, amnésque Lycæi.
[b] Cetera quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. [c] quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos?
Hippodaméque humeroque Pelops insignis eburno,
Acer equis, [d] tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victórque virum volitare per ora.

ARGVMENTVM.

Libri huius materiam proponit, & reiicit fabulas Poetarum.

EXPLICATIO.

[a] CVm allusione ad præcedentes libros, in quibus vocati Ceres, Bacchus, Dij alij: sic te quoque canam ô Pales, ô Apollo. Dicturus verò de animalibus rectè Palem inuocat Deam pabuli, sicuti pro frumentis Cererem, pro vitibus Bacchum. Est enim Pales Dea Nomia, sicuti Apollo Nomius. Sic dicuntur à pascuis, quibus præsident. Cum verò Palem clarè nominet, Apollinem periphrastice inuoluit, alludens ad fabulam, qua apud Amphrysum fluuium Thessaliæ pauit pecus Admeti Regis. Quasi dicat. Canam te Apollo, qui memorandus es ab amne Amphryso. Addit cantaturum se syluas & amnes Lycæos, id est, Arcadum, quæ pars orbis pecorosa admodum. Itaque hoc κατ' ἐξοχήν.

[b] Proposuit quæ dicturus, iam Poeticè dilabitur ad fabulas, quas non vult attingere, quia vulgares, & ideo tantum seruiunt suspendendis inaniter animis otiosis.

[c] Probat esse vulgares. Nam quis nescit Eurystheum fuisse durum in imponendis impetiis Herculi? Quis nescit aras Busiridis Regis Ægyptiorum hospites mactantis? propter quæ in tale odium mortalium incurrit, vt illaudatus vbique diceretur, id est, nulla dignus laude, omni dignus contumelia. Pergit. quis non cecinit Hylam Herculis puerum raptum à Nymphis in fonte? quis nó Delon, dictam Latoniam, quod ibi Phœbum & Dianam Latona pepererit? Quis nescit Hippodamen, quæ nupsit Pelopi? Quis non ipsum Pelopem, qui equis victoriam adeptus, meruit nuptias Hippodames, & cui erat humerus eburneus pro carneo.

[d] Absoluit, se quoque clarum futurum in argumento, quod assumit ad canendum, nó minus atque alij Poetæ in suprà dictis timò victorem se illotū fore.

NOTÆ.

Pales Dea pastorum.

1. PALES.] Hanc Deam Ouid 4. Fast. magno elogio *dominam* vocat pastorum. Virg. hic *magnã*, infra *Venerandam* in Culice, *Sanctam*. Alia elogia, præter hæc sparsa in Poetis. Fuit hæc præcipuo honore culta à pastoribus; ideo ab Ouid. 4. Fast. inuocatur: *Alma Pales faueas pastorum sacra canenti.* Ideo illi sacra fiebant lacte. Auctores Ouid & Tib. prior. *& cupido lactis prece vare Palem.* Posterior, *& placidam niueo sparge liquore Palem.* Ideo *fœcundam* appellat Calpurn. Ideo demum hic à Poeta inuocatur. Omitto multa, quæ pendent ab ea dignitate, & principatu in pastores. Quę hic de Palilibus, aut Parilibus inculcant

A Interpretes, otiosa sunt ad Poetam. Satis sit nosse, natales Romæ incidisse in eum diem, quo Palilia à Pastoribus celebrabantur.

Phœbus pastor Admeti.

2. MEMORANDE CANEMVS PASTOR AB AMPHRYSO.] Seruiuit Phœbus Regi Admeto, panisque eius oues ad amnem Amphrysum. Panyasis in Heraclea, quem citat Clem. in Proterp. numerans Deos, qui seruierunt, post alios. Ἦλθε δ' ἀργυρότοξος ἀπόλλων ἀνδρὶ παρ' ὑπνῳ ὠπιδεύσων εἰς ἐνιαυτόν. --*Passus est Phœbus Apollo, Mortali ipse suas operas mercede locare.* Apollo ipse apud Eurip. initio Alcest. ait coactum se seruire à Ioue viro mortali pro expiatione quapiam. Phereicydes citante Vrsino, παρ' αὐτὸν τὸν ἀδμήτου ἐργάτης ἀπόλλων ὠπιδεύων ἐνιαυτὸν ἃ δὲ κελεύοι θεὸς ἐτέλει: *Venit ad Admetum Apollo seruiturus annum, iubente Ioue.* Lucan. lib. 6. *Irrigat Amphrysu famulantis pascua Phœbi.* Mitto Tibull. lib. 2. Senecam in Hippolyto, Prudentium hymno 10. Peristephani, Nonnum lib. 10. Dionys. & alios. Dixi, & illustrauí, Apollinem seruiuisse. Sed cur ab ea seruitute tantum elogium, vt inde dicatur memorandus? Duplex ratio. Prima, quia inde egregiam nomenclaturam adeptus, & partem diuinitatis. Inde enim dictus est Nomius. Callimach. in Hym. ad hunc Deum:

B φοῖβον γὰρ νόμιον κικλήσομεν, ἐξ ὅτ' ἐπ' ἠνίν
ἐξ ὅτ' ἐπ' ἀμφρυσσῷ ζεύγνυτο βουσὶ τέτρηρε ἵππους
πῆξέν τε νύτ' ἔρωτι κεκαυμένος ἀδμήτου.
Dicimus & pastor alem cognomine Phœbum
Ex quo quadriugos Amphrysi ad flumina pastor
Pauit equos, magno Admeti succensus amore.

C Neque verò solum inde dictus est νόμιος: sed etiam ποίμνιος ἀγραῖος, δαμιάλης, ἀγυιεύς, νομαῖος. Altera peti potest ex Eurip. vbi ambitiosè ait ipse Phœbus, se etiam actum in exsilium, & addictum seruituti, tamen locum illum præsentia sua seruauisse, ἥ τὸν δ' ἔσωζον οἶκοι ἐς τόδ' ἡμέρας: *Seruant hanc domum in hunc vsque diem.* Non est vero animus fabulas late narrare, quas hic Poeta attingit. In hac tamen seruitute Apollinis diffidium fabulantium dabo: Eurip. in Alcestide ait, Apollinem à Ioue addictum seruituti, quod Cyclopas interfecisset, quorum ministerio ipse Iupiter Æsculapium interfecerat filium Apollinis, vel iuxta alios Phaetontem. Huic multi hærent. Alij sentiunt, ipsummet Phœbum se seruituti obtulisse captum Admeti amore. Hoc sequitur Callimachus, D Tibul. lib. 3. & Rhianus, quem citat Muret. ad Tibul.

3. CETERA QVÆ VACVAS.] Non dubium, quin Pind. hæserit od. 1. Olym tum quia, quæ hic de Pelope Poeta, eadem ibi Pind. de eodem: tum etiam, quia cum hac sententia de animis, quos fabulæ suspendunt tenentque hiantes, & sui oblitos, confinia ista Pind. in eodem loco.

-ἓν δὲ σῶμα τὸ πολλὰ δεδεγμένοι ἐξεύδει ποικίλοις κρίτις ἡ ἐν βροτοῖς φρένα· ἐζαπατῶντι μῦθοι ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον,

Profecto mirum est, quantum hæ fabulæ egregiis mendaciis

UVA. BHSC. BU 00239

eius ornata vltra latitat veritatis sermonem tantopere morta-lium mentes decipiant. Pressæ versioni hærere nolui, quo melius sensum caperes. Redeo. Idem Pind. od. 4. Olym. ὁ ψεύδων πάγξῳ λόγον. *Non mendacio tingam Orationem.* Virg. locum expressit Manil. lib. 3. assumtis aliis historiis, aut fabulis, quas non vult canere. Legendus ille ab eo loco: *Non ego in excidium cœli nascentia bella.* Omittitur à me locus integer, quia satis longus Papin. 2. Sylu. Lucanum laudans, ita repræsentat Virg.

Nocturnas alij Phrygum ruinas,
Et tardi reducis vias Vlyssi,
Et puppim temerariam Minervæ,
(Trita vatibus orbita) sequuntur.
Tu carus Latio, &c.

Similis etiam est locus in Opp. lib. 1. Cyn. vbi posteaquam proposuit quid dicturus, mox subiicit fabulas, quas nolit attingere. Agath. quoque in Prolog. iccirco, ait, animum adiecisse ad scribendam historiam, ne tandiu vita consumeretur in μυθολογίᾳ, καὶ πόνῳ δεύτερῳ: *Fabularum studio, & labore superuacaneo.* Non abeunt ista Nazian. orat. 9. φθέγξομαι τοιγαροῦν ἃ μαλακύνῃ, καὶ ἀνακεκλιμένον, καὶ τὰς ἡδέσεις τοῖς πολλοῖς ἀρμοῖ αι: *Nihil itaque molle, ac remissum, nihil numerosa concinnitate multitudini iucundum eloquar.* Nec illa eiusdem orat. 26. τὴν τῶν πολλῶν ἀκρασίαν, καὶ τὰς βεβήλους κενοφωνίας τῶν λόγων τοῖς ἀγκῶσιν ἀπιστέσας: *Prolixas nugas, ac profanas verborum nouitates ad otiosos homines amandare.* Argumenti huius multa suggerit Dio Chr. orat. 33.

4. OMNIA IAM VVLGATA.] Sumta hæc ex Chærilo, ait Mure. quæ quæritur omnia argumenta ad dicendum prærepta.

5. QVIS AVT EVRISTHEA DVRVM.] Vult Vrs. in his fabulis præcipuos quosdam auctores spectasse Virgil. In Eurysth. Homerum, qui latè hæc narrat in Busir. Mnesimachum, cuius Busir. citatur ab Athen. lib. 9. in Hyla Theocritum: in Delo Latonia Callimach. in Hippodame, & Pelope Pindarum od. 1. Olym. Obseruo Poetam tacite hoc excursu refellere opinionem illorum, qui dicunt, Poetas tantum voluptati inseruire, & non vtilitati mortalium, iuxta illud Eutip. apud Aristop. βελτίους τε ποιοῦμεν τοὺς ἀνθρώπους: *Meliores facimus homines.* Et Ciceronis ita scribentis: *Accedunt etiam Poetæ, qui cum magnam speciem doctrinæ sapientiæque præ se tulerint, audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inhærescunt penitus in mentibus.* Proclus etiam dixit, non esse Poetis propositam voluptatem auditorum. Coniunxit Victor. lib. 34. c. 1. transtuli ad Virgil. contemnentem hoc loco omnia fabulamenta, & inhærentem vni tractationi rei rusticæ, vt vtilissimæ.

Busiris cur illaudatus.

6. ILLAVDATI BVSIRIDIS.] Agel. lib. 2. c. 6. Poetam duplicitet explicat, vt illaudatus sit, vel omnium pessimus ac deterrimus, quasi qui nihil habeat, quo possit laudari, quæ priuatio enormis est, quia nemo tam nequam est, qui nō habeat aliquid, quod in laudem cadat: vel, non nominandus, quia veteribus laudare erat nominare. Hæc latissimè Agell. ex quo omnia Macr. lib. 6. c. 7. Extrema explicatio Budæo quoque placet. Turn. lib. Adu. c. 16. *illaudatum* explicat illaudabilem, vt apud Cic. *indissolutum* pro, indissolubilem. Sed mihi valde arridet, ita dictum Busiridem cum respectu ad Isocratem, qui peculiari sermone Busiridis laudes prosecutus est: quas laudes Poeta hic ridet, quasi nescierit Isocrates Busiridem laudare. Perinde n. est, ac si dicat: Quis nescit aras Busiridis adhuc post Isocratem illaudati. Qui orationem illam legerit, hoc sentiet. Nam cum multa præcedant de genere, nobilitate, prudentia Busiridis: cum progreditur ad diluendum crimen crudelitatis, tantum pro refutatione est tum negatio historiæ ex temporum suppulatione, qua ait, Herculem (quem prædicant tantæ crudelitatis vindicem) multis annis Busiridem præcessisse: tum admiratio confingentium ista, cum cadere illa nō possint in magnos viros, & Deo genitos, qualis fuit Busiris, qui filius Neptuni. Hæc vtraque diluendi ratio futilis est, atque inanis. Nam priori responderi potest, fuisse multos Hercules, quod apud omnes scriptores in confesso est. Posteriorem facile quis diluat, qui legerit Deorum illius æui stupra, adulteria, nefaria, & atrocia omnia. Quid ergo mirum; filios his parentibus genitos talia admisisse? Neque obstat, hęc Deorum flagitia inibi negari ab Isocrate. Itaq; Poeta (quod fæpe etiam facit Cic.) ridet futilem Græcorum eloquētiam, quorum conatus facile eludi queunt. Hoc profecto Poeta infra insinuat, cum ait, *victorque virum volitare per ora.* Loquitur n. cum respectu ad Græcos, qui peculiaria argumenta elegerunt, quibus ait, victoriam se erepturum.

Dico de Epigenis.

7. DICTVS] Rectè monet Scal. lib. 1. Poet. c. 41. significari hoc verbo Poetas Epicos, nam εἰπεῖν, & ἐπος iam ad hanc rem traductum. Ita Horat.

Duceris Vario fortis & hostium
Victor, Mœonij carminis alite:
Quam rem cunque ferox nauibus, aut equis.
Miles te duce gesserit.

Quibus versibus signato verbo, *duceris*, declaratur materia Epicorum, dux, miles, classis, equus, victoria. Ita Hom. ἀνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα.

Pelopis humeri eburneus.

8 HVMEROQVE PELOPS INSIGNIS EBVRNO.] Coctus est Pelops à patre Tantalo, datúsque Diis epulandus, mox vitæ restitutus, integer præter humerum, quem Ceres vorauerat, in cuius locum datus est alius ex ebore. Inde à Papin. 4. Th. dictus est Pelops *truncatus.* Hæc fabula ista inclaruit, vt ab eo humero Pelopem Poeta dicat *insignem.* Et Pind. od. 1. Oly. — ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκασμένον ἐβορι *insigne humerum ornatum* Et Apoll. lib. 1. πλοπίᾳ τῶπα. Et Nazian. orat. 1 contra Iulianum ἓξ ἀφωργίας ὠθισμοι πλοπίδια πορὲ τῶν ὤμων, καὶ τῷ ἐλέφαντι: *Ex qua (laniatione) Pelopide ab humeris ex ebore nobilitati sunt.* Et in Epistol. ad Themistium. σπαρτιάτας ἢ λόγχη γεωρίζει, ὤμους τὰς πλοπιδίας, λόγου τὸν μέγαν θεμίστιον: *Spartiatas lancea indicat, humerus Pelopidas, eloquentia magnum Themistium.* Iterum in carmine ad Nicobulum insigni elogio, πλοπὸς τε ἥρως, πλοπήϊον ὦμον. Quibus ait, genus Pelopis nobilitatum ab humero Pelopis. Et ibidem coniungit illa de hasta, & Spartiatis. Hoc elogium etiam apparet ex Dion. Chrysost. orat. 8 etiamsi reprehendat. Ait enim: οὐκ ἦν πλοπὸς ἐλεγον, ὅτε καὶ τὸν ὦμον ἐλεφαντινον ἔχοι, ὥσπερ ἡ ὀστέινος ὁν ἀνθρώπου χεῖρον χείρου, ἢ ἐλεφαντίνου ἔχοντος, ἢ ὀρθοκερῶς ἐλεφαντίνου, ἢ σμαραγδίνου: *Dicebant de Pelope, quod haberet eburneum humerum: quasi aliqua eius hominis sit vtilitas, qui aureum manum, aut eburneam habeat, aut oculos ex adamante, aut smaragdo.* Ab hac fortasse eburnei humeri claritate dictum est à Capitol. in vita Marci: *Sane ea die, qua adoptatus est, Verus in somnis se humeros eburneos habere vidit.* Quod auspicium ibi refert ad firmitatem, qua aptus ferendo imperio. Ne abeat inobseruatum, dari Pelopi ab Papin. 7. Th. etiam manum eburneam.

9. ACER EQVIS.] Est hoc alterum elogium Pelopis à victoria, qua vicit Myrtilum equestri cursu, & eo ipso duxit Hippodamiam in vxorem: nam hoc pactus fuerat Oenomaus pater Hippodamiæ.

10. TENTANDA VIA EST.] Admonui sæpius Græcum Oppianum Virg. in multis instituisse, hoc planum

VVA. BHSC. BU 00239

planum facient versus isti libr. 1. Cyn. & consentit Virsinus.

ἔγερσο γεωπόνε ἔπεσθε ἄροτρα,
τὴν μεθόπωρον ἄνω ἔρχεται ἐπάμησον ἀρόσιμον.
Surge & asperam ingrediamur viam
Quam nondum hominum quispiam triuit carminibus.

Plura huic loca similia dabo infra in hoc libro.

11. MĒ QVOQVE.] Pari ambitione Ouid. 1. Am. *Nos quoque per totum pariter cantabimur orbem.*

12. TOLLERE HVMO.] Simili sententia Hor. od. 2. lib. 3. *Cœtus vulgares, & vdam Spernit humum fugiente penna.* Et Pindar. 9. Olym. vbi ait, non sibi attingendos λόγες χαμαιπετεῖς: *sermones serpentes humi.* Et Propert. lib. 3. *Quo me fama leuat terra sublimis.* Ab Nostro Ouid. 7. Met. *Ac se tollere humo, rectoque assistere trunco.* Et aliter Plin. lib. 5. Epist. *Diebus ac noctibus cogito, si qua me possim tollere humo.* Par sententia, etiāsi alio conceptu, est in Val. 1. Arg. *Eripe me populis, & habenti nubila terræ.* Optat enim attolli supra humum gratia sui Principis.

13. VICTORQVE VIRVM VOLITARE PER ORA.] Martial. ad suum librum lib. 1. Epig. 4. *Ætherias, lasciue, cupis volitare per auras.* Flexu alio in 12. Æn. *viuusque per ora feretur.* Ante nostrum Enn. in Epitaph. *volito docta per ora virum.* Ante vtrūque Pind. od. 6. Nem. πάντας δ' ὑπὲρ ῥόδνα, καὶ διὰ Σκαλὰς πάθεν ὄνομ' αὐτῶν, *Volitat super terram, & per mare procul*

A *nomen eorum.* Talem hominem Græci dicunt ἀειδῆτον, quod omnium vocibus celebretur. Ita Nazianum illius hominis, quam hostes fidei imputabant Athanasio sectam, vocat ἀειδώτητον, orat. 23. Appian. 2 ciuil. dixit διὰ στόματος ἦν, *erat in ore omnium.* Et in Greco epigram. lib. 2. ἀνὰ στόμα. Sed signate verbum *volandi* ad claritatem nominis, aut simile quiddam sæpe vsurpat Pind. Nam od. 9. Olym. versus suos vocat πτερόεντα ὀϊστὸν, *alatam sagittam.* Od. 9. Pyth. πτερὰ δέξατο νίκαν: *alas accepit victoriæ.* od. 1. Isthm. —— πτερύγεσσιν ἀρθεῖσ' ἀγλαΐαις πιερίδων: *Sublatum alis splendentibus Musarum.* Et od. 5. πτερόεντα ὑμνων: *hymnum alatum.* Et Prud. hym. 13. Peristeph. *Nec minus inuoluat terris.* Greg. Nazian. in carmine primo de Principiis, ita. ἢ Ἰησοῦς πτερύσσεται ὠκὺς ἀερθεὶς πτέρυξιν ἀμφιδόμοις. *Paruisque alueum pennis volitare per axem Aggredimur.* Et alibi λόγοι πτερόεντες: *verba volantia.* Apul. ex hac nota Apol. 2. *Si verba ita, vt Poeta aiunt, pinnis apta vulgo volarent.* Et Hieron. Epist. prouerbialiter: *Pennatis, vt aiunt, pedibus.* His omnibus, quæ dixi, possis opponere πεζαλοπώτους, & χαμαίζωτους. Ita enim appellat Arist. libr. 9. Hist. c. 36. accipitres volantes per humum, neque se attollentes in sublime. In cap. 29. eiusdem lib. opponit, πτηνὰς, & ὑπερίπτας: *altivolantes, humivolantes.* Loquitur videlicet de auibus. His quæ in hunc locum coniunxi, similia sunt, quæ reperit Iun. adag. 16. cent. 2.

B

[a] Primus ego in patriam mecum (modo vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas:
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
[b] Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit.
[c] Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
[d] Cuncta mihi Alpheum linquens, lucosque Molorchi
Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu.
[e] Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ
Dona feram. [f] Iam nunc solemnes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosque videre iuuencos:
Vel scena vt versis discedat frontibus, vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
[g] In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto
Gargaridum faciam, victorisque arma Quirini:
Atque hic vndantem bello, magnumque fluentem
Nilum ac nauali surgentes ære columnas.
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem,
Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophœa,
Bisque triumphatas vtroque ab littore gentes:
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissæque ab Ioue gentis
Nomina, Troſque parens, & Troiæ Cynthius auctor:
Inuidia infelix Furias, amnemque seuerum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,
Immanemque rotam, & non exsuperabile saxum.

ARGV

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Gloriatur se primũ fore, qui Græcis eripiat palmã cõdendi carminis, ac superbe promittit victoriæ suæ trophæũ ad Mincii Mantuæ erecturum, ædificato templo in cultum Augusti, iuxta quem locum equestres ludi & theatrales fiãt: desinitque in picturã, quam facturus in eo templo, tum de rebus Augusti bello præclare gestis, tum de progenitoribus illius.

EXPLICATIO.

[2] PENDET sententia ex superioribus. Qua te ratione tolles humo Maro, qua volabis per omnium ora? Audite ait. Superbi sunt Græci Musis, & putant gloriã carminis ad Latinos nõ pettinere. Ego suscepta cũ illis pugna (modo comes sit vitæ) illorum Musas primus in patriam meam transferam, referãque Mantuã palmam carminis, quod olim celebre fuit in Helicone mõte Bocotiæ, nam hæc est Aonia.

[b] Dicit, erecturum se templum in memoriam victoriæ, quam adepturus est à Græcis. Habet vero oratio αὔξησιν ἐκ τῶν ἀναγκαίων. Nam templum illud erit è marmore, erit in loco amœno ad aquam Mincij Mantuani fluuij, vbi is amnis errat cum flexibus, vbi frequenti arundine coronatur. Additque maximum ornamentum templi: nam Cæsar futurus est ædis illius Tutelaris Deus, cuius rei nota est locus medius, in quo erit simulacrum Augusti.

[c] Sequuntur templum alia quædã magnifica. Nã victoriam Græcorũ Poeta, atq; ornatus purpura, vt qui sacra facturus, instituet in agro Mantuano ludos Circenses in honorem Cæsaris, in quibus quadrigas centum agitabit, vt solitum in Romano circo.

[d] His Circensib. aderunt vna varij generis Palæstritæ ex ipsa Græcia aduocati. Cunctí n. Græci huc aduolabunt certaturi cursibus, cæstibúſq; erudis (duris,) relinquéntq; in gratiã mei præ Mincio meo Alpheũ suũ, apud quẽ Olympicos ludos celebrabãt; præ meis agris lucos Molorchi, vbi fiebant ludi Nemei.

[e] Ne quid desit ad magnitudinem Poetici huius triumphi, Virgil. ipse feret dona coronatus olea tonsili, hoc est, resecta, aptataque ad venustatem.

[f] Hæc cum Poeta scriberet, sese oculis obtulit triumphi imago, atque exsultabundus erupit in cupiditatem ducendæ iam ad Circum pompæ, videndi victimas, videndæ scenæ theatralis, in quamcunque partem illa discederet versis frontibus: demum videndi Britannos, qui tollebant à theatro tapetia facta iam scena, in quibus ipsi serico opere depicti erant. Vidisti, vt obiter promittat facturum se in honorem Cæsaris ludos scenicos, & theatrales.

[g] Redit ad templum, quod initio dicaturũ se promiserat in honorẽ Augusti, & dicit, quæ in ipsis foribus fabricaturus est statuario opere. Nam in parte vna statuet pugnas Augusti, in altera progenitores: pugnas ex auro, atque ebore solido, id est, nõ sectili, sed integro; progenitores ex lapide Pario. Pugnæ erunt, victi Gangaridæ, victa Cleopatra, victus Antonius (Cleopatrã, & Antonium signat per Nilũ vndantem bello, per columnas factas ex ære victarum nauiũ) Asiæ vrbes domitæ, pulsi incolæ montis Niphatæ, pulsi Parthi, qui pugnant in fuga, rapta duo trophæa ad Dalmatis, & Cãtabris, bini triũphi, qui habiti de pacatis oriẽte, atque occidẽte: progenitores. Tros pater Assaraci, ipse Assaracus cũ prole cetera, Capij, Anchises, Æneas, & reliquis vsque ad Augustũ: ita vero omnes viuide expressi, vt videãtur viuere, atq; exspirare. Nec deerũt in hoc apparatu Deorũ nomina, nam ij ipsi progenitores à Ioue discendunt: quia videlicet Assaracus originẽ ducebat à Dardano filio Iouis, atq; Electræ. His adiicitur Phœbus, vt qui A Troiã cõdidit, vnde nata est tam magna soboles. Ad finẽ operis huius magnificẽtissimi statuetur quoque inuidia, sed ita vt nihil audeat detrahere de Cæsare: nã illi Furiæ imminebunt, totus cocytus, angues & rotæ Ixionis, saxũ Sisyphi; ne se audeat commouere.

NOTÆ.

1. PRIMVS EGO IN PATRIAM.] Ducta sententia proculdubio ex Enn. qui gloriatur, se principem inuenisse iter ad scopulos Heliconis, cum Poetæ, qui se præcesserunt, versus imperitos fuderint, instar oraculorum, quæ Faunij impolite edebant. Versus sunt,

Versibus quos olim Vates, Faunique canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat.

Ab Ennio Lucret. lib. 1.

Ennius vt noster cecinit, qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam
Per gentes Italas, &c.

Ennium, & Virgilium pro magistro habuit Propert. semel lib. 3. eleg. 1.

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos,
Italа per Graios orgia ferre choros.

Et Horat. sæpe, videlicet lib. 3. od. 1. & 30. & Epist. 19. lib. 1. Manilius etiam lib. 1. Dicunt isti, se principes omnium aggressos materiam illam, quam tractant.

2. DEDVCAM VERTICE MVSAS.] Sumtum ex Apol. qui libr. 1. loquens de Orph. ἐξ ὅτου περὶ γένεσιν ὑμνῳδὸς φόρμιγγι κατήρξατο θεσπιῳδεῖν: Ὕμνας hic primus illecta cithara deduxit ex Pieria vertice.

3. IDVMÆAS-PALMAS.] Quia istæ celebratissimæ, ideo κατ' ἐξοχὴν ponuntur pro quibuscũque palmis, imo pro victoria ipsa, vt in hoc loco. Earum mentio sparsa in auctoribus. Lucan. lib. 3. *arbusto palmarum diues Idume.* Mart. lib. 10. epig. 50. *Franget Idumæas tristis victoria palmas.* Sili. 7. Pun. *victoria nostra Cypron Idumæas referat de Pallade palmas.* Stat. 5. Syl. Palmæ Idumeorum.

An Solymium cinerem, palmetaque capta subibis,
Non sibi felices syluas ponentis Idumes.

Quin omnia loca, quæ prope Idumẽ, palmetis nobilitata sunt, vt Hiericus apud Strab. lib. 16. & Iosephum lib. 5. Bel. Iud. c. 4. Engadda apud Plin. lib. 5. c. 17. Demum tota Sytia, Phœnicia, Iudæa.

4. TEMPLVM DE MARMORE PONAM.] Ipse in 4. Æn. de Hiarba: *Templa, aras posuit.* Quid flexu alio 4. de Pont. *Statuam Germanice templum.* Ita Græci per ἀναθήματα. Blanditur vero Principi, cum ait, structurum se templum instar illius, quod ipsemet Princeps struxerat. Nam de Augusto. Ouid. 3. de Pont. el. 6.

Principe nec nostro Deus est moderatior vllus,
Iustitia vires temperat ille suas.
Nuper eam Cæsar facto de marmore templo:
Iam pridem posuit mentis in æde suæ.

5. PRÆTEXIT ARVNDINE.] Mire dictum ad signandum arundinetum circumfusum ripis. Cum eodem sapore Ouid. *Quid referam Baias, prætextaque littora velis.* Et Auson. *Assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubij ora prætexitur.* De ornatu vero fluuiorum ex arundinetis dico alibi.

6. IN MEDIO MIHI CÆSAR ERIT.] Attingit morẽ, quo Dij Tutelares erant in media parte templi: de quo dicã lib. 1 Æn. ad illud: *Tu foribus Diuæ media testudine templi.* Aliquis possit referre, vt sit Augustus in medio aliorũ Deorum. Fuit enim hoc amore apotheoseõ. Notissima est historia Suetonij de Caio, qui se inter duos fratres Deos constituit medium fecit. Dij Tutelares.

7. TYRIO CONSPECTVS IN OSTRO.] Attingit morem Romanum, quo Consules sacra facturi induebantur purpura. Plin. lib. 9. c. 36. *Diis aduocatur placandis.* Quem ad locum Dalecamp. *Consules enim*

UVA. BHSC. BU 00239

non nisi purpurati sacrificabant.

8. CENTVM.] Nam in Romano circo, singuli missus fiebant quatuor curribus quadrigarum pro diuersitate quatuor colorum. Missus vero erant viginti quinque, qui perinde continebant centũ currus. Varro apud Seru. *olim viginticuing, missus fiebant.* Sunt autem missus ἀφέσεις ipsæ, & emissiones equorum è carceribus. Neque contra hoc est, Suetonium in Domitiano c. 4. nominare missus centum. Ille enim procul dubio respexit ad numerum currium, non admissiones. Fieri enim nequiret, vt vno die centum missus peragerentur, si arcipiantur pro equorum emissione è carceribus. Sed sciendum in hac re variatum aliquando, neque semper datos viginti quinque missus, ac perinde neque currus centum. Poeta autem attigit, quod communius factum in circo. Quæ dixi, vera puto. Sed possit quispiam sentire cum Turn. centum currus accipi à Poeta pro multis ex consuetudine Poetarum. Nam Tibul. lib. 1.

Huc ades, & centum ludos, geniumq; choreis
Concelebra.

9. AD FLVMINA.] Attingit more priscum Circensium: qui olim, auctore Seruio, in littore fluminis agitabantur. Firmat hoc Germanus nummo, quem ait se vidisse, in cuius altera parte erat species equitis, concitantis equum ad ripam fluminis. cum hac subscriptione ad basin; DECVRSIO. Sed huic rei lux alia multiplex. Nam morem veterem indicat Euripus ipse, aut fretum, quod postea efformatum in Romano Circo, vt videre est in descriptione Pyrrhi Ligorii. Tertullian. de spectacul. *Frigebat dæmonum concilium sine sua Matre Magna, en itaque illuc præsidet Euripo.* Cassiod. lib. 3. Epist. 51. in descriptione Circi: *Euripus maris vtrei reddit imaginem, vnde illuc Delphini æquorei aquas interfluunt.* Et: *Circenses quasi Circuenses, propterea quod apud antiquitatem rudem, quæ nec dum spectacula in ornatum deduxerat fabricarum inter ences & flumina locis viretibus agerentur.* Ouid. el. 9. lib. 1. de Ponto.

Gramina tunc campi pulcros spectantia in hortos,
Stagnaque, & Euripi virgineusque liquor.

Omitto Vitr. Plin. alios qui eandem rem. Hinc lucem dat Ios. Scal. Manilio, qui lib. 4. vbi persequitur quibus præsit Aquarius, tum ait:

Littoribusque nouis per luxum ludere Ponto,
Et varios fabricare lacus, & flumina ficta.

Vbi noua littora, & ficta flumina, accipit pro freto Circensi. Hinc demum suspicor natum, vt fractio currium in circo diceretur *naufragium currorum.* Demost. in Erot. πολλῶν ὑφυλόντων οἱ ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσι ἡδίων θεὰ παρέχεται τὰ ναυαγίων τε: *Iactatum vulgo, præberi ex naufragiis iucundissimum spectaculũ.* Sophoc. in Electr. —σὰν δ' ὅπλισμάτω

ναυαγίων κρισσαίσι ἱππείων πόδαι.

Totus vero implebatur
Crissæus campus equestribus naufragiis.

Ergo credamus, Virg. loqui de suo Mincio cũ respectu ad flumen Circi. Porro illud Cassiod. de etymo Circensi. plane grãmaticũ est, & iudicio Scal. ineptũ.

10. ALPHEVM.] De hoc fluuio, de Molorchi nemore vbique obuia notitia. Tantum obseruo, Virgilium cum Olympicos nominarit, qui dignitate erãt primi, & Nemeos, qui extremi, eo ipso voluisse oẽs includere, etiam Pythios, & Isthmios qui medij.

11. CVRSIBVS.] Erat hoc vnum è Pentathlo.

12. CÆSTV.] Differo ad 5. Æn. Sunt Interpretes qui dicant cæstuum certamen non fuisse in vsu Græcis, si Græci stricte sumantur, atque adeo Poetam capiendum de certamine πυγμῆς, quod in frequentissimo vsu Græcorum. Vt autem hic *crudo cæstu*, ita Apoll. 2. Arg. de cæstibus, ἰμάντας ὠμοὺς.

13. OLIVÆ.] Allusum non dubito, ad morem certaminum. Præcessit de esse victorem, iam ergo oliua coronatus inducitur, ex more quo victores hac arbore coronabantur. Eurip. apud Plutar. in Alc. hũc ducem infert δὶς σεφθέντα ἐλαίᾳ, *bis coronatũ olea.* Pind. od. 4. Olym Psaumidem olympici certaminis victorem ἐλαίᾳ σεφανωθέντα πισαίᾳ: *Pisæa oliua coronatum.* & od. 7. Diagoram ornat sceptro ex hac arbore. Inde od. 8. vocat hæc *certamina frondifera*, ἀγῶνας φυλλοφόρους. Sed fortasse tam Virg. oliuã, quam Eurip. & Pind. ἐλαίαν dixerunt ἀντὶ τοῦ κότινου, necessitate carminis, quæ sæpe Poetas cogit. Nam huius certaminis oleaster insigne fuit, non olea: & si hæc, certe raro Archias vnico vers. præmia certaminũ 4. ita includit,

ἄθλα δ' τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς:

Dona horum, oleaster, poma, apium, pinus.

Aristoph. in Plut. præcedente mentione Olympici certaminis, ita ait,

—— τῶν ἀθλητῶν τὰς νικῶντας σεφανώσας κοτίνῳ σεφάνῳ.

Cingens victores athletas corona oleastri. Agathias in Prolog. Histo. κἀγὼ οἶμαι κότινον μὲ ἕνεκα, καὶ σελίνῳ οἱ ὁλυμπιονίκαι ἐν τοῖς κοινοῖς ἀναπύονται: *Non enim puto, oleastri, aut apij causſa Olympionicæ in arenam descendebant.* Nazian. loquens cum S. Cyprian. orat. 18. ἴστω σοι καὶ τῶν λόγων τρέφει, καὶ ἵνα ἀθλητὴς, μὴ κότινος ὁλυμπιακὸς: *Habes meorũ sermonũ munus, ac tui certaminis, non oleastrum olympicũ.* Male hic Interpres Latinus vertit, *oliuam olympicam.* Phil. in lib. ὅτι πᾶς ἀπαθὴς ἔλεγχος ὑπὲρ κοίνου, καὶ σελίνου ἐυκλεὴς ἀγωνισάμενος ἢ ἡλεγξὶν: *glorioſum eſt certatoribus occumbere pro oleaſtro, & apio.* Opp. 4. Cyn. πολλοῖσιν ἔρεξ μένος κοίνοισι: *multis coronatus oleaſtris.* Dio Chryſ. orat. 27. nominans 4. illa præmia, vnum eorum ponit κότινον. Stat. 6. Theb.

Hunc pius Alcides Pelopis certauit honorem,
Pulueremque fera crinem detorſit oliua. Circumfertur & Græcus verſic. ξηνὸς ὁλυμπιὰς νικώντες φέρον ἀγγέλμασιν. *Ferebant agreſtem oleam victores Olympiorum, quæ Iouis ſunt ſacra.* Plin. in promtu est c. 44. lib. 16. Et c. 4. lib. 15. Demum Paſan. lib. 15. tribus in locis longe distantibus repetit præmium Olympicorum esse oleastrum. Quædam etiam ad hanc rem obseruat ex Themist. Iunius lib. 4. c. 21. Adduxi tot testimonia, vt videas frequentissimum præmium fuisse oleastrum, rarum admodum oleam. Vide tamen, quæ pro olea affert Rhodig. lib. 12. c. 19. Cui adiungo Artemidor. lib. 4. c. 54. qui de olympiis loquens vtrumque nominat ἔλαιαν, & κότινον. Et verba ista Dictiis lib. 2. Belli Troiani: *Quæ vbi Græci animaduertere, fauore ingenti ac laudibus eos proſecuti, medioſque ſtatuentes ramos oleæ coronauere.* Sed Dictym possis referre ad ea, quæ de more Athenarum Plin. dixit lib. 15. c. 4. non B. loquitur de Olympico certamine. Vt autem Poeta hic, *ſonſa oliua*, ita 5. Æn. *ſonſa corona.*

14. IAM NVNC.] Sic omnes fere. Vnus Plan. nescio an alius, transposuit, nã Captiu. *Secede, hac nunc iam.*

15. POMPAS.] Perite, nam signat ludos Circi, & pompa proprie de circo. Tertul. de spectac. *Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus: quibus proprie hoc nomen pompa præcedit.* Varr. libr. 4. ratione m reddit, cur dicatur Circus, quia ibi circum metas pompa feratur. Ouid. 4. Fast. *circus erit pompa celebris.* De circo capiẽdus Cic. 1. Off. *cauendum ne tardioribus vtamur ingreſſu mollioribus vt pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur.* Pamelius Tertul. explicat ad rem meam. Lege illum, & Dionys. qui de pompa circi latius ceteris Romanis Scriptoribus. Scio (dices) pompam dici de circo. Sed quid pompæ nomine signatur in circo? Explicat tibi Ouid. 1. Amo. Loquens enim de Circo, ita ait:

Missus in circo.

Flumen in circo.

Olea corona certatorum

Oleaster coronabat certatores.

Pompa de circo proprie.

VVA. BHSC. BU 00239

Sed iam pompa venit: linguis, animisq; fauete:
Tempus adest plausus, aurea pompa venit.

Prima loco fertur sparsis Victoria pennis, &c. Multi sunt versus, ideo omitto. Ergo pompa erat, Dij ipsi, qui vehebantur ad circum. Ouid. ibi post Victoriam nominat Neptunum, Martem, Phœbum, Phœben, Mineruam, Cererem, Bacchum, Pollucem, Castorē, Venerem. Ab circo traducta vox ad alia, nimirum ad ludos alios, funera, sacrificia. Quin Græci extremum hoc vsurpant nullo respectu ad circum Romanum. Plato enim 2. Alcib. πομπὰς vocat animalia, quæ ducuntur ad sacrificia. Ceterum cum ait Poeta, *ducere pompas*, dissoluit vti Græci, qui πομπὰς ἄγειν, licet alij coniungant πομπαγωγῶν. Quas hic vocat *solemnes pompas*, Xenop. in Hipparch. nominat πομπὰς ἀξιοθεάτους.

16. AD DELVBRA.] Videtur omnino Poeta respexisse ad morem veterum Græcorum, quem nobis à verbis illis repræsentat Xenoph. in Hipparch. τὰς μὲν δὴ πομπὰς. Sed Latina tantum dabo: *Ac pompas quidem & Diis spectatoribus fore gratissimas arbitror, si ab iis initio ducto, quorum templa & simulacra sunt in foro, à Mercurij statuis in orbem circum forum perequitabunt & templa, Deos venerantes.*

Scena in Virgilio quid sit.

17. VEL SCENA VT VERSIS DISCEDAT FRONTIBVS.] Existimat Turn. lib. 5. c. 4. Virgilium capiendum de scena, quæ habet periactos, cum videlicet machinæ sunt versatiles, auctoribus Vitruu. & Polluce. Quæ hic Seruius scribit, in prōtu sunt. Ego, alios non improbans, existimo, Virgil. locum capi posse de Romano Pegmate. Quæ dicam, ad tria reduci volo, primo ad nomen, nam hic Maro *scenam* vocat: deinde cur dicatur *discedere*: tertio, cur *versis frontibus*. Parcat lector, si ista longiuscule. Nam quid est Interpretis, si hoc non est? Inter reliquas illius populi vanitates, fabrica quædam fuit ingeniosa admodum, facta ex varia contabulatione, & sæpe in theatro exhibita. Duplex habuit nomen scenæ, & pegmatis. Dicta est scena, quòd constructa in modum tabernaculi, nam latiore significatione temporaria quæcunque domicilia ex frondibus, culmis, pellibus, tabulisve dicuntur scenæ. Dicta est pegma, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, *figo, compingo*. Virg. scenæ nomen vsurpauit, pegmatis multi, Claud. vtrumque:

Mobile ponderibus descendat pegma reductis,
Ing, chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet.

Et Seruius hic, cuius verba adducam, vt videas me non male intellexisse locum Virgil. de pegmate. Ait itaque: *Scena de lignis ad tempus fiebat, vnde hodieque consuetudo permansit, vt componantur pegmata ab ludorum theatralium editoribus.* In vna quoque celebritate Hebræorum vtrumque nomen inuenies, nam à tabernaculis compingendis vocabant σκηνοπηγία, *scenopegia*. Transeo ad alterum. In hac machina voluptas multiplex, in primis discessio. Ita enim fabricata erat, vt coniuncta subito discederent; dissita subito coniungerentur. Hæc res magnæ erat non solum voluptati, sed admirationi: perinde ac si nunc domum cerneres à se diuelli, & discedere in partes. Quæ dixi, probat Sen. Ep. 91. vbi de hac machina: *Debiscentibus, quæ cohærebant: aut quæ diśiabant sua sponte cohærentibus.* Hanc auulsionem Maro explicat verbo *discedat*. Nam Latini diuisiones, casmata, hiatus, ita vocant Cic. 3. Off. *Cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum (Gyges) descendit.* Et 2. Diu. *cœli discessus* dixit, cum hoc videtur hiare, & dirumpi tonitu. Strabo loquens de hac machina lib. 6. *solutionem* vocat, πήγματ' διακλυθέντ': *soluto pegmate.* Et Xiphil. in Nerone, ναῦν ἰδόντες ἐν τῷ θεάτρῳ διαλυθεῖσαν: *videntes naue in theatro per se dissolui.* Ergo ait Virgilius cupere se videre, vti hæc machina auellatur, soluatur, discedat. Restat tertium de versis frontibus: conuertebatur enim hæc machina quācunque in partem. Inde Turn. bene accipit de machina quæ habet περιακτούς. Et Seruius hic: *Versilis scena erat, cum subito tota machinis quibusdam verteretur, & aliam picturæ faciem ostenderet.* De hac re luculenter Vitr. lib. 5. ait enim mutationes quasdam in ea fuisse ad repentinos Deorum aduentus, siue cum in fabula aliud esset de nouo exhibendum. Lege illum. Maro indicat, hanc frontium conuersionem fieri simul cum auulsione. Neque solum in hanc, aut illam partem conuertebatur, sed surgebat etiam sursum, deprimebatur deorsum. Seneca dicto loco: *His licet annumeres machinatores, qui pegmata ex se surgentia corrigunt, & tabulata tacite in sublime crescentia.* Et Mart. *& crescunt media pegmata celsa via.* Inde hæc machina dicta αὐτόματα. Ergo, cum in Virgilio legam *scenam, & discedat, & versis frontibus.* Cur non putem illum capiendum de pegmate Romano, cum ista omnia conueniant pegmati? Hæc satis ad cognitionem Virgilij, multa omitto de hac machina, qui non ad rem meam. Certe Iul. Scal. lib. 1. Poet. c. 21. ita de hac re loquitur, vt plures machinas putet: sed Maronis locum de vna tantum intelligendum non dubito. Non omittam ita à Val. cap. 10. lib. 1. dici *frontem lecti*, vt à Virgilio frontes scenæ. In ædificiis certe omnibus, structionibus, machinis, sæpe reperies dici frontes. Sed & ea ratione, qua hic *versis*, ita dictum à Suet. in Nerone; *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis, versatilibus.* Illa Martialis pegmata sunt qui aliter capiant, quam à me explicata sunt.

Discessio quid.

Scenopegia.

Catagraphi.

18. IVTEXTI.] Catul. Epig. ad Thallum maluit Græcam vocem, nam *catagraphos thynnos* dixit, id est, thynnos intextos, & acu pictos. De more quo humanæ figuræ pingebantur in tapetiis, aulæis, vestibus, loquar lib. 5. Æn.

Britanni intexti aulæis.

19. TOLLANT AVLÆA BRITANNI.] Secutus sum explicationem Seruij, qui historiam sequitur Augusti, qui deuicta Britannia captiuos destinauit officiis theatralibus, & tollendis aulæis, in quibus ipsimet depicti erant opere artificum, volente sic Augusto victorias suas illustrare. Itaque ipsimet captiui aulæa tollebant, qui intexti aulæis. Sed non negligendum Turnebi cogitatum aliter explicantis ex Ouid. 3. Metam. Nam cum aulæum (inquit) leuatur, videtur leuare illud persona, quæ ei intexta. Versus Ouidij sunt,

Sic vbi tolluntur festis aulæa theatris
Surge signa solent, primumque ostendere vultus.
Cetera paulatim, placidoq; educta tenore
Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.

Aulæum tollere quid.

Sed quid est *aulæum tollere*, & ad quam rem alludit Vates? Peracta fabula in theatro tollebantur aulæa, quæ seruierant ornatui scenæ. Hoc sensu Horatius Ep. 1. lib. 2.

Quatuor, aut plures aulæa premuntur in horas.
Et in Epist. ad Pisones,
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat.

Vbi *aulæa manentis* est, desidentis vsque ad extremū actum Cic. pro Cælio: *Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ: in quo, cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.* Ammianus ad hūc morem lib. 16. *Vinculis sum exuitæ personæ, quæ stringebantur vt conscię, & Dorus euanuit, & Verissimus illico tacuit, velut aulæo depositio scenæ.* Mihi tamen non dubium, quin aulæa seruirent non solum ornatui scenæ, sed etiam ministerio, allucente eodem

UVA. BHSC. BU 00239

eodem Ammiano lib. 26. *Stetit — à calce ad pubem in pedagogiani pueri speciem purpureis opertus tegminibus pedum, hastatúsque purpureum ibidem pannulum læua manu gestabat, vt in theatrali scena simulacrum quoddam insigne per aulæam, vel mimicam cauillationem subito putares emersum.* Ceterùm, quod Poeta, *tollant aulæa*, Plutarchus in Themist. dixit, αὐλαίας ἀνελκεῖν. Est hæc notula Germani.

Aulæa in ministerio scenarum.

20. IN FORIBVS.] Similis exornatio in 6. *In foribus lethum Androgeo.*

21. SOLIDO.] Val. Max. lib. 8. c. 16. *Statuam solido ex auro posuit.*

Gangarides.

22. GANGARIDVM.] Nondum hi subacti fuerant, & ideo hoc dicit, quasi optet hanc lauream Augusto, & augeretur ab hoc vincendos. Narrat Diod. lib. 3. c. 10. Alexandrum Macedonem, cum reliquas ad Orientem gentes vicisset, Gangaridas non attigisse: nam is, cum ad Gangem peruenisset, ceteris Indis subditis, vt nouit hos quatuor millibus Elephantis ad bellum paratos esse, nequaquam eos armis lacessiuit. Idem scriptor superius dixerat, nullum vnquam aduenam Regem his imperauisse, propinquis gentibus vim ac numerum belluarum veritis. Plin. etiam lib 6. c. 19. scribit, Regi Gangaridum excubare semper in procinctu elephantos DCC. Paria Solin. c. 65. Curtius lib. 8. auget numerum, dat enim horum Regi Agrammi trium millium elephantorum numerum. Hinc duo elicio periucunda illustrando Virgilio. Præfert suum Augustum Alexandro, aliisque Regibus, qui hos populos nũquam vicerant. Deinde, non otiose dictum, hanc fabricam fore ex elephanto, quod videlicet vincendæ belluæ daturæ essent copiam eboris. Sic mihi visum de hoc loco. Sed non omittam coniecturam Germani credentiis alludi ad opus Phidiæ, qui Mineruæ statuam fabricauit amplitudine cubitorum 26. quæ ex ebore, & auro constabat. In cuius scuto Amazonum prælium cælauit, Deorumque & Gigantum dimicationem. Notat vero Turnebus, hos populos, quos hic Poeta, & Ptolem. lib. 7. Geograph. & Val. 5. Arg. vocant Gangaridas; à Diod. Sic. libr. 3. dici Gandaridas, sicut ab Strab. lib. 15. eorum regionem, Gandaritim. Certe in Plin. lib. 6. c. 19. deprehendi iam Gandaridum, iam Gangaridum legi.

23. QVIRINI.] Attribuit Augusto nomen Romuli, quod ductum ex Historia, scribente Floro in fine: *Tractatum etiam in senatu, an quia condidisset imperium, Romulus vocaretur.* Et Sueton. in Aug. capit. 7. *Quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis.* Dio etiam scribit lib. 53. Augustum vehementer appetiuisse vocari Romulum, sed ab hac mente deiectum, solum ne videretur regnum affectare. Hoc mihi ad mentem Poetæ præcipuum videtur: dat enim Augusto nomen, quod optauerat Augustus ipse. Quæ hic Seruius scribit de Suetonio, calumniæ exposita sunt. Paria porro leguntur de Camillo, qui vt vrbis assertor, & alter conditor, militari fauore appellatus est Romulus.

Augustus dictus Romulus.

24. MAGNVMQVE FLVENTEM NILVM.] Id est, fluentem magne, & copiose. De hoc fluuio dicam alibi. Hic tantum attingam elogia de illius magnitudine, nam hanc attingit Poeta. Diodor. lib. 1. c. 3. *Maximum omnium flumen.* Agel. c. 7. lib. 10. *Omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, maximum esse Nilum, consentium.* Strab. lib. 15. quatuor flumina nominat ingentis magnitudinis, Gangem, Indum, Istrum, Nilum. Arist. 2. Mete. c. 2. ἴστρος καὶ ὁ νεῖλος καὶ μέγιστοι τῶν ποταμῶν· *Ister, & Nilus maxima omnium fluminum.* Seneca c. 2. lib. 4. Nat. Quæst. *Nilus ceteris maior.* Eo pertinet, dari huic flumini nomen maris. Nazar. orat. 24. de Nilo. τὸ καθ' ἑαυτὸ πελαγίζων· *fluuius exundans instar maris.* Claud. in Epig. de Nilo:

Nili magnitudo.

Effluit Ægæo stagnantior, acrior alto
Ionio.

Seneca in adducto loco: *In faciem lati, ac turbidi maris stagnat.* Et, quod mirere, de vnoquoque septem ostiorum, quibus in mare influit: *quodcunque elegeris ex his, mare est.* Facit ad eandem magnitudinem vastitas Insularum, quas ambit, quas efficit, quod profecto monstri loco est. De qua re videndus Diodor. dicto loco, Plin. c. 9. lib 5. Solin. cap. 45. Possunt quoque ad idem magnitudinis argumentum spectare verba maiestatis plena, quæ Auctores passim inferunt, cum loquuntur de hoc flumine.

25. NAVALI SVRGENTES ÆRE COLVMNAS.] Putat Germ. lib. 6. Æn. respexisse Maronem ad templum illud, quod Augustus in Palatio posuit. Ad quod etiam respexit Propert. lib. 4.

Atque vbi Nauali stant sacra palatia Phœbo,
Euandri profugæ procubuere boues.

Vbi Naualem Deum vocat, quod Augustus deuicta Ægypto dicauit in templo columnas conflatas ex ære rostrorum, quod ademtum ex nauibus. Ab his non abeunt hæc Seruiana in hunc locum: *Augustus victor Ægypti, quam Cæsar pro parte superauerat, multa de nauali certamine fastidit rostra, quibus conflatis quatuor effecit columnas.* Nota verbum *surgentes* in re ædificij. Ita Manil. lib. 4. *In cœlum surgentis mœnia tauri.* & 1. Æn. *O fortunati, quorum iam mœnia surgunt.*

26. ADDAM VRBES.] Sumsit Auson. Edyl. 9.

27. PVLSVMQVE NIPHATEM.] Ad exemplũ credo Virgilij Sidon. in Narbone eundem montem posuit ad illustrandas Victorias sui Principis:

Niphates.

Nam quis Persidis expeditionem,
Aut victricia castra præteribis
Cari Principis, & perambulatum
Romanis legionibus Niphatem.

De hoc monte vide Dictionaria, quod addam, nihil habeo.

28. FIDENTEMQVE FVGA PARTHVM.] De his, quæ contra Parthos gesta à Cæsare, videndus Dio lib. 15. Suet. in August. c. 21. Hanc belli disciplinam, & pugnandi rationem, qua Parthi vtuntur, est fere nemo, qui non attigerit, scriptorum, & Poetarum. Omnes prætermittam. Tantum Ouidium adducam, nam loquitur cum Cæsare de Parthorum victoria. Ait itaque ille 1. Art.

Parthi victi ab Augusto.

Parthorum pugnãdi ratio.

Tergaque Parthorum, Romanaq; pectora dicam,
Telaque ab aduerso quæ iacit hostis equo.
Quid fugis, vt vincas? quid victos Parthe relinquis?
Parthe malum iam nunc Mars tuus omen habet.
Ergo erit illa dies, qua tu pulcerrime rerum
Quatuor in niueis aureus ibis equis.
Ibunt ante duces onerati colla catenis,
Ne possint tuti, qua prius, esse fuga.

Sed non omittam etymon Parthorum, quod ad rem pertinet. Audienda ista Roderici Toletani Archiep. lib. 1 cap. 11. rerum Hisp. *Reuertens* (Tanaes Scytharum Rex) *fere totam Asiam subingauit, ex cuius exercitu victore nonnulla, proui cias subdi tas contuentes in omni fertilitate pollere, deserto suorum agmine in Asiæ partibus resederunt. Ex quorum genere dicit Pop. Trogus Parthorum prosapiam descendisse, vnde & lingua Scythica Parthi, id est, fugaces, seu exsules dicuntur.* Locus Trogi, quem respicit, est in Iustin. libr. 41. *Scythico sermone Parthi exsules dicuntur.* Consentiunt ista Iordani libr. de Reb. Geticis, qui cum paria Roderico scripserit etiam ex Trogo, ita absoluit: *Vnde etiam hodieq; ligna Scythica fugaces, quod est Parthi, dicuntur.* Itaque habent Parthi rationem pugnandi congene-

Parthorum etymon.

VVA. BHSC. BU 00239

rem suæ origini & nomini. Hanc pugnandi rationem, quoties in eam incideris, possis efferre his modis. *Fid. ns fuga, & sagittis versis*, ex Virg. hic. *Animosus versis equis, & mendax*, ex Horatio. *Celer auersis equis*, ex Ouidio. *Torquere arcum refugum, & ferire retro*, ex Claudiano. *Versa spicula figere pectoribus sequentium*, ex Boetio. *Pugnare fugam simulando*, ex Iustino, & Seneca Tragico. *Sequi, vel fugere pari arte*, ex Tacito. *Subdole, & versis equis pugnare*, ex Propertio. Demum iterum ex Virgilio, *Dirigere spicula fugientia conuerso arcu*. Alios dissimulo.

29. ET DVO RAPTA MANV.] Seruius hoc dici vult propter Gāgaridas, & Britānos. Nota Germani me in aliam sententiam ducit. Obseruat ille non otiose adiectum *manu*. Nam innuit Poeta bella gesta non solum auspiciis Cæsaris, sed ipso præsente, & αὐτοπροσώπως. ita vt bello præfuerit, vt socius periculi sicuti de Ascanio ait, *fortemque manu fudisse Numanum*. Vbi Iulius non tantum bellico negotio auctoritatem præstitit, sed ipse percussor fuit Rutuli, vtique αὐτόχειρ, & αὐτεπάγγελτος. Hæc (inquam) nota ducit me ad bellum Dalmaticum, & Cantabricum. Adnoco commode Suetonium c. 20. in Aug. *Exercitus bella duo omnino per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Antonio deuicto, Cantabricum reliqua per legatos administrauit*. Dices, etiam bella ciuilia ipse gessit. Fateor. Sed Poeta, cum ait, *diuersa hostis*, videtur à ciuili distinguere, & loqui de externo: ita vt diuersus fuerit & à se, & a Romano. Obiicies rursum. Cantabrico bello Augustus non præfuit, nam mandatum id, auctore Dione, C. Antistio propter morbum, in quem in ipsa Cantabria Augustus incidit. Respondeo, satis esse ad veritatem Suetonii ductum militem ab ipso Augusto ex Italia in Cantabriam, & præfuisse initio ipsius belli, & hunc hostem petitum ab ipsomet Augusto, quod clare scribit Dio ipse. Sed videndus in primis Oros. l. 6. c. 21. qui late scribit operam, quam Augustus ipse in hoc bello nauauit. Sententiam, quam sequor, firmat mentio trophæi, quam hic Poeta infert. Scribit n. Dio li. 53. excitatū trophæum in Alpib. Augustio redeunti ex bello Cantabrico. De quo trophæo videndus etiam Plin. c. 20. li. 5.

Dalmaticum & Cantabricum bellum Augusti.

30. BISQVE TRIVMPHATAS.] Hoc ego non refero ad superiora trophæa, sed aliam iam picturā inducit Poeta: animirum se picturum triumphos Cæsaris, quos gessit pacato vniuerso orbe. Videlicet Oriente, atque Occidente. Nam non dubium quin hic per *vtrunque litus* has duas orbis partes intelligat, ex notissima Poetarum locutione. Qui ita signāt Orientem, atque Occidentem. Ouid. 1. Metam. *Littora voce replet sub vtraq; iacentia Phœbo*. Claudian. de Bell. Gildon. *Ad solem victrix vtrunque cucurri*. Loquitur Roman. Quod isti, *Vtrunque litus, vterq; Phœbus, vterque Sol*, alii, *Domus vtraq;*. Nam Ouid. in Epist. Deian. *Implesti meritis Solis vtramq; domum*. Seneca in Herc. Oet. *Vtraq; Phœbi seniunt fulmen domus*. Et in Furente,

Feruide Titan, obitus pariter
Tecum Alcides vidit, & ortus,
Neutriq; tuas vtrāsque domos.

Quin *fores cœli*, pro iisdem partibus dixisse Ouidiū. 1. Fast. eo versu. *Præsideo foribus cœli cum mitibus horis*, Fanensis admonet. Integro Virgilii versui hæsit Propert.

Persequar & currus vtroque ab littore ouantes
Parthorum, astute tela remissa fuga.

31. TRIVMPHATAS.] Pari forma Horat. od. 2. libr. 3. *triumphatis Medis*. Ouid El. 2. l. 2. de Pont. *triūphatos Paones*. Pap. 7. Theb. *triumphatos Indos*. Iustini l. 2. *triumphatis Spartanis*. Vopiscus in Aureliano de Zenobi: *victa, & triumphata*. Claud. de 4. Cons. Hon. *triumphati Parthi*. Et de 6. *Triumphati Istri*.

32. PARII LAPIDES.] De Paro insula, vnde pretiosum marmor, alibi loquar.

33. SPIRANTIA SIGNA.] Ita in 6. *Viuos ducent de marmore vultus*.

34. ASSARACI PROLES.] Huius meminit, nam ab hoc scidit se familia Anchisæ, vnde natus Augustus, à familia Priami. Fuit enim Tros pater Ili, atque Assaraci. Ilus habuit Laomedontem, hic Priamum: contra Assaracus Capyn, hic Anchisem. Vt vero ab Assarado signat Troianos, ita 1. Æn. *Assaraci domos*. Et Horat. 13. Epod. *Assaraci tellus*. Non dubium, quin isti locuti cum blandimento Augusti. Assaracus.

35. TROIÆ CYNTHIVS AVCTOR.] Tripli citer capi sententia potest ex varietate fabularum. Troiam condidit Phœbus, vel quia vere ipse cæmenta, lapides, & architecturam ipsam tractauit manibus; hoc aliqui, quod & Ouid. indicat in Epist. Oenon. ad Parid. *Me fide consperatus Troia mouisse minantem amauit*. Vel quia sono lyræ conduxit lapides, ita Ouid. in Epist.

Phœbus Troiæ conditor.

Ilion aspicies firmataq; turribus altis
Mœnia Apollineæ structa canore lyræ.

Vel quia eius oraculo Ilus monitus Ilion condidit, quod est apud Interpretem Lycophronis, & commeminit Alciat. 6. Parerg. c. 6. & firmat Statij loco. Lege illum. Hoc etiam Germano placitum, atque etiam Parrhasio in Claud. lib. 2. Consentit hoc cum locutionibus Tullij, cui *auctor* sæpe dicitur, suasor.

36. INVIDIA.] Etiamsi inuidia contemnat minima, & in magna assurgat: verum nihilominus est, eam obrui rebus magnis, cum illæ vltra modum magnæ sunt. Itaque eo ipso, quod inuidia nihil possit conari in Cæsarem, indicat Maro, illius res præstare ingenti magnitudine. Atque adeo hinc potes elicere formam adagij hanc, *Maior omni inuidia*, ad signandam felicitatem vltra modum. Ad rem sunt verba Iustini lib. 1. de Semiramide, quæ ferius virili habitu occultauerat: *Magnas deinde res gessit, quarum amplitudine vbi inuidiam superatam putat, quæ sit fatetur*. Et Horat. ode 5. extrema libr. 2. *Inuidiaque maior Vrbes relinquam*. Nazianzenus quoque Orat. 24. τὸν ζῆλον ἢ φθόνον νικήσαντας: *Zelo superantes inuidiam*. Synesius Epist. 131. de præstanti viro Pylæmene, ὃν τῶν ἑαυτοῦ παρῆκε τῷ φθόνῳ κρεῖττον: *Hic se maiorem inuidia præbuit*. Demosthenes Olynth. 3. loquens de Atheniensibus. μόνοι δ' ἀνθρώπων κρείττω ἢ δεῖ τοῖς ἐργοις δόξαν τῶν φθονούντων κτησάμενοι: *Soli mortalium eam rerum gestarum gloriam, ad quam nullus inuidiæ pateret aditus, reliquerunt*. Callimachus libr. 3. Epigr. πείσω κρείσσονα βασκανίης: *vincit maior a inuidia*. Sententiam, quam hic auxi, possit illustrare adagium Iunij Cent 2. *Sol non inuidet vesperæ*. Porro, fictio Poetæ de Inuidia metuente, similis est illi, quæ habetur 1. Æn. de Furore alligato. Inuidia in magna non assurgit.

37. SEVERVM.] An innauigabilem, difficilémque transmissioni, sæuum, intractabilem vt explicāt in Lucretium tam Lambinus, quam Gifanius. An, tristem: vt vult Seruius. Primum accipio. Sed & Epithetum tractum à Lucretio, qui lib. 5.

Propter Atlanteum litus, pelagéque seuera.

38. IXIONIS.] Huius impudicum facinus vbique obuium, propter quod ferreæ rotæ alligatus in inferno est, cum qua verberatur: additi etiam (vt hic indicat Pœta) angues ad maiorem cruciatum, vt non solum carnificina rotæ, sed horum morsibus laniaretur. *Torsos angues* ductum à Varrone Atacino, qui: *Cuius vt adpexit torto caput angue reuinctum.*

[a] Interea

UVA. BHSC. BU 00239

Interea Dryadum ſyluas, ſaltúſque ſequamur
Intactos, tua Mecœnas haud mollia iuſſa.
Te ſine nil altum mens incoat: [b] En age ſegnes
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetíque canes, domitríxque Epidaurus equorum:
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.
[c] Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cæſaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quod abeſt ab origine Cæſar.

ARGVMENTVM.

Facit Mecœnatem docilem, attentum, beneuolum. Promittit diuinam Æneidem.

EXPLICATIO.

[a] DOCILEM facit Mecœnatem, attentum, beneuolum. Docilem: nam dicturus de ſyluis Dryadum (ſunt his ſacræ ſylvæ) ac de ſaltibus, in quibus nutriuntur pecora. Attentum, cum ait *intactos*, attendet enim, qui audierit, agi de re noua, atque indicta hactenus. Beneuolum, cum adiungit, iuſſa Mecœnatis non eſſe mollia, ſed magni ponderis, & ſine illo nihil poſſe altum incoari.

[b] Fingit Poeta amœniſſime, inſtare iam turbam rerum, quas dicturus, neque poſſe tempus terere longis exordiis ad captãdam beneuolentiam, quando ad eius iam aures Cithæron mons inſonat, canes Taygeti, ciuitas Epidaurus, nemora mugitibus boũ reſonantia. Sunt hæc loca ſua quæque dote conſpicua, ideo aſſumta à Poeta κατ' ἐξοχήν. Nam Cithæron mons Bœotiæ opimus eſt paſcuis, canes Laconiæ (hanc enim partem ſignat per Taygetum montem eius prouinciæ) celebres, Epidaurus ciuitas Illyrij equis clara.

[c] Promittit, abſoluto opere Georgicorum, cantaturum ſe pugnas Cæſaris; facturum, vt huius nomen duret per tot ſecula, quot Cæſar ipſe abeſt à Tithono.

NOTÆ.

1. INTACTOS.] Eſt hoc, quod Papin. 1. Syluar. dixit: *noua plectra*. Et Claud. de laudibus Herculis *Nouus aduena turbam Ingredior*, id eſt, turbam Poetarum. Quod Philo de ſpecialibus. Legib. μὴ γενόμενα τοῖς πολλοῖς. Quod Lucan. li. 10. *Ad hoc aui populis ignota profanis*. Quo Dio Chryſ. Orat. 1. ἄφραστον δέος τὸν ἀνθρώπους ἐδδν: & Non. li. 18. δύσβατον οἶμον: *inacceſſam viã*. Quod Plato in Timæo, καὶ τὰ ἀφ' ἑστίας ὑπάρξαντα. Adde ipſe ad rem tuã, &. Quod idem 10. Leg. λέγοιμι ἂν ὑκ εἰωθότα λόγον, ab diſſuetudine. Quod Iſocrat. in Paneg. καινὸς διεξελθεῖν. & εἰπεῖν, ὡς ἐδεὶς: *Nouè dicere, & vt nemo hactenus*. Quod Oppian. 1. Cyn. Viam, quam nemo ἐπάμονον ἀοιδοῖς: *tritam carminibus*. Quod Lucr. *Nullius ante Trita pede*. Quod Nazianz. Orat. 26. ἀδὸν ἀτριβῆ, ἀνεπίστατον, μὴ τετειμμένην: *Viam non tritam, inacceſſam, non calcatam*. Et Orat. 34. ὅπως τι καινὸν ἐρῶ: *Dicam quidpiam paradoxum*. Quod Manil. lib. 1. *Nec vulgata canam*. Iterum:

Hoc mihi ſurgat opus non vllis ante ſacratum
Carminibus.

A Et per initia:

Hoſpitia ſacra ferens nulli memorata priorum.

Idem lib. 2. eandem ſententiam, & non occupatam materiam ad ſcribendum, multis effert modis, multis metaphoris. Videlicet: *Prata integra: Vndam in antris occultis Heliconis. Non dicam furtum, ſed opus. Vndas pellimus ratè propria. Dicam quæ Phœbus nunquam libauit.* Verſus omiſi, quia plures, ſatis dediſſe locutiones ad vtilitatem iuuentutis. Ibidem: *ſolo curru in cælum volamus*, quaſi dicat, non alieno. Iterum:

Sed ſolus vacuo veluti vectatus in orbe
Verbere agam currus non occurſantibus vllis,
Nec per iter ſocios commune gerentibus actus.

In lib. etiam. 3. gloriatur ſe nouam materiam attripere his modis: *Surgo in noua, audeo maiora viribus, vado per ſaltus inacceſſos*. Ex Papin. 1. Achil. ſic poſſis efferre: *albeſcunt mea tempora primis Vutis*. Vide, quot modis poſſis efferre rem eandem. Sed de his locis iam ſupra, & dicam infra.

B

2. HAVD MOLLIA IVSSA.] Pet. Victor. in 2. Rhet. Ariſt. ſic explicat: *Quæ negligi non poſſunt: nec lanea, aut languida haberi, ſed acria debent.* Ait vero, Vatem hoc feciſſe, vt mitigaret vim vocis, ne videlicet diceret, ardua, acria, aut quid ſimile. Sic Cic. 2. de Orat. vt rem duram mitigaret, dixit: *Admonitio quaſi lenior obiurgatio*. Sic ab Ariſt. αἰνιγμὸς dicitur μαλακὴ: & βαρὺπνες, εὐφημισμὸς: *Grauitas mollis, grauitas honeſta*. Adiunge Nazianzenum, qui Orat. 22. ἀνάπαυμα τὸ χρηστὸν: *Iuſſum ſuaue*. Iuſſa mollia quæ ſint.

3. CYTHÆRON.] Dixi eſſe in Bœotia. Mela lib. 2. c. 3. *In Bœotia Thebæ, & Cytheron fabulis carminibuſque celeberrimus*. Eadem Plin. lib. 4. cap. 7. Solin. c. 12. Alij.

C

4. TAYGETIQVE CANES.] De his, qui in primis nobiles, dicam infra hoc lib.

5. EPIDAVRVS.] Huius vrbis equi in honore. Strab. lib. 8. ἐστὶ δὲ καὶ τὰ ἵππου κράτιστον τὸ ἀμφιδικὸν, καθάπερ καὶ τὸ ἀργολικὸν, καὶ τὸ ἐπιδαύριον. *Eſt optimum equorum genus Arcadicum, vt & Argolicum, atque Epidaurium*. Facit Seruius hanc vrbem Epiri, reprehenditur à Beroaldo, nam Plinius, & Strabo in Peloponneſo conſtituunt. Addo ego & Solinum, & Melam. Sed non iccirco errat Seruius, nam eſt alia etiã Epidaurus in Epiro, aut Illyrio. Lucan. lib. 2. *Illyris Ionias virgens Epidaurus in vndas*. Et de hac, vt apparet, capiendus vates: nam ipſe: *Et patriam Epirum referat*. Et *Eliadum palmas Epirus equarum*. Epidauri equi in honore.

D

6. ET VOX ASSENSV.] Alio flexu dixit 8. Æneid. *Mugire boues, atque omne querelis Impleri nemus*.

7. MOX TAMEN.] Ex hoc loco Papin. 1. Theb. loquens cum ſuo Principe:

Tempus erit, cum laurigero tua fortius œſtro
Facta canam: nunc tendo chelin: ſatis arma referre
Aonia.

8. ARDENTES-PVGNAT.] Ita alij. ardentes gladiis,

VVA. BHSC. BU 00239

gladios,& mucrones:ardentem militem, & hostem: ardorem animi,& pugnæ.

9. ACCINGAR DICERE.] Græca locutio.

Tithonus. 10. TITHONI.] Cur hic assumtus potius, quam alij, ad signanda multa secula ante Cæsarem? Seruius ait,positum pro Titane,id est,Sole.Non credo. Nam neque iple, nec res alia firmat: nisi quis pro Seruio stare putet illud Eustathij,qui allegorico commento Tithonem ait dici Solem, διὰ τὸ πανταχοῦ τῆς γῆς τι πάντων τὰς ἀκτῖνας: *quod iaciat eius radios in omnem partem terræ.* Germanus refert ad originem Iuliæ gentis,nam hic Phryx fuit, & vnus ex nepotibus Dardani, à quo Iulij medio Æneæ natales suos trahebant:& cum omnes, qui descendebant à Dardano potuissent ad idem assumi, hic vnus assumtus est καθ' ὑπόχυσιν. Placent ista præ Seruianis, sed non omnino: quia Tithonus,cum frater fuerit aut Laomedontis (quod verius) aut Priami, alienus omnino est à progenitoribus Augusti. Meum iudicium est, hunc præ aliis assumtum ob diuturnam & longissimam vitam,imo ob immortalitatem, nam hæc illi à Parcis impetrata est,iuxta fabulas,idque precibus Auroræ.Cum vero,etiam si immortalis, multo senio laboraret, versus (non mortuus) dicitur in cicadam, animal immortali simile. Nam dicuntur cicadæ senio confectæ non occidere, sed mutatis exuuiis iuuenescere. Ex hac itaque serie fabularum (quibus interdum Noster hæret) assumtus fortasse Tithonus cum magno iudicio ad prædiuinandam longissimam vitam Cæsaris, certe immortalem memoriam, & famam nunquam interituram.

[a] Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos,seu quis fortè ad aratra iuuencos,
Corpora præcipuè matrum legat. [b] Optima toruæ
Forma bouis,cui turpe caput,cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus:omnia magna:
Pes etiam,& camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis,& albo:
Aut iuga detrectans,interdúmque aspera cornu,
Et faciem tauro propior,quæque ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.

ARGVMENTVM.

Docet notas decem vaccarum quas vt optimas probat.

EXPLICATIO.

[a] POST propositionem,post suas & Augusti laudes, post inuocatum Mecœnatem, aggreditur tractationem, dicitque, eum, qui equos alit studio palmæ & victoriæ Olympicę,aut qui alit iuuencos, qui fortes sunt ad aratra;ante omnia debere incumbere indigendis aut equarum,aut vaccarum corporibus.

[b] Agit primo loco de vaccis,adhibet vero signa decem vaccæ optimæ, ad hæc enim capita vilum reducere Poetam. Sunt illa. Formæ totius toruitas: capitis magnitudo: ceruicis longitudo: palearium demissio vsque ad crura:lateris vastitas: quæ omnia magna sunt. Præterea, pedum auriúmque hirsuties sub camuris & inflexis cornibus: maculæ asperæ in corpore: aspectus in detrectando iugo, in mouendo cornu, in facie tauro proxima: altitudo corporis, nam hoc est esse arduam: profunditas caudæ, adeo vt verri possint pedum vestigia.

NOTÆ.

1. OLYMPIACÆ.] Certamen Olympicum tribus reliquis dignitate præstabat, tam honoris,quam præmiorum existimatione, ideo illis præ- termissis hoc infert. Aduoco huic rei illustrandæ Pindarum,qui od.1.Olymp.ait,hoc certamen excedere inter reliqua,non aliter, atque inter elementa aqua excellit,inter opes aurum, Sol inter sidera:addit,nihil se excellentius cantaturum. μηδ' ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν. Originem Olympicorum lege apud Paus.lib.5.

2. PRÆMIA.] Perstringam breuiter quot hæc fuerint in Olympico certamine. Inuenio quatuor: coronam ex oleastro, de hac supra fuse: ex olea, de hac item supra strictius: ex auro, ideo Pindarus Olympiam vocat, πάντων χρυσοστεφάνων ἀέθλων: *matrem certaminum auro coronatorum* Inde natum esse ait Muret.15.Var.cap.7.vt Imperatoribus quoque à bello redeuntibus cum victoria darentur huius modi coronæ aureæ, afficerentúrque eodem præmio, quo victores Olympiæ. Quo præmio affectus Cyrus à Cyaxare apud Xen.lib.8.Alcibiades apud Æmilium Probum.Recensui tria præmia. Pergo. Ferebat non solum coronam in capite, sed palmã in manu.Vitr. lib.9. *Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores ita magnos honores instituerunt, vti non modo in conuentu stantes: cum palma, & corona ferant laudes,&c.* Indicat Seneca in Agam.

Olympicorum certaminum præmia quatuor.

Cape hoc decorum ludicri certaminis
Insigne frontis,læua victricem tenens
Frondem, virenti protegat ramo caput,
Est ista donum palma Pisæi Iouis.
Velamen eadem præstet,atque omen tibi.

Hæc tantum inueni,si quis alia,his adiungat. Nam verba illa,quæ reperi in Prologo Agathiæ,ὃ δὲ οἶμαι κρῖναι γε ἔνεκα, καὶ στέλναι οἱ ὀλυμπονίκαι ἐν ταῖς κονίσεως ἁρματοδύοντο: *Non enim arbitror Oleastri, aut apij causa Olympionica in arenam descendebant,*nouum præmium non faciunt,etiam si apium nominetur.Nam apium præmium fuit tantum Nemeorum,sed ex dignitate Olympicorum natum, vt trium etiam reliquorum ludorum certatores dicerentur Olympionicæ, & hoc sensu capiendus Agathias. Vlpian.in Demosth. contra Leptin. insinuat præmium aliud. οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀγώνων εἰσὶ στεφανῖται, οἱ δ' ἀθλοφόραι: *certaminum alia sunt corona*

UVA. BHSC. BU 00239

coronalia, alia pecuniaria. Sed non liquidum an Olympicorum esset pecunia. & credibile, non fuisse, nam apud Herodot. lib. 8. Tigranes laudat Græcos, quod in Olympicis darent præmium στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα: *coronam, non pecunias.*

Palma pro Victoria.

3. PALMÆ.] Pro Victoria accepi, sed possit, qui velit, capere in omni proprietate, ex Apuleio, qui de Olympionica: *Ibat tertius attollens palmam auro subtiliter foliatam.* Et ex Vitruuio, quem iam attuli. Nam Horat. qui od. 2. lib. 4. dixit: *Elea palma.* Et Stat. qui lib. 10. *Elaas palmas*, & alij, tam ad metaphoricum sermonem Victoriæ, quam ad proprietatem veræ palmæ possunt referri. De metaphorico clare Homerus capiendus, cum Odyss. 9. equos vocat ἀθλοφόρους, *palmiferos.* Vbi tamen vox proprie signat, præmiiferos.

Hippotrophia veterũ.

4. PASCIT EQVOS.] Attingit notitiam antiquitatis. Vix enim crēdas, quæ cura veterum, quæ expensa in alendis equis præsertim ad Victoriam Olympicam? Pausan. lib. 6. non longe ab initio ait, Lacedæmonios hoc studio præstitisse, & ob id nobilitatos fuisse. Pindar. od. 4. Olymp. Pſaumidem effuse laudat, cum aliis multis; tum quod deditus esset alendis equis,

—μάλα ῥοῦ ἔφατις ἐτοῖμον ἵππων.

Atist. lib. 4. Polit. c. 3. de Hippotrophia. τοῦτο γὰρ ἂ ἑφ' ἑαυτὸν μὴ πολίτας ποιεῖν: *Munus hoc non ciuibus esse, sed diuitum.* Et Oppian. lib. 1. Cyn. ait equorum armenta fuisse πολυκτήσιον αἴσιμον: *Locupletum Regum.* Attigit obiter hoc studium Dio Chrysost. Oratione 3. vbi ait, Regem non ideo beatum dici, ὅτι ἄξεστι κεκτῆσθαι καλλίστους ἵππους: *quod possidere queat equos pulcerrimos.* De Alcmæone Elogij loco scribit Herodotus lib. 6. τεθεωπεῦσθαι. Multa hic adiungi poterant ex Xenophonte, videlicet ex illius Hipparchico, atque ex Hippice. Adduco tantum eiusdem verba in Hieronē. τὸ δ' ἵππων κάλλιστον καὶ μεγαλοπρεπέστατον νομιζομὲν εἶναι διπλοῦν ἅμα, αἰμαλοθρίαν: *Existimamus studium alendorum equorum ad curulia certamina omnium esse pulcerrimum, & magnificentissimum.* Huic rei deditum Alcibiadem Thucydides scribit lib. 6. Et ob id ipsū Nicias Alcibiadem infectatur eius hostis acerrimus. Et Niciæ quidem calculum addit Scriptor, dicens, magna ex parte euersas fuisse Athenas ex ambitione Alcibiadis in alendis equis. Cæterum Poeta istis, *pascit equos*, soluit Græcam vocem, ἱππεύειν.

5. FORTES AD ARATRA IVVENCOS.] Huic sententiæ adsona verba Tullij 2. Nat. *Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant, non esse ad onus accipiendum figurata, ceruices autem nata ad iugum: tum vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda.* Plin. li. 2. c. 45. *Socium enim laboris, egrig, culturæ habemus hoc animal.* Varron. 2. Rei Rust. c. 5. *Hic focius hominum in rustico opere, & Cereris minister.* Inde illud apud Græcos parœmiæ: loco iactum de bove, γεωργὸς ἐστιν, καὶ τῶν ἐν αὐρράποις καμάτων κοινωνός: *Agricola est, & socius hominum in labore.* Colum. de bobus Hetruriæ, & Latij lib. 6. c. 1. *Ad opera fortes.*

Boum elogium.

Bos agricola est, adag.

Vaccæ optimæ signa decem.

6. OPTIMA TORVÆ FORMA BOVIS.] Hæc Nota latius excurret. Reduxi in explicatione signa vaccæ optimæ ad decem capita. Ea hic erunt suo ordine aut confirmanda, aut illustranda. Primum est de toruitate, quod præcipue frontis asperitas in hoc pecore appareat. Colum. c. 20. lib. 6. inter notas taurorum: *torua facies.* Plin. lib. 8. c. 45. eadem nota: *torua fronte.* Claudian. de Rapt. *Virtulam non blandius ambit Torua parens.* De bobus Apennini Colum. lib. 6. c. 1. *Nec ab aſpectu decoros.* Et Plin. 8. c. 45. *Non degeneres existimandi, etiam minus laudato aſpectu.* Ab hac vultus asperitate dixit Aristoph. in Ran. τιμηδὸν σκληρόν.

A Et apud Pollucem est, τιμηδὸν ταυρώδη: *Taurine intueri.* Ad hoc pertinet vocis Etymon Torum enim nihil est aliud, quam taurinum. Taurine intueri.

Secundum de magnitudine capitis, quam Poeta explicuit per turpitudinem, nam quæ turpia, & deformia, eo ipso magna. Et optime vsus hac voce, nam ea affinis toruitati. Ergo de hac magnitudine capiendus Homer. Odyss. 3. qui bouem vocat εὐρυμέτωπον. Et Auctor Geop. lib. 17. qui vaccas πλατυμέλωπας. Vterque ab latitudine frontis. Varro inter notas suas lib. 2. Rei Rust c. 5. *Latis frontibus.* Colum. c. 1. lib. 6. *Fronte lata.* Pallad. libr. 4. titul. 11. *Lata frontis.* Seruius hic: *magnum caput.* Philarg. *Amplum, atque magnum, ac per hoc horribile.* Obseruat vero Vtſinus, ita Homerum dixisse, εὐρυμέτωπον, πίονα: *turpem, impudentem petram* pro, magna: sicuti Virgilium *turpe* pro, magno. B Turpis, id est, magnus.

Impudens, id est, magnus.

Tertium de ceruice, quæ plurima, id est, longa esse debet. Varro: *Ceruicibus crassis, ac longis.* Auctor Geopon. αὐχένα μακρὸν, & παχύν: *Ceruicem longam, & crassam.* Apollon. 1. Argon. de eodem, πατὺν αὐχένα. & Liban. in Progym. αὐχένας παχεῖς. Columel. *ceruice longa, & torosa.* Idem de tauro: *Torosior ceruix, & ita vasta, vt sit maxima portio corporis.* Seruius de ceruice: *longa.* Pallad. *torosa, vastag, cernice.*

Quartum de palearibus demissis crurum tenus. De hac nota Varr. *A collo palearibus demissis.* Colum. *Palearibus amplis, & pene ad genua promissis.* Et cap. 21. *Palearibus amplissimis.* Pallad. *Palearibus largis, & circa genua fluentibus.* Et *Palearibus maximis.* Ouid. 2. Met. *Armis palearia pendent.* Eodem pertinet, Græcis palearia dici ἰσχάδια, quod demissa vsque ad genua. Papin. libr. 3. Theb. *Natant palearibus armi.* Allusit Hieronym. ad Nepotian. *Nunc iam cano capite, & arata rugis fronte, & instar boum pendentibus a mento palearibus.* C

Quintum erat, lateris vastitas, quam vt signet, dicit, debere illi esse nullum modum; nam, quæ carent modo, magna sunt. De hac magnitudine aut lateris, aut totius corporis pari filo, quo supra texui, auctores. Nam Auctor Geop. probat has bestias σωματώδεις, εὐ μεγάλους: *Longis magnisq; corporibus.* Ireū, βαθυπλάτους, πλατυνότους: *Magnis lateribus, ac lato tergo.* Varr. *Oblonga, ample.* Et *Corpore amplo, bene costatos, latis humeris.* Colum. *grandibus membris.* Et *Armis vastis.* Et *Lateribus porrectis, lumbis latis.* Et de tauris: *Membris amplissimis.* Palladius: *Grandibus membris, ac solidi corporis, magnis artubus, armis vastis, porrectis lateribus, latis lumbis.* Cicer. 2. Nat. de bobus dixit: *Humerorum latitudines.* Demum Poeta ipse de hac fera: *Omnia magna.* D

Sextum est, pedes debere esse hirtos, & aures etiam. Sic ergo Poetam explico, nam alij Interpretes, aut nihil dicunt de pede; aut si aliquid, docent pedem debere esse magnum, & hanc esse mērem Poetæ. Sed secus est. Nam obsecro, qui Poeta hærens in tota hac forma describenda Varroni, in hac vna parte ab eo discederet: At Varro aperte: *Pedib. non latis, neq. ingredientibus qui displodantur.* Vbi non solum, quod sentit, aperit; sed etiam rationem. Nam pedes magni, vt plurimum, subiecti displosioni, & diuaricationi. Ideo Auctor Geop. πόδας ἐν τῷ ἐκδίκειν μὴ πλατυνομένους ἄγαν: *Pedes non inter eundum nimium dilatētur.* Quibus verbis reddidit displosionem Varronis. Eodem pertinent verba ista Colum. *Vngulis modicis, & modicis cruribus.* Nam ista modicum quoque pedem indicant. Obijcies, huius animalis non est pes modicus, vt ipsi cernunt oculi. Respondeo, vere esse paruum, si conferatur cum mole, & vastitate reliqui corporis. Transeo ad aures, quas eodē præcepto E

VVA. BHSC. BU 00239

inuoluit. Varro: *pilosis auribus.* Colum. *hirtis auribus.* Plin. *auribus setosis.* Pallad. *aure setosa.* Hinc apparet, hirtas aures in Pœta, esse pilosas, & setosas. Seruius dixit: *aures magnas & hirsutas.* Cum autem ait, *cornua camura*, inflexa intellige, inde & dictas volunt cameras à fornicatione. Hanc rem videtur signare Homerus, cum sæpe boues vocat ἑλικοβλεφάρους. Septimum de maculis aspersis in corpore. Certe de coloribus huius bestiæ ita reperi. Auctor Geop. δοκιμάζουσι δὲ ἀρίστας τὰς τοῖς χρώμασι ξανθιζούσας: καὶ τὰ σκέλη μέλανα ἐχούσας, ὡς εὐρωστοτάτας: *Probant optimas, quæ flauo sunt colore: & generosas, quæ nigris cruribus.* Libanius in Progym. loquens de duobus bobus. χρῶμα φοινικοῦν: *colore rutilo.* Varro: *colore potissimum nigro, dein rubro, tertio heluo, quarto albo: mollissimus enim hic, vt durissimus primus: de duobus mediis prior, quam posterior melior, vtrique pluris, quam nigri, & albi.* Colum. *Colore rubro, vel fusco.* Paria Pallad. *Pilo totius corporis rubri maxime coloris, aut fusci.* Homerus sæpe probat boues εἴλικας, aut ἕλικας, *nigros.* Sic explicant nonnulli hanc vocem Et 13 Il. rufos, βόες εἴνυτοι.

Octauum erat, nota asperitatis in detrectando iugo, & mouendo cornu. De qua bonitatis nota nil Varro, neque dum in alium incidi: hanc de suo videtur Poeta addidisse. Simile quiddam de Nostro obseruat Victorius, nam cum in diuisione procreandarum arborum Theophrasto hæsisset, alia ipse interposuit. Colum. lib. 6. c. 2. si hoc est aliquid, probat nõ inertes, sed qui sunt fiducia virium: quique nec auditu, nec visu pauidi, nec formidolosi ad ingrediendam flumina. Obserua in hoc præcepto dari vaccæ *faciem*, per abusionem quandam, si consulas Aristotelem lib. 1. Hist. c. 8. vbi ait, faciem proprie esse hominis, non piscis, non bouis, non alterius animantis ab homine, ἐμοῦ γὰρ ἂν δόξειε ὁ λέγεται πρόσωπον. Eadem scribit lib. 3. de Partib. Animal. c. 1. ad finem. Quod & probat argumento rectæ figuræ, quæ nulli contingit animalium, nisi homini. Illud enim animal tantum habere potest πρόσωπον, quod cernit πρόσωθεν. Obseruo etiam boues asperos dici à Platone in Gorgia, λακκήζοντας, κυρίττοντας, δάκνοντας: *Calcitrosos, cornupetas, mordaces.* Est hoc, quod de mula Homerus dixit Il. 23. ἀδμῆτιν, & ἀλγίστῳ δαμάσασθαι: *Indomitam, & difficilem ad iugum.* Sed & Colum. lib. 6. c. 2. ex Virgilio loquens de iuuencis, *si nimis asperi erunt.* Vates ipse 3. Ecl. flexu alio: *Iam cornu petat.*

Nonum est, vaccam debere esse arduam, ego altitudinem capio Nam Colum. *Vacca probanda altissima forma, longa, q.* Et Pallad. *Musculis ac toris vbique surgentibus.* Et de vaccis signate: *Forma altissima, corporis longi, vteri capacis, & magni.* Et de tauris: *Alti, atque ingentibus membris.*

Decimum, atque extremum de prolixitate caudæ. Auctor Geop. περὶ πρωκτοῦ, καὶ μήκους τῶν περάτων: *Caudam prælongam & pertingentem calcanea.* Varro: *Caudam profusam vsq; ad calces.* In Varrone aliqui legunt *eodem.* Colum. *Caudis longissimis.* Et de Vaccis: *caudis amplissimis.* Pallad. *Caudis maximis.* Plinius de cauda: *Crescit donec ad vestigia ima perueniat.* Tryphiodorus citante Germano, in quem & nos incidimus,

Συρέτω δ' οὐρωνοῖον ὑπ' ἴχνεσιν ἑλκυστὸν οὐρὴ:
Trahatur soluta cauda per extrema vestigia.

Arist. lib. 2. de Partibus Animal. cap. 14. hoc attingit, cum ait, Naturam dedisse equis pilos caudæ longiores, quod caudæ ipsæ breues sint: bobus vero breuiores pilos, quod caudæ sint longæ. Obiter sciat lector ex interpretatione Gazæ corrigenda Græca Aristotelis, nam in vulgaribus deest exemplum de boue. Clara hæc erunt adeunti & Græca Aristotelis, & Gazæ interpretationem. Non multum curaui, si in his notis aliqua de tauris dicerẽ, etiam si Poeta signate loquatur de vaccis, nam res eadem. Similem caudam, etiam si de alio animali, ita describit Opp. lib. 1. Cyn. εἰκὼ τὰ δὲ δίης τε πέλοι δολιχόσκιος: *Prolixa sit, & longam vmbram faciens.* Pulere ad vmbram confugit ad rem istam. Hom. 10. Il. σκιωκὲς vocat.

60 [a] Ætas Lucinam, iustósque pati Hymenæos
Desinit ante decem, post quattuor incipit annos:
Cetera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
[b] Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus:
65 Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
[c] Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi, tristísque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
[d] Semper erunt quarum mutari corpora malis.
70 [e] Semper enim refice, ac, ne post amissa requiras,
Antè veni, & sobolem armento sortire quotannis.

ARGVMENTVM.

Adhibetur tempus admissuræ.

EXPLICATIO.

[a] DOCET legitimum tempus admissionis esse post annos quatuor, atque ante decem: nam cetera ætas inepta est & genituræ, & aratris. Itaque quinque tantum annos assignat & ad gignendum, & ad laborem aratri.

[b] Spatium illud quinquenij vocat iuuentutem taurorum, tunc mares mittendi in fœminas, vt proles alia ex alea sufficiatur restauretúrque per generationem.

[c] Reddit rationem superioris sententiæ. Nam iuuentus cito auolat, quam sequuntur morbi, senectus, labor, mors ipsa, quæ omnia generationi infesta.

[d] Dicit in hoc negotio sæpe occurrere vaccas inhabiles iam fœturæ, quarum corpora permutanda erunt cum vegetioribus.

[e] Ideo concludit, semper reficiendam, & restaurandam sobolem, quin anticipandam, & præueniendam:

UVA. BHSC. BU 00239

niendam: ac velut sortito nouos tauros quotannis mittendos in armentum vaccarum: hoc enim nisi fiat, soboles ibit pessum.

NOTÆ.

Lucina pro partu.

1. LVCINAM.] De hac fuse alibi. Observa polissimas locutiones Lucinæ, & Hymenæi ad signandos coitus bestiarum: transfert enim ad has quæ sunt hominum. Nostro hæsit Oppianus Græcus Poeta lib. 3. Cyn. loquens de fœmina onagrorum patiente,

ἀσπάσιον δ' ἔχεν ὄγκον εἰλειθυίης:
Cum adest iam fœmina partus lucinæ.

Et ibidem de vsu, βιάσατο εἰλειθυίας: *Violenter accessit Lucinam*. Et Solin. cap. 39. qui loquens de partu vsurum: *Lucina illis properatius tempus est*. Horatius de equa od. 11. lib. 3. *Nupti arum expers*. Oppian. 1. Cyn. loquens de equo, qui coiuit cum matre, γάμων ἀπείρατον: *Nuptiis deceptabiles*. Et de equo alio, γαμήλιος πρέμβοντα: *Nuptialis hinnientem*. Basil. Homer. 1. Hex. loquens de vipera, ἀεὶς γάμου ἀπείρητε τῆς θελατείας μυσεύνης: *Expertis nuptiæ marinæ murenæ*. Itaque de feris eleganter dicet *connubia, nuptias, maritationes, coniugia, lectum, viduitatem*. Est in Oppiano lib. 3. Cyn. de vsu, ἀπείρατα λέκτρου ἧσον: *Exosa viduum lectum*. Pallad. lib. 4. tit. 13. de equis: *Submittenda sunt pauca, vel numerosa coniugia*. His adnectenda, quæ late à me dicta in Ecl. 7. de viro, marito, coniuge, vxore, in pecoribus, & feris.

Iustos, idest, legitimos.

2. IVSTOS.] Non negligo notam Erythræi interpretantis *iustos Hymenæos* nuptias legitimas, nam videlicet secundum leges contrahuntur. Iustinian. lib. 1. tit. de Nuptiis: *Iustas nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt*. Vbi *iustæ nuptiæ* sunt legitimæ. Aduertitque, & firmat loco Pauli I. C. iustum filium dici, quem legitimum appellamus.

3. PATI.] Signatissima vox ad significandum pondus tauri prementis in coitu tergum iuuencæ. Non dissidet Horatianum *tolero* in od 15. lib. 2.

Tauri ruentis In Venerem tolerare pondus.

Eodem verbo vsus est Plin. lib. 8. cap. 42. loquens de admissura equorum.

Hymenæus Deus nuptiarum pro ipsis nuptiis.

4. HYMENÆOS.] De Hymenæo Deo nuptiarum, qui hic pro ipsis nuptiis sumitur, quid hic, quod non ociosum in tanta luce doctrinæ? Tantum seruna etymon, dicitur enim (vt mulet volunt) ἀπὸ τῆς ὑφῆς. Est hæc pellicula obtenta naturæ mulierbri, quæ indicium præbet virginitatis aut saluæ, aut amissæ. Hanc à Laberio apud Nonium dictam *Eugium* à Prudentio Solino, Sancto Augustino *Virginal*, in Oppianum 3. Cyn. aduertit Rittershusius.

5. DESINIT, &c.] Sensit fere hoc idem Varro lib. 2. Rei Rust. c. 5. *Non minores oportet inire bimas, ut trima pariant, eo melius si quadrima. Plerique pariunt in decem annos, quadam etiam in plures*. Aliquid recedit. Colum. lib. 6. cap. 24. *Ex his qui quadrimis minores sunt, maiore sque, quam duodecim annorum, prohibentur admissura: illi, quoniam quasi puerili state feminandis arueni is parum habentur idonei: hi, quia senio sunt effœti*. Arist. lib. 6. hist. c. 21. inire quidem tauros Venerem, cum sunt anniculi, octauo etiam mense: sed non habere vim, nisi cum sunt *dietesi*, *in bimatu*. Horatius rem hanc attigit, vt Poetam decebat, nam de Lyde ita scribit lib. 3. od. 11.

Quæ velut latis equa trima campis,
Ludit exsultim, metuitque tangi
Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
Crudа marito.

Sequitur, vt credo, præceptum Virgilij, nam eo ipso quod neget, trimam aptam esse ad geniturum, videtur ire in ætatem, quam Poeta assignat. Notanda verba Arist. lib. 5. Histor. cap. 14. de boue, quæ annicula cum esset, peperit, ἐτὸς ἐτόκησεν ἐγγύς.

6. FOETVRÆ HABILIS.] Ita iustra: *habendo pecori*. Id est generando. Et nihil tritius, quam *habere liberos*.

7. SVPERAT.] Pro supereſt, in hoc vate, & aliis, millies.

Pueritia & iuuentus in animalibus quæ sint.

8. IVVENTVS.] Quasi anni, qui præcesserint, numerandi fuerint in pueritia, quod consonat cum adductis verbis Columellæ. Itaque obseruet lector, pueritiam dici in feris, cum nondum idoneæ ad generandum; iuuentutem, cum idoneæ sunt. Ad quam rem signatus est locus alius eiusdem Colum. libr. 7. c. 5. vbi de arietibus, sic: *Fœmina post bimatum maritari debet, inuenisq; habetur quinquennis, satisfit post annum septimum*.

9. SOLVÈ.] Vox optima ad signandum est renatum cursum, quo bestiæ rapiuntur in Venerem. Oppian. loco adducto, ὀρούσ & εἰς ἀφοδίτην.

Mitto de emissario.

10. MITTO.] Acute. Alludit enim ad emissarium, & admissarium taurum: quod vidit Germ. Ita & Græci ἐπιτίθεσθαι, ἐπιβαίνειν, ἐπιβαίνειν. Ita solet Poeta leuiter nominum etymologias attingere.

11. PECVARIA.] Sunt hic, non loca, sed ipsa pecora, quod aduertit Philarg. Sic in hoc vate *æstiua* sunt, non loca, in quibus fit æstiuatio, sed pecora, quæ in æstiuis sunt.

Sufficere. Reficere. Subsitituere. Summittere

12. SVFFICE.] Quod nunc *sufficio* statim: *reficere*. Colum. lib. 7. c. 3. dixit: *subsituere*. Ipse, & alij: *summittere*. Notauit Cuiac. lib. 11. Obseruat cap. 36. Idem Colum. lib. 7. capit. 6. *supplementum gregis*, dixit. Suetonius Vespas. cap. 9. *supplere*, etiamsi de re alia loquatur.

Supplere.

Optima dies, quæ sit.

13. OPTIMA-DIES.] Huc pertinet Nota Delrij ex Nonnio interpretante *bonam ætatem* pro iuuentute, nam Poeta de iuuentute loquitur, & hanc vocat *diem optimam*. Cicero in Catone: *Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur*. Seneca in Hipp.

Optimos vita dies Effluere prohibe.

Id est, iuuentutis dies. Inde etiam lucem dat Virgilio in 9. qui primam diei partem vocat *meliorem*, quasi puberem. Recte hoc, nam vt alibi obseruo, extrema dies cum senectute comparatur, & interiore, & moti dicitur. Quam isti *bonam ætatem*. Symmachus epist. 22. lib. 10. *vigentem* appellat, ita loquens cum Theodos. & Arcad. Augg. *Fecistis vt vrbs cana luxuriet, in primam reducta lætitiam, & ver illud quondam vigentis ætatis*. Vt vero bona ætas de iuuentute, ita mala ætas de senectute, quod multis firmat Nonius. Sane Afranius in Vopisco: *mala ætas nulla delimenta inuenit*. id est, Senectus. Attius in Amphitr. *mala ætate*, id est, senectute. Paccuuius in Peribœa, *malam ætatem*, id est, senectutem. Quare autem iuuentus dicatur ætas optima, copiose docet Seneca epist. 109.

Bona ætas, quæ.

Vigens ætas, quæ.

Mala ætas, id est, senectus.

Optima dies prima fugit, ad ag.

14. OPTIMA DIES-PRIMA FVGIT.] Habere potest sententia hæc viæm prouerbij vt multæ aliæ. Vt videre est apud Hieron. Epistola ad Heliodorum, & ad Gaudentium. Horatius quoque dixit:

Multa ferunt anni venientes commoda secum:
Multa recedentes adimunt.

Sed de hac sententia iam Erasm. ch. 3 cent. 9 cap. 43. Et nonnulla hic Germanus, & plura Seneca ep 109. & nos non pauca ad 2. Eclog. Hic adiungo Nazianz. verba orat. 31. ad rem signatissima, τὰ διάφορα τῶν κρόνων

VVA. BHSC. BU 00239

κροτῶν πένθη, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς θαλάμοις τάφους: *Luctus succedunt plausibus, & funera thalamos excipiunt.* Et inf. ait, humana omnia, esse χρόνου καὶ νόσου παίγνιον: *ludibrium temporis, & morbi.* Manil. lib. 4. ita ad rem: *Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.* Plutarch. quoque lib. 4. Symp. Quæst. 1. loquens de animalibus, ait illorum vitam esse ἐπίκηρον καὶ νοσῶδες: *Obnoxiam mille malis, mille modis.*

15. MISERIS MORTALIBVS.] Ad verbum Homer. δειλοῖσι βροτοῖσι. Alibi: ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι. &, δυστήνους ἄνδρας. Euripides quoque ταλαιπώρους. Vrsin. Germ.

16. FVGIT.] Seneca in Hippol. *Ætate fruere, mobili cursu fugit.* Iterum: *Res est forma fugax.* Horat. lib. 1. od. 11. *fugerit inuida Ætas.*

17. SVBEVNT MORBI.] Sententia prius prolata ab Hesiod. νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρη, ἠδ' ἐπὶ νυκτὸς: *Morbi subeunt mortalibus nocte, & die.* Iuuenalis, *Circumsilit agmine facto Morborum omne genus.* Hunc malorum in senectute turbinem optime expressit Græcus quidam his versibus, qui circumferuntur.

Τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστιν τῶν κακῶν,
Πάντ' ἐς' ἰδεῖν εἰς τοῦτο καταπεφευγότα.
Quædam est malorum ara senectus omnium,
Adeo videre est cuncta ad hanc recurrere.

Possit quispiam putare morbos in Poeta esse, non tam morbos, quam ipsam senectutem, quæ tota morbida, ducta ratiocinatione ab Arist. qui lib. 5. de Animal. vocat senectutem νόσον φυσικὴν, *naturalem morbum.* Quod Virgil. *subit senectus.* Homer. Il. 23. γῆρας ἱκάνει.

Morbus naturalis, idest, senectus.

18. TRISTISQVE SENECTVS.] Homer. Il. 8. χαλεπὸν γῆρας. Et 10. γήραϊ λυγρῷ. reperi etiam Græco in versiculo, γῆρας ἐργαστήριον.

19. RAPIT.] Signate; sunt enim mortales rapina mortis, præda Parcarum, inferni furtum. His enim modis veteres rem hanc explicarunt.

20. SEMPER ERVNT, &c.] Habes hoc præceptum in Colum. lib. 6. cap. 22. *Enixæ, & vetustæ, quæ gignere desierunt, submouendæ sunt: & vtiq; tauræ, quæ locum fœcundarum occupant, ablegandæ, vel aratro domandæ, quoniam laboris, & operis non minus, quam iuuenci, propter vteri sterilitatem, patientes sunt.* Et lib. 7. capit. 3. eadem præcipit, etiam si de arietibus, sed quæ ad rē Virgilij: *Nec committi debet, vt totus grex effœtus senectute dominum destituat: cum præsertim boni pastoris vel prima cura sit annis omnibus in demortuarum vitiosarúmque ouium locum totidem, vel etiam plura capita substituere.*

21. REQVIRAS.] Ex Græco fonte, nam Xenoph. in Hipparchico docet alendos esse equos, ὡς ἢν πόλεμος γίγνηται, μὴ ζητεῖν δεῖ ἱππικόν: *ne cum bellum ingruat, equitatum requiras.* Itaque Latino verbo *requiro*, omnino respondet Græcum ζητεῖν, etiam si simplex.

[a] Nec non & pecori est idem delectus equino.
Tu modò, quos in spem statuis submittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
[b] Continuò pecoris generosus pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponto:
Nec vanos horret strepitus. Illi ardua ceruix.
Argutúmque caput, breuis aluus, obesaque terga,
Luxuriátque toris animosum pectus, honesti
Spadices, glaucíque: color deterrimus albis,
Et giluo. tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectúmque premens voluit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos spina, cauátque
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
[c] Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus; &, quorum Graij meminere Poetæ,
Martis equi biiugès, & magni currus Achillis.
[d] Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.

C

ARGVMENTVM.

Transit ad pullos equorum, quorum generositatem colligit à rebus quinque, Incessu, Audacia, Forma, Colore, Furore. Probat omnia testimonio Deorum, atque Heroum.

EXPLICATIO.

[a] POST delectum Vaccarum, transit ad delectum equorum. Ita vero ait rem considerandam, vt statim à primis annis adhibeatur cura maxima cum illis pullis, qui seruandi ad admissuram equarum: quando ex parentibus optimis exsistet soboles

UVA. BHSC. BV 00239

soboles optima. *Submittere* hic est, destinare ad admissuram.

[b] Accingit se ad narrandas notas illius equi, qui esse debeat admissarius, quas sane notas equus præbet per initia ætatis. Considerandus vero ordo, quem in re hac teneat Poeta. Itaque generositatem incipientis pulli colligit ab Incessu, ab Audacia, à Forma, à Colore, à Furore. Incessus esse debet altior, & cum molli quadam, ac facili crurum repositione. Audacia inde colligitur, quod primus omnium viâ capessat, fluuios transmittat, & pontem illum, quem nunquam transmiserat, nullo sue strepitus exhorrescat. Forma sita est in ceruice, quæ esse debet erecta: in capite, quod exiguum. nam hoc est argutum: in aluo, quæ breuis, & substricta in tergo, quod obesum, id est, pingue, explicatore Brodæo libro 9. Miscel. cap. 20. in pectore, quod torosum, & luxurians. De colore tantum probat spadices, & glaucos, id est, baios clariores, & obscuriores: improbat albos, & giluos (per giluos puer capiat, pazizos.) De furore istæ sunt notæ. audito strepitu armorum nescit stare in eodem loco, emicat arrectis auribus, tremit toto corpore, efflat è naribus ardentes halitus: ad hæc, habet iubam densam, eamque in armum dextrum inclinatam, & spinam duplicem, id est, latam; cauat perpetuo terram, & sonat grauiter cornu vngulato.

[c] Probat, quæ dixit testimonio Heroum, & Deorum, qui tales equos habuerunt. Nam talis fuit Cylarus Pollucis, tales equi Martis, atque Achillis, quorum Græci vates meminerunt.

[d] Non contentus testimonio Heroum, & Deorum, addit in argumentum, Saturnum sese conuertisse in equum eius formæ, quam describit. Attingitque obiter fabulam. erat Saturnus in monte Pelio cum Phylira filia Oceani, interuenit vxor Saturni Ops, à qua ne agnosceretur, se in equum conuertit, qualem Numen potuit effingere.

A tum pectus. Ipse *micat auribus*, alij, *surrectæ*, arrectæ, aures. Descriptionem iubæ nemo æquat. Quæ Poeta venustissime de ignitis naribus, frigide omnes per lætas nares, diductas, apertas, non angustas. Reliqua percurrat lector.

2. SVBMITTERE.] Hac voce signat propagationem, & admissuram. Sic inf. Submitto, quid sit.

Et quos aut pecori malint submittere habendo.

Iustin. libr. 2. Instit. de rerum diuisione: *Sed si gregis vsumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius submittere debet.* Hic pertinent, quæ de furto *submissionis* obseruat Cuiac. lib. 14. Obseru. c. 6. Homerus de hoc furti genere 15. Il. κτηνῶν δήλεας ἵππους: *Subiiciens equas fœminas.* Et Eustathius: κλοπὴ τῆς οἰκονομικῆς: *Furtum patrisfamiliæ*, cupientis videlicet rem suam augere summissis alienis equis in equas suas.

B

3. A TENERIS IMPENDE LABOREM.] Similis est posttea locus de bobus.

4. GENEROSVS.] Nazianz. orat. 26. ἵππον ἡμιναῖον, συμμετρίᾳ. Sed & Græci millies ἀγαθὸν dicunt, quem Latini generosum. & de equis loquuntur. Latini millies etiam hanc vocem ad equos flectunt. Symmach. epist. 61. lib. 4. *Tui beneficij erit, vt quidquid ad curule certamen generosum gignit Hispania, vel domo præbeas, vel de aliorum gregibus excerpas.* Locutio traducta est ab hominibus, quorum propria est generositas. Vnde Basilius Hom. contra Diuites, ἵππει παμπληθεῖς, ᾧ ὅτου ἡδέως λογίζωμαι ἀπ' εὐμήκους παλήρου, ὥσπερ οἱ ἀέθραπτοι: *Equi multi, & isti à parentibus suis generosi, non aliter atq; homines.* Generositas de equo.

C

5. ALTIVS INGREDITVR.] Hæc ideo præstantis equi est nota, quia ab alto incessu pulli colligitur futura equi granditas, & speciositas. Quod aperte scribit Xenoph. lib. de Re Equest. ὅσοι αἱ κῶλαι εὐθὺς γεγονόσιν ὑψηλότατοι, ὅτῳ μέγιστοι γίνεται: *Pullus cuius statim a primo ortu altiores tibiæ fuerint, is maximus futurus est?* Cur quia, vt ipse addit, tibiæ in quadrupedibus non cresunt: atque adeo, vt illæ fuerint in primo ortu, ita reliquum corpus magnitudine augebitur. Ergo magnus postea equus, cui magnæ tibiæ in ortu; sicut paruus, cui paruæ. Ex hac itaque boni equi nota Homer. 6. & 15. Il. ὀλίγῃ ὄχῃ: *Alte caput tollit.* Et Plato 8. Rhet. ἵππου ἐπὶ τὰ ἀνδρεῖα ὑψαύχενος ἀξιοῦμεν ἀκοῦσαι πορεύεσθαι: *Equi assueti ingredi superbe, & fastuose.* Xenoph. ibidem, αἴρει αὐχένα τε καὶ κῶλα: *Tollit crura altius.* Et Oppian. 1. Cyn. ὀρθοτενεῖς δολιχεῖτε ποδῶν ἀσκηθέες αὐλοί: *Recte, prolixeq; pedum longæ tibiæ.* Columel. etiam lib. 6. c. 29. *Alios rectis cruribus.* Gratius, Equi boni notæ. Equorum incessus. Tibiæ in quadrupedibus non eiusdem sunt.

D

Nempe ingens, nempe arduus fundet in auras Crura.

Neque omittendum, exemplo fortasse Xenophontis, Virgilium incipere equi sui notas ab incessu pedum, nam ille quoque, τὰ μὲν σώματα ὅσπερ ἀνθρώπου χρὴ ἀεὶ τὰς πόδας σκοπεῖν: *In corpore prima erit pedum consideratio.* Et adhibet exemplum à domo, quæ nullius vsus, nisi bene fundata fuerit.

Virgilius secum comparatur.

6. MOLLIA CRVRA REPONIT.] In laude ponit Xenoph. ὦ ὁ ἀνὴρ ὑγρὸς κάμπτει: *Si genua inflectat flexu molli.* Et post pauca, τὰ δ' ὑγρὰ δικαίως εὐδοκιμεῖ: *Mollities hac merito sit maxima.* Et reddit rationem hanc: ἀσφαλέστερον γὰρ τὸ μὴ σκοπτόμενον ἢ ἵππον ἐν σκληροῖς σκελοῖν παρέχειν: *Nam in hac minus & offendit equus, & laborat quam in rigiditate.* Infra etiam crura equi ὑλεῖς vocat, *mollia, lubrica.* Iterum post multa, κυδρῷ μὲν τῷ φρονήματι, ὑγροῖς δὲ τοῖν σκελοῖν χαυνοῦμενον. Exsultabundo habitu effert sese *mollibus cruribus.* Ad hanc mollem crurum repositionem visus est alludere Iob, cum de suo equo exsultante, dicit χαυνῶ. nam eodem verbo, vt vidisti, vsus Xenophon. Cassiod. lib. 4, capit. 1. de Mollia crura equorum.

E

Virgilius ea mollitis comparatur.

hac

VVA. BHSC. BV 00239

NOTÆ.

1. FIRMABO in his Notis, atque illustrabo, quæ Poeta attingit in suo equo: voloque, vt lector conferat diligentiam nostram cum diligentia Interpretum, qui ante nos scripserunt. Adeo autem præclara est Virgiliana equi descriptio, vt ante omnia placuerit aduocare ad Iudicium, primo Virgilium ipsum secum, deinde cum aliis. Qui secum certe expendi Poetam quæsiuisse varietatem inter vaccæ, & equi notas. In primis (hoc vidit Seruius qui inde mihi ansam præbuit) ibi descripta est mater, hic pater admissarius, exquisita, vt ait ille, varietate. Ibi omnia plena sunt toruitatis, hic elegantiæ. Ibi caput turpe, hic argutum. Ibi ceruix plurima, & ipsis palearibus collum contingit crura; hic ceruix est ardua, & sublata. Ibi omnia magna, & absque vllo modo; hic omnia discriminata argutie capitis, breuitate alui, obesitate tergi, duplici spina. Ibi cauda describitur, hic iuba. Ibi demum aliqua attinguntur, quæ hic subticentur: contra hic aliqua assimuntur, quæ ibi prætermittuntur, omnia ad exquisitam varietatem excogitata. Pergo ad partem alteram comparationis. Poeta omnibus præstitit, qui equum descripserunt? nam omnia exquisite dixit; cum reliqui vulgariter. Ipse *argutum caput*, reliqui paruum, exiguum, tenue, breue. Ipse *obesa terga*, non lata, vt Oppianus. Ipse *altius ingreditur*, alij, prolixæ, longæ tibiæ. Ipse *ardua ceruix*, alij, sublata, erecta, sublimis. Ipse, *luxuriat toris animosum pectus*, alij, latum pectus. Ipse *micat auribus*, alij, *surrectæ*, arrectæ, aures. Descriptionem iubæ nemo æquat. Quæ Poeta venustissime de ignitis naribus, frigide omnes per lætas nares, diductas, apertas, non angustas. Reliqua percurrat lector.

Virgilius secum comparatur.

hac nota: *Incedunt enim molliter, sessoresque suos insanis festinationibus non fatigant, quiescitur potius in ipsis, quam laboratur.* Et Plin. li. 8. c. 42. de equis Hispanis in Gallaica, & Asturica: *Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.* Puto hanc mollitiem significare Oppianum, cum de suo equo, ἁπαλός τε φέρειν. *Mollis ad portandum.* Iterum: ᾗ σουβῶν ἀλκίνοτον: *Et talum inclinet.* Et Nazianz. orat. 32. cum ait, ἵππων φέρεσθαι τρυφεροῖς: *Ferri equi lasciuis.* Et Terentium Varr. in Triodite: *Nam ut equus, qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equoso doceat tolutim.* Et Heliodorum lib. 3. Hist. Æth. loquentem ita de equo Theagenis: *In utrumque latus alternis sese librans, extremaque ungula terram leniter pulsans, commotionem cum incessus tranquillitate temperabat.* Et Iouium libr. 27. cum dat *temperatum passum* equis, qui ferebant Pontificem Maximum, & Maximum Imperatorem Carolum. Ilti omnes signant molliciem incessus.

7. REPONIT.] Sumsit hemistichium ab Ennio, qui de gruibus:

Pergi, sabam repunt, & mollia crura reponunt.

Aliter Plinius de tauris loquens lib. 8. c. 45. ita extulit, *Pedes alternos replicans.*

Equi audacia.

8. PRIMVS ET IRE VIAM.] Audaciam equi signat per viam, fluuios, pontem, strepitus: omnia enim contemnit, imo inuadit. Est itaque audacia præcipua nota in hac animali. Ab Auctore Geopon. lib. 16. ex Apsyrto (sic nominat Ruellius, alij Absyrtum) laudatur equus μὴ ἐπτοημένος, μηδὲ ἐκπαφλάζων: *non pauidus, non consternatus,* ἐκ εἰκῆ non cedens. Demum is ab eo laudatur, qui ἐν τοῖς πολεμίοις καὶ μέσοις ἐκ αἰσθάνεται ἕτερον ἑαυτοῦ ἐπιβαίνων, αὐτὸς δὲ ἀκροπαλίλλος φαίνεται καὶ τάχος πολύ: *In flumnibus, ac flagnis non exspectans, vt alius prior inscendat, ipse intrepide princeps hoc faciat.* Ab hac nota Oppian. μᾶλλα διαπρεπέντες: *valde audaces.* His affinia illa Varron. lib. 2. Rei Rust. c. 7. *Equo boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit, in currendo, aliaue re, quo potior sit: si, cum flumen trauehendum est gregi, in primis progreditur, ac non respectat alios.* Et Columellæ libr. 6. cap. 29. *Cum vero natus est pullus, confestim licet indolem æstimare, si hilaris, si intrepidus; si neq; conspectu, nouaque vei anditu terretur; si ante gregem procurrit; si lasciuia, & alacritate, interdum & cursu certans æquales exsuperat; si fossam sine cunctatione transilit; si ponterm, flumenq; transcendit. Hæc erunt honesti animi documenta.* Quod de fossa attigit Columella, prior Xenophon, τάφρου διαπήδων. Ad audaciam refero ista Apul. 4. Flor. qui de aduectore equo: *& ferre validum, & ire rapidum, qui campos colleque gradu perlabitur uno, vt ait Lucillius.* Refero (inquam) quia audaciæ est, nulla re terreri, quo minus destinata spatia percurrit. Porro Apuleiana Fruterius correxit in suis Verisimil. Vides tot elogia audaciæ equorum. Nescias ergo, cur de equo dixerit Curtius reprehenditur. Curt. lib. 8. *Pauidum ad omnia animal.*

9. FLVVIOS TENTARE MINACES.] Xenoph. in Hipparchico ita extulit, πειράσεις περᾶσαι.

10. NEC VANOS HORRET STREPITVS.] Ideo inter præcepta domandorum equorum monet Xenophon domitorem, vt equum δι' ἄχλα διάγειν, ᾗ παντοδαπαῖς μὲν ὀθνείοις παντοδαπαῖς δ' ὑφοῖς πανπέζειν: *per turbam circumferat, admoneat illum variis speciebus, variis strepitibus, & fragoribus.* At Varro ait: *eoque, cum stent cum matribus, interdum tractandum; ne, cum sint discinctis, exterreantur.*

Equi cerui ardua.

11. ARDVA CERVIX.] In hanc notam sublati capitis, & cerui cis multi conspirant. Dicitur à Xenophonte equus ille καλὸς δαιμονίως, ἀγαθὸς, pulcer, admirandus generosus, videlicet μετεωρίζων ἑαυτὸν σφόδρα: A *altius sese erigens.* Additque, hunc equum oculos omnium ad se rapere, ac neminem defatigati intuentem tam pulcrum spectaculum. Supra etiam dixerat, equum ante discere αὐχένα διαίρειν: *cervicem vollere.* Et postea quidpiam commeminit περὶ τῆς ὑψαυχενίας. Auctor etiam Geopon. probat equum ὑψαύχενα: *cervicis altæ.* Oppian. de suo equo,

—μετέωρον ὑψαύχενον ἄειρον:
Arduum & sublime caput erigat.

Iterum dat illi ὑψικάρη: *altum caput.* Papin. de equo Domitiani:

At Sonipes habitus, animosq; imitatus equestres
Acrius attollit vultus.

Nazianz. in Epistolis, *Ac mihi videris, quemadmodum Achillis equi, sublato in altum capite, atque excusso pulB uere—camporum ruisus, & armorum, & ostentandi ingenij cupiditate flagrare.* πῶς κεφαλὴν διάγει. Allusit Philo περὶ φιλοθρώπ. nam loquens de superbiente homine, ᾗ ὁ αὐχὴν μετέωρον ἐξαίρει φρυαττόμενος: *fremens cervicem attollit.* Allusit (inquam) quia φρυάττομαι, equorum est. Calab. libr. 7. inter notas alias boni equi, —κάρη δ' εἰς ὕψος ἀείρει: *caput in altum tollit.* Et lib. 12. describens fabricam Troiani equi (de quo ipse ait aptissime & ad normam pulcerrimi equi fuisse constructum) inter alias notas,

—καὶ ὑπερθε ᾗ κεῖνο αὐχένι ὑψηλοῖο κεφαίρετον:
Superne autem iubam cerusici erectæ concinnauit.

Homerus hoc elogio Iliad. 10. & 23. ἐϊσαύχενας ἵππους. & 15. ὑψικάρη ἔχεν: *Habet caput sublime.* Apoll lib. 4. C μετέωρος αὐχένα. Silius lib. 4. *erectus in auras fit sonipes.* Dio Chrysost. orat. 63. ait depictum equum militarem ab Apelle, cuius hæc forma, ὑψηλὸς ὦν τῷ αὐχένι, ᾗ ἐπηρμένος: *Excelsus erat cervice, & insurgens.* Equi boni notas late persequitur Plato in Phædro, interque alias placet illi equus, qui sit τὸ, τε εὖ & ὀρθὸς, ᾗ ὑψαύχην, *rectus, & cervice ardua.* Eandem notam dat Heliod. lib. 3. Hist. Æthiop. equo Theagenis. Calpur. 6. Eclog. equum describens: *Sme pondere ceruix.* & postea: *Excelsissima frons est.* Colum. *corpus sublime, erectum.* Isidor. libr. 12. cap. 1. *Erecta ceruix.* Ouid. in Hal.

Non ne vides victor quanto sublimius altum
Attollat caput, & vultu se venditet aure. Nemesia.
Plurima se valdos ceruix resupinat in armos.

D Ad idem possunt spectare ista eiusdem:

Ardua frons, aureque agiles, capitiq; decoro
Altus honos.

Lucan. libr. 4. de equo fatigato contrarium effert: *Fessa iacet ceruix.* Et Valer. 3 Argon. *Sonipes cervice remissa.* Et Platoni adducto loco improbatur equus ἑλεγτεχνικός. qua voce *demissum collum* Interpres accipit. Sed notandum, Poetam extulisse rem per vocabulum *ardua* cum maiore virtute. Ita enim sublimis esse debet cerυix, vt sit etiam concinne inflexa. Ideo Oppian. γαυλὸν δειρὴ: *Reflexum sit collum.* Et Pollux ex Xenophonte, τράχηλος οὐκαμπὴς, ὡς ἀλεκτρυόνων: ἀλλ' ἐκ ὥσπερ κορώνη ὀρθὸς: *Collum concinne inflexum sit, vt gallis: non rectum, vt apro.* Possit quispiam suspicari Græcam phrasin, μέγα ἐαλίζοντες: *Sublime ingredientes,* qua notantur superbi homines, ductum ab hac equorum proprietate.

12. ARGVTVM CAPVT.] Varro: *Qualis futurus sit equus è pullo coniectari potest, si caput habet non magnum, &c.* Colum. *Exiguo capite.* Isid. & Pallad. *Exiguum caput.* Auctor Geop. πῶ κεφαλὴ ἔχει μικράν: *Habet paruum caput.* Pollux κεφαλὴ ξεχνία: *Breue caput.* Oppian. ξανὸν κάρηνον: *Modicum caput.* Propter hanc exiguitatem Cassiodorus: *Caput ceruinum reddit effigiem.* Equi qualc.

13. BREVIS

UVA. BHSC. BU 00239

13. BREVIS ALVVS.] Hæc nota celeberrima A est. Xenophonti in primis equus laudatur, cui sit κενεὼν μικρότατος: *ventrem breuissimum*. Nam magnus (inquit) equum vel deformat, vel debilitat, vel prægrauat. Pollux γαστὴρ συμπεπτωκὼς: *Contractus venter*. Auctor Geopon. γαστέρα συμπεπτωκυῖαν, καὶ τοῖς λαγόσι συνεσταλμένον: *Ventrem compressum, & ad ilia contractum*. Varro: *Ventre modico, lumbis deorsum versum pressis*. Colum. *Ventre substricto*. Isid. *Venter substrictus*. Hæc pars de ventre deest in Palladio, vt & alia quæpiam, quæ procul dubio supplenda ex Isidoro, nam Palladio hæsit Isidorus in sua descriptione. Cassiod. *Alius in breuitate constringitur*. Eodem videtur pertinere, dari ab Æliano lib. 3. cap. 2. Hist. Anim. equis Libycis, qui maximè sunt militares, habitus tenuitatē, macriciem, gracilitatem. Porro de hac macricie equorum militarium videri aliqua possunt apud Synesiū in epistola, qua commendat equos, quos ipse dono mittit Vranio.

ὀρθόμυας verbū equorum.

14. OBESAQVE TERGA.] Oppian. Δρόμε πόντε: *Lata terga*. Xenophon laudat equum, cui sit ὀσφὺς πλατεῖα: *lumbus latior*. Et postea πάχος μὲν ἰσχίε κατὰ ἔνα μὸν χῶρον δ' ἄφαρος: *Oportet coxas esse latas, & carnosas*.

15. LVXVRIAT.] Græci hoc σφεγγᾶ, ἀκμάζει, ἀσωμαλεῖ. Ceterum vide, qua periphrasi rem explicuit. Per luxuriam enim, & torositatem indicat magnitudinem pectoris: & addit animum. nam eo maior equi vis, quo hic pectorosior. De notis pectoris Xenophon, καὶ μὴν στέρνα πλατύτερα ὄντα καὶ μᾶλλον κρέα ἔχοντα: *Latius pectus idoneum est, & ad formā, & ad robur*. Auctor Geopon. εὖ & δρὺ. *Latum pectus*. Oppian. πολὺ πλοτύστερνον: *Plurimum sit pectus*. Varr. *Pectus latum, & plenum*. Colum. *Lato & musculorum toris numeroso pectore*. Pallad. & Isidor. *Pectus late patēs*. Cassiodor. *Quorum (equorum) pectora, vel crura sphæria carneis decenter ornantur*. Seruius: *Nodosum, & eminens pulpis*.

Equorum colores.

16. SPADICES, GLAVCIQVE.] Seruius, spadices aceipit, qui sunt coloris phœniciati; glaucos, qui felinei. Ant. Thylesius lib. de coloribus, tam spadices, quam glaucos interpretatur *caballos baios*, ita tamen, vt spadices sint illustriores, glauci obscuriores. De spadiceo colore paria ferme Alciat. lib. 2. Paregg. & probat. Nam spadicem, hoc est, ramusculum palmæ cum fructu suo, Græci vocant βάτ. Eadem fere German. & à Græcis ait manasse Galliam vocem *bayo*. Inde & Latini baios, balios, & badios nominant. Sed & hunc colorem in equo celebrat Homer. Iliad. 23. ὅτ τὸ μὲν ἅλμα θέειν φοινιξὶ ἐῶν: *Corpore totus erat Phœniceus*. Et Liban. in Progymn. vbi de equo quopiam, φοινιξὶ πᾶν τέρας. Auctor quoque Geopon. etiam si ex sua sententia probet saturate nigricantem equum, & ex Platone album: certè ex aliis φοινίζοντα: *puniceum* probat: & ex sua item γλαυκόν. De coloribus equorum vide, quæ latè Pallad. & Isid. Vide etiam Agellium, & Platonem in Phædra, & Non. Marcellum. Tractatio de coloribus semper fuit difficilis. Puer, vt habeat, vbi pedem figat, hæreat his, quæ adduxi ex Thylesio, & intelligat equum spadiceum (sic dictum aut ab colore aulsi termitis palmarum, aut à fructu ipsius palmæ nondum incocto à Sole) esse eundem cum baio, badio, balio, puniceo, phœniceo: glaucum vero esse & ipsum baium, sed obscuriorem, qualem habent vluæ, salices, frondes. Sed cur potius his coloribus, quam aliis sibi plauserit Poeta, ratione reddit Turneb. lib. 13. cap. 4. qui ait Poetam loeutum non generali doctrina, quia non ideo probādus est equus, quod sit spadiceus, aut glaucus. Sed locutus est (inquit ille) ex eorum locorum seminio, in quibus huius coloris præstantissimi equi nascebantur: videlicet habito respectu ad vrbes Mycenas, & Pellam; nam Pellæi spadices in pretio fuerunt, & Mycenæi glauci. Probat testimonio Gratij, qui fere par Maroniano æuo. De primis:

Spadices vix Pellæi potuere Cerauni,
Et tibi deuotæ magnum pecuaria Cyrrhæ,
Phœbe, decus nostras agere in sacraria thensas.

De Alteris:

Consule Penei qualis perfunditur amne
Thessalus, aut patriæ quem consbextre Mycenæ
Glaucum: nempe ingens, nempe ardua tollet in auras
Crura: quis Eleas potior lustrabit arenas?

B Certe in oculis equorum celebrari solet glaucus color. Eius meminit Plin. c. 37. lib. 11. Nam loquens de oculis Augusti: *Diuo Augusto equorum modo, glauci fuere*. De qua re legendus Aristot. lib. 5. de Gener. Animal. c. 1.

17. COLOR DETERRIMVS ALBIS.] Non improbat candidos, & nitentes, ac luce perfusos. Nam de equis Rhesi magno elogio Hom. Il. 4. λευκότεροι χιόνος καὶ ἀνεμοτάχεες ἦσαν: *candidiores nive*. Quæ nota bonitatis sæpe obuia. Nam Claud. de 6. Conf. Hon. *Electi candoris equos*. Et de equis Martis 2. Stil.

Albus color deterrimus omnium.

candentibus vrbem
Ingreditur trabeatus equis

Cādidus color in pretio.

Et Ouid. 2. de Pont. Ele. 8. optat Germanico equos

C *Sic tibi mature fraterni funeris vltor*
Purpureus niueis filius insset equis.

Loquitur cum Aug. & 1. Art.

Ergo eris illa dies, qua te pulcerrime rerum
Quatuor in niueis aureus ibis equis.

Sed eos improbat, qui mere albi, ac pallori vicini. Apertè discriminat Isid. loquens de coloribus equorum c. 1. lib. 12. *candidus autem, & albus inuicem sibi differunt. Nam albus cum quodam pallore est; candidus verò, niueus, & pura luce perfusus*. Itaque hos pallidos Poeta improbat. Adducit Germanus Aetium consentientem cum Marone, τὸ δὲ λευκὸν ἀλυσιτελέστερον. *Alba languidiora, imbecilliora*. Et ego Oppianū, qui 1. Cyn. eundem colorem in canibus improbat, χροιαὶ δ' ἀφαυραὶ τε καὶ ἀμαὶ μάλα, κυάνεαι τε: *colores albique, & nigri, mali admodum*. Et Theophrastum, qui 3. Caus. c. 27. loquens de rubigine, segetum morbo, ita obiter, ἀδυνάτους δὲ καὶ ἀσθενεστάτους αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἐσθίειν τὰ λευκὰ τῶν μελάνων καὶ ἀπὸ τῶν φυτῶν ἐστι καὶ ἀπὸ τῶν ζώων: *Infirmiora fragiliora que sunt omnia, vt vno dicam verbo, alba, quam nigrastant in pl. mis, quam in animalium genere*. Quem ad locum scite notat Iulius Scalig. vocem *blanco* deduci à Græca origine βλαξ, quia hic color imbecillus, languidus, iners, nocius. Xenophon certè (me obseruatore) equum ignauum βλάκα appellat, & opponit δυμοειδεῖ, id est, feroci, in libro de Re equestri. Sed notanda loquentis Vatis proprietas. Est enim deterius, quidquid detritum est, & veluti abrasum. Cum igitur albus color, & giluus in pallorem desinant, deficiantque à candore, optime deteriores dicuntur, quasi ab illis candor detritus sit, & ablatus. Aduerto hic vocem λαλὸς, non vsurpatam à Platone in omni proprietate, nam Aetius, vt vidisti, & Theophrastus λαυκὸς, id est, *alba* improbant, vt deteriora. Et certum est, albedinem non positam in laude, quia vicina est pallori. Atqui Plato in Phædro describens notas equi optimi, inter alias, λαλὸς οὐδὲν dixit.

Alba omnia infirmiora nigris.

18. GILVO.] Terentius Varr. in ὄν ἐκ λύεαν. *Equi colore dispares hic habitat, iste giluus, ille murinus*. Thylesius intelligit robum, aut heluū. Eadem forma-

Giluus color.

UVA. BHSC. BU 00239

Alciatus, nam ait giluum esse colorem quadamtenus vergentem in rubrum, quod vulgo Chrysleum vocant, à pallore auri prius quam excoquatur: Isidor. cap. 1. lib. 12. ita explicat loquês de coloribus equorum: *Giluus autem inclinus color est subalbidus.* Ego puto giluum, robum, heluum, chrysleum respondere illi, quem Hispani *passio* dicimus, & istum improbari à Poeta.

Equi ferocitas.

19. TVM, SI QVA SONVM.] Putant aliqui, in his etiam Quintil. lib. 8. cap. 2. & Iul. Scaliger. lib. 5. Poetic. cap. 9. hanc sententiam annectendam cum superioribus de strepitu, & quæ interiacent discriminanda parenthesi. Vt malis. Ego de nota ferocientis equi, & impatienter stantis. Auctor Geop. ἀγαθὸς ὁ ἵππος ᾧ τὸ πτερύγιον. ὅταν ἑστηκὼς μὴ ἀνέχηται, ἀλλὰ κρούῃ τὸν χῆν, ὥσπερ τρέχειν ὁπλισμένος: *Bonus equus argumentum est, cum stans, impatienter ferri quietem, & terram pedibus pulsans cursum meditatur.* Calab. lib. 4. inter signa alia, πῶλος ὅτε κίνυνον: *Pedes motabant.* Et lib. 7. καὶ ἵστασθαι ἐσλὰ σῶμα τόδε οἴμης: *Neque stant pedes eodem locovacipidi abeundi.* Nemesian. inter notas boni equi: *Nec pes officium standi tenet.* Pet. Apollon. lib. 2. Excid. de equis loquens: *stare loquor vesania nescit.* Sed graphice profecto Prudent. in Psychomachia:

Nec minus instabilis sonipes feritate superbit,
Impatiens madidis frenarier ora lupatis:
Huc illuc frendens obuertit terga, negata
Libertate fuga, pressisq; tumescit habenis.

Consentiunt cum hac irrequiete verba Sidon ep. 3. lib. 4. *Emicat que, ut equi potentis animositas, cui frementi, si inter tesqua, vel confraga frænorum lege teneatur, intelligis non tam cursum deesse, quam campum.* Sed hanc instabilitatem illi dat Vates, cum audit sonitum armorum. Ad quam rem cur non adducem Iobi verba ista Virgilianis in sententia simillima? ὁ σάλπιγξ ὅταν σημαίνῃ, λέγει, ὦ λιτοβρέωθεν ὀσφραίνεται πολέμου, συναγωγὴν καὶ κραυγὴν: *Vbi audierit buccinam, dicit, Vah: procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.* Ex Iobo Isidorus: *Vnacitæ equorii multæ, exsultant enim in campis, odorantur bellum, excitantur sono tubæ ad prælium.* Non hinc abit Oppian.

— μάχαισιν ἀρήϊος ἔκλυεν ἵππος
ὄρνυ ἐϊκτιμόθον δολιχὸν πολεμήϊον αὐλὸν. *In pugnis audit equus Martius sonum classicum, atque hostilem longarum tubarum.*

20. STARE LOCO NESCIT.] Ad Cæsarem trãstulit Lucan. lib. 1. *Sed nescia virtus Stare loco.*

Aures equorum.

21. MICAT AVRIBVS.] Positum in auribus magnum argumentum generosi equi. Plin. lib. 8. c. 16. *Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures. Namque & has notas generosissimo cuique natura attribuit.* Ælian. lib. 6. Hist. Animal. cap. 10. Ait, equum visis ornamentis militaribus, statim incendi ad bellum, atque aures arrigere. Ex hac nota Colum. *Brevibus auriculis, & arrectis.* Et eadem Pallad. & Isid. *Aures breues, & arguta.* Lucan. *surrigit aures.* Sophoc. in Electr.

Ὡσπερ γὰρ ἵππος δεινὸς, κἂν ἥ γέρων,
Εν τοῖσι δεινοῖ θυμὸν οὐκ ἀπωλέσεν,
Ἀλλ' ὀρθὸν ἵησιν. ὡς ἄλυπος δέος. &c.
Veluti enim equus generosus, etiam si sit senex,
In periculis animum non perdidit,
Sed arrigit aures, sta tu.

Nazianz. scribens ad Candianum. χρὴ τοὺς θέρμωτέρους τῶν ἵππων τὸ δεῖ διανίσχειν: *Instar ferocentium equorum aures erigo.* Calab. lib. 4. inter notas alias ὅσσα δ' ὀρθώσαντο: *Arrigebant autem aures.* Dio Chrysost. Orat. 63. de equo militari picto ab Apelle ὃ τὰ ὦτα ὀρθίους ἔχειν τοὺς ἵππους. Heliod. quoque li. 3. Hist. Æthiop. equo, quo vehebatur Theagenes, arrectas aures dat.

A Ergo verba illi Solini cap. 40. sic legenda sunt: *Animos leonum frons & cauda indicant, sicut motus equini de auribus intelliguntur. Dedit enim has duas notas generosissimo cuique natura.* Nam qui ex libro vetere legunt, *de naribus*, videant contra se esse similitudinem verborum Plinij, e quibus (vt apparet) Solinus sua transcripsit. Et Isid. ab vtroque: *Motus autem equi in auribus intelligitur.* Porro aures equi (hoc sit parergon) breues esse debere, præter Columellam, Palladium, Isidorum, quos in excursu vidisti, docent etiam Oppianus, & Auctor Geopon. πρίον δὲ τὰ ὦτα, posterior ὅτα βραχέα. Vatro tantum dixit, *Auribus applicatis.* Porro ab hac boni equi natura, præsertim ab eo, quem describsit Sophocles, natum agium, *Equus Sophocleus*, de homine, cui imbecillum corpus pro senecta, animus integer, & viuidus. De quo, præter alios, lege Leopardum lib. 2. Emend. cap. 25. Verum est tamen, ab Herodoto lib. 4. dari equo ὀρθὰ τὰ ὦτα in pauore, & consternatione. Equus Sophocleus adag.

22. TREMIT ARTVS.] Isid. *Sit animo audax, pedibus alacer, trementibus membris, quod est fortitudinis indicium.* Et postea ait, virtutem equi indicari *in membris trementibus.* Ad hanc rem pertinent, quæ dixi ad illud: *Tum, si quis sonum, &c.*

23. COLLECTVMQVE PREMENS VOLVIT SVB NARIBVS IGNEM.] Nihil certius ad ferocem, & militarem equum cognoscendum, cuius nares patulæ esse debent & apertæ, non angustæ, ex quibus videatur ignes, ardentes certè anhelitus eructare, ac deuoluere. Xenophon. ὧ μυκτῆρες μὲν οἱ ἀφαπλούτ τῶν συμπεφωνώκοτων, δι' οὗ ὀσφραίνεται ἄμα ἧττον καὶ χορχάτερον τὸν ἵππον ἀποδυκνύοι. καὶ γὰρ ὅταν ὀργίζηται ἵππος ἵππῳ, ἢ ἐν ἵππασίᾳ θυμῶται, δῆλον μᾶλλον τοὺς μυκτῆρας: *Nares patulæ multo, quam connitentes, & apertiores meatus habent animæ, & faciunt videri equum terribiliorem. Nam & irascens equus equo, & inter agitandum ferocens, nares vehementius diducit.* Theophil. lib. 4. de homin. fabric. (citat hunc in Isidorum Ioannes Grial.) ait, nares equi debere esse patulas: nã, augustæ si essent, discinderentur; ne videlicet equi longo cursu incalescentes suffocarentur. Hoc certè præceptum commune est. Nam Opp. ἀρῆϊαι εἶναι: Colum. *Naribus apertis.* Pallad. & Isid. *Nares patulæ.* Varr. *Naribus non angustis.* Æl. lib. 6. Hist. Animal. *Naribus inflatis celerem festinationem anhelat.* Calab. lib. 7. hanc notam boni equi indicans, φυσιόων μάλα πολλὰ: *Vehementer inflans.* Hanc narium deductionem sequitur nota illa ignis, vaporis, anhelitis. Quam rem nemo melius Virgilio repræsentauit. Allusit Claudian. de Nuptiis Honor. describens equum ferocientem,

notos hinnitu flagitat amnes Naribus accensis.

Et de 4. conf. Hon.

Vidi, tuis primum sonipes calcaribus arsit,
Igne sicunt patulæ nares.

Oppian. cum dixit, κἀθύοντας δ' ἵππους ἑλκομένους: *Ardentes equos, & igne fulgente.* Sanctus Iob in illis: *gloria narium eius terror.* Vbi Septuaginta, nescias cur, legũt σωλῆνα. Calab. li. 8. de equis Achillis, quos in bellum ducebat Neoptolemus, ἀΰτῳ ὀλοὸν πνείοντας: *Exitialem ignem aspirantes.* Sil. lib. 6.

Equorũ nares debent esse latæ.

Equorũ nares ignitæ.

— *frænoque teneri*
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.

Allusit Dio Chrysost. Orat. 36. nam de equo flante, ἐθέρμανε τὸν ἀέρα: *Calefaciebat aliquos.* Et Papin. 1. Sylnam fumi, & flatus meminit in his:

Bistonius portat Sonipes, magnoque superbit
Pondere, nec tardo raptus prope flumina cursu
Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.

Nazian

Nazianzenus in Epistola illa ad Claudianum, de se ita ait: *Ego, vt feroces equi solent, πνέω πνεύματι ἐκ μυκτήρων, καὶ βάλλω δεμνιῶν, καὶ ἀφρῷ βάλλομαι, furorem è naribus spiro, præfero acrem vultum, impellor spuma.* Ennius 2. Annal. de equo loquēs: *Spiritus ex anima calida.* Idem in Hectoris Lytris: *Sublime iuer quadrupedantes, flammam halitantes.* Lucret. lib. 5.

Et Diomedis equi spirantes naribus ignem.

Sumsit ab hoc noster in lib. 7. Æn. Nemesianus in Cyneg. dixit:

Fumant humentes calida de nare vapores.

Oppian. 5. Hal. hunc ignem dat equi ori, non narib. πυρὸν δ' ἀπὸ στόμα κίδνατο αἶθμα: *Calidus autem per os spargitur anhelitus.* Coniunxi tot de igne exempla, inopiam quorundam miseratus, quos non nomino, qui vno aut altero inuento, mire sibi plauserunt. In hos lector incidet.

Equorum iuba.

24. DENSA IVBA, ET DEXTRO IACTATA RECVMBIT IN ARMO.] Tria prædicat de equo, iubam, & hanc densam; & hanc reiectam in armum dextrum. De primo Xenoph. ἵππῳ δὲ πυρὸν θεῶν καὶ ἀγαθὰς ἕνεκα ἵππου χαίτην: *Data est equo a Dijs iuba insigni dono ad ornatum.* Et Claud. describens equum Honorij, Elogij loco ait, *Discussaque iuba sparguntur in armos.* Et Pap. 6. Th. de equo Arione:

Ducitur ante omnes rutilæ manifestius Arion
Igne iuba.

De altero auctor Geopon. χαίτην βαθεῖαν: *Iubam profundam.* Columell. *Densa iuba.* Pallad. *Coma positior.* Isid. *Coma densa.* Quod omnes per profunditatem, aut densitatem, Oppianus per hirsutiem explicuit, κατειλιγμένῳ ἵππῳ: *Equi habentis hirsutam cervicem.* Tametsi alibi, βαθύτριχα δενδρῶ. Et de equis Parthorum βαθυκόμαιοι. De tertio Geopon. κεκλιμένην δὲ τὰ δεξιὰ τῷ αὐχένι: *Ad dextram cervicis partem reclinatam.* Varr. *In dexteriorem partem cervicis.* Columell. *Per dextram partem profusi.* Ex hac equorum nota rectè mihi videtur existimare Turneb. lib. 8. cap. 1. legendum in Propert. lib. 4. El. 4.

Ide equus, ille meos in castra reponet amores,
Cui Tatius dextras collocat ipse iubas.

Non dextra. Adnoto, non immerito iubam poni à Poeta inter signa equi militaris. Certè ab Homer. Il. 18. Achillis equi, qui satis militares, dicuntur καλλίτριχες, *pulcris iubis.* Deinde iubam equus iras ceus attollit, ideo Oppian. λόφον ὀδὲς: *Motat cristam.* Et Papin. de equo Domitiani:

Cui rigidis stant colla iubis, vinusque per armos
Impetus.

Et Nazianz. in Epist. ad Meletium:

Exsurgo, & excutio pulcherem, vti equi Achillis, atque τὴν χαίτην ἀνασείομαι, setam suecutio. Calab. lib. 7. ἀμφὶ δ' ἀκάμαντι ἑοικυῖαι: *Agitata iuba fluit per armos.* Homerus etiam describens 6. & 15. Il. equum ferocem, inter alia ait, ἀμφὶ δ' ἀκάμαντι ὤμοις λέλασται: *Iubæ autem iactantur circa humeros.* Nec dubium, quin in omni genere animātium horror iubarum Martium quiddam signet. Idem Nazianz. in carmine loquens de apris, leonibus, & tigribus, aliisque feris iratis, ita ait:

Iubarum remissio in feris signat remissos animos.

Αὐτίκα φρίξεν ὕδωρ ἀνὰ ὦμα δὲ νῶτα ἑάνθη,
Φρίξεν, καὶ κετέρης ἄλτ' ὀδὸν ὀρνιθέτης:
Vt ferri cernunt aciem, iuba protinus ipsis
Horret, in hostilem profilumque manum.

Sic contra remissio iubarum signat remissas iras. De leonibus ita Pap. 2. Sylu.

Pauidi timuere leones,
Et cunctis cecidere iubæ, pudnique relatum
Aspice, & otas dextre in lumina fronies.

Et de ipsis met equis Homer. Nam Il. 13. equos tristes ita describit:

—ἑστάτην πενθήτορ ὄδοιο
χαίτας ἐρηρεδόνας.
—*Stantes luxerunt, ad terramque ipsis*
Iuba inclinabantur.

Eudem Il. 19. de equo Xantho.

Equi duplex spina.

25. DVPLEX SPINA.] Intellige crassam, latam, magnam tam in hoc Vate, quam in omnibus, qui celebrant spinam equi eadem verborum forma. Auctor Geopon. φάσχειν δισσὴν, εἰ ἡ μήτε κυστοῦν: *Spinam duplicem, dum modo non gibbosam.* Oppian. καὶ φάσχει ἀμφίδυμος μέσον ἰχία παίσσειν: *Et ipsa gemina in medio coxas pinguefaciens.* Varr. *Spina maxime duplici.* Certè in equo pleno farragine oculi ferme eruunt hanc geminationem: apparet enim quidpiam caum intercurrere per medium spinæ. Ad quam rem signate Philo de Opific. Mundi, quem describens plenum animis, ita inter alia, καὶ τὰ νότια κοιλάνας ἅμαξα πρὸς τὸ ἀνάντερον. *Tergum apte ad sessionem canans.* Nam ista geminatio spinæ tota ad sessionem est, quod clare ait Apul. lib. de Deo Socratis. Post alias enim equi notas, tum demum: *Præterea si duplex vigitur per lumbos spina: volo enim non modo pernicuter, verum etiam molliter pertrahat.* Sed obiiciat mihi aliquis, tuus Vates deridiculo est. Quid enim ista geminatio spinæ ad equum fortem, validum, militarem; cum ea potius ex pinguedine oriri, & farragine videatur, nam Synesius Epist. 40. militares equos graciles, ac macilentos constituit, osseos, ac pene excarneos? Dico, diutina obseruatione collectum, eos equos militares quoque esse, qui sunt pingues ex parte corporis. Lux mihi ab multis. Xenophon, qui etiam equo dat spinam διπλῆν: *duplicem*, cum huius rei rationes tres adhibeat, prima vtique ad fortitudinem pertinet, τὸ σῶμα ἰσχυρότερον τῷ ὀχήματι παρέχεται ἡ διπλῆ τῆς ἀτριχὸς: *Corpus firmius compingitur, si illa duplex fuerit, non simplex.* Duas reliquas sumit à molliore sessione equitis, à forma equi spectabiliore. Deinde Oppian. qui etiam suo equo dedit, φάσχειν ἀμφίδυμον, ita absoluit:

Virgilius defenditur.

Τοῖος μοι βαίνοι κεστρηλὼ ὄρνιτος ἐνυὼ,
Θυμαίνων, σωάσθω δ' ἀρηῒ & ἐμβεβὼς ἵππῳ:
Talis mihi pergat ad acie ferinum prælium
Animosus, socius laborum, Martius, strenuus
equus.

Tertio Aristot. 2. Ethic. c. 6. militarem equum constituens ita ait: ἡ τῶν ἵππων ἀρετὴ ἵππος τις εὐπειθὴς πρὸς καρτερίαν θεμένῳ, καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ὀπαδοῦντα, καὶ μένειν τοὺς πολεμίους: *Equi virtus præstantem illum reddit ad currendum, ad portandum equitem, ad exspectandum hostem.* Vbi ea, quæ dicit, de portatione equitis, omnino videntur referenda ad spinam latam. Nam Xenophon de spina duplici equi bellici, ἐγκαθῆσθαι μαλακωτέρως: *mollior est ad sessionem.* Et Oppian. ἁπλόος τε φέρειν *mollior ad portandum.* Ideo Calpurn. de equo, vt apparet, militari:

Illi
—Terga sedent, micat acre caput.

Neque vero Synesius de equis omnibus loquitur, tantum equum suum strigosum, osseum, excarneum præfert equis Nisæis, etiam si essent pulcerrimi.

26. CAVATQVE TELLVREM.] Est etiā hęc nota ferocis equi. Sanctus Iob inducit equum suū διορύττοντα: *excauantem.* Hom. 5. Il. ἁπαλὸν δὲ πόδ' ἵππων *pulsabant pedes equorum.* Lucan. de equo sello:

UVA. BHSC. BU 00239

Quippe vbi non sonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulsu.

Ouid.in Hal.

Compescit eque solum generoso concita pulsu
Vngula.

Nemesian.

Vngula terram
Crebra ferit, virtusque artus animosa fatigat.

Nazianzenus ad Candianum, κόπῳ χθὸν οἷον πέδαις τοῖς ποσί, καὶ τὰς θερματίδας τῶν ἵππων, καὶ διεξίων τὰ χαλινά. *Pedibus solum ferio, & frænum exedo, vt ferocissimi equi.* Calabet lib. 4. inter notas alias, καὶ ποσὶ χαίρει ἐπικτυπῶν: *Pedibus terram pulsabant.* Eandem notam adhibet lib.7. Vult Iisd. ab hac causatione, equum dictum Caballum, sicut & sonipedem, quod pedibus sonet. Non adiuuat orthographia. Heliod. in Scut. loquens de leone, mire hoc ita extulit, ποσὶ χλάσει. Vbi, quamuis simpliciter possis explicare: *canat pedibus*, sed non dubium, quin metaphoram sumserit ab sculpturis. De tauro irato Papin.lib.11. *Findens humum pede.*

Caballus, vnde dictus.

27. SOLIDO GRAVITER SONAT VNGVLA CORNV.] Duo dicit, primo vngulam equi constare cornu solido, deinde grauiter sonare. De primo Oppian.

Vngula equorum solida est.

—ὁπλὴ φυκτὴν, κερόεσσα, κεχρημένη:
Vngula densa, cornea, firma.

Xenophon de equis ὄνυχες παχεῖς: *Spissi vnges.* Auctor Geopon. ὄνυξ στερεὸς: *Vnguis solidum.* Varr. *vngulis duris.* Colum. *Duris vngulis, & aliis, & concauis.* Iisd. *Pes siccus, & cornu concauo solidatus.* Ante illum Pallad *Pes siccus, & soliditas & cornu concauo.* Iisd. iterum: *Vngularum soliditate fixa rotunditas.* Quod etiam sumsit à Pallad. qui: *Vngularum solida, & fixa rotunditas.* Eodem pertinent, præcepta auctorum Rei Rust. qui docent quo loco, quo stabulo, quibus pascuis equi esse debeant, ne lædatur, aut minuatur vngularum firmitas. Inde Calpurn.

Et tornata breui substringitur vngula cornu.

Nihil fortasse frequentius in Homer. quam μώνυχες ἵπποι: *equi soliungudi.* De sono graui, quod erat alterum, ita Xenophon. καὶ τοῦ ψόφου δὲ φησι σφῶν ἡδὺ εἶναι τὸν ὑποπόδιον, καλὸν λέγων εἶναι τὸ κύμβαλον ψοφεῖν ὑφὸ τῶν ἁμαξῶν καὶ ἁπλῶς καὶ ἄλλο. *Recte etiam Simon scripsit, sonitu deprehendi pedum bonitatem: non secus enim caua vngula, quam cymbalum, resonat.* Ælian.6. Hist. Anim. c.10. *Exsultans vngularum suppulsione obstrepit.*

28. TALIS, &c. Oppian. proculdubio Virgilio hæsit, nam descriptionem sui equi absoluit pari exemplorum exitu. πρόσωπον τοῖσι τε, &c. Tales sunt (inquit) Tyrrheni equi, Armenij, Aethiui, Cappadoces, &c. Vt vero Oppianus Virgilium expressit, ita Virgilius Xenophontem. Nam hic post longâ equorum tractationem, ita ait, ὅτι τῶν ποιητῶν ὧδε ὑπαζομένων ἵππων οἱ θεοί, καὶ ἥρωες γεγόνασι: *Super his equis & Dij & Heroes equitasse scribuntur.*

29. AMYCLÆI DOMITVS POLLVCIS HABENIS CYLLARVS.] Amyclæ fuit vrbs Laconiæ, Tyndari regia, vbi educati Castor, & Pollux. Vide alia in Lilio 5. Syntagmate. Cyllarus equus fuit Castoris, & Pollucis. Pergo ad id, quod difficile. Putat Seruius, & cum illo alij, hic Pollucem positum pro Castore. Nam Castor (inquiunt) domitor fuit equorum; non Pollux, qui tantum pugil. Hunc errorem, qui certè grauis, iam oppugnauit Turn. Papinij versibus lib.1. Sylu.

Cyllarus equus Castoris & Pollucis.

Pollux eques, non tantum pugil.

Et pauet aspiciens Ledæa ab æde propinqua
Cyllarus: hic domini nunquam mutabit habenas
Perpetuis fœnis, atque vni seruiet astro

Dicit equum Domitiani vni seruiturum astro, non duobus, vt Cyllarum. Indicat ergo Cyllarum vtrique fratri seruisse. Ista Turnebus. Sed ego aliunde. Apud Pind.3. Olym. Tyndaridis mandatur, vt operam probe impendant in Olympico certamine regendo: & mox illos ἱππάοντας, Poeta appellat: *iuuenes equi.* Secundo, Alcman apud Scholiastem Pindari ita scribit, κασώρτε, καὶ πολυδεύκης κυδρὸς πώλων παχέων δμητῆρες, ἱππόται σοφοί: *Castor, & Pollux inclyti, velocium equorum domitores, equites sapientes.* Tertio, Dion. lib.6. Antiq. vtrunque Deum nullo discrimine Castorem, & Pollucem inducit equitantes in bello Latino ante Dictatorem Posthumium, & obuios quosque Latinorum prosternentes vertentéque in fugam. Quarto, Minutius ita loquitur de vtroque fratre: *Testes equestrium fratrum in lacu, sicut se ostenderant statuæ consecratæ, qui anheli spumantibus equis, atque fumantibus de Perse victorum eadem die, qua fecerant, nuntiauerunt.* Quinto, Suidas in voce Cyllaros scribit, ceciniisse Stesichorum, τὸ ἐρωμὲν ἀδυκέναι τοῖς διοσκόροις φλοίοων, καὶ ἄρπαγον ὠκέως, τέκνον ποδάργας καὶ κύλλαρον. *Mercurium dedisse dono Castori & Polluci Phlogeum, & Harpagum veloces equos, & Cyllarum filium Podargæ.* Quæ verba notanda in eos, qui semper faciunt Cyllarum equum Castoris, Polluce prætermisso. Hi sunt Claudian.de 4. Consul. Honor. Martial.Epig.21. lib. 8. Seneca in Hippolyto. Reconditiore doctrina Virgilius Polluci dedit, vt qui sciret eius quoque esse hunc equum. Hinc ego Propertiũ illustro, qui Eleg.21.lib.3.

Potaque Pollucis lympha salubris equo.

Quo loci Cyllarum intelligit. Et Ouidium, qui clare scripsit 8 Met.

At gemini nondum cœlestia sidera fratres,
Ambo conspicui, nitæ candidioribus ambo
Vectabantur equis.

30. MARTIS EQVI BIIVGES.] Capiunt Seruius, & alij δῖιον, ὦ φόβον: *Timorem, & Pauorem*, qui finguntur equi Martis. Idem sentiunt & hic Virginus ex Homero, & Lilius ex Calab. Syntag. 10. Sed vide diligentem certè operam Germani contra Seruium, & adiunge ex me Nazianzenum Orat. 2. contra Iulianum, qui Timorem, Terrorem, Tumultum, comites facit, aut ministros Martis, non equos: & Artemidorum lib.2. Oniroc. c. 35. qui ait, ὦ φόρε, ὦ δεῖμ', ὡς ἵπποι ἄρεως ὧδε λέγουσιν: *Pauor, & Timor, quos aliqui vocant Martis filios.* Quod repetit c. 44. Sed & Nonnus 2. Dionys. eosdem facit Iouis ὑπάσπασπας *ministros.* & adiicit, hos fuisse comites Iouis in defendendo cœlo, Pauorem armatum fulgure, Timorem fulmine. Timor & Pauor.

31. HINNITV.] Ad hãc Saturni fabulam, ad locum etiam hunc Virgilij adspirasse crediderim Prudentium 1. contra Symm.

Inde Deos quorum patria spectata sepulcra
Scimus, in ære hebetes informauere minores:
Aduena quos profugus gignens, & equina libido.
Iniulit Italiæ: Thuscis namque ille puellis
Primus adhinniit simulato Numine mœchis.

Sicuti & Arnobius lib.4. *Senex Saturnus iam dudum obsitus canis, atque annorum vetustate iam frigidus vestris carminibus indicatur ab vxore in adulterio comprehensus induisse formam feri, & sub pecoris specie hinnitibus æmulatus iactatis.*

Hunc

[a] Hunc quoque, vbi morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.
[b] Frigidus in Venerem senior, frustráque laborem
Ingratum trahit: &, si quando ad prælia ventum est,
Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. [c] Ergo animos, æuúmque notabis
Præcipuè: hinc alias artes, prolémque parentum;
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
[d] Nónne vides, cum præcipiti certamine campum
Corripuere, ruúntque effusi carcere currus?
Cùm spes arrectæ iuuenum, exsultantiaque haurit
Corda pauor pulsans, illi instant verbere torto,
Et proni dant lora. Volat vbi feruidus axis;
Iamque humiles, iamque elati sublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras;
Nec mora, nec requies, at fuluæ nimbus arenæ
Tollitur; humescunt spumis, flatúque sequentum.
[c] Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

ARGVMENTVM.

Admonet equos inutiles generationi & bello ex morbo & senectute humanitèr curandos propter gloriam præteritorum certaminum: docet notas quasdam boni equi: excurrit poeticè ad descriptionem equestris cursus.

EXPLICATIO.

[a] POST tam floridæ pubescentis equi descriptionem transit ad illum, qui deficit grauis iã morbo, aut grauior ipsa senectute. Hic ergo equus deficiens morbo, & plus ætate, abdendus est domi, ignoscendúmque est illi, & senectus illa non turpis honestè tractanda.

[b] Reddit rationem duplicem, cur abdendus domi. Prima. Inutilis est ad generationem: quin, si quando incumbit in hoc opus, tantum abest à voluptate, vt potius exerceat laborem quendam ingratum sibi, & plenum fastidij. Altera. In bello nihil efficit, furit frustra, non aliter atque ignis, qui coniectus in stipulas statim languescit.

[c] Hinc colligit obseruãdum præcipue in equis, quibus sint animis, quo æuo. Deinde, quæ alia studia, quibus parentibus geniti, quo dolore afficiãtur victi, qua gloria victores.

[d] Arripit occasionem euagandi poeticè ad certamen curule equorum, in quo hi præcipue indicant, quo sint animo, quo æuo, quo studio, qua prole, quo dolore, qua gloria. Habet ista descriptio capita quatuor, initium cursus, aurigarum studium, equorum concitationem, effecta duo huius cursus. In quibus omnibus obseruanda concitatio poetica non minor ipso certamine. De primo itaque, equi campum non occupant, aut tenent, sed corripiunt, & id certamine præcipiti; quibus vocibus ingens studij ardor exprimitur: ad hæc non exeunt è carceribus, sed ruunt, sed effunduntur; quibus fulmen pene agnosco è cœlo ruens, aut imbrem effusum. De studio aurigarum, vide, vt iuuenes (elegit optimam ætatem) iam spes arrigant erecti ad gloriam; iam timore ignominiæ, pauore pulsentur, corda ab illis subsiliant, ac pene saltibus hauriantur exeantque è pectoribus: adhæc illi instant (vide frequentiam) torto verbere, & dãt lora proni in equos, in victoriam, in studia, in omnia. De concitatione equorum, vide vt axis volet (quem impetum cum hoc conferas?) vt incalescat præagitatione (nam hoc indicat feruor.) Vt iam humiles ferãtur currus hærentes terræ, iam auras prouocent, & saltibus in sublime attollantur, ac si per auras iter facerent; in quibus omnibus nulla est mora, nulla est requies. Effecta sunt tum arenarum globus, qui attollitur instar nimbi, & tempestatis: tum spumæ, & flatus, quibus equi præcedentes humescunt à sequentibus enitentibus ad arripiendam victoriam.

NOTÆ.

1. SEGNIOR ANNIS.] Pari forma 4. Æn. *Haud illo segnior ibat Æneas.*

2. NEC TVRPI IGNOSCE SENECTÆ.] Sequitus sum posteriorem Seruij explicationem priore omissa. Nam posteriori applaudit Germanus, & ego huic semper. Blanditur enim locus Plutarchi in Catone maiore de humanitate, qua tractandi equi in senectute. Reprehendens enim Catonem, qui seruos debilitatos senio domo eiecerat, & vendiderat; ducto contra illum argumento ab equis, ita ait, ἡ γὰρ ἵππων ἀπειρημόνων ὑπὸ πόνου τροφαὶ, ἢ κυνῶν ὑ σκολαίαι μονον, ἀλλὰ ἢ γηροκομίαι τῷ χρηστῷ ἀσφάλειαν, ὃ ἢ ἀθλιώτατον ἔθνος οἰκοδομῶν τὴν ἐκατόμπεδον, ὅσας κατέλυσεν ἡμέρας μᾶλλον τοῖς πόνοις ἐγκαρτέρησε; ἀπλήστου ἐλλάβους νέμεσις: *Equis enim & canibus, cum confractæ labore vires sunt, non modo pabula, sed etiam quædam senectutis indulgentia à bono viro debentur. Athenienses, cum Hecatompedon exædificarent, quotquot ex multis labor. m egregie toleraſſent, vinclis ſoluios libere paſci ſinere.* Hoc testimonio Germanus vtitur, plura amputaui, & dedi tantum necessaria. Blanditur & locus Auson. in Profes. Burdig. qui laudans Rhetorem quempiam, sic absoluit:

Lætus, pudicus, pulcer, in senio quoque, vt
Aquilæ senectus, aut equi.

Quibus verbis exprimit studium illorum, qui pulcre, & non seruiliter haberent equos cõfectos senio. Facit etiam illud Ennij apud Cic. in Catone Maiore:

Equi senes in honore habiti.

UVA. BHSC. BU 00239

Sicut fortis equus ſpatio qui forte ſuprema
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Expende verbum, non ait, vexatur, fatigatur, ſed quieſcit. Iuuant verba Dionis Chryſoſt. Orat. 6. qui prouerbialiter ita locutus eſt. χαλεπὸν ὃ πεφυκὸς γῆρᾳ, οὐχ οἷον ὑπαι φαίνειν: *grauis autem eſt tyranni ſenectus, non qualis equi, vt aiunt.* Indicat ſane non grauem eſſe ſenectutem equi, ſed in pretio & honore. Demum huc pertinet inſigniter mos veterum (de quo ego alibi latius) qui equos æuo grandes, liberos vagare ſinebant prioris vitæ merito, eoſque conſecrabant alicui Numini. Quo videtur reſpexiſſe Ouid. El. 8. lib. 4. Triſt.

Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.

Lege tum elegantem, tum acerbam reprehẽſionem Iouiniani in Dialogo, cui nomen Ægidius, qua in Catonem inuehitur, quia is equum vendiderit iam ſenem, quo magnas fuerat militares glorias aſſecutus. Scribit Herodotus lib. 6. equas, quæ tres victorias Olympicas reportauerant, mandatas ſepulturæ honoris gratia. Parum vero probo Cæteri iudicium lib. 6. Nouar. Lect. c. 8. qui, vt tueatur ſententiam, quam ego ſequor, mutat lectionem Virgilij. Vide, quæ contra illum late Titius lib. Locor. c. 12.

3. TVRPI SENECTÆ.] Ita Pindar. 1. Olymp. ἀνάνυμον γῆρας: *Senium ignobile.* Et Horat. Od. 31. lib. 1.

Nec turpem ſenectam
Degere.

Silius ad lucem noſtri lib. 15. *turpi ſinem donate ſenectæ.* Male in vulgatis, *turpis.*

Virgilius pudentiſſimus.

4. FRIGIDVS IN VENEREM SENIOR.] Locutio pudentiſſima. Ita illa: *friget Venus.* Ita & ſequens: *trahit fruſtra ingratum laborem.* Alius laſciuiret, & offenderet aures. Non ſic Vates parthenicus. Obiter attingit tempus, quo equi inepti iam ad admiſſurã. Lege Ariſt. lib. 5. Hiſt. c. 14. Colum. lib. 6. cap. 28. Varron. lib. 2. Ruſt. capit. 7. Iuuant verba Platonis 5. Polit. etiamſi de hominibus loquatur. ἔφαμεν γὰρ δὴ ἐξ ἀκμαζόντων δεῖν τὰ ἔκγονα γίνεσθαι: *Diximus plane ab his, qui in flore ſunt ætatis, oportere filios procreari.*

Quondam.

5. QVONDAM.] Hic notat vox iſta tempus incertum, vt ſæpe alias, quod monuit Gif. in Collect. ad Lucret.

6. IN STIPVLIS, &c.] Hac comparatione alij vſi ad res ſimiles. Nam Seneca in Octauia, aut quis ille, ita comparat iuuenilis ardoris amorem cito deflagrantem. Et Ouid. Eleg. 8. lib. 5. Triſt. cum ait:

Flammaque de ſtipula noſtra breuiſque fuit.

Et Sedulius lib. 5. ita etiam comparat mendacia, nã hæc inaniſſima ſunt, & nullius virtutis.

—— velut ignis oberrans
Arentes ſtipulas, vires cui ſumma cremandi
Materies infirma rapit, victorue furore
Labitur inualida deformis gloria flamma.

Silius lib. 1. eam applicat pugnanti ſeni.

Immemor annorum ſeniumque oblitus, in arma
Ille quidem cruda mente, & viridiſſimus ira
Ibat: ſed vani frigentem in Marte ſenectam
Prodebant ictus, ſtipula crepitabat inani
Ignis ineri, craſſamque dabat ſine robore flammam.

Non dubitauerim, hos omnes Virgilio inſtitiſſe. Ariſt. in Meteor. οἷον ἔτι τῶν ἀχύρων σημεῖόν ἐστι πῦρ ὅτι δυλὸν: *Veluti ſi quis flammam inuiciat in cumulum & multitudinem ſtipularum.* Et Plutarch. in Præcept. Nuptial. ait, amorem conciliatum tantum ex forma corporis, & ſpecie oris, neque conſtantem, neque firmum fore: quod illuſtrat hac comparatione, ὥσπερ τὸ πῦρ ἐξάπτεται μὲν ἀχύροις καὶ ἀχέρδοις, καὶ θεῖξι λαγώοις, σβέννυται δ' ταχύ: *Sicut ignis, qui facile quidem accenditur in ſtipulis, & pilis leporariis, ciuiſſime vero exſtinguitur.* Hinc poſſis illuſtrare loca aliqua inſpiratæ doctrinæ, vbi ſit mentio ignis accenſi in vepribus, & ſpinis. Debes hanc Notam & Rittershuſ. in Oppian. & German. in Virg. & milli aliqua.

7. IN CASSVM FVRIT.] Inane equorum ſtudiũ ita exprimit Pap. Th.

—— nec iam integer, illis
Impetus, & longi ſuſpendunt Ilia flatus.

Equi victi doleant.

8. ET QVIS QVIQVE DOLOR VICTO, &c.] Iſidor. lib. 12. Etym. *Dolent, cum victi fuerint, exſultant, cum vicerint.* Loquitur de equis. Lactant. cap. 8. lib. 3. *Quid cupiditas gloriæ nonne in equis deprehenditur, cum victores exſultant, victi dolent?* Huc pertinet locus Papin. 5. Sylu.

—— Romulei qualis per iugera Circi,
Cum pulcer viſu, ſtrictis generoſus auitis
Exſpectatur equus, cunctis deſtemmate longo
Felix demerſos habet admiſſura parentes:
Illum omnes acuunt plauſus, illum ipſe volantem
Pulueris, & cinctæ gaudent agnoſcere metæ.

9. NONNE VIDES.] Initium hoc Lucretij eſt, Manilij, aliorum. Aratus quoque ἴχ θεάων. Videtur libaſſe ſententiam integram ex iſtis Lucret. lib. 2.

Nonne vides etiam paſſectis tempore puncto
Carceribus, non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam tam de ſubito, quam mens auet ipſa?

10. PRÆCIPITI CERTAMINE.] Ita Pind. od. 3. Olymp. Ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς ἁλφεὼ: *Diuinis in præcipitiis Alphei.* Ceterum totus hic locus ductus eſt filo Homerico Iliad. 23.

11. RVVNTQVE EFFVSI CARCERE CVRRVS.] Eadem verba habes 5. Æn. Demoſthenes in Amatoria ita extulit, τῶν ζεύγων ἀφεθέντων.

12. SPES ARRECTÆ.] Eſt hoc, quod in 5. *Laudumque arrecta cupido.*

13. EXSVLTANTIAQVE HAVRIT.] Repetit in 5. Homer. dicto loco. —— πάσσατο θυμὸς ἐνίσσειν ἰαχόων: *Palpitabat autem animus vniuſcuiuſque Victoriæ cupidorum.* Vide diſcrimen. Idem Il. 13. ἐν δέ τε οἱ κεφὶ μεγάλα σφρῆσι παάσσει: *Illi cor valide in pectoribus pulſat.* Et lib. 7. ἔκπεσε τ' αὖτὸ θυμὸς ἐνὶ ςήθεσσι πάλλων: *Ipſique Hectoris animus in pectoribus palpitabat.* Apollon. 3. Arg. ςήθεσιν ἑᾷγη κέαρ. Sil. lib. 1.

Pulſantiſque æſtu lauçum exſultantia corda.

Ceterum ad rem Poetæ pertinent verba iſta Ariſtotel. lib. 3. de Partib. Animal. c. 6. ἐν ἀνθρώπῳ δὲ συμβαίνει μόνον, οἷς εἰπεῖν, τὸ τῆς πηδήσεως, διὰ τὸ μόνον ἐν ἐλπίδι γίνεσθαι καὶ προσδοκίᾳ τοῦ μέλλοντος: *Cor enim homini (prope dixerim) animalium vni palpitat, quia homo ſolum ſpe rei futuræ, exſpectationéque moueatur.* Et iſta Platonis in Timæo, πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ. Ait, cor exſilire homini ex exſpectatione rerum grauium. Cor cur palpitet homini. Homerum ſuperat Virgilius.

14. ILLI INSTANT VERBERE TORTO.] Homer.

οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποισιν μάστιγας ἄειραν,
Πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν.

Hi autẽ ſimul omnes ſuper equos flagella ſuſtulerunt,
Percuſſerunque flagellis.

Diſcrimen huius partis cum victoria Virgilij iam attigit Scaliger. Quod Virg. verbo *inſtant*, Papin. per *anditatem* explicuit 6. Theb.

Audi prono iuga pectore tangunt.

15. VERBERE TORTO.] Ita Tibul. lib. 1. *Verbera torta*

UVA. BHSC. BU 00239

*torta timet.*Iterum:— *In torto verbere terga seca.* Noster in 7. *torto voluans sub verbere turbo.*

Aurigarum habitus.

16. PRONI.] Videtur hic fuisse frequentissimus habitus aurigarum. Nam in 5. Æn. *-pronique in verbera pendent.* Papin. lib. 6. Theb. *-nunc auidi prono vrgent pectore tangunt.* Sidon. in Narb.

Instant verberibus simul regentes,
Iamque & pectora prona de couino
Extensi rapiunt.

17. VOLAT.] Ex Homer. οἱ δ' ἐπέτοντο: *hi autem volabant.* Sermo est de equis. Supra alio flexu.— οἱ δ' ἅμα δίσκησον πεδίοιο: *hi autem celeriter peruadebant campum.* Et lib. 16. de equis Xantho, & Palio, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην: *volabant instar ventorum.* Demosthen. in Amatorio ita, ζευγῶν θεσσομένων ἅρτον. In Narb. Sidonius ita de hac celeritate:

Suspensas tubicen vocans quadrigas
Effundit celeres in arua currus.
Non sic fulminis impetus trisulci,
Non pulsa Scythica sagitta neruo,
Non sulcus rapide cadentis astri,
Non fundis Balearibus rotata
Vnquam sic liquidos poli meatus
Rumpit plumbea glandium procella.

Papin. 6. Theb. pari ferme comparationum globo, ita de eadem celeritate:

Exsilière loco quæ tantum carbasa ponto?
Quæ bello sic tela volantiquæ nubila cœlo?
Amnibus hibernis minor est, minor impetus ignei, &c.

18. VI.] De equis quoque in hoc certamine Eurip. in Hipp. βίᾳ φέρουσιν. *Vi ruunt.*

19. FERVIDVS AXIS.] Horat.

Metaque feruidis
Euitata rotis.

Ad hunc feruorem illustrandum lege Notam Brisson. lib. 1. Antiquit. c. 10. de aqua equis spargi solita in circo, quo illi cursu incalescentes paululum recrearentur.

20. IAMQVE HVMILES, IAMQVE ELATI.] Hæreas explicationi, quam attuli. Neque enim dicit, iã per valles, iam per montes ferri. Nã cursum istum & ratio ipsa auertit, & verba ista Philonis lib. de Agricult. τὸ δ' ὄχημα ἀναχουρίζομενον, ϗ ἐξαλλόμενον μετὰ βίας, ὅταν δὲ γῆ παλίσσυτον ἐνεχθῇ, ῥᾳδίως καταγνυται: *Currus autem iam leuior, & violente quassatus, vbi in solum inaquale inciderit, facile frangitur.* Aliud esset, si non curru, sed equo fieret cursus, vt de Ioanne duce fugiente bello scribit Synesius Epist. 104. ὁ μὲν γὰρ ὁμοίως κατὰ πεδίων, ὁμοίως κατ' ὀρθίων ἐφέρετο. *Ille enim similiter per declivia, similiter per ardua ferebatur.* Ideo ait Plato 1. Leg. Thessaliam, quia hæc plana, aptam esse cursibus: Cretam, quia non æqua, equitationi. Reddit vero Poeta illud Homeri:

A Ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πωλυβοτείρῃ,
Ἄλλοτε δ' αὖ ἄζασκε μετήορα.
Currus vero interdum quidem terræ appropinquabant almæ,
Interdum autem attollebantur sublimes.

Non dissimilis descriptio Papinij lib. 5. etiam si de re alia:

— Liquidum nunc aera lambit
Ore supinato: nunc arua gementia radens
Pronus adhærei humo.

Loquitur de serpente.

Dio Chrysost. Orat. 32. adducens versus Homericos, hanc vicissitudinem cursus explicat sic, ἅρματα παυσανέα, καὶ τοῦδε καὶ τοῦδε ἰόντα.

21. AERA PER VACVVM.] Reddit, vt apparet, illud Pind. Od. 1. Olym ἠέρμας δι' αἰθέρος. Macrobius legit: *Aera per tenerum*, ex imitatione Lucretij.

22. ASSVRGERE IN AVRAS.] Est hoc, quod inf. *Curribus auras Prouocet.* Notat Germ. alludi hic ad equos, quos Homerus vocat ἀερσιπόδας, qua voce significat κουφιζομένας τοῖς ποσὶ, & πηχύποδας. *Leues, pedibus, & veloces.*

B 23. NEC MORA, NEC REQVIES.] Repetit lib. 5. & 12. Æn. Lucret. ante illum lib. 4.

Nec mora, nec requies interdatur vlla fruendi.

24. FVLVÆ-ARENÆ.] Incidit suspicio, an hic alludat ad Chrysocolam, quæ sparsa in Circo arenæ loco. Chrysocola.

25. NIMBVS ARENÆ TOLLITVR.] Sophocl. in
C Electr. etiam de equestri cursu —κόνις δ' ἄνω φορεῖτ', *pulvis sursum ferebatur.* Homerici quoque equi inducuntur κονίσοντες. Sed Virgilius omnino hæsit eidem Homero scribenti,

— τῶν ὑπὸ στέρνων κονίη
Ἴστατ' ἀειρομένη, ὥστε νέφος, ἠὲ θύελλα.
— sub pectoribus puluis
Tollebatur, vt nubes, vel procella.

Quæ verba comtissime & magnificentissime Virgilius reddidit docens te, Homerum & Græcos alios imitari.

26. HVMESCVNT SPVMIS, FLATVQVE SEQVENTVM.] Hoc sæpe Homer.

Πρόσσ' ὀξὺ ἐυμήλοιο μετάφρενον εὐρέϊ ὤμῳ
Θέρμετ'.
Flatu autem Eumeli deorsum, latique humeri Calefiebant.

Et post multa in eodem lib.

Κεδνὸν ἄρα οἱ κεφαλῆς χέε ἀϋσμένα δῖος Ὀδυσσεύς:
Inque eius caput fundebat halitum Diuus Vlysses.

Et lib. etiam 17. inducit equos ἐμπνείοντε μετοπίσθεν: *inspirantes tergo.*

27. TANTVS AMOR.] Græci quoque ἔρωτα ponunt pro cupiditate, & in similibus Epiphonemasin.

[a] Primus Erichthonius currus, & quattuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.
Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrósque dedere
Impositi dorso: atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
[b] Æquus vterque labor, æquè iuuenémque magistri
Exquirunt, calidúmque animis, & cursibus acrem:
Quamuis sæpe fuga versos ille egerit hostes,
Et patriam Epirum referat, fortéque Mycenas,
Neptuníque ipsa deducat origine gentem.

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Equorum primus domitor ad vſum curruum Erichthonius fuit, Lapithæ ad gyros militares: addunturnotæ equi, neceſſaria ad rem vtranque.

EXPLICATIO.

DVo docet, quis equum aſſuefecerit currum portare, qui aſſuefecerint ad gyros. Primum de curtu Erichthonius, nam hic equos iunxit curtui, rotiſque inſtitit, rei procul dubio magnæ compos, effector, victorque. Alterum Lapithæ Centauri, qui incolebant Pelethronium montem, & oppidum Theſſaliæ: hi fræna inuenere, equum duxere in gyros, in ſaltus, in greſſus replicatiles agglomeratoſq;.

[b] Ait, vtrunque laborem, videlicet coniungendi equi ad currum, & circumducendi ad gyros, parem eſſe, & ideo à magiſtris equorum quæri equum habilem ad vtranque rem, qui ſit iuuenis, calens animis, acer curſu. Hæc enim niſi habuerit, parum refert: quos hoſtes in bello vicerit: qua patria ſit natus, Epiro ne, an Mycenis: qua origine, ſit ne procreatus ab equo illo, quem Neptunus produxit.

NOTÆ.

Erichthonius. 1. ERICHTHONIVS.] De hoc ita Iſocrat. in Panathen. ἐκ τούτου μὲν γὰρ ὁ Ἥφαιστος τὴν γῆν, πυθόμενος κύησιν Ἀθηνᾶς οὖσαν, ἠξίωσε συνελθεῖν· ἡ δὲ, φοβηθεῖσα τὴν ἐπιθυμίαν, ἀπέδρα· τοῦ δὲ σπέρματος ἐκπεσόντος εἰς τὴν γῆν, καὶ πολλὰ βασκήνασα παρέλαβεν· *Erichthonius Vulcano & Tellure genitus, à Cecrope, qui maſculis liberis orbus deceſſerat, hereditatem, & regnum accepit.* Eadem Pauſan. lib. 1. Hic ergo, qui poſt Cecropem Rex fuit Athenarum, ἵππους ἐζεύξε πρῶτος, ait Ælian. 3. Var. Hiſt. c. 38. *primus equos iunxit.* Et Pindari Interpres, ἅρμα κατέζευξε, *currum coniunxit.* Et Plin. cap. 56. lib. 7. *Bigas primum iunxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius.* Eadem Tertullian. de ſpectac. c. 9. aduocatis verſibus Virgilij. Sed iam ſæpe lectorem monui rerum inuentionem vagam eſſe, atque incertam. Probaui id in obuia quaque occaſione, idem nunc facio. Nam Erichthonio hanc gloriam adimit Prometheus, qui apud Æſchyl. iactans artes, quas inuenit,

Currum inuentores. — ὑφ' ἅρματ' ἦγαγον φιλώτιδας ἵππους.
ad currus adunxi equos frænigeros.

Adimit Herodotus, qui in Melpomene, πρώτους ἵππους ζευχθῆναι παρὰ λιβύων οἱ ἕλληνες μεμαθήκασι· *quadrigas iungere ab Afris Græci acceperunt.* Adimit Cicer. qui 3. Nat. ait inuétricem quadrigarum fuiſſe quartam Mineruam. Adimit Ado in Chronico Ætate 3. vbi ait, Procidum primum omnium quadrigas iunxiſſe. Adimunt Theon Arati Interpres, & Pauſanias in Atticis: verque enim hoc inuentum Troxilo attribuit. Mitto Tertullianum, Hyginum, Euſebium. Primus de Spectaculis gloriam hanc dat Acrophilo Argiuo, alter Orſilocho Argeo, tertius in Chronicis Arogilo, ſeu Proclyto. Scio non deeſſe, qui putent legi vitioſe in Tertulliano, Hygino, Euſebio, Acrophilum, Orſilochum, Arogilum, pro Troxilo. In his eſt Leopardus lib. 1. Emendat. cap. 15. Porro quæ iactata de amoribus impudicis Vulcani in Palladem, vtque hac reluctante ſemen cecidérit in terram, vnde natus eſt Erichthonius, nomenque habuit; nulli non tritum. Hic viſum, admonere lectorem, ex verbis Plinij adductis, coniungente cum Erichthonio Phrygas, forte illum ſenſiſſe, inuentorem iſtum fuiſſe alterum illum Erichthonium, qui fuit vnus è maioribus Ænex. Dardanus enim Iouis filius duxit A filiam Teuceri Bateam, vnde natus Erichthonius, qui pater Troïs, hic Aſſaraci, hic Capyos, hic Anchiſæ. Secutus ſum Dionyſ. lib. ... Antiq. Rom.

2. IVNGERE EQVOS.] Pindar. od. 10. Pyth. ἔζευξεν ἅρμα. Illud, *quattuor equos.* Pindar. idem od. 1. Iſthm. ἅρμασι τεθρίπωρον.

3. RAPIDIS.] Seruius videtur legiſſe *rapidus*, vt apparet ex eius Interpretatione.

Pelethronij. 4. FRÆNA PELETHRONII.] Hic quoque diſſidium, vt in ſuperiore inuento. Explicatio, quam poſui, Seruij eſt. Aliter longe capias ex Plin. lib. 7. cap. 56. vbi Pelethronium virum quendam nominat, qui primus ſtrata equorum, & frænos inuenerit: atque ex Plinio Turn. c. 9. lib. 21. Poetam explicat cõtra vulgus. Sed, vt videas nihil in hac re firmum,

Equorum domitores. B Lyſias grauis orator ἐν τῷ λόγῳ ὀλυμπιάρῃ, ita ait loquens de Amazonibus, πρῶτοι δὲ τῶν πάντων ἐφ' ἵπποις ἀνέβησαν: *Primi omnium equos aſcenderunt.* Et ideo fortaſſe Pindarus illas vocat εὐίππους od. 8. Olymp. *bonas, & ſtrenuas equis.* Quin Plinius ibidem primam gloriam equitationis Bellerophonti attribuit. Et Ælian. libro 9. Var. Hiſtor. cap. 16. viro cuidam Italo, quem ſcribit nominatum fuiſſe Marem, de quo Itali ipſi fabulabantur, fuiſſe anteriore parte hominem, poſteriore equum. Quem vulgi ſermonem ita explicat Ælian. δοκεῖ δέμοι πρῶτος ἵππον ἀναβῆναι, καὶ ἐμβαλεῖν αὐτῷ χαλινὸν, εἶτε ἐκ τέχνης ὑφηνὰς πιστεῦσαι· *Mihi viſum, hunc primum omnium aſcendiſſe in equum, illi frænum iniecíſſe, atque inde credituni duplicis naturæ.* Sophocl. in Oed. Col. inuentionem fræ- C ni Neptuno attribuit, ſaltem in Attica. Ad quam opinionem alluſit Papinianus 6. Theb.

— Neptunus equo, ſi certa priorum
Fama patet, primus teneris leſiſſe lupatis
Ora, & littoreo domitaſſe in puluere ſertur.

Palæphatus, & plerique alij hoc inuentum Centauris attribuunt, πρότερον (inquit) οὐκ ἠπίσαντο οἱ ἄνθρωποι ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνοι ἅρμασιν ἤρχοντο· *Nam ante illos neſciebant mortales in equis ſedere, ſed curribus ſolum vtebantur.* Hoc placitum hic Maroni, & merito. Iuuant enim eius ſententiam verſus iſti Manilij lib. 4.

At quibus in biſero Centauri corpore ſors eſt
D *Naſcendi conceſſa, libet coniungere currus,*
Ardentes & equos ad mollia ducere frena.

Quaſi Centauri ſignum huic arti præſit in memoriam Centaurorum, qui eam primi inuenerunt.

Gyros date. 5. GYROSQVE DEDERE.] Tacit. de eadem re: *orbem* dixit. Vulgus omne, *vertere, flectere, circumflectere in gyros.* Nemo præter noſtrum *gyros dare.* Cic. 1. off. dixit: *duci in gyrum rationis, & doctrinæ.*

6. IMPOSITI.] Nota hoc verbum dari domitoribus equorum. Ita Manil. libr. 4. ex correctione Scaligeri:

Quadrupedum genus impoſitis domitare magiſtris.

E Sic (inquam) corrigit ad imitationem Virgilij. Alibi idem Manil. *Impoſito pareret tota magiſtro.*

7. EQVITEM.] Seruius ait poſitum *equitem* pro equo. Eadem Agell. c. 5. lib. 18. & Macrob. lib. 7. c. 9. Firmant hoc, quia Ennius *quadrupes eques* dixit, pro equo: & Lucillius de equo dixit *equitare.* Non nego verſus Ennij, & Lucillij: ſed dico tamen, candidius in Virgilio, & purius, equitem capi pro viro equite, qui equo inſidet: non pro equo, qui à viro inſidetur. Nam etiam ſi iſta, à re nihil, à puritate certe locutionis longe abſunt. Nam cum eques ſignificet virum in equo inſidentem, cur aliud capiam? Ergo ſententia erit. Lapithæ docuerunt inſultare ſolo

UVA. BHSC. BU 00239

solo virum equitem, id est, virum insidentem equo. Etenim vir ipse, vt qui equum regit, insultat quoque. An obsecro non eques dicetur currere, etiam si in equo curtat?

8. SVB ARMIS.] Respondet Græco ὑπ' ὅπλοις. Ita German. Vidi ego ὑφ' ὅπλοις, quod signatius ad Virgilium.

9. INSVLTARE SOLO, &c.] Hanc descriptionem equi ad alterius voluntatem gyrantis se, insultantis, & agglomerantis gressus, vult Macrob. lib. 6. c. 2. ductam ex Vario, qui ante nostrum ita:

Quem non ille sinit lente moderator habena
Qua velit ire, sed angusto prius ore coercens
Insultare docet campos, fingitque morando.

10. GRESSVS GLOMERARE.] Plin. quoque c. 42. lib. 8. *glomeratio* dixit de equorum incessu. Et Manilius libro 5. *Hic glomerabit equo gyros.* Silius: *glomerat vestigia dorso.* Notat vero German. quod Virgilio dictum *gressu glomerare*, esse idem, quod apud Varro. *tollutim incedere.* Apud Plinium, *tollutim carpere incessu.* Apud Martialem, *ad numeros colligere ungues.* Apud Græcos ὑποκρίνειν. Vnde & equus *Tollutarius, gradarius.* Quæ ex Plinio adducit leuiter discrepant à lectione Pliniana, nisi Germanus habuit correctiorem codicem.

Tollutarius equus. Gradarius equus.

11. MAGISTRI.] Ita Plato 7. Leg. ἵππων διδασκάλους, & alij passim.

12. CALIDVM.] Nazianzenus Orat. 42. dixit ἵππον θερμὸν: *equum calidum.* Interpres reddit, *præferocem.* Et Orat. 33. θερμὸς, καὶ δυσκαθίκτους. Ad Basilium etiam scribens ita coniungit, θερμὸν, καὶ πωλικὸν, *ferociet, & in modum pulli equini.* Ad verbum est, *calide.* Equum animis calidum Dio Chrysost. Orat. 8. vocat δυμοειδῆ, καὶ θρέον, καὶ ὀπτὸν. cui opponit equos νωθρὰς, βραδεῖς. Et Orat. 15. μαῦρον, εὐμηθῆ, καὶ θρόμον ἔχοντα. Ouid. *magnanimum* vocat 1. Art.

Frenaque magnanimi dente teruntur equi.

15. ACREM.] Ita 4. Æn. *acri equo.* Varr. lib. 2. Rust. cap. 7. *Ad castra habere volunt* (equos) *acres.* Strabo lib. 7. ἀξίους ἵππων. Latini Interpretes sæpissime illud ὀχυπόδων, reddunt, *equos acres.* Nam hæc acrimonia maxime exploratur cursu, ideo hic Poeta *acrem cursibus.*

14. VERSOS ILLE EGERIT HOSTES.] Nota flexum orationis, quo impleas carmen, si quando vsus. Alius diceret, hostes agere, aut vertere, quod cum non satis, phrasin etiam quæreret, sed Noster vtrunque coniunxit sic, *agere hostes versos.* Sic statim, *deducere gentem ab origine*, nam omnes simpliciter, deducere originem. His minimis notulis ducendi pueri (parcant viri) ad imitationem huius Vatis. Aduoco exemplum. Dicunt omnes. Flectere equum in gyros. Dilata. Flectere equum in orbes gyrorum. Similia ture.

15. EPIRVM.] De hoc equorum seminio dictum B I. G. Quæ pertinent ad Mycenas illustrantur his, quæ dixi supra ad illud *Spadices, glaucique.* Adiunge Horatium odyssea 7. libr. 1.

Apium dicet equis Argos, ditesque Mycenas.

Equi enim Mycenarum in pretio, & honore. De etymo Mycenarum vide Delr. nostrum in Nouis Commentar. ad Herc. Furentem versu 996.

16. NEPTVNIQVE, &c.] Videtur dicere Poeta, nihil referre, qua nobilitate, quo genere natus sit equus, nisi exercitatus sit. Quam sententiam confirmat locus Calabri lib. 4. vbi de equo quopiam,

— ἐδὲ μὲν ἐσθλὸς καπανῆϊ ὑὸς
Κάμε· μαὶ ἐπίσευε χαραῖς, ἐπεὶ ῥ ἐπὶ νῶϊν ἄϊδηλον
Ἱππ[illegible] εἶως, ἦμέν τ' ἀμὸν ἠὲ κακόν.

non enim bonus Capanei filius
Flectere potuit manibus, quoniam adhuc imperitus certaminum

Equus erat, genere alioquin non malus.

Mox late genus equi narrat, erat enim genere Arionis, quem Harpyia peperit Zephyro. Clarius ad rem Poetæ Dio Chrysostom. Oration. 15. ὁ γὰρ θεασάμενος θυμοειδῆ, καὶ μαῦρον, καὶ ποδὸς ῥόμον ἐν ἐγγύτῃ, οὐ κυδάμενος εἴτε ἐξ ἀρχαδίας ὁ σαλὴς αὐτὸ ἐπύθετο, εἴτε ἐκ μυδίας, εἴτε Θετταλὸς φοιτῶν, εὐθὺς τὸν ἵππον, αὐτὸν κρίνων· *Qui spectat equum animosum, superbum, & cursus apium, iudicat statim equum esse generosum, nihil interrogans, an pater eius sit ex Arcadia, ex Media, & Thessalia.*

C

His animaduersis instant sub tempus, & omnes
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum,
Florentésque secant herbas, fluuiósque ministrant,
Farraque, ne blando nequeant superesse labori,
Inualidíque patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes:
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondésque negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant,
Tum grauiter tunsis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcus oblimet inertes,
Sed rapiat citius Venerem, interiúsque recondat.
Rursus cura patrum cadere, & succedere matrum
Incipit, exactis grauidæ cum mensibus errant.
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiósque innare rapaces.

Pastibus

VVA. BHSC. BU 00239

Pastibus in vacuis pascant, & plena secundùm
Flumina: muscus vbi, & viridissima gramine ripa,
145 Speluncæque tegant, & saxea procubet vmbra.

ARGVMENTVM.

Taurus ante admissuram saginandus, vaccæ macerandæ, sed post illam ista rursus recreandæ.

EXPLICATIO.

HACTENVS de delectu tam boum, quã equorum ad admissuram: iam de ipsa admissura. Præcipit vero primo loco, taurum illum, qui debeat esse dux & maritus vaccarum, omni cura sub tempus admissuræ largiter saginandum datis herbis, administrato potu, exhibito farre. Et reddit rationem. Ne nequeant, id est, vt queant esse superstites & firmi blando labori Veneris: nam si ieiuni & debiles accedant ad coitum, erunt nati etiam debiles, & referent paternam maciem. Hic te moneo, totum hunc tractum capiendum de tauris, non de equis, etiam si præcepta possint, imo debeant vtrique pecori accómodari. Quæ enim postea sequuntur de asilo, & vitulis, clare efficiunt ista capienda esse de tauris.

[b] Docuit patres saginandos ante coitum, lõge aliter de matribus. Nam armenta vaccarum ante admissuram de industria sunt extenuanda ieiunio & macie: quin, vbi iam sollicitantur voluptate ad coitum, arcendæ sunt à pabulo, arcendæ à potu: addit etiam, cursu vexandas, fatigandas Sole æstiuo, destinandasque ad laborem area. Quibus verbis Poeta videtur periphrastice signare diem medium. Reddit præcepti rationem. Hoc (inquit) faciunt, ne vsus partis genitalis, quam hic vocat aruum, sit luxu & pinguedine obtusus, ac perinde oblimet inertes sulcos, id est, elaudat meatus, viamque seminis: sed potius sitienter atque auide arripiat semen, recondatque, quam possit, intus.

[c] Dixit, saginandos tauros ante admissuram, vaccas macerandas ieiunio & laboribus, iam post coitum docet, aliam esse debere rerum rationem, nam cura patrum negligenda est, assumenda matrum. Ergo, cum grauidæ iam vicinæ sunt partui (hoc est enim exactis mensibus) non sunt onerandæ plaustris, non cogendæ ad saltus, non ad cursus, non ad tranandos fluuios. Quin potius pascant in saltibus vacuis, id est, magnis; pascant iuxta plena flumina, ne inclinentur ad potum: sint illa pascua tum plena musci, viroris, graminum; tum speluncarum atque vmbrarum ad refugerium.

NOTÆ.

1. HIS ANIMADVERSIS.] Idem initium carminis 2. G. & in Manil. lib. 2. & in aliis.

Tauri saginandi ante admissuram.

2. INSTANT SVB TEMPVS.] De præcepto hoc Varro lib. 2. c. 5. *Tauros duobus mensibus ante admissuram herba, & palea, ac fœno facio pleniores.* Columell. cap. 24. lib. 6 *Tauris adiicitur* (pabulum) *quo fortius ineant.* Hoc præceptum omnibus animantibus competit, nam arietes Auctor Geop. lib. 18. ait, duobus mensibus ante admissuram curandos· ἵνα ἰκανὴν τροφὴν, *lautiore cibo.* De equis eadem præcipiunt Auctor Geopon. Columella, Palladius. Primus libr. 16. Alter c. 27. lib. 6. Tertius lib. 4. tit. 13. Indicam loca de equis, nam eadem est ratio, & Poeta vtrique rei aptat sua præcepta. Sed in hac te tenendus modus iste Xenophontis in Hipparchico, ὅτι οἱ συζεύγνυμενοι ἵππι, μὴ ἐκπονουμένοι δι, ὥστε ἀποπνίγεσθαι, *Equi bene habiti sint, non vero saginati vsque ad suffocationem.*

A 3. DENSO PINGVI.] Respicit ex Nota Germani potius ad πῖαρ, quam ad λιπαρὸν, etiam si ista interdum in Græcis confundantur. Nam πῖαρ dicit genus pinguedinis densæ, & solidæ; λιπαρὸν humidæ, & mollis.

4. DISTENDERE.] διαπαλύνει.

5. DVCEM.] Pari genio postea de tautis, *regna*, & in 12. Æn. *quis pecori imperitet.* Et Oppian. libr. 2. κεῖνον ἡγεμόνα. *cornutum ducem.* Hesiodus in Theogon. de Leone Nemæo: κοίρανέων ἕρκος τε νεμείης: *Imperans cauernosæ Nemeæ.* De Pisttaco Pap. 2. Sylu. *plagæ viridis regnator Eoæ.* Idem 5. Theb. tautum vocat *ducem regem.* Philo. ἀεὶ γὰρ ὁ τῶν αἰπολίου μὲν δὴ τράγος, πολιτῶν δὲ κρὶὸς ἡγεμὼν ἐστ: *Hircus dux capratum, aries* B *ouium.* Arist. 6. Hist. c. 19. ἐν ἑκάστῃ γὰ πόιμνῃ κατασκευάζουσ ἡγεμόνα τῶν ἀρρένων: *Singulis ouilibus singuli duces constituuntur.* Minutius: *Rex vnus apibus, dux vnus in gregibus, in armentis rector vnus.* Sumsit à Minutio Cyprianus, nam idem, & iisdem verbis lib. de Idolor. vanitate. Plinius libr. 1. c. 21. de gallinaceis: *Imperitant suo generi, & regnum in quacunque sunt domo, exercent.* Demum Plato omni animantium generi assignat ἀρχὴν, *principatum.* Itaque locutio ista, qua animalibus dantur imperia, regna, principatus, ducatus, frequentissima est in Poetis, & aliis. Quin Artemidorus lib. 2. Oniroc. c. ad hanc rem firmandam adducit etymologiam, κριὸς arietis, qui dictus ἀπὸ τῦ κρίνειν, quod verbum veteribus fuit Imperare. Adeo C cognatæ istæ voces mutis animantibus, vt ab his ad homines traducantur. Reges enim dicti sunt ποιμένες λαῶν ab ouibus, non aliunde. De qua re sollemnis est locus in Philone Iudæo, libro, qui inscribitur βίῳ & πολιτικῷ.

6. MARITVM.] Huc reuoca, quæ fusè dixi 7. Ecl. ad illud, *vir gregis ipse caper.*

7. FLORENTES HERBAS.] Melius legas *pubentes.* Nam prata magis conueniunt, quæ delicatis & mollibus herbis abundant, quam quæ proceris.

8. SVPERESSE LABORI BLANDO.] Honesta circumscriptio. Clare Colum. cap. 29. lib. 6. *Vt Veneri superst.*

D 9. REFERANT IEIVNIA.] Phtasis Lucret. lib. 4. *Referunt prouorum sæpe figuras.*

10. IPSA AVTEM MACIE.] De femina frugaliter & parce habenda ante coitum, Varr. de vaccis loquens c. 5. lib. 2. *Propter fœturam hæc seruare soleo, ante admissuram menses nouem, ne cibo & potione se impleat, quod exiis mantur facilius macie concipere.* Alibi: *fœminis bubus* (cibus) *demitur, quod macescentes melius concipere dicuntur.* Colum. c. 24. libr. 6. *Sed & pabulum circa tempus admissuræ subtrahitur fœminis, ne eæ ster les reddat nimia corporis obesitas.* Ad idem pertinent verba ista Aristotel. lib. 5. de Hist. Animal. c. 14. οἱ δὲ τράγοι πίονες ὄντες ἧττον γόνιμοί εἰσ· ἐν δὲ *Hirci pingues minus fœcundi sunt.* Iterum libr. 1. de Generat. Animal. cap. 18. τράγοι πίονες ὄντες ἧττον ἔγκυοι. διὸ καὶ περιτέμνουσιν αὐτούς: *Hirci pingues minus feminis habent, quamobrem illos ante extenuant.* Huc confer, quæ in vtroque loco idem Aristot. adiicit de vitibus, qui, cum luxuriant, minus sunt fertiles. Adducit etiam Vrsinus ad rem eandem verba Hippoc. Sectione 5. Aphorif. ἐκόσα πρὸ φύσιν παχέα ἐόντα μὴ ξυναμβλύνοντιν ἐν γαστρὶ, λαύσας τὸ λίπαλέον τὸ ἐόμα ἐὸν ὑστέρων ἀποπέσει, ἢ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι ἢ κύουσιν: *Quæ præter naturam crassa sunt, neque concipiunt, his omentum concludit os locellorum: nec prius, quam extenuen*

Duces, Reges, Principes de animalibus.

Vaccæ frugalius habendæ ante coitum.

UVA. BHSC. BU 00239

nuentur, concipiunt. Annectenda verba Plutarchi lib. Sympos. Problem. 6. τὰς πολυσαρκίᾳ κεχαμένας καὶ ἀγκυμονούσας, ὅτι τὸ πλεῖον ἀτμυνυσι, πλὴν μὴ ἰσοῦται εἰς τὸ σῶμα πεπαλαίωνται: *Sicut qui mole carnis graues sunt, ita vt plerumque non proceant, consumto in corpus alimento.* Aliqua loca ex istis indicauit Germ.

11. TENVANT ARMENTA.] Ἰσχναίνουσι, & λεπτύνουσι Plato, ex Nota Germ.

12. SOLLICITAT.] Eo verbo vsus ad rem eandem Lucret.

Sollicitatur id in nobis, quod diximus ante
Semen.

Eurip. in Hipp. flexu isto mitto, ὅταν παῖδ' ἀνὴρ πρὸς ἡδονὰς φέρῃ: *Cum Venus mentem turbauerit imalescentè.* Lucretius lib. 4. hoc:

Dum iam præsagit gliscitq; corpore,
Atque in ea est Venus.

Sed pulcre Virgil.

Voluptas nota sollicitat concubitus.

13. FRONDESQVE NEGANT, ET FONTIBVS ARCENT.] Opponit ista illis, *Secant herbas, fluuios ministrant.*

14. CVM GRAVITER TVNSIS GEMIT ARCA.] Pulcra æstatis descriptio ex tunsis frugibus, gemente arca, iactatis paleis ad ventos. Opp. 4. Pisc. ita

οἱοὶ δ' ἐγγὰρ ἴασι δυσὶ στόνῳ ἐκτελέσσαντες
ἀνδρὸς, χερσαίοις τε δυσκρίτοις ἐπὶ ἔργμοῖς,
Veluti igricolæ Cereris laborem perficientes
Elabris, terrenisque discriminantes remis.

Remi terrestres pro vectabris. Pulcerrime vocat *terrestres remos* ventilabra. Calaber lib. 11. æstatem describit à calore nimio δυσάλιον, à messoribus celerrime segetem secantibus.

15. SVRGENTEM AD ZEPHYRVM.] ita Theoc. εἰδ. 10. ἐς Ζεφύρου ἄνεμον, ἐς ζοφερὸν.

Ad Boream ventum, ad Zephyrum.

16. LVXV.] Istam luxuriam, exuberantiam, pinguedinem in pecoribus Græci τεργὰν dicunt ab vnis hircis, Latini possunt dicere *hircire.* Locutionem extendunt ad vineas luxuriantes.

Arua ad quid tra ducantur. 17. GENITALI ARVO.] Nunquam satis aut Interpretes, aut alij celebrant istam loquendi modestiam. Vide repræsentatam rem Venerea perquam pudice, videlicet per aruum genitale, per sulcos, quos ducit mas in fœmina. Ita Eurip. Phœniss. Adimam Interpretationes pudori consulens.

μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοχος ἀναύσους βίᾳ.

Hoc testimonio vtuntur omnes. quod visum non relinquere: adiciunt alia quæpiam: Omittam illa, & tantum dabo, in quæ ipse incidi, desumta omnia à semine, aratione, aruis, agro, germine, plantatione, & similibus. Eurip. Androm. ὁ γὰρ φυτεύσας (παῖδα.) In Troadibus, φυτηργὸν πρίαμον. In Suppl. ἢ τοῖς ἄναξ παῖδα φυτεύει. In Alcest. σοῖσι τε σπείρασι τ' ἄνασσα δύσι. In Phœniss. ἔσπειρεν πρὶν σπαῖδα. Simo iam Eurip. in quo multa, transeo ad alios. Sophocl. in Antig. σοὶ γὰρ ἐβούλου τέκνων σπορὰς. In Aiace Mast. ἀτρὶα δ', ὡς ἀδ σ' ἔσπειρε. Iterum, σπέρμα λαρτίου. Ita Æschyl. in Prometh. λάχειον σπέρμα. Plut. lib. 2. Olympiad. δὸς ἐμοὶ σπόρον. Philo in libro de Abraham, ἀτεκνίᾳ γονὴν σπείροντες. Loquitur de crimine Sodomorum. Idem in lib. de Specialibus Legibus hanc rem sæpe venustissime attingit. Dicit enim singulis membris vulnum repurgari à natura, οἷς πνεῦμα ἐκκλησίαν ἀγείρει. De his, qui cum fœminis sterilibus, σκληρὸν, καὶ λιθώδη γῆν ἀρῶσιν. De his, qui fœminas negligunt, & mares, amant, ait illos relinquere, τὰς μὲν βαθυγείους, καὶ εὐκάρπους ἀρούσας. Duo extrema loca Philo à Platone sumsit 8. leg. Nam de fœminis sterilibus, ἀπορρεούσας δ' ἀρόσεως σπόνδυλος πάσης ἐν ᾗ μὴ βέλοιτο ἀφεῖναι τὸ σπερμάτιον. De masculis, μὴ σπείρειν ἄγονα ἀρρένων παιδογονίαν. Oppian. 4. Hal. πρὸς δ' εὐναίοις ἀρούσι σπόρος ἐκλάσσατο. præclare Nazianzenus Etiam vocat, πλευρὰς φύσιμα: *germen Latinis genis.* Ex Latinis lege Plautum in Ttucul. Lucretium lib. 4. Arnobium lib. 4. Apuleium apud Donam 3. Præcidan. capite septimo.

18. RAPTAT VENEREM.] Ita ad verbum Aristoph. ἁρπάζειν ἀφροδίσιον, & ἁρπαγὴ ὑμᾶς ἁρπάζει δόλιον κύνειον. Et Horat. Sat. 2. lib. 1.

Venerem incertam rapientes more ferarum.

Lucretius:

Et commiscendo cum semet forte virile
Fœmina commulcit subita vi, corripuitque. Germ.

19. RVRSVS, &c.] De suscipienda cura fœminarum iam post conceptum Varro lib. 2. cap. 7. *Cum conceperint equæ, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, &c.* Et de Vaccis, cap. 5. *Cauere oportet, ne aut angustius stent, aut feriantur, aut concurrat.*

20. SALTV SVPERARE VIAM.] Xenophon. de Re Equest. διαπηδᾶν, καθάλλεσθαι. Sed Virg. extra vulgus.

21. CARPERE PRATA.] Eodem sensu Ouid. 8. Met. *carpere æthera.* Et 10. *carpit iter per aera.* Et vulgo omnes.

22. FLVVIOS RAPACES.] Lucret. lib. 1.

Den que per maria, ac montes, fluuiosque rapaces. Et 5.

Exisse rapaces Per terras amnes.

Seneca Theb. *Rapax torrens.*

23. SALTIBVS IN VACVIS.] Eadem forma vacuum, & inanem aerem dicunt, campum, loca, solitudinem: omnia ad signandam magnitudinem ingentis spatij.

24. PLENA SECVNDVM FLVMINA.] Ideo plena, ne vaccæ inclinentur ad potum cum incommodo fœtus latentis in vtero. Blanditur locus Dion. Chrysost. Orat. 7. qui locum amœnissimum describens, inter alia, ita ait, καὶ διὰ μέσου παμβὶς ὁ τραχὺς, ἀλλ' ὡς ἐρέσσοι ἐμβλύνων καὶ βωῒ, καὶ μάγοις: *Erat in medio fluuius non asper, sed quem facile possent ingredi boues & vituli.* Reddit postea rationem, τὰ δ' ὕδωρ πολὺ: *erat aqua copiosa.* Talia flumina suis vaccis vult Poeta.

25. SAXEA PROCVBET VMBRA.] Ita inf. *Sacra nemus accubat vmbra.* Et Fracast. 2. Syphil.

— Iouis qua plurima silua Accubat.

[a] Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo
Romanum est: œstron Graij vertere vocantes:
[b] Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concussus, syluæque, & sicci ripa Tanagri.
[c] Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
[d] Hunc quoque (nam mediis feruoribus acrior instat)

Arcebis

UVA. BHSC. BU 00239

155 Arcebis grauido pecori, armentaque pasces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

ARGVMENTVM.

Ab grauidis arcendum tabanus. Cuius præcepti occasione tabanus ipse describitur, & res firmatur exemplo Ionis.

EXPLICATIO.

a OCCASIONE vaccarum, quæ cum sunt grauidæ, recreandæ sunt in locis pascuisque viretibus, gradum facit ad explicandam familiarem pestem, quæ esse solet in his locis, vt magistri pecorum rei prouideant. Sumit vero exemplum κατ' ἐξοχὴν à Lucania, vbi fluuius Silarus, & mons Alburnus subiecti huic pesti. Ait itaque in his locis esse asilum (tabanum intellige) quod animal Græci pestũ nominant, nam asilus Latina est & Romana vox. Nouitij (hi me interdum barbarum reddunt) sic disponãt. Est circa lucos Silari, circaque Alburnum virentem ilicibus asilus plurimus volitãs, cui nomen est asilo. Est hæc Græca locutio. Latine diceres: Cui nomen est asili.

b Asilum describit ab asperitate, qua pungit pecora; ab acerbitate, qua resonat; ab affectis boum: nam armenta fugiunt per syluas tam diro sonitu exterritasi quando vero percussa sunt, æther furit mugitibus boum, & doloribus, syluæ ipsæ, & tota Tinagri ripa. Est fluuius Lucaniæ, & ideo siccus, quia tabanus æstate furit, quo tempore sicca vt plurimum flumina.

c Probat exemplo. Io Inachi fluminis filia mutata est in vaccã ab Ioue, volente sic cælare adulterium suũ: agnouit pellicẽ Iuno latentẽ ferina forma. petiit illã ab Ioue, ille annuit, ac tunc Iuno immisit iuuencæ hanc pestem, quæ in miseram acerbissime sæuiit.

d Absoluit, vt tandem hoc malum, si pecora cum sunt grauida, exeant ad pastum rempore aut matutino, aut vespertino, nam asilus die medio instat acrior, adhærescit pecoribus.

NOTÆ.

1. EST LVCOS SILARI CIRCA.] Est sapor aliquis ad verba ista Lucilij: *Quatuor hinc ad Silari flumen, pottumque Alburnum.*

2. SILARI.] Dat hanc pestem iuxta fluuium, ad quam rem signata verba ista Aristot. lib. 5. Hist. c. 19. sequentis de œstro, *οἱ πλεῖστοι περὶ τὰ ὕδατα γίνονται. Sunt plurimi circa aquas.* Eo pertinent, quæ postea adducam ex eodem de ortu huius bestiæ ex culicibus fluuiorum.

3. PLVRIMVS.] Ea forma Ouid. 4. Trist. Eleg. — *In toto plurimus orbe legar.*

Alburnus Deus.

4. ALBVRNVM.] Obseruabis loci huius Deum dictum etiam Alburnum, vt inde Romanum moré teneas, qui Deos locorum eodem nomine appellabant, quo ipsa loca. Neque aliter capias Tertullian. lib. Aduersus Gent. *Vetus erat decretum, nequis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus, vt M. Æmilius de Deo suo Alburno.* Neque Sueton. c. 5. Vespas. vbi loquitur de Deo Carmelo. Romani enim Carmeli montis Deum vocabant etiam Carmelum. Hinc etiam Clitumni Deus dicitur quoque Clitumnus, de quo Deo quære nostrum Indicem.

5. CVI NOMEN ASILO.] Est, vt monui, Græcorum locutio. Hi enim sæpissime, cum regant vnum casum, illi alterum adnectunt, v. g. Indiges pecuniarum, quarum non habes, pro, quas habes. Vbi *quarum*, adnectitur casui pecuniarum. Hanc Græcam locutionem ignoranti multa occurrent in Latinis Auctoribus admodum implicata. Ita 1. Æn. *cui nomen Iulo*, pro, Iuli. Et in 9. *cui Remulo cognomen erat.* Ad quem locum ego coniungo exempla ex Græcis, & Latinis.

6. ASILO.] Hanc bestiolam exercere hostiles inimicitias in tauros, vaccas, boues, certum. Varro lib. 2. Rei Rust. c. 5. *Eas* (vaccas) *æstate tabani concitare solent; & bestiolæ quædam minutæ sub cauda: ne concitentur, aliqui solent includere septis.* Ab Oppian. 2. Hal. asilus dicitur *βοῶν ἀνάρσιος: infestus bobus.* Et ab Apollon. lib. 1. taurus ipse *μύωπι τετυμένος: asilo percussus.* Inde hanc feram Nonnus lib. 9. vocat *ταυροκλόνον* ab occidendis feris, & lib. 3. *γυιοδόρον* à vocandis membris. Æschylus in Supplicibus *βουκάτῳ μύωπι: asilum agitantem boues.* Coluthus *μύωπα βοῶν ἐλατῆρα: asilo boum agitatori.* Homer. Odyss. 22.

πὰς (βόας) μὲν τ' αἶδος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόμησεν.

Quem (boues) varius asilus impetu aggressus agitauit.

Asilus hostis taurorum.

Seneca epist. 58. *Pecora peragentem, & totis saltibus, dissipantem.* Neque hoc solum, nam Oppian. loco adducto, hanc bestiolam familiarem assignat. Thunno, & Xiphiæ marinis piscibus. Et de Thunno, idem scribit Aristot. lib. 8. Histor. c. 13. & de eodem, atque Xiphia lib. quoque 8. c. 19. Scribit enim agitari illos in exortu canis verminculo quodam Scorpionis effigie, magnitudine aranci, quem verminculum vocant asilon. Ceterum obseruabis, omnes Interpretes tam οἶστρον, quam *μύωπα* vertere, asilum. Sed non dubium quin diuersa res. Locus clarus est in Aristot. lib. 4. histor. cap. 4. *μύωπες γὰρ οἱ οἶστροι περὶ δέρματα διαίρπωσι τῶν τετραπόδων. Myopes, & Oestri perforant pelles quadrupedum.* Iterum c. 7. *οἱ μύωπες γὰρ οἱ οἶστροι.* Sed & genere differunt, nam lib. 5. c. 19. *μύωπες γίνονται ἐκ τῶν ξύλων: Gignuntur myopes ex lignis.* Et de Oestro supra, *ἐκ δὲ τῶν ἐν τοῖς πυτμοῖς πλατέων ζωδαρίων τῶν ὀπιθέων πων οἶστρος γίνεται, Asilus latiusculis quibusdam bestiolis, qua in fluuiis supernatant, enascitur.* Porro verba Aristot. Græca ita legenda, vel ex vertente Gaza, nam in vulgaribus deest, vox illa, *οἶστρος.* Sed si hoc testimonium non alicui satis, adeat eundem Aristot. lib. 1. c. etiam 1. vbi aperte ait, Oestrum nasci ex culicibus. Demum lib. 2. de Partibus Animal. c. extremo ad finem, œstros, & myopes discriminat, quod illi cutes hominum transfodiant, isti reliquorum animalium tergora. Verba, si quis quærat, hæc sunt: *ἔτι δ' οἵτε οἶστροι, οἱ μύωπες, οἱ μὲν τὰ τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ ἰκὰς τὰ τῶν ἄλλων ζώων δέρματα διαίρουσιν.*

Oestrus differt à myope.

7. OESTRON GRAII VERTERE VOCANTES.] Qui hoc? Nonne Græci ante Romanos, & *οἶστρος* vox Græca præcessit asilum vocem Latinam: Potius ergo Latini *οἶστρον* verterunt in asilum, quam contra. De hac re plausibilis Canteri Notula lib. 4. Nou. Lect. c. 18. Ideo adiungam. Ait ille, dictum hoc à Poeta cupido laudandi linguam Latinam, quasi velit innuere, Græcos fuisse Romanis posteriores, cum tamen secutus sit. Confirmo ego hanc Notulam ex eodem Vate, qui 8. Æn. pari ambitione dixit, *his dantem iura Catonem.* Ne videlicet Græci ea gloria efferrentur, quod ipsi soli haberent Græcos homines inferorum iudices. Hæc mihi dicta, si quibus placeant. Nam ego Poetam proprie locutum iudico. Quod sic aperio. Fuit asilus vox Italica, & ante omnem cultum Latinæ linguæ: atque adeo Græci, vt ab aliis barbaris, ita etiam à prisci Italis voces aliquas assumserunt. Hanc rem mihi satis indicat Seneca in adducta epistola, vbi de asilo conqueritur, hanc vocem

Asilus natus in Italia.

VVA. BHSC. BU 00239

vocem iam periisse,& succeſſisse pro illa œſtrũ, Græcam dictionem. & addit, iſtam eſſe mentem Virgilij. Ergo, ſi hæc vox periit, & iuxta Senecam id Vates ait, cur non putem fuiſſe illam in vſu antiquiſſimis Italis, ante omnem Græcam memoriam, cum videlicet regnarunt in Italia Ianus, & Saturnus. Ideo Seneca ſignate ait, *aſilum noſtri vocabant*, non vocant. Vt innuat, iam periiſſe, & antiquiſſimam eſſe vocem. Hoc vt credam, facit etiam ſequens coniectura. Videtur mihi hoc genus muſcæ natum in Italia fuiſſe, non alibi, & inde in alias orbis partes diſſeminatum: atque adeo Græci, cum ad eos peruenit, nomen illi indiderunt more ſuo. Quærit à me aliquis. Cur tibi viſa muſca hæc nata in Italia? Ideo (inquam) quia nullibi naſci melius potuit, quam vbi ingens boum multitudo, quibus hoc animal infeſtum. Atqui Italia pecoroſa fuit admodum. Imo ſic dicta eſt à bobus auctore Varrone c. 5. lib. 2. Ruſt. Nam Græci boues dicebant ἰταλοὺς, à quorum multitudine, pulchritudine, fœtu, dicta eſt Italia. Inde eſt, vt Græci propriè vſurpent οἴστρον tantum in mẽtione aut boum, aut Ius conuerſæ in boues: alibi ſemper Metaphoricè. Pergo ad imitationẽ. Eſt nonnulla alluſio ad Apollon. qui de œſtro lib. 3. ὄντε μύωπα βοῶν καλέουσι νομῆες. *quem paſtores vocant aſilumboũ.*

Ad Callimachum, qui

βόσσορ, ὃντε μύωπα βοῶν καλέουσι δμῶες.
Buſſorum, quem boum tabanum vocant bubulci.

Ad Æſchyl. qui in Supp.

βοῦ δ' ὃν μύωπα—οἴστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ νέμοι πολῖται.
Aſilum agitantem boues, quem nau ad Nilum vocant œſtrum.

Coniunxit iſta Virg. ad Ennium, qui 3. Annal.

Sic denſis aquila pinnis obnixa volabat
Vento, quam perhibent Graium genus aera lingua.

8. ASPER.] Nemo putet, quæ hic dicuntur de aſperitate, & acerbitate huius muſcæ, de terrore boum, ac mugitibus, poetice tantum, atque ad exornationem excogitata. Scribit ſane Oppia. lib. 2. Hal. (cuius verſus omitto, quia plurimi) boues rabie agitari, vbi aſilo percutiũtur: neque vllum eſſe illis mare imperuium, ſyluas, montes, ſcopulos, vt fugiant à tam diro hoſte. Et de quibuſdam piſcibus ait, tam graviter agitari, vt ipſo furore plerumque in naues inſiliant, & ſæpe proſiliant in terram, ibique moriãtur cum magnis cruciatibus. Calaber. lib. 11. fugientes Græcos explicat ſimilitudine boum, qui vbi percuſſi ſunt œſtro, ἔργα ἐκεῖ φεύγοντι: *longe ab opere fugiũt.* Adhibẽtque alias huius doloris notas non exiguas, Apollo. lib. 1. ait taurum percuſſum œſtro, furere. Et auctor Geop. reddit ἐκφρονας, *inſanos.* Valer. 3. Argon. furentem Herculem propter Hylam raptum comparat cum tauro percuſſo hac beſtiola. Prior illo Apol. 1. Arg. Valerius itaque,

Continuo volucri cen pectora tactus aſilo
Emicuit Calabris taurus per conſragra ſepris, &c.

Ita ferme omnes de hac beſtiola: habet enim aculeũ, quem infigit æquiſſime, vel in auribus, vt ait Plu- A tarch. de diſcrimine Adulat. & Amic. vel ὑπαὶ λαπάρην, *ſubter illa*, vt ait Calab. lib. 11. vel λαγόνεσσιν ἐπ' *lumbis*, vt ait Oppian. Qui ad ſignandum vim doloris, hunc ſtimulum βελὸς nominat *ſagittam, ſpiculum.* Et ab Æſchylo in Prometh. dicitur δίστρε ἄρδις: *œſtri cuſpis.* Nonnus lib. 4. flagelli nomine expreſſit, cum de harmonia vxore Cadmi dixit ἐμαστιγώθην νόον οἴστρῳ, *flagellata mentem œſtro.* Ariſt. 1. Hiſt. c. 5. κέντρον nominat *aculeum.* Sicuti Iſidorus lib. 8. c. 12. Et Plin. lib. 11. c. 28. & multi alij.

9. ACERBA SONANS.] Ex Noſtro (credo) Oppian. 2. Hal. loquens de boue, qui œſtro agitatur, ait in epiphonemate, τοῖη μὲν ἄγει δριμεῖα βύκλα: *talis ipſum fert acerba procella.*

B 10. EXTERRITA.] Æſchyl. in Prom. ὀιστηλάτῳ δείματι, *terrore œſtri.*

11. DIFFVGIVNT ARMENTA.] Ita Calab. lib. 11. inducit tauros percuſſos œſtro: φόρτιδες ἔργα: *fugientes ab opere.* Et ab Oppian.

——πολὺν δ' αὐλῶνα πάντα λιπόντες
σῖτον τε λύσιν
Prato, & ſtabulis omnibus relictis
Agitantur rabie perciti.

Eo pertinet ab Calabro ibidem dici Græcos fugientes eſſe ſimiles bobus, quos τύφει οἴστρου: *œſtrus percutiat.* Et ab Homer. Odyſ. 22. fugientes hoſtes in bello comparari bobus fugientibus ab inſonãte œſtro: ſicut ab Apol. & Val. Herculem.

12. FVRIT MVGITIBVS ÆTHER.] Oppian. loC quens de tauris percuſſis œſtro, πάλλῃ δ' βρυχὴ: *vbique autem mugitus.*

13. HORRIBILIS EXERCVIT IRAS.] Vix ere- Ius verſæ in
das, quam celebres Poetis ſint cruciatus ſæuiſſimi, vaccam fu-
quos Io paſſa eſt ab œſtro latens ſub forma bouis. riæ.
Sophoc. Elect. τῆς οἰστροπλῆγος—ἐνάλιχε χόρης: *œſtro agitatæ filiæ Inachi.* De eadem Æſchyl. in Prom. οἰστροδονῆτις: *percitæ ab œſtro.* Ipſa de ſe ibidem. οἰστρόπαιδ' ἐγὼ. & ὀξυσόμῳ μύωπι χεισθεῖσ': *acutoſtimulata aſilo*, & χρίει τὶς αἰματάλαινα οἴστρῳ: *Pungit me miſeram œſtrus quidam.* Ouid. 1. Metam. ait, obiectam Ioni horrificam Erynnym. Adiice furias, quas hæc beſtiola excitauit tauro illi, qui raptauit puerum Ampelum. Rem late habet Nonn. lib. 11. Dionyſ.

14. FERVORIBVS ACRIOR INSTAT.] Oppian. D

——ἄγριον ὀίστρον
ὃν σφίσι καυσηρὸν κυνὸς νέον ἐσπερόωσα
κέντρον πικρὸν ἐοῖσι ποτὶ ἠερόεντα πέλεσθαι.
——*ferum aſilum,*
Quẽ ipſis ardido cane recens exorto
Aculei pernicioſi velox inſigit robur.

Homerus quoque Odyſ. 22. ait aſilum ſeruere ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ: *verno tempore.* Varr. 2. Rei Ruſt. c. 5. æſtatem ſignat, in qua vaccæ concitantur tabano.

15. SOLE RECENS ORTO.] Eſt hæc locutio Græcorum, qui νέον cum dicunt, ſubaudiunt χρῖ, vt ſit χρὶ νέον.

16. NOCTEM DVCENTIBVS ASTRIS.] Ita 2. Æn. de Lucifero: *Ducebátque diem.*

[a] Poſt partum, cura in vitulos traducitur omnis
Continuóque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſeruare ſacris, aut ſcindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cetera paſcuntur virides armenta per herbas.
[b] Tu quos ad ſtudium, atque vſum formabis agreſtem,
Iam vitulos hortare, viámque inſiſte domandi,

Mm Dum

UVA. BHSC. BU 00239

Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.
Atque illis iam sæpe rotæ ducantur inanes
Per terram, & summo vestigia puluere signent.
Pòst valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
[c] Interea pubi indomitæ non gramina tantùm,
Nec vescas salicum frondes, vluámque palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi fœtæ
More patrum, niuea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces consument vbera natos.

ARGVMENTVM.

Vitulis, relictis iam tauris, & vaccis, tota cura impendenda est: horum triplex genus assignat, & laté disserit de illorum domitura.

EXPLICATIO.

[a] DOCVIT curandos patres ante admissuram, post istam matres: nunc ait, vti harum negotio depositò, cura tota transferenda sit ad sobolem. Itaque ait, natis vitulis statim inurendas esse notas gentilitatis, & prosapiæ, fecerneédoque, ac iam tum destinandos his notis, alios quidem ad sobolem procreandam, alios ad sacrificia, alios ad agriculturam: porro ipsæ iuuencæ, ac vitulæ (nam has intelligit, per cetera armenta) pastui tantum indulgeant, neque signétur his notis, vt quæ macello fere seruiùt, præter illas, quæ seruandæ ad admissuram.

[b] Dixit destinãdos alios ad sobolem, alios ad sacra, alios ad agriculturam: nunc omissis primis & mediis, loquitur de extremis, qui seruantur ad agriculturam. Docétque, vt vituli cum sunt, domentur, quia tunc facilius. Adhibétque rationem, qua debeant domari, istam. Subnectantur eorum ceruicibus circuli ex viminibus, non adstricti sed laxi: deinde, vbi huic rei assueuerint, iungantur bini è torquibus, coganturque coniunctim viam ire: tertio ferant inanes currus, vt assuescant strepitibus; ita vt ratio habeatur non ponderis, sed itineris celerrimi, ideo ait, *signent vestigia summo puluere*: quarto denique ferans currum cum multo onere, cui axis sit faginus, cui temo æreus.

[c] Docet, quid fieri debeat cum sobole, cũ adhuc est tenera, neque dum apta ad domationem. Pascatur non tantum grámina, aut frondes salicum (has vescas vocat, id est, aptas ad esum) aut vluam palustrem; sed adhuc dabis illis farraginem ad saginam. Deinde curandum, vti vaccæ non mulgeántur, sed lac totum impendant in alimoniam sobolis.

A *De stirpe magni interest, qua sint.* Et addit, à regionibus dici nobiles. Hoc liquidius ad mentem Virgilij. Obseruabis instrumentum, quo vni equi signabantur, dici τριόπιον.

2. INVRVNT.] Est hoc, quod scriptores Rei Rusticæ dicunt *signare*. Quod Festus: *dignorare*. Ait enim: *Dignorant signa imponunt, vt fieri solet in pecoribus.* Græci dicunt χαράττειν, χαραχτηρίζειν. vnde & signum impressum pecoribus, character dicitur. Sed Virgilius maluit exprimere Græca ἐγκαύματα. Inde & Anac. de equorum notis, αὐχὸς χάραγμα, quo exprimit inustum signum. Dignorare quid sit. Characket equorum.

3. ET QVO SIT PECORI.] Hac diuisione scias obiter, quid debeat peritus equorum facere. Non abhorret locus Varron. c. 7. lib. 2. Rust. *Equi quod alij sunt ad rem militarem idonei, alij ad vecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram, non item sunt spectandi, atque habendi. Itaque peritus belli alios eligit, atque alit, ac docet, aliter quadrigarium, ac desultor, neque idem qui vecturarius facere vult ad ephippium, aut ad predam, &c.* B

4. SVBMITTERE.] De hoc iam supra.

5. ARIS SERVARE.] Expressit verbum Varr. c. 5. lib. 2. Rust. *Ad victimas farciunt, atque ad Deorum seruant supplicia.*

6. SCINDERE TERRAM.] Dissoluit Græcum χωρύττειν. C

7. CAMPVM HORRENTEM.] Inaratum agrum dicunt scriptores Rustici horrere, squallere, obduci situ.

8. ARMENTA.] Videntur mihi Interpretes ignorasse hunc locum. Seru. ait, Poetam locutum ad discrimen triplicis diuisionis. Quasi dicat. Vituli, qui destinantur admissuræ, sacris, labori agrorum, seruientur domi, reliqua armenta pascantur libere per agros. Alij Interpretes aut hoc idem, aut nihil. Hoc non satisfacit, nam ea diuisio ita comprehendit omnes viteulos, vt nullum faciat reliquum, cum illi nulli alij rei seruiant, præterquam contentæ triplici illa diuisione: nisi quis superuacanee recurrat ad macellum. Deinde quis dixit, aut vidit vitulos comprehensos ea diuisione non pasci in agris, sed tantum domi ali? Ego per *armenta* capio tantum vitulas cum discrimine ad vitulos. Ducit me in hanc mentem Poeta ipse, qui supra eodem ferme discrimine, cum dixisset, taurum ante coitum saginandum esse; adiiciens, vaccas eodem tempore tenuandas esse iciunio, ita ait. D Armenta pro vitulis tantum.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.

Vbi per *armenta* intelligit vaccas cum discrimine ad mares. Sic hoc loci, destinatis iam maribus ad præci

NOTÆ.

1. NOTAS, ET NOMINA GENTIS INVRVNT.] De hoc more fusè dictum 1. Georg. ad illud, *Aut pecori signum & numeros impresse notatis.* Illud, *gentis nomina*, libenter retuli ad prosapiam, nobilitatem, & patriam pecoris, non ad possessorem, etiamsi videam hoc defendi posse. Nam Varr. c. 7. lib. 2. Rust.

UVA. BHSC. BU 00239

præcipua munia, ait fœminas libere relinquendas nulla nota, aut impressione signi. Dices. Nonne & iuuencæ interdum mactabantur sacris? Ita est. Sed Poeta videtur respexisse ad sacrum illud, quod creberrimum, & quod excellens, in quo non nisi taurus mas occidebatur: vt enim inter hostias maxima erat & τέλεια ouis, ita inter victimas taurus. Qua de re quidpiam commeminit Iosephus. Scaliger in Festum. Inde Varro lib. 2. Rust. cap. 5. nulla facta vitularum mentione, de maribus ait, ali ad victimas, & seruari ad Deorum supplicia. Dices rursum. Nonne & iuuencæ interdum arant terram? Ita est quoque, sed interdum, vt ais. Nam hoc opus boum est proprium: ad quod Poeta respexit. Et 1. Georgicorum, vbi sermo est de aratione, nunquam vaccæ, aut iuuencæ inducuntur: sed tauri, boues, iuuenci.

Dum faciles animi adagium.

9. VIAMQVE INSISTE DOMANDI DVM FACILES ANIMI IVVENVM.] Hæc sententia vicem habeat Adagii, quam referas ad adolescentes iam tum primo æuo instituendos, vt seruent odorem iam posterum, quo imbuti in prima ætate. Hac enim comparatione vsus non solum Horatius, sed etiam Philo lib. Ὅτι πᾶς ἀπειλ' ἐλεύθερος ὃν φησι τὸ κενὰ τῶν ἀγγείων ἀναφέρειν πᾶν τῶν πρώτων εἰς αὐτὰ ἐγχυθέντων ὀσμάς. Sicut enim vasa odorem, quo primum fuere imbuta, referunt, sic iuuenum animæ, &c. Lege reliqua. ideo Eurip. in Supplic.

ἆρ' οὐ μάθοι τις, ταῦτα σώζεσθαι δικαί-
σοῖς γήρως, ὅταν παῖδ' ἐς παίδευσιν·
Quæ quis didicerit, eadem vult seruare
Ad senium. Itaque filios bene instituite.

Pulcre dixit Pind. od. 11. Olymp.

——τὸ δ'
ἔμφυτος, κἀτ' αἴσιον ἀλκάτᾳ,
ὥτ' ἐρίζοιμι λέοντες
διαυλάξαντο νόθοι.

Mores naturæ insitos neque ardens vulpes, neque grauiter rugientes leones mutauerint. Eadem sententia Horat.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.

Cui accinit Gregor. Nazian. orat. 1. φιλῶ τὸ βιαθὲν, ὥσπερ φυτὸν βίᾳ χερσὶ μεταπολιόμενον, εἰς ἑαυτὸ πάλιν, ἀρεσθὲν ἀναπήγνυσθαι. Solet enim id, cui vis adhibita est, non secus ac planta per vim manibus inflexa, simul vt dimissum fuerit, ad se rursum redire. Eandem sententiam repetit Orat. 1. & 2. de Pace. Ab hac difficultate nata sententia Poetæ admonentis domituram, adhuc ante ætatis flexum. Sed qui volet sententiam istam amplificare, quæ mire est plausibilis, nec mihi locus morandi, legat elegantissimum locum Prudentij li. 1. contra Symm. Vbi adultæ olim idololatriæ vires & robur coniicit in negligentiam pueritiæ informatæ: orationem Appij Claudij apud Dionys. lib. 5. Hist. vbi vir ille ait, obsistendum cupiditatibus, cum infirmæ, non cum auctæ: Strabonem lib. 15. & Herod. lib. 1. ait enim vterque, pueros Persarum solitos informari dicendæ veritati ab anno ætatis quinto, quoniam apud Persas nullum maius crimen mendacio: legat tritum locum Ouidij. *Principiis obsta, &c.* Legat locum pulcerrimum Platon. 2. Polit. vbi Homeri fabulas & nugas exterminat à sua ciuitate, vnis tantum consulens adolescentibus: interque alia ait: ἀλλ' ἃ πρῶτα & ἂν πλεῖστα τοῖς δέξασι δύσεκνίπτατα γίγνεσθαι φιλεῖ γίγνεσθαι· quæ enim in ea ætate opiniones accipiuntur, difficillime elui, euellique consueuerunt. Eadem docet satis longo excursu lib. 3. Legat Demosth. orat. 13. vbi sententia aurea hæc. τὸ δ' εἰθισμένον μέγα δύναται μὴ τοῦτο· Consuetudo, quæ vna inoleuit, magna est. Rectè ait Æschines in orat. contra Timarchum, τὸν κακὸν τεχνίτην παιδευόμενον, χρήσιμον εἶναι τῇ πόλει: puerum rectè institutum, vtilem fore ciuitati in ætate virili.

10. IVVENVM.] Nota tres voces consentaneæ positas, traductasque ex hominibus ad feras, videlicet: *Iuuenum, pubi, natos.* Pueritia de pecoribus in Columella est. Vir, & senectus de iisdem in Virgilio, & omnibus ἀφάτως. id est, infans est in Herod. de fœtu mulæ. Sed hanc rem alibi exornaui.

11. MOBILIS ÆTAS.] Rectè putat Germ. videri Virgilium τὸ εὐκίνητον, & κινητικὸν ætati tribuisse vigenti, quod animatum ab inanimi maxime discernatur motu & sensu; &, quo corpus mobilius sit, hoc & viuidum magis videatur: quod veteres Philosophi, vt dicit Arist. lib. 1. Anim. statuerint eximie familiarem esse animæ motum: vnde & illi dicunt, τὰ μὲν ἄλλα πάντα κινεῖσθαι διὰ τὴν ψυχήν, τούτων δὲ ὑφ' ἑαυτῆς, reliqua omnia moueri ab anima; ipsam animam à seipsa. Mobilis ætas.

12. COGE CIRCLOS.] Ita in Varron. lib. 1. Rei Rust. c. 4. *furculos* pro furculos, agnoscunt Iosephus. Scalig. & Pet. Victor.

13. LIBERA COLLA SERVITIO ASSVERINT.] Vide oppositionem libertatis, & seruitij.

14. ET TORQVIBVS.] Nullius doctrinæ rusticæ ignarus fuit Vates. Ait, illigandos boues e torquibus, non e cornibus. Lege quæ late Colum. docet lib. 2. c. 1. vbi damnat torquem illam iungendi boues è cornibus, quod isto modo retractis & resupinis capitibus excrucientur: contra, si iungantur ceruicibus, plus conantur, & excruciantur minus, quia hoc modo tota mole corporis, totóque corpore nituntur: plus enim queunt pecudes collo & pectore conari, quam cornibus. Virgilius scientissimus rei rusticæ.

15. APTOS.] Id est, aptatos, atque illigatos, sicuti apud Catul. *aptis sarcinulis, & expeditis*, id est, subfrictis, & alligatis sarcinis. Et apud Agel. lib. 1. c. 15. cum scribit: *Linguam autem debere aiunt non esse liberam, nec vagam, sed vinculis de pectore imo, ac de corde aptis moueri, & quasi gubernari.* Vbi vinculis aptis est, aptatis, & illigatis. In Agel. legitur vulgo, *vinculis aperiis*, nullo, potius inepto sensu. Debes hoc Fruter. lib. 1. vers. c. 19. Aptus, pro aptatus.

16. COGE GRADVM CONFERRE IVVENCOS.] Colum. etiam in domitura boum c. 2 lib. 6. *Ante vespertum licebit producere, & docere per mille passus compositè, ac sine pauore ambulare.* Præcedit in Poeta, iungendos boues pares. Varr. quoque lib. 1. rei rust. cap. 20. præcipit, vt boues sint pares: & addit rationem, *ne in opere firmior imbecilliorem conficiat.* Col. etiam c. 2. li. 6. *Item cuslodiendum est, ne incorporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur: nam vtraque res inferiori celeriter affert exsilium.*

17. GRADVM CONFERRE.] Pluries Poeta *gradu* infert in hac significatione. Hic & in 6. Æn. *gradum conferre.* In 1. Æn. *continuisse gradum.* In 4. *Gradu celerabat.* In 6. *reuocare gradum & Siste gradum.* Sic Liuius ad finem lib. 2. *gradum referre.* Et post pauca oppositione quæsita: *gradum inferre.* Quod vero Poeta *gradi conferre*, Euripid. ex Nota German. in Phœniss. dixit, συνάπτειν πόδα. Et in Ione, ἴχνη συνάπτειν.

18. ROTÆ DVCANTVR INANES.] De hoc precepto ita etiam Varro lib. 1. Rei Rust. c. 20. *Quos ad vecturas item instituendi, vt inania primum ducant plaustra, & si possis, per vicum, aut oppidum creber crepitus, ac varietas rerum consuetudine celerrima ad vilitatem adducit.* Sed & quod Virgilius subiicit de puluere, id præmisit Varr. vbi docet quidpiam de arena, & molliore terra in domitura boum. Colum. lib. 6. c. 2. has inanes rotas vocat *experimenta vacua.*

19. SVMMO VESTIGIA PVLVERE SIGNENT.]

VVA. BHSC. BV\00239

Hoc ita extulit Manil. lib. 5.

Vixque rotis leuibus summum contingere campum.

Sed de hac variatione alibi.

20. POST VALIDO, &c.] Pari præcepto Colum. lib. 6. c. 2. *Interdum & pondus aliquod iniungitur, vt maiore nisu laboris exploretur patientia. Post eiusmodi experimenta vacua plostro subiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi sunt.*

21. FAGINVS AXIS INSTREPAT.] Ex Hom. Il. 5 qui ad verbum, ἐλέγχε φήγινα & ἄξονα βεβρυόνια.

22. SED FRVMENTA MANV CARPES SATA.] Explicui de farragine secutus Seruium. Varro hoc genus cibi adhibet c. 5. lib. 2. *Semestribus vitulis obiiciunt furfures triticeos, & farinam ordeaceam, & teneram herbam.* Hoc extremum explicat, quæ sint sata illa frumentacea Virgilij.

23. NEC TIBI FOETÆ.] De hoc præcepto ita Calpur. loquens de ouibus:

Parce tamen fœtæ, nec sint compendia tanti,
Destruat vt nuteos venalis caseus agnos.

Cum ait *more patrum*, signat priscum æuum, in quo esus magna ex parte lacteus fuit. Nodum enim hominibus assuetis ad carnes, nullus cibus delicatior fuit lacticiniis.

24. IMPLEBVNT MVLCTRALIA VACCÆ.] De hac variatione alibi. Vocatur ab nonnullis, *mulgaria.*

[a] Sin ad bella magis studium, turmásque feroces,
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
[b] Primus equi labor est animos, atque arma videre
Bellantum, lituósque pati, tractúque gementem
Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonantes.
Tum magis, atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atque hæc iam primo depulsus ab vbere matris
Audiat: ínque vicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiámque tremens, etiam inscius æui.
[c] At tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúsque sonare
Compositis, sinuétque alterna volumina crurum,
Sítque laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena.
[d] Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes, atque arida differt
Nubila, tum segetes altæ, campíque natantes
Lenibus horrescunt flabris: summæque sonorem
Dant syluæ, longíque vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.
[e] Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
[f] Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito. namque ante domandum
Ingentes tollent animos, prensique negabunt
Verba lenta pati, & duris parere lupatis.

ARGVMENTVM.

Recurrit ad equos, de quibus docet, vti in teneriore ætate erudiendi sint, domandi in robustiore, vt apti sint & bellis, & certaminibus. Equum hunc ita eruditum, & domitum comparatione illustrat. Assignat in fine tempus dandæ farraginis.

EXPLICATIO.

[a] CONVERTIT velificationem ad eruditionem, & domituram equorum, relictis tauris, vaccis, vitulis. Si tibi (inquit) studium est ad bella, & equestres turmas magis, quam ad rem agrestem: se ad certaminia Olympica, quæ fiunt ad Alpheū Pisæ in luco, qui ibi sacer est Ioui, seruanda tibi sint duo B præcepta, primum, de equo erudiendo in ipsa veluti ætatis pueritia, alterum de domitura, cum accesserit equus ad annum quartum.

[b] Ponit quæ pertinēt ad eruditionē in prima ætate, quā ego pueritiam nuncupaui, explicationis gratia. Ergo labor primus equi, qui alitur vel ad bella; vel ad eurulia certamina, sit videre tractantes arma, pati autib. stridorem lituorum, ferre intrepide iisdē auriib. rotas gementes cum trahuntur, audire frenos insonātes: præterea assuefiat laudib. magistrorū, gaudeátq; ad lonitum illum, qui excitatur ad plausam ceruicē. Audiat, & patiatur hæc omnia, cū primum à lacte depellitur: quin etiam, cum primum natus est, cum est inualidus, tremens, ac viuendi inscius, assuefiat capistris, quam esse debēt mollia, ne lędatur.

Pergit

VVA. BHSC. BU 00239

c Pergit ad alteram præceptum de domitura, quod exercendum quarto ætatis anno. Vult Vates, vt equus hoc æui assuescat & gyro, & cursib. & saltibus militarib. Hispani dicunt, hacermal al caballo. Hunc gyrum, hos saltus explicat per versus 3. Clara omnia sunt. Tantum illud, *simulque alterna volumina crurum*, est, flectat volutétque crura alternatim. Elegantissime enim volutantem se & gyrantem equum describit per volumina crurum.

d Explicat comparatione, quæ dixit. Vidisti impetum, quo incumbit Aquilo, cum flans à montib. Hyperboreis differt, id est, dissipat hyemes, & nubila Scythiæ arida (ita vocat, quia sine pluuiis, vt est pars tota illa Scythiæ, quia subiecta Aquiloni) ac tũ segetes horrescũt flabris, syluæ dant sonitus, fluctus B vrgent se impellúntque ad littora, ventus interim conuolat, & tam arua quam maria peruertit. Talem volo equũ illum. Per *campos natantes* intellige messem ipsam sese crispantem fluctuantémque ad flantem Boream.

e Dicit equum, quem describit, optimum fore vel ad certamina Olympica Elidis, vel agitandis essedis Belgarum in prælio. Nullis enim spatiis Olympiæ, nullo spumarum cruore, nullis prælijs fatigabitur. Itaq; versus isti respõdẽt illis, qui initio positi, de studio aut ad bella, aut ad certamina Olympica. Quasi dicat. Hic equus tibi optimus erit ad spatia Olympica, si tibi studium prælabi Alpheum Pisæ: hic collo feret Belgica essẽda, si tibi studium ad bella, & feroces turmas.

f Absoluit rem cum admonitiuncula, videlicet dandam equo fatraginem post domitum, non ante illam: nam si ante illam, difficile admodum domabitur, neque parebit verberibus aut frænis.

NOTÆ.

1. ALPHEA.] Fit hic mentio Alphei, Pisæ, & infra, Elei campi. Fuit Elis prouincia Peloponnesi, in Elide Pisa oppidum, ad Pisam Alpheus, iuxta quam celebrata certamina Olympica. Elis etiam oppidum. In his satis notitia qualiscunque, omnia si illustrem, si examinem, nullum otium, nullum tempus. De Ioue Eleo, de quo hic Poeta, lege Lilium.

2. CVRRVS AGITARE VOLANTES.] Ita Græci ἅρμα πτερὸν. Et Phil. in l. de Herede Diuinorum πτηνὸν ἅρμα. Et vetus Poeta — *volucri petit æthera curru.*

3. ARMA VIDERE BELLANTVM.] Ælian. l. 16. de Anim. c. 25. scribit: *Ne armorum fremitum, & gladiorum ad clypeos resonantium crepitus equi extimescant, eos ad strepitum & sonium assuescere coguntur, armatásque cadauerum simulacra sub ipsum frenum subiiciunt, vt casorum in bello conspectum ferre consuescant, ne rerum terribilium metu affecti ad rem militarem inutiles sint.*

Lituos. 4. LITVOS.] Explicui per stridorem, quia Lucan. lib. 1. *stridor lituum.* Et Senec. in Oedip. de hoc instrumento: *tridulos cantus.* Alibi: *stridor litui strepentis.* Stridori affinis acutus sonus. Ennius à Festo adductus:

Inde loci lituus sonitus effudit acuto. Stat. lib. 6.
Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Monuit ista Lipsius. 4. Rom. Milit. Lituum ex marmoribus ita effingas.



5. FERRE ROTAM.] Vide vt explicui: & cane intelligas de rota ducta ab equo ipso, tãtum vt audiat patiatúrque auribus illum strepitum. Quæ proxime præcedunt, quæ proxime sequuntur, omnia pertinent ad auditum. Interseri quidpiam de ducta rota, vulgaris esset Poetæ. De hoc præcepto ita loquitur Plat. lib. 3. Polit. τὸν πώλους ὅτι τὰς ὕβρεις, ἢ ὑποζύγους ἀγοντες, σκοπῶμεν εἰ φοβεροὶ: *Ducunt pulsus equorum ad strepitu, & tumultus, vt probent an timidi sint.* Vt vero hic *gementem rotam*, ita alibi, *plaustris gementibus.* Quod hic *gemere*, supra instrepere.

6. STABVLO FRÆNOS AVDIRE SONANTES.] Equi qui probandi. De hac equorũ probatione. Ita Auctor Geop. li. 16. τὸν χαλινὸν σεῖσε τῷ φάτνῃ κρεμασθέν, ἵνα ἀκούσῃ συνηθῶς τοῦ, ἢ μὴ δύναται τὸν ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἦχον. *Suspendatur equi frenum ad præsæpe, vt eius contactu assuescat, nec vereatur strepitum sibi fieri.* Est hæc pars illa fræni, Sibilus frenorũ. quæ equis saliuam excitat. Varr. c. 7. lib. 2. Rustic. *Eadémque causa ibi frenos suspendendum, vt equuli consuescant & videre eorum faciem, & è motu audire crepitus.* Ælianus lib. 6. Hist. Anim. cap. 10. *Equus, cum freni crepitum, & strata, & cetera ornamenta videt, tum fremit, & exsultans vngularum suppositione obstrepit, & ex eorum conspectu, quasi furoris affatu ad iter incenditur.* Vrsinus ex Scholiaste Aristophanis ἐν νεφελ. adducit, equos probari solitos κόδων & ψόφῳ sonitu tinnabuli.

7. GAVDERE MAGISTRI LAVDIBVS.] Est hoc Equi ducun- C ingenium equorum, vt plurimum ducantur laude, tur laude. blanditiis, illecebris. Philo lib. de Agricultura. ὅταν μὲν ἂν δύνωσι σφόδρα κατ' ὀλίγον ὁπαδοῦσι καὶ ἑπόμενοι τὸν ἵππον. *Equus si iter bene carpit habenis obtemperãs, laudem refert ab equite.* Homerus attigit lib. 17. Il. cum ait, equos non solum minis duci, sed etiam μειλιχίοισι, *blandis verbis.* Inde Pap. 8. Theb. describens notas illorum, quibus bellum erat fastidio, sic ait:

——abiacere madentes,
Sicut erant, clypeos: nec quisquam spicula tersit,
Nec laudauit equum, nitida nec cassidis altam
Comsit, adornauitque iubam.

Quasi non minor pars rei gerendæ esset equi laudatio, quam reliqua. Isid. de ingenio equorum, c. 1. lib. 12. *Dolent, cum victi fuerint, exsultant cum vicerint.*

D Pulcre ait Plato de ingenio boni equi in Phædr. τοῦ μὲν εὐηνίου μὴ σωφρούνην τε, καὶ αἰδῆ, καὶ δικαιοσύνης ἑταῖρον, ἀκούσιον δὲ, καὶ ἀλαζόνα μόνον, καὶ λάσιον πτερῶν. *Honoris cupidus, temperantiæ pudorisque particeps, ac veræ gloriæ amicus, nullius stimulus indigens, sed cohortatione sola rationéque regitur.* Vt vero hic magistri, ita Græci etiam de beluis διδασκάλους. Atque etiam ἐπαϊστῆρες, de qua voce vide Notam Rit. in Op. 2. Cyn.

8. PLAVSÆ SONITVM CERVICIS AMARE.] Equi tangi Xenoph. in l. de re equestri. καὶ ἐπήδιος ὁ χρὴ ἂν ἵππος gaudent. φοβοῦσθαι ὁ ἵππος μάλιστα ἥδιστα. πάσῃ γὰρ ἵππῳ πάσῃ ἀκοῇ καὶ οἷς αὐτὸς ἥκιστα ὤμωκται ὁ ἵππος, ἥπιστα αὐτὸν ὑπακούειν. *Contrectanda etiam hæ partes corporis, quas maxime tangi equus gaudet. Hæ sunt densissimæ pilis, & E quibus molesta depellere ipse nequit.* Et supra in laudato equo posuerat eum, qui esset σφόδρα καὶ χειροήθης, καὶ φιλάνθρωπος, *mansuetus, patiens manuum, amans hominum.* Ad hoc pertinet præceptum, quod sæpe inculcat, equos non verberibus & minis, sed placide, & blande tractandos. Auson.

Nouit equus plausæ sonitum cernicis amare.

Silius lib. 4.

Tum stimulans grato plausæ cernicis honore
Cornipedem alloquitur.

Virgil. ipse in 12.

Circumstant properi aurigæ, manibúsque lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.

UVA. BHSC. BU 00239

Allusit Papin.4.Theb.nam de Bellona.

Mox & castra subit, ferroque auroque coruscis
Mista viris, turmale fremit, dat eunibus enses.
Plaudit equos, vocat ad portas, &c.

Et prudent.Hym.11.Peristeph.

Non flabulis, blandine manu palpata magistri,
Imperiumque equitis ante subacta pati.

Fortè & Cassiod.c.13.l.1. *Equorum cursus hominũ clamoribus incitatur, & sonantium manibus agitur*, nã alius alio fortasse transferat. Hanc equorum palpationem Poppysma. Græci dicunt *poppysma*. Vnde verba ista Interpretis Nazianz.Orat.24. *Nec equum præferocem, ac iam atate aliquanto proiectiorem frœni tyrannidem perferre, nisi blanda quadam, & adulabunda manu permulceatur*, libere versa sunt, nam Nazianzen.ipse tantum κολακείας καὶ ποππυσμάτων. Et Orat.22. extulit verbo ἀεικοπαύζειν. Inde capies verba Plinij cap.2.lib.28. *Fulgetras poppysmis adorari consensus gentium est.* Id est manuum complosione adorare. Turnebum lege lib.4.Adu.c.15. Porro ab equis tracta est forma adagij: *palpo percutere*. Vide Etasm.ch.4.cent.5.c.35. Et adiunge Calabrum lib.2. qui de Priamo blandiente Memnoni ita ait,

καὶ ἑκατηβόλῳ χερσὶ παρασφῶιτε μῦθον:
Et illum manu demulcens, honorifice alloquebatur.

Et lib.3.ait, Achillem solitum blandiri Phœnici χείρεσι, *manibus*. Et Hom.Odyss. χειρὶ τέ μιν κατέρεξεν, *manuque ipsum demulsit*. Ad formam hanc adagij aperte allusit Virgil.ipse in Ciri, vbi de nutrice Nisæ, postquam illa huius amores didicerat, ita ait:

Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum, assiduis mulcens præcordia palmis.

Et apud Platonem Phœdo, cum ait, καταψηλᾶσαι (scil. Socrat.) τὴν μὲν κεφαλήν, καὶ ζυμπιέζας τὰς ὀφρῦς τῷ αὐχένι τρίχας. *demulcens capui meum, crinesque attrectans, qui sparsi super cervicem meam.*

9. Depvlsvs ab vbere.] Eadem forma vsus in re ouium Ecl.7.

10. Det mollibvs ora capistris.] De hoc præcepto Auctor Geopon lib.16.

τότε φορτιὰ αὐτοῖς θετέον τάς, *Capistra ipsis circumponenda erunt.*

11. Inscivs ævi.] Par huic illa: *imprudens laborum* de fronde tenera.

Equi qua ætate domãdi. 12. At tribvs exactis.] Auctor Geopon. ἡμιόνων δὲ τελεῖ ἄμεινον ἀεὶ τὰ χαλεπώτερα. *Dometur, cum fuerit trium annorum, antequam ventrosus fiat.* Var. c.7.lib.2.Rust. *Sunt qui dicant post annum, & sex menses equulum domari posse, sed melius post trimum, a quo tempore farrago dari solet.* Colum.c.29.lib.6. *Equus bimus ad vsum domesticum rectè domatur, certaminibus autem expleto triennio, sic tamen vt post quartum demum annum labori committatur.* Adiungam notulam de imitatione. Nemo est Poetarum, qui non ante oculos Nostrum proposuerit. Horum vnus est Claudius Marius suo seculo florens Poeta. Hic plurima initia, & fines carminum ex Virgilio arripuit, quæ placitum in vnum locum coniungere. *Iam tribus exactis. A te principium. Tertia lux. Dixerat hæc. Ergo vbi. Da Pater auxilium. Ignis edax. Per varios casus.* E *Tum Pater omnipotens. Talibus attonito visus. Nunc age cave pater. Nox ruit. Rape saxa manu. Interea magno. Obstrepuêre omnes equi. Portis erumpit apertis.* Omisi plurima.

13. Qvarta accesserit ætas.] Sunt qui *ætas* reponant, nõ fortasse male. Nam phrasis ista est nota Maroni, bis 1.Æn. semel 5.

14. Carpere mox gyrvm.] Eadem ratione ait Ælian.12.Histor. Animalium c.9. domari equos Indicos, qui maxime feroces sunt. Ceterum gyri A circumflexionem ita expressit Pollux, καμπὰς ποιεῖσθαι, καὶ στροφάς, καὶ ὑποστροφάς. Tibul. lib.1. *--curru--contendere gyro.* Manil. *glomerare gyros equo.* Arist.l.2.de Gener. & corr. c.10.ita extulit, κύκλῳ περιελθεῖν, *ire in orbem.* & c.11. κύκλῳ ἰέναι, κύκλῳ γίνεσθαι, κύκλῳ ἀναπίπτειν: *Esse in orbe, fieri in orbem, redire in orbẽ.* Notat Germ.ex Budæo, *carpere* hic respondere vobis καλπάζειν, & καλπεῖν. Hæc enim sunt virgere exsultantem equum ad ingressum cursus. Primũ certè impetum ad currendum per *minas* expressit Papin. de equo Domitiani,

Acrius attollit vultus, cursumque minatur.

In eodem l.de re longe alia: *citare ad frena.*

15. Gradibvsqve sonare.] Allusum ad vocem *Sonipes* quæ equorum est. Inde in 8. —*sonipes* B *quatit vngula campum.*

16. Volvmina crvrvm.] Hæc vnice Maronis est. Nec minor sane est laus inuenisse, quam accepisse à Græcis, imo maior.

17. Cvrsibvs avras provocet, &c.] De Equi exercurribus, & saltibus militaribus, quibus equi assuefaciendi, quibus domãdi, ita Xenoph.l.de re equestri. diendi.

τάφρου διαπηδᾶν, τειχία ὑπερβαίνειν, ἐπ' ὄχθας ἀναφέρειν, ἐπ' ὄχθου καταβαίνειν, καὶ πρὸς ἀναντες ὁ καὶ καπτακατὲς, καὶ πλαγια ἐλαύνοντα: *Forsan transilire vallum superare, in collem erumpere, de colle desilire, agitabitur per accliuia, per decliuia per obliqua.* Iterum docet, equum incitãdum, cum auersum ab aliis equis, tum ad illos conuersũ, & reprimendum post cursum, & iterum post quiC tem concitandum. In Hipparc. etiam ait, docendos equites, vti εἰς χώραν ἐλαύνοντι, καὶ ὅταν ἄλλο σῶμα ἐκπλήττωσι τῶν ὅπλων, ἢ ταχὺ ἐλαύνοντας ἐντυπεῖν παντοδαπῶς: *in agrum excurrant ferantur per vias, celeri vtantur concitatione per omne locorum genus.* Et post pauca, nonnulla subiicit ad hanc rem. Agath. lib.1. de equo, quo Narses vtebatur in bello. ὅστις δὴ ἐς ἅπαντα ὠνιητότατος, καὶ ἀγερώχως καὶ οἷα οὐκ ἄλλοτε ἐξάλλεσθαι, καὶ σιστὰ: *conscendit equum habenis audientissimum, ac præferocem, qui compositè exsiliret, saltaretque.* Opp. lib.1. Cyn. ait, necesse esse, —σκαιόνοισι θορεῖν μέγ' ὑπείροχον ἵππον: *præstantem equum insilire plurimum per scopulos.* Et postea, τέρσον ἅλεσθαι, *saltu fossam superare.*

18. Vix svmma vestigia ponat arena.] Mira hyperbole. Bachilides equum celerrimum ἀελλοδρόμων vocat: *procellas cursu æquantẽ.* Simon.apud Arist.3.Rhet. equorum meminit ἀλοπόδων, *procellipedum.* Est vero *vestigia ponere*, etiam in Mafæo, qui par antiquis. Et in Manil.lib.5.

D *Certa per extentos ponit vestigia funes.*

19. Hyperborevs-oris.] Sic dictæ, quod sitæ vltra ipsum Boream. Plin.c.12.l.4. *Vltra Aquilonem gens felix, si credimus, quos Hyperboreos appellauere.* Hyperborei. Eadem ferme c.13.lib.6. Mela c.5. lib.3. *Hyperborei super Aquilonem, Riphæosque montes.* Festus, *Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes.* Hinc aliqui obiiciunt contra Virgilium. Si Hyperborei siti supra Aquilonem, qui Aquilo ab illis oritur: Soluit Turn. c.4.lib.5. videri, Maronem non curasse Græcorum opinionem. Addo consentaneae ad Turnebũ, ita esse, vt ille ait. Nam cum tot fabulis deformata sit narratio harum gentium, quid Vates curaret, quæ de illis dicuntur? Quis illa credat, quæ sunt apud Stra.l.15. τῶν χιλιετῶν ὑπερ Ῥιφαίων? Mille annos viuere omnes Hyperboreos. Sed neque centum, vt est in Festo, qui ab hoc numero etymon ducit. Ad hæc, quæ in Solino leguntur c.26. quæ in Mela cap.5. l.3. meræ sunt nugæ. Ideo Plin. de hac gente; *fabulosis celebrata miraculis.* Diodorus quoque lib.2. Scriptores Hyperboreorum ad fabulatores reiicit. Quin Strab.l.1. ita ait, τῶ δ' ὑπερβορέους μηδ' ὅλως ὑπερβορέους εἶναι φάσκοντας

Auctor

UVA. BHSC. BU 00239

Auctor est Herodotus nullos esse Hyperboreos. Ficta ergo omnia de illis. Locum, quem adducat Strab. reperies in Herodot. l. 4. Iuuat hanc rem vetus parœmia ἄχρι ὑπερβορέων, *vltra Hyperboreos.* Quæ de rebus illis dicitur, quas homini natura non concesserit. Lege Iunium Cent. 1. Adag. 99. Sed esto, & sint Hyperborei, & locum habeant vltra Aquilonem, quid inde in Vatem? Nonne flare Boreas potest ab ea parte, quæ Hyperboreos respicit, & inde dici flare ab Hyperboreis?

Aquilo cur densus.

20. AQVILO DENSVS.] Respicit ad naturam Aquilonis densantis constringétisque omnia: quem ad modum contrarius illi Auster dicitur omnia resoluere, ac relaxare. Ita Germ.

21. NVBILA DIFFERT.] Et Lucr. lib. 1.

Ingentesque ruit naues, & nubila differt.

Vsi hoc verbo alij in hac significatione.

Nato de aquis.

22. CAMPIQVE NATANTES.] Explicui de segetibus, cum iam adultæ, tunc enim vndare, & fluctuare videntur. Qui referunt ad vera maria, videât istum Vatem (nam vulgarem non curo) non debuisse inter segetes, & syluas, quæ duæ res sermone sunt, & notione proximæ, interponere maria, & postea ad eadem recurrere, cum ait, *longeque vrgent ad littora fluctus.* Voces certe maritimæ, quæque ab aquis sumuntur, ad omnia elementa venustate quadam traducuntur, non inopia Latini sermonis. Hic de terra, & segetibus, *campi natantes.* Itaque quod Lucr. lib. 5.

Aquarum voces ad alia elementa.

Augebat mare, manando, camposque natantes.

Et l. 6. *Arguit & liquidam molem, camposque natantes.* Et in fragmento Ennius; *fluctusque natantes.* Quod (inquam) isti de veris aquis, Virgil. ad agros transtulit. Pergo ad alia elementa. De aere Lucret. l. 5. *aeris magnum fertur mare.* Fluo aquarum est, atqui Terent. Vatr. in Ephemerid. *Etesiæ fluant.* De igne Eurip. in Med. πάντα παμφάγῳ πυρὶ, *Scaturigo ignis omnia deuorantis.* Arist. ἀπὸ τοῦ πο ταμοὺς, *fluuios ignis.* Quin locutio ista in cœlum irruit. nam Ennius Cteſſis: *Pulsis oritur, omne peruolgat cœli fretum.* Aetius Atreo,

Sed quid tonitru turbida toruo
Concessa repente aquora cœli
Sensimus sonere.

Plutarchus quoque de orbe Lunæ, ὑγρὸν πέλαγος, *cæleste pelagus.* Sed & locutio Virgilij satis supra illustrata est 2. Geor. ad illud: - *undantem buxo spectare Cytorum.* Si quis vero adhuc contumax per *campos natantes*, velit intelligere mare, Poetam ita explicet. Segetes & maria horrescunt. Cur segetes? quia syluæ dant sonorem. Cur maria? quia fluctus vrgent se ad littora. Scio istam explicationem conuelli posse: sed citius hoc patiar, quam facere Poetam vnam è vulgo.

23. LENIBVS HORRESCVNT FLABRIS.] Hom. ante Nostrum Il. 23. φρίσσουσιν ἄρουραι, *horrent agri.* Illud *lenibus flabris* Soph. κνώδοις πνεύμασι, ex nota Germ.

24. VRGENT.] Explicui cum doctis, *vrgent se.* Hoc malo, quã illud Grãmaticorũ: vrgent, pro vrgentur.

25. FVGA.] Fugere, pro currere, & fuga, pro cursu, frequentissimum in Poetis. Supra *Carpere prata fuga.* Pari notione Hom. sæpe φεύγειν. Pap. l. 4. Th.

Hastam intorsit agens, liquido quæ strictula cœlo
Fugit.

26. VERRENS.] Ex Lucretio libr. 1. nam etiam de ventis:

Quæ mare, quæ terras, quæ denique nubila cœli
Verrant.

27. SVDABIT.] Hom. Odyss. 4 infert ἵππους ἀεὶ ζυγὸν ὑποδύντας, *equos sudantes sub iugo.*

28. SPVMAS AGET.] Calab. describens equum militarem,

——χαλινὸν
δῦπτει ὀπιπεύοντα θέλοντ' ὀ ἀφρεδανὸν τε,
δέυετο.

Mordet frenum adnumiens, madetque illi pectus ab spuma. Oppian. 5. Hal.

ἀφρῷ ὑπ' αἱματόεντι γένυν σκληροῖσι χαλινοῖς
ἠμαθόεις.

Spuma subcruenta maxillam curui: frenis, Infigit.

Sophoc. in Elect. de equis in curuli certamine,

ὁμοῦ δ' ἀνὰ νῶτα, καὶ ἱδρῶτι βαθεῖ
ἠφείσθην.

Nam circa terga, & rotarum orbitas
Spumabant.

Ideo vero spumæ istæ cruentæ, quia cruor maxime pertinet ad indicandam ferociam equi militaris. Pertinet insigniter ad hanc rẽ historia Apellis pingentis militarem equum, eam ita narrat Dio Chrysost. Orat. 36. verbis Thomæ Nageorgii. *Auriga frœna retorquebat, & bellicum equi impetum habena stringebat. Cum iam imago omnia haberet conuenientia, deerat adhuc spumæ color, qualis fieret ex humido & sanguine misto, iuxta contiguam mistionem, persequente anhelitu oris humiditatem, spumanteque à labore spiritu, & sanguine insperso spumæ ex frœni vexatione elicito. Non ergo poterat pingere equi spumam defatigati in certamine. Hæsitans vero aliquandiu dolore permotus, incussit circa picturæ frœna spongiam: quæ cum multis esset infecta coloribus cruentate spumæ similibus, congruum impressit picturæ colorem.* His vides, optime à Poeta, cum spuma adiungi cruorem in æquo militari. Nam hunc Apelles faciebat redeuntem à bello, & conflictu hostili. Claudian. 2. Rap. de ferocissimis equis Plutonis: *Sanguine frena calent.* Et de equo militari Honor. in Paneg. de 4. cons.

Spumæ cruentæ equorum.

——*Spumosis morsibus aurum*
Fumat, anhelantes exundant sanguine gemmæ.

29. BELGICA ESSEDA.] Ex Scriptoribus duplex genus essedorum elicias, alterum ad viam faciendam, vt planum sit ex loco Ciceronis Epistol 1. libr. 6. ad Attic. *Vedius venit mihi obuiam, cum duobus essedis, & rheda equis iumtis, & lectica, & familia magna.* Alterum plane militare, scribente sic Iulio lib. 4. Gall. *Barbari, consilio Romanorum cognito, præmisso equitatu, & essedariis, quo plerumque genere in bello vti consueuerunt, reliquis copiis subsecuti, nostros nauibus egredi prohibebant.* Iterum multis interiectis, cum dixisset Romanos circumdatos equitatu, & essedis adhibet verba, quæ vnice necessaria ad cognitionem essedorum militarium: *Genus hoc est ex essedis pugnæ. Primo per omnes partes perequitant, & tela coniciunt, atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & cum se inter equitum turmas insinuauere, & ex essedis desiliunt, & pedites prœliantur. Auriga interim paulum è prœlio excedunt, atque ita se collocant, vt si illis à multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in prœliis præstant, ac tantum vsu quotidiano, & exercitatione efficiunt, vt in decliui, ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, & breui moderari, ac flectere, & per temonem percurrere, & in iugo insistere, & inde se in currus dilissime recipere consueuerint.* Hoc loco fretus recessi à vulgo explicante Poetam de equis ad portanda onera in curribus, essedis. Apage, vt tam accurata descriptio sordescat tam vili munere. Duo ergo dicit Vates, huiusce modi equos, quos describit, aptos esse vel cursibus Olympicis, quæ res ad voluptatem inuenta.

Essedorum genus duplex.

UVA. BHSC. BU 00239

vel agitandis essedis in prælio, quæ res ad militiam A excogitata. Sed quare Belgica? Nam ex Cæsare Britannica potius dicas, in adducto enim loco describit pugnas Britānorum. Idem firmat Prop. El. 1. l. 2.

Esseda celatis siste Britanna iugis.

Cicero variis in locis, & alij. Scias lector, esseda Belgarum quoque fuisse, non tantum Britannorum. Nam apud Belgas nunc quoque *hissen* est incitare ad cursum: & his *essedum* est *hessischdum*, quo sermone etiamnum auriga Belgici vtuntur. Lege plura in hanc sententiam apud Goropium l. 1. Gallicorum. Quin ex Claudiano apertè elicias istum currū Gallorum esse: nam loquens in Epigrammate de mulabus Gallicis, ita ait:

Essēda concavles multisonora trahunt.

Vnde videntur omnes illæ vicinæ gentes vſæ hoc curru. Mitto ex Cicer. colligi aliarum quoque esse gentium.

30. ANTE DOMADVM.] Phrasis Græca ad idem est ὑπὸ τὸ καλοδαιμονᾶν &c. Germ.

31. TOLLENT ANIMOS.] Ex Græcis, qui etiam de equis dicunt θυμὸν, & ferocientem vocant θυμοειδῆ. Philo etiam de Opif. Mundi θυμιώτατον ζῶον ἵππος. *equum animal est animosissimum.* Silius ex Nostro lib. 4. *& magnos tollit animos.* Vt vero placuit Virg. locutio ista in equis, ita etiam in satis 2. G *animos tollent fata.*

32. PRENSIQVE NEGABVNT VERBERA LENTA PATI.] Tribus modis explicat Poeta equum ferocientem, videlicet: *tollent animos, negabunt pati verbera, non parebunt lupatis.* Cuius rei occasione visum C communicare bono lectori ea, in quæ incidi ad eādem ferociam explicandam, vt hæreant animo pulcerrima veterum monimenta. Præcipuam operam ponam in Græcis, nonnullam in Latinis. Xenoph. in Hipparch. hos equos vocat ἀπειθεῖς, & opponit ἐυχῆσιν. Eidem l. de re Equestri equus contumax dicitur ὑπερόγκως. Hesych. σκληρόστομος: Nazian. ora. 33. θερμὸς, καὶ δυσκάθεκτος: Philon de agricul. ἄλογος, καὶ σκληρότροχος. Eidem περὶ ἀποικίας, ὑπήκοος: Strab. lib. 7. ἀξεῖς καὶ δυσπειθεῖς ἵππους: Dio Chrys. Orat. 8. χαλεποὶ, ἀνδρεῖοι ἵππος: Eidem orat. 14. χαῦρος ἵππος. Agath. l. 1. ἵππους ἀγερώχους. Enarratio Demost. in 1. Phil. πεθυμημένον ἵππων: Plat. 2. Leg. de iuuene, sed cum respectu ad equum, ἀγριαίνοντα, καὶ ἀχαλίνωτα, & ἀχάλινον ὁρμὴ ἵππων, καὶ ὅλως φερομένου. In Phæd. σκολιὸς, πολὺς εἰκὼ συμπεφορμένος, κρατερόχειρ, ἀλαζονίας ἐπέρους, μάστιγι μὲ, κέντροις μόγις ὑπείκων, φοιτηδὸς ἀκόλαστος. Vbi Greg. Thaumat. in Paneg. Origen. αἰρέσεις, σκληρότητας ἔχω τῆς ὁδοῦ, πολλὰ ἐκτρέχοντας εἰκῆ. Basi. Homil. de Squal. & Fame δυσήνιος, ἐκδικῶν τὸν χαλινὸν. ἐκλεπτὸς τῆς εὐηθείας: Li. loquens de hoc equo in progy. ἀπαλὸν dixit. Non. l. 11. ab procellis ita pulcre ἵππος σκελλὴς. In ista ego legendo incidi. Ger. hæc tibi indicat. Ab Sophocle in Electra, ἄρμος: cui opponitur apud Plutarchum εὐρυθμος: in Epigr. Græco lib. 5. δύσρυθμος. Græci alij explicant per ἀφηνιασμὸν, & ἀφηνιασὴν: quibus opponunt equum εὐήνιον. Demum B equi contumaces dicuntur σκληροὶ, σκληρὰ, ἀνηρεῖδοντες τῷ χαλινῷ. Latinos adducere longum esset. Ex vno Ouidio proponam quæpiam. Lib. 1. Trist. *equus cervicis rigidæ.* Lib. 4. *repugnans equus*, lib. 5. *indomiti equi. & frena recusat.* In Epist. *Lactantia colla ferocis equi.* Et 1. Amor. *asper equus.* Et 2. *equus oris duri.* Et 3. *equum contra sita frena tenacem.* Ibidem,

Ore reluctanti fulminis ire modo.

Hæc satis lector, ne te lassem.

33. DVRIS-LVPATIS.] Vere, duris, intelligit enim genus fræni asperrimi, habētis lupos in morsu ipso, vnde dictum lupatum. Est enim lupus ferreum instrumentum, vncum, simile dentium lupinorum. Nam Liuius lib. 28. *In alios lupi superne ferrei iniecti.* Ouid. 4. Trist. El. 6. *lupos* dixit pro lupatis, *duros accipit ore lupos.* Et 1. Amor. Nostrum imitans: Lupata c. quorum. Lupus instrumentum ferreum.

Asper equus duris contunditur ora lupatis.

Inde equi feroces λυκοπάδες. Plutibus ista Turneb. c. 28. lib. 11. Vide etiam de lupatis Rhodig. de pfellio, quod equis inficitur, cum illi non parent fræno, loquitur Dio Chrys. orat. 48.

34. PARERE.] Ita de equis Græci πειθαρχῆ. Attem. lib. 1. c. 58. ἵππον καλῶς πειθόμενον τῷ ῥυτῆρι, καὶ ἀντῷ τῷ ἐλαύνοντι: *equum probe parentem habenæ, & agitatori.* Dio Chrys. Orat. 4. ἵππον εὐμαθῆ, καὶ πειθόμενον: *equum docilem & parentem.* Ita Nazian. Ora. 26. χαλινῷ παιδευθεὶς *freno eruditus.* Sic & contumaces vocant ἀπαίδευτος, & δυσπειθεῖς pari translationum filo. De qua re iam à me copiose. Obedientia de equis.

[a] Sed non vlla magis vires industria firmat,
Quàm Venerem, & cœci stimulos auertere amoris;
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
[b] Atque ideo tauros procul, atque in sola relegant
Pascua post montem oppositum, & trans flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vrítque videndo
Fœmina, nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
[c] Pascitur in magna sylua formosa iuuenca:
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis:
[d] Versaque in obnixos vrgentur cornua, vasto
Cum gemitu, reboant sylvæque, & magnus Olympus.
[e] Nec mos bellantes vna stabulare: sed alter
Victus abit, longéque ignotis exsulat oris,
Multa gemens, ignominiam, plagásque superbi

Victoris,

UVA. BHSC. BU 00239

Victoris, tum quos amisit inultos amores:
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
[f] Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Post, vbi collectum robur, viresque receptæ,
Signa mouet, præcepsque oblitum fertur in hostem.
[g] Fluctus vt in medio cœpit cùm albescere Ponto,
Longiùs, ex altóque sinum trahit: vtque volutus
Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit: at ima exæstuat vnda
Vorticibus, nigramque altè subiecta arenam.

ARGVMENTVM.

Equi & tauri arcendi ab nimio vsu Veneris. Sed relictis equis, sermo est de tauris. Pascendi hi seorsim a fœminis, aut clausi ad præsepia. Occasione huius describit pugnas taurorũ pro præsente fœmina, victi ignominiam, exsilii, pœnitentiam, curam sui confirmandi ad reparandum bellum, reditum ad quærendum hostem, istique in fine ad rem apta comparatio.

EXPLICATIO.

[a] ANNECTENDVS hic sermo superiori, quo dixit, dandam equo farraginem post domituram, non ante illam, nam sic facilius domabitur. Addit nunc, nihil magis ad domituram prodesse, quam auertere amorem, & amoris causas, siue à bobus, siue ab equis.

[b] Inde est (inquit) vt tauri (nam in his exemplum adhibet, relictis equis) seorsim à fœminis debeãt pasci aut trans montem & flumina, aut clausi in præsepibus. Reddit rationem huius cautionis. Quia fœmina taurum videndo, eius vires extenuat, vrit, à pastu reuocat. Quin suis illecebris mares cogit ad certamen. Ergo, sint magni montes interiecti, sint flumina latissima, non solum vt natatus sit difficilis, vt vult Seru. sed vt ipso aqueo, & vaporoso halitu interiecto non notus odor adferatur ad nares.

[c] Occasione huius rei narrat graphice, & sublimiter pugnas taurorum, cum incenti in amorẽ vaccæ. Hæc enim si in sylua pascitur, & formosa est, illi statim prælium conserunt, sese impetentes alternis & crebris vulneribus, vnde sanguis fluit adeo copiosus, vt perfundere totos, & abluere videatur.

[d] In tam acri pugna non omittit Poeta mentionẽ cornuum, non fremitum syluarum, & cœli resonantis ad vastos ictus. Illud *cornua vrgentur inobnixos* est perinde ac si diceret: Hic vrget premitque acriter cornibus alium obnitentem, & contra.

[e] Ponit quid sequatur post pugnam. Esse nequeũt bellatores tauri in loco eodem, excedit victus, exsulat in loco ignoto, gemit doletque multa, videlicet ignominiam amissæ gloriæ, acceptas plagas, amores perditos. Excedit vero cum ingenti doloris nota, retorquens caput respectansque loca, in quibus imperium in vaccas tenuerat.

[f] Sequitur, vti victus taurus in exsilio se gerat, se comparet ad vires pristinas & renouãdum prælium. Primum, non quærit locum mollem, non herbas molles, sed dura omnia, vt corpus induret ad sequẽs bellum: nam pernix, id est, obstinatus iacet inter durasaxa, neque locus, in quo cubat, stratus est herbis, pascitur frondibus hirsutis, acuta carice, adeo nihil ad molliciem. Deinde tentat, an vires creuerint, an pugnare didicerit, idque obnitens cornibus in truncos arborum, ventos lacessens, spargens arenam, omnia ad proludium pugnæ. Tertio, vbi videt robur collectum, vires receptas, in oblitum victoriæ hostem præceps rapitur, non aliter ac belli dux, qui signa in hostem mouet.

[g] Illustrat irã tauri in hostem pristinum aduentãtis egregia cõparatione fluctus, qui incipit in medio mari spumis albescere, qui *sinum trahit*, id est, tumorem, qui, vbi ad terras voluitur, sonat inter saxa immaniter, & procumbit instar montis, ac tunc vnda æstuat, arena tollitur. Talis ille est.

NOTÆ.

1. SED NON VLLA MAGIS.] Arist. lib. 9. Hist. Animã. ait, iuuencas crescere & pingescere, si sint per annos plures ἀνόχλητοι, sine admissura. Firmatque exemplo Epiri, vbi τὰς καλλιγένεις αὐχένας ἐκ ἐτῶν δ' πλειόνων ἀνοχλήτους: *boues quas vocant Pyrrhicas à colore seruant per annos nouem sine coitu.* Integrũ locum adducit Germ. Ait Col. c. 29. lib. 6. *vulgaribus equis passim maribus, ac fœminis pasci permittitur, nec admissuræ certa tempora seruantur*, vnde colligas è contrario, pretiosos equos arcendos nimia Venere. Quod expresse idem docet: *Equos autem pretiosos reliquo tempore anni remouere oportet à fœminis, ne aut cum volent, ineant: aut, si id facere prohibeantur, cupidine solicitati noxam contrahant. Itaque vel in longinqua pascua mauem placet ablegari, vel ad præsepia contineri.* Equi præcios arcendi ab admissura frequenti.

2. COECI AMORIS.] Ita Græcis ἔρωτας ἔφους. Poetę, qui amorem describunt, huic vnice cœcitatem dãt.

3. STIMVLOS.] Ducta fortassis locutio ab cœstro boum, nam & hunc & Græci, & Latini vocant stimulum. Stat. 6. Theb. loquens de tauris: *-subdit amor stimulos.* Et 1. Achil.

Cum sociam pastus nimio candore iuuencam
Aspexit, ardescunt animi, primusque per ora
Spumat amor.

4. CARPIT ENIM, &c.] Vide, quæ in hunc locum congerunt Interpretes, & quæ noster Delrius in Oedip. Senecæ versu 956. & in Octæum versu 452. Abstineo, neque ex me aliquid adde, sed te reuoco ad ea, quæ late mihi dicta 8. Ecl. ad illud: *Et vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.* Lege etiam Eras. ch. 1. cent. 1. c. 79. & ch. 3. Cent. 4. c. 69. Vbi hic Poeta *carpit*, ita Ouid. in re etiam amoris 1. de Arte,

Inuenit

UVA. BHSC. BU 00239

— *Inuenit artem*
Fœmina, quæ cupidis carpat amantis opes.

Colu c. 12. lib. 7. loquens de Venere, qua canes incitantur: *Si teneris conceditur Venus, carpit & corpus, & vires, animosque degenerat.*

5. VRIT.] Respicit omnino Poeta ad naturam oculorum, quæ ignea est. Plutarch. 5. Sympos. Quæst. 7. loquens de visu fascinantium. πυρώδη γαυμασὶν πᾶσι διαπεφῆσι δύναμιν: *mirabilem quandam igneam vim disseminat.* Eurip. in Troad. loquens de his, quæ Helena videndo faceret, inter alia, ita. αἴμ᾽ ἔκμυσα δ᾽ ὄμμασ᾽: *incendit domos.* Arist. cum l. 5. de Generat. Animal. c. 1. dixit, oculos nigros πλείων ὕδατος ἔχειν ἢ πυρὸς, *plus aquæ habere, quam ignis.* ex ipso agnoscit hãc igneam naturam, & de glaucis absolute dixit, esse πυρώδη, *igneos.* Tu vide Opticem Halazeni Arabis.

6. VIDENDO.] Explicant Grammatici, *dum videtur*, vt velint, sed non necesse. Quid dicêt ad Ausonium? qui in Mosella: *perimitque tuendo.* Nã tueor passionem non agnoscit. Sed vt velint tamen, iterum.

7. NEMORVM MEMINISSE, NEC HERBÆ.] Ita 8. Ecl. *Immemor herbarum iuuenca.*

8. PASCITVR IN MAGNA SYLVA FORMOSA IVVENCA.] Attingitur locus communis de pugnis animalium propter fœminas. Ad hanc rem Papin. 6. Theb. *Non sic ductores gemini gregis horrida tauri*
Bella mouent: medio coniux stat candida prato
Victorem exspectans. Quid. 9. Met.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cum pretium pugnæ toto nitidissima saltu
Expectat coniux, spectant armenta.
Et 2. Am. El. 12.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros:
Spectatrix animos ipsa iuuenca dabat.

Animalium pugnæ propter fœminas.

Quidpiam simile Calab. lib. 4. etiamsi de cerno, cum sit de Aiace, & Diomede.
σὺν δ᾽ ἕβαλον ὄφεσσιν ὁμοκότες ὅλῃ᾽ ἐν ὄρεσσι
ἀμφ᾽ ἐλάφοιο μάχεσθαι.
Commissi sunt autem ferarum in morem, quæ in montibus Ruunt in prælia propter cerum.

Vt enim istæ cupiditate prædæ, ita tauri iuuencæ amore. Eandem ferme comparationem adhibet lib. 8. de feris irruentibus in prælium propter boue, aut cerum, quem præsentem habent, potiundi cupiditate. Opp. quoque lib. 1. Hal. aitpisces pugnare propter sponsam, quam ante se vident, quam densi circumstant. ἀεὶ νύμφην πολλοὶ ἀγειρόμενοι. Et 4. Hal canes inducit pugnantes propter prædam, quam habent coram. Sic etiam Homer. 16. Il. leones propter præsentem prædam. Non dubito, quin Soph. cum animo ad hanc taurorum pugna dixerit in Trach.
τὸ δ᾽ ἀμφινείκητον ὁμμὰ νύμφας
ἐλεινὸν ἀμμένει.
κἀτὸ μαλερὸν ἄφαρ
ἕβέβακεν, ὡς στόρτις ἔρημα:
Sed puella, de qua certabatur,
Miserabiliter exspectabat,
Donec a marte statim
Ceu vitula discessit.

Seruaui ad exitum, locum Apollon. 2. Arg. ad quem vates. vt credo adspirauit.
ἀλλ᾽ αὖθις συνόρουσον ἐναντίοι, ἤυτε ταῦροι
φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεκοτήτες᾽ ἀνεμαίαν:
Iterum contra se irruerunt, tanquam cum tauri
Armentali pro boue furentes pugnant.

9. ILLI ALTERNANTES MVLTA VI PRÆLIA MISCENT.] In 12. Æn. alio flexu eadem:
Illi inter sese multa vi vulnera miscent.

Taurorum pugnæ.

Itaq; quod ibi *inter sese*, hic *alternantes*. Oppian. lib. 2. Cyn. loquens etiam de pugna taurorum ita extulit,

A πᾶν δ᾽μας ἀλλήλοιιν ἀμοιβαδὶς ἠ τύπτειν:
Totum corpus sibi inuicem alternis vicibus fauciant.
Et in Arist. lib. 9. Hist. c. 8. simile quiddam de pugna perdicum orta ex desiderio Veneris.

10. LAVIT ATER CORPORA SANGVIS.] Ipse in 12. — *& sanguine largo*
Colla armosque lauant.
Tale quid Enn. in Hecub. *Perguni lauere sanguen sanguine.* Locutus quidem Enn. ex archaiismo, vt etiam Varr. in satyra dicta Cosmoterine.
Et gens Ænea miscebit sanguine sanguen.
Obserua in Virgilio, & Ennio verbum, *Lauo, lauis.* Ita Titinnius in Psaltria: *manus lauite mulieres*, pro lauate. Porro sententiæ Virgilianæ similis ista Oppian. 2. Hal.
B ἠδὴ δ᾽ ἐκ μελέων λιτὰρὸς κ) ἀθέσφατος ἱδρὼς
χεύεται ἀμφοτέρωιον:
Iamque e membris largus, & immensus sudor
Fundatur vtrisque.
Et ista Papinij loquentis etiam de tauro 12. Th.
— *ora, & colla cruento*
Imbre madent.

11. VERSAQVE IN OBNIXOS VRGENTVR CORNVA.] In 12. *cornuaque obnixi infigunt.* Variat hoc per frontes, cum ait:
— *conuersis inimica in prælia tauri*
Frontibus incurrunt. Et Opp.
αρῶτα μὲν ἀντίαρωον ἐι ἀλλήλους ὀδοῶντες
ἄχρια συμαίνοντ᾽ χόλῳ μέγα πασσέμενοι.
Primis quidẽ frontibus aduersis alter in alterũ intuentes,
C *Acerbe æstuante indignatione vehementer ruunt.*
Sophoc. in Trachin. — ταυρείων
Τ᾽ ἀνάμιγδα κεράτων.
ἢν δ᾽ ἀμφίπεκτει
κλίμακες, ἢν ϑ᾽ μελίωσιν ὀλοσυρτα
πλήγματα κ) σὸν ἀμοῖν:
Et Taurinorum mistim cornuum,
Erantque complicata lucta,
Et frontium lethales
Ictus, & gemitus vtrinque. Pap. 4. Th. ita extulit:
Ardua collatis obnixa cornua miscent
Frontibus, alternaque truces moriuntur in ira. Et 6. loquens etiam de tauris: — *rumpunt obnixa furentes*
Pectora, subdit amor stimulos.

12. REBOANT SYLVÆ.] Ait Macr. sumtum hoc verbum ab Lucret. qui lib. 2.
D *Nec ciharis reboant laqueata, auraque templa.*
Ceterum sententiam ipsam vide vti alij. Calab. lib. 4. vbi inducit duos tauros pugnantes,
— περὶ ϑ᾽ ἔρεμέσσι κυλῶνα
βρύχιμα ὑπ᾽ ἀμφοτέρων.
Fremunt autem colles vtrinque mugitu.
Opp. ὀι αἰζηες δ᾽ ὑπ᾽ ἰαχὴν: *in cœlum strepitus venit.*
Phœb. ipse in 12. Æn. *gemitu nemus omne remugit.*

13. MAGNVS OLYMPVS.] Expressit non solum Hom. epithetum, sed sententiam, coniungentis vna cum epitheto etiam fremitum, Il. 8. Olympus magnus.
ὣς ποσὶ μέγας πελεμίζεϑ᾽ ὄλυμπος:
Sub pedibus concussus est magnus Olympus.
Et 11. Il. μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον: *concussit magnum Olympum.* Ennius quoque 1. Ann.
E *Musæ, quæ magnum pedibus pulsatis Olympum.*
Oppian. 2. Cyn. μακρὸς ὄλυμπος, dixit.

14. VICTVS ABIT.] De victo etiam tauro ita Opp.
αὐτὰρ ὅγ᾽ ὅτι φέρει δ᾽ὅλον ζυγὸν, καὶ δ᾽ὄμευ ϑ᾽ ἅμα
καὶ βαρέα τενάχων δὴ δόσιον πλυθεν ὕλην:
At ille neutiquam fert seruile iugum, sed pudore affectus
Et grauiter gemens in opacam abit syluam. Nonnihil attingit Arist. lib. 6. Hist. c. 12. ἀγεύει ϑ᾽ ἐτικον τῶν ταύρων, ὅταν δ᾽ ἐξαδυνατήσῃ διὰ τὴν λαγνείαν, ἐπιδίδωσι τοῖς ϑήλεσι κ) κρατεῖ πολλάκις. *Ex tauris is, qui vicerit, coit cũ fœmina. Cumque victor Venere debilitatus languerit, victus*

UVA. BHSC. BU 00239

Ctius languentem aggreditur, & plerumque superat. Cum vero Vates pudorem det victo tauro, paria de victo elephanto Aristoteles lib. 9. Hist. Anima. c. 1. ὁ δ' ἐλέφας δειλότατον ἰχυρὸν ζῷον καὶ μεμνημένον πλὴν πικίνου καὶ φονικόν. *Qui victus est adeo animum amittit ferulem in modum, vt ne vocem quidem victoris tolleret.* Et Plin. de eadem fera c. 5. l. 8. *victusque vocem fugit victoris.* Neque abeunt, quæ de Gallinaceis idem scribit c. 21. lib. 10. *victor occultatur silens, agreque seruitium patitur.*

Taurus ἀπιμαγελῶν. 15. LONGEQVE IGNOTIS EXSVLTAT ORIS.] Signat taurum ἀπιμαγελῶντα, quasi abarmentatum, quod seorsim ab armento sit, possis vocare *segregum*, qua voce vsus Auson. Sed & Seneca, & Prudent. in Hamart. vsurpant ex Notis Ritterſi. *segregem.* Vide vero vti exsilium tauri alij describant. Opp. πιῦρος ἀποκινηθεὶς ἀγέλης, Papin. lib. 3. Theb.

-Vacua iacet hostis arena Turpe gementi.

Non omittam parem locum Æschyli, quem citat Arist. 9 Hist. Animal. cap. 49. etiamsi non de tauro, sed de aui.

ἀεὶ δ' μετεῖ ἴδνδε κἀν' ἄλλον εἰς ἴδπον,
δρυμὰς ἐρῆμας ὑκάγκαν ἀπειλέων.
Vagatur hic semper fastidiens locos,
Desertaquerit nemorum, & inuias plagas.

Sophocl. in Oed. Tyr. ipsum Oedipum comparat cum Tauro.

φεῦγε δ' ὑπὲρ ἀρχαῖον ὄλπον
ἀνδρὸς ἄυτειχ κὰπτέρυξος ταῦρος.
Qui latet in syluis,
Antrisque ac rupibus, vt taurus.

Credo ab eodem in Antig. intelligit taurum ἀπιμαγελῶντα. per hæc, ὑφίσοις' ἀδμήτα πώρου; *Taurum montanum, indomitum.* Ad pictatem pertinet exemplum Gordij Martyris apud Magnum Basilium. Voluit Gordius dimicare cum tyranno, & se prius ad solitudinem contulit, vbi se din macerauit instar tauri se ad pugnam comparantis. Mox rediit, & victoriam adeptus est cum incredibili plausu populi, & gloria certatoris.

Gordius martyr.

16 MVLTA GEMENS.] Græci βαυσυνάχων, & βαυσυνάχων. Volunt Grammatici, hic *multa* poni aduerbialiter. Non puto, placet potius vt explicui. Ita vero hic *ignominiam* de bello, vt Demosth. de Pace, πόλεμον ἄδοξον.

17. QVOS AMISIT INVLTVS AMORES.] Hinc fluxere illa Flacci, etiamsi de victore tauro, l. Argon.

—— *Qualis per pascua victor*
Ingreditur, tum colla tument, tum ceruicis armis
Taurus: vbi assueti pecoris fastidia alta reuisit,
Et patrium nemus, & bello, quos vltus, amores.

Retorsio oculorum. 18. ET STABVLA ASPECTANS.] Contorsio ista, aut retorsio oculorum, & conuersio capitis nota est magni affectus, præsertim indignationis. De Pyrrho relinquente Siciliam ita Plut. in eius vita. λέγεται δ' ἀπαλλαττόμενος νὰν ἐκεῖθεν ἰδεῖν ἔτι τὴν Σικελίαν, εἰπεῖν τοῖς φίλοις αὐτὸν, οἷαν ἀπολείπομεν ἡμεῖς καὶ οἷοι κεραμβεύονται τοῖς Ἕλλησιν ἀκαλεῖς ἀγῶνες. *Ferunt, cum abiisset Sicil. am respexisse, ac dixisse ad suos. O qualem, amici, palæstram relinquimus Carthaginensibus, & Romanis.* De Annibale cedente Italia ita Liu. lib. 30. *Respexisse sæpe Italiæ littora, & Deos hominesque accusantem, &c.* De eod. Sil. lib. 13. *toruos conuersus ad vrbem Ductor Agenoreus vultus.* De Catil. Cic. *Retorquet oculos profecto sæpe ad hanc vrbem, quam è suis faucibus ereptam esse luget.* De Iugurtha Sallustius, *Postquam Roma egressus est, fertur sæpe taciturn eo respicientem, postremo dixisse, Vrbem venalem, & mature perituram, si emtorem inuenerit.* Prudent. in Peristph. Hym. 10.

Abiens at ille, cum foro abriperent virum
Truces ministri, pone respectans, ait.

A Apud Ausonium Chilon loquens de Solone,

Tam ieiunè peregit, neque respectans abit.

Ab Calabro captinæ mulieres Troianæ inducuntur pari habitu, dum introduntur in naues ituræ in Græciam,

αἱ δ' ἄρα ταυδαὶ νεκυοι ἐς ἅλιον ἀρνύμενοι κλέος ἐσθλὸν. *Captinæ respectabant Ilium, affecta magno animi vulnere.* Sicut & ab Homer. Andromache 6 Il. ἐντροπαλιζομένη. & ab eodem Aiax, ἐσσυμένως δ' ἐπιμαίεται, respectás conuertensque oculos ad hostem. Ab Herod. lib. 3. Zopyrus ἐπιστρεφόμενος ὡς δὴ ἀλιτόμενος αὐτόμολος. *Subinde respectans, tanquam vere perfuga.* Ab Aristot. lib. 9. Hist. c. 44. leo fugiens, dum videtur, dicitur ἐπιστρεφόμενος. Secus, si non videatur, nam tum contento cursu fugit. Apud Opp. 4. Hal. fera quæpiam κέρνον ἀγκλινεσκε. *caput reflectit.* Et apud Ouid. 2. Met. Europa,

B *litusque ablata relictum*
Respicit. Virg. ipse in Ciri:
Et notas secum, heu fruſtra, respectat Athenas. Et Æn. lib. 5. —— *fluctusque atros Aquilone secabat*
Moenia respiciens, quæ iam infelicis Elyssæ
Collucent flammis. Plaut. Menæch. *Ne te vox sequatur, respectas identidem.* Notanda verba Paterculi lib. altero, qui affectu amoris dixit de quopiam barbaro: *Reuersus in nauiculam sine fine respectans Cæsarem, ripæ fuorum appulsus est.* Congessi tot exempla, in quæ ipse quærendo incidi, nihil ab aliis abradens. Præsertim, quod viderim quospiam mire plaudentes inuentis paucis exemplis huius affectus. Neque vero omittam cum hac capitis conuersione, quæ plerumque coniuncta cum infelici euentu, & sæpe

C numero cum exsilio, cognationem habere illa Artemidori lib. 1. oneir. c. 38. ἀπεστραμμένην ἰδεῖν τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν, ὥστε τὰ ὀπίσω βλέπειν, κακὸν μὲν τοῖς ἑαυτῆς μετανίσταις πατρίδος, μετάνοιαν δὲ τῷ ἀποδημίᾳ θεσμογράφων. *Caput suum obtorum & auersum videre, ita vt posteriora respiciat, vetat quidem à sua patria discedere, pœnitentiam profectionis denuntians.*

19. REGNIS AVITIS.] Dionys. lib. 4. Antiq. θεσμογνώμης ἀρχαῖς. *Regna auita.* Sic legendum, non γονεῖς. Vide Æmilium Portum.

20. ERGO OMNI CVRA, &c.] Taurum agentem pœnitentiam, & sese ad bellum comparantem alij quoque describisse. Opp. Taurus describitur agens pœnitentiam.

οἷος δ' ἐν σκοπέλοισι θεὰ πολυμήνιος ἐνίαυτὸν
φέρβεσ' ὀρεσσιφοίτην ἀποπαύσασ' ἀὸν ἐκ ξυλοχήσιος,
οἷά τις ἀλκήεσσι βεβιαρὸν δ' ὅτε κερθμὸν ὀδόντα,
καὶ δόνυ & ἀμφήκεσσι, ἀνάγκασεν αὐτὸν ὀρεσσιν:
Solus in scopulis anuis voluentibus
Pascitur, montis separatim in saltibus,
Veluti, qui athleticam exerceat: validum vero vbi robur viderit
Et vires aneipites, mugit illico in montibus.

Lucan lib. 2.

Pulsus vt armentis primo certamine taurus
Syluarum secreta petit, vacuosque per agros
Exsul in aduersis explorat cornua truncis.
Nec redit in pastus, nisi cum ceruice recepta
Excussi placuere tori, nouos reddita victor
Quos libet in saltus comitantibus agmina tauris
Imisso pastore trahit.

Papin. 2. Theb. hærénsque Lucano:

—— *Veluti dux taurus amata*
Valle carens, pulsum solito quem gramine victor
Iussit ab erepta longe mugire iuuenca:
Cum profugo placuere tori, cernixque recepto
Sanguine magna redit, fractaque in pectore vires,
Bella cupit, saltusque, & capita armenta reposci,
Iam pede, iam cornu melior, &c.

Multis horum insistens Silius lib 16. ita cecinit:

Abditus vt syluæ stabulis cum cessit ademtis

Amisso

UVA. BHSC. BU 00239

Amisso taurus regno gregis, auia clauso
Molitur saltu certamina, tamque ferocì
Mugitu nemora exterret, perque ardua cursu
Saxa ruit, sternit syluas, ripeque lacessit
Irato rapidus cornu, tremit omnis ab alto
Proscpectans scopulo pastor noua bella parantem.

Pernix. Pernitor.

21. PERNIX.] Est *pernix* laboriosus, obstinatus, pertinax, ab antiquo verbo *pernitor*. Hanc lectionem Seruius agnoscit, Pierius, alij, & in summa libri omnes veteres. Floridus, & alij malunt *pernox*, vti leui hoc argumento. Taurus non ferme interdiu, sed per noctem solet iacere inter saxea cubilia. Mihi prior lectio visa & verior, & aptior.

22. INSTRATO.] Secutus sum iudicium Germani explicantis hanc vocem per negationem, vt sententia sit. In cubili herbis non strato. Nam Eurip. in Herc. ἄστρωτο πόδ᾽ ἐκεῖνος dixit: *instrato solo*, id est, non strato. Et Plato in Polit. coniungit γυμνοὶ καὶ ἄστρωτοι, *nudi, & instrati*. Etiamsi affirmatiue hanc vocem Lucret. sumserit lib. 5. & alij. Versus est:

Hoſpitibus saeuis in strata cubilia fronde.

23. IRASCI IN CORNVA.] Pari modo in 12. Æn.

Mugitus velut cum prima in prælia taurus
Terribilem cìet, atque irasci in cornua tentat.

Eurip. Pentheo,

Ταῦροι δ᾽ ὑβρισταὶ καὶ εἰς κέρας θυμώμενοι:
Irascuntur in cornua, insolentes tauri.

24. ARBORIS OBNIXVS TRVNCO.] Hos duos versus repetit in 12. Lucan. 2.

Exsul in aduersis explorat cornua truncis.

Pet. Apollon. lib. 1. Excid. loquens de apro Lucanum imitatur.

—— rabidas excolligit iras
Ore prius, dentesque acuit, setasque rigenti
Horridus in duris explorat robora truncis,
Spuma per obliquos diffunditur albida rictus.

Ventos lacessere.

25. VENTOSQVE LACESSIT.] Forma adagij esse potest, pro inani studio, & conatu irrito. Putat Germ. rem ductam à gladiatoribus, & repræsentatum verbum *ventilo*. Dicebantur enim gladiatores *ventilare*, cum ante certamen lusoriis ictibus feriebant aerem, proludebantque ad certamen. Vnde & Seneca Epist. 118. *Quam stultum est, cum signum pugnæ acceperis, ventilare*. Et Martial. lib. 5. *—— In toto ventilat arma boue*. Tu vide, quæ late ad illud 5. Æn. *& verbera ictibus auras*. Sententiam Virgilij ita exstulit Papin. libr. 11 loquens etiam de tauro comparante se ad bellum:

Ventilo, verbum gladiatorum.

Nunc pede torusus humum, nunc cornibus aera findens.

Taurorum apparatus ad pugnam.

26. SPARSA AD PVGNAM PROLVDIT ARENA.] Hunc locum plurimum illustrant verba Plutarchi de solertia animalium. πρῶτον μὲν δὴ τοὺς ταύρους, ὅταν παρασκευάζῃ ταῦρον ὅτι μάχῃ κοινομένων, καὶ κάπρον θηγόντων δόδοντας: *Primum omnium contemplare initium, atque apparatum taurorum ad pugnam se puluere conspergentium, atque aprorum dentes acuentium*. Alludit Calaber lib. 4. apud quem tauri pugnantes (inducit videlicet illos ad pugnandam pugnam, quæ inita inter Diomedem, & Aiacem) dicuntur, πεζοὶ κοινόμενοι: *pedibus se puluere conspergentes*. Et Oppian. lib. 2. inducens tauros prouocantes se ad certamen,

—— ἀλλήλοισι ποσὶ χαίτας, οἷα κονόμενοι.
Metunt pedibus terram, veluti qui puluere conspergantur.

Aristotel. obiter loquens de bonaso lib. 9. Hist. cap. 45. ἀναβάλλεται τὸν κόνιν, καὶ ὀρύττει, ὥσπερ ταῦρος: *Excitat puluerem, & fodit, vt taurus*. Eodem pertinent Plinij lib. 8. c. 45. verba ista de tauro: *ira gliscente alternos (pedes) replicans, spergensque in altum arenam, & solus animalium eo stimulo ardens*. In verbo *proludit*, ex-

A primit Poeta verbum προαγωνίζεται. Inde προαγών, & προαγωνιστής. Ad verbum, προπαίζειν.

27. POST VBI COLLECTVM ROBVR.] Hanc partem ita expressit Opp. Taurus reuertens ad pugnam.

Ἀλλ᾽ ὅτε θερσιτὴς κραιπνοστέρνων ἀϋτμαὶ,
Δὴ ῥα τότ᾽ ἐξ ὄρεων ὅτε δὴ ἄνιον αὖλιος ἵκανε,
Ῥεῖα δ᾽ ἔλευ φορέοντ᾽ ὀδὸν ἐν δέμας ἐξεκάστοι
Τηλόθ᾽ ὑπὲ θρῳσκοῦσι, θεοβλαβέϊ & κυθερείης:
Ast vbi iam fretus est fortioribus flatibus,
Tunc sane de montibus in hostem ipsemet vitro d'gredìtur.
Facile vero (illum) capit: pabulo namque suum
corpus corroborauit
Procul in syluis, vires affligente Venere.

B Ad hoc pertinent nonnulla, quæ dedi iam ex Aristotele, Lucano, Papinio lib. 2. Et ista eiusdem Pap. lib. 3.

—— sic nota in pascua taurus
Bellator redit, aduersos cui colla, fuoque
Sanguine, prosissilisque natani pulueribus armi.

Illud *collectum robur* præclare illustrat Germ. ex Homero Il. 20. ἠγείρατο θυμὸν: Apollonio, συναγείρετο θυμὸν: Euripide in Iphig. συλλέξω θέτο: Ex lib. 5. Epig. μένος συνάγειρεν. Integra in ipso vide. Quibus exemplis verba colligo, & congrego, iunguntur cũ virtute, robore, fortitudine. Ne abeat inobseruatum, versum Virgilij ita legi ab nonnullis:

Ast, vbi collectum robur, viresque resedit.

Mouere signa.

28. SIGNA MOVET.] In 7. *signa ferre*. Papin. 4. *Signa proferre*. Ceterum vt hic *signa* ex re militari, ita

C Op. etiam de tauris,

αὐτὰρ ἐπὶ σάκπιξεν ὀϊομένῳ ἀλεγεινῷ:
Verum, vbi classicum cecinerint ad pugnam triſtem. Et Sil. lib. 5. ait, taurum mouentem signa spectari à leone. Verba sunt: *—— nec ferus alta*
Surgentes cernice toros, nunc torua sub hirta
Lumina miratur fronte, ac iam signa mouentem
Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.

29. OBLITVM-HOSTEM.] Aliter taurum victorem inducit Pap. 11. Theb. non quidem oblitum pugnæ, imo ita vigilantem, vt statim ad primum mugitum excitetur. Digni sunt versus, qui vbique legantur:

Sic vbi regnator post exsulis oꝛia tauri
Mugitum hostilem summa tulit aure inuencus,
Agnouitque minas: magna stat feruidus ira
Ante gregem, spumisque animos ardentibus effert,
Nunc pede torusus humum, nunc cornibus aera findens.
Horret ager, strepideque exsibilant prata vacce.

Comparatio à fluctibus.

30. FLVCTVS VT.] Sumsit comparationem ex Il. Homer.

ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης
ὄρνυτ᾽ ὑπαὐτῆφιν Ζεφύρου ὑπακιεῖσα πνοιῇ,
πόντῳ μὲν τά πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
χέρσῳ ἐπιγρύμενον μεγάλα βρόμεται, ἀμφὶ δὲ τ᾽ ἄκρας
κυρτὸν ἑὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ᾽ ἁλὸς ἀχνόν.

Quam placitum dare conuersim ex Eobano:

E *Non secus ac tumida Zephyro feriente procellæ*
Æquoris ingentes voluunt ad littora fluctus,
Cum truduntur alios alij frangunturque acutis
Cautibus illisi: crebro sonat omne tumultu
Litus, & obiectæ spumant aspergine moles.

His affinia verba Apul. lib. de Mundo: *Non secus ac si commotum ventis mare, cum ingenti fragore undas littoribus illidat.* Possum credere Virgilium Calabro quoque institisse lib. 6. nam Troianos festinantes ad bellum ita comparat,

κύματα δ᾽ ὣκα κέλευθα ποδὸς ἠΐόνες βοόωντα,
φύκη δ᾽ ἀποπτύουσιν ἐρευγόμενοι κλύδωνες,
ἠχὴ δ᾽ ἀλιγκάστοιο παρ᾽ αἰγιαλοῖσιν ὄρωρεν: &c.
Fluctus autem cærulei ad litus cum strepitu se volucres

Agam

UVA. BHSC. BU 00239

Algam eiiciunt, eruct ante procella,
Fragor autem fertur ad profunda littora. Sic, &c.

In 11. quoque ita ait,

οὔτε κύμαθ' ἑκ βορέαο δυέλλης
πολλ' ὄσσα φλάζοντα, κυλίνδεται αἰγιαλοῖσιν
ὀρνυμένῳ' ἑκ πόντοιο:

Non secus ac fluctus, procellis Borea concitatis, exæstuantes ad littora euoluuntur, e mari exagitati. Colligat lector ex his locis hanc vtilitatem, vt impetum, vim, ferociam irruentis hostis comparet cum fluctibus &procellis maris. Pari certe poesi Opp. 2. Cyn. comparãs magnitudinẽ elephanti, dixit, putes te videre,

ἢ κορυφὴν ὄρεος παναπείσιον, ἢ νέφος αἰνὸν
χεῖμα φέρον δυσκόλοισι βροτοῖν:

Aut vertícem montis immensum, aut nubem grauem Tempestatem afferentem miseris mortalibus.

Pulcre Hercule, & ex mira poesεos inuentione. Lib. etiam 4. irruens leo ita ab eo describitur, λείπαμ χειμερίῃ παυομένοιτ' : *Turbini hiberno persimilis.* Pari genio Apollonius lib. 2. ita comparat, ἐνδὺ δ' ἐλεύσσετο μοῦνος ἀϋπλοος, ἅτε κύμα θαλάσσης τρηχὺ δυσὶ δὴ νῆα κορύσσεται. *Ibi autem Bebrycum Rex, tanquam vnda maris Inmaniter celerem ad nauem concitatur.*

Albescο de vndis.

31. ALBESCERE.] Illustrat hæc Germ. ex Apol. lib. 1. ἐλαφρίζοντο κέλευθοι. Æschylo in Pers. θαλάσσης πολιανθέος ἀνδμαῖ. Homero 13. Il. φαληρὸν τε κύμα τε. Mato ipse in 8. —*fluctu spumabant cærula cano.* Addo istis Aristotelem, qui φαληρὸν τε πυρὸς, lib. 3. Rhet. c. 11. Et Basilium Hom. 4. Hex. λάχνωσιν θαλάσσης. Ouid. 11. Met.

Cum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, & præceps spirare valentius Eurus.

Dionem Chrys. qui Or. 74. loquens de tempestate, κύματα ὀρθούμενα πολλαχοῦ, ἴσα ὄρεσι, κυρτὰ, φαληρὸν τε: *fluctus magnos, immensos, pares montibus, cursuq; albescentes.* Ceterum de albicante mari, cum est, quietum; nigrescente, cum horrescit, legendus Aristot. Sect. 23.

A Quæst. vltima, vbi quærit, διὰ τί τὸ γαλήνιζον τῆς θαλάσσης κλύδων φαίνεται: τὸ δὴ κατάφορον, μέλαν δ' Cur maris vndabundi, quod desistit, albicat; quæ proinde fit, nigricat? Inde docte Virgilium Turnebus explicat, & illi assentitur Germanus. Nam incipiente tempestate, partes, quæ nondum omnino irarũt; videntur albescere, & vernare. Ex eadem doctrina in 7. Æneid.

Fluctus vbi primo cœpit cum albescere vento,
Paulatim sese tollit mare, & altius vndas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.

Vtrunque coniunxit S. Hier. Ep. 49. *Nunc vnda tenebris inhorrescit, & cœca nocte rimborum, spumei fluctus canescunt.* Sed signatissimus est locus Calab. libr. 5. μέλαν κλαγγάνετο πόντος: *nigrum mare malbescebat.* Vbi ex studio diffidentia coniunxit. Basilius certe Hom. 4. Hex. albicans mare exhibet in tranquillitate & quiete. Verba sunt, ἡδὺ μὲν γὰρ θέαμα κλαγγομένῳ θαλάσσῃ, μελαίνῃ ἑαυτῇ στερεὰς κατηχούσῃ: *Est spectaculum iucundum albescens mare, cum illud firma occupat tranquillitas.*

B

32. AT IMA EXÆSTVAT VNDA VORTICIBVS.] Hunc æstuantis maris furorem, vortices, nigredinem, belle, & multis Oppian. expressit lib. 5. Hal. loquens de cetacea captura, ego hic aliqua conuulsim. ἄνωθεν οἰδαλέησιν ἐλισσόμεναι σφοδρὰ λίγεται. *vorticibus tumidis volutati.* Deinde,

—πόντιος μέσῃ περθμοῖο διαῤῥῶξ ἐλίσσει. *turbines ponti media ruptura Voluitur.* Adhuc
—πτυσσόμεναι σφοδρὰ λίγεται
κύμα δοὺ κάμπησιν, ἀειρόμεναι δ' ὑπὲρ αὐτὴν
ἑλκομένῃ δείνῃσι παλιῤῥόθιον χάρυβδις:
—*extenti turbines*
Fluctu velocem contorquent. Circumuoluitur aut nigra
Tracta vehementer refusionib. Charybdis. Denique, τὰ δ' ζωὰ ἄπαστον ὕδωρ: *feruet aut immensa aqua.* Hom. 13. Il.
κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Feruentes fluctus maris multisoni.

C

[a] Omne adeò genus in terris hominúmque ferarúmque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignémque ruunt: amor omnibus idem.
[b] Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis: nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi, stragémque dedere.
Per syluam tum sæuus aper, tum pessima tigris:
Heu malè tum Libyæ solis erratur in agris.
[c] Nónne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantùm notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam fræna virum, nec verbera sæua,
Non scopuli, rupésque cauæ, atque obiecta retardant
Flumina, correptos vnda torquentia montes.
[d] Ipse ruit, dentésque Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atque hinc, atque illinc humeros ad vulnera durat.
[e] Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cœca serus freta: quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora: nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere Virgo.
[f] Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporum,
Atque canum? quid, quæ imbelles dant prælia ceruí?

VVA. BHSC. BU 00239

g Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumsere quadrigæ.
h Illas ducit amor trans Gargara, tránsque sonantem
Ascanium, superant montes, & flumina tranant.
i Continuóque auidis vbi subdita flamma medullis,
(Vere magis, quia Vere redit calor ossibus) illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptántque leues auras: & sæpe sine vllis
Coniugiis vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per, & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt: non Eure tuos, neque Solis ad ortus:
In Boream, Caurúmque aut vnde nigerrimus Auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum distillat ab inguine virus:
Hippomanes, quod sæpe malæ legere nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba.

ARGVMENTVM.

Persequitur furias hominum ac ferarum in amando, adhibitis ad exemplum leæna, vrsa, apro, tigri, equo, leandro, lynce, lupo, cane, ceruo. Post hunc catalogum sistit in equa, quæ amat furiosissime. Attingit initium huius amoris, narrat prodigium de conceptu ex ventis, in fine loquitur de Hippomane.

EXPLICATIO.

a EX occasione pugnæ taurorum pro iuuenca dimicabitur satis poetice ad amores reliquorum animantium, nam de tauris nihil iam loquitur. Ait itaque homines, & bestias impotenter in amorem non ire, sed ruere. Sed quę bestiæ? Omnes trium elementorum, videlicet pisces maris, pecudes terræ, aues aeris. Ac, ne delit mentio ignis, concinnus Vates amorem, in quem ruunt feræ, per ignem circumscribit. Nihil est enim aliud *furias & ignem* per hendyadem figuram sæpe vsurpatam Virgilio, quã, aut furiæ ignęæ, aut ignis furiosus. Vide vero, vti in hoc catalogo non includat Deos, ex pretio, quo apud hunc Vatem Dij. Vulgares sane Poetæ, Homerus etiam, passim illos pessundant.

b Ex præterito animalium catalogo terrestria tantum assumit. Lœna nunquam dirior, quam cum amans adeo vt catulos obliuiscatur. Vrsi tunc sæuiunt cædibus. Tum aper ferus est in sylua, tum tigris malefica, tunc in Libya non tuto habetur iter.

c Transit ad equos, de quibus, ait, vt equarum odore tanguntur cor tremore quodam pertentati. Hoc verbo innuit blandientem, & titillantem amorem. Sed quæ furiæ? Nullis fręnis, verberibus, scopulis retinentur, nullis fluminibus, quamuis hæc ita magna, vt ipsos veluti montes abripiant, & torqueant vndarum globis.

d Indicat vim eandem in apro Sabellico, sed hoc κατ' ἐξοχὴν. De isto ait, eum amat, comparare se ad certamen, ritualis metu. Apparatus iste ad pugnam duplex est, nam & dentes acuit deinde ex luto quod ipso pedibus conculcando subigit, tergus omne, & costas operit, quas ad arbores confricat, vt sic veluti loricatus ad pugnam procedat, induratis luto humeris omni ex parte.

e Ex hominibus Lęandrum assumit, cuius amor notissimus erga Heronem. Hic noctu Hellespontum transmittebat, quo fieretur suis delitiis: neque retardabatur tonante cœlo (quid hic sit cœli porta in Notis aperiam) maris fremitu, lacrymis parentum, morte Heronis, quam proculdubio sciebat moriturum, si quid sibi aduersi accidisset in tam diro freto.

f Coniungit in vnum Lynces, lupos, canes, ceruos, qui omnes, cum amant, furiosi sunt.

g Reliquum sermonem, qui satis longus, insumit in equarum amore, verius dicas, furore enarrando. Initium furiosi amoris ad fabulam conici. Ea, iuxta Seruium, hæc est. Spreuit Glaucus sacra Veneris, irata Dea equas concitauit in Glaucum, quibus ipse in curru vtebatur, illæ itaque iuxta vrbem Potniam Glaucum morsibus laniauerunt. Ergo ait. Ex quo tempore equæ hoc fecerunt à Venere incitatæ, furiosæ sunt in amando.

h Incipit indicare furiosum amorem equarum. Contendunt (inquit) ad equos trans Gargara, ideo ait, *superant montes*. Contendunt vltra Ascanium fluuium, ideo ait, *flumina tranant*. Est mira in hoc disticho concinnitas.

i Narrat prodigium equarum Verno tempore, qua anni parte illæ amorę æstuant, ascendunt in rupes, vnde conuersæ ad Zephyrum excipiunt ore illius auras. Ac tum flatu illo excepto, concipiunt in vtero, inspirante semen nouo hoc marito. Tanto vero blandimento illiciuntur, vt sese præcipitent per saxa, scopulos, valles ad bibendas ore tam dulces auras. Quin vno excepto Euro, nam cum hoc nullus est illis amor, alios quoque amant ventos. Currunt enim versus Septemtrionem, vnde flant Boreas, & Caurus; currunt versus Austrum, his enim ventis maritantur.

k Roget aliquis, quis partus ex tam prodigioso conceptu? Certe virus distillatum ab inguine, dictu vere ab insania equina Hippomanes. Nam Græcis ἵππος est, equus. μαίνεσθαι, furere. Illo nouercæ, quæ maleficæ sunt, vtuntur, vt vna cum herbis, verbisq; incantatoris mortales dementent.

NOTÆ.

1. OMNE ADEO, &c.] Agit late in hoc loco de amore ferarum. Cum amore loquens, tum. Amor ferarum

Opp.

UVA. BHSC. BU 00239

Opp. 2. Cyn. θηρας ἀγριώτατας: *feras pertulisti.* Arist. 6. Hist. Anim. c. 18. τῶν πεζῶν ὁ πᾶν ζῷον κοινὸν τὸ σὲξ ἢ ἐπιθυμίαν, καὶ ἢ ἡδονὴν ποιοῦντες: *Commune omnium animalium est, vt cupidine, voluptateque rei Veneræ maxime gestiant, atque incitentur.* Homerus, vel quis ille, in Hymno ad Venerem, ait hanc Deam domuisse ὅσσα πανύπερθε θῆρα: *feras omnes.* Inde illa exclamatio Opp. 2. Cyn. loquentis de ferarum amore,

ὦ μέγα ἔρως πᾶσιν ἐσσι, πᾶσιν σοῦσι ἄπαστος ἀλκή,
πόσα νοῦσι, πόσα χολεγνίοις, πόσα δ' ἀλίμοις ἀδύτοις:
Valide amor, quantus es, quanta tua infinita potestas!
Quanta cogitas, quanta imperitas, quantùs Diue ludis!

Superfedeo, nam quis est, qui non de vi amoris locos communes coniungat, & satis longos? Non ita trita de piscibus, & volucribus, quibus seruient sequentes duæ Notæ. Ad quas prius, quam gradum faciam, volo obserues, amorem (adeo hic communis vniuersæ rerum naturæ) datum etiam ipsis saxis. Saxorum amor. Certè virtutem magnetis, qua trahit ferrum, ad amorem, quo hic lapis in ferrum concitatur, referunt Achilles Alexandrinus, Philo in libro de Gigantibus, Claudianus. Verba extremis

Et lapides suus ardor agit, ferrumq; tenetur
Illecebris, rigido regnant in marmore flammæ.

Audiendi quoque versus Nazianzeni de laude virginitatis ex Interprete:

Quod si etiam ex coitu saxorum saxa creantur,
Vi memorans lapidum quibus est perspecta facultas.
Res quoque tangit amor rigidas, vitaque carentes.

Quem in locũ opportune obseruat Scholiastes locum Plin. lib. 36. c. 18. & Solini c. 56. lege vtrunque.

Piscium amores. 2. GENVS ÆQVOREVM.] Taceo hic de amorib. Delphinorum erga homines, & aliorum piscium, ne vager. Tantum in genere Notam compingam. Opp. loquens cum amore 2. Cyn.

ἀσπάλ@ ἕλκετο πόντ@, ἁπὰρ σύχ@ ᾗ ἐπὶ ξηρ@:
Ingiues est mare, at tu etiam illud ficisti.

Et lib. 1. πόντ@ ὅλ@ ᾧ σέλμασιν κυδοιήνιος ἐσαι ἀφροδίτη: *est inter pisces Venus multa.* Et libr. 3. loquens de piscibus. ἕκαστοι δ' ἁλὶ ἀφροδίτ@: *vrahuntur suis Veneribus.* Demum lib. 4. loquens cum Cupidine,

—νέατας δ' ὑπὸ κόλπους λιμένος
δύσεις. ὀπιπεύεις δ' ἐν πεπόθοισι κελεύθοις ἀτειλάς,

&c. —*intumi sub latebras stagni*
Mergeris, expedie antem in pisces fuscas Sagittas.

Nazianzenus in Carmine de Virginitate peruagantem vndique amorem describens, inter alia:

καὶ πόντ@ τεκέεσσι, γαμῷ δ' ὁμοίοις πεδύλοις:
Viresci mare fœtibus, donis nuptiarum.

Sophoc. Antig. loquens cum amore, φοιτᾷς δ' ὑπερπόντ@ ἐπ' ἀκτὰς πρὸς ἀγρονόμων: *incedis supra mare.* Seneca in Hip.

Hæc regna tenet puer immitis,
Spicula cuius sentit in imis
Cærulus vndis grex Nereidum,
Flammamq; nequit relevare mari.

Iterum,

—*amat insani Bellua Ponti.*

Claud. de nuptiis Hon. & Mar. ita de Tritone,

—*sub fluctibus ibat*
Carpathius Triton, obluctantemq; petebat
Cymothoen: timet illa ferum, fesoque sequenti
Surripit, & duris elabitur vda lacertis.

Quid. de vi Veneris 4. Fast.

Vis eadem, lato quodcunque viuit,
Seruat, & innumeris piscibus implet aquas.

Nemes. 4. Eclog. ait sensisse Venerem turbam squameam. Est apud Apul. lib. 4. Asi. oraculum istud, *Quẽ* (cupidinem) *tremit ipse Iouis quo Numina terrificantur,*
Fluminaque horrescunt, & stygia tenebra.

A Apud Eurip. in Hippol. in ipso initio, cum dicat Venus ipsa se vbique terrarum, coli, & intra cœlum, tum etiam Pontum inducit, & terminos maris Atlantici. Philo Iudæus in lib. de Specialib. Legib. dicit à Veneris voluptate occupari πνοὰς πᾶσι τε. *omnia aquatilia.* De amoribus ranarum, quæ pertinent ad hoc elementum, lege Arist. lib. 4. Hist. c. 9. Præclare Opp. li. 4. Hal. amore piscium dicitur ὑγρὸς ἔρως: *amor liquidus.* Quod fortasse sumsit à Platone in Conuiuio, cui amor dicitur πεώτιστ@, ἀπαλώτατ@, ὑγρότατος, *nerrimus, mollissimus, liquidus.* Ergo magno blandimento (vt aliquid suauitatis aspergam huic Notæ) dixit Claudin. in laudibus Serenæ loquens de principibus fœminis nauigantibus,

—*spumantia cedunt*
B *Æquora, castrarum gressus venerata Dearum.*
Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoen Triton, totoq; seueros
Inducit mores pelago pudor, ipsaque Proteus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra.

3. PICTÆQVE VOLVCRES.] Nemes. adducto loco, Auium amores.

Et genus æ'rium volucres, & squammea turba,
Et montes, siluæque, suos habet arbor amores.

Auctor Hymni in Venerem de hac Dea, ἐδαμάσσατο (inquit) οἰωνούς τε θηρητίας: *domuit aues aeria.* Seneca in Hipp.

Ignes sentit genus aligerum.

Opp. 4. Hal. loquens cum Amore.

Σοί ἐστ' ἐρώνης ἧνις ἀλις, ᾗ τε πόντιος
Ἀνδρομέης, ἠ ὅσσα ἀέρνεται, ἠδ' ὅσα βάσκ
Αἰὴρ ἀτρυγέτ@:
C *Tibi ve'o neque cœlium gens satis est, neque genus*
Humanum, non feras tenuis, nec quæcunque pascit
Aer immensus.

Nazianz. vbi supra de amore vbique incalente, ᾗ γαῖα, ᾗ αἰθὴρ, & terra, & aer. Philo vbi supra, πλωὰ: *volucres.* quoque includit. Ouid. 4. Fast.

Quid genus omne creat volucrum nisi blanda voluptas?

Spectat ad istas aeris illecebras elegans fictio Claud. Epithal. Palladij, vbi Venerem, & comitatum eius describens; Deam fingit per aerem ferri oloribus, (quod & alij fecerunt) ceteram turbam Amorum variis auibus:

—*lætantur Amores,*
Frenatisque truces auibus per nubila vecti
Ostentant se quisque Dee, magnoq; tumultu
Confligunt, pronig; manus in verbera tendunt.

Amorem peculiarium auium non attingo.

4. IN FVRIAS.] Plin. lib. 10. c. 63. in re amoris dixit: *efferari, & rabies.* Philo in lib. de Agricult. ita hunc furorem consentanee ad Vatem. σωφρόνως ἠδονὴ μανίαν ἐκπονεῖ, ᾗ οἶστρον ἀνεπίσχετον, ᾗ λύσσαν ἀγρίαν τε καὶ ἀνήμερον ἐπιφέρουσα: *Affert voluptas cœtus insanam inceuedibilem, furorem pertinacem, rabiem molestissimam.* Et in Politico loquens de ea, quæ Iosephum perdite in Ægypto amauit. ἀναβάκχευε δὲ τὸ παθος καὶ λυσσᾶν ἐποίει τὸν ἀνήμερον καὶ ἄγριον. Et in lib. περὶ χειρῶν τοῦ κρατοῦντος, ὅσοις συμφορὰς ἐκύησαν λυπῶν. *abripi rabie libidinum dicitur.* Arnob. lib. 3. *In libidinum furias gestire, cupiditatibus abiectis ire in mutuas complexiones.* Sed de amoris insania, & furore alibi.

5. RVVNT.] Ita Manil. lib. 3. de omni genere ferarum: *In Venerem, partumque ruit.* Oppian. 1. Cyn. ταῦροι δ' ἀζόμενοι δὴ περὶ ἰσμαίοιο: *Ruunt tauri in agrestes vaccas.* Horat. od. 15. lib. 2.

—*tauri ruentis*
In Venerem tolerare pondus.

Obiter illustro Horatium. Sumsit ab Aristot. lib. 6. Hist. c. 21. qui ita de tauro, βαίνει δ' ὀρθοῖς, ὅτε συγκύπτουσι τοῖς ὄπισθεν: *Incumbit ita vehementer, vt vacca non tolerans succumbat.*

VVA. BHSC. BU 00239

6. CATVLORVM.] Vti apud Græcos σύμνοι A signant potissimum catulos leonum, tamen pro catulis aliarum ferarum sumuntur: ita apud Latinos vox ipsa *catuli* de canibus proprie dicitur, sed traducitur tamen ad feras alias.

7. LEÆNA.] SENECA,

Pœni quatiunt colla leones
Cum mouit amor: tum sylua gemit
Murmure sæuo. Aristot. 6. Histor. Anim. cap. 18. ὧν δὲ ἄρκτοι, καὶ λύκοι, καὶ λέοντες χαλεποὶ τοῖς πολιτεύεσι γίνονται· ἀεὶ δὲ χειρὸν τὸν ὕστερον: *Vrsi, lupi, & leones acrius sæuiunt per id tempus, si qui ad illos accesserint.*

8. INFORMES VRSI.] His Oppianus dat li. 3. Venat. πολλὸν κυδύειραν: *immoderatam libidinem.* & reddit rationem, qui cum aliis feris statа sint tempora concubitus, vrsi æstuant perpetua libidine. Sed cur *informes?* An quia catulos edant sine forma, & formment lambendo? Esto, hoc verum sit, vt astrui potest ex Arist. lib. 6. Hist. Anim. c. 30. Plutarcho in libello de amore prolis, qui hos expresse asserit. Oppiano 3. Cyn. Ouidio 15. Metam. Plinio lib. 8. c. 36. Solino c. 39. Isid. lib. 12. c. 2. Et ferme ex veteribus omnibus. Quam tamen rem falsam esse asserunt, qui nostro, aut parentum æuo scripserunt. Verissime isti. Nam venatores in capta, ac dissecta vrsa inueniunt catulos membris omnibus discriminatos. Caussam prisci erroris coniiciunt in secundas, nam istæ crassæ admodum sunt, illisque nascuntur catuli adeo inuoluti, vt non nisi lambendo & multa opera reuellantur. Sed esto (inquam) astrui possit vetus opinio ex tot Auctoribus, certe Interpretes, qui informitatem Virgilij referunt ad partum, à re abeunt, cum Vati sermo sit de vrsis iam grandibus. Deferenda sententia est ad pecora vrsorum, est enim vastum, & turpe (sic dicam) animal. Opp. 3. Cyn. ita describit:

Immanes vrsi, crudele gens, fera membra,
Villis hirsuto densoque tegunter amictu,
Deformis species, facies inhonesta, cruenta,
Tetrica, serrati dentes, & magnus hiatus,
Atraque feruentes exhalant ora vapores, &c.

Libuit dedisse Interpretationem Ioan. Bodini. Idem Oppian. 5. Hal. χαιτήεσσαι ἄρκτοι περίεισι: *horrent setosi vrsi.* Basil. ἰμ. 9. ἐξ. ita describit corpus vrsorum. βαρὺ, συμπαγὲς, ἀδιαφυὲς γένος, *compactum, indistinctum.* Plutarchus in libello de Philostorgia, ἄρκτος, ἀκριβῶς πάντων ἀνοσιώτατον θηρίον: *Vrsus, animal deformissimum, tristissimum.* Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist. *turpes vrsi.* Demum Græci ad verbum, ἄρκτοι, ἀμορφοι: *vrsi informes.*

9. TVM SÆVVS APER.] Notas sæuientis apri, cum amat, has exhibet Oppian. lib. 3. Cyn.

—χρὶ δ' αἰχένας ὀρθαὶ
Φρίσσωσι τρίχες, ὀδὰξ δὲ λοξοὶ σκληκων.
Κόρδη ἀποσκλὴ τε χρὼς, αὐτὰρ ὀδόντων
Πολλὴν ὀδηροτέῃ λοξώσεται ἀδμὴν:
—*circa collum arrectæ*
Horrent setæ, instar cristatarum galearum.
Spumam distillat in terram, ac dentibus
Multam illam spumam candidam pulsat anhelitu feruido.

Ergo ab his Notis, & similimis Poeta *sæuus.* Ad eandem rem pertinent, quæ mox dicam de eodem: comparante se ad pugnam, cum amat. Sed cum hic sermo sit de sæuitia apri, non abs re erit notas eiusdem ferocitatis dare ex Auctoribus. Pulcra est descriptio Apul. lib. 8. de horrore huius feræ. *Aper immanis, atq; inusitatus exsurgit, toris callosis cuius obesus, pilis inhorrentibus, corio squalidus, setis insurgentibus, spinæ hispidus, & dentibus attritu fonaci spumeus, aspectu minaci, impetu sæuo fremitis oris, totus fulmineus.* Hō. 13. Il. ita describit,

—φρίσσε δ' ὑπὲρ νώτου ὕπερθεν.
ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λαμπέτον. αὐτὰρ ὀδόντας
—*horret dorsum supra,*
Oculi vero ei igne lucent, ac dentes Acuti.

Et 19. od. Quid. 8.

φρίξας εὖ λοφιὴν, αὐδᾷ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκὼς:
Exhorret plurimum ceruice, oculis intuens ignem spirat.
Sanguine & igne micant oculi, riget horrida ceruix,
Et setæ densis similes hastilibus horrent:

Addit plurima. Claud. de apro, quem occidit Hercules:

Fulmen ab ore venit, flammisq; furentibus ardet
Spiritus, & cerram non cœli flamma peruri,
Sed flatus monstri.

Cur vero aper animal sit admodum ferox & acre, rationem reddit Arist. 2. de Partib. Anim. c. 4. quod nimirum eius sanguis refertissimus sit fibris: idemq; scribit de tauro.

10. NONNE VIDES.] Hic exorsus carminis aliquoties placuit Virgilio ad imitationem Lucretij, cui sæpissime. Philo lib. περὶ ἀφθαρσίας. periodum quoque ita incoat. οὐχ ὁρᾷς. Vt & Demosthen. de falsa legat. οὐχ ὁρᾶτε.

11. TREMOR.] Ita Arist. 6. Hist. Anim. c. 2. loquens de auib. in coitu: φρίττουσι, καὶ ἀποσείονται: *horrescunt, & excutiuntur.* Exprimitur enim per tremorem titillatio Venerea.

12. NON SCOPVLI.] Imitatur Varium:

Non amnes illum montes, aut arduа tardant.

13. IPSE RVIT.] Adduxi in explicatione notam duplicem apri comparantis se ad bellum. Primam attingit Seneca in Hippol.

Tunc (id est, cum amat) *vulnifico acuis dentes*
Aper, & toto est spumeus ore.

Nazianzenus quoque in Carmine ad Nicobulum aprum describit, comparantem se ad bellum amore prolis, vbi non solum notam illam ex acuti dentis, sed alias mirifice adducit.

—συῶν δ' ὅτε μάινεται ἀλκὴ,
χάιτη δενδριάσασα, κόρης σέλας ἀτμὶς, ὀδόντων
ἴκρυφίων κατακρὶς, γένυς δ' ὅτε δάλεται ἀφρῷ,
ἱερῶν τεκέεσσιν ἀμυνόμενον ἢὲ συμβλῶν:
—*ruit impete cæco*
Sauus aper, micat ex oculis vis ignea, setæ
Horrescunt, seque exacuunt cum murmure dentes,
Maximus unde vapor manat, spumaque cadente
Turpatur gena, dum sobolem defendere gestit,
Aut amat hostili pugnans accumbere ferro.

Eadem nota est in Calabro lib. 5. & lib. 9. vbi etiam loquitur de amore apri erga prolem.

Σὺς δ' ἀφειῶντι τόσσ' ὑπεμβολίοις ὀδόντας:
Acuit autem dentes sub maxillis spumantes.

Et in Hom. Il. 11.

Σὺς λοξὸν ὀδόντα μῦ γναμπτήσι φύσιν:
Acuens aprum dentem in reuultis genis.

Alterum clare Ar. lib. 6. Hist. Anim. c. 18. qui, vbi describit furias animalium ad Venerem, ita ait: *Sues quoq; feri acerrime sæuiunt, quamquam per id tempus imbecilles ex coitu reddantur. Dimicant inter se mirum in modum armantes sese, & cutem quam crassissimam præparantes, induranteque attritu arborum; sæpe etiam luto obducto, ac rescicato tergus inuictum contra ictum efficiunt. Pugnant adeo acri certamine, grege relicto, vt sæpenumero mortem vterque aduersarius obeat.* In his vides, & fricationē ad arbores, & munimen ex luto. Græca signata sunt, καὶ πολύϋλες τὸ θέρμα ὡς σκληρότατον ἐκ παρασκευῆς ποιοῦσι τὰ δένδρα διατρίβοντες, καὶ τῷ πηλῷ μαλάττουσι. Sectus sum in hac explicatione Petrum Vict. lib. 12. c. 8. Male enim Seruius Virgilium accipit de suo domestico, vsus argumento, quod supra, *iste saeuus aper.*

Nam,

A Vrsorum libido.

Vrsi an catulos informes pariant.

B

Vrsi cur informes.

C

Apri sæuitis notæ, & descriptiones.

D

E

Agri pugnaturi apparatus.

UVA. BHSC. BU 00239

Ná, quæ ibi stricte Poeta, hic vberius ex more su-
Neque impedit, suem nominari à Poeta, etiamsi de agresti loquatur, nam simile quiddam in Græco Nazianzeni. Obserua hic parem omnino artem Ichneumonis pugnantis contra aspidem ex eodem Arist. lib. 9. Hist. c. 6. ὅσοις ἢ τὰς πλευρὰς, καὶ τὰ ἀνίσματα πολὺ κατεπάλτιον ἑαυτὸν, ἐρείσαντες ἐπὶ τὴν ὀδὸν τοῦτον, ὅπου καὶ ἀνιὼν ἐν τῇ γῇ: *Limo obducto contra illius morsus quæ se loricant, modus armandi, vt primum madefaciant corpus, & in terra se volutent.* Hæc prius scripseram, quam vidissem Brodæum libr. 8. Misc. capit. 5. Probo, quæ dicit, dea, pro exacuente dentes non ad saxa, aut arbores, vt dicunt male Quid. 8. Met. & Plinius lib. 8. hoc enim fieri nequit: tantum enim acuit dentes, atterendo illos inter se, nimirum superiores cum inferioribus. Strident enim ipso ore. Dicuntque venatores audite sæpe collisionem dentium apri. Firmat hoc testimonio Euripidis, & Homeri. In extremum ego prius incideram, & ex meo adduxeram Nazianzenum, & Calabrum, qui addi possunt Brodæi testibus. Hoc (inquam) probo de dente Apri. Alterum minime. Negat enim Brodæus id, quod pertinet ad loricationem, quo liceat recedere auctoritate Aristotelis, Virgilij, Plinij, Victorij.

A cunt πύλαι, ac perinde imaginaria quadam ratione porta, & limen. Inuitabit te Ouid. apud quem in Epistola Læander sermonem habet cum Borea flante ab hac cœli parte, tanquam is obsistat suis conatibus. Sed mihi visum aliter, quam omnes Virgilium explicare. Portam cœli dixere Virgilius, Ennius, Homerus ratione ista: Fingebant veteres Iouem esse in templo ab quodam cœli, præsertim cum fulminaret, & conaret. Varro in Satyra Bimarco.

Porta cœli, cur. Templa in cœlo.

——*iunc repente Celitum*
Alium ignitibus templum tonesset.

Ita legendum, non, cœlum. Lucret. lib. 1.

Cœli conuitralia templa. Et lib. 1.

Fumida cum cœli scintillant omnia templi.

B Terent. Eunucho:

——*qui templa cœli summa sonitu concutit.* Hinc colligo, consentanee fingi portas in cœlo, templis prius confictis. Vt intelligamus portas illas templorum sese aperire emittendis fulminibus. Inde Sil. lib. 1. ——*tonat alti regia cœli.* Itaque, modo per *templum cœli*, intelligant partem aliquam cœli, & tanquam regiam Iouis; modo cœlum totum, quod potius credo, certe consentaneum est, vt huic templo fores dentur. Non hinc abit fictio Homerica 8. Iliad.

αὐτόματοι δ' πύλαι μύκον ἠγερέθοντο, ἔχον ὦραι τῇς ἐπετέτατο μέγας οὐρανὸς, ἠδ' Ὄλυμπος τε, ἢ μὴν ἀθανάτοισι πυκινὸν νέφος ἠὲ διῆναι

Sua vero sponte crepuerunt portæ cœli, quas tenebant horæ

C *Quibus commissum est magnum cœlum Olympusque, Vt recludant densam nebulam, & claudant.*

Dicam aliquid de imitatione. Vt Virgilius *Porta cœli.* ita Catul. *cœli ianua.* Ante vtrunque Ennius. *Mi soli cœli maxima porta patet.* Ante omnes Homerica Iliad. 8.

αὐτόματοι δ' πύλαι μύκον ἠγερέθοντο,

Sua sponte portæ cœli aperiæ fiunt.

De hac connexa imitatione Virgilij ab Ennio, Ennij ab Homero, lege Senecam Epistol. 108. exagitantem Grammaticorum sedulitatem in quærenda imitatione.

14. DENTES EXACVIT SVS.] Hoc Hesiod. in Scuto, & Hom. Il. 13. de sue agresti ita: σὺς ἐ δόδοντας, Euripid. Phœn. ὀξύτητι ἀκμῆς γναμπτὸν. Quid. per verbum *tero* 8. Met.

Dentibus ille ferox in querno stipite vrtis, Sed, *in stipite*, falso.

15. PRO SVBIGIT.] Apta ad hunc locum verba ista Isidor. cap. 1. lib. 12. *Sus dicta, quod pascua subigat, id est, terra subacta esca inquirat.* Non hoc certe ineleganter, imo ex natura huius feræ. Sed certum tamen Etymon duci ab Græco, ὗς. Suis Etymō.

16. ATQVE HINC; ATQVE ILLINC.] Exprimit Græcum ἔνθεν, καὶ ἔνθεν.

17. HVMEROS DVRAT.] Phrasis Lucretij libro 5.

Atque opere in duro duraverit membra manusque.

Læander.

18. QVID IVVENIS.] Cum hic dicatur à iuuando, vt qui validus, & fortis, sæpe à Virgilio inducitur cum genio virtutis, & fortitudinis, non temere, & in cassum. Ita 1. Georg. Augustum vocat iuuenem, sicuti etiam 1. Ecl. quasi illum Elogio quodam decorans. Appianus quoque in Hibericis, cum Annibalem, νέον, id est, *iuuenem*, appellasset, statim subiunxit rem huic dictioni congenitam, φιλοπόλεμον, *bellicosum.* Ita hic Læander nullis procellis territus, nulla maris asperitate commotus appellatur iuuenis. Huius historiam belle attigit Lucan. lib. 9.

——*amore notatum*
Æquor, & heroa laeryrnoso littore turres.

Manil. lib. 4 Læandrum quoque intelligens ex imitatione Virgilij eodem vsus est verbo, nulla alia adiuncta periphrasi:

Hic Pontus, iuuenisq; fretum, meisque puellæ.

19. VERSAT IN OSSIBVS IGNEM.] Catul. *Ignis mollibus ardet in medullis.*

20. NOCTS COECA.] Lucret. lib. 1. *non tibi cæca Nox iter eripiet.*

21. PORTA TONAT COELI.] Per cœli portam Turnebus capit Hemisphærium, id est, semiglobum. Manutius aerem nubibus plenum, per quem iter est in cœlum. Alij Orientem, atque Occidentem, de qua notione alibi loquor. Alij nubem; non male. nam cum in ea fiat fragor ille, qui erumpit ad eruptionem fulminis, videtur esse similitudo portæ sese aperientis ad exsilientem ignem. Possis Septemtrionem capere, vbi est cardo cœli, Græci di-

D diuuium nonnihil huic parti illustrandæ simile: πνεύματα ὧν ἐξείσια, πάσῃσι ὃ ἔρωντῶν, καὶ ὀπάσσειεν ἀσφαλῶν, καὶ κεραυνῶν φοβεῖ κατασβεννυμένων ὀμβρεων ἀθανάτων. Ingentes erant flatus ventorum, tonitrum strepitus, corruscationes fulgurum, iactus fulminum immissi largissimis & abruptis imbribus. Omnia ista, & similia in Poetis, formidinem magnam incutiunt: sed nescio qui mihi maximam verba ista:

——*quem super ingens*
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora.

Mire enim animos contrahunt. Locorum similium facile erat paginas implere.

23. LYNCES BACCHI.] Bacchi currum sin- Lynces sacri Baccho.
guntur ferre Lynces, tigres, pantheræ, congenera omnia. Quid. 4. Met.

E ——*iu biugum pictis mansuescere frænis*
Colla premo Lyncum. Virg. 6. Æn.
Liber agens celso Nysæ de vertice tigres.

Opp. 4. Cyn. παρδαλίας ἄγουσα διωνύσοιο: *Pantheras Bacchudona.* Omnia coniunxit Quid. 3. Metam.

Ipse racemiferis frontem circundatus vuis
Pampineis agitat velatam frondibus hastam.
Quem circa tigres, simulacraq; aranea lyncum,
Pictarumque iacent fera corpora pantheratum.

Plin. c. 21. lib. 8. feram aliam dat Baccho: *In India & boues*

VVA. BHSC. BU 00239

boues solidis vngulis, vnicornes, & feram nomine Axin, hinnuli pelle pluribus candidoribusq; maculis, sacram Liberi Patri.

24. VARIÆ.] Græci Lynces, & feras similes, quibus adspersæ variæ notæ, vocant etiam ab hac varietate, & punctura αἰόλους, βαλίους, ποικίλους. Virg. *maculosæ Lyncis*. Silius: *virgatam tigrim*, sicut etiam Seneca in Hip. *virgata tigres*. Quid. 3. Met. *picturam panthervarum.*

Luporum feritas.

25. GENVS ACRE LVPORVM.] Videtur mihi Poeta allusisse ad vim igneam, & spiritus lupi feruidos: de quo lege Hieron. Mercur. lib. 1. Varron. c. 25. vel etiam ad feritatem huius bestiæ. Aristot. enim lib. 1. Hist. Anim. c. 1. cum diuidens dicat; alias feras esse perpetuo mansuetas, alias perpetuo feras, alias interdum feras, sed posse manuescere: de his, quæ semper feræ sunt, lupum & pantheram pro exemplo adhibet. Vti ab Ouidio describatur lupi feritas, 1. Met. in promtu est.

26. QVID, QVÆ IMBELLES DANT PRÆLIA CERVI.] Est ceruus animal vere imbelle, & mite, nisi cum flagrat libidine: hinc Poeta egregie coniungit tam timiditatem, quam vim. Primum satis indicat Hom. qui in opprobrio Agamemnonis, illi dat κραδίην ἐλάφοιο: *cor cerui*. Inde adagium ἐλάφου καρδίη pro timido. & Nonnus 25 Dionys. ἔμπαιος ἐλάφῳ. Alterum hic Poeta, & Seneca in Hipp.

Vir ceruinus, adag.

Si coniugio timuere suo,
Poscunt timidi prælia cerui:
Et mugitu dant concepti Signa furoris.

Naturam eius pronam ad libidinem aperit Arist. 1. Hist. Anim. c. 29. ceruum vocans, animal φύσει λάγνον, *natura libidinosum*. Et Opp. 2. Cyn.

τέρπεις δ' αὖτ' ἐλάφοιστιν ἔρως πολλή τ' ἀφροδίτη,
ᾗ θυμὸς πυκὶ λέκτρῳ ἀδαιδάλῳ θέσπιν ἄημα:
Est cervis amor vehemens, & Venus plurima,
Animisque ad concubitum ardens diem totum.

Equæ cur admodum libidinosæ.

27. SCILICET ANTE OMNES FVROR EST INSIGNIS EQVARVM.] Arist. lib. 6. Hist. Anim. c. 18. τῶν δ' ἡμιόνων ὑπερπικρῶς ἔχουσι θέρους τὸ σωφρονιστικόν, μᾶλλον μὲν ἵππος· ἧττον δὲ βοῦς: *Incendiuntur libidine ex fœminis equæ potissimum, deinde vaccæ.* Theocr. εἰδ. 2. ᾗ πόλοι μαίονται ἀν' ἄρεα, ᾗ θοαὶ ἵπποι: *Et pulli furunt in montibus, & equæ veloces.* Ouid. 2. Art. *In furias agitantur equæ, spacio, remote*

Per loca diuiduos amne sequuntur eques.

Inde Arist. dicto loco ait, verbum ἱππομανεῖν, traduci ab equabus opprobrij loco ad mulieres libidinosas. Rationem incensæ libidinis equarum reddit idem lib. 4. de generat. Anim. cap. 5. quod videl. careant menstrua purgatione; quæ perinde est in fœminis, vt coitus in marib. Plin. lib. 10. cap. 63. ait, omnes quadrupedes prægnantes Venerem arcere præter equam, & suem. Affine de equis Bas. Homer. 9. Hex. persequens enim proprietates animalium ita ait,

Equinus amor, adag.

ἱππος δ' ὁ ἵππῳ ἐπιτερπέα τῷ ὀΐεται: *equus vehemens libidine erga fœminam*. Inde Dio Chrys. prouerbialiter dixit orat. 32. ad Alexandrinos: ἥδιόν γ' ἂν εἰπεῖν ἵππομανῶν ἐρῶντα τῆς πόλεως, ἢ τὸν ἄνδρα ἐρᾶν ὑμῶν, ᾗ ξένον ἐκεῖνα τὸν κρίνω: *Metuo & ego equinum huius ciuitatis amorem, ne quid difficile vobis & peregrinum afferat procedente tempore*. Simile quiddam Plato 2. Leg. οἷον ἐὰν ἱππος πώλῳ ἐν ἀγέλῃ νεμομένους φορβάδας τοὺς νέους κάνηται: *Habeatis amatorios iuuenes instar gregis equorum conferim. pascentium*. Cæsarius quoque Dialog. 2. hominem libidinosum & deditum scortationibus comparat cum equo lasciuiente ad Venerem. His omnibus affinia admodum verba Artemid. lib. 1. Oniorit. c. 58. ἵππος δὲ γυναικὶ μὲν, ᾗ ἑρέφουσῃ τὰ αὐτὸν ἔχῃ λόγον: *Equus enim eandem cum vxore & amica rationem habet*. & lib. 4. c. 1.

A ait mulierē significari equo. cap. quoque 48. ἵππος γυναῖκα ἐσήμαινεν: *equus mulierem signabat*. In libr. 7. Anth. ita signatæ, κιχλίζεις; χεσιμήπαμα γάμῳ σεσιλδον ἰδίσα: *Lasciuis, hinnitum nuptiarum præsium emittens.*

28. FVROR EQVARVM.] Hunc furorem ad Venerem in equis Græci dicunt ἱππομανεῖν, in canibus σκυζᾶν, in suibus καπριᾶν, in tauris ταυριᾶν, in his, & reliquis ὀργᾶν. Nam de apro Arist. 2. Hist. cap. 1. ὀργᾷ ὀχμάζοις, *prurit ad coitum*. Obuium denique hoc verbum in aliis animantibus. De agris gestientibus accipere semen dixit Plin. *catuliuisnem*. libr. 16. c. 25. Sed & voces peculiares ineſſe animantibus, in eo furore, Arist. tot. scribit lib. 4. Hist. capit. 9. adhibetque exemplum in suibus, capris, ouibus, & potissimum in ranis.

ἱππομανεῖν. σκυζᾶν. καπριᾶν. ταυριᾶν. ὀργᾶν. Catulitio. quid.

B

29. POTNIADES.] Vtcunque ex Seruio explicui, qui plura volet, legat Natalem cap. 3. libr. 8. Lilium 1. Syntag. Pausaniam in Bœoticis. Constitui enim in fabulis parum immorari, vt te alias monui, nisi cum quid affulgeat ab aliis minus diligenter tractatum. Multa hic etiam docte Germanus, & Leopardus c. 25. lib. 11. Emendat. vbi de tribus Glaucis Potniensi, Pontio, Minoio. Meminit etiam Glauci discerpti ab equis Nonnus lib. 11. Dionys.

Glauci tres.

30. GARGARA-ASCANIVM.] De primis alibi à me dictum. De altero vide Strab. lib. 12. Vt hic *sonantem Ascanium*, ita Aristoph. in νεφ. ποτιμὰς κελαδοντας. In 12. Æn. *fluminibus sonoris*. Catul. in Car. seculari ad Dianam: *amnium sonantiū*. Sibylla in Acrosth. ποτιμὰς λαχνδξοντας. Vrsin. & Achil. Statius.

Ascanius fluuius.

C

31. FLVMINA TRANANT.] Lucret. lib. 10. & *rapidos tranant amnes*.

32. CONTINVOQVE AVIDIS, VBI.] Hæc consecutio vocum *continuo, vbi*, obseruata, vt elegans, Godescalco. Ita Terent. Hec. *Aderit continuo, hæc vbi ex te audierit.*

33. QVIA VERE CALOR REDIT OSSIBVS.] Hoc satis illustrauit 2. Georg. nam in descriptione veris, vna est nota à Virgilio adhibita, armenta per id temporis repetere Venerem.

34. ORE OMNES VERSÆ IN ZEPHYRVM.] Aperiam quinque in hac Nota. Primo, de equabus concipientibus è vento: deinde, signate de Zephyro: tertio, an ex aliis ventis: quarto, vbi terrarum hoc accidat: quinto, an hoc contingat aliis animantibus?

D

Equę concipiunt è vento.

Primum caput impleat Arist. lib. 6. Hist. Anim. c. 18. qui de equabus, λέγονται ᾗ ἐξανεμιᾶσθαι: *dicuntur vento concipere*. Est proprie ἐξανεμιᾶσθαι, *euentari*, aut *subuentari*, nam conceptus ille inanis est, & distillans tantum virus, vt mox dicet Poeta. Solinus capit. 57. *Edunt equæ ex ventis conceptos*. Lactantius lib. 4. c. 12. *Quod si animalia quædam vento, aut aura concipere solere; omnibus notum est: cur quisquam mirum putet, cum spiritu Dei, cui facile est quicquid velit, grauidam esse Virginem dicimus?* Qui de equabus capiendus ex recentissima opinione.

Euentari. Subuentari.

E

Secundum Homer. Il. 16. qui de equis Achillis:

Zephyrus equas impleat.

τὼ ἅτερε ζεφύρῳ ἀέτην ἀρέσθην πεδίοιο,
βοσκέσθην λειμῶνι παρ' ὑγρὸν ἀκεανοῖο:
Hos peperit Zephyro vento Harpyia Podarge
Pascens in prato iuxta fluxum Oceani.

Illum sequitur Calab. lib. 3. qui etiam ait, equos Achillis natos ex Zephyro, & Podarge. Idem Calab. lib. 4. loquens de equo Arione,

——ὃν τέκεν ἵππων
ἅρπυια ζεφύρῳ πολυΐνῃ ξείστατον ἄλλων.

Quem Harpyia peperit Zephyro multi sonanti equorum omnium præstantissimum. Et lib. 8. repetit ore Neoptolemi, quæ dixerat lib. 3. Plin. lib. 8. c. 42. *Constat equas Fauonio*

UVA. BHSC. BU 00239

Fauonio flante obuersas animalium concipere spiritum, idq; partum fieri. Solin. cap. 36. de equabus Olyssiponis: *Spirante Fauonio vento concipium, & si ieiunes vteros, aura rum spiritu maritantur.* Allusit Silius libr. 18. nam de equo quopiam,

Vnus erat leuis, vt Zephyri noua flamina, campis
Vectorum edulium genuinis effuderat Harpe.

Quos versus vide vt legat Modius.

Tertium Calaber lib. 8. nam connumeratis Martis equis, Æthone, Phlogio, Combo, Phobo, subdit,

τὰς Ζοφίη κελάδουτι τέκε Κλοσυρῶπις ἐεννὼς·

Quos Boreæ peperit grauiistrepo Erinnys horrida.

Dio Chrysost. Orat. 20. ἡ Ζοφίη ἐφη (subaudi ἤμισυ δὲ) ἐεσσάδιπτα τροπαῖον πίνων ὑπτιον. ἐμπλῆσαι τὰ αὐτὰς γονῆς, καὶ μὴ ὑπτιον ἐξ αὐτῶν φύλης. *Ait* Homerus) *Boream amasse Troicas quasdam equas, easque implesse semine, genuisque equorum ex illis procreatum.* Sed signatissime Aristot. lib. 6. Hist. Anim. c. 18. cum præmiserit equas vento concipere, subdit: δίωσι δ' οὐτε πρὸς ἑσπέραν, οὐτε πρὸς δυσμὰς. ἀλλὰ πρὸς ἀρκτον, ἢ νότον; *currunt non ad Occidentem, aut Occidentem: sed ad Septemtrionem, aut Austrum.* Hæc verba, ad quæ videtur omnino Poeta respexisse, tum ex mea, tum ex Victorij sententia c. 6. libr. 7. Varron. ac multorum, qui vere docti: hæc (inquam) verba cogunt me, vt putem Poetam dicere, equas etiam ex Borea, & Austro concipere. Nam sunt, qui ita illum accipiant. Verterunt ad Zephyrum, non ad Eurum, non ad Boream, & Caurum, non ad Austrum. Non hoc dicit, sed, vt iam explicui. Nam, quamuis in Zephyro flante ab occasu dissideat ab Aristotele, qui ait, equas non currere πρὸς δυσμὰς, certe in aliis hæsit, vti ex verbis apparet. Recessit vero ab Aristotele in hoc, quia hærere voluit vulgatissimæ historiæ equarum concipientium in Hispania ex Zephyro occidentali vento. Mihi aliquando obrepsit suspicio, si quis eam probet, Aristotelis locum corrigendum ex imitatione Virgilij, hunc in modum, δίωσι δ' οὐ πρὸς ἑσπέραν καὶ πρὸς δυσμὰς, ἢ ἀρκτον, ἢ νότον. Hæc dixi ducente me Aristotele ad hanc explicationem. Si quis malit vulgarem sequi, non pugnem. Fateor enim verba Poetæ in eam vehementer inclinare.

Lusitanæ equæ concipiunt è vento.

Quartum Plinius libr. 8. c. 42. qui signat Lusitaniam circa oppidum Olyssiponem, & amnem Tagum. Et lib. 4. c. 22. his: *Olyssipo equarum è Fauonio vento concepiu nobile.* Eadem Solin. cap. 36. Et Martianus Capella lib. 5. Columella lib. 6. c. 26. *Cum su notissimum etiam in Sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in Occidentem iuxta Oceanum, frequentior equas sine coitu ventrem pertulisse, fœtumque edidisse.* Inde corrigenda sunt verba Varr. 2. Rust. c. 1. *In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad Oceanum in ea regione, vbi est oppidum Olyssipo monte Tagro, quadam è vento concipiunt certo tempore æquo.* Vbi legendum, *monte Sacro*, quod & Iosephus. Scalig. animaduertit. Redeo. Spondanus, Homerum, quem iam adduxi, dicit locutum de equabus Hispaniæ ad Lusitaniam, quod perspicuum fit ex mentione Zephyri, & Oceani. In cuius rei argumentum traho Calabrum, qui lib. 3. ait, equos Achillis, hoc mortuo repetiuisse natalem locum, ἀκεανοῖο ῥοὰς καὶ πηγὸν αὐτεῦ. *ad fluxus Oceani, & antra Tethyos.* Quibus non dubium, quin & Hispaniam signet, & contendat ad Homeri locum. Silius etiam lib. 3. de Hispania loquens:

Hic adeo cum ver placidum flatusq; tepescit,
Concubitus feruans iacitos grex prosilat æquarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura.

Visum aliquibus, in primis Iustino lib. 44. hanc totam narrationem ad fabulas reiicere, & rem detorquet ad pernicitatem equorum Gallecíæ, & Lusitaniæ, quæ tanta est, vt non immerito ipso vento concepti videantur. Certe Appianus Viriatum Lusitanorum ducem pernicissimis equis ventem induxit, atque vna equorum velocitate fretum Romanorum copias eludentem. Et Symmachus epist. 64. lib. 4. equorum Iberorum nobilitatem celebrat. Sicut & Martial. isto distichon:

Hic breuis ad numerum rapidus qui colligit vngues,
Venit ab aurifero gentibus Auster equis.

Rem hanc de equabus concipientibus vento in Hispania, datam Peloro ab Silio iam animaduertit Ludou. Carrio lib. 1. Emendat. c. 17.

Quintum Oppian. loquens de tigride lib. 5. Cyn. Tigres vento concipiã.

αὐτὰρ γὰρ τε τίκτειν πέλλαι ξεφύρῳ πνοῖσιν·

Simile est cursu ipsi gemitori Zephyro.

Tametsi deinde istud fabulosum putet. Non ex fabulis loquutus Varro 2. Rei Rust. c. 1. vbi ait, gallinas interdum concipere ex vento, & inde earum ouia dici καταιμένια: *subuentanea.* Vultures etiam vento concipere scribunt Basil. Homer. 8. Hex. Orus, & Philes. Ori verba hæc sunt: *cum vulti concipere vultur gemitale vas ad Boream aperit, & sic perstat diebus quinque, in quibus neque edit, neque bibit, & hoc modo fœtum concipit.* De perdicibus hoc frequentissimum. Plin. lib. 10. c. 33. de illis loquens; *Si contra mares steterint fœminæ, aura ab his flante, prægnantes fiunt.* Quod sumsit ab Aristot. 6. Hist. Anim. c. 2. loquente ita de perdicibus, ἐαν δὲ κατὰ πνεῦσιν τὰ θήλεα ἑστήκωσι: *Si contra marem steterit fœmina, aura ab eo flante, sit prægnans.* Vide eundem lib. 3. cap. 5. vbi peculiaria quæpiam de generatione perdicum digna cognitu. Idem scribit Athen. lib. 9. Aliquid de ouibus attingit Columel. lib. 7. c. 3. *Aristoteles vir callidissimus rerum naturæ præcipit admissuræ tempore obseruare siccis diebus halitus Septemtrionales, vt contra ventum gregem pascamus, & eum spectans admittatur pecus: ut si fœminæ generandæ sunt, Austrinos flatus capiare, vt eadem ratione matrices ineantur.* His satis indicat, iuuari opus Veneream flatu ventorum. Paria his inuenies in Auctore Geop. lib. 18. Locus ille Aristotelis, quem respicit Columella, habetur lib. 4. de Generat. Animal. c. 2. Seruauit ad exitum id, quod magis mirere. Verba Plinij hæc sunt lib. 10. cap. 64. *Molæ de quibus ante diximus, gigni putant, vbi mulier non ex mare, verum ex fœmetipsa tantum concepit.* Refert sermonem Plinius ad ea, quæ præmiserat lib. 7. cap. 15. vbi aperit, quæ sint istæ molæ. Afranius apud Festum illas vocat *molucrum.* Explicui quinque capita, quæ promisi. Molæ.

35. SAXA PER, ET SCOPVLOS. Ad gustum huius versus factus ille Papinianus 4. Th.

Saxa per, & plenis obstrepit amnis fluuiina ripis.

36. CONTRISTAT LVMINE COETVM. Ita in 10. de ardore Sirij: *——loco contristat flumine cælum.* Ab Nostro Horatius Sat. 2. lib. 1. *——imber sum contristat Aquarius annum.* Et Columel. loquens de anno lib. 3. c. 20. *contristatur.*

37. HINC DEMVM HIPPOMANES. Dissentiunt Aristoteles, & Virgilius ab reliqua turba. Nam Poeta tantum ait, distillari ex hoc equarum concepto virus quoddam aptum ad veneficia. Quod etiã docet Arist. li. 6. Hist. Animal. c. 18. καλεῖται δ' ἡ τοῦτο ὥσπερ σῦκα τὰ πικρὰ ἐν πυμαῖς. ἔστι δ' οἷον ἡ καρφία. ἣ ζητοῦσι τοῦτο μάλιστα πάντων αἱ θεῖ τὰς φαρμακείας: *hoc ai hoc Hippomanes, nomine partui congenere. Tale hoc, quale, quod in apris vocant, caprium. Petitur hoc potissimũ ad veneficia.* Patia ferme scribit li. 8. eiusdẽ opetis. Aliter Varro, Plin. Columella adductis locis, qui verum partum agnoscunt, & pullum natum, non tantum virus: & aiunt pullos hoscc triennio tantum viuere. Hunc numerũ

VVA. BHSC. BV 00239

excedit Silius & illis attribuit annos septem:

Sed non multa dies generi, properatque senectus,
Septimaque his stabulis longissima ducitur ætas.

Inde apparet, in hac narratione, Virgilium omnino Aristoteli hæsisse, non Varroni. Est etiam Hippomanes caruncula illa adnata fronti pulli equini, de qua in 4. Æn. Est & planta apud Theocritum *eid.* 2. quo equi aguntur in furias amoris.

38. DISTILLAT AB INGVINE VIRVS.] Omnino hinc Tibul. El. 4. lib. 2.

Hippomanes cupidæ stillat ab inguine equæ.

Et Lucan. lib. 9.

Liquitur, & nigræ distillant inguina labe.

Et Interpres Sibyllini carminis lib. 1.

Quorum moriuorum distillat ab ore venenum.

39. LEGERE NOVERCÆ.] Hinc etiam Propert.

——in me Hippomanes fœtæ semina legit equæ.

a Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circum vectamur amore:
Hoc satis armentis. superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.
b Hic labor, hinc laudem fortes sperate coloni.
c Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem:
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

B

ARGVMENTVM.

Fit transitus ad oues, & capras. Ait, esse difficile loqui splendidè in re tenui: ac se dicturum de re indicta. Renouat inuocationem.

EXPLICATIO.

a AGREDITVR partem, quæ versatur in capris, & ouibus: reprehenditque se tamdiu immorantem in armentis, equis nimirum, & tauris, in tanta temporis breuitate, melius, fuga, amissi semel nulla tenus recuperandi. Est hic *superat*, restat, supereſt, reliqua est.

b Duplex sententia huius versus, prima Interpretum, nostra altera. Aiunt illi. Hic præcipuus labor vester situs esto coloni, hinc laudem vestram sperate. Possis huic hærere. Aio ego. Hic præcipuus labor meus situs est, hinc coloni laudem meam sperate. Curquia hæc melius cum sequentibus connectuntur. Deinde, nescias cur maior laus perueniat ad rusticos ex tractatione ouium, & capratum; quam equorum, & taurorum? & profecto magna laus Poetæ, rem adeo vilem verbis exornare.

c Consequuntur ista præcedentem nostram explicationem. nam parua quæ sunt, difficillima sunt ad exornationem. Sed vehemens amor laudis raptat Vatem per deserta ardua Parnassi, id est, per rem, & materiam nullis vatibus celebratam. Ideo subdit. Iuuat ire per iuga illa, per quæ nulla hactenus priorum Vatum orbita diuertit ad Castaliam. Quasi dicat. Ego princeps omnium non tero iter aliorum, sed diuertam ab trito itinere. Ideo in fine Palem inuocat, vel potius renouat inuocationem, vt qui dicturus rem indictam.

NOTÆ.

1. FVGIT.] Ita Theocr. *eid.* 2. χρόνος φεύγει. Et Calp. 2. Ecl. *sed fugit ecce dies.* Virg. sup.

Optima quæq; dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit.

Lege Senecam epist. 108. expendentem Poetæ verba. Hieron. quoque epist. 139. Poetæ versum vsurpat. & iterum lib. 3. cap. 6. Comment. in Amos. Et Pet. Apoll. lib. 3. Excid.

Sed fugit interea tempus velocibus horis.
Singula dum mortis capti sectamur amore.

2. SINGVLA.] Locus communis de non consectandis minutiis omnibus. Possem latè exornare, sed contentam eam ad auctores paucos. Pindarus od. 4. Nemeſ. Minima nō cōsectāda.

τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν
ἐρύκᾳ με τεθμὸς,
ὥραι τ' ἐπειγόμεναι.

Prolixa autem eloqui prohibet me lex, horæque properantes.

Opp. 2. Cyn.

μοῦσα φίλη, βαιῶν ὔ μοι ἐπ' ἔμπλεος ἀμφὶς ἀείδων.

Musa amica, circa parua non decet me diu morari.

C Ammian. lib. 26. ait, se nolle omnes rerum omnium minutias indagare, *quos* (inquit) *si scisciari voluerit quispiam, indiuidua illa corpuscula volitantia per inane (atomos vt nos appellamus) numerare posse iterabit.*

3. DVM.] Sequitur post *interea*. Est elegans hęc verborum consecutio. Cicer. 2. Phil. *Interea, dum tu abes.* Cæsar. 3. Cui. *Interea manerent inducię, dum ab illo rediri posset.* Terent. Phorm. *Interea, dum sedemus.* Interea dū.

4. HOC SATIS ARMENTIS.] Simili excursu Oppian. lib. 1. Cyn.

τόσσα μὲν ἀμφ' ἵπποισιν ἐπ' ἀρτιτον ἀνέρι φίλῳ
εἶμεν ὀπὶ κυνέκεσσιν.

Tantum quidem de equis. Sed descende mi anime In viam canum.

Et Philo de Agricult. ὧδε μὲν ἐν ἱπποις τε ἀεθλεύσει, ἐπποσόφου τε, καὶ ποιμένος ἀπὸ γυῖα ἐργαζομένου καὶ γεωργοῦ τὰ θεσπέσια εἴρηται: *Hactenus satis de equo, atque incessore, de pastore, de pecuaria, de agricola terram colente.* D

5. LANIGEROS GREGES.] Calaber lib. 5. εἰροπόκων ὀΐων. Oppian. 4. Hal. εἰροπόκες. Et 5. ἐριθαλλον πῶϋ. Hesiod. Theog. πίειραι εἰροπόκων ὀΐων: *Greges lanigerarum ouium.* Bacchilid. in Carm. εὐέριφον μήλων, Calp. 2. Ecl. *Idas lanigeri dominus gregis.* Ennius: *lanigerum genus.* Lucret. lib. 2. *Lanigeræ pecudes.* Papian. 4. Sylu.

UVA. BHSC. BU 00239

Sylu. *Non mille balant lanigeri greges.* Omnes circumscribunt oues.

6. ANIMI DVBIVS.] Sciat iuuenis istum genitiuum pendere ab aliquo substantiuo subintellecto. Dubius sum animi, est, dubius sum ex mente animi. In Lucret. lib. 1. *Nec me animi fallit*, est, nec me fallit mens animi Angor, pendeo, crucior, discrucior animi: id est, dolore animi. Cur ita intelligam, alibi explico adductis testimoniis antiquorum. Ceterum Virgilius hoc loco ad auram Lucretij nauigat. Itaque ille lib. 1.

Nec me animi fallit, quam sint obscura: sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,
Et simul incussit suauem mi in pectus amorem
Musarum: quo nunc instinctus mente vigenti
Auia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo: iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire: iuuatque nouos decerpere flores:
Insignemque meo capiti petere inde coronam:
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ.

7. ANGVSTIS HVNC ADDERE REBVS HONOREM.] Plinius c. 4. lib. 19. *Conting at aliqua gratia opera curæ, nostræ, Virgilio quoque confesso, quam sit difficile verborum honorem iam paruis peribere.* Signatissime ad rem eandem Manil. lib. 3.

—facile est ventis dare vela secundis,
Fœcundumq; solum varias agitare per artes,
Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa
Materies niteat. Speciosis condere rebus
Carmina, vulgatum est opus, & componere simplex.
At mihi per numeros, ignotaque nomina rerum,
Temporaque, & varios casus, momentaque mundi,
Quorum quæque vices, par est que in partibus ipsis,
Luctandum est: quod nosse nimis, quod dicere quantiu est!
Carmina quod proprio pedibus quod iungere eo tis!

Dicit facile esse condere versus in materia speciosa, vt facile est nauigare vento secundo, exercere agriculturam in fœcundo solo, sculpere in auro atque ebore: secus in materia non speciosa, &c.

Parnassus. 8. PARNASSI.] Prius dictus est Larnassus à Larnace arca Deucalionis, quæ eo delata, auctore Stephan. & Interpretib. Apoll. Post diluuium dictus Parnassus ab heroe Parnasso, vt tradit Hellanicus. Lege Lilium Syntag. de Musis. Vt vero Virg. *Parnassi deserta*, ita Pindar. od. 10. Pyth. παρνάσσοῦ & μυχοὶ: A *Parnassi recessus.*

9. IVVAT IRE IVGIS, QVA NVLLA PRIORI.] Ad hunc locum Manil. lib. 1. Intacta, canere.

Carmine diuinas artes, & conscia facta
Sidera diuersos hominum variantia casus,
Cœlestis rationis opus, deducere mundo
Aggrediar, primisque nouis Helicona mouere
Cantibus, & uirgi nutantes vertice syluas,
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.

Ad eandem ita lib. 2.

Omnes ad accessus Heliconis semita trita est,
Et iam confusi manant de fontibus amnes,
Nec capiunt hausturn, turbamque ad sacra ruentem.
Integra quæramus volantes prata per herbas,
Vndamque oculis meditantem murmur in antris.
Quam neque durato gustarint ore volucres,
Ipse nec ætherea Phœbus libauerit igni.
Nostra loquar, nullis vatum debebimus orsa.
B *Nec furtum. sed opus veniet, soloque volamus*
In cœlum curru, propria rate pellimus vndas.

Vide quot modis dixerit, se ea cantaturum, quæ nemo priorum cecinerit, videlicet: *Prata integra. Occulta antra. Aqua non gustata, neque tacta Sole. Loquar mea. Nullius rem debebo. Hoc non est furtum, sed opus. Meus est currus, quo velo, non alienus. Mea nauis, qua nauigo, non aliena.* Virgilius vnico tantum modo, sed elegantissimo: *Iuuat ire, qua nulla orbita diuerit ad vndam Castaliam.* Adiunge istis Propertium,

—opus hoc de monte Sororum
Detulit intacta pagina nostra via.

Nemesianum lib. 1.

—ducitq; per auia, quæ sola nunquam
Trita rotis.

Iterum:

C *—Intacto premimus vestigia musco.*

Ante omnes Lucret lib. 1.

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo, &c.

10. MOLLI CLIVO.] Signatum hoc ad rem, & hactenus non expensum. Est Castalius fons Musarum, non in ipso vertice Parnassi, sed ad ima, ideo tantum per mollem quendam cliuum ascensus est ad illum. De fonte Castalio lege Lil. Syntag. 7. Naz. Orat. 39. dixit, κρουνὸς μαντικὸν ὕδωρ: Castaliæ fatidicum latices.

295 [a] Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas:
[b] Et multa duram stipula, filicúmque maniplis
Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, scabiémque ferat, turpésque podagras.
300 [c] Post hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluuios præbere recentes,
Et stabula à ventis hyberno opponere Soli
Ad medium conuersa diem, cùm frigidus olim
Iam cadit, extremóque inrorat Aquarius anno.
305 [d] Hoc quoque non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor vsus erit, quamuis Milesia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores:
Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis.
Quam magis exhausto spumauerit vbere mulctra,
310 Læta magis pressis manabunt vbera mammis.
[e] Nec minus interea barbas, incanaque menta

Ciniphij

UVA. BHSC. BU 00239

Ciniphij tondent hirci, ſetáſque comantes,
Vſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.
f Paſcuntur vero ſyluas, & ſumma Lycæi,
Horrentéſque rubos, & amantes ardua dumos.
Atque ipſæ memores redeunt in tecta, ſuóſque
Ducunt, & grauido ſuperant vix vbere limen.
g Ergo omni ſtudio glaciem, ventóſque niuales,
Quo minus eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Auertes, victúmque feres, & virgea lætus
Pabula, nec tota claudes fœnilia bruma.

ARGVMENTVM.

Oues, & capræ alendæ domi per hyemem, comparatur vterque grex.

EXPLICATIO.

a QVEMADMODVM in ſuperiore libri parte iam de tauris, iam de equis habitus eſt ſermo, iam miſtim de vtroque genere: ita in ſequente libri parte iam de ouibus agit, iam de capris, iam de vtriſque. Incipit vero ab ouibus, & docet illas alendas in ſtabulis mollibus tota hyeme, non educendas ad paſtum, vſque ad aduentum Veris, quam partem anni hic ſignat per frondoſam æſtatem. Carpant (inquit) herbam in ſtabulis, dum æſtas redeat.

b Præceſſit, debere eſſe *mollia ſtabula*, hoc explicat. Edico (inquit) vt tellus, quæ dura eſt, ſternatur multa ſtipula, multis manipulis ſilicum. Ratio. Ne glacies frigida lædat pecus ouinum molle & tenetum; ne ſcabiem hoc pecus, ne podagram contrahat.

c Ab ouibus tendit ad capras, quibus danda arbuta, danda largiter aqua ſemper recenter hauſta, & hoc etiam in ſtabulis, ſicuti ouibus. Iubet vero vt ſtabula oppoſita ſint hyberno Soli. Quod fiet, ſi conuerſa ſint ad meridiem. Quaſi dicat. Erunt oppoſita hyberno Soli, ſi opponantur parti meridianæ, conuertanturque ad illam. Nam videlicet hybernus Sol meridiem percurrit. Vt vero oſtendat hanc curam habendam tempore hyemis, ſignat hoc tempus per Aquarium frigidum, ac pluuioſum, cum is cadit.

d Comparat capras cum ouibus. Pecus (inquit) caprinum tucdum eſt non leuiore cura, quam oues; nec minor eſt illius vſus, quam ouium. Reddit rationem. Nam quamuis oues Mileti, earumque vellera ſint in magno pretio, vt quæ feliciſſime imbibant cocturam tinctauamque purpuræ: tamen capræ feliciores ſunt ſobole, feliciores lacte. Quo enim magis velis mulgere, eo præbent lactis copiam largiorem.

e Proponit aliam vtilitatem caprarum, qua carent oues. Nam in Libya ad amnem Cinyphen hirci ſunt ita magni, vt ex eorum mentis, ex eorum ſetis fiant cilicia ad vſus caſtrorum, ad vſus nauticæ. Cum ait, *(tondent,* ſubaudi paſtores, ita vt *hirci* ſit in gignendi. Quæ ait de hirco Cinyphio capienda κατ' ἐξοχήν. ſetas comantes eſt, ſuccreſcentes, atque oblongas.

f Pergit in narrandis bonis caprarum. Sententia amplectens ſequentes verſus iſta eſt. Liberant capræ magna cura ſuos paſtores. depaſcuntur enim ſyluas, fruteta, rubos, dumos, obuia quæque, etiamſi dura, & aſpera: non ſic oues, quæ mollem herbam. Deinde, ipſæ memores ſunt tectorum, & nemine reducente redeunt, & ſuos plerumque præcedunt paſtores, & potius ducunt illos, quam ducãtur: cum ouium pecus admodum ſit obliuioſum. Per *ſuos* paſtores intellexi, alij *hœdos* capiunt, vt dicat capras ſe duces præbere hœdis ſuis: vt velis. Tertio, quotidie implent vbera nouo lacte, nunquam enim redeunt in tecta, quin cum magno vbere, quæ felicitas non contingit ouibus.

g Hinc concludit, capras eo impenſius curandas, quo illæ ſunt negligentiores ſui. Cum addit in fine, *nec tota claudes fœnilia bruma*, vult, præceptum illud de caprino genere hyeme curando in ſtabulis, temperandum eſſe. Itaque licebit, illas educi partem aliquam hyemis.

NOTÆ.

1. HERBAM CARPERE.] Satis fuit Poetæ loqui in genere. Auctores Ruſtici diſcriminãt cibum iſtum. A Varrone nominantur lib. 2. Ruſt. cap. 2. *folia ſiculnea, palea, vinacea, furfures.* Cato. cap. 5. Ruſt. *Frondem populeam, ulmeam, quernam cædito: per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ouibus.* Auctor Geop. lib. 18. Ξηρὸν δὲ πάσῃ ζωοτροφίᾳ χόρτον, καὶ μανδιὰν, ἢ τίλιαν, ἢ ἕρεμον, καὶ πάντα ἄκρια τὰ ἀχύρου, καὶ τῶν ὄσπρίων τὰ ἄχυρα. *Ad pabulum abiiciatur cytiſſus, medica, fœnogrecum, auena, leguminumq; atq; ordei palea.* Eadem ferme adducit Columel. lib. 7. cap. 3. ſed loquens de cibo agnorum.

2. FRONDOSA ÆSTAS.] Significat vernum tempus, etiamſi æſtatem nominet. Attributum non indicat. Sane veteres annum in duplicem tantum partem diuidebant, Hyemem, & Æſtatem: Hyemi Autumnum adnectebant, Æſtati ver. Clare hoc Philo ἀεὶ γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν μερίζουσι, καὶ διῄρηκεν εἴαρτε, καὶ μετόπωρον. *Hyems, & Æſtas: horum confines ver, & Autumnus.* Ariſt. lib. 4. de Generat. Animal. ἐπεὶ γὰρ ἥλιος ἐν τῷ ἐνιαυτῷ πάντα χειμῶνα, καὶ θέρος ἐστὶν. *Sol enim anno excurſu Hyemem facit, & Æſtatem.* Vox ſignatum æſtatis nomine.

3. ET MVLTA DVRAM STIPVLA, &c.] De iſta ſubſternẽdi ſtabuli ratione latè Auctores Ruſtici. Cato c. 5. Ruſt. *Pecori, & bubus diligenter ſubſternatur, virgulta curentur.* Iterum: *Stramenta ſi deerunt frondem ligneam legito, eam ſubſternito ouibus bubuſque.* Varro lib. 2. c. 2. *cum aliquot dies ſteterunt* (oues) *ſubiicere oportet virgulta alia, qua mollius requieſcant, puriore ſque ſint; libentius enim ita paſcuntur.* Quibus & ſupponit virgulta ſubſtrata, & addit illa renouanda eſſe. Colum. cap. 3. lib. 17. *Deturque opera, ne quis humor ſubſiſtat, vt ſemper quam aridiſſimis ſilicibus, vel culmis ſtabula conſtrata ſint, quo purius, & mollius incubent foetæ.* Numerat Auctor Stabulatium ſubſternenda.

UVA. BHSC. BU 00239

Auctor Geopon. lib. 18. Ignatius, quæ sint sternenda, videlicet asphodelum, pulegium, polium, conyzan, abrotanum. Et addit hanc rationem, ὃ τὰ τοῦ συῶπα φθείρει τὰ ὄφεις: *Huius modi enim fugant bestias reptiles.* Huic præcepto annexum aliud, de stabulo accuratissime euertendo, & eruderando. Siluatates, vt qui non omnia debeat persequi; non Varro, qui dicto loco *vbi (oues) stent: silum oportet esse eruderatum.* Non Colum. qui c. 4. libri eiusdem: *Stabula vero frequenter euerrenda, & purganda.* & c. 6. *Diligensque pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patiatur sterces, aut humorem consistere, lutumve fieri.* Extremus hic locus est de stabulis caprarum. Libauit Ouid. 4. Fast. quem prædicti auctores illustrabunt, ideo à me adducti.

Pastor oues saturas ad prima crepuscula lustret:
Vnda prius spargat, virgaque verrat humum.

4. GLACIES NE FRIGIDA LÆDAT.] Est hæc præcepti ratio. Rationes alias in aliis vidisti. Nam Varro, *quo mollius requiescant.* Columella ad fœtas retulit. Auctor Geopon. ad bestias, quæ sic arcentur.

Oues pecus molliſſimũ. 5. MOLLE PECVS.] Attingit naturam ouium, quæ mollissimæ. Plato lib. 4. Polit. σφόδρα ἁπαλοῖς: *ouibus teneris.* Colum. c. 4. lib. 7. *genus lanigerum ceteris pecudibus mollius.* & cap. 3. *Id pecus* (ouinum) *quamuis ex omnibus animalibus vestitissimum, frigoris tamen impatientissimum est, nec minus æstus vaporis.* Plin. lib. 2. Epist. *oues delicatissimæ.* Isidor. lib. 12. cap. 1. *Ouis molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum.* Varr. 2. Rust. c. 2. caput præcipue signat: *caput enim maxime ouis molle est.* Scribit Aristot. lib. 8. Hist. Anim. cap. 24. Oues iisdem morbis infestari, quibus homines. Ita imbecilles sunt, vt grauida abortum faciat tonante cœlo, quod scribit idem Aristot. lib. 9. Histor. Anim. cap. 3.

Podagra cur turpis. 6. TVRPES PODAGRAS.] Fortasse à nodis ista turpitudo. Vocant enim Poetæ podagram nodosam. Vel referendum (quod magis placet) epithetum ad magnitudinem, in quam excrescunt partes obnoxiæ huic morbo, imò & plerunque totus homo eò laborans. Atqui, quæ magna sunt, dicuntur huic Vati turpia. Sic *turpes Phocas, turpe caput.*

Arbutus cibus caprarũ. 7. ARBVTA.] De hoc cibo caprarum frequens mentio in Poetis, & aliis. In 3. Ecl.

Dulce satis humor depulsis arbutus hœdis.

Horat. lib. 1. od. 17.

Impune tuum per nemus arbutos
Quærunt latentes, & thyma deuie
Olentis vxores mariti.

Columel. lib. 7. c. 6. numerans cibos caprarum, ita ait: *ea sunt arbutus, atque alaternus, cytisique agrestis.* Palladius in Nouemb. tit. 13. *Hœdis arbuti cacumina sunt sæpe præbenda.*

Stabula ouiũ debent meridiem spectare. 8. AD MEDIVM CONVERSA DIEM.] Explicui sententiam integram de meridie secutus Columellam, qui nihil de Oriente, tantum: *ea* (stabula) *poni debent contra medium diem.* Et Seru. explicantem, *hyberno Soli. Contra plagam meridianam, per quam Sol currit per hyemem, quod explanat dicens, ad medium conuersa diem.* Itaque per hybernum Solem, intelligit tantum meridiem. Et Germanum adducentem ex Xenophonte in Oeconom. domos spectantes meridiem dici εὐηλίους. Demum morem nostrum, ædificia enim, quæ volumus tuta à frigore, omnino opponimus meridiei. Hæc explicatio mihi placet. Aliquis tamen coniicier, dixisse Virgilium, vt stabula spectarent præcipue partem orientalem, & tantum leuiter conuerterentur ad meridiem, allucente Varrone 2. Rust. capit. 2. *Stabula idoneo loco vt sint, ne ventosis: quæ spectant magis ad orientem, quam ad meridianum tempus.* Dicam hic, omissum Varronem à Virgilio, non secutum. Porro ædificium conuersum ad meridiem Æschines de falsa Legat. vocat τὴν πρὸς τὸ μεσημβρινὸν.

Sol hybernus, quis sit.

9. OLIM.] Hic indefinite sumitur. Nisi mauis capere tempus præsens. Hæc sane vox occurrit in Virgilio de præterito, & futuro, & tunc facile cognoscitur sententia: non ita facile, cum capienda de præsenti. Ideo coniungam loca; in quibus præsens signetur. In 4. Georg.

Olim de tempore præsenti.

Deprensis olim statio tutissima nauis.

Et:

——stabuli custos in montibus olim.

5. Æneid.

——quod tumidis submersum tunditur olim Fluctib.

In 8.

Non secus atque olim percurrit.

10. CADIT.] Accipit Nebriss. occasum Heliacum.

Aquarius. 11. AQVARIVS.] Offero Lectori Notam Delrij istam eruditam ex Nou. Comment. in Thyestem Sen. Catullus vocat *Hydrochoon.* Hilasius, *vrnigerum.* Iulianus, *aqua fusorem.* Palladius, *aque gestatorem.* Asclepiadius, *nimbiferum.* Maximianus, *cui nomen aque facunnt.* Vitalis, *fundentem amnem.* Vomanus, *Deucalionis aquas.* Euphorbus, *quique refundit aquas.* Basilius Scholiasticus Poeta, *quique vrnam gerit.* Ausonius, *vrnam qui tenet.* Ouidius, *iuuenem, qui regit aquas.* Manilius, Cicero, reliqui *Aquarium.*

Oues Mileti in pretio. 12. MILESIA VELLERA.] Oues Mileti, ac perinde vellera in magno pretio. Tert. lib. de Pallio: *Nec de ouibus dico Milesiis, & Selgicis, & Alusnis.* Dedit locum principem, sicut & Colum. cap. 2. lib. 7. *Generis eximij Milesiæ, Calabræ, Appulæque nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas.* Plinius postponit lib. 8. c. 48. *Lana autem laudatissima Apula, & quæ in Italia Græci pecoris appellabatur, alibi Italica. Tertium locum Milesiæ oues obtinent.* Martialis nullo loco dignatur distichon hoc:

Velleribus primis Appulia, Parma secundis,
Nobilis Alsinum tertia laudat ouis.

Sed illi opponas tum, quos iam dedit tum Clementem lib. 2. Pædag. Virgilium hic, & 4. Georg. Horatium in Epist. Clitum, & Alexin apud Athen. lib. 12. qui dicunt, Polycratem ad ornandam Samum eo conduxisse optima terrarum, & inter optima ponût φείσασθαι ἐκ μιλήτου τοὺς Μιλήτους. Has enim ille Samum conduxit. Et Aristophanem in Ran. qui ἐν στρώμασι μιλησίοις ἀβάτοις σημείου: *in stratis Milesiis reuolutus.* Et in Lysistrate. εἶχον γάρ ἐσθῆτα ἣν ἐκεῖ νῦν μιλησίαν. *Sunt mihi domi lanæ Milesiæ.* Silium lib. 14. *——relaque superba Lanigera Melite.* Et Maximum Tyrium, qui Milesios à vestitu & lana mollissima vocat ἐυμαλακτάτους: Hi enim omnes Mileti vellerum meminerunt, vt optimorum.

13. MVTENTVR.] Alludo ad morem veterum, quibus præ emtione frequentior rerum mutatio. Inde Horat. Sat. 4. lib. 1. *Hic mutat merces surgentibus ab Sole.* Pari sensu notat Achil. Stat. dictum ab Demosthene, μετεσολέα, *mutatorem.*

14. TYRIOS INCOCTA RVBORE.] Locutio mere Græca. Supplerent Græci χρ. tu quam voles, ita Budæus. Longe aliter vulgo Grammatici, sed Budæum audio.

Capræ præstant ouibus fœcura. 15. DENSIOR HINC SOBOLES.] Præstant capræ ouibus fœtura. Colum. c. 6. lib. 7. *Parit autem capra si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos.* Auctor Geop. lib. 18. εἰδὲ γεμαστικὴ ᾖ ὡς ἐπὶπολὺ. *Parit ferme geminos.* Loquitur de capra, sicuti & Virg. 1. Ecl.

Hic inter densas corylos modo namque gemellos,

Spem

VVA. BHSC. BU 00239

Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Sed notanda verba Aristot. cap. 19. lib. 6. Hist. Anim. qui sine vllo discrimine æquam fœturam dat capris atque ouibus. Nam de illis loquens, πίκτουσι δὲ μᾶλλον δύο, ἐνίοτε δὲ καὶ τρία, σπάνιον δὲ καὶ πέντε καὶ ἕξ: *Pariunt frequentissime geminos, aliquando tres, interdum quatuor.* Græci (hoc obiter) opponunt πολυτόκα, ὀλιγοτόκα ζῶα.

16. HINC LARGI COPIA LACTIS.] Auctor Geop. ἀφθόνως δὲ δίδωσιν ἐκ ὀλίγας, τὰς ἀπὸ γάλακτος, καὶ τυρεῖα: *Afferunt non modicos fructus lactis, & casei.* Loquitur de Capellis.

Tam magis, quã magis.

17. QVAM MAGIS.] Hanc antiquorum Venerem in loquendo *tam magis, quam magis* non reliquit Gifanius inobseruatam. Aliqui enim hic non attendentes ad istam elegãtiam, scripsere *quo magis.* Neque vero impedit hic omissum membrum *iam.* Integram elegantiam dedit Vates in 7.

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quam magis effusos crudescunt sanguine pugnæ.

18. SPVMAVERIT VBERE MVLCTRA.] Vti hoc alij extulerint, alibi dedi. Illis adiungo Calab. lib. 6.

πολλὸν δ' ἀπὸ κύπελλα δοῶν γλάγος, ἠδὲ μὴ οἶον:
Onerantur mulctræ lacte bubulo, lacte ouino.

19. MANABVNT VBERA MAMMIS.] Sic legendum ex Nota Gifan. in Lucretium. Ita etiam legit Seruius Daniel. Quæ legunt *flumina*, multum auferunt leporis.

20. BARBAS.] Hac nota Lucret. lib. 1. caprinum pecus intelligit, nominans *barbigeras pecudes.* Parem notam inuenies in Arist. lib. 9. Hist. Animal. c. 3.

Incanum.

21. INCANAQVE MENTA.] Id est, nimium cana ex consensione Interpretum. Ita in 6. —*incanaque mentа Regis Romani.* Columella vsus hac voce etiam in re rustica lib. 8. cap. 2. loquens de Gallorum auium notis: *palea ex rutilo albicantes velut incanæ barbæ dependent.* Et c. 3. lib. 7. *canam comam* dixit loquens de ouibus.

Cinyphij hirci.

22. CINYPHII.] A Cyniphe fluuio Libyæ, vbi insignes hirci, ait Seruius. Meminere multi, Silius, cuius versus postea adducam: & Martial. lib. 7. Epo. 94.

Qualem forcipibus metis supinis
Tonsor Cinyphio Cluxmarito. & alij.

23. TONDENT.] Malui subaudire *pastores*, quã explicare cum vulgo, tondent, id est, tondentur. Buædum sequor, & doctos alios. Itaque *hirci* sit casus possessionis, non rectus pluralis. Nam cur ego capiam verba actiua pro passiuis? Pari modo cum audis: *præcipitat*, non est *præcipitatur*, sed, *præcipitat se.* Ratio vnica. Quia quod alij tacent, alij adiungunt. Sic Virgilius ipse, qui sæpe *erumpunt* absolute: in 1. Geor. se explicuit, addens: *sese Diuersi erumpunt rady.* Neque vero est nouum in Poetis multa subaudiri; quæ vix credas. Vnus Pindarus multa, ac difficillima subintelligit ad stuporem legentium. Ita inf. Virg. *Quod sit gente die mulsere, &c.* Vbi necessario subaudiendi pastores, aliter inepta esset sententia. Si quis autem maluerit Grammaticos sequi, & explicare, tondent, pro tonduntur, possit per me.

Hirci vtiles ad vsum castrorum.

24. VSVM IN CASTRORVM.] Huius vtilitatis hircorum sparsa magna mentio in Auctoribus. Varro lib. 2. Rust. cap. 11. quem transtulit procul dubio Virgilius, ita ait: *ut fructum ouis & lana ad vestimentum, sic capra pilos ministras ad vsum nauticum, & ad bellica tormenta.* Ergo, *vsum in castrorum*, et it, in munimen castrorum, ne nocent tormenta bellica. Pergo ad alios. Idem cum Vate scribit Colum. lib. 7. cap. 6. Auctor Geop. lib. 18. ἡ δὲ αἰγοκομία πρὸς τοῖνυν, ἡ καὶ τὰ τύποις, πυρφόροις, καὶ εἰς ναυτικὰ τὰ περὶ οἰάκας, ἢ τὰ κοπάδια φαλίους, τε σπυρώμενα φυσικοὺς. *Pilos ipse necessarius ad funes, saccos, & his similia, & ad nautica ministeria: nam hæc neque facile incenduntur, neque putrescunt naturaliter.* Philo de Animalibus quæ idonea ad sacrificium. αἰγῶν δὲ αἱ τρίχες εἰσὶν ἐρεῖαι σωφρονούσαι τε, καὶ συμβαπτόμεναι φορητικὰ χαρίσασιν ὑδατοπόροις οἰκίαις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐν στρατείαις, ὡς ἐξ πόλεως ἐν ἑτέρᾳ διατρίβειν ἀναγκάζουσιν αἱ τρίχες τὰ πόλλα: *Ex caprorum pilis ac tergoribus contextis consuti que sunt pennæ viatoriæ, velamina que militibus, & aliis, quos necessitas aliqua cogit extra vrbes sub dio degere.* Allusit Silius,

Tum primum castris Phœnicum tendere vitu
Cinyphij didicere Macæ, squalentia barba
Ora virûm, humeroque legunt velamina capri
Setigeri.

Interpretes commode intelligunt Cilicia per hæc velamina; quia apud Cilices magnus fuit vsus muniminis confecti è pilis caprarum. Ideo Arist. dixit lib. 8. Hist. cap. 28. ἐν κιλικίᾳ αἱ αἶγες κείρονται, ὥσπερ τὰ πρόβατα πανταχοῦ: *Tondentur capræ in Cilicia, vt locis aliis oues.* Inde τήγονι, id est, hirci, dicti sunt κίλικες, id est, hispidi atque hirsuti, à Suida, & Hesychio. Male enim Erasmus legit τέγονι. Vide Iunium Cent. 2. Adag. 24. Si testimonia de Ciliciis conferam, longus sim: Tu vide Lazium lib. 8. Comment. cap. 16. Et Lilium de Nauigiis cap. 16. Porro ex testimoniis Philonis, & Silij possis explicare vsum Poetæ non solum contra tormenta bellica, sed etiam de vestibus militum.

25. MISERIS NAVTIS.] Ad verbum Arat. in Phœnom. μογεροῖσι ναύτῃσι.

Caprarum ratio pascendi.

26. PASCVNTVR SYLVAS.] De hac nota caprarum ita Varr. lib. 2. Rust. cap. 3. *Potius syluestribus salubius delectantur, quam pratis. Studiose enim de asperis bus fruticibus pascuntur, atque in locis inculti is Virgulta carpunt.* Colum. c. 6. lib. 7. *Id autem genus dumeta potius, quam campestrem situm desiderat, asperisque etiam locis, ac syluestribus optime pascitur. Nam nec rubos auersatur, nec vepribus offenditur, & arbusculis, fruticisque maxime gaudet.* Auctor Geop. lib. 18. αἱ αἶγες χαίρουσι τόποις ὀρεινοῖς: *Gaudent capræ locis montanis.* Alibi in eodem lib. κατακρήμνοις χαίρουσι χωρίοις: *Gaudent locis præruptis.* Ideo Virg. 1. Ecl. de capris dixit: *Dumosa pendens procul de rupe.* Attigit obiter Plutarch. πρὸς τὰ τὰ δηλογαιγίδιον ἐδάφη καὶ περιφερῆ, ἀποκαμὰ ἀσπερα, *vbi capræ pascuntur.* Et Oppian. 4. Hal. qui de captis, ὀρεσσιφόλοις βοσκόμενα ὄρεσσι: *montícolis pecuaibus.* Homer. Odyl. 9. tanquam proprio Epitheto ait, αἶγας ὀρεσσιβώτας: *Capras montibus.* Apud Eupolidem in fabula, quæ Æges inscribitur, vbi capræ de suo cibo gloriantur, ita aiũt: ζοσκόμεθα ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς. Artemid. lib. 2. cap. 12. de his loquens, ῥομβοῦσαι καὶ κρημνῶν τῶν πετρῶν: *pascuntur in præcipitiis rupium.*

27. LYCÆI.] Mons Arcadiæ, positus κατ' ἐξοχὴν.

28. AMANTES ARDVA.] Phrasis poetica, & iam attributa rebus rusticis. Sic Noster: —*amantes litora myrtus.* Et Calpurn. 5. Eclog. —*amantes lustra capellas.*

Caprarum animal prudens.

29. MEMORES REDEVNT IN TECTA.] Certum discrimen constituit, vigent enim capræ naturali instinctu, oues stultissimæ sunt. Auctor Geop. lib. 18. ait, πλέονα τῶν ἄλλων ἀλόγων ζώων ἀγχίνοια αἰσθησιν ἔχουσι: *Caprarum plus sensus habere, quam reliqua animalia.* Mox in argumentum adducit, solere illam oculos iuncis perpungere, cum obtusi sunt & hebetes ad videndum, vt ita sibi salutem det. Idem scribit Plin. lib. 8. cap. 50. & cum discrimine capræ, & capri. Verba eius: *Oculos suffusos capri iunci punctо sanguine exone-*

VVA. BHSC. BU 00239

rat, caper rubi. Instinctum prudentiámque huius animalis ita colligit Arist. lib. 9. Hist. cap. 3. *Caprarum ex grege, si quis vnam villo mento dependente, quem aruncum vocant, apprehenderit, cetera stant velut stupentes, suos in illam vnam oculos conicientes.* Sumsit hoc ab Aristotele Plinius lib. 8. cap. 50. Ad eandem caprarum prudentiam indicandam pertinet Historia Carani (alij Cranaum vocant) qui ad quærendas sedes iussu oraculi duces habuit capras: quas postea adeo ille religiose obseruauit, vt quocunque agmen moueret, ante signa semper capras haberet cœptorum duces. Historia hæc vbique est obuia, tu illam lege in Iustini lib. 7. Facit etiam mirifice ad harum prudentiam indicandam comparatio Calabri lib. 7. quam, quia longa, omitto. Summa est, hanc pecudem sibi prouidere in cauenda tempestate, fugereque illam ab incommodis, ac se recipere ad tuta loca. Homerus quoque 2. Iliad. Græcorum agmina, ductoréque ipsos variis locis distinctos, suumque ordinem tenentes singulos, cum capris comparat, quas facile distinguunt caprarij. Plato etiam 1. Leg. ait, αἶγες χωρὶς νεμομένας αἱ πολλαὶ capras solitas pasci absque pastore. Iid. ait c. 1. lib. 12. capras ex ingenio rupibus & præcipitiis pasci, vt tanquam ex specula videant, si quid damni incúbat; quo viso dent se præcipites, ac se suis cornibus illæsæ suscipiant. Vide Plinium lib. 8. c. 50. vbi historiam ex Mutiano narrat ad colligendam solertiam caprarum duatũ. Cæsarius Dial. 3. dicit, capras resilire ex aruis ac declinare, tantum caprario clangente. Vidit tota Philippi curia capram miri ingenij, exercentem choreas, & gyros in tabula, quæ digitos habebat non plures septem. Virgilius certè aliis argumentis omissis, tantum hoc vtitur. Illas domum redire nullo ductore. Longe ab istis oues. Colum. c. 3. lib. 7. de pecore ouino, *omnis rationis ignarum.* Arist. dicto loco oues cum capris comparat, & cum captis in instinctu det principem locum, de ouibus ita ait. τὰ, τε ὑπὸ τῶν ἀγρευομένων θηρίων, ὥσπερ λέγεται, ἄνηκεστα καὶ ἀνόητα· τὰ δὲ τῶν ἡμέρων πολὺ κάκιστα: Genus oule amens, & morbus vt dici solet stultissimis est, quippe quod omnium quadrupedum imbecillissimum sit. Subiungit stultitiæ huius argumenta multa, videlicet, reperire in deserta sine caussa, egredi sæpe ex stabulo vigente hyeme, cadente nive non sibi cauere, etiam si cõpellatur à pastore: perire, nec velle tunc abire, nisi mares præcedãt. Plin. li. 8. c. 49. *Quam stultissima animalium lanata.* Dio Chrysost. Orat. 32. Ouibus dat ἄνθρες, stoliditatem. De iisdem Liban. in Progym. πάντων γὰρ τὸ μὲν ἀνθρώπειον μάλιστα γένος *hoc plenum est stultitia.* Verum est tamen à Philone in lib. de Animalibus quæ idonea ad sacrum, dari instinctum illum redeundi in septa non solum capris, sed etiam ouibus, & bobus. Nam de hoc triplici animalium genere, ὅτι πάλιν εἰς σηκὸς ἀποστέλλονται.

Oues. stultissimũ animal.

30. FOENILIA.] Sunt hæc proprie loca in villa, quæ seruando fœno destinantur: sic palearia, quæ paleis seruandis.

31. BRVMA.] Brumam dici à Brumo, id est, Baccho, qui Bromius dicitur, vult Scal. in coniectan. Quia nimirum in id tempus inciderant Bacchi festa. Ouid. de alteris Liberalibus,

Acceptis Genius illa December habet.

[a] At verò Zephyris cum læta vocantibus æstas
In saltus vtrunque gregem, atque in pascua mittes:
[b] Luciferi primo cum sidere, frigida rura
Carpamus: dum manè nouum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ;
Ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Æstibus & mediis vmbrosam exquirere vallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum, cùm frigidus aera vesper
Temperat, & saltus reficit iam roscida Luna,
Littoraque halcyonem resonant, & acanthida dumi.

ARGVMENTVM.

Verno tempore producendæ ad pastum. Discriminat quid quaque diei parte gerendum.

EXPLICATIO.

[a] CONTINET hic tractus disciplinam educẽdi oues, & capras ad pastionem. Præcipit ergo aduentante vere (cuius est nota flatus Zephyrorum) mittendum vtrumque gegem è stabulis, capras quidem ad saltus, oues ad pascua.

[b] Discriminat distinctissime quid vnaquaque C diei parte gerendum, diuidens illum in partes quatuor. Præcipit enim quid gerendum tempore matutino, quid quarta hora post ortũ Solis, quid medio calente die, quid flectente se die ad vesperam & noctem. Ergo matutino tempore educendus vterq; grex ouium & caprarum ad pastum, propter rorẽ, qui tũc nouus, & gratus pecori in herba tenera. Quarta hora post ortum Solis, incipientib. iam sonorem suum cicadis, ducẽdus ad potum, quem illi ministrabis in canalibus prope puteos, aut prope stagna. Die medio incalente quærendæ ad quietem valles vmbrosæ, querceta, nemora. Flectente se die ad occasum iterũ grex potũ & pastu delectandus, nã tum sapidissimus est cibus propter algorem vesperi, & rorem noctis.

UVA. BHSC. BU 00239

Sicut vero tempus secundum ab clamore cicadarũ, ita extremum ab cantu halcyonum, & acanthidum indicat vates sibi in omnibus consonus.

Notæ.

Oues & capræ quando pascendæ.

1. ATVERO,&c.] Primam hanc partem prodidit ante Vatem Varro lib.2.cap.2. *Vt æstate, quod tum prima luce exeunt pastum,propter quod tum herba roscida meridianam,qua est aridior, iucunditate præstat.* Auctor Geop. lib. 18. δεῖ δὲ πάνυ νομίζω ἐξακτέον, θέρους μὲν περὶ ἥλιον ἀνατολῶν ἐπὶ τῆς δρόσου θαλεθώσης: *Educendus grex ad pascua, æstate quidem ante Solis exortum, rore nõdum dissoluto.* Græca,vt apparet, corrupta sunt. Colum.c.3.lib.7. *De temporibus autem pascendi, & aquam ducendi per æstatem,non aliter sentio, quam vt prodidit Maro.* Mox versus subiicit, in quibus versor. Pallad.lib.12. tit.13. *Æstiuis mensibus pascantur sub lucis initio , cum graminis teneri suauitatem voris mistura commendat.* Calp.5. Ecl.& præcepto , & præceptori suo hærens,ita ait:

—*tum campos ouibus,dumeta capellis Orto*
Sole dabis.

Hæsit(inquam)præceptori,nam vt hic *saltus* pro capellis, *pascua* pro ouibus:ita Calp. discriminans dedit *campos ouibus,dumeta capellis.*

2. INPASCVA MITTES.] Hoc æmulans Calp. 5. Ecl.

Sed non ante greges in pascua mittito clausos.

Idem alio flexu. *Iam syluis committe greges.* Græci ἄγειν & συνάγειν ἐπὶ νομὰς:*ducere,conducere ad pastum.* Porro verbo ἄγειν opponit Nazianzenus Orat.7. verbum ἀναγκαλεῖσθαι ἀπὸ νομῶν:*reuocare à pastu.*

3. LVCIFERI.] Puer sic capiat. Carpamus ad pastum rura frigida cum primo sidere Luciferi , id est, frigida ab iplo primo sidere Lucifero , stillante rorem.Proiectior iuuenis obseruet,vti Vatem æmuletur Nemesian.1.Ecl.

—*viridique gregem permittere campo,*
Et vos, ô primi suadet clementia Solis.

Qui primum Solem, dixit:sicuti ille , primum sidus Luciferi. Poeta alius:

Ad primum roris stillantis sideris ortum
Ducitat Atys niueas per deuia rura capellas.

Mane vnde dictum.

4. MANE NOVVM.] Illustrant hanc voculam verba hæc Festi:*Manare Solem solitos esse antiquos dicere ait, cum Solis orientis radij splendorem iacere cœpissent. Atque ideo primum dies tempus mane dictum.* Lege reliqua. Verbum *aut* refer ad Verrium ex Festi more. Macrob.1.Satur.ait, Apollinem dici Phaneta ἀπὸ τῆς φάνσεως.&Phanæon,quasi φαίνεται νέος,quod quotidie esse renouet Sol. Vnde(inquit) Virgilius dixit mane nouum.

5. ET ROS,&c.] Hunc versum satis illustraui 8. Eclog.

6. TENERA HERBA.] Item Hom. Odyss. 9. τέρεν ἄνθος πόας:*flores herbarum teneri.* Porro ista herbarum teneritudo ab ea est, quæ est in rore. Arist.enim lib. de mundo c.4.τοῖς σώμασιν λεπτὸν dicit:*tenuem,concretionem.* Plutarch. in Quæstion. Natural. δρόσος δὲ ἀσθενής ἐστι, καὶ δεῖται ὑγροῦ: *est ros imbecillis,& languida pluuia.*

7. INDE VBI QVARTA, &c.] Pari præcepto Pallad. *Quarta hora calescente potus puri fluminis,aut putei præbeatur , aut fontis.* Ceterum vt hic Poeta ex cantu cicadorum colligit horam potus , ita Calpur. 5.Eclog.

At simul argutæ nemus increpuere cicadæ,
Ad fontem compelle greges:nec protinus herbas,
Vel campos permitte sequi.

A Cum modo loquendi affinis ille Opp. 3. Hal.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πέμπτη μοῖρ᾽ ἐδῇ πόλον ἠελίοιο:
Verum vbi quinta Auroræ cœlum viderit.

Pari genio Hom. Il.1.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ῥ᾽ ἓκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ᾽ ἠὼς:
Sed cum ex eo duodecima facta est Aurora.

8. SITIM COLLEGERIT.] Venuste hoc,nec minus venuste Horat.od.12. lib.4. *Adduxere sitim tempora.* Ab Nostro Seduliũs lib.3.

—*flagrante sitim collegerat æstu.*

Et Ouid.6.Met.

Sidereo siccata sitim collegit ab æstu.

Sic lego,vel ex imitatione,quam expressit; non *concepit*,vt in nonnullis. Ab hac forma nõ abit illa Valer.7.Arg. *colligu iras.* Nec illa Claud.de 4.Cõs. Hon.

B —*Notus collegerat imbres.*

9. ET CANTV QVERVLÆ,&c.] Dicã tria in hac Nota ad illustrandum integrum versum. Primum vnde sumta imitatio:deinde,quid illud, *rupent arbusta*:tertio de sono,& cantu cicadarum.Imitatio sumta ex Hesiod.vti apparet,nam in Scuto, ita ait:

ἦμος δ᾽ ὀπωρινὸς κυανόπτερος ἀκτὶς ἔπιπτε
ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρεϊ λιγὺ φθέγγεται ἀείδων ἄρχεται.
Quando autem in viridi nigricans alis sonora cicada
Ramo insidens,æstatem hominibus canere Incipit.

Dicuntur arbusta rumpi trãslatiue , sicuti olim Poe- Rumpi.
tæ dicebantur columnas rumpere,ad quas suos versus recitabant. Ita explicat Alciat.cap.27. lib.4. Pa-
C rerg. Pergo ad tertium , in quo tres notas præcipue reperio. Video enim dari cicadis vocem sumta metaphora ab hominibus:deinde cantum : tertio , non Cicadum vox.
vtcunque cantum,sed suauem harmoniam,concentúmque lyricum,& argutum. Vocem dat Homer. 3. Il. ὄπα ἱεῖσι:*vocem emittunt.* Athen. nam de illa lib.6. λακέειν:*loqui.* Et Anacr. αἰόλλειν. Et Hesiod. in Scut. χέουσι Cantus.
αὐδὴν:*fundit vocem.* Nazianz.orat.34. κατεφωνῆσαι τὰ ἄλση:*implent nemora vocibus.* Cæsarius dialog. 3. *cicada vocem exilem veluti per fistulam edit.* Alterum Anacreon,ἀείδει as canis. Arist.5.Hist.Anim. c.30. ᾄδοντες. & lib.4.cap.9 ᾄδειν. vbi hac nota illas distinguit ab aliis insectis , nam cum aliæ bombos dent , cicada clare canit. Plato etiam in Phædro , τέττιγες ᾄδοντες. Hesiod.in Scut.& alij ἠχέτα sonans. Theocrit. εἰδ. 16. Modulata
D ἀχεῖ:*sonat*:Virg.2.Eclog.*resonant*. Sidon.Epist.2. lib.12. *insonare.* De tertio Aristænetus lib.1. Epist.3. λιγυρὸν ᾠσηχεῖν:*resonabat argutule.* Et Anacreontem λιγυρὸν οἰμῶν.Calpurn.5.Eclog.*argutæ cicadæ.*.Dicũtur à Nazianz. Orat.34. μουσοῤῥωῦντες , à musica. & Aristæn. μουσικῷ χορῷ.Es Apul.1.Flor.*cicadæ obstrepero.* Orus dat illis *dulce carmen.* Artemid.lib.3. cap.49. ait cicadis significari viros μουσικὰς. Sed ad istum concentum pertinent plurima eiusdem Nazianz. qui cicadæ dat πᾶν ὅσα σώμασι μελῳδὰ ἢ λυρᾳ sub pectore. dat non solum ἄσματα,sed τερετίσματα,*mollitiem in cantilena.* Hom.3. Iliad. ὄπα λεπτὴν αὐτῶν:*vocem teneram.* Lege reliqua.Sed roges,qui fiat iste vel cantus,vel sonitus,vel,vt mauis nominare? Audi Plin.c.51.lib.11. *Alia cum tra-*
E *ctu stridorem* (edere) *vt cicadas. Recepto enim , vt duobus sub pectore cauis spiritu , mobili occurrante membrana intus , attritu eius sonare viscera,sat notum est.* Basil Homil.8. Hex. ita docet fieri cantum cicadæ. τῇ ὀλκῇ τοῦ ἀέρος,ὡς ἐν τῇ διαχοῇ μοίωσι τοῦ θώρακος ἐκλιδιρώσης τὸν φθόγγον:*Elicitur sonus tractatione aeris, quæ fit, cum pectus expanditur.*

10. ÆSTIBVS AT MEDIIS.] Hoc præceptum non omissum ab Scriptoribus rusticis,Varrone Auctore Geoponicon,Palladio.Primus lib.2.c.2. *Circiter meridianos æstus,dum deferuescant , sub vmbriferas rupes , & arbores patulas subiiciunt , quo ad refrigerato aere vespertino rursus pascant ad Solis occasum.* Alter lib.18.

ὅταν

UVA. BHSC. BU 00239

ὅταν ὁ ἥλιος ὀξύτατος ᾖ, ἢ ὅταν σκιὰ ἀκρὸς ᾖ: *Ad vmbram ducantur cum Sol est acutissimus.* Tertius: *medios Solis calores vallis, aut arbor vmbrosa declinet.* Sed & Calpur. 5. Ecl.

—sine protegat illos
Interea veteres quæ porrigit aesculus vmbras.

Ad hoc præceptum allusit alter Plin. 2. Epist. vbi loquens de villa sua: *Fluc è pascuis pecora conueniunt, si quando aquam vmbramve sectantur.* Et Horat. 3. Carm.

Iam pastor vmbras cum grege languidus
Riuumque fessus quærit.

Tempus istud signat Persius Sat. 5.

—patula pecus omne sub vmbra est.

Et Nemel. 4. Ecl.

Iam pecudes subiere nemus: non vlla canoro
Gutture cantat auis.

Et ante omnes Plato in Phædro, cum ait. ὥσπερ πεφοβῆσθαι μοναξεδόντα ἀεὶ πῶς κελεύει δι' ὑπνου: *tanquā pecudes sub vmbra secus fontem meridiano somno teneri.*

11. Iovis.] Ideo Latinis iuglans dicitur, quasi Iouis glans. Et Hermip. apud Athen. lib. 1. διὸς βαλάνους, dixit.

12. Antiquo robore.] Numerat Arist. quercus inter arbores viuaces.

Nemora sacra. 13. Sacra vmbra.] Allusum ad religionem veterum, quibus nemora omnia sacra, & religiosa erant. Eustath. πάντα τὰ ἱερᾷ ἄλσα λέγουσι. Inde in Hom. ἄλσος ἱερὸν. & βῶσαι ἱερὰ. Plin. lib. 12. c. 1. *Nec maris auro fulgentia, atque ebore simulacra, quam lucos, & in his silentia ipsa adorantes.*

14. Nemvs accvbet vmbra.] Vide flexum mirum orationis. Supra dixit, *Saxea vmbra procumbet in nemore*, hic inuersum *nemus vmbra accumbet.* Pari modo auspicans poesin dicat. Littora resonāt halcyonem, dumi acanthida, syluæ Amaryllida: & cōtra, halcyon resonat littus, acanthis dumos, Amaryllis syluas. Ita, Ver vocat Zephyros, Zephyri vocant ver. Carbasus vocat Austros, Austri carbasa. Ista omnia è vestigiis Maronianis.

15. Tvm tenves dare rvrsvs aqvas.] De hoc præcepto ita Varro: *Ab occasu, paruo interuallo interposito ad hibendum appellunt: & rursum pascunt, quoad contenebrauit. Iterum enim tum sucidulas in herba redimegrauit.* Colum. *Rursus deinde iam mitigato vapore compellantur ad aquam, &c.* Pallad. *Deinde, vbi flexo iam die ardor infringitur, & solum primo imbre vespertini roris humefecit, gregem reuocamus ad pascua.* Calpurn. 5. Ecl.

Verum vbi decliui iam nona tepescere Sole
Incipiet, seraque videbitur hora merenda,
Rursus pasce greges, & opacos defere lucos.

Arist. etiam si de re alia lib. 3. Hist. c. 17. ἐξελαυνόντο ὀλίγα τὰ σκέλαστα τῆς ἡμέρας: *Sero diei agūt oues ad pascua.* Loquitur de pastoribus agri Leontini in Sicilia.

16. Saltvs reficit iam roscida Lvna.] Proprie, & signate vsus est verbo *reficit*, cum respectu ad rorem matutinum. Nam matutino herbæ aluntur, vespertino iterum cadente reficiuntur. Sed quare Luna roscida? Id liquidum ex Plutarch. in Quæst. Natural. lib. vbi ait, rorem esse nihil aliud, quam pluuiam imbecillem, & languidam, quam Luna terra trahit: Sed, cum calor eius parum sit validus, in altum nequit euehere. & ideo statim demittit. Citatque versiculum istum Alemanis,

διὸς θυγάτηρ ἕρσα τέκεν, ἠδὲ σελήνη: *Ros Iouis proles alit, atque Lunæ diue.*

Ibi enim ἕρσα, idem est, quod δρόσος. Itaque male Seru. intelligit noctem per Lunam. Neque enim nox ex se roriflua est, sed caussa Lunæ. & Plutarch. ibidem ait, in pleniluniis copiam esse roris. Sed Seruij errorem viderunt iam & hic German. & Victor. lib. 14. c. 17. certè Lucret cum lib. 6. dixit: *Hinc roriferis terram nox obruit vmbris*, & si qui alij sic locuti, capiendi ex Luna sunt. Vt nox dicatur roriflua, non ex se, sed ex Luna.

17. Halcyonem.] Quære Indicem.

18. Resonant.] Ita Hom. de prato, vbi est auium copia, σμαραγεῖ δὲ τὰ πελειῶν: *resonat auū prātum*, 2. Il.

Acanthidis Etymon. 19. Acanthida dvmi.] Poetæ ingenium vidit Vrsinus. Dicta est hæc auicula, ἀπὸ τῆς ἀκανθῆς, vbi frequenter agit. Ideo cum acanthide iunxit ἀκανθας dumos, *spinas*. Tale illud, *Ego hanc in Daphnide laurū.* Et, *Plemmyriū vndosum.* Et, *claro demissi Olympo.* Adducitque verba ista Theonis Interpretis Theocritij ἀκανθὶς ἢ ὄρνεον ὅσι ποικίλον, ᾧ λεγομένῳ, καλεῖται ἢ πτικλὶς διὰ τὸ γρομᾶ. λεγόντων ἢ ἀλέξανδρος ἢ φασὶ διαφθείρειν ὅτι ἀκανθῶν: *Acanthis auis est versicolor, & argutula. Vocatúrque à colore poecilis. Aiunt Arist. & Alexander illam agere in dumis.* Plinius quoque cap. 74. lib. 10. *Acanthis in spinis viuit.* Putant nostri hāc esse, quæ vulgo, Silgnero: Latini Carduelem nominant. Probus, *quæ Græce acanthis dicta est, Latine carduelis à cardno.* Plautus sæpe vsus hac faceria in vocibus Latinis. In Bacchid. *Non omnis atas, Lyde, Iudo conuenit.* In Mostellar. *ò Venus venusta.* In Pœnul. *venustissima Venere.* Et in Græcis vocibus: in Mil. enim Glor. *Athenis Atticis.* Bacchid. *Est opus Chrysō Chrysale.* Vt vero Græcis, ἀπὸ τῆς ἀκάνθης, ita Latinis *carduelis*, quod Spinis & carduis pascatur, ait Isid. cap. 7. li. 12. Errant qui in Virgilio legunt *resonant acalanthide dumi*, quod notat Brodæus lib. 7. Miscel. cap. 1. Nam Calpur.

Astyle credibile est, si vincat acanthida cornix.

Et Theocrit. Idyll. 7.

ἀείδων κορυδοῖς, ἢ ἀκανθυλίσι. In Græco etiam Epigrammate lib. 7. ᾧ λιγυρὸν βομβεῦσαν ἀκανθυλίς: *Et stridulum resonant acanthides.*

Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem noctémque, & totum ex ordine mensem
Pascitur, ítque pecus longa in deserta, sine vllis
Hospitiis: tantum campi iacet. Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectúmque laremque,
Armaque, Amyclæumque canem, Cressámque pharetram.
Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti
Ante exspectatum positis stat in agmine castris.

VVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Subiicit disciplinam pastorum Africæ.

EXPLICATIO.

OCCASIONE superioris sermonis de cõtinendo grege in stabulis per hyemem caussa frigoris, educendo ad pastum per æstatem caussa vernãtis temporis: hac (inquam) occasione excurrit satis poctice in morem Afrorum, apud quos nunquam fere pecus est in stabulis, vigente ibi calore; & in morem Septemtrionalium, apud quos semper est in stabulis, vigente ibi frigore. Sed de Septemtrionalib. mox loquetur, nunc de Afris. Quia vero omnia pendent ex peculiaribus Notis, visa sunt satis ad explicationem, quæ dixi. Pergo ad illas.

NOTÆ.

1. PASTORES LIBYÆ.] Etiamsi in genere Libyos nominet, Sermo tamen videtur specialius dirigendus ad Nomades, qui ita dicti ab errando. Iuuant Auctores, Plinius lib. 5. c. 4. *Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis.* Sic enim legendũ in Plinio, aut certe *papulationibus*, non, *papilionibus*. Pergo. Mela lib. 2. c. 1. de aliis, non de Africanis: *vagi, Nomades pecorum pabula sequuntur, atque vt illa pecori durant, ita dum statam sedem agunt.* Solin. cap. 3. *Nomades pabula sequuntur.* Et cap. 39. *Huius* (Numidiæ) *incolæ quam diu errarunt pabulationibus vagabundis, Nomades dicti sunt.* Salluſt. in Iugurth. de Medis, Perſis, Armeniis, & Getulis Africæ populis, ita: *Quia sæpe tentantes agros, alia, dein de alia loca petierant, semetipsi Numidas appellauere.* Sic ferme alij. Nomades.

2. RARIS HABITATA MAPALIA TECTIS.] Ideo *rara tecta*, quia mapalia ista Afrorũ per agros sparsa, neque in vnum oppidum coalita. Ceterum vox ipsa signatissima est, nam sparsa ista, & rara Afrorum domicilia proprie *mapalia* indigetantur. Salluſt. ita describit: *Ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinæ sunt.* Sidon. Paneg. ad Maiorian. loquês de re Africana, Mapalia.

Pinges Cymphij captiua Mapalia Bocchi.

Feſt. *Mapalia casæ Phœnicæ appellantur.* Inter Mapalia, & Magalia ita discriminat Charisius: *Magalia καλύβαι ἀγρῶν, mapalia καλύβαι ἀγρῶν.* Id est, *Magalia tuguria Afrorum, mapalia tuguria agrorum.* Diu doctis quęsitum, quid sit illud Iouis apud Senecam in ἀποκολοκυντώσει: *Ego, inquit, P. C. interrogare vobis permiseram, vox mera mapalia fecistis, volo seruetis disciplinam curiæ.* Videndi Rhenanus, Scaliger, Turnebus, Lipsius, Iunius. Ego, relictis aliis, postremo hæreo. Omitto, quia non ista res Virgilij.

3. SÆPE DIEM NOCTEMQVE.] Græci coniungunt νυχθήμερον.

4. SINE VLLIS HOSPITIIS.] Ad hunc excursum pertinent multa Thucydidis lib. 1. vbi late de mortalium vno in loco irrequiete. De Saracenis ita Ammianus lib. 14. *Errant semper per spatia longe latéque distenta, sine lare, sine sedibus fixis, aut legibus: neque idem perferunt diutius cœlum, aut tractum vnius soli illis vnquam placet: vita est illis semper in fuga.* De his, & simillimis Synesius Epist. 102. ἄπολις, ἀνέστιος: *sine vrbe, sine lare.* Silius de simili vita lib. 1.

It liber campis pastor, cui fine sine villo
In vetitum saltus penetrat pecus.

5. TANTVM CAMPI IACET.] Monet Germ. hic *tantum* habere vim intentionis, & admirationis.

6. OMNIA SECVM, &c.] Hanc partem Silius expressit lib. 2. Pun. lineas suas ducens (ait Scal.) ex momentis Virgilianis, & reddens veluti paraphrasin Virgilij. Adducam integrum locum, iam libatũ.

It liber campis pastor, cui fine sine villo
In vetitum saltus penetrat pecus: omnia Pœnum
Armenti vigilem patrio de more sequuntur,
Gæsaque latratórque Cydon, tectúmque sociue
In Silicis venis, & fistula nota iuuencis.

Sed Virg. proculdubio Varronem expressit, qui 2. Ruſt. ita: *contra illa, in saltibus quæ pascuntur, & a tectis absunt longe, portant secum crates aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, ceteráque vtensilia.*

7. TECTVMQVE, LAREMQVE.] Ad hanc rem signata hęc verba Plinij lib. 5. c. 4. loquentis de Nomadibus, Africæ: *Mapalia sua, hoc est, domus plaustris circumferentes.* Et versus Silij de Getulis lib. 3.

Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arua
Mos, atque errantes circumuectare penates.

Atque Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Triſt.

Ruris opes parua, pecus, & stridentia plaustra.

Et ista Melæ de Sauromatis cap. 1. lib. 2. *pro sedibus plaustra habent.* Et multa Ammiani, qui multis passim hunc vagandi morem præbet. Scythis lib. 22. *Eis caritates, & habitacula, vilésque supellectiles plaustris imposita sunt corticibus tectis: & cum placuerit, sine obstaculo migrant, eadem carpenta, quo libuerit, conuoluentes.* Scythas quoque νομάδας appellant Libanius in Progym. & Herodotus lib. 1. Idem lib. 4. eosdem vocat σκηνίτας, quod secum ferant domos. Redeo ad Ammianum. Hun. lib. 31. *Semper fugientium similes cum carpentis, in quibus habitant.* Aliis alibi. Val. 6. Argon. hunc morem dat Coelaleis. Arabibus hunc fuisse morem satis indicat Philo lib. 1. de vita Mosis, cum ait, κτίνοφορῶν ἀγέλας, ἢ νόμιον τὰ πρόβατα, ὃν ἄνδρες μόνοι, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, νήπιοι, καὶ παρθένοι παρ' αὐτοῖς: *Arabes excerent pecuariam, pascuntque greges promiscue viri, mulieres, iuuenes, virgines.* Huius modi domicilia, quia in omnem partem versatilia, vocat ἀμφορῆας Herodotus lib. 4.

8. ARMA.] Ideo hæc gestantur, vt eatur obuiam incursionibus prædonum, qui populabundi discurrunt per Africam. Versum Virgilij imitatur Ouid. 8. Met.

Armaque, equóque, habitúque, eydoniáque pharetra.

Pari ferme modulo Sil. lib. 2.

Gesaque, latratórque Cydon, tectúmque focique.

9. AMYCLÆVMQVE CANEM.] De Spartanis canibus, aut Laconibus, qui celeberrimi, postea. Est *Amycla* vrbs Laconiæ.

10. CRESSAMQVE PHARETRAM.] κατ' ἐξοχήν.

11. NON SECVS AC PATRIIS.] Inter vitam pastorum, pecuariorum in primis, & militum quędam est cognatio, & affinitas. Inde præclare Virg. pecuarios comparat cum Romanis militibus. Potuit hoc ex Arist. desumere 6. Polit. qui νομεῖς pastores, & eos præsertim, qui ζῶσιν ἀπὸ βοοκηλάτων, viuunt e pecoribus, ait multa habere similia νεῖς πολεμικαῖς πράξεσι, *cum bellicis muneribus.* Cuius rei reddit rationem hanc, nam pecuarij sunt γεγυμνασμένοι τὰς ἕξεις, καὶ χρήσιμοι τὰ σώματα, καὶ δυνάμενοι συγκυλίειν: *habitibus exercitati, corporibus idonei, vimque habent degendi noctu sub dio.* Postremum hoc Poeta supra attigit: Pastoribus est affinitas cũ militibus.

Sæpe diem noctémque, & totum ex ordine mensem
Pascitur, itque pecus longa in deserta, sine vllis
Hospitiis.

Locum istum Arist. cum Virgiliano alij iam contulerunt.

12. INIVSTO SVB FASCE.] Morem Romanum, quem attingit Maro, aperit Veget. c. 19. lib. 1. *Pondus quoque* Milites clauaria sibi portabant.

VVA. BHSC. BU 00239

quoque baiulare vsque ad 60. libras, & iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter, & arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile, si vsus accesserit: nihil enim est, quod non assidua meditatio facillimũ reddat. Quam rem antiquos milites factitauisse, Virgilio ipso teste cognoscitur, qui ait: Non secus, &c. Cic. verba 2. Tuscul. apta sunt huic loco illustrando: *Nostri exercitus vnde nomen habeant, vides. Deinde, qui labor, quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria, ferre si quid ad vsum velint, ferre vallum. Nam scutum, gladium, galeam inonere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus: arma, etiam membra milites esse dicunt.* Ammian. lib. 17. *Quam* (annonã) *in expeditionem pergens vehebat ceruicibus miles.* Liuius lib. 44. *Prætore dimisso, consul menstruum iusso milite secum ferre, astra mouit.* Ista paucis illustrando Virgilio, qui multa volet ex Auctoribus congesta legat Lazium in Commẽt. Reip. Lipsium in Polyb. Hic ego duo tantum subiiciam, primũ hinc fortasse illustrari Horatium, cum od. 8. lib. 1. dixit: —*neque iam liuida gestat armis Brachia.* vt notet Sybarim, quod se non iam huic armorum gestationi assuefaceret. Alterum, ab hoc more ortam formam illam Latini sermonis, *sub sarcinis adoriri, & pugnare sub sarcinis:* Quin expeditum militem vocabant, non tantum ad discrimen illius, cui esset grauis armatura: sed etiam, cui non essent sarcinæ. Addam etiam, hunc morem aliquando, etiamsi raro, seruatum à Græcis militibus in antiquissima illorum militia. Nam antiquissimus Scriptor Thucydides ita lib. 7. καὶ οἱ ὁπλῖται, καὶ οἱ ἱππεῖς παρὰ τὸ εἰωθὸς αὐτοί τε καὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία (ἔφερον) ὑπὸ τῶν ὅπλων, οἱ μὲν ἀπορίᾳ ἀκολούθων, οἱ δ' ἀπιστίᾳ: *Pedites, atque equites præter consuetudinem sua ipsorum cibaria sub armis ferebant, alij inopia comitum, alij diffidentia.* Satis indicat, hunc morem rarum admodum illis fuisse, cum dicat, *præter consuetudinem.* Vt hic *iniusto fasce*, ita Cicer. in Oratore ad Brutum: *iniustum onus.* & Virgil. ipse: *iniquo pondere.*

Sub sarcinis pugnare, quid.

13. ANTE EXSPECTATVM.] Ouid. 8. Met.

Ante exspectatum portus tenuore petitos.

Vterque indicat aduentum subitum.

[a] At non, qua Scythiæ gentes, Mœoticáque vnda:
Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas:
Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
[b] Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
[c] Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè septémque assurgit in vlnas.
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
Tum Sol pallentes haud vnquam discutit vmbras,
Nec cùm inuectus equis altum petit æthera, nec cùm
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum:
[d] Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.
Vndaque iam tergo ferratos sustinet orbes,
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.
Æraque dissiliunt vulgo, vestésque rigescunt
Indutæ: cædúntque securibus humida vina:
Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ:
Stiriaque impexis induruit horrida barbis.
[e] Interea toto non secius aëre ningit.
Intereunt pecudes: stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum: confertóque agmine cerui
Torpent mole noua, & summis vix cornibus exstant.
Hos non immissis canibus, non cassibus vllis,
Puniceæve agitant pauidos Formidine pennæ:
[f] Sed frustrà oppositum trudentes pectore montem,
Comminus obtruncat ferro, grauitérque rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
[g] Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra, congestaque robora, totásque
Aduoluere focis vlmos, igníque dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.
[h] Talis Hyperboreo septem subiecta trioni
Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro:
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.

UVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Transit ad pastiones Septemtrionis. Et inde arrepta occasione late de immanitate frigoris illius orbis.

EXPLICATIO.

a TRANSIT ab Africa ad Septemtrionem hoc exorsu. At non ea est pascēdi ratio apud gentes Scytharum, & iuxta paludem Mæotidem: nō eo loci, vbi Ister influit in Euxinum (signat partem Daciæ, & Inferioris Mysiæ, & affinia alia, quæ in Descriptionibus tibi patebunt) non in ea parte Thraciæ, vbi mons Rhodope sub ipsum pene Septētrionem potrigitur.

b In his igitur locis, ait toto anno clausa arméta in stabulis continēri. Quæ sequuntur pro ratione sunt. Quasi dicat. Cur clausa? quia tellus immitis, & rigida: nam in terra nullæ herbæ, in arboribus nullæ frondes.

c Hæc superioris sententiæ est ratio. Cur nō herbæ, non frōdes? quia tellus tota niue, & gelu oppleta vsque ad septem vlnas: quia ibi semper hyems, semper cauri flantes rigidissime. Neque vero (quod mirere) auxilium aliquod est ab Sole, aut cū oritur, aut cum occidit: non enim is potest vincere nebulas aeris, vbi continuus in aēre pallor, vmbræ, tenebræ.

d Subiicit sex alias notas inclementiæ telluris huius, mire amplificans. Flumina ita astringuntur gelu, vt per ea transmittere currus, & rotæ possint: æs præ nimio frigore dissilit, crepat, rumpitur, à se auellitur: vestes mortalium eo rigore penetrantur, vt vix flecti queant, vix seruire vsui humano: vina calidæ naturæ ita rigescunt, vt securibus frangi debeant: lacunæ, parte etiam infera, non tantum supera, solido gelu obstupescunt: mortalium barba stiriis horret, quouis humore statim se congelantes.

e Non satis summo Vati superiora ad amplificādum. Ecce malum aliud ingens è cœlo. Ningit ita copiosè, vt moriantur pecudes, cum nequeant vincere molem, & copiam niuium. Qui dices? Nam boues, etiamsi magnis corporibus, vallantur niue, neque se possunt commouere: cerui, qui alioquin velocissimi, torpent niuium mole, & vix exstant cornibus. Inde nullus labor in his capiendis: non enim est opus canibus, qui cursum contineant; non retibus, quæ fugam impediant; non rubra Formidine, quæ eos ad locum certum contrahat: supplet enim nix vicem canum, retium, Formidinis.

f Quæ est ergo ratio capiendi cernos? facilis quidem. Accedunt venatores proxime, & ceruos impeditos obtruncant ferro, ac reportāt domum: ceruos (inquam) qui frustra conantur trudere pectoribus obstantem montem niuium, quique grauiter & gemebundæ rudunt, cum cæduntur.

g Quid vero mortales? Agunt magnā anni partem in specubus, curant corpora luculentis ignibus, neque enim sarmenta concremant, sed integra robora, vlmos integras: ibi in ludo ducunt nocte perpetuam, nunquam illis die illucente: ibi se inuitant vino confecto ex fermento, & sorbis acidis, quod imitatur viteum.

h Res tota epiphonemate obsolnitur. Talis est (inquit) gens illa sæua, & efferata Septemtrionalis, quæ tunditur Euris flantibus è Riphæis Scythiæ montibus: quæ induitur vestibus confectis è setis ferarum, quo nequeant penetrari à frigore. Periphrastice circumscribit rhenones rusticorum.

NOTÆ.

1. SCYTHIÆ GENTES.] Quot olim gentes habuerint nomen Scytharū, fusè & docte Abrah. Ortel. in Indice Geograph. quem lege.

2. MÆOTICAQVE VNDA.] Est hæc pars illa maris, quæ hodie Scythis Temerinda dicitur, quæque inde Cimmetio Bosphoro, inde Tanai flumine continetur.

3. ISTER.] De hoc dictum mihi, 2. Georg.

4. QVAQVE REDIT MEDIVM RHODOPE PORRECTA SVB AXEM.] Quis hic flexus, quo Rhodope redit, & porrigitur sub axem Septemtrionalem? Nulla hic lux Interpretum. Sane mons iste eo est situ, vt veluti aualsus ab Hæmo videatur, redeatque sub Septemtrionem, quod Ouid. in Epistol. ita videtur explicuisse. Rhodope pars Asiæ.

Qua patet vmbrosam Rhodope placialis ad Hæmum.

Patet (inquam) ea parte, qua aualsus ab Hæmo. Idem 6. Met. rem *angulis* nomine explicat:

Threiciam Rhodopen habet angulus vnus & Hæmus.

Itaque possumus existimare eundem esse montem, tantum diuersa nomina ex aliis, atque aliis gētibus. Quod in Caucaso, & aliis sæpe contingit. Qui viderit Descriptiones non vulgares, sed doctas, aperte ex situ tam Hæmi, quam Rhodopes, colliget, quæ ista reditio, & flexus in Septemtrionem. Itaque res ista oculorum potius, quam calami est.

5. NEQVE VLLÆ, &c.] Sequentes versus ab hoc loco sibi imitandos Oppian. accepit lib. 1. Hal. non ex meo solum, sed multorum iudicio. Ait Græcus:

ὡς δ' ὑπὸ Θρῄκιον σκιδνᾶτ' νιφάδεσσιν ἀλωὴν
ἐσπερίη ζοφόεσσα θοὸν μένος, ἠδὲ πεδίοιο
κυανίης ἰδέειν ὀλοοὸν πέλεται, λιπὸν ἄσπετα χάσματα
ἀρχομένη χείμεσσιν ὑπαὶ νύφεσσι κεκρυμμένα:

Vt autem quando spatiosum obtexerit niuibus campum
Occidui Zephyri velox robur, nihilque terræ
Nigra conspectui apparet, verum tota
Candida niuibus densis cooperta est.

Censet Scaliger, ista carmina esse nitida & nobilia, nisi exstarent Maronis, qui Græcum obruit suis niuibus. Ita est. Partem illam de nullis herbis, nullis frondibus, nitide æmulatur Horat. od. 22. lib. 1. Oppianum obruit Virgilius.

Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æstiua recreatur aura,
Quod latus mundi nebula, malusque
Iuppiter vrget.

6. INFORMIS.] Ita Horat. od. 10. lib. 2. *informes hyemes* dixit.

7. SEPTEM.] Desinet mirari, qui legerit Olaum Magnum. Ait enim niues in illis locis ita obdurascere, atque in tantam altitudinem, vt passim in viis visantur hospitia supra ipsas niues ædificata, ac si esset tellus solida. Adiicit, in medio mari hospitia quoque erigi per frigidissimos anni menses, trabésque ædificij in ipso gelu infodi ad sustinendam machinam. Ab Arnobio lib. 4 Septemtrio dicitur, *cardo frigoris*. Ouid. 3. Trist. Ele. 10. ait, niuem niue obrui; & superuenire alteram nondum priore liquefacta. Et El. 4. lib. 1. Pont. Septentrionis frigora.

Fert vbi perpetuas obruta terra niues.

De mare Scythico congelato lege caput 8. Bartholomæi Barrienti in sylua Annotationum. Nam sunt qui negent, aquam marinam contrahi præ gelu posse: tantum eam, quæ è fluuiis confluit in mare Scythicum.

8. VLNAS.] Ait Had. Iunius vlnam proprie esse, interuallum illud à flexu brachij ad digiti medij supre-

VVA. BHSC. BU 00239

supremam vsque partem: ac Ciceroni cubitum dici, Columellæ sesquipedem. huiusque vocis originem esse Græcam ὠλένην.

9. SEMPER HYEMS.] Negari nequit, quin ista hyperbolice dicantur. Non enim toto anno, & semper hyemes istæ vltra modum in Scythia. Sane Ponpon. Mela c. 1. libr. 2. de amne Scythiæ Borysthene & qua abluit Scythiam, ait: *alit latissima pabula.* Quod non fieret, si semper omnia immani gelu premerentur. Et de parte Scythiæ Strab. lib. 7. τὸν μὲν ἐπὶ πᾶσα, ἀπὸ τῆς σοιδέας ἐυτυχὴς, τοῦτο ἐστὶ fertilis, & frumento admodum beata. Videndus etiam Ouid. El. 12. lib. 3. Trist.

10. TVM SOL PARENTES.] Ita Homerum imitatur, vt tribus versibus incluserit quinque illius, Odyss. 11.

ἔνθα δ' ἀκλεμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
οὔτε ὅπόταν πρῶτ' ἀστερόεντα κέλευθα
βαίνῃσιν ἀπ' οὐρανοῦ, οὔτε πάλιν τράπηται
ἀπ' ἀστερόεντος ἐπὶ γαῖαν ἐπειγόμενος πεσέεσθαι.

Hic vero Cimmeriorum erat virorum populusque ciuitasque,
Qui caligine, & nubium tecti sunt, neque vnquam eos
Sol lucidus aspicit radiis,
Neque cum conscendit ad cœlum stelliferum,
Neque cum ex terram de cœlo defertur.

Cum aliquo sapore ad Virg. Ouidius 11. Met. de domo Somni:

Quo nunquam radiis Oriens, mediusue, cadensue
Phœbus adire potest.

Hesiodus in Theog. Homero hæsit arrepto illius versu:

— οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
οὔτε κατερχόμενος οὔτε πάλιν ἀναβαίνων.
— *neque vnquam eos*
Sol lucidus aspicit radiis,
Cœlum scandens, nec cœlitus descendens.

Rubrum mare non de solo sinu Arabico.

11. RVBRO AEQVORE.] Signatissimus locus, & digito notandus contra illos, qui putant tantum dici mare rubrum, partem illam maris, quam transmisit populus Israeliticus; vtique Arabicum sinum. Non sic est. En mare occidentale, rubrum dicitur à Virgilio. Strabo etiam lib. 16. id nominis ad alia maria extendit, cum ait: *cuius* (Arabiæ) *Septemtrionale latus faciunt ante dicta deserta, Orientale Persicus sinus, occidentale Arabicus, Australe mare magnum, quod extra vtrunque sinum est. Idque totum mare rubrum vocatur.* Extremæ partis Græca sunt: τῶ ἄπαυσα ἐρυθρὸν καλὸν. Iraque ex sententia Strabonis etiam sinus Persicus est rubrum mare. Atque etiam ex sententia Herodoti, nam l. 1. loquens de Euphrate: ἐξίει δ' ἐπὶ τὸν ἐρυθρὸν θάλασσαν: *exonerat se in mare rubrum.* Atqui Euphrates influit in sinum Persicum. Et clare idem Herodot. lib. 4. περιπίπτει ἐς τὸν θάλασσαν ἐρυθρὸν, ἔπειτα περικὴς: *porrigitur ad rubrum mare, quod & Persicum.* Et libr. 6. ait, Tigrin excipi mari rubro, influit autem Tigris in sinum Persicum. Orosius lib. 1. c. 2. ita scribit: *In his finibus India est, quæ habet ab occidente flumen Indum, qui rubro mari accipitur.* Atqui Indus non influit in sinum Arabicum. Curtius quoque lib. 8. dixit, Gangem accipi mari rubro. Quin, quod mirere, Herodotus lib. 1. θάλασσα ἡ ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἐρυθρὴ, μία τυγχάνει οὖσα: *Atlanticum dictum & rubrum, idem est mare.* Quod testimonium singulare est ad rem Virgilij, qui Oceanum, rubrum vocat. Infirmant ista sententiam Brodæi libr. 3. c. 9. existimantis, mare rubrum non ita dictum ab repercussu Solis, sed ab Rege Erythra, qui ibi regnauit. Nam quid dicet de occidentali mari, vbi Sol occidit. nunquid hic alius Erythra? Ego existimo maria omnia rubra dici posse ab repercussu Solarium radiorum. Nec me mouent verba ista Curtij è lib. 10. *Rubrum mare non à colore vndarum, vt plerique credierunt, sed ab Erythro Rege appellari.* Neque Dio, & Artianus, quorum ille in Troiani vita, hic in Alexandri, dicût ab eo Rege inditum nomen mari rubro. Quia clare contra illos Herodotus, & Virgilius, qui aperte Oceanum nominant rubrum. Contra Curtiũ, & alios aduoco Pomponium Melam, qui lib. 3. cap. 7. etiam si illud de Erythra Rege adducat, tamen priore loco infert, quæ Curtius respuit. Verba eius sunt: *Rubrum mare Græci, siue quia eius coloris est: siue quia ibi Erythra regnauit, Erythræum Thalassam appellant.* Huius etiam rei maximum est argumentum, maria omnia dici purpurea, & punicea, vtique πορφυρᾶ, φοινικέα. Cuius rei exempla, quæ non pauca reperi, coniungam in sequenti libro ad illud:

In mare purpureum violentior influit amnis.

Ergo, vt rem absoluam, quemadmodum mare occidentale à Virgilio *rubrum* dicitur ab repercussione radiorum Solis, cum hic occidit (nam nullam aliam rationem assignabis: ita maria omnia orientalia dici rubra possunt ab eadem repercussione Solis, cum oritur. Video non pugnare contra hoc, fuisse in ea parte orbis Regem illum Erythram, & ab vtraque caussa nomen inditum illi parti.

12. CONCRESCVNT CRYSTÆ.] Non dubium, quin ex Lucret. lib. 6.

— *videmus*
Siccari, molliique luti concrescere crustas.

Non male videtur Scaliger scripsisse in coniectan. crustam dici à corio, quasi coriustam. Vt à fide fidustum, ab ango angustum, augeo augustum, vnco vngustum, à verbo verbustum. Plaut. *caro verbusta.*

13. VNDAQVE IAM TERGO.] Animaduerti Hominis partes & membra aquis metaphorice attributa. partes hominis sæpe attribui maris, aquis, fluuiis: cuius rei exempla constituam, vt Nota ista in animis adolescentium facilius infigatur. Adducam pluscula de tergo, nam hoc in Virgilio est. Reliqua perstringam breuius. Ergo Cassiod lib. 12. c. 15. *campos virentes, & cærula maris terga respiciat.* Claudius Marius lib. 1.

Quæque salis tumidi squalentia gurgite terga.

Arnobius de Christo Seruatore, lib. 1. *calcabat ponti terga, vndis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura.* Græci passim τῶν θαλάσσης. Enrip. in Iphig. Taur. πόντε δὲ νώτοις. Transeo ad alia. *Caput* de fluuiorum exortu in Virgilio est, & passim in aliis. *Brachia.* Iuuenal. Sat. 12. Tergum de aquis. Aquis datur. Caput. Brachia.

Tyrrhenamque Pharon, phrectaque brachia rursus,
Quæ pelago currunt medio.

& Ouid. 1. Metam.

— *nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Gremium Pomponius Mela cap. 2. lib. 1. *Inde eam* (Mœotidem) *gremio ad Tanaim vsque complexa.* Cæruleum Apul. lib. de Mundo: *Sæpiusque cœcunibus terris veluti quibusdam fretorum cæruleorum procedentibus, & idem rursus cedentibus terris, est immensum.* Et Sibylla in versu quodam apud Dionem Chrys. Orat. 37. — ὄλβιε αὐχὼ πλατὺς: *felix collum Oceani. Fauces* Plinius lib. 6. c. 29. *Fauces rubri maris.* Et Auctor Tragicus Thebaid. *Fauces Abydi Sestos* opposita premit. *Sinus*, Plinius lib. 2. cap. 68. *Oceanus infusus in multos sinus.* Et 05, lib. 3. in Proœmio: *tam modico ore tam immensa aquarum vastitas pandatur.* Accinit Strab. libro 1. ἐν τῷ στόματι τῆς λίμνης τῆς μαιώτιδος: *in ore paludis Mœotidis.* Apollonius 1. Argon. πόντοιο στόμα. Mela cap. 1. lib. 1.

Gremium. Cæruleum. Collum. Fauces. Sinus. Os.

VVA. BHSC. BU 00239

de Mari: *ingens iterum magna paludi, ceterum exiguo ore, coniungitur.* Philo. ὠκεὶ ἀζαρ. ait in diluuio Oceanum valido impetu irrupisse διὰ τῶν στομάτων. Quidius Eleg. 12. lib. 3. Triſt. *ore freti.* Herodot. lib. 4. πολλῷ στόμα. *Pedem* Virgil. Pes.

— *reuocatque pedem Tiberinus ab alto.*

Et Lucretius lib. 5.

Lingua. *Quo via ſecta ſemel liquido pede detulit undas.*

Lambere hominum eſt, atqui Plin. lib. 3. cap. 1. *Oceanus terras reſiſtentes flexuoſo littorum anfractu lambit.*

Manus. *Rapina* corundem, at idem lib. 2. cap. 68. *Oceani rapina in incerto eſt.* Illud Pſalmi 103. θάλασσα ἡ μεγάλη, καὶ εὐρύχωρος, vertunt: *mare magnum, & ſpatioſum manibus.* Sanctus Iob c. 38. de mari hunc in modum loquitur, ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐκπορευομένη: *procedens de matris ventre.* Iterum, ὡμίχλην αὐτῷ ἐπαφεῖμόσα, *caligine illud vt faſciis inuolui.* Poſſem idem obſeruare de terra, cui Scriptores, & Poetæ paſſim dant *caput, pedes, fauces, os, oculum, terga, crura, humeros, latera, viſcera.* Ademi exempla, quæ paraueram, nam iſta non res Virgilij, qui tantum de aquis *tergum* dixit.

Venter.

14. FERRATOS SVSTINET ORBES.] Ex Lucret. lib. 6.

Ferratos vtrinque rotarum ſuccutit orbes.

Fluuius glacie duratus. 15. PVPPIBVS ILLA PRIVS.] Similem ſententiam de fluuio, ita durato glacie, vt iter præbeat nō nauibus, ſed curribus, equis, aliiſque veluti terreſtri itinere, multi dixerunt. Habes hos inter epigrammata Virgilij, omitto, quia in promtu, & adiungo alios, vt videas, qui illi rem eandem variauerint. Plin. in Paneg. *Danubius ripas gelu iungit, duratuſque glacie ingentia tergo bella tranſportat.* Et Claud. 2. in Ruff.

— *alij per terga ferocis*
Danubij ſolidata ruunt, expertaque remos
Franguni ſtagna rotis.

Ouid. 3. Triſt. Eleg. 10.

Quaque rates ierant, pedibus nunc iur: & undas
Frigore concretas vngula pulſat equi.
Perque nouos pontes ſubterlabentibus vndis,
Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boues.

Et Eleg. 12.

— *per Iſtrum*
Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.

Et Eleg. 3. lib. 1. de Ponto,

— *vbi frigore conſtitit Iſter*
Dura meant celeri terga per amnis equo.

Eadem ferme 4. de Pont. Eleg. 10. Hanc gelu immanitatem expreſſit Seneca in Her. Fur. admodum viuide:

Calcauitque freti terga rigeneia,
Et mutis tacitum littoribus mare.
Illic dura cauent æquora fluctibus,
Et qua plena rates carbaſa tenderant,
Intonſis teritur ſemita Sarmatis.
Stat Pontus vicibus mobilis annuis,
Nauem nunc facilis, nunc equitem pati.

Et in Agamem. — *maria pigro ſixa languore.* Notanda illa Strabonis libr. 2. quibus ait, fuſos barbaros a duce Mithridatis equeſtri pugna in palude Mæotide adſtricta nimio gelu. Diodor. lib. 5. cap. 9. loquens de Gallia, ita ſcribit; *Glacies quoque immenſa adeo regionem occupat, vt fluuina congelata ſint peruia tranſeuntibus, non ſolum pauciis, ſed exercitibus quoque, cum curribus atque impedimentis.* Gaudentius Epiſc. Brixienſ. loquens de ſtagno, vbi cruciati quadraginta Martyres: *Iuxta ſolidum plauſtris gemenibus commodabat.* Qui huius rei prodigioſam narrationem volet, legat Olaum Magnum.

Æra diſſiluiſſe præ gelu. 16 ÆRAQVE DISSILIVNT.] Ad hanc rem pertinet narratio Strabonis libr. 2. ex Eratoſthene, vbi adducit epigramma poſitum in templo Æſculapij, ὅτι τῷ ἐλαχίστῃ χαλκῇ ὕδατος διὰ τὸν πάγον: *de hydria aerea per glaciem diſciſſa.* Et in ipſo epigrammate dicitur poſitam ibi hydriam in ὅτι ἐσ[illegible] χεῖμα ν μεγάλου *argumentum magni frigoris.* Æri affinia ſunt ſaxa, at de his Virg. 4. Georg.

Et cum triſtis hyems etiam nunc frigore ſaxa
Rumperet.

Vina gelant. 17. CÆDVNTQVE SECVRIBVS HVMIDA VINA.] Vinum interdum congelaſcere (quod contra Virgilium negant aliqui illum oppugnantes, imo in illum debacchantes) docet nos Ariſt. lib. 4. Meteor. cap. 7. ὅσα μὲν οὖν μὴ ταχύπεπτα τοῦ τοιούτου ὑγρὰ, ἀλλὰ πήγνυται, ὕδατός ἐστι μᾶλλον, οἷον οἶνος, καὶ ὄξος καὶ ὄξος, καὶ κονία, καὶ ὄρος: *Quæ vi frigoris non craſſeſcunt quidem, ſed gelantur, ad aquam potius referuntur, vt vinum, lotium, acetum, lexiuium, ſerum.* Et cap. 10. eiuſdem libr. οἶνος ἔνιοι, καὶ ὄρος, καὶ ὄξος καὶ κονία, καὶ ὄρος, καὶ ἰχθὺς, ὕδατος: πάντα γὰρ πήγνυται ὑγρά: *Quadam vina, deinde lotium, acetum, lexiuium, ſerum, ſanies, ad aquam pertinent: omnia enim frigore ſolent congelaſcere.* In eodem capite de vino Arcadico ita præmiſit, ὥσπερ ἐν ἀρκαδίᾳ οἶνος ἀνεξηραίνεται ὑπὸ τῶ καπνῶ ἐν τοῖς ἀσκοῖς, οὗτε ξυόμενος πίνεται παρ Arcadicum, *quod in vtribus ita fumo exſiccatur, vt eraſum bibatur.* Scribit Philippus Comminæus in Hiſtor. cap. 42. loquens de bello Eburonico, & ueerſione Franchemont. Vinum ita congliaciaſſe, vt per dies tres ſecuribus cæderetur, diſtribuereturque militibus in ædibus Ducis Burgundiæ: diſtributum vero ferretur in galeris, atque ſine metu effuſionis in calathis. De Scythia hoc teſtificatur Ouid. 4. de Pont. eleg. 7.

Ipſe vides certe glacie concreſcere Pontum,
Ipſe vides rigido ſtantia vina gelu.

Id ipſum in Gallia experimento ſe comperiſſe ſcribit Brodæus cap. 31 lib. 5. contra Alexandrum Aphrodiſæum libr. 1. Problem. & Plinium cap. 21. libr. 14. negantes, aut vini, aut aceti naturam poſſe congelaſcere. Ibique obiter Virgilium defendit. Ex his etiam habes rationem epitheti *humida*: quia vt vidiſti ex Ariſtot. omnia, quæ congelantur, ad naturam aqueam referuntur. Itaque ne Oratoribus quidem redundaret epithetum. Ita ſentio contra Quintilianum libro 8. cap. 6. vt & alij ſenſere. Deinde, nonne vides admirationem ſurgentem ex ipſo epitheto? Eſt enim nouum, ſecurim adhiberi ſecandis humidis. Virgilius defenditur.

18. VERTERE.] Aliqui putant hic, & infinitis aliis locis hoc verbum poſitum καθυπικῶς. Non ſic eſt. Nam in omnibus actio eſt mera, & ſubauditur accuſatiuus ſe. vt ſententia ſit: Lucanæ vertere ſe in ſolidam glaciem. Ratio vnica. Quia iidem ſæpe adiungunt, qui aliquando prætereunt. Eadem ratio de Græcis. Neque enim in Homer. ἔτραπε, ponitur pro ἔτεμνετο, ſed ſubauditur, ἑαυτὸν.

19. IMPEXIS BARBIS.] ὑψίου δασὺ, λάσιον. Artemid. lib. 1. cap. 32. & alij paſſim.

Ninguo. 20. NINGIT.] Gifan agnoſcit ex libr. vetere *ningit*, nam olim *nix, ningueis.* Inde Apul 1. Hemag. *Aſpera hyems erat, omnia ningue canebant.* Ante Gifanium idem ſenſit Priſcianus. Diſſidet Turn. qui *ningit* agnoſcit lib. 16. cap. 6.

Cerus, gregale animal. Gregalia & ſoliuaga quæ opponantur ab auctoribus. 21. CONFERTOQVE AGMINE.] Tam hic, quam 1. Æn. vbi de ceruis *agmen* dixit, naturam ceruorum attigit: quod animal ſemper gregale, nunquam ſoliuagum. Primum genus Græci vocant κοινωνικὸν, ἀθροισματικὸν, ἀγελαῖον. His Philo in libro de Hærede Diuinorum opponit μοναπικὸν. Et in libro de Præm. & Pœn. ἄμικτον, ἀκοινώνητον. Baſilius Homil. Hex. ἀποχωρητικὸν. Plato in Critia, ἄθροον. Ariſtotel. lib.

UVA. BHSC. BU 00239

libr. 1. Historiar. Animal. cap. 1. μονοδικῶν. In libro vero 9. cap. 2. opponit συναγελάζεσθαι, & μὴ συναγελάζεσθαι. Isidor. cap. 6. libr. 12. loquens de auibus opponit congregis soliuagas.

Formide venatoria, & eius notæ.

22. PVNICEÆVE AGITANT, PAVIDOS FORMIDINE PENNÆ.] Est *Formido* venatoria (quam & *Lineam* Latini dicunt, Græci δίκτυα, & μήκωνα) non rete, vt male quidam scribunt, sed contextus plumarum, quo feræ, inprimis cerui, terrentur adigunturque in retia. Dabo hic peculiares eius notas, vt res melius noscatur. Fiebat ex variis auium plumis. Nemes. de venat.

Digerat innexas non vna ex alite pennas.

Ideo signate Oppian. 4. Hal. ὀρνίθων πτερὰ: *auium pennas*, non auis. & 4. Cyn. οἰωνῶν γε δ' ὑπερίων ποικιλέα πτερὰ ἀ: *Auiumque aeriarum formosæ alæ.* Sequenti versu aues ipsas nominat, ex quibus solita fieri *Formido*, videlicet, vultures, olores, ciconias. Gratius cygni meminit,

Tantum inter nimei iungantur vellera cycni,
Et satis armorum est.

Addit rationem, *hæc clara luce coruscant.*

Improbatque rationem conficiendæ *Formidinis* ex solis pennis vulturis, sed addit pennas vulturis, & cygni interiungendas, *meliusque alterna valet res.* Ab hac varietate plumarum, quam dixi, lucem accipit Ausonius:

An cum fratre vagos dumeta per auia ceruos
Circundas maculis, & multa indagine pinnæ?

Quæ enim sunt *macula*, nisi variæ plumæ? Hanc varietatem plumarum sequitur varius color, qui celebratur in Formidine. Oppian. ποικίλοχροα δείματα. Et post pauca, δείματα πολύχροον. Ouidius 1. Rem.

Aut pauidos terre varia Formidine ceruos.

Sed præcipuus color puniceus fuit. Virgil. hic, & in 12. *Puniceæ penna.* Seneca in Hipp. *Picta rubenti linea penna.* Ex hac nota fandicem addit Gratius libro de venat.

Interdum Libycæ fucantur fandice plumæ.

Transeo à coloribus ad alia. Plumæ ipsæ textæ erant, & assutæ sparto, nam Opp. lib. 1. Cyn. σπαρδίκτοιο μήκωνος. Auctor Geopon. lib. 1. 9. διὰ δικτύων ἐλαφοι σοίνου πεποικιλμένου πυκὰ ἔχοντα πτερὰ ἠρτημένα: *Timent cerui funiculum, qui pennas quasdam habet circum sitas, & appensas.* Solebant pennæ istæ vstulari, quo feræ vehementius terrerentur; quod Lucan. expressit:

Claudat odorata metuentes æra penna.

Et Papin. 1. Achill. nam loquens de feris cinctis indagine:

Illa ignem, sonitumque pauent, diffusaque linquunt
Auia.

Pennis ita variegatis, assutis, vstulatis locus coronabatur. Hoc Opp. expressit 4. Hal. μηρίνθῳ στέψαντες ἅπαν δρυμ: *linea coronantes totum quercetum.* Imo inde nomen linearum. Ex hac nota Silius libro 13.

—telis in morem indaginis ambit. Seruaui ad extrema artis huius finem. Hic duplex. Primus, vt feræ ipsæ territæ non se commouere auderent, & ita facile peterentur. Expressit hoc Seneca lib. 2. de clementia, *Sic feras linea, & pinna clausas continent. Easdem a tergo telis eques incessat.* Clarissime etiam Opp. 4. Hal. ait feras tunc trepidare, terreri, nulli parti appropinquare, εἰσόκε θηρητῆρες ἀναΐξαντες ἕλωσι: *Donec eas venatores irruentes capiant.* Et Papin. 1. Achill.

—sic torua feras indago latentes
Claudit, & admotis paulatim cassibus arctat.

Vanitas de venatoria formidine.

Inde terror hic ferarum vanitatis nomine expressus Auctoribus. Nam Opp. 4. Hal. κενὸν φόβον, *vanum timorem.* Seneca idem lib. 2. de Ira loquens de hoc instrumento: *vanis enim vana terrori sunt.* Seneca alter in Hipp.

Vana claudat terrore feras.

Ego existimo, illud Plauti Epid. *Pauor territat mentem animi*, ductum ab terrore ferarum. Finis alter, & potissimus, vt, si forte fugerent ab hoc terrore, quod plerunque accidebat, in prætenta retia, & dispositа inciderent. Seneca lib. 2. de Ira cap. 12. *cum maximos ferarum greges linea pennis distincta conterreat, & ad insidias agat, ab ipso effectu dicta formido.* Nemes. de Venat.

Linea quin etiam magnos circundare saltus
Quæ possit, volucresque metu concludere prædas.

Ouid. 15 Metamorph.

Nec formidatis ceruos includite pennis.

Sanctus Augustin. lib. 1. de Nupt. & Concup. *Et, cum verentur infamiam falsam, veram incurrunt: instar ferarum, quæ circundantur pennis, vt cogantur in retia.* Sanctus Hieron. contra Luciferian. *Et pauidorum more ceruorum, dum pennarum extimatis volatus, sortissimis retibus implicamini.* Exciderat firmare, Formidinem in vsu esse non modo contra ceruos, sed etiam contra feras alias. Hoc aperte Nemes.

Namque vrsos, magnosque sues, ceruosque fugaces
Terrificant linique vetant transcendere septum.

Et Oppia. 4. Cyn. suam Formidinem contra vrsas armat.

23. FRVSTRA.] Ab hac frustranea opera propter immanitatem frigoris non abludunt verba Liuij de frigoribus Apennini lib. 1. *Tantaque vis frigoris insecuta est, vt ex illa miserabili hominum iumentorumque strage, cum se quisque attollere ac leuare vellet, diu nequiret: quia torpentibus rigore neruis, vix flectere artus poterant.*

24. TRVDENTES PECTORE MONTEM.] Aliqua allusio ad versum Lucretij loquentis de Sisypho:

Hoc est aduerso nixantem trudere monte
Saxum.

Non sine horum gustu Ouid. 3. Met. de serpente:

Fertur, & obstantes perturbat pectore syluas.

25. COMMINVS OBTRVNCANT FERRO.] Hæc venatio ceruorum inter niues non abludit ab ea, quam Strabo scribit lib. 7. loquens de iisdem Scythis, & Sarmatis, θῆραι δ' εἰσὶν αὐτοῖς μὲν τοῖς ἔθνεσιν ἕλαφοι, καὶ συνάγωγοι: *venationes illis sunt ceruorum quidem atque aprorum intra paludes.* Imo credibile est, Virgilium allusisse ad ipsissimam venationem, vt sententia sit, ceruos contineri intra loca paludinosa gelu vallata, & astricta frigore. Nam paludes apud Scythas non nisi gelatæ. Loco autem Poetæ simillimus est Dionis Chrysost. Orat. 7. vbi ait, facilem esse venationem inter niues, quia tunc feræ impeditæ exspectant. Verba sunt: καὶ τὰ θηρία μᾶλλον πεπαυμένων ὀχυρῶν. Præcessit mentio niuis: *feræ cunctantes magis tunc exspectant.*

26. IPSI IN DEFOSSIS SPECVBVS.] Pomponius Mela de Sarmatis libr. 2. cap. 1. *Atque ob seua hyemis admodum assidue, demersis in humum scdibus specus, aut fossa habitant, totum braccati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti.* Et Val. lib. 2. Argon. *Sarmaticas --insedisse domos.* De frigore apud Potidæam Plato in conuiuio, ἅτε ἐξιόντων ἐνθάδε.

27. OTIA AGVNT.] A Græcis, qui σχολὴν ποιεῖν: Otia agere. Vsurpat Plato in Theage per initia, ἕνεκα σχολῆς ἄγοις ἂν σχολήν: *mei gratia otium agas.* Et in Timæo extulit per ἀσυχίαν ἄγειν. Vt & Herodotus libr. 1. Demosthenes, & Dio. Chrysosto. σχολὴν ἄγειν. Prior in Chersoneso, posterior Oratio. 40. Demosthenes quoque Orat. 4. in Philipp. hoc flexu extulit, ἐν ἡσυχίᾳ

VVA. BHSC. BU 00239

συχία διὰ γῆν. Virgil. ipse: *agit at dies festos.* Virgilianam phrasin bis arripuit Ouidius, bis Claudianus. Prior 2. & 4. Fast. Posterior 2. Raptus, & in prologo eiusdem libri. alij item.

28. HIC NOCTEM LVDO DICVNT.] Claudia. in Epith. Pallad.

Et vibrare faces, & noctem ducere ludo. Papi. 2. Th.

Insomnem ludo certatim ducere noctem.

Ceruisia. 29. FERMENTO, ATQVE ACIDIS.] Innuit ceruisiam, quod genus potionis confectum ex hordeaceis, ex frumentaceis, ex pomis arborum: ex aliis syluestribus in vsu est Septemtrionalibus, vt satis liquet ex Tacito de moribus Germ. *Potui est humor ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptus.* Neque vero solum Septemtrionalibus, sed aliis etiam. Nam Plinius libro 14. cap. 22. *Est & Occidentis populis sua ebrietas fruge madida.* Et infra, *Ægyptum quoque è fruge sibi potus similes excogitauit.* Inter ceruisiæ genera Zythum celebrant Aristot. & Diodorus: ille in lib. de Temulentia, hic lib. 5 cap. 9. loquens de Gallia: *Tanta est aeris frigiditas, vt neque vinum ea regio, neque oleum producat. Quare coacti homines potum sibi ex hordeo comparant, quem appellant Zythum.* Lege Iunium libro 2. cap. 12. Alexand. Neapolit. lib. 3. cap. 11. Attingit Vates conuiuia Septentrionalium, & aliquid videtur innuere de illorum ebrietate. Ad hanc rem firmandam non opus Scriptore aliquo, cum adeo noti mores harum gentium. Vni Scythæ dederunt ad signandam ebrietatem verba σκυβίσαι, & ἐπισκύβειν. Lege Herodotū, lib. 6.

30. ACIDIS.] Aristot. c. 10. lib. 2. de Anima constituit octo differentias saporum, Plin. cap. 27. libr. 15. tredecim. Vterque acidum adducit inter illas, σμυρνὸν.

31. SORBIS.] Vide quæ de his scripsit Athen. lib. 2. ex Asclepiade, Aristophane, Theopompo, aliis.

Tmesis in signis. 32. HYPERBOREO.] De hyperboreis supra à me.

33. SEPTEM SVBIECTA TRIONI.] Tmesis ista in Virgilio, & aliis obuia. Insignis profecto est illa Pacuuij in Chryse: *ari vese hac cimus*, pro, *arte hac vescimur.* Citat Nonius vox *Septentrio*, aut *Septentriones*, composita est à *septem* & *terionibus*, & per syncopen *trionibus*. Sunt teriones, boues aratores ita dicti a terenda terra. Est vero plaustrum Septentrionale compositum ex septem stellis, ex quibus quasi septem boues figurantur. Ista Varro apud Agel. libr. 2. c. 21. qui ex eodem Varrone aliam huius vocis profert, & præfert originem. Stellæ istæ septem ita sunt sitæ, vt ternæ stellæ proximæ, quæque inter se se faciant trigona, id est, figuras triquetras. Inde à ternario dicti triones, non ab aratione. Ista etiamsi vulgo nota, hic omitti non debuerunt. Tu si placet, A lege Varronem ipsum lib. 6. Ling. Lat. ab eo loco, *Septem stellas Græci, &c.*

34. GENS EFFRENA VIRVM.] Id est, gens effrænorum virorum. Laudat hoc genus locutionum, & firmat similimis Gifan. in Lucretium. Sumsit verba ista Auson. *eid.* 11.

Riphæi mōtes vnde dicti. 35. RIPHÆO EVRO.] ῥιπὴ, Impetus est, vnde dicti Riphæi montes Scythiæ à ventis inde cum impetu flantibus. Sed cur Eurus Riphæus, cum potius Aquilo? Locus difficilis, sed triplex mihi solutio. Prima. In Scriptoribus, Plinio, Mela, Solino, Strabone, nondum reperi hos montes esse Septentrionales. Itaque etiamsi in Scythia constituant, sed non ad Septētrionem. Quid ergo vetat ad Eurum sitos? Hoc si est, vere Poeta Eurum dixit Riphæum. Altera. Sint, vt vulgus putat, ad Septentrionalem partem Scythiæ: tunc ventum pro vento posuit, quod non inusitatum, vt ego late firmo in Æneide. Tertia. Confugium mihi docti aliqui indicant, in his Daleca mpius, qui in Notis ad cap. 27. lib. 5. Plin. vbi fit mentio Riphæorum, ita ait: *Fallitur Plinius, nulli enim exsistunt Riphei montes.* Quibus non solum negat hos montes, sed perinde indicat, omnes montes dici posse Riphæos, à quibus flant vēti cum impetu. Facit nonnihil ad hanc rem Abraham Ortel. qui in Indice, ῥιπαῖα loca sumit aut pro alpibus, aut Pyrinæis. Hoc si est, euasimus difficultatem, & lucem dedimus difficili loco Virgilij. Et vere euasimus. Itaque Riphæi montes nulli sunt signate, sed omnes montes ita dici possunt à ventis inde cum impetu flantibus. Inde Sophoc. in Oedip. Col. describens quatuor orbis partes, septentrionales signat ab Riphæis. Adducam locum.

αἱ μὲν δὰ' ἀελίου
δυσομένου, αἱ δ' ἀνατολὰι
κοῖλον ⟨θ⟩, αἱ δ' ἀνὰ μέ⟨σσου⟩
ἀκλῖν, αἱ δ' ὑγιὰν ἀπὸ ῥιπᾶν.
Aliæ ab occasu Solis,
Aliæ vero ab ortu,
Aliæ à meridie,
Aliæ ab vmbrosis Riphæis montibus.

Qui essent Riphæi montes, non videtur intellexisse Cæs. Scalig. lib. 5. Poet. sicuti neque multi alij.

36. ET PECVDVM FVLVIS, &c.] Ouid. de Sauromatis 3. Triſt.

Pellibus, & suuis arcent mala frigora braccis,
Oraque de toto corpore sola patent.

Plato in conuiuio loquens de frigore apud Potidæam, meminit militum ἠμφιεσμένων, ὑποδεδεμένων, ἐνειλιγμένων τὰς κνήμας εἰς πίλους, καὶ δέρματα : *qui essent suffarcinati, illigati, circumuoluti pedes, & crura pellibus pannisque laneis.*

[a] Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylua,
Lappæque, tribulique absint, fuge pabula læta.
Continuoque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato
Reiice, nec maculis infuscet vellera pullis
Nascentum, plenoque alium circumspice campo.
[b] Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan Deus Arcadiæ captam te Luna, fefellit,
In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.

ARGVMENTVM.

Præcepta quatuor lanicio curando.

EXPLICATIO.

[a] ADHIBENTVR præcepta his, quibus studiū est lanarū: & greges ideo pascunt, vt lanę lucrum

VVA. BHSC. BU 00239

crũ quærant. Præcepta ista quatuor sunt. Primum, fugiendũ esse pastoribus locum omnem, in quo sint lappæ, tribuli, spineta, senticeta: ista enim omnia lanam diserpunt, vt quæ hamata sunt, & aculeata. Secundum, fugiendum quoque locum fertilem ad pastionem. Ratio est, quia, quo pinguius pecus, ideo minus lanatum, absumente lanam pinguedine. Tertium, legendas, & præferendas oues, quibus lanæ albæ, non nigræ: nam albæ melius imbibũt tinctu-ram. Quartum, reiiciendum ab admissura ouiũ arietem illum, cui sit nigra lingua, etiamsi sit candidus corpore reliquo, nam exsistet ab hoc patre nigra soboles.

A μέλαινα, ἐαν ὑπὸ τῆ ῥιζῆ γλώσσῃ λευκαὶ φλέβες ὦσι, ἢ μέλαιναι. λευκὴ μὲν, ἐαν λευκαὶ. μέλαινα δ', ἐαν μέλαιναι: *Candidi nigrine efficiuntur fœtus, si sub lingua arietis venæ nigræ aut candidæ habeantur: cuius enim coloris sunt venæ, eiusdem & vellus est.* Quin addit, varias quoque oues fore, si color linguæ varius: & fuluas, si fuluus. Varro loquens de arietibus: *Animadvertendum quoque, lingua ne nigra, aut varia sit, quod fere, qui ea habent, nigros aut varios procreant agnos.* Colum. c. 3. lib. 7. *Itaque non solum ea ratio est probandi arietes, si vellere candido vestitur, sed etiamsi palatum, atque lingua concolor lanæ est. Nam cum hæ corporis partes nigræ, aut maculosæ sunt, pulla vel etiam varia nascitur proles.* Palladius quoque ait, considerandam linguam in arietibus, *quæ si maculis fuscabitur, varietatem reddit in sobole.* Isti omnes cum Virgilio: dissidet Auctor Geopo. qui hanc notam constituit in ipsis ouibus, non in arietibus, nam loquens περὶ οἰοβοσκίας ἐγχύου, *de oue pregnante*, ait, aperiendum illi os, & ad nigram linguam nigrum partum secuturum, ad variam variũ. Plin. c. 47. lib. 8. vtrique dat, mari, & fœminæ, sed mari inprimis, nam ait: *In eo genere arietium maxime exspectantur ora, quia cuius coloris sub lingua habuere venas, eius & lanitium est in fœtu.*

B

Firmat exemplo numinis, quæ dixit de candore lanitij. Nam Pan Arcadiæ Deus, vt Lunã pelliceret ad amorem sui, se in arietem candidissimum cõuertit, non facturus, si niger color esset præstantior.

NOTÆ.

1. LANICIVM.] Vt hic non tam pro lanã, quam pro ipsa hærente adhuc in pecore: ita Plin. lib. 8. cap. 48. *Syria cubitales ouium cauda, plurimumque ea parte lanicij.* Arnob. lib. 1. *Nunquid in culpa natura est, quod lanicius exuuiis importunissimam beluam.* Lupum intelligit contrarium ouibus.

2. ASPERA SYLVA.] De hoc præcepto legendi Columel. c. 3. lib. 7. & Pallad. lib. 8. tit. 4. qui præcipiunt, longe à sentibus pascendum pecus, vt lana sit incolumis. Sed & hæc voce *Sylua*, & simul de *lappis* lege, quæ mihi dicta 1. G. ad illud,

— subit aspera sylua,
Lappæque, tribulique

3. TRIBVLIQVE ABSINT.] Eodem sapore 4. G. *absinti lacerti.*

4. PABVLA LÆTA.] Lucretij modulo lib. 1.

Inde feræ pecudes perfultant pabula læta.

Ab vtroque Manil. lib. 3.

Tum volucrum pecudumque genus per pabula læta.

Lanarum nota duplex ab candore & mollitie.

5. GREGES VILLIS LEGE MOLLIBVS ALBOS.] Duplex nota, candor, & mollities lanarum. Prima vulgaris est. Omitto. De altera Varr. cap. 2. lib. 2. *Ouem esse oportet corpore amplo, qua lana multa sit, & molli.* Auctor Geopon. lib. 18. ἀειστοὶ εἰσι πυκνότριχες, αἱ ἔειαι φύσει πολλὰ καὶ μαλακώτατα: *optima sunt vellera, quæ densa, & mollia.* Et postea celebrat oues, quæ habeant κοιλίαν ὑπὸ δασεῖαν ἐρίων, πλήθει, καὶ μαλακότητι: *alunum totam lanis densam, & copia, & mollicie.* Colum. lib. 7. cap. 2. *Duo genera sunt ouilli pecoris, molle & hirsutum.* Pallad. lib. 8. tit. 4. *arietes candidissimi eligendi, & admixtendi sunt mollibus lanis.* Iterum, *Eligenda est* (ouis) *vasti corporis, & prolixi velleris: ac mollissimi, lanosi, & magni veteri.* Arist. inter ipsas oues discrimen constituit Problem. Sect. 10. τὰ δὲ νέα πεφύκασι τῶν παλαιῶν μαλακώτερα ἐχειν τὰ ἔεια: *Ouibus in iuuentute molliora sunt vellera, quam in senectute.*

C

6. NIGRA SVBEST, &c.] Doctissime hoc Virgilius, nihil enim celebratius Scriptoribus Rusticis. Arist. lib 6. Hist. Anim. c. 19. λευκὰ δ' τὰ ἔκγονα, ᾧ

D

7. REIICE.] Signatissima vox, nam oues, quæ non probantur, dicuntur Scriptoribus Rusticis *reiiculæ*. Varro vsus est simili verbo, ait enim libr. 2. cap. 2. *considerandum de oue, ventrem vt habeat pilosum, itaque quæ id non habebunt, maiores nostri apicas appellabant, ac reiiciebant.* Ergo ferenda, imo amplectenda lectio vetus eiusdem Varr. cap. 1. scribentis: *Præterea scire oportet in grege, quot fœminas habeat, quæ parere possunt, quot arietes, quot viriusque generis soboles, quot reiiculæ sunt alienandæ.* Scaliger in Notis ad Varron. mutauerat, *quod pullæ sint alienandæ.* Reiiculæ oues.

8. PVLLIS.] Placet plurimum Thylesij nota in libr. de coloribus. Pullum colorem dictum quasi purum, nam hic color natiuus est, & nulla impensa parabilis. Inde & pulli equorum, & aliarum pecudum, quasi puri, nulla adhuc aut libidine violati, aut labore. Mutatio enim ista frequens est, nam tallum vestimenti genus à raro, opella ab opera, à terra tellus. Inde color pullus lugentium fuit in funeribus, vt in quo paranda nulla impensa. Pullus color vnde dictus.

9. MVNERE SIC.] Obserua supra locum similem. cum enim, qualem vellet, equum descripsisset, addidit, talem, qualem Saturnus formauerat se in equum commutans. Similia hic de ariete. Ait Macrobius 5. Satur. cap. 22. hanc fabulam sumtam è Nicandro. Id credo, nam Nicander χωργικὰ scripsit, è quibus multa transtulisse Virgilium testatur Quintilianus, quod etiam animaduertit Vrsinus. Itaque non fero Seruium dicentem, mutatum à Virgilio nomen Endymionis in Panem. Sane, vt sæpe monui, fabulæ incertæ sunt. Nam quale est, vt putem, vatem inopia commutasse, ac dedisse Pani, quæ essent Endymionis? Hoc, quoties se obtulit, euerti valide.

[a] At, cui lactis amor, cytisum, lotosque frequentes
Ipse manu, salsaque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, & magis vbera tendunt,
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
[b] Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primaque ferratis præfigunt ora capistris.
[c] Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris, & Sole cadente

Sub

VVA. BHSC. BU 00239

Sub lucem exportant calathis (addit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.

ARGVMENTVM.

Docet, vti lactis proueniat vbertas largior: ex quo lacte caseus conficiendus, ex quo reliquæ delitiæ lacteæ.

EXPLICATIO.

[a] FIt gradus ad pastores, quibus non lanarum studium, sed lactis. Isti (inquit) cythisum porrigant pecori, lotum, & herbas conspersas sale. Adhibet duplicem rationem, cur porrigendæ herbæ cõspersæ sale. Prima, quia inde pecus magis sitit, ex quo maior potandi auiditas, ac perinde maior lactis copia in vberibus. Altera quia sapor salis in lacte erit, inde lac dulcius, & gustui suauius.

[b] Sequitur præceptum alterum ad copiam lactis, idque ex multorum opinione. Hœdi cum iam excreuerunt, sunt que validiores, arceantur à matribus, ne tamdiu exsugant, & lac adimant. Quin, si opus, præfigantur illis ora ferreis capistris. Sed huius versus duplex est sententia, vtramque repræsento. Vel præfigantur ora, id est, occludantur, ne possint lac fugere. Non placet. Tum, quia libera esse debent ora, vt pascantur depulsi à lacte: tum, quia ad id non opus ferreum capistrum. Altera, inquam eo. Præfigantur ori capistra, in quibus clauiculi ferrei, quo matrem lædant, si velint fugere, ac perinde illa fugiat: Aduocant nonnulli Interpretes Plinium ad locum istum.

[c] Transit à lacte ad caseum, & ad delitias alias, quæ fieri solent ex lacte, ac loquitur discriminans inter caseum, & reliquas delitias. Lac mulsum matutino aut diurno tempore, prematur nocte in caseum: mulsum vero vesperi, & noctu est vsus duplicis, nam vel potest impendi in delitias lacteas, atque exportari in calathis sequenti mane in oppida, vt vendatur: vel sale inspergi, & in caseum formari, seruarique ad hyemem. Huius discriminis nulla est ratio in Poeta. Ego aliquas reperiebam, hæc fortasse non inepta erit, videlicet algore & defluuio noctis lac melius parari ex tumore quodam ad lactarias delitias. Contrà, quod expressum mane, ingruente die, & calore exsiccatur, neque seruari potest incolume, vt videat alterum sequentem diẽ. Rationes alias omitto, quia in promtu erit cuilibet dare, quam volet, alienam refutare.

NOTÆ.

1. AT.] Incipit ab aduersante particula commodissime, nam qui ex studio lanicij dixerat arcendum pecus à lætis pabulis, contrarium requirit in lacte.

Cythisus copiam lactis gignit.

2. CYTHISVM.] Ad mentem Virgilij Arist. lib. 3. Hist. Animal. cap. 21. τῶν δ προβάτων, ἡ μὲν σφάγνου τὰ μάλα, ποιεῖ δὲ πολὺ γάλα, οἷον κύπτος: *Pabuli genus aliud copiam lactis exstinguit, aliud auget vt cythisus.* Varr. c. 2. lib. 2. Rust. *Maxime amicum cythisum, & medica, nam & pingues facit faciliùs, & genit lac.* Loquitur de ouibus, & c. 1. dixerat: *Dandum bubus lupinum, & lactariis medicam, & cythisum.* Porro, Plinium, Columellam, Interpretem Nicandri, Auctorem Geoponicon, qui idem scribunt, adduxi ad illud 9. Ecl.

Sic cythiso pasta distentent vbera bacce.

3. LOTAS.] De loto, cum multa alia suppetant, nihil dũ reperi ad rem Poetæ, de lactis copia, quam ingeneret.

Sal pecori inter dulciaria.

4. SALSAS HERBAS.] Sal pecori pene inter dulciaria est. Id liquidum tum ex Arist. quem adducam A in nota alia, tum ex Plutarch. in Naturalibus Quæstion. quærente, διὰ τί πυρίβλωτοι τοῖς θρέμμασιν ἅλες οἱ νομεῖς: cur pastores pecori salem porrigant: Rationes in eo lege.

5. FERAT HERBAS.] Græci πυρίβλωτον ἴσοδιὸν τοῖς θρέμμασιν, Germ.

6. HINC ET AMANT FLVVIOS MAGIS.] Locus hic (viderunt iam alij) mire illustratur ex Arist. 8. Histor. Animal. c. 10. πίνειν δ μᾶλλον τὸ πεῖσμα τὸ ποτὸν. Addu cam tantum Latina: *Pinguescit potissimum ouis ex potu: quamobrem æstate salem dare die quinto soliti sunt, singulis centenis singulos modios. Sic enim pecus incolume, atque pinguius redditur. Frequens igitur salis vsus eo pertinet, quando & paleis copiam salis admiscent, vt stibundæ plus aqua hauriant. Autumno etiam cucurbitam* B *sale contactam afferunt, quod lac etiam auget. Agitatæ quoque meridie, plus pomeridianis bibunt. Fœtis distenta vbera pendent, quibus salis abunde est. Opimat pecus oleæ, oleaster, aphaca, palea, herba, quæ omnia efficaciora sunt respersa salsugine.* His vides, salsa omnia ad lactis copiam conducere, nam ita pecus sitibundum plus bibit, vnde erit largior vbertas lactis. Sal dandus pecori.

7. QVOD SVRGENTE DIE.] Varr. 2. Rust. c. 11. *Mulgent vere ad caseum faciendum mane, &c.* cui præcepto omnino hic institit Virg.

8. NOCTE PREMVNT.] Erret grauiter, si quis hic capiat reliquas à caseo delitias. Nunqaam enim *premo* de lactariis reliquis, tantum de caseo. Homer. Odyss. 9. sic extulit, ἤμισυ δὲ πλακόεις γάλακτος ἐπῆγλαε coagulans dimidium albi lactis. C

9. EXPORTANT.] Ios. Scalig. castigat. ad Catul. legit *exportans*, & demit parenthesin, sic legens:

Sub lucem exportans calathis cadit oppida pastor.

10. CALATHIS.] Hoc genus canistri destinatum ad omnes res rusticas, quod alibi firmo, & in primis ad lactarias. Calpur. & Nemes. vterque 2. Ecl. prior:

Sume tamen calathos nutanti lacte coactos. Poster.

Perfer cala hos cõgendi lactis in vsus.

Ad rem est definitio ista Græcorum de calatho, ἀγγεῖον ἐν ᾧ ὁ τυρὸς ἐκπήγνυται. *vas in quo caseus premitur.*

11. PARCO SALE.] Signatum attributum ad rẽ, nam salis copia caseum perdit, parcitas conseruat. Colum. c. 8. lib. 7. *Quorum vitiorum primum solet accidere, si parum pressus, secundum, si nimio sale imbutus: tertium, si sole exustus est.* Loquitur de caseo. Dio Chrysost orat. 7. ἐὰν ἁλῶ dixit, ad significanda illa, quæ asseruantur in sale. D

12. CONTINGVNT.] An hoc verbum in vate ducatur à tango, an tingo, dubium est. Vt etiam in aliis, qui eodem vsi. De caseo Col. cap. 8. lib. 7. *torrido sale contingitur.* Lucr. lib. 1. Contingo vnde dicatur.

Contingunt mellis dulci flauoque liquore.

Iterum, *musæo contingens cuncta lepore.* In his, & aliis res est anceps. Sensus ducit nos ad verbum *tingo*, nam hoc commodius ad rem, de qua Virgil. Columel. Lucr. Contra, exempla alia nos ducunt ad verbum *tango*. Nam Arnob. lib. 3. *Quisquam ne est hominum, rationis alicuius sapore contactus, &c.* Et Celsus (quem citat Germ.) l. 2. *Stomacho aptissima sunt, quæcunque austera sunt, etiam quæ acida sunt, quæque contacta sale medico sunt.* Lucretium pro neutro pono: nam alij in illo *croci contacta colore.* Alij, *contincta colore.* Vtcunque sit scias iuuenis non minus tãgere, quam tingere vsurpatum veteribus pro inspergere, & linere. Quod & Turn. monuit lib. 15. c. 17. E

13. HYEMIQVE REPONVNT.] De seruando caseo Colum. lib. 12. c. 13.

Nec

VVA. BHSC. BU 00239

[a] Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed vna
Veloces Spartæ catulos, acrémque Molossum
Pasce sero pingui. [b] nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum,
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens: montésque per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

ARGVMENTVM.

De canibus, qui, & quo alendi: illorum duplex vtilitas, videlicet custodia gregis, venatio ferarum.

EXPLICATIO.

[a] ADNEXI canes tractationi ouium, & caprarum, ideo non omissi à Vate. Commendat inprimis Spartanos & Molossos: assignat pro cibo serum lactis.

[b] Commendat necessitatem canum à re duplici: à custodia, qua omnia tuentur: ab vtilitate, quam venando afferunt. Custodia necessaria contra fures nocturnos, contra incursus luporum, contra abactores, hos enim intelligit per Iberos κατ' ἐξοχήν. Vtilitas magna est, nam illis captantur onagri, lepores, damæ, terrentur apri è suis volutaberis, premuntur cerui ad retia.

NOTÆ.

Canũ cura.

1. NEC TIBI CVRA CANVM FVERIT POSTREMA.] Præceptum hoc Hesiod. est in Ergis.

ᾗ κύνα καρχαρόδοντα ῥομεῦσι, μὴ φείδεο σίτου,
μὴ πόλεσ' ἠμερόκοιτ' ἀνὴρ ἀπὸ χρήματ' ἕληται:
Et canem dentibus asperum nutrito, nec parce cibo,
Ne quando tibi rem auferat vir iniqui dormit inerdiu.

Circumscribit videlicet furem, nam hic nocte solet vigilare, dormire. Simili præcepto Auctor Geopon. lib. 19. ὑποτιθέμενος τοῖς θρέμμασι φύλακας ἐκ τῶν κυνῶν τὰς ἀγρίας: *Pecoribus custodes adhibebimus generosos canes.* Et Orof. c. 1. lib. 1. Hist. *Cum sint multa diuersi generis animalia, adiumento sam liaris rei commodo, non est tamen canum cura postrema.* Illos adhibet ad custodiã suum Homer. 14. Odyss. Quia ergo ad pastores cura canum potissimum pertinet, factum vt Pan Deus pastorum vocetur à Nonn. lib. 16. Dionys. σκυλακοτρόφον: *nutritor canum.*

2. VELOCES.] Δρὰς κύνας, dixit Callimac. Hymno ad Dianam. Nota ista velocitatis in omnibus fere canibus requiritur. Qui amet notas alias scire (ego enim prætermittam, vt quas non attigit Poeta) legat Xenophont. de venat. Oppianum lib. 1. Varron. li. 2. c. 8. Colum. lib. 7. c. 12. Auctorem Geop. lib. 19.

Spartani canes in pretio & cur.

3. SPARTÆ CATVLOS.] Spartani, aut Laconici canes in magno pretio apud veteres, & nescio an aliorum frequentior, & maior mentio. Hic illos celebrat Virgil. & supra, *Amyclæumque canem.* Iterum *Taygetique canes.* Quid alij? Adducam nonnullos. nam si omnes, lassem me, & te. Aristænetus epist. 18. li. 1. ὥσπερ οἱ λακωνικοὶ σκύλακες ὁμιλητικοί τε, καὶ ἰχνεύειν ἕτοιμοι, κἂν αὐδήσει τινὸς τῆς σφετέρας ἀγέσης ἀχεῖ: *Ita sicuti Laconici canes blandi sunt, & ad vestigandum parati, & si quis vocem gregis sui audierit, statim latrat.* Canes celebri *transcursu vestigare nosti, sic vbi quis venatura tua dignus.* Nonnus 16. Dionysiac. ἄξομαι ἐκ σπάρτης ἑτέρους κύνας: *Ducam canes alios ex Sparta.* Ab Opp. 1. Cyn. numerentur canes Lacedæmonij inter ἐξόχως præstantes. Soph. in Aiace,

κυνὸς λακαίνης ὥς τις ἴχνευ' ἐμοῦ:
Quasi sagacis Laconicæ canis inuestigatio.

Mitto Xenophontem, Claudianum 3. Stilic. Nemesianum, Varronem 2. Rust. c. 9. Plinium lib. 10. cap. 63. Pollucem lib. 5. Hi omnes, & plures, meminere horum canum, vt qui generosi sint seminij, vt etiam Arist. lib. 6. Hist. cap. 20. & Ammian. lib. 30. Sed quę ratio, cur isti in pretio? Olfactum elicias ab Aristot. lib. 5. περὶ ζώων ἱστορ. cap. 2. διὸ δοκοῦσι οἱ μυκτῆρες μακροὶ, οἷον τῶν λακωνικῶν κυνιδίων, ὀσφραντικὸ: *Quamobrem, quorum nares porrectæ sunt, vt catulorum Lacedæmonię, olfactu valent.* Audaciam, & auiditatem ab Seneca in Hip.

At Spartanus (genus est audax,
Auidumque fere) modo cautus
Propiore liga: veniet tempus
Cum latratu caua saxa sonent, &c.

Possit quis referre ad seminium, scribente Arist. li. 8. Hist. c. 28. ἐξ ἀλώπεκος καὶ κυνὸς οἱ λακωνικοὶ: *ex vulpe & cane* (generantur) *Laconici.* Aliæ in aliis obuiæ.

Canes cõsiati ex Molosso, & Spartano optimi. Molossi canes in pretio.

4. ACREMQVE MOLOSSVM.] Tria hic dicam. Primo de Molossis canibus, qui in pretio: deinde attributo, nam acrem vocat: tertio de Lacanici, & Molossi cõiunctione, iũgit enim illos (vt vides) Vates. Molossi ita dicti ab vrbe Epiri, vbi nobiles canes. Addunt & fabulam, videlicet hos canes originem ducere ab eo cane, quem ex ære Vulcan. fabricauit, ac mox vita infusa Ioui dono dedit. Sed cur isti dicuntur acres Poetæ, vt & Sen. in Hip.

Teneant acres lora Molossos.

Molossi canes cur dicti acres.

Videlicet, quia fortissimi, & magno corpore, præsertim pecuarij, nam cum Arist. lib. 9. Hist. Animal. cap. 1. dixerit venaticos Molossos nihil differre ab aliis canibus, de pecuariis Molossis ita subiicit, τὸ δ' ἀκόλουθον τοῖς θρεττανοῖς τὸ μεγέθει, καὶ τῇ ἀνδρίᾳ. τῇ θερείᾳ τὰ θηρία: *At pecuarium genus magnitudine, & fortitudine contra bellua præstat.* Deinde hi canes sunt admodum clamosi, quæ res ad terrorem nata. Lucanus clare lib. 4.

Aut dum dispositis attollit retia varis
Venator, tenet ora leuis clamosa Molossi.

Hic tam vastus clamor à magno ore, quo præditi sũ canes. Lucr. lib. 5.

Irritata canum cum primum magna Molossum
Mollia rictafremunt duros nudantia dentes.

Inde leuiter Horat. illustro, qui Sat. 6. lib. 2.

— simul domus alta Molossis
Personuit canibus.

Non enim absque quo videtur hos canes assimilisse præ aliis ad clamandum. Et Claudian, qui de canibus Dianæ in 3. Stil.

UVA. BHSC. BU 00239

—immortaléſque Moloſſi
Latrantes mediis circum vaga nubibus ibant.

Demum ad virtutem horum canum facit nota, qua illos Oppian. afficit lib. 1. Cyn. χαροποῖσι ἰωλοσιν: & *Moloſſi glauci.* Quod de oculis illorum dictum. Cum enim ex oculis igneum quiddam efflat canes, exiſtima illos eſſe feroces. Certe Opp. idem 1. Cyn. loquens de canibus, qui etiam leones aggrediuntur, ita ait,

ἠδὲ ὅπισυθίοισι μεσόφρυα, καὶ πύρσετες
ὀφθαλμοὶ, χαροπαῖσιν ὑποσσείοντες ὀπωπαῖς:
Nuiani ſupra palpebras intercilia, & ignei
Oculi glauco ſcintillantes obtutu.

Columel. etiam canem deſcribens cap. 12. lib. 7. *nigris vel glaucis oculis, acri lumine radianibus.* Et Xenoph. de venat. ὄμματα λαμπρὰ, ὀξυόκλους φλέγοντα. Ergo, cum Cato in Ruſt. c. 124. & Varr. lib. 1. cap. 21. celebrant *canes acres.* Puta illos loqui de notis iſtis ferocitatis, quas adduxi. Sed poſſit quiſpiam referre hãc acrimoniam ad olfactum, quo præſtãt moloſſi. Nam Claud. 2. Stil. *tenera venantem nare moloſſi.* Teneritas iſta indicat acrem vim, atque ardidam olfaciendi. Colligo omnia. Moloſſi ſunt acres, quia fortiſſimi, & magno corpore: quia clamoſi, & magno ore: quia glauci quod facit ad ferociam: quia præditi virtute olfaciendi. Reſtat vltimum, quod promiſi. Conjungunt Laconicos, & Moloſſos canes Alexis apud Athen. lib. 12. vbi ait Polycratem Regem, cum vellet Samum ornare, & eo adduxiſſet, quicquid pretioſum alicubi eſſet, tum maxime contulit κύνας ἐκ μολοσσίης, καὶ λακαίνας. Euſtathius in 17. Il. Seneca in Hippol. Horatius od. 6. Epod. Lucanus lib. 4. Denique nemo eſt fere, qui non vtrumque hunc canem iungat. Quin Ariſtoteles lib. 9. Hiſt. Animal. cap. 1. eximie laudat canes cõflatos ex vtroque hoc genere. Verba ſunt: διαφέρουσι δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἀνδρία καὶ φιλοπονίᾳ, ὁ̃τε ἐκ τῶν ἐν τῇ μολοσσίᾳ γιγνομένων κυνῶν, καὶ ἐκ τῶν λακωνικῶν: *Inſignes vero animo, & induſtria, qui ex vtroque Moloſſicum dico, & Lacænum, prodierint.* Receſſit ab illo Opp. lib. 1. Cyn vbi enim docet, qui canes quibus commiſcendi, ait, τυρσινὰ γνώσθαι κάκωσι: *Tyrrhena genera cum Laconibus.*

Serum cibus canum.

5. PASCE SERO.] Dioſcor. lib. 2. c. 80. ᾧ ὁ ἐξ αὐλῶν (τυρὸς) ὄρρὸς κυνῶν τροφιμώτατός ἐστι: *Serum, quod a caſeo eſt reliquum optimum eſt ad alendos canes.* Colum. c. 12. li. 7. *Omnes ſine diſcrimine canes hordeacea farina cum ſero commode paſcit.* Auctor Geopon. lib. 19. non ſerum, ſed lac nominat, agens de nutritione catulorum. μετασυνέχωμεν φαγεῖν ἄρτους γάλακτι βοείῳ, καὶ τοῦ ἀπὸ τῶν ὀπῶν ζωμῷ βρέξαντες. *Panes lacte bubulo, & oſſium inſculo madefactos offeremus ad eſum.* Varr. 2. Ruſt. c. 9. eadẽ, & cum ratione ait enim: *Nec non ita panem hordeaceũ dandum, vt non potius cum in lacte detritum, quod eo confuſeis cibo vti, à pecore non cito deſciſcunt.* Claudian. lib. 1. in Eutrop.

—ſic paſtor obeſum
Lacte canem, ſerroque ligat, paſcuque reuinctum.

Ideo vero ſerum dandum, ideo lac, vt aſſueſcant ouibus, à quibus accipiunt cibos. Scribit vero Opp. lib. 1. Cyn. canes, vt immites admodum euadant, alendos, non ouium, aut caprarum lacte, ſed vbere ceruarum, leænæ, lupæ, & agreſtium caprarum; ita enim (inquit) ferunt & robuſti, & celeres, & ſimiles ipſis, à quibus lac acceperunt.

6. PINGVI.] Ait Hom. Odyſ. 17.

ᾧ κεν ὄβριν τίνων, μεγάλῳ ὀδηκυιὶ δαίτυ:
Et ſerum bibens, magnum genus poneret.

Id eſt, excreſceret in corpulentiã. Dictum hoc propter ſeri pinguedinem.

A 7. CVSTODIBVS.] Agnoſcunt in Virgilio nonnulli Interpretes triplex genus canum, villaticum, pecuarium, venaticum. Villaticum cum ait: Canum duo tantum genera attigit Virgil.

—nunquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem.

Pecuarium cum adiicit de incurſibus contra lupos, & Iberos. Venaticum inſequentibus. Nituntur iſti auctoritate Columel. cap. 12. lib. 7. Lege illum. Sed mihi non perſuadent. Duos enim attingit Vates, ſi bene expendatur, pecuarium, & venatorium. Primo dat impetum contra nocturnum furem, incurſus luporum, Iberos: nam, quid hic diſcriminent, non ſatis video. Alteri venationem. Accedit locus
B iſte Varron. cap. 9. lib. 2. *Genera duo, vnum venaticum, & pertinet ad feras beſtias, ac ſylueſtres: alterum, quod cuſtodiæ cauſſa paratur, & pertinet ad paſtorem.* Itaque canis idem paſtoralis cuſtodit à fure nocturno, & arcet lupos. Non nego alium ab hoc eſſe villaticum, ſed non in Vate, qui nunc non villam exornat, ſed ſuos armat paſtores, vt etiam Varro. Iuuat locus Platonis lib. 5. Polit. qui res vrbanas diligenter cum canibus comparans, vt tutæ ſint, duo tantum agnoſcit canum genera, videlicet, qui poſſiunt, ξυμφυλάττειν, & ξυνδιώκειν, id eſt, *cuſtodire, venari*: non omiſſurus tertium illud, ſi non duo ſatis ad rem. Iuuat etiam locus Artemidori lib. 2. Oniciit. cap. 11. qui canum genera abſoluit duplici diſtinctione, videlicet qui nutriuntur, ἀνθρώπων, *ad venationem*, mo-
C do ij inueſtigatores ſint, modo feras perſequantur: deinde qui præſunt τῇ φυλακῇ τῶν ὑπηκόων, *cuſtodiæ poſſeſſionum.* Nam tametſi poſtea addat tertium genus, videlicet Melitæum, quod in deliciis habetur, ſed hoc nihil pertinet ad Poetam. Nam certe earum rerum, quas Virgilius conſtituit, duo tantum genera adducit. Sed quoniam hic cuſtodia canum attingitur, non ingratum erit audire, neque contra mẽtem Virg. quæpiam canum elogia. Dicuntur ab Opp. 1. Cyn. βουκόλων ἥροι, *armentorum cuſtodes.* Ab Artem lo-
Canũ multa elogia.
co adducto, οἰκουροὶ, *cuſtodes domus.* à Varr. c. 9. lib. 2. *Defenſores.* Ab Homer. Il. 10. Vigilantes Græci comparantur cum canibus, οἵτ' ἀγροτῆρες, &c. Et odyſ. 19. cum cane prudentiſſimus Vlyſſes. ὥς τ' ἀμφὶ κύνεσσι, &c. Ab
D Demoſthene (vt eſt apud Iſidor. lib. 1.) oratores, & viri eloquentes comparantur cum canibus. Canum fidelitas, vigilantia, cura cõparatur ab Ouid. 5. Faſt. cum Diis ipſis laribus. Et à Platone 2. Polit. cum iuuene fagaci, veloci, forti: & talem ait eſſe generoſum canem, qui deſtinatur ad cuſtodiam. Et (quod elogiũ mirere) addit, naturam canum eſſe ingenuam, ac vere eſſe philoſophum, ἀληθῶς φιλόσοφον. Ratione, qua ductus hoc dicat, in eo lege. Propero ad elogia. Ab Ælian. 7. Hiſtor. animal. c. 13. dicitur canis, *cuſtos incorruptus*, à Tullio 2. Nat. *canum fida cuſtodia.* à Plin. c. 40. lib. 8. *fidiſſima auxilia.* à Lucret. lib. 6. *fida canum vis*, à Claud. 1. in Eutrop. *vigili latratu.* Ab Ouid. 4. Faſt. *vigiles canes.* A Papin 2. Achil. *cura canum.* Ideo
E Nazianz. orat. 11. κυνῶν ἐγκλεεστῶν, qui noctu vigilãt. Et Liu. lib. 5. *Sollicitum animal ad nocturnos ſtrepitus.* Theocritus ita graniter erumpit in illorum laudes εἰδ. 26.

ὦ πόποι, οἷόν τ' ἄτο θεὸς πόνον ἄνεκλες
ὄφρυον ἀνθρώποισι μελιμβρώτας, ὡς ὀπιπεύει:
Papæ, quale hoc fecerunt Dij Reges
Animal, vt cum hominibus ſit æquam callidum?

Xenophon. in Oeconom. ᾗ τὴ τ' ἐρημίαν τῶν ἀγροικιῶν συμπαρέχεται: *ſecuritatem præſtant in ſolitudine.* Plinio ἀεὶ δὲν λογίων, κύνες οἶκον περιπτύσσουσι, καὶ περιπτυσσόμενοι ὑπὸ ἀκαιρίων: *canes domos cuſtodium, & cadunt pugnantes pro dominis.* Et de cane pecuario ait pugnare pro grege

UVA. BHSC. BU 00239

grege ἄχρι θανάτου, vsque ad mortem. Nonnus lib. 16. Dionys. facit canem οἰκτίρμονα, misericordem, & dat illi verbum, ἐποικτείρεις, quod misericordia moueatur, & addit, canes esse ἐγκρατεῖς habentes mentem, & Iouem dedisse illis ἀνθρωπίνῃ φρένα humanam mentem. Colum. cap. 12. lib. 6. *Quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique vltor, aut vindex constantior?* Iisd. cap. 2. lib. 11. *Dominos suos diligunt, dominorum tecta defendunt, pro domino suo se mortis obiiciunt, voluntarie cum domino suo ad prædam currunt, corpus domini sui etiam mortuum non relinquunt.* Vide quot officia in dominos. Parco infinitis. Pertinent quoque ad canum elogia sepulcra, quæ illis sæpe facta à magnis viris & Principibus. Lege de hac re Spartianum in Adriano, Dionem Chrysost. Orat. 37. Græca Epigrammata. Valerium 6. Argon. vbi ait, apud Caspios pari cum dominis honore sepulturæ canes affici: quia vna cum illis eunt ad castra, pugnantque in acie. Demū, qui multa volet canum elogia præter Ælianum, Plinium, & auctores omnes rerum naturalium, legat insuper prodigiosas historias conscriptas Gallico idiomate, & in Hispanum conuersas, vbi mira quæpiam exempla canum. Merito itaque dixit Libanius in Progymnasmatis, illum tuto posse dormire, qui canem habeat custodem. Nam de hoc animali loquens ita ait: ὡς αὖ ἔχει καθεύδειν ἔχων τὸ φύλακα.

8. IMPACATOS IBEROS.] Virgilij forma Claudianus 2. Ruff. *impacatis Alanis.* & 2. in Eutrop. *impacatis odiis.* & de 4. cons. Hon. *impacatus Araxes.* Papin. 1. Theb. *impacatus somnis.* Abfit vero mi Lector, vt hoc pro contumelia in Hispanos dictum. Fuit antiquissimis maximum (hoc gradu pono) gloriæ decus, viuere ex rapto. Nam hoc illis argumentū summum militaris virtutis. Pertinent vnice ad hanc rem verba Thucydidis lib. 1. quæ sine Græcis, quia hæc multa, subiiciam tibi: *Græci olim, & Barbarorum quicunque in continente mediterraneo erant, quique insulas incolebant, vbi coeperunt crebrius alij ad alios nauibus transire ad latrocinium connexi sunt, ducibus non tenuissimis, tum sui quæstus, tum inferiorum victus gratia. Atque adorti vrbes muro vacantes, vicatimque habitantes diripiebant, ac maximam victus partem hinc comparabant, quod illud opus nondum pudori esset, quinimo gloriam quandam afferret. Quod declarant tum quidam etiam nunc in continente, quibus decori est hoc bene exercere: tum vetustissimi Poetæ, apud quos illi vltro citróque nauigantes, interrogantur, num latrones sint: quæ res declarat, nec interrogatos operis pudere, nec eos, qui scire studeant, exprobrare. Et in mediterraneis etiam homines mutuo prædantur, & adhuc pleraque in Græcia vetustus mos colitur, vt apud Locros, qui vocantur Ozolæ, & Ætolos, & Acarnanas, & hanc ipsam continentem. Quin etiam arma ferre apud hos ex vetere latrocinio permansit.* Addit post pauca hanc fuisse publicam viuendi rationem apud Græcos. Iustinus quoque lib. 43. ita signate ad hanc gloriam: *Phocenses ex ignauiæ, & maceriæ terræ coacti, studiosius mare, quam terras excurrerunt piscando, mercando: plerumque etiam latrocinio maris (quod illis temporibus gloria habebatur) vitam tolerabant.* Certè Vopiscus in Proculo, non probri loco dixit: *Horno, quod negari non potest, optimus idemque fortissimus: ipse quoque latrocinijs assuetus, qui tamen armatam semper egerit vitam.* Sicuti neque de se Vlysses apud Hom. 23. Odyss. vbi cum vxore loquens rationem statuit, qua esset suppleturus oues cōsumptas à procis. Ait itaque,

πολλὰς ἐγὼ αὐτὸς ἐγὼ κτησοίμεθα, ἄλλα δ' ἀγοιτο
ἠδ' ἐλθὼν, εἴσπερ πάντες ὑπερθύμοιο Κάϋκες:

Multas quidem ipse ego prædabor, alias autem Achiui

Dabunt, donec omnia implebunt stabula.

An ille in se iactaret contumeliam? Demosthenes 1. Philip. suadet Græcis suis, vti rem gerant cum Philippo latrocinando, quod non faceret, si istud in dedecore. ἀλλὰ λησυέων ἀναγκαῖον τοῦτο τὸ πρόσωπον τοῦ πολέμου χρῆσθαι τῶν ἀφώνων: *Sed latrocinari est necesse, & hac gerendi belli ratione vtendum primum.* De Thracibus Herodotus lib. 5. τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου, κτῆσιν, κάλλιστον: *è bello atque rapto viuere, pulcerrimum.* Hanc gerendæ rei rationem antiquissimam esse disces ex Dion. Chrysost. cuius in orat. 15. hæc sunt, cum enim dixisset, possessionis modum esse, latrocinando (κτῆσεως τρόπος) hominem capere, subiicit ὅπερ δῆλον, πρεσβύτατος ἁπάντων ἐστὶ τρόπος: *modus omnium, opinor, est antiquissimus.* Ouid. 3. Fast. ponit in summa laude Romuli & Remi,

Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti,
Et rediguntactos in sua iura boues.

Nam postea,

Arma feræ genti remque decusque dabant.

Huc pertinet etymologia latronum, quæ passim obuia: & quæ ex Plauto omnes indicant. Et verba ista Interpretis Demosthenis in 2. Olynth. ἐμμανὲς ἐγκαταλιπὼν τὸ τῶν λῃστῶν, ὃ ἐκ παντὸς τοῦ πολέμου: *Latronum vocabulum habet quandam notam fortitudinis, siquidem hostes spoliant.* Demum qui locum istum velit illustrare, conferat, quæ ego late 9. Æn. ad illud,

——semperque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Quæ verba sibi laudis loco attribuit Italus Remulus, tantum abest, vt ponat in contumelia. Ergo Hispani, qui bellicosissimi, & fortissimi habiti, prædonum nomine honestati sunt à Plinio, vt qui non vitam segnem agerent, sed omnia bello, & rapinis turbarent. Ideo de illis Iustinus elogij loco lib. 44. *fœminæ res domesticas, agrorumque culturas administrant, ipsi armis & rapinis seruiunt.* Huic enim erroni subiecti fuerunt gentiles, vt quo generosiores & fortiores essent, eo magis conueniretur ad furta, latrocinia, rapinas. Qua de re signatus est locus apud Platonē 8. Leg. Quin, quod mirere, gens quædam Scotorum rem hanc pietatis esse plenam putant etiam nunc. Ita enim lib. 1. rerum Scoticarum Lesæus scribit: *Parco prædandi artem adeo sibi licere putant, vt nunquam ferentius, suas preces percurrant, & ad calculos rosaria, quæ vocamus, sollicite percurrentes reducant, quam cū quadraginta aut quinquaginta sæpe militaria ad abigēdas prædas se conferunt.*

Hispani defenduntur ab telo Virgilij.

Prædari olim in laude.

9. AGITABIS.] Ex loco isto Pracast. 1. Syphil.

Hic (iubeo) tibi, nulla quies, nulla otia sunto.
Rumpe moras, agita assidius venabilibus apros
Impiger assiduis agita venabilibus vrsos.

10. ONAGROS.] De pullis præcipue capias, nam hi boni, imo pretiosi ad esum. Plin. c. 44. lib. 8. *Onagri in Phrygia, & Lycaonia præcipui. Pullis eorum ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur, quos Lalisiones appellat.* Mart. lib. 13.

Onagri.

Lalisiones boni ad esū.

Cum tener est onager, sola quæ Lalisio matre
Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

Grandes onagri non ita celebrati, sed boni tamen. Xenophon 1. Arnab. ita de illis: τὰ δὲ ἀγρίων ὄνων ἐκείνων ἐν παραπλησίοις τοῖς ἐλαφείοις, ἀπεκόπησαν: *Erant eorum carnes sapore nihil fere a cervinis differentes, molliores aliquanto.* Hæc ergo causſa, cur à Poeta Onagri numerentur inter damas, & lepores in re venationis. Ceterum, cum Plinius, vt vidisti, in Phrygia, & Lycaonia hanc feram ponat, vt ante illum Varro c. 6. lib. 2. Rusticorum. Xenophon vero 1. Anab. in

UVA. BHSC. BU 00239

Virgilius defenditur.

Arabia, alij in Africa, nemo in Italia: efficitur perinde, Virgilium has suas præceptiones non ad Italiam solum, sed ad alia terrarum loca accommodasse: quod, cur Grammatici aliqui non deglutiant, adhuc nescio. Mirandúmque est, virum doctum Victorium annumerasse hoc inter peccata Virgilij li. 38. Varr. c. 1. In quo non minus errat, quam in his, quæ vati obiicit de cervis Africanis, de cedro Itala, vt suis locis excutiam.

Aprorũ duplex locus.

11. VOLVTABRIS.] Duplicem locum amant sues aut apri, volutabra cœni, & syluas montium. Primum locum indicat Philo lib. 1. de Præmiis Sacer. ὦ σὺς τρόπον ἐν βορβόρῳ διατρωξόμενος χαίρει: *suis more gaudia in cœni volutabro degere.* Et Lucr. lib. 6.

——nobis cœnum teterrima cum sit
Spurcicies eadem subus hæc res munda videtur,
Insuauibiliter toti vt voluantur ibidem.

Et Ælian. c. 45. l. 5. Hist. Animal. vbi ait, apros vocari ab Homero χαμαιδάδας, quod humi cubent, sintque in volutabris & locis turbidis. Et Arnob. lib. 7. aduersus Gent. *Cum ad vltimum porculi cœnum vobis profunderent ex volutabris horrentibus, lutosis & voraginibus sumum.* Alterum Poeta ipse 5. Eclog. *Dum iuga montis aper.* Et multis Xenoph. de venatione, vbi peculiaria multa adducit, de apro inuestigando, cum in syluis est. Calab. lib. 2. loquens de sue, & vrso infert πύχας ὑλησώσας ὄρεσ: *syluosos montis recessus.* Et lib. 5. in Scuto Achillis inducit leones, versos, pardales, sues oberrantes καὶ ὄρεα *per montes.* Ex vtroque loco, quo gaudet hæc fera, lucem accepit Aristotel. lib. 3. de Morib. ad Nicom. ἐπεὶ ἀνγε ἐν ὕλῃ, ἢ ἐν ἕλεσι ἦ, ὲ ἀσφήσ γωνται. *Quando in silua fuerint, aut palude non irruunt.* Vbi fortasse hanc feram signat, etiamsi absolute dixerit τὰ θηρία, *animalia.* Lucem etiam Plato accipit, qui cum respectu ad hanc feram dixit lib. 7. Polit. ἐν βορβόρῳ βαρβαικῷ πνί τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον: *tanum oculum obrutum cœno barbarico.* Sed de Platone res clarior, nã postea ipse suis meminit.

12. LATRATV TVRBABIS AGENS.] Obtrudam tibi partim Xenophontis in lib. de venatione pertinentem ad rem hanc: *Canes, cum iam cubili propius fuerint, impetum faciunt: aper perturbatus exsurgit, & quacunque enixa fronte inuaserit, ea reiicit. Irruet autem A cursu, aliquin necesse est transcurrere. Et si præceps fuerit locus, in quo eum sagena detinent, statim exsurget: si planes, ab initio stabit, ibidem inhærens, incumbent tum vero canes. Ipsos autem venatores oportet intentos in eum tela conicere, & circum venientes tergo lapides mittere, donec illatus plagam retis intenderit.* Tu reliqua.

13. MONTESQVE PER ALTOS.] Laudat Dio Chrysost. orat. 3. venationem illam, quę fit per montes, & reprehendit venationem Regum Persarũ, qui feras occidebant inclusas hortis, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ, *tanquam in carcere.* Aitque, hãc venationem carere gaudio, quia caret labore in quærendo. Adiicit multa in hanc sententiam.

Aprorũ duplex locus.

14. CLAMORE.] Clamores, quibus canes excita- Clamores venatorum.
B rentur ad sequendam prædam, hos ponit Xenophon ἰώ, σαφῶς, δ, δεῦρο ὦ κύνες: *Io, probe, bene, euge ô canes.* ἕπου ὦ κύνες, *prædam sequimini ô canes.* Martial. lib. 10. epigr. 37.

Hic olidam clamosus ages in retia vulpem.

Est enim clamor vna inter artes venatorias. Calab. lib. 7.

ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σταθμοῖο κύνες, μογεροί τε νομῆες,
κήρλεσι, φωνῇ κεχαρῆτες σύριγξι λέοντας
πανδοσίῃ ἐσσύμενοι:

Quemadmodum ab stabulis canes, & laboriosi pastores
Viribus & clamore validos agitant leones,
Vndique ipsi irruentes.

Greg. Nazian. in epitaph. Basil. πίνων ἱππείων, ποίων κυνῶν, τίνι δ' ὑλακῇς, ἢ κραυγῇς, *quibus equis, quibus canibus? quo latratu, aut clamore?* Cyrus Theodor.

C κυνηγέται οἱ κραυγαὶ κυνηγέτιδι
κραυγαῖς, ὑλακαῖς, πλεκτάναις, δόλοις, λόχοι:
Venator arte subdola captat feras,
Clamore seuo, nexibus, latratibus.

Obseruabis parergon ex Arist. lib. 4. Hist. c. 8. vbi de captura piscium similem artem adhibet. Ait enim eos iactis lapidibus, & excitato strepitu, atque clamore hominum adigi in vnum locum, & compelli ad retia. Hoc enim argumento probat inesse piscibus sensum auditus.

15. PREMO.] Est hoc verbum venatorum, neque Premo verbum venatorum.
semel à Poeta, aut aliis illatum. Verbo cogo extulit Terent. Varr. in Præsse Parato: *coactus cervus latratu canum.*

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare graues nidore chelidros.
Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cœlúmque exterrita fugit,
Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum, pecorísque aspergere virus,
Fouit humum: cape saxa manu, cape robora pastor,
Tollentémque minas, & sibila colla tumentem
Deiice: iamque fuga timidum caput abdidit alte,
Cùm medij nexus, extremæque agmina caudæ
Soluuntur, tardósque trahit sinus vltimus orbes.

ARGVMENTVM.

Cedri, & Galbani nidore abigenda serpentes, qua pecus infestant.

EXPLICATIO.

CVM serpentes soleant oues infestare, dicit prædam in stabulis cedrum, & galbanum, quibus D ex dolore insito inest virtus contra chelydros, viperas, colubros: quæ bestiæ solent delitescere in præsepibus, abiguntúrque odore harum arborũ. Prædicat præcipuè de colubro inimicitias contra boues, vtque istis virus suum spargat. In quo deiiciendo opus quoque est saxis, & fustibus. Ex occasione eleganter describit colubrum in partes resectum.

NOTÆ.

VVA. BHSC. BU 00239

NOTÆ.

Cedrus serpētes fugat.

1. ODORATAM CEDRVM.] Odorata omnia vim habent contra serpentes. Plinius de Styrace c. 17. lib. 12. *Eundem ad serpentes fugandas vrūt in odoriferis syluis frequentissimum.* Sed cedro in primis vis ista Nicand. in Theriacis.

κέδρῳ τε πολυόδμοισι κατα-ληθέα θηρίοισι
ἐν φλογὶ κατυπνὸν ἄγει καὶ φύξιμον ὀδμήν:
Cedrus dentatis strigilibus derasta,
Incensa iaculatur odorem fumantem, & fugaciē noxia.

Greuinus sic reddit:

Dentatisque cedrus maxillis sectile lignum
Omnibus inusum serpentibus efflat odorem.

De eadem Plin. cap. 4. lib. 24. *animalia necat.* Ibidem de cedri succo: *Defuncta corpora incorrupta anis seruat, viuentia corrumpit.* Quæ non de hominibus tantum capienda, sed etiam de feris. Transtulit ex Dioscor. lib. 1. c. 106. δύναμιν δ' ἔχει σκιπικὴν μὲν τῶν ἐμβύων, φυλακτικὴν δὲ τῶν νεκρῶν σωμάτων. Non egent versione audito Plinio.

Galbanum.

2. GALBANEO.] Galbanum Dioscoridi c. 107. lib. 3. est ὀπὸς ναρθηκ& ἐν συρίᾳ γενομένου: *succus ferulæ nascentis in Syria.* & Galen. lib. 3. Simp. Medic. *Galbanum succus est plantæ ferulaceæ.* Huius cremati virtus contra serpentes valde est celebris. Dioscor. θυμιᾶται συμπεφυῶν διώκει: *fugat serpentes si vratur.* Plin. c. 25. lib. 12. *Syncerum si vratur fugat nidore serpentes.* Repetit li. 24. c. 5. Luca. lib. 9. inter odorifera alia, quæ cremabantur contra serpentes, tum etiam:

Hic ebulum stridet peregrinaque galbana fudant.

Calpurn. 5. Ecl. latius de hac re.

Lurida conueniet succendere galbana sepiis,
Et tua cerruino lustrare mapalia fumo.
Obfuit iste malis odor anguibus: ipse videbis
Serpentum cecidisse minas, non stringere dentes
Vilia potest vncos: sed inani debilis ore
Marcet, & obtuso iacet exarmata veneno.

Græci ὄσυομον vocant, *suaueolentem.* De qua re lege Philon. lib. Quis sit rerum diuinarum heres. A Nicand. in The. βαρυόδμ& dicitur *grauiolens.* vbi adhibet contra serpentes. Versus est,

ναὶ μὴν βαρυοδμ& ὀδὴ φλογὶ μιανθεῖσα χαλκάνη:
Præterea grauiolens candentibus india primis
Galbana.

Sequor sæpissime in Nican. (hoc scias) versionem Iacob. Greuin. Succi huius virtus latius patet, quam contra serpentes. Plin. lib. 19. c. 10. *Infestant & culices horios riguos, præcipue si sint arbuscula aliqua. Hi galbano accenso fugantur.* Nec solum ab accenso succo medelæ magnæ, sed ab epoto. Dioscor. ἀνπσάζει δ' ἡ πεπιεμένη σὺν οἴνῳ, καὶ σμύρνη πιθεῖσα, *Aduersatur toxicis potum cum myrrha, & vino.* Vide præterea Colum. c. 5. lib. 8. & Pallad. lib. 12. tit. 13. qui duo eadem cum reliquis.

3. GRAVES.] Seruius *grauí* legit, & explicat *nocuo.* Sequitur illum vir iudicij magni German. innixus Nicand. auctoritate, à quo χαλκάνη *galbanum*, dicitur βαρυόδμ& ὀδὴ φλογὶ, *grauí nidore inter vrendum.* Et ego Dioscoridis, qui de eodem ὀσμὴ ἑαρεῖα, *grauis odor.* Notabam hic ingenium Poetæ. Vrit contra chelydrum galbanum, cui est nidor grauis, vt videlicet pugnet nidor contra nidorem. Chelydrus enim fumum excitat, qua repit, ac perinde nidorē. Lucan. *tractique via fumante chelydri.* Macer.

Seu terram fumat, qua teter labitur anguis.

Vtrumq; aduocat Isid. c. 4. lib. 12. & ipse ait: *Hic, per quam labitur terram, fumare facit.*

A 4. CHELYDROS.] Hic serpēs ita dictus à torositate instar testudinis, & ab aqua, quam frequentat: est enim χέλυς testudo, ὕδωρ aqua. Huius etiam est mentio in præcedenti lib. Male Isidor. capit. 4. lib. 12. Chelydrum confundit cum cherlydro. Contra quem pugnat auctoritas Virgilii, qui postea cherlydri meminit separens à chelydro. Et Nicandri in Theriacis, qui in narratione separat cherlydrum à chelydro, imo ait chelidrum esse, quem alij Hydrum vocant, alij Dryinan, quod videlicet ἐν δρυσὶν οἰκία τέθεται, constituat cubile suum in quercubus. Sed quod de Hydro ait, tantum capiendum est de similitudine quapiam, quam habent inter se hydrus & chelydrus, quod mox ipse explicat. Chelydrus serpens.

B 5. MALA TACTV.] Eodem modulo clausit verbum suum Lucret. lib. 2.

Omnia postremo bona sensibus, & mala tactu.

Dicitur vipera *tactu* esse *mala* propter vim noxiam & venenatam: atq; adeo in hunc locum quadrant, quæ dico 2. Æn. ad illud: *mala gramina pastus.*

6. VIPERA.] Dicunt hanc dictam à vi, qua enititur in pariendo. Reiicit Canterus cap. 16. libr. 6. & dictam ait, quasi viuiparam, quod sola fere in serpentum genere non ouum, sed animal pariat, testante Nicandro: Vipera vnde sic dicta.

ὁίη γὰρ βαρύδυτι τόκῳ κύμαιν. πολὺ δ' ἀπὸ ὕπνῳ
ὠοτόκοι θῆρες κοιμῆσι δάκτυλοι ἡλίθιλοι:
Sola etenim fœtu grauida est, cum cetera in aliis
Ouipara excludant testacea pignora syluis.

C Adiungo Aristot. 1. Hist. Animal. c. 6. ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι ἀοτόκων ὄντες, ὑπ' ἐχίδνα μόνον ζωοτοκεῖ: *Verum cum cetera serpentes ova pariant, vna vipera animal parit.* Repetit lib. 5. cap. extremo lib. 7. Histor. qui de hac fera ζωογονεῖ. Herodotum lib. 3. qui cum discrimine ad hanc feram, cuius mentio præcessit, εἰ δ' ἄλλοι ὄφιες ἰόντες ἀνθρώπων ἐσιλίωνες, πίκλοι τε ἐσὶ: *Serpentes reliqui, qui non afferunt damnum hominibus, ova pariunt.* Oppugnat Canterum Crodæus, etiam si non nominet c. 11. lib. 3. Miscel. Nam cerasta quoq; vnos parit catulos id quod experimento deprehensum ait. Sed Brodæo non credit Dalecampius in Notis ad Plin. cap. 62. libr. 10. Neq; dum ego, refragantibus testibus, quos adduxi, Nicandro, Aristotele, Theophrasto, Herodoto, aliis. Sed sciat lector in Plinio legi c. 74. lib. 10. de aspide quę euixa est catulos: si nonnulla alia supperterent, stabiliri posset pars Brodæi. Roges, an verum id quod vulgo iactatum de vipera moriente, cum edit fœtum, discussis præ vi lateribus: Affirmant multi ex sacris Basilius Orat. περὶ φθόν Isid. c. 4. lib. 12. & multi alij. Ex Ethnicis, Nicander Theriacis, Apuleius in Magia. Æ- D lianus cap. 16. Hictor Animal. lib. 15. Plinius cap. 62. lib. 10 Herodotus libr. 3. Horus libr. 2. insinuat Euripid. in Oreste. Sed certe hoc inter fabulosa viri docti reiiciunt. Veritatem aperit Aristotel. lib. 6. Hictor. Animal. cap. extremo, ita loquens de vipera. πίκλοι δ' μικρὸ ἐχίδνα ἐν ὑμέσι, οἱ ὅσοι ῥήγνυται περὶ τῶν ὠνίοτε δ' ἡ ἔσω διαφορὰ αὐτὰ ἐξίησι τάχος. *Parit catulos obuolutos secundis, qua tertia die rumpuntur: euenit interdum, vt in vtero excludantur secundis ipsis abrosis.* Repetit obiter lib. 8. c. 17. vbi ait, ea ratione viperas senectutem exsuere, qua abrupto secundarum inuolucro prodierāt. Signata verba sunt, ἐκδύνειν δ' ὥσπερ τὰ ἐμβρυα ἐκτὸν χορίων. Ergo natus error ex secundis abruptis vel extra vterum, vel in ipso vtero. Est hoc, quod dixit Plinius, *Intra vterum catulos excludit, deinde singulos dies singulis parit, viginti fere numero.* Ergo quod in eodem Plinio, & aliis est de parente occisa: quod in Herodoto de eadem parente est occisa, vt in partu luat pœnas masculo, quem ipsa interfecerat in coi- Viperæ partus fabulosus est.

UVA. BHSC. BU 00239

tu,nugatorium:cum sæpissime sit visa exclusis catulis superstes. Demum nemo hoc admittit illorum, qui curiosius ista perscrutantur,quales ij,qui nostro ævo,non multum certe superiore scripserunt. Ergo de secundis capiendus Lucanus, quem pro se, ac perinde contra nos adducit Isidorus.

Viperei coeunt abrupto corpore nati.

Capio(inquam) illum de secundis, ne dicam errauisse.

7. DELITVIT.] Signatur hoc verbo tẽpus hyemale,scribente Galeno lib.2. de affectis locis, à calore motum excitari, à frigore otiosum pigrumque reddi animal. Inde animalia frigidioris naturæ per hyemem solere latere,ipsáque adeo viperas,si contrectentur,non mordere:contra per æstatem sæuire. Eo respexit Ouid.2.Met.

Quæque polo posita est glacialis proxima serpens,
Frigore pigra prius,nec formidabilis vllis
Incaluit sumsitque nouas feruoribus iras.

In eandem sententiam ita Vitruu. loquitur cap. 1. lib.6. *Hoc autem ita esse à serpentibus licet aspicere, quæ per calorem, cum exhausta habent humoris refrigerationem,tunc acerrime mouentur:per brumalia autem, & hyberna tempora mutatione temporis refrigerata, immotæ sunt stupore.* Hæc contuli ex Philandr. ad illustrationem Virgilij, & adiungo locum signatissimum Aristotelis lib.8. Histor. cap.15. vbi de variis serpentibus, φωλεῖ πεῖλαχος ἰώνιας τὰς χειμερινὰς τέτες : *latent quatuor anni mensẽs frigidissimos.* Sed quo loci viperæ latent in hyeme? Audi Plinium cap.39. lib.8. *Serpentium, vipera sola terra dicitur condi : cetera arborum, aut saxorum cauis.* Sed quid si subest error in Plinio, & sententia tota corrupta est. Nam Aristotel. lib.8. Histor.cap.15. οἱ μὲν ἂν ἄλλοι ὄφεις ἐν τῇ φωλεύσει, αἱ δ' ἔχιδναι καὶ αἱ πέτρας κρύπτουσιν ἑαυτὰς : *cetera quidem serpentes subeunt cauernas terræ,vt ibi lateant:una vipera sub saxis condunturr.*

8. COELVMQVE EXTERRITA FVGIT.] Consuluit Deus egregie mortalibus, qui maleficis bestiis hanc naturam indidit,vt in cauernis, & antris lateant. Philo θεῖ ὄφεις. loquens de Inuidia. ἰοδόλε τρόπον ἑρπετὸν φωλεύει:*cauernas habitat venenosarum more bestiolarum.*

9. AVT TECTO ASSVETVS COLVBER.] Aiunt colubrum vini blandimento irrepere in ædes, & sic in apothecis sæpe inueniri.

10. CAPE SAXA MANV, CAPE ROBORA PASTOR.] Hoc videtur scripsisse Poeta cum memoria illorum quæ adolescens luserat in culice:vbi pastorem inducit trunco pugnantem aduersus serpentem.

11. TOLLENTEMQVE MINAS.] Ita Luct.lib.3.
—*Lingua vibrante minantem Serpentem.*

12. IAMQVE FVGA.]Colubrum in fuga semilacerum ac resectum depingit etiam 5.Æn. Adducam versus illustrandis istis aptissimos.

Qualis sæpe via deprensus in aggere serpens,
Ærea quem obliquum rota transiit,aut grauis ictu
Seminecem saxo liquit lacerumque viator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Ante Nostrum Calaber lib.11.
—βλοσυρὸν δράκοντ' ἠὲ πολυπλὴθ' ἀνὰ παλλόμενον.
draconis horridi præsecta cauda subsultat.

Post illum Opp.lib.2.Cyn. describens pugnam ceruorum,& serpentum.
—χῦ δ' ἀρούρῃ πολλὰ κέχυνται
λείψανα πειρήσαντι, καὶ ἀμπαύοντι φόωσε,
—*humi vero multa iacent effusa*
Reliquiæ spirantes,& palpitantes cadibus.
Iterum ἄλλοτε δ' ἠμίσεια κὰτ' ἀμπαύοντι
Frustraque,semesa in terra palpitant.
Et 2.Hal.loquens de piscibus ἄλλα δ' ἀμπαύει ἑλίσσεται εἰσόκε παύσασθον πταλία vibrantur, torquentur adhuc spirãtia.non attuli versum, tantum verba conuulsa.

13. TIMIDVMQVE CAPVT ABDIDIT ALTE.] Est hoc,quod de suo serpente dixit Apoll. lib.4.
—μυχὸν δ' ἀνὰ φωλεὸν ἔδυπε.

14. NEXVS.]Arripuit Ouid.3. Met. nam de suo serpente,
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes Torquet.
Non hinc abit Apollon.lib.4.
ὣς δράκων σκολιὴν εἰλιγμῷ ἔρχεται οἴωνι:
Vti draco obliquam it viam tortu flexuoso.
Et posteà:
ἑλίζω δ' ἔνθα κἀνθα κάρη σρέφει:
hinc,& inde caput contorquet strepitans.
Calaber lib.5.ad rem istam aduocat vocem πλογμὸς, cum ait:
σμαραγιδήσει πεδόγυιο σὲι πλογμοῖσι δράκοντες:
nexabant se nodis horribiles dracones.
Proprie πλογμοὶ,aut πλεγμοὶ signant πλοκάμους,aut tale quid.Virg.2.Æn.alioflexu: —*sinuatique immensa volumine terga.* Et Papin.lib.5.
Sauior anfractus laterum sinuosa retorquens
Terga solo.
Sedul. lib.1. *Perflexus sinuata globos.* Seneca in Medea isto,
Tumidúmque nodis corpus adgestis plicat,
Cogitque in orbes.
Ab ista nexuum complicatione vocat serpentẽ Philo in lib.de Agricult.πολυπλοκωτάτην.

15. EXTREMÆQVE AGMINA CAVDÆ SOLVVNTVR.]Est fere hoc,quod Papin. dixit lib.5.
—*tractúque soluto*
Immanem sese vehit,ac post terga relinquit.
Quod Homer.13.Il.δὴν γαῖαν κέτο πᾶσαν:*iacuit in terra extensus.*Datur *agmen* serpenti agenti sese in omnem partem,ac torquenti.

425 [a] Est etiam ille malus calabris in saltibus anguis,
[b] Squammea conuoluens sublato pectore terga,
[c] Atque notis longam maculosus grandibus aluum:
[d] Qui,dum amnes vlli rumpuntur fontibus,& dum
Vere madent vdo terræ,ac pluuialibus Austris,
430 Stagna colit:ripísque habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem,ranísque loquacibus explet.
Postquam exhausta palus,terræq; ardore dehiscunt,
Exsilit in siccum,& flammantia lumina torquens
Sæuit agris,aspérque siti,atque exterritus æstu.
435 [e] Ne mihi tam molles sub dio carpere somnos,

Neu

UVA. BHSC. BU 00239

Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cum positis nouus exuuiis, nitidusque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.

ARGVMENTVM.

Chersidri serpentis patria, forma, viuendi ratio, fœsities.

EXPLICATIO.

[a] DESCRIPSIT feras, quæ latent in præsepibus in perniciem pecoris, transit ad chersydrum, qui in agris vagatur non cum minore incommodo. Ait hunc esse malum, id est, noxium: esseque in Calabria frequentissimum.

[b] Describit, vti se soleat ostentare ad maiorem terrorem. Conuoluit terga, & se in spiras contrahit: ac tunc caput, & pectus attollit.

[c] Pertinet hoc ad formam. Est hic anguis grande aluo, aluus vero variis maculis distincta. *Maculosus aluum* est, maculosus κατὰ τὸ *ad iuxta*.

[d] Transit ad loca, quæ hic serpens amat. Amat aquas, amat terram. Ideo enim Chersydros dicitur, nam χέρσος & tellus est, ὕδωρ aqua. Ergo sic tempus diuidit, vt in hyeme, cum amnes exuberant, & tumpuntur fontibus, vere etiam, cum est magna aquarum copia, stagna & paludes amet, vbi pisciculi, & ranæ ad pastum in æstate vero, cum exhaustæ præsiccitate paludes, cum ingens ardor terrarum, ab aquis exeat, atque ex siti flammeus ingentem agris vastitatem afferat. Vocatur *improbus*, vt qui se non facile satiet.

[e] Coneludit hanc partem declarato voto suo. Optat enim non dormire sub dio extra tecta, non iacere in herbis nemorum, cum serpens hic senectam exsuit, cum iuuentutem induit, cum per agros vagatur relictis in cubili aut catulis, aut ouis: nam hoc tempore pectus in altum itacundus attollit, lingua immanissime vibrat.

NOTÆ.

Chersidrus serpens.

1. CALABRIS IN SALTIBVS.] Chersidrum à Poeta intelligi, perspicuum est ex sequentibus. Huic enim angui conuenit illa domicilij commutatio aquarum, & terræ: vnde & nomen inuenit ab vtroque elemento. Idipsum asserunt tam Interpretes, quam alij, qui communes locos scripserunt. Id etiam liquidum ex Nicandro, quem Poeta imitandum suscepit in tota hac Chersidri narratione. Nicandri verba inseram variis locis, vt necessarium videro. Demum iuuant verba ista Solin. c. 8. *Calabria chersydris frequentissima*. Sunt qui in chersidro cõfundant hydrum, & natricem. Ad quam rem facit, hanc narrationem conformem esse illi, quæ habetur in Culice de hydro angue aquarum.

Serpentis ferocientis nota.

2. SVBLATO PECTORE.] Hæc nota magna est ferocientis anguis. Adhibebo exempla, vt seruiant variationi. De hydro in Culice:

Attollit nitidis pectus fulgoribus, & se
Sublimi cernice rapit.

Anguibus etiam in 2. Æn. dat *arrecta pectora inter vndas*.

Pap 5. Theb. — *Liquidum nunc aera lambit Ore supinato.* Sil. lib. 6. de angue immiti:

Extulit assueti caput, atque in nubila primam
Dissersit faciem, & cœlum fœdauit hiatu.

A Et postea maiore hyperbole,

At nemus arrectæ, & procera cacumina saltus
Exsuperant cristæ, trisido vibrata per auras
Lingua micat motu, atque assultans æthera lambit.

Et lib. 3. loquens de serpente, qui visus eunte Annibale contra Italiam, de quo & Liu.

Attollensque caput nimbosis montibus æquat:

Orpheus Arg. ita ex eadem nota,

ὕφθα δ' ἀράκων ἐλιχοίην ὧδε πλατύσσων ἑλιχθείς
δινεύων ἀνάειρε κάρη, ἐλοχουρόντε λέγεσθον.

Ecce draco immensis spiris facientibus orbes
Attollens immane caputque genasque frequentes.

Et Opp. 2. Cyn. — ὃς αἰείρει δ' ὑψοῦ κάρη ἀλγαλέων ὀφιώων. — *ad cœlum alte attollit Fimestam ceruicem.*

B De basilisco Plin. cap. 21. lib. 8. *celsus, & erectus in medio incedens.* Sumsit à Nicandro, qui hunc serpentem vocat ὀρθοσείραιον. Ex hac ferocitatis nota dracones in scuto Agamemnonis apud Hom. 11. Il ὀφιοφόρῳ τοῦτο τοῦ ὄφιος. *Surgebant vsque ad iugulum.* Sed cum Virgil. suo serpenti pectus det sublatum, reliquam partem circumuolutam in spiras, videtur Ouid. cum illo contendisse 3. Met.

Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcum:
At media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus.

Et Sil. lib. 6.

Immensum attollit corpus, tergoque residens
Cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris.

Tu lege Aristotelem cap. 11. lib. 4. de Partibus Animal. vbi reddit rationem, cur serpentes, reliquo subsidente corpore, vibrent caput in omnem partem, etiam auersam. Studiose congessi tot exempla, vt habeat segetem sedulus imitator.

C 3. NOTIS LONGAM MACVLOSVS GRANDIBVS ALVVM.] Duplex nota grandis aluus, maculosi tas. De prima Nicand. loquens de aspide.

ἕρπει ἀτειρὲς ἑλιχθὲν ὀλοὸν ὠμηρύγματι γαστρὸς·

Serpit humi cauda, ac longi gestamina ventris.

De altera Noster in Culice,

Immanis vario maculatus corpore serpens.

Et Silius lib. 2.

Cœruleus maculis auro squallentibus anguis.

4. STAGNA COLIT.] De Chersydro Nicander,

— δὴ βροτοῖσιν ἀλύσκων
ἄσπετον ὕδατος χεῖσι φέρει κότον·
— *in cana palude*
Ingentem affert calamitatem rauis.

D Similia de serpente suo Pap. 5. Theb.

Sæpe super fluuios gemina sacet aggere ripæ
Continuus, squamisque imi fus adæstuat amnis. Item,
Stagna per, arentesque lacus, fontesque repressos
Voluitur, & vacuis fluuiorum in vallibus erat.

Eadem ferme de Dryina Nicander, cui serpenti dat pro cibo μολεῖδας, ἢ βαλεγχίδας: *moluridas, aut ranas.*

Ingluuies. 5. INGLVVIEM.] Plinius nominat *sinum gutturis*. Albertus Mag. barbare *pappam*. Vulgus *pappum*.

E Græcis est φελλός, πτερυγιστὸν, μαγαρεών. Definit ita Aristot. 2. Hist. c. 17. ἐστὶ δ' ὁ φελλὸς ὃ ἔχει μακρὸν τὸν μέγα, ἐν ᾧ ἡ ἰσχὰς κεῖται ἐσάπαξ, ἀπτερύγιστος ἐστὶν: *est ingluuies, cuius in amplum sinuata, qua primum cibus ingestus continetur incoctus.* Additque, angustam esse, & qua gulæ, & qua ventri coniungitur, in medio capacem.

UVA. BHSC. BU 00239

Ad Virgilianam Musam facta illa Silij lib. 6. quæ A ramen longe absunt à nitore hoc,

— *serpens centum porrectus in ulnas*
Lethalem ripam, & lucos habitabat Auernos
Ingluuiem immensi ventris, grauidamque venenis
Alnum deprensi satiabant fonte leones.

Ranæ loquaces.

6 LOQVACIBVS.] Dat ranis verbum loquendi. Aratus βοᾶσιν. Cic. voces, & ὑπηρεύειν. Integra à à me pete 1. G. ad illud,

Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.

Homerus in Batrach. ranam vocat πολύφημον, καὶ πολύφωνον. à loquacitate.

7. POST QVAM EXHAVSTA PALVS.] Nic.

— ἀλλ' ὅπαν ὕδατα
σύες & ἀζηπνοῖσιν ὑπὸ σκυμβρὸν λίμνης,
ἢ ἴδε ἢ ὅγε χέρσῳ πεπέδηται φαρέτρῃ, ἢ ἄκρος, B
δάλπων ἠελίῳ ἐλασυρὸν δέμας· ἐν δ' ἑλεεινοῖς
γλώσσῃ ποιφύγῃ ἐν ὑγρῇσι δ' ἀμφίρρυτος ὄγμος:

— *ac siccis ubi desiit unda lacunis*
Egressus, terræ se continet: hic sua membra
Squallidus infirmisque fouet feruente sub æstu,
Intritisque uias afflatur asperat ore
Exedit arentes, quos fecerat orbita, sulcos.

Ardor oculorum in serpentibus.

8. FLAMMANTIA LVMINA TORQVENS.] De aspide Nicander in Ther. — τὸ δ' ἑτέρωθεν ὑπαφοίτιτανται ὄμμα: *rubescunt, superne oculi.* & de vipera —ἐνωπὴς γλήνιε φοινίσσει τεθυμένῃ & *oculorum pupillas iracundus rubefacit.* De eodem in Culice: *Aspectuque micant flammantia lumina torno.* Sed & in omnibus serpentibus nota oculorum ardenntium maxima fuit semper ad iracundiam. Ita 2. Æn.

Ardentesque oculos suffecti sanguine, & igni.

Quid. 3. Met. *Igne micant oculi.* Senec. in Furente:

— *igneos serpentium oculos.* Silius lib. 2. de serpente,

Ignea sanguinea radiabant lumina flamma.

Pap. 5. describens serpentem immanissimum hanc notam non omisit: *Luuidæ fax oculis.*

9. ASPERQVE SITI.] Serpentes siti esse sæuiores satis late Lucanus indicat, & omnes Scriptores, cum incidunt in sermonem Africæ, quæ venenis, & serpentibus præ nimio æstu exuberat. Nic. etiam δεῖρε & ἀλεξήρῳ δίψῃ.

10. EXTERRITVS.] Ne abeat inobseruatum, in nonnullis legi *exercitus* viuidiore (vt apparet) sententia.

11. NE MIHI TVM MOLLES.] Par locus ille, *Ne mihi tam prudens quisquam persuadeat auctor*

Tellurem Borea rigidam spirante mouere. Atque ille,

— *non illa quisquam me nocte per altum*
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.

Videtur mihi Poeta quodammodo imitatus Nicandrum in Ther. qui post descriptam naturam Cenchridis, serpentis venenati, ita absoluit.

μὴ σύγε θαρσαλέος περ ἰὼν δόλε βήμεναι ἄντην μαινομένῳ. *Ne velis audax ire contra illum, cum furit.*

De particula *ne* notat Germ. pari energia vsurpati à Callimach. particulam, μὴ μὴ τῶν & ἐμὴν φίλον: *ne mihi ille amicus.* Integra ab eo pete. Tale etiam est exemplum, quod ego adduxi ex Nicandro. Præterea obseruo, Oppianum particulam μοι lib. 4. Cyn. vsurpare eodem modo, quo hic Poeta. *mihi.*

— τῷ μοι σαφὲ πάντα νοήσεις ὁπποσα κύντατος ἀνὴρ θηρόφονος.
Quapropter mihi obseruent ingruentes uenos Venatores.

12. DORSO.] De hac metaphora alibi.

13. CVM POSITIS NOVVS EXSVVIIS.] Locus hic illustrabitur his, quæ dicam 2. Æn.

14. CATVLOS.] Obserua hanc vocem dari serpentium soboli. De natis è vipera Plin. libr. 10. c. 62. etiam dixit *catulos.* Ceterum cum discriminatim ait, *catulos, aut oua,* volunt aliqui dubitare vatem, an hoc animal sit ζωοτόκον, an ᾠοτόκον, *uiuiparum, ouiparum.* Sed inclino potius, vt faciat ᾠοτόκον ex sententia Arist. & reliquorum, qui ab hac re vnam tantum excipiunt viperam. Et tunc sententia erit, aut oua, aut catulos ab ouis exclusos. Catuli etiam de serpentibus.

15. TRISVLCIS.] Pari metaphora de hydra Lernæ. Val. Flac. 2. Arg. C

— *atque ordine curua trisulco*
Fulmineus quatit ora fragor.

Ouid. 3. Met. ita extulit,

Treſque micant linguæ, triplici stant ordine dentes.

Alcimus Auitus lib. 2. ita: —*trisidam dispergunt guttura linguam.* Sedul. lib. 1.

— *linguis trisulcis*
Squamea colla tumens.

Plin. c. 37. lib. 11. *tenuissima serpentibus, & trisulca vibrans, atri coloris.* Referenda sententia ad volubilitatem, qua rotatur serpentium lingua, ita celeriter, vt triplex appareat: non ad naturam, nam Arist. lib. 2. de Part. Anim. c. 17. tãtum bifidam agnoscit. ὄφεις καὶ οἱ σαῦροι μακρὰν καὶ δικρόαν γλῶτταν ἔχει: *Serpentes, & lacerti linguam habent longam, & bifidam.* Idipsum dixerat lib. etiam 2. Hist. Anim. cap. quoque 17. Et de vipera Nican. Ther. δικρὰ γλώσσῃ: *lingua bifida.* D

440 [a] Morborum quoque te causſas, & signa docebo.
[b] Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
Altiùs ad viuum perſedit, & horrida cano
Bruma gelu: vel cum tonſis illotus adhæſit
Sudor, & hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
445 [c] Dulcibus idcirco fluuiis pecus omne magiſtri
Perfundunt: vdiſque aries in gurgite villis
Verſatur, miſſuſque ſecundo deſluit amni.
[d] Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca,
Et ſpumas miſcent argenti, viuaque ſulphura,
450 Idæaſque pices, & pingues vnguine ceras,
Scyllamque, helleboroſque graues, nigrúmque bitumen.

E

ARGVMENTVM.

Proponuntur causſæ ſcabiei in pecoribus, & remedium contra illam.

EXPLICATIO.

[a] EXTREMA pars libri continet morbos, quibus solent infestari pecora. Initium sumit ab quibus, mox longe in hanc rem dilabitur. Promittit

sit dicturum se causſas morborũ, & ſigna. De cauſ-
ſis ſtatim, de ſignis nonnihil poſtea.

[b] En iam, quæ de cauſſis promiſit. Scabiem enim morbum ouium quatuor efficiunt, imber frigidus altius in corpus penetrans: ſummum frigus ſummæ hyemis: ſudor, qui non tergitur, cum oues ſunt tonſæ: vepres, & ſpinæ ſuo laniatu.

[c] A cauſſis morbi tranſit ad remedia morbi. In prima acie ponit ablutionem, de qua diſcriminatius, quam de aliis. Perfundatur pecus fluuio aquæ dulcis; quia videlicet ſalſa aqua creat pruriginem: ſi non ſatis perfuſio, mergatur ſæpius (hanc enim frequentiam indicat verbo frequentatiuo) in ipſis gurgitibus: ſi neque merſio ſatis, relinquatur in amni, deturque poteſtas natandi, vt mora illa vis morbi depellatur.

[d] Poſt ablutionem confercit remedia plurima: Linitur pecus amurca triſti, id eſt, amara. Miſcentur in vnum ad eius medicinam ſpumæ argenti viui: ſulfura viuida ab igne intus latentes: pix præſtantiſſima Idæi montis, hoc καὶ ἔξοχὴν: ceræ, quibus ineſt pinguedo ad vnctũram; id eſt, ceræ vnctæ oleo aliquo, vt ſint pingues: Scylla: vterque elleborus (veratrum Latini nominant) albus, & niger; vtrique eſt virus & vires graues: bitumen nigrum.

NOTÆ.

Quis morbi i. varij.

MORBORVM.] In hoc initio videtur hæſiſſe & Nicandro, & Varroni. Ait prior in Ther.

πυῶν δ' ἄγε τοι ὀπὶ μικτὰ νόσων ἀλκὴν ἐπέεσσι λέξω:
Nunc age, dicam morborum remedia miſceri vt debeant.

Poſterior c. 1 lib. 2. Ruſt. agens de ſanitate pecoris: *Animaduertendum quæ cuiuſque morbi ſint cauſſæ, quæque ſigna earum cauſſarum ſint, & quæcunque morbum ratio curandi ſequi debeat.* Notat Germ. etiam Ariſtotelem cauſſas, & ſigna αἰτίας, καὶ σημεῖα, diſtinxiſſe lib. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντ. Eſt in hoc initio nonnulla occaſio reprehendendi Poetæ, qui cum omnino Varronis locum habuerit ante oculos, non tamen reddiderit verſibus, quæ ille ſoluto ſermone. Promiſit Varro tria, cauſſas, ſigna, remedia morborum: expleuit, vt promiſit. Quid Noſter? Peccat tripliciter. Promittit enim cauſſas & ſigna, non remedia. Deinde cum promiſerit ſigna, nihil adimplet. Tertio, agit de remediis, quæ non promiſit. Clariora hæc erunt Varronem intuenti. Non dubium, quin obiici iſta poſſint. Sed Poeta libertior eſſe debet, & anguſtior quouis alio artifice: neque poſtulat imitatio aſtrictiſſimam hanc excurrendi rationem; & infra de ſignis morborum agit, etiam ſi non ea, quæ Varro.

2. FRIGIDVS IMBER.] Cauſſa hæc ſcabiei in Catone eſt c. 5. Ruſt. *Scabiem pecori, & iumentis caueto. Id ex fame, & ſi impluit, fieri ſolet.* Omnes vero cauſſas, quas Virgilius infert, ex illo adducit Columella c. 5. lib. 8. Lege illum.

3. VEL CVM TONSIS ILLOTVS ADHÆSIT SVDOR.] Hæc in Q. Sereno eſt:

Illotus ſudor, vel copia nobilis eſca
Saepe grauis ſcabie correptos aſperat artus.

Colum. inter cauſſas morbi huius: *Si æſtuum ſudorem mari, vel fluuiis non ablues.*

4. HIRSVTI SECVERVNT CORPORA VEPRES.] Colum. *Si tonſum gregem paſtoris ſylueſtribus rubis, ac ſpinis ſauciari.*

5. PERFVNDVNT.] De hoc remedio Varr. c. 3. lib. 2. Ruſt. *Curatio autem, cum hic eſt morbus, hæc. Perfunditur aqua, & perungitur oleo, & vino tepefacto, &c.*

6. VILLIS.] Ita vocat propendentes pilos arietis. Ita etiam Ouid. de aureo ariete 3. Art.

Dictaque Varronis ſuluis inſignia villis
Vellera, Germana Phryxe querenda tua.

7. MERSATVR.] Colum. c. 4. l. 7. diſtincte hoc: *Atque vbi per triduum delibuto tergore medicamina (quis) perb berit, quarto die, ſi eſt vicina mare, ad littus deducta merſatur: ſi minus eſt, cæleſtis aqua ſub dio ſalibus in hunc uſum durata paulum decoquitur, eaque grex perluitur. Hoc modo curatum pecus anno ſcabrum fieri non poſſe, Celſus affirmat.* Diſſidet ab hoc Vates, qui hanc merſationem aquis dulcibus fieri præcipit.

8. AVT TONSVM TRISTI CONTINGVNT CORPVS AMVRCA.] Innuit Poeta, amurca vtendum ad ea vlcera, quæ contingunt ex tonſura. Ad hanc mentem ita Col. c. 4. lib. 7. *Verum ea* (ouis) *quandocunque detonſa fuerit, vngi debet tali medicamine. Succi excocti lupini; veteriſque vini fex, & amurca pari menſura miſcentur, eoque liquamine tonſa ouis imbuitur.* Et ſignatiſſime Calpurn. 5. Ecl.

Sed tibi cum vacuas poſtis velamine coſtas
Denudabit ouis, circumſpice, ne ſit acuta
Forſice laſa cutis: tacitum ne puſtula virus
Texerit occulto ſub vulnere, quæ niſi ferro
Rumpitur, ah miſerum fragili rubigine corpus
Corrodit ſanies, & putrida contrahit oſſa.

9. CONTINGVNT.] De hoc verbo ſupra.

10. AMVRCA.] De amurca contra ſcabiem late Doctores Ruſtici. Colum. c. 5. lib. 7. *Eidem* (ſcabiei) *remedio eſt amurca duabus partibus decocta, &c.* Plin. c. 8. lib. 15. ait amurcam eſſe vtilem *morbis quadrupedum.* Alij. Sed cur amurca triſtis? Poſſis referre ad amaritiem, ex his, quæ ego alibi late. Auctori Geop. libr. 18. ἀμόργη ὄπαλ & dicitur: *amurca inſulſa.* Certe quicquid eſt inſulſum, amatum quoque dici poteſt, & fatuum, vt quod careat illecebra ſalis. Amurca cõtra ſcabiem.

11. ARGENTI.] Cocti nimirum melle, explicatore Calpurn. 5 Ecl.

-viuis quoque pondera melle Argenti coquito.

Quod & Poeta innuit, cum infert ſpumas, quæ ex coctione fiunt.

12. VIVAQVE SVLFVRA.] Auctor Geop. lib. 18. Sulfur cõtra ſcabiem. οἱ δὲ βίτον καταχέουσι: alij *ſulfur illuunt.* Iterum: πρὸς δὲ ψώραν τῶν προβάτων θεραπείαις χρῆ πολλοῖς, καὶ ἕνιον μετ' ἐλαίου ἀλείφειν: *Curabis ſcabiem ouium vrina lauando, & ſulfur cum oleo illinendo.* Quid. 4. Faſt.

Tactaque fumanti ſulfure balet ouis:

Q. Serenus Samonicus:

Aut tu fœniculum, nitrumque, & ſulfura viua
Contere.

Scribit Galen. lib. 9. de Simp. Medicament. Facultat. ſe ad ſanandam adhibuiſſe ſulfur, ſicuti etiam ad lepram. Adhibet rationem, quia ita extergit hanc peſtem, vt non intro repellat. Hoc remedium, & plura ad imitationem Virgilij repræſentat Calpurnius 5. Ecl. Verſus integros dabo, ne diuellam:

Prouidus hæc moneo, viuentia ſulfura tecum,
Et Scyllæ caput, atque intacta bitumina porta,
Vlceribus lauros opem, nec brutia deſit
Dura tibi, liquido picis unguine terga memento.
Si ſint raſa, linas: viui quoque pondera melle
Argenti coquito.

Videndus etiam Colum. c. 5. lib. 7. Homerus Il. 16. ſulfur adhibet ad purgationem, & etiam 22. Odyſſ. Sed cũ ſit apud Dioſc. c. 124. l. 5. duplex ſulfur, alterum ἄπυρον, id eſt, *viuum*: alterum πυρωτόν, hoc eſt *igne incoctum*, Auctores aliqui, vt vidiſti, vtrumque in genere probant ad medelam ouium: aliqui primum Sulfur duplex.

VVA. BHSC. BU 00239

primum signate. Sed cur ἄπυρον, redditur Latine *viuum*? Nam si sine igne, certe non viuum? Audi. Dicitur ἄπυρον, non quia sine igne, imo ignem habet, & ideo viuum: sed quia non coctione ignis paretur, vt alterum. Ita plane Celsus libr. 5. c. 18. De ortographia non negligenda Brissonij Nota in Parergo. Quod vulgo *sulphur*, in Pandectis Pisanis, *sulpur*. Et in Leg. *Sulpuariæ*. sunt fodinæ sulpuris. Victorius quoque ait, reperisse se *sulpur*. in veteri codice Catonis.

Sulpur, pro, sulfur.

13. PICES.] Auctor Geop. lib. 18. τὰ δὲ ἐν τῷ κείρεσθαι συμβάντα τραύματα χριστέον ὑγρῷ πίσσῃ: *Vulnera, quæ accidunt in tonsura, pice liquida illinuntur.* Colum. *Deinde figularibus tritis, & picis liquidæ, & fricti salis singulos sextarios infundunt.*

14. ELLEBOROSQVE GRAVES.] Vterque elleborus sanandæ scabiei vtilis. De nigro signate Dioscorid. cap. 151. lib. 4. θεραπεύει δὲ καὶ ψώρας μετὰ λιβανωτοῦ, ἢ κηροῦ, καὶ πίσσης, καὶ κεδρίνου ἐλαίου χριόμενος. *Scabiem sanat illitum cum thure, aut cera, & pice, & cedrino oleo.* Paria Plin. cap. 5. lib. 25. *Scabiem quadrupedum* (sanat) *cum thure, aut cera, aut pice, vel cum pisselæo.* Et sup. dixit, purgari pecora eius suffitu. Eadem ferme Ruellius cap. 139. lib. 3. de Nat. Stirpium. Sed cur graues ellebori? Petitum hoc à virulenta natura eius herbæ. De Albo Plin. eodem c. *caput aggrauans.* Nigro dat Dioscorid. καρηβαρίαν, *grauitatem capitis.* Ferunt ita grauem esse elleborum capitibus, vt debeat celeriter effodi; ne si mora in effodiendo sit, grauis dolor capitis contrahatur. Quod ex Theophr. aliisque obseruauit Ruellius lib. 3. c. 138. & 139.

Elleborus contra scabiem.

[a] Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quàm siquis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os. alitur vitium, viuitque tegendo;
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat, & meliora Deos sedet omina poscens.
[b] Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit, atque artus depascitur arida febris;
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
[c] Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus,
Cùm fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
[d] Quàm procul aut molli succedere sæpius vmbræ
Videris, aut summas carpentem ignauius herbas,
Extremamque sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti;
Continuo culpam ferro compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
[e] Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum pestes. [f] nec singula morbi
Corpora corripiunt: sed tota æstiua repente,
Spémque, gregemque simul, totamque ab origine gentem.
[g] Tum sciat aerias Alpes, & Norica si quis
Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui;
Nunc quoque post tanto videat, desertaque regna
Pastorum, & longè saltus, latéque vacantes.

ARGVMENTVM.

Remedium alterum contra scabiem. Tum de febri pecorum, de remediis contra illam, de signis eius, de vastitate, quam affert.

EXPLICATIO.

[a] POST tot remedia adhibet extremum, quod præsens, id est, vnicum, & efficax scabiei sanandæ, nimirum rescissionem partis exulceratæ: hoc enim nisi fiat, serpet vitium, aletur, viuet: gerat se pastor medicum, ferrum adhibeat, resecet, non terat tempus fundendis tantum precibus & exspectando omini. Nam vt ait Sallust. Frustra, si te ignauiæ tradideris, votis muliebribus auxilia Deorum implores.

[b] A morbo scabiei transit ad febrim, qua solent infestari pecora. Ergo, cum ęstus ille, qui à febri prouenit, in miseram ouem grassatur, auerti debet scissione venæ, & sanguinis missione. Feriatur vero vena illa, quæ est supra vngulam, ad ima ipsius pedis.

[c] Vult suos pastores similes esse Bisaltis, & Gelonis, qui in locis desertis, secta equi vena bibunt ferinum sanguinem, vna cum lacte concreto. Sic pastor secet venas ægrotantis pecoris.

[d] Adhibet signa quinque pecudis febricitantis. Ea pecus habet febrim, quæ sæpius ad vmbram declinat, quæ ignauiter pascitur, quæ extrema est, quæ fessa in campo procumbit, quæ sero & nocte redit. Hanc statim occide, ne in reliquas serpat contagio. Illud, *culpam ferro compesce*, refertur ad eam culpam, quæ residebit in pastore, nisi vtatur ferro.

[e] Dicit non tam crebros fluctus atque turbines ruere

UVA. BHSC. BU 00239

ruere ex mari, cum imminet atrox tempestas, quam febris vnius infectæ pecudis in reliquas aduolat, grassatur, sæuit.

f Cur? quia non pereunt singula corpora, sed repente atque vno impetu tota ætiua intereunt, tota corruunt. Et cur tota? quia cadunt agni, in quibus sita est spes reparandæ sobolis: quia cadit ouiũ, atque arietum grex, & gens tota. *Æstiua* sunt proprie loca, vbi in æstate sunt greges, sumuntur hic pro ipsis gregibus, quos febris æstate potius, quam alio quouis tempore inuadit.

g Congerit in argumentum diræ cladis, qua solent oues perire, quæ gesta in Alpibus, Norico, & Venetorum locis. Argumentum petitum est à sensibus aurium, & oculorum, hunc in modum. Si quis auditiat, quantum olim floruerint ouibus Alpes aeriæ (celsæ,) Noricum, & pars illa Venetorum, quæ sita est ad Timauum fluentem per lapidiam; nunc vero videat, adhuc tanto post tempore, loca ea deserta, saltus vacantes, quæ vere erant regna, & delitiæ pastorum, hic profecto credet, quæ à me dicuntur de cladibus ouium.

NOTÆ.

Rescindo. 1. FORTVNA.] Opportune hic notat Getm. fortunam sæpe sumi *ἀντὶ τοῦ ἄκους, pro remedio.*

2. RESCINDERE.] Est hic aperire, ac viam ferro facere ex Nota Gifanij, idque ad imitationem Lucretij lib. 2.

Propereaque solere vias rescindere nostris
Sensibus.

Ita 10. Æn. *viam scindens.* Alibi, *Ille viam secat.* Ita Græci *τμήδην* ad iter. Ceterum cum præcepto Virgilij confine Aristotelicum lib. 8. Hist. cap. 21. vbi de morbo quodam suis. *ἰῶνται δ' οἱ ὑός τοι, ὅταν αἷμα τι μικρὸν ὂν, ἄλλον μὲν ὐδένα πρόπον ἀπιστάμενοι δι' ὅλου: Curantur a porcariis, cum malum incipere senserint, haud alio modo, quam tota parte obscissa, qua caperit.* Alluxit Basil. in Psalm. 7. *διαζώσαι αὐτὸς (νοῦν) τῶν συνέχεσθαι τοῖς παιδευτικοῖς σὺ σπηγαῖς: Incidere vulnere disciplinæ tuæ morbi cominutarem.* Et Ouid. 1. Met.

—— *sed immedicabile vulnus*
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

3. ALITVR VITIVM, VIVITQVE TEGENDO.] Cum intuitu aliquo ad Lucretium, qui lib. 4.

Vicia enim viuescit, & inueterascit alendo.

Vt vero hic, *viuitque tegendo*, passiue, ita supra *vitaque vitando Fœmina.* Est vero hic locus conformis illi 2. G. de igne furtim tecto sub cortice arboris, atque ita postea per negligentiam crescente.

Medici cur olim ignobiles. 4. MEDICAS MANVS.] Putat Brissonius lib. 2. Antiq. cap. 4. ideo olim Medicos fuisse ignobiles, quia etiam chirurgiam exercerent. Quem morem aperte indicat Seneca in Epist. *Nunquid eger laudat medicum secantem?* Cic. in Pison. *Medico, quem tecum duxeras, imperasti, vt venas hominis incideres.* Et 3. de Orat. diuidit medicos in eos, qui morbis medentur, & qui vulneribus. Plinius quoque dixit: *Archontio vulnerum medico.* Et lib. 29. c. 1. ait, Attagathum medicum à sæuitia secandi vrendique in carnificem transisse. Lege plura in illo. Et adiunge ad eundem morem Virgilij duo loca fignatissima. hic enim; vbi sermo est de sectione, *medicas manus* dicit. Et 12. Æn. medicus accersitur sagittæ eruendæ, quod plane chirurgorum est. Ceterum locutionem ab Nostro sumsit Symmach. Epist. 39. libr. 3. *ante medicas manus opem cæli clementioris exspectat sanitas.* Seuerus Rhetor. *Admosti medicas manus.*

Sedeo, notat otium. 5. SEDET.] Hoc verbum iam vsu Auctorum inualuit ad otium significandum, & remissionem. Ita Græci *καθῆσθαι.* Inde *deses, desidia, desideo*, omnia ad remissionem transferuntur. Sueton Iul. cap. 4. *Vastante regiones proximas Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transit in Asiam.* Vt vero *sedet poscens*, ita Græci *καθηται αἰτῶν, προσδοκῶν.*

6. OMINA.] Sic legi, non *omnia*, secutus Canter. lib. 1. c. 8. Nou. Lect. Sed non negligenda auctoritas Henr. Steph. legentis *omnia*, cum allusione ad Græcam veluti parœmiam, *βέλτιονα πάντα ἐλπίζειν, ἢ προσδοκᾶν: melioraomnia sperare, exspectare.*

7. BALANTVM.] Vt hic ex verbo signato ones intelligit, simili energia possit auspicans poesin, dicere *feram rugientem*, pro leone: *mugientem* pro boue. &c. Locus iste illustratus 1. G. ad illud, *Balantumque gregem.*

Depascot de febri. 8. DEPASCITVR ARIDA FEBRIS.] Q. Seren. *Sin autem calida depascent corpora febres.*

S. Hieronym. Epist. 22. *infusa febris sic infelicia membra depasta est, vt ossibus vix hæserem.* Et Græci *νέμεσθαι* in re morbi. Philo in Polit. loquens de igne sacro, *πυρὸς τρόπον ἐπινέμεται: instar ignis depascitur.* Et Basil. in Psalm. 7. *τὸν νόσον νεμομένων, ἢ ἕρπουσαν: morbum depascentem, serpentemque.* Dio etiam Chrysostom. Orat. 57. in re eadem. *νέμεται τὸ σῶμα, ἢ διαδεδομένον ἐς ἅπαν ἐκκαυόμενον: depastum est os, corruptumque vlceribus.* Pulere ad torrentem transtulit Philo libr. de cherubim Quod enim dicunt *depopulari* de aquis vndantibus, ipse *νέμεσθαι.*

9. INCENSOS ÆSTVS.] Ita Græci ad signandam febrim dicunt, *καῦσος*, & *καυσώδης πυρετὸς.* Inde ortum idioma Hispanicum, *causon.*

10. FERIRE.] Variant Latini per *secare*, *incidere venam.* Cicer. *minere sanguinem*, dixit, & *detrahere.* Græcis est *φλεβοτομεῖν, ῥᾴειν, ῥᾴζειν, κεντεῖν.*

11. PEDIS.] It in præceptum Virgilij Columella c. 5. lib. 7. *De talo, vel inter duas vngulas sanguinem emitti oportere.* Et Seru. *Dicit illam venam esse feriendam, quæ supra vngulam est an malis.* Dissidet Varr. c. 1. lib. 2. *Si hoc genus pecus non proficitur, id mittitur sanguis, maxime è capite.* Strabo lib. 6. ait, sanguinem demittendum pecudibus ab auribus, cum laborant pinguedine.

12. SALIENTEM.] Seru. explicat, *mobilem.*

13. BISALTÆ.] Horum, vt fortium atque acrium (nam & tales hic prædicat Vates) Athen. meminit lib. 12. Ponit hos Plinius in Macedonia, alij putant pertinere ad Thraces.

14. GELONVS.] Lege, quæ dicta 2. G. ad illud, *Pictosque Gelonos.*

15. CVM FVGIT IN RHODOPEN.] Hic fortasse locus Viuium fefellit, vt scriberet Gelonos esse populos Thraciæ, nam Rhodopes mons est Thraciæ.

Equinus sanguis quibus sit alimonia. 16. CVM SANGVINE POTAT EQVINO.] Hanc alimoniam dat Gelonis ex peritia historiarum. Sidonius Apollin. Epist. 1. lib. 4. *Ad paludicolas Sicambros, aut ad caucasigenas Alanos, aut ad equimulgos Gelonos.* Pertinent Geloni ad Sarmatas, Scythas, Getas, Massagetas, quibus omnibus gentibus hic mos inclaruit. De Sarmatis Plinius lib. 18. c. 10. *Sarmatarum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, & cruda etiam farina, equino lacte, vel sanguine è cruris vente admisto.* Omitto Martialem, & alios. De Scythis ita Clemens lib. 3. Pædag. *Homo Scytha equum capit, eoque inscenso gestatur, quo vult: & si fame confici cœperit, equi cibaria præbet: at ille venas exhibet, quemque solum possidet, domino suo sanguinem impendit.* Extrema ista, quæ fignatoria, ita habent Græce. *ὁ δὲ ὑπόζυξ τὰς φλέβας, καὶ ὃ πάντων μόνον τῷ κυρίῳ τὸ αἷμα χορηγεῖ.* Prætereo Nicetam, qui in Annalibus eadem cum Clemente,

UVA. BHSC. BU 00239

te,& alios. De Getis Sidonius Paneg.ad Auitum:

Sauromatem taceo, ac Moſcum ſolitoſque cruentum
Lac potare Getas, & pocula tingere venis.

De Maſſagetis Claudianus lib.1.in Ruffin

Et qui carnipedes in pocula vulnerat audax
Maſſagetes.

Eadem Seneca in Oedip.& Lucanus lib. 3. vbi vna cum Maſſagetis adiungit Gelonos. Vidiſti de Sarmatis, Scythis, Getis, Maſſagetis, ad quos omnes, vt dixi, Geloni pertinent: quid iam de aliis dicam gentibus? Philo de vita contemplatiua morem hunc attribuit Myſis, quod ab Homero accepit, qui lib.13. Il. μυσῶν ἀγαμημνονίδαι σακλοφόροι. Ennodius Bulgaris, nam Paneg. ad Theodoricum de his loquens, ait: *Hos non montanæ ſtrues, non fluminum obiectio, non negati egeſtas alimenti in arctum neceſſitatis lege continuit dum credunt ſatis eſſe ad delitias equini pecoris lac potare. Quis ferat aduerſarium, qui perniciei iumenti beneficio curuit, & paſcitur?* Horatius Coneanis od.4. lib.3.

Et lætum equino ſanguine Concanum.

Aſſinia his moribus verba S.Hieronymi lib. 2.contra Iouinianum: *Arabes, & Saraceni, & omnis eremi barbaria camelorum lacte, & carnibus viuit.* De alimonia Scythatum, quæ huic confinis, lege Herodotum lib.4.per initia.

17. CARPENTEM IGNAVIS HERBAS.] Notat ad rem Germ. ἀνορεξίαν, id eſt. cibi faſtidium, non eſſe leue ſignum ægritudinis in corporibus. Inde in emtionibus olim corporum caueri ſolitum, vt ſana præſtarentur; vt biberent, vt oportebat. Rhodigin. quoque c.1.lib.7.à Græcis, ait, tauros explorari ſolitos farina appoſita, captas ciceribus: nam ſi guſtare abſtinuiſſent, iudicabant, non valere. Seneca in Oedip. peſtem deſcribens:

Laniger pingues male carpſit herbas.

18. EXTREMAMQVE SEQVI.] Indicabat οἰοζῶπιν, tum ex hac voce, tum ex ſequentibus, *Solam ſera.* German.

19. SOLAM SERÆ DECEDERE NOCTI.] Hoc alibi illuſtratum.

20. FERRO COMPESCE.] Ex Noſtro fortaſſe Iuſtinus lib.7. *petulantiam ferro compeſcere.*

Contagium à vicino peſcere, adag.

21. DIRA PER INCAVTVM SERPANT CONTAGIA VVLGVS.] Reuoca in hunc locum, quæ late 1.Eclog.ad illud:

Nec mala vicini pecoris contagia ladent.

Quo loci formam prouerbialem confeci. Et adiunge hic Syneſium Epiſt.58. ad adagium quoque ſpectantem, ὥσπερ μὲν ἀνάπαλιν ἔχουν ἀποκοπῆς ὠμῶν, ἵνα μὴ τὴ κοινωνίᾳ, καὶ τὸ ὑγιαῖνον συμφθείρηται. ὁ δὲ μολυσμὸς διαδόσιμος γίνεται, καὶ ὁ θάνατος ἐναγούς, ἀπολλύει τὸς πρωτέρους. *Tanquam membrum incurabile reſcindendus à nobis, vt ne ſocietate, etiam quod ſanum eſt, corrumpatur: nam labes propagatur, & ſerpit, & qui tangit ſceleratum, etiam contagionem ſentit.* Et Platonem 5. Leg. vbi ait, hoc debere eſſe curæ paſtorum, & bubulcorum, vt ſeparent à ſanis, quæ vitiata ſunt. Et abſoluit, rem iſtam traducens ad mores, hunc in modum: *Nempe naturæ & educationis prauitas ita corrumpit, vt niſi quis ſegreget ſanorum integrorumque morum ac corporum genus, in ſingulis contagione interimatur.* Et poſt pauca de Legiſlatore ita ait: ἴδιος γὰρ μάγιστα ἐξημιωτικὸς, ἀνὶ ἰδίας δ' ἅπασι μεγίστου δ' ἅπασι ἐλαττῶν πόλεως, ἀπαλλάξαι ἐσθένει. *Eos enim, qui maxima peccata patrarunt, ſi inſanabiles ſint, quoniam ciuitati maxime nocent, remouere omnino ſolet.*

22. NON TAM CREBER AGENS.] Quid. 7. Met, peſtem deſcribens vſus eſt comparatione alia ad rem hanc:

Quo ſe cunque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat ſtratum, velut cum putria mois
Poma cadunt ramis, agitata aque ilice glandes.

Sophocl.in Oedip. Tyran.ita comparat multitudinem cadentium peſte:

— ἄλλον δ' ἄλλῳ πεσεῖσθαι·
ἄπειρα δ' ἔθειρον ὄρνιν
κρείσσων, ἁμαιμακέτῳ πυρὸς
ἐρμαίνον ἀκτὰν πρὸς ἑσπέριον θεόν.
Haud aliter quam prepete penna
Liquidas ſcindunt auras denſata agmina:
Sic alium aſpicias ſuper alium,
Rapidoque ocyus igne,
Triſtia ferri ad litora Ditis.

B Seuerus Rhetor in ſua peſte:

Quam multis foliis ſylua cadentibus
Nudatur gelidis tacta Aquilonibus,
Quam denſis fluitant velleribus niues:
Tam crebræ pecudum neces,

Ceterum ab genio huius comparationis non abeunt multæ aliæ, etiam ſi non ſit ſermo de peſte. Talis illa Senecæ in Oedip.

Non tot caducas educat frondes Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cum examen alto nectitur denſum globo,
Fluctuſque non tot frangit Ionium mare,
Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas
Permutat hyemes ales, & cœlum ſecans
Tepente Nilo penſat Arctoas niues:
Quot ille populos Vatis eduxit ſonus.

C Talis illa Plauti in Pœnul.

Tam crebri ad terram decidebant quam pyra.

Et Calab.lib.8.

ὅππότε δένδρεα μακρὰ βίη δυσθέντα σιδήρῳ
ἤρασιν ἐν λασίοισιν ἀμαλλήσωσι φάεσγαι·
κεκλίμεν' ἀλλοθεν ἄλλα δρυός.
Quemadmodum procere arbores vi ferri domita
In frondoſis montibus valles implent,
Aliunde alie hum i procumbentes.

Iterum in eodem lib.

ὡς δ' ὅτε μυρίαι ὕλλαι κατ' ὄρεσ ἐν βήσσῃσι
πυρφόρα πιπτώσιν, χύδην κατὰ γαῖαν ἐρείπη.
Vt quando infinita folia in montis ſaltibus
Crebra cadunt, ac terram cumulatim ſternunt.

D Homer. 12. Il. ita exornat: ὅσσ' ὑπὸ φύλλα χύθη & ἄνθεα θαμειά: *Sicut gruminium caduni crebri.*

23. ÆSTIVA.] Voces iſtæ *Æſtiua, Hyberna*, capiuntur, etiã nihil addito, de paſcuis pecorũ, quæ in æſtate, quæ in hyeme paſcuntur. Probat hoc ex Varrone Turnebus c.14. lib. 12. Lege illum. Ceterum de origine Æſtiuorum, atque Hybernorum in militia lege Lazium lib.4.cap.4.

24. TVM SCIAT.] De hac peſte nihil hic dico, nam quæ ſequuntur omnia ad illa pertinent.

25. IAPIDIS.] Sic legendum, non Iapygis. Nam Strabo ἰαπυδίας. Et Tibul.lib.4. in m.ſ. *Fortis Iapidiæ miles.* non, Iapygiæ. Obſeruauit Scaliger. De Timaeo late 1.Æn. E

26. REGNA.] Plato 4.Leg. ἀγῶν ἄρχοντας, dixit: *principes certarum.* Itaque verba imperandi, regnandi, dominandi crebertima in re paſtorali. Plato ſtatim δεσπόζομεν de eadem re. Sed hoc ſatis à me illuſtratum 1.Ecl.Reuoca. Et in hoc libro ſupra.

27. SALTVS LONGE LATEQVE VACANTES.] huic enormi vaſtitati affinia multa Auctorum loca, qui poſt ſuarum peſtium deſcriptiones ſimiles locorum ſolitudines inferunt. Primo loco do Egeſippum, qui c.25. lib.5.Excid. Hieroſ. *Omne illud pomerium, in quo ante nemora viridantia, horti inhala nes ſio-*

ribus,

UVA. BHSC. BU 00239

diuersa pomaria, suburbana predia grauant sui speciem dabant, si quis postea vidit hospes ingemuit, incola non recognouit, & ad genitalem regressus locum, cum presens adesset, patriam quærebat.

De re alia Lucan. lib. 1.

Saxa iacent, nullóq; domus custode tenentur.
Rarus & antiqui habitator in vrbibus errat.

A De peste Oros. c. 15. lib. 7. *Secuta est lues plurimis infusæ prouincijs: totamque Italiam pestilentia tanta vastauit, vt passim villæ, agri, atque oppida sine cultore, atque habitatore deserta, in ruinas syluasque concesserint.* Par sententia Claud. in deformando Ruffino lib. 2.

Squallet inops pecudum, nullis habitata colonis.

tu reliqua.

[a] Hîc quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas, totóque Autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
Corrupítque lacus, infecit pabula tabo.
[b] Nec via mortis erat simplex: sed vbi ignea venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
[c] Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram,
Lanea dum niuea circumdatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
[d] Aut si quam ferro mactauerat ante Sacerdos.
Inde nec impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere Vates:
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaque iejuna sanie infuscatur arena.
[e] Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros
Tussis anhela sues, & faucibus angit obesis.

B viuidior, & expressior affectus.

[d] Sed esto (inquit) cæderetur hostia, adeo erat tabida, & morbo consumta, vt inutile esset sacrum. Nihil enim supererat, quod arderet in altaribus: sacerdos nihil responsi dare poterat: vix cultri tingebantur sanguine: arena non rubebat purpureo, vt solet, cruore; potius infuscabatur sicca quadam sanie.

[e] Transit à sacris ad cædes aliàs, & has confertim dat, sumtis ad exemplum vitulis, canibus, suibus: de equis enim, tauris, aliisque animantibus postea fuse loquetur. Moriebantur passim vituli, iam qui in agris pascebantur, iam qui ad præsepia: canes blandiri soliti suis dominis rabie agitabantur: sues quatiebantur commouebantúrque tussi anhelante, quæ illos angebat faucibus obesis, id est, tumentibus.

ARGVMENTVM.

Describitur pestis Autumnalis, qua pecudes, & fera alia vastatæ.

EXPLICATIO.

[a] SVBIICIT latissimam descriptionem pestis, quæ Alpes vastauit, Noricum, Venetias. Sententia est, infectione aeris (nam hoc est *morbo cœli*) quæ solet in incandente, id est, ardente autumno cõtingere, tam atrocem tempestatem, id est, pestem & luem sæuisse, vt omnes pecudes, omnes ferae interirent. Clades ista è corruptis lacubus manauit, è corruptis pabulis: à corrupto enim potu, & cibo quid exspectes, nisi diram luem?

[b] Dixit interitum ferarum, iam modum interitus. Non (inquit) simplex erat mors, quæ fit fuga animæ, sed erat modus crudelior. Nam primũ ignea quædam sitis artus contrahebat, deinde post tam aridam sitim liquor quidam sordidus sese in corpus refundebat, atque omnino tabificus, inde corpus minutatim, atque omnia ossa tabescebant, resolucbantur, collabebantur.

[c] Sequuntur discriminatim particulares casus, & cædes, quibus amplificatur pestis huius descriptio: ineipit vero à sacris. Accidit sæpe, vt hostia staret iam ad ipsam aram, ac tunc subito caderet correpta morbo inter moras exiguas ministrorum aptantium, alligantiumque infulam vittis. *hostia moribunda* est, quæ morte corripitur, vtique moriens: sed est

C

NOTÆ.

I. HIC QVONDAM.] Pestem, quam hic late Vates canit, primus omnium scripsit Thucydides lib. 2. à quo sumsit Luer. lib. 6. Et mirum est, quo consensu Poetæ reliqui conspirauerint ad similem ingenij gloriam indicandam. Nemo enim fere illorum est, qui non pestem descripserit. Ex istis, & aliis etiam conabor Poetam illustrare. Miror enim, Interpretes in tam lato cãpo ita siluisse: illorum operam cum nostra conferat diligens lector. Auctores, quos dabo, scias omnes loqui de peste. Indicabo illorum loca semel tantum, cum primum illos attingam, non amplius, nisi diuersa sint loca. Ergo initium istud sumtum à Lucret. qui ita exorsus: Pestis Thucydidis.

VVA. BHSC. BU 00239

Hæc ratio quondam morborum, & æstifer æstus
Finibus Cecropiis funestos reddidit agros,
Vastauitque vias, exhausit ciuibus vrbem.

Ad Lucretium, & Virgilium aspirauit Seuerus Rhetor in carmine de mortibus boum, quod habetur tom. 8 Biblioth.

Hæc iam dira lues serpere dicitur,
Pridem Pannonios, Illyricos quoque
Et Belgas grauiter strauit, & impio
Cursu nos quoque nunc petit.

2. COELI MORBO.] Explicui, vt vidisti, quia Lucret.

Et perturbarunt cœlum, sit morbidus aer.

Et Ouid. in sua peste 7. Met.

Vitiantur odoribus auræ.

Et in sua Silius lib. 17.

Fumabat crassus nebulis caliginis aer.

3. COORTA EST.] Hoc verbo explicat inuadentem primo, & natam pestem. Dicam vt alij. Libanius in Progymn. ita, νοσήματος κατειλήφθης ἢ ἐλκώδους. Apoll. lib. 3. ἐξεδήμησεν νοῦσος. Thucydides istis, ἤρξατο, ἀφίκετο, κατέλαβε, ἐνέπεσε: Coepit, venit, descendit, incidit. Extremum placuit Demostheni in Orat. de falsa legat. νόσημα ἐμπέπτωκεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Postea infert duo alia, νόσημα ἐδήλου, εἰσηλθεν. Huic vltimo affine verbum Libanij Declamat. 2. τὸ νόσημα πᾶσας ἐπέλθοι τὰς πόλεις. Agathias lib. 5. Histor. Et Libanius idem in Progymn. vsurpant Thucydideum, & Demosthenicum ἐνέπεσε. Et lib. 2. Agathias alio cōposito eiusdem verbi, nam νόσος λοιμώδης ἐπεισπεσοῦσα. Gregorius Nyssæ Episcop. in vita Thaumaturgi ita pestem incoat, ἐνοικεῖν φασι τοῖς ἀνθρώποις τὸ πάθος: *Inuasit homines lues.* Quod potuit sumsisse ab Herodoto, qui lib. 1. ἐνέσκηψε ὁ θεὸς νοῦσον. Hic idem Herodotus ita lib. 8. λοιμὸς ἔσχε τὸν στρατόν. Æschines Epist. 1. nullo alio verbo pestem Deli exorditur, quam communi, λοιμὸς ἐνέσκηψε νόσον. Lucretius eodem verbo, quo Noster,

Mortiferam posse cladem conflare coorta
Morbida vis hominum generi, pecudumq; catervis.

Ouid.

Dira lues populis odio Iunonis iniquæ
Incidit.

Autumnus morbidus.

4. AUTUMNI INCANDVIT ÆSTV.] Ita ferme fit, est enim hæc anni pars mire morbida. Ratio triplex. Prima, est in Autumno magna varietas caloris, & frigoris. Deinde, Autumnus succedit Æstati, in qua apertis meatibus spiritus facile difflantur: isti, adueniente Autumni frigore, constipata cute intro redeunt. Tertio, fructuum copia maxima exitialibus morbis opportuna est. Adducit rationes istas Costæus in Auicennam. Virgilius certe pro ratione adducit æstum, vt & Lucret.

De terra surgunt, vbi putorem humida nacta est,
Intempestiuis pluuijs, & Solibus icta.

Et postea:

—mortifer æstus. Et adhuc: *—ardentia morbo*
Membra. Consonant in hanc caussam plurimi. Ouid.

Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri.

Silius,

Temporaque Autumni lætis florentia donis
Fœdauit, rapidoque accendit fulminis igni.

Liuius lib. 25. *Tempore Autumni, & loci natura grauibus—intoleranda vis æstus per vtraque castra omnium ferme corpora mouit.* Ammian. lib. 19. Cum præmiserit eximio frigore pestilentias nasci, addit æstum, siccitatem, calorem, efficaciores esse caussas. Probat à peste Homerica, quæ facta à telis Apollinis, qui est Sol, cuius planctæ natura tota est arida: & à peste Thucydidis, quæ ab Æthiopia initium duxit, ardentissima parte orbis, & inde Atticam occupauit. Consonat Herodian. lib. 1. vbi ait, Commodum fugisse Roma Laurentum ad euitandam pestem. Cuius rei hæc in illo est ratio, εὐδιώτερον γὰρ τὸ χωρίον: *est enim* (Laurentum) *frigidior locus.* Ista pro Autumno, & calore, quæ duo Poeta. Sed non dubium, quin illa accidat aliis anni partibus. Thucydides suam exhibet ὥρᾳ ἀρχομένῳ, *incunte æstate*, sicut & Aristotel. in Problem. Sect. 1. Quæst. 21. Agathias vero illam, quæ accidit Constantinopoli, ἦρι ἀρχομένῳ, *incipiente vere.* Cedrenus pestem, quæ accidit sub Coprony mo, ait incepisse ἐαρινῷ καιρῷ, sed intendisse se θερινῷ. Auicenna libr. 1. Fen. 2. Doctrin. 2. duo constituit tempora, Æstatem, Autumnum: Rhasis Arabs in libello de peste duo item, vet, Autumnum. Vtcunque sit, certe in re omni morborum infamis est autumnus supra reliquas anni partes. Hoc præter experientiam, quæ liquida, docet Galenus multis in locis. Vide etiam Hippocratem lib. 2. aphor. 25. & lib. 3. aphor. 9. 10. 22.

Pestis quæ maxime ani ni parte incipiant.

5. ET GENVS OMNE NECI PECVDVM DEDIT, OMNE FERARVM.] Solemne omnibus, qui pestem describserunt, incoare cladem à cæde pecorum, & iumentorum. Quo argumento indicant, pestem illam duci à corruptis terræ vaporibus, atque exhalationibus, quas res statim quadrupedia prima omnium excipiunt, vt quæ prona in terram: secus esset, si à corrupto tantum aere pestis procederet, tunc enim prius homines inuaderet. Ad hanc rem aptissima verba ista Ammiani: *Affirmant etiam alij terrarum habitu densiore crassatum aera, emittendis corporum spiraminibus repressentem necare nonnullos. Quæ caussa, animalia, præter homines, cetera, iugiter prona, Homero auctore, & experimentis deinceps multis, cum talis incessent labes, ante nouimus interire.* Versus Homeri, quem respicit, iste est, 1. Il.

Pestis vitat à feris animalibus.

ἠρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς:
Mulos quidem primum inuasit, & canes veloces.

Id ipsum ex Homero obseruauit Plutarchus libr. 4. Symphon. Quæst. 1. Et Aristotel. quærit in Problem. Sect. 1. cur ille annus sit pestilens, ὅταν ἐκ γῆς πολὺ ἀτμὸς πολὺς ᾖ τοῦ ἡλίου: *cum Sol multum vaporis de terra excitat?* Sed age, plures testes afferamus in huius rei firmationem, neque vno Homero contenti simus. Sophocl. Oedip. Tyr. φθίνουσα δ' ἀγέλαις ἔνοφλος: *interit soboles armentorum.* Herodian. lib. 1. prius iumentorum meminit, quam hominum, πολλὴ τὶς φθορὰ ἐγένετο ζώων, ἠδ' ἀνθρώπων: *Magna iumentorum strages, atq; hominum fuit.* Cedrenus in peste, quæ accidit sub Phoca, à feris ferme incipit. Liuius quoque lib. 4. pestem incoat ab strage pecorum. Lucret.

—cum primis fida canum vis
Strata viis animam ponebat in omnibus ægram.

Ouidius:

Strage canum primo, volucrumque, auiumque, boumque
Inque feris, subiit deprensa potentia morbi est.

Silius & ad Homerum & ad Ouidium aspirans:

Vim primi sensere canes, & nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris.
Inde feræ syluis sterni.

Seneca in Oedip. pari filo:

Prima vis tardas tetigit bidentes,
Laniger pingues male carpsit herbas.

Claudian. lib. 1. in Ruffin.

Ac velut infecto morbos crudescere cœlo
Incipiens, primo pecudum depascitur armo:
Mox populos vrbesque rapit.

Non

UVA. BHSC. BU 00239

Non dubito, quin lector recreatus fuerit hac Poetarum consensione. Et quid est Interpretis, si hoc non est?

6. CORRVPITQVE LACVS, INFECIT PABVLA TABO.] Vtrunque Lucretij est.

Hæc igitur subito clades noua, pestilitasque
Aut in aquas cadit, aut fruges perfidit in ipsas.

Seneca quoque vtrunque attigit,

Deseruit amnes humor, atque herbas color.

Et Orosius in peste quapiam cap. 27. lib. 7. *Cum enim propemodum genus hominum, & pecudum neci dedit: tum etiam corrupit lacus, infecit pabula tabo.* Alij in suis pestibus describendis vnum, aut alterum. Primum de potu Ouid.

Consbat & in fontes vitium venisse, lacusque.

Ammian. quoque inter causas pestis adducit aquâ vitiatam. Claudian. 1. in Ruffin.

Mox populos, vrbesque, rapi, ventisque peruslis
Corruptos Stygiam pestem diffundit in amnes.

Alterum de pabulo Sophoc. in Oedip. Tyran.

—ἥτε γὰ ἕκφυτα κλυτὰς χθονὸς αὐξάνει·

Nil tellus producit olim fertilis.

7. NEC VIA MORTIS ERAT SIMPLEX.] Philo lib. περὶ ἀφ. ait, τὸ μέγιστον ἀπάλγημα ἄδηλα τὰ τελευτήσεσθαι τε, καὶ ἀδημονίας ἐμπιπλᾶσθαι ζωὴν ἐκδιδύσι, ζοῦσι δὲ ἀθρόον τὸ κρεμαμένῳ ὅμοιοι ἐς ἀλγηδόνα ἐργάσονται: *Accedent tabes, & corruptis interaneis anhelitus difficiles, quæ eadem pressura inducendo, vitam incertam faciunt, ceu in sublimi pendentium.* Apte expressit mortem difficilem. Eandem ita Lucan. lib. 3.

Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes.

Orosius loquens de præscriptis c. 21. lib. 5. *Nec mortis erat via simplex, aut vna conditio.*

Sitis in pestibus.

8. VBI IGNEA VENIS OMNIBVS ACTA SITIS.] Magnarum pestium comes semper sitis, atque ardor. Thucyd. τῷ δίψει ἀπαύστῳ ζώπυξόμενοι: *Inexhausta siti premebantur.* Lucret.

Intima pars hominum vero flagrabat adesa,
Flagrabat stomacho flamma vt fornacibus intus.

& postea, *Insedabiliter sitis arida.* &

Multa siti prostrata viam per, proq; voluta
Corpora Silanos ad aquarum strata iacebant,
Interclusa anima, nimia ab dulcedine aquai.

Extremum hoc sumsit ex Thucydide Ouidius:

Viscera torrentur primo, flammisque fatiscunt.
Indicium rubor est, & ductus anhelitus igni. Iterum,
Fontibus, & riuis, puteisque capacibus hærent.

Seneca: *Anhela flammis corda.* Ceterum de Lucretij voce illa *Silanos.* adi Lilium Dialogismo 19. Sunt Silani, tubi aquarum. Corrupere Lucretium Marullus, & Baptista Pius.

Silani.

9. RVRSVS ABVNDABAT FLVIDVS LIQVOR.] De istis colliquaminibus in peste ita loquitur Galen. in librum 3. Hippoc. de Morb. vulgaribus. Comm. 3. *In peste quidem longissima nostræ ætatis colliquationes cunctis prope excreuerunt, quidam mere fluuias, quidam moderatius, omnes certe puridas.*

10. OSSA MINVTATIM MORBO COLLAPSA.] Exprimitur tabes, colliquatio, ac resolutio quædam corporum, qua cadunt peste infecti. Manil. lib. 1.

—*& lenta corpora tabo*
Corripit exustis lethalis flamma medullas. Lucan. li. 6.
Corpora tum soluit tabes, & digerit artus.

Locutionem sumsit à Lucret. qui lib. 2.

Inde minutatim vires, & robur adultum
Frangit.

11. SÆPE IN HONORE DEVM, &c.] Hâc peculiarem conquestionem sumsit à Nostro Ouidius,

Adnoti quoties templis, dum vota sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,
Haud exspectato ceciderunt vulnere tauri.

Quod iterum repetit more suo, lasciuit enim interdum hic poeta, veluti non cogitans quid præmiserit, quo vitio nullum maius. Ergo:

—*mugitus victima diros*
Edidit, & subito collapsa sine ictibus vllis.

Seneca etiam:

Colla tacturus steterat sacerdos,
Dum manus certum parat altæ vulnus,
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur segnis: patuit sub ictu
Ponderis vasti resoluta ceruix.

12. STANS HOSTIA AD ARAM.] Ductum hoc verbum ex ritu sacrorum admonuit Brisson. 1. Form. Hostia enim dicebatur *stare*, interim dum vota conciperentur, eique vinum, ac mola inspergeretur. Huic enim verbo quædam placidæ quietis nota inest. Vide, vt ille multis firmat. Stare, de hostiis.

13. LANEA-VITTA.] Fuit in sacris omnibus apud Gentiles magnus vsus fili lanei. Hanc rem (hic multos auctores omitto) satis indicant verba ista Pausan. lib. 8. loquentis de templo, quod Agamedes, & Trophonius erexerunt: *Aditu autem homines prohibuisse, non obicis vllius oppositu, sed laneum duntaxat funiculum obtendisse. siue, quod vigente tunc religione, satis sacro sanctum esse Deum metu locum putarint: siue quod ei funiculo occulta ineesset ad homines arcendos vis.* Lanea in vsu sacrorum.

14. INFVLA.] Attingit morem gentilium, qui mactandas hostias velabant infulis. Lucret. lib. 1. vbi agit de sacrificio Iphigeniæ: Infula hostiæ velabantur.

Cui simul infula virgineos circumdata comtus
Ex vtraq; pari malarum parte profusa est.

Liuius lib. 2. *Claris insignibus velut infulis velatos ad mortem destinari.* Ouid. 3. de Pont. Eleg. 2. loquens de Oreste, & Pylade mactandis:

Sparsit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.

Sueton. in Calig. capit. 27. *Alterum, qui se pro salute ipsius periturum vouerat, cunctantem pueris tradidit verberatum infulatumque.* Sed quæ forma infulæ? Putat Anton. Aug. Dialog. 8. Icon. has infulas hostiarum esse similes illis, quas vulgus hominum inepte vocat diademata, quæ coronæ instar semicirculi Diuorum, & Christi capitibus apponuntur. Idque ducit ex Iconibus, quas multas se vidisse asserit, in quibus taurus, aliæque victimæ, aut hostiæ essent cum hoc semicirculo. Et inde autumat Christianorum morem prouenisse. nam credibile est, sanctos Martyres initio nascentis ecclesiæ, cum raperentur ad mortem, eo habitu perductos à Gentilibus, quo ipsi hostias ducebant ad cædem. Iuuat hanc rem mos alius, videl. infulas fuisse insigne dedititiorum, & miserorum. Hoc me Liuius docet lib. 45. Nam cum, deuicto Perseo, plures ciuitates Romanis dederentur, de Phanota vrbe sic ait: *Anicius in Epirum est profectus, vbi prima Phanota ei dedita, tota multitudine cum infulis obuiam effusa.* Et Spartianus in Didio Iuliano: *Hæc cum Iulianus videret, Senatum rogauit, vt virgines Vestales, & ceteri Sacerdotes cum senatu obuiam exercitui Seueri prodirent, & præsentis infulis rogarent: inane conra barbaros mili es præsidium parans.* Ad Coriolanum missi sunt sacerdotes cum infulis, supplices pro salute patriæ precaturi, quod scribit Valer. cap. 4. lib. 3. Ita fortasse factum, vt vel ab hostiis, vel à dedititiis & supplicibus mos hic peruenerit ad sanctos Martyres, & inde ad alios Diuos. Sed certe infulis vsos, nó solum dedititios & supplices, aut mactandas hostias, sed ipsos etiam antistites sacrorum, & ministros, satis indicat locus Iust. l. 24. vbi loquês de irruptione

VVA. BHSC. BU 00239

Gallorum contra templum Apollinis Delphici, ita scribit: *In hoc partium certamine, repente vtriusque exercitus templorum antistites, simul & ipsi vates, sparsis crinibus cum insignibus atque insulis pauidi vecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt.* Vbi non tam supplices describuntur, quam suo habitu venerandi. Est etiam pro hac re locus Spartiani in Adriano: *Marium Turbonem post Mauritaniæ præfecturam insulis ornatum Pannoniæ Daciæq; ad tempus præfecit.* Hoc ex Poetis probare facile esset: inducunt enim sacerdotes, antistites, præsides, vates cum insulis, religionis & dignitatis ergo. Vide Papinium 2. Th. & 4. Ex dictis in hac Nota visum mihi, posse capere aliquid lucis locum Danielis c. 3. vbi pueri cremandi immittuntur in fornacem *cum tiaris*.

Popæ 15. MINISTROS.] Non dubium popas intelligi, qui ministri sacrificiorum. Sueton. Calig. capit. 32. *Admota altaribus victima, succinctus popa rum habitu, elato alte malleo, cultrarium mactauit.* Propertius libro 4.

Illa dies hornis cædem denuntiat agnis,
Succinctiq; calent ad noua lucra popæ.

Dionys. Hal. lib. 7. ὑποφέτας, vocat. Ex testimoniis datis vides, vti succinctio propria fuerit poparum. Certe ab Ouid. 4. Fast. & Lucan. libr. 1. ministri dicuntur *succincti*. Quid si hunc habitum voluit Virg. exprimere attributo cunctationis? Nam quis neget moram ineſſe in succinctione?

16. IMPOSITIS.] Huic verbo locum dat in sacris Briss. Lege illum.

17. NEC RESPONSA POTEST, &c.] Attripuit sententiam hanc Ouid. in sua peste:

Fibra quoque egra notas veri, monitusque Deorum
Perdiderat.

Ideo vero hoc, quia integra, & illæsa offerenda sunt Diis: & morbidis non litabatur. Hanc rem, nisi fallor, alibi attingo.

18. AC VIX SVPPOSITI TINGVNTVR SANGVINE OVLTRI.] Eadem nota pestis in Sen.

Nec cruor ferrum maculauit, aræ
Turpis è plaga sanies profusa est.

& in Ouid. nam de victima cadente:

Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.

Quod vero Latini, subiecti, aut suppositi cultri in re sacrorum; Græci σφαγίδες ὑποτεθειμένοι.

Cultri in sacris. 19. CVLTRI.] Culter sacrorum fuit. Tertull. Apolog. *volentibus initiari moris est, opinor, prius Patrem illum sacrorum adire, quæ præparanda sint describere. tamen ille infans tibi necessarius adhuc tener, qui nesciat mortem, qui sub culiro tuo rideat.* Iuuen. Sat. 10.

Et ruit ante aram summi Iouis, vt vitulus bos,
Qui domini cultris, tenue, & miserabile collum
Præbet ab ingrato iam fastiditus aratro.

Apud Apuleium lib. 3. capilli, qui debeant magiæ
Cultri venatonius. inseruire, cultro dicuntur secari. Fuit & culter gladius venatorius, quod ex Suetonio & Martiali obseruat Lipsius 2. Saturn. cap. 3. Lege. Redeo ad sacra.
Bipennis. Inuenies inter instrumenta sacra loco cultri bipennem, securim, malleum, clauam, machæram. Bipennem Silius exhibet lib. 6.

Victimaq; admotæ stabat subiecta bipenni.

Securis. Securim noster 2. Æn.

Taurus & incertam excussit cervice securim.

Malleus. Malleum (præter Suetonium, quem iam dedi) Ouid. 2. Met.

——Haud aliter, quam cum spectante iuuenca
Læctentis vituli dextra libratus ab aure
Tempora discussit claro cana malleus ictu.

Claua. βόπαλον, id est, clauam ab Apoll. illatam 1. Arg. obseruat Briss. Et Dion. 7. Hal. dixit, θύματ' & κροτάφους σκυτάλῃ βόπαλον: *Hostia tempora percusserunt clauo.* De Machæra. machæra locus est in Herodoto libr. 2. vbi ait, carnem immolati bouis incidi ἐλλινικῇ μαχαίρῃ.

20. SANIE.] Nota saniei pro sanguine in morbis, scripta prius Aristot. lib. 3 Hist. c. 19. nam de sanguine eorum, qui νοσοῦσι, ait, γίνεται ὡς ἰχωροειδές, *sit in speciem saniei*, & supra, cum dixerit, sanguinem rubere; illum, qui aut natura, aut morbo est vitiatus, vocat μελαίτερον, *atriorem*.

21. INFVSCATVR.] Ita Plin. (obseruate Germ.) dixit, specam aqua atramento infuscata absconditam.

22. ANIMAS REDDVNT.] Ab Nostro Propertius, & Tacitus. Prior:

Me sine Hanc animam extrema reddere nequitiæ.

Posterior lib. 14. de cæde Agrippinæ: *Post hanc vocem cum supremo mistam gemitu, animam tandem post fera tristem vulnera reddidit.*

23. HINC CANIBVS BLANDIS.] Hoc satis illustrabitur nota illa, quam præmisi de peste primum inuadente feras. Ex ea enim liquet, vti omnes conspirauerint in describenda cæde canum, quasi velint deplorare feram illam abripi ab humano consortio, cuius tanta ad homines vtilitas emanat. Hinc non sine genio vates *blandis* dixit, vt augeat commiserationem. Et Lucret. fidos canes mori dixit. De morbis canum lege Aristot. lib. 8. c. 22.

24. ET QVATIT ÆGROS TVSSIS ANHELA CVSSVS.] Tussim comitem esse pestium satis liquet ex Galen. libr. 5. Met. c. 12. & ex Nicand. in Alexiph. Silius in sua peste: Tussis comes pestium.

Aspera pulmonem tussis quatit & per anhela
Igneus efflatur stridentium spiritus ora.

Ante omnes Thucyd. ᾧ δὲ ἐς πολλῶ κρύνῳ κατέβαινεν ἐς τὰ σῶμα ὁ πόνος & μὴ βηχὶ ἰσχυρῇ, ᾧ ὁπότε ἐς ἢ καρδίαν στρέψαι, ἀλαμπρέσιν αὐτῶν: *Nec diu post labor in pectus cum vehementi tussi descendebat, & cum ad præcordia hæserat, illa vexabat.* Lucretius etiam tussis meminit. nam de sputis: *per fauces raucas vrit edita tussis.* Hic & aliis locis huius pestis, volo obserues, Virgilium transtulisse ad feras, quæ in Thucydide, & Lucretio repererat de hominibus. Phrasin videtur vates mutuatus à Catullo, qui: *Hic me grauedo frigida, & frequens tussis Quassauit.*

25. ET FAVCIBVS ANGIT OBESIS.] Omnino anginam indicat, quæ propria suum, inde ὑάγχη dicta. Lucretius de hoc malo: *——visceribus vocis via septa coibat.* Iterum: *fauces raucas.* Silesius: Angina.

——descendere fauces

Abnuerant siccæ iussum alimenta ciborum.

Cæterum morbus hic in suibus βεβλῆχος dicitur Aristoteli lib. 8. Hist. c. 21. De quo morbo ita verbis Interpretis: *Sues tribus morbi generibus laborant, quorum vnus raucedo vocatur, quo maxime fauces, maxillæq; inflammantur: sed idem malum, vel qualibet alia corporis parte contrahi potest. Iam enim plerunque in pedem, alias in aurem decumbit. Putrescit protinus membrum, & vlcus serpit, donec ad pulmonem deueniat: quo tacto mors sequitur. Crescit hoc vitium celeriter, nec potest sui quicquam edere, cum ita ægrotat, &c.* Locum istum Germanus quoque Virgilio adnectit.

[a] Labitur infelix studiorum, atque immemor herbæ
Victor equus, fontémque auertitur: & pede terram
Crebra ferit: demissæ aures: incertus ibidem

Sudor

VVA. BHSC. BU 00239

Sudor & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & ad tactum tractandi dura reſiſtit.
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.
[b] Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus,
Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis, imaque longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater
Sanguis: & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
[c] Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenæos: ea viſa ſalus morientibus vna:
Mox erat hoc ipſum exitio, furiiſque refecti
Ardebant: ipſique ſuos, iam morte ſub ægra.
(Dij meliora piis, erroremque hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.

A

ARGVMENTVM.

Equi peſte correpti ſigna, miſerandum exitium.

EXPLICATIO.

[a] POST breuem canum & ſuum mentionem, ad equos pergit, quorum calamitatem totus hic tractus continet. Adhibet ſex prius ſigna, quæ in illis ſunt, cùm primum peſte inuaduntur. Sunt illa. Auerſio ab ſtudiis, & gloria priſtinorum certaminum: obliuio pabuli, & potus; nam pabuli eſt immemor, & auertitur, auerſatúrque fontes: inquies, & tremor, quo terram ſæpe percutit: demiſſio aurium, quæ & cum valet, arrectæ ſunt, & micantes: ſudor quidam incertus, & frigidus; incertus, quia nulla præcedente laboris, aut fatigationis cauſſa; frigidus, vt qui totus tendit ad exitium, & mortem: eſt demum pellis arida, & ipſo tactu rigida.

[b] Sequuntur ſigna totidem, cum iam morbus crudeſcit, & mors inſtat. Iſta diriora ſunt. Videlicet, ardor oculorum, ſpiritus difficulter tractus ab imo pectore, gemitus grauis, ſingultus longus iliorum, profuſio atri ſanguinis ex naribus, aſperitas linguæ in obſeſſis interclusíſque faucibus.

[c] Dicit, huic tanto malo mederi ſolitum vino, ſed ſtatim medicinam ipſam maioris mali cauſſam eſſe, nam ab effuſo vino ardor excitabatur, furiæ creſcebant, donec ipſi equi miſerandum in modum ſe ſuis dentibus laniarent. Quem vtinam furorem ab piis Dij auertant. *Inſerto cornu*, nihil eſt aliud, quam adiuncto, & admoto ipſimet vlceri, quo facilius vinum funderetur.

NOTÆ.

1. IABITVR INFELIX.] Luſere in ſuis peſtibus ad imitationem Virgilij, Ouid. Lucan. Seneca: hi tres loquuntur de equo. Verſus dabo, quos lector conferat cum Virgilio. Primus:

Acer equus quondam, magnaque in puluere fama
Degenerat, palmæ, veterumque obliuia honorum,
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.

Secundus:

Belliger attorſis ſonipes defeſſus in aruis,
Adunctos cum plena ſerant præſepia culmos,
Ore nouas poſcens moribundus labitur herbas,
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.

Tertius:

Segnior curſu ſonipes in ipſo
Concidit gyro, dominúmque prono
Perdidit armo.

Luxuriarunt iſti, Virgilius preſſe, grauiter, demum cum magna doloris nota:

Labitur infelix ſtudiorum, atque immemor herbæ
Victor equus.

2. HERBÆ.] Aliqui explicant, *victoria*. Poſſunt. nam *herbam dare*, apud Romanos, fuit, victoriam præbere, & fateri ſe victum. Ita Symmach. lib. 3. ep. 44. *Sed quid ego de hoc plura, cum ſim tibi dicto audiens, atque herbam dederim voluntati tuæ.* Plin. loquens de elephantis cap. 5. lib. 8 *Mirus namque pudor eſt victuſque vocem fugit victoris: terram, ac verbenas porrigit.* Vide eundem Plin. c. 4. lib. 22. & Feſtum, qui morem hunc è paſtoribus ducit. Sed mihi viſum, de pabulo Poetam capere, tum quia ipſe vates de vero pabulo 8. Ecl. *immemor herbarum iuuenca*. Tum, quia vetuſtior ſententia de equo auerſante & pabulum, & potum. Ad cuius imitationem Seuerus Rhetor:

Hic fontis renuens, graminis immemor.

Deſcribit videlicet peſtem boum. Demum ita intelligit Brodæus vir magni iudicij. Herba pro victoria.

3. TERRAM CREBRA FERIT.] Thucyd. inter ſua ſigna ponit, *καὶ πτυαλίζειν, ſtrepere*. Et Agathias lib. 2. loquens de quodam, qui correptus peſte illa, quæ vagata eſt Venetiis, ita ait: *ἐκύπτα τε ἀεὶ καὶ ἀνίστατο, καὶ πάμπαν οἱ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου ῥεύματος κλόνῳ τινὶ ἀλόγῳ ἐπῆγε μυελῷ, ἢ τοῦ μὲν σπλῆνος, νεφροῦ δὲ ὅτου δὴ ἐν τῷ ἐδάφει κατάπαλιν*: *Rabie corripiebatur inſtar eorum, qui mente capti ſolent furere. Ingens illum vertigo cœpit, modo pronus in ſolum procidit, modo in alterutrum latus.* De locutione ipſa non placent, qui *crebra* capiunt aduerbialiter: ſicut enim Græci *πυκνὰ*, dicunt, & ſubaudiunt *χρόνῳ*. Ita Latini præpoſitionem aliquam. Eadem ratio de ſimilibus vocibus. B C

4. DEMISSÆ AVRES.] Eadé nota eſt in Colu. c 30. l. 6. de equis laborantibus: *capitis dolorem indicat: lacryma, quæ profluunt, auréſq; flaccidæ, & ceruix cum capite aggrauata, & in terram ſubmiſſa.* Et in Ariſt. lib. 8. Hiſt. c. 24. vdi de equis rabie laborátibus ait: *σημεῖον δ' ἐστὶ τοῦτο, τὰ ὦτα καταβάλλειν καὶ τὴν κεφαλήν: Huius indicium eſt demiſſio aurium ad iugulum.* Eandem notam dedit cap. præcedenti laborantibus bobus, *σημεῖον δὲ τοῦτο ἀρρωστίας, τὰ ὦτα καταβάλλειν*: *indicant ægritudinem demiſſione aurium.* Multa ſunt loca in Theriacis, & Aurium demiſſio in peſtibus.

UVA. BHSC. BU 00239

Alexipharmacis Nicandri, vbi remissio & languor corporis, mortis signa sunt.

Sudor in pestibus.

5. SVDOR.] Lucret. in sua peste,

Sudoris fœtus madens per collum splendidus humor.

In sua Silius,

--gelidus per viscera sudor Corpore manabat tremulo.

Sophoc. de peste, quæ inuasit Herculem indutum veste missa à coniuge in Trachin. ἱδρὼς αὖτίκ' ἀκώνιτος ἔστυξε σῶμα πᾶν, per corpus. Nicander in Alexiph.

ἀμφὶ δ' ὀδυνήεις κραδίην θέλε κοίλοιο ἱδρώς:

Sudor olidus circumstans vexatis morbo.

Virgilius & Silius signate *frigidus sudor*, qui in acutis morbis, teste Hippocrate, lethalis est. Verba huius Aph. 37. l. 4. hæc sunt, οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ἐὺν μὲν ἀξέι πυρετῷ γινόμενοι θάνατον σημαίνουσι. Nicander de morsis lethaliter à vipera,

πολλάκις δ' ἐξ ὀνύχων ἰχῶρ κεῖθεν. ἄμοτε ὄγμος
χειμερίην ζαλόωσα πίεζ' ἐλβεύδε ῥαλακζα:

Et sæpe extremis ut frigus ab unguibus ing,
Omnes hyberne cadit instar grandinis artus.

Et post pauca,

ψυχρότερος δ' ὑπερθεν ὁλῆς ἔσχεδόθεται ἱδρώς:

Et gelidus tunium sudor circum madet instar.

6. ARET PELLIS, ET AD TACTVM TRACTANTI DVRA RESISTIT.] Lucret pariter:

--frigida pellis, Duraque.

Lucanus, *Iam riget atra cutis.* Egesipp. cap. 21. lib. 5. in peste Hierosolymit. *Arida cutis siccis hærebat ossibus.* Arist. 4. Meteor. ita, ἐστὶ δὲ σκληρὸν μὲν, τὸ μὴ ἐνεῖκον εἰς αὐτὸ χεῖ ἐπίπεδον.

Oculorum ardor in pestibus.

7. ARDENTES OCVLI.] Nulla maior nota illorum qui tenentur acri peste. Thucyd. inter signa, ὀφθαλμῶν ἐρυθήματα, καὶ φλόγωσις, oculorum rubores, & inflammatio. Lucret.

Et duplices oculos suffusa luce rubentes.

Lucan.

--fridentoculis ardentibus ignes.

Seneca: *Multos genas sanguine tingit.* Galen. libr. 3. de Præsag. expul. cap. 4. *etiam oculs eorum sunt accurate inspiciendi: nam inter lauandum manifeste redduntur caliditate, & flammei quidam postea tales permanent, quos plane scimus teneri peste.*

8. ATTRACTVS AB ALTO SPIRITVS.] Thucyd. καὶ πνεῦμα ἄτοπον, καὶ ἀνώδυνος πρῶτον: *Spiritus arctè, & cum grauedine meabat.* Lucretius tantum expressit ἀνώδυνος Thucydidis,

Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
Raneida quo perolent proiecta cadauera ritu.

Illud *ab alto*, ita extulit Horat. od. 11. Epod.

--latere petitus imo spiritus.

9. GEMITV GRAVIS.] Sophocl. in sua peste Oedip. Tyr. de fœminis ἰκτῆρες ἔστηκάσιν, *sustirant supplices.* Agathias de duce hostium, peste correpto, οἰμωγαῖς, ἀρεῖ βαρείαις, *edidit graues gemitus.* Liuius libr. 25. inter reliquas pestis complorationes, *Quotidianaque funera, & mors ob omnium oculos esset, & vndique dies noctesque ploratus audirentur.* Lucret.

Intolerabilibusque malis erat anxius angor.
Assidue comes, & gemitu commista querela.

Seneca:

Intima creber viscera quassat
Gemitus stridens.

Singultus in pestibus.

10. SINGVLTV.] Thucyd. λύγξ τε τοῖς πολλοῖν ἐνέπιπτε κενὴ σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρὸν, *Plurisque inanis incidebat singultus acrem ciens spasmum.* Lucret.

Singultusque frequens noctem per sæpe diemque
Corripere assidue nervos, & membra coavctans
Dissoluebat eos defessos ante, fatigans.

Nicander in Theriac. vbi sermo est de ictu lethaliter morsu serpentis dryinæ, hoc signum mortis inter alia adhibet, λυσσῶσι σαρωθρόνοι σπασέεσσιν, *singultib. concussi frequentibus.* Quidpiam simile repetit in Alexiph. Integram sententiam, qua ait de ægrotante equo. *Ilia tendi longo singultu.* recte illustrat Turn. c. 9. lib. 17. à quo transcripsit Germ. Est enim quod Luc. dixit lib. 4.

Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus urget,
Et defecta graui longe trahit ilia pulsu.

Quod Statius 6 Theb.

--nec iam integer illis
Impetus, & longi suspendunt ilia flatus.

Quod Plin. lib. 26. ca. 6. loquens de verba sco, *vt iumenta etiam non tussientibus modo, sed ilia quoque trahentibus auxilietur potu.* Quod Horat. epist. 1. libr. 1. de equo deficiente:

Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.

Plautus ante Horatium in Asin. *ex cursura anhelum ducere*, id est, anhelitum. Ceterum *ilia* dicta ab *ina* quæ pars chartæ est tenuissima, vnde & *exilia* dicta sunt, ex Fecto adducit Ludouic. Carr. 1. Lect. Antiq. cap. 7. Festumque emendat, apud quem pro *ina*, scriptum *via* nullo sensu.

11. IT NARIBVS ATER SANGVIS.] Nicander in Theriacis, de his, qui mordentur hemorroide:

αἷμα δ' ἐκ ῥίνητε, καὶ αὐχένος, ἠδὲ καὶ ὤπων
πδύεται.

Emanat sanguis ex naribus, cervice, auribus.

Lucret.

Correptus sanguis pleris ex naribus ibat.

Silius:

Vnca nare iacent, sanieque immista cruore
Exspuitur, membrisque cutis tegit ossa peresis.

Seneca,

Stillatque niger naris ad vncæ
Cruor, & venas rumpit hiantes.

12. ASPERA LINGVA.] De eadem Lucret. Linguæ asperitas in pestibus.

Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.

Ouidius:

Aspera lingua tumet, tepidisque aretitia venitis
Ora patent.

Silius, *Arebat lingua.* Siluit Thucydides de asperitate, tantum, καὶ τὰ ἔντὸς ἥτε φάρυγξ, καὶ ἡ γλῶσσα εὐθὺς αἱματώδη ἦν, *Introrsum lingua, & fauces sanguinolenta visebantur.* Nicander in Alexiph. quæpiam ad hanc rem.

13. LATICES LENÆOS.] Hanc partem Germ. illustrat ex Homer. Iliad. 8. apud quem Andromache defessis equis Hectoris vinum propinat, οἶνον τ' ἐγκεφάσασα πίειν. Ex Absyrto, qui libr. 1. de curatione pestis equinæ post alia remedia, ita ait: *Tum paribus casiæ, myrrhaque, & turis ponderibus, ac tantumdem sanguinis marinæ testudinis, miscetur potio cum vini veteris sextariis tribus, & ita per nares infunditur: sed ipsum medicamentum ponderis sescuncæ diuisum portione aqua per triduum cum vino dedisse satis erit.* Addo Columel. qui capit. 30. libro 6. de equorum curatione, *Lassitudini quies remedio est, ita vt in fauces oleum, vel adeps vino mista infundatur.* Facit nonnihil, vinum per nares infusum adhiberi ab Aristotele ad medelam suum ægrotantium lib. 8. Histor. ar. cap. 21. Vinum etiam adhibet ægrotanti elephanto cap. 26. Atque etiam contra venena eidem vina dat cap. 29. vt omnibus Nicander in Alexipharmacis. Sed quoniam Virgilius ait *inferto cornu*, pertinent verba eiusdem Absyrti, quæ præcedunt superiorem locum, *Semen Alexandrina curcubitæ tortidum, & acetabuli modo incerniculo cretum, oderato nitro miscetur, colatumque diebus quinque, cornu infundente per nares immittitur.* Instrumentum hoc, *infundibulum* vocat Columella. Vinum contra pestem. Infundibulum.

14. Mox

VVA. BHSC. BU 00239

14. MOX ERAT HOC IPSVM EXITIO.] Simile quiddam Lucret.

Hoc aliis erat exitio, lethumque parabat.

Quod sumsit ex Thucyd.

Dij meliora.

15. DII MELIORA.] Erat in Latio locutio ista creberrima ad abominandum. Lucillius lib. 27. Satyr. *Dij maluerint meliora, atque amentiam aueruncassint tuam.* Eadem verba habet Pacuuius in Chryse, tantum *monerint*, pro *maluerint*, nisi ibi menda, vt suspicor. Valer. cap. 3. libr. 4. *Sophocles ætate iam senior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus Venereis vteretur: Dij meliora, inquit. Libenter enim isthinc tanquam ex aliqua furiosa profugi dominatione.* Exemplorum segetem reperies in Briss. 1. Form. Abstineo.

16. ERROREMQVE HOSTIBVS.] Frequentissimum etiam fuit reiectare in hostes infortunium, vt ab se auerterent. Ita 8. Æn. *Dij capiti ipsius, generique reseruent.* Adi istum locum.

A

17. LANIABANT DENTIBVS ARTVS.] Hunc locum illustro ex Agathia libro secundo, loquens enim ille de duce hostium correpto peste, ait, ἐς τοῦτο δ' ἄρα ὁ δείλαιος ἀφῖκτο μανίας, ὥστε ἀμέλει καὶ τῶν οἰκείων μελῶν ἀπογεύσασθαι. ἐχόμενος γὰρ ὀδὰξ τῶν βραχιόνων, καὶ διασπῶν τὰς σάρκας κατεβίβρωκέ γε αὐτὰς ὥσπερ θηρίον διαλιχμώμενος τὸν ἰχῶρα: *Eo insaniæ venerat miser, vt ne à suis quidem membris degustandis abstineret: assidue enim mordicus brachiis suis inhærens, & carnes dentibus conuellens, eas instar feræ dilaniabat.* Eo aptius hoc ad mentem Virgilij, quo sermo est de duce hostium, in quos hanc cladem reiici vult Vates. Ab hac clade non abit pertinacia illa equorum, qui se ipsi interemerunt illisis capitibus in saxa, fractisque ossibus voluntario furore. Narrant Plinius, Aristoteles, alij: tu in primis Oppianum lege lib. 1. Cyn. qui rem poetice, & cum dignitate.

Furor in pestibus quis.

a Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremósque ciet gemitus. it tristis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
b Non vmbræ altorum nemorum, non gramina possunt
Grata mouere animum: non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera, atque oculos stupor vrget inertes,
Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix,
c Quid labor, aut benefacta iuuant, quid vomere terras
Inuertisse graues? atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ:
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ:
Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.
d Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergo ægrè rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges: montésque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.

B

ARGVMENTVM.

Taurorum clades, in qua magni affectus excitantur.

EXPLICATIO.

a A CALAMITATE equorum transit ad tauros, & vt in equis, ita & in tauris moram trahit, quod vtrunque ex industria factum, non ad inanem ostentationem ingenij. Nam sicut præcipua pars huius libri ad equos, & tauros pertinet: ita visum Vati dare illis præcipuam partem in calamitate discribenda. Dicit vero ita pestem sæuiisse, vt taurus alter, cum gemini terram ararent, subito malo oppressus concideret: inde ex necessitate relictum opus ab rustico, obiungente soluenteque ab aratro taurũ superstitem: ac dolentem ob fraternã mortem.

b Dicit nullis voluptatibus taurorum animos potuisse recreari, non vmbris nemorum, non gramine, non peremni amne, & puriore adhuc ipso electro: nam solutis lateribus, oculis stupore correptis, lassata ceruice moribundi concidebant. Possit aliquis putare (non reprehendam) sermonem signatum esse vati, de eo tauro, qui superstes fuerat cadente altero: sub quo tamen reliquos velit intelligi.

c Sequuntur versus, de quibus merito ait Scaliger, maluisse illos excogitasse aut confecisse, quam habere Crœsum aut Cyrum dicto sibi audientes. Sententia est. nihil tauris profuisse laborem & beneficium, quibus mortales afficiunt terram inuertendo. Auget commiserationem, cum addit, non illis nocuisse pretiosa vina, pretiosas epulas, cum frondes epulas præbeant; amnes cursu exerciti, id est, nõ stagnantes, potũ. Sed neque illis nocuit cura augẽdæ rei, q̃ vna solet sõnos abrũpere, & morbos generare.

UVA. BHSC. BU 00239

d Amplificat narrationem calamitatis duplici re, quæ secuta est cædem taurorum. Prima est. Deerant boues, neque quæsitæ inueniebantur, ad portanda Iunonis sacra, & tunc primum currus huius Deæ ducti sunt vris ad donaria, id est, ad templa donis dicata. Altera. Ipsimet homines rastris terram rimabantur, fodiebant vnguibus; quin, si quando aratro opus, trahebant plaustra ceruice humana. Quid hac re miserius!

Notæ.

1. ECce autem dvro.] Dedit Ouid. suæ pesti cladem similem:

Concidere infelix validos miratur arator,
Inter opus tauros, medioq. recumbere sulco.

Seneca: *Deficit pastor grege diminuto*
Tabi ios inter moriens inuencos.

Quamuis Ouid. vtrunque taurum mortuum inducat, & Seneca ipsum adhuc agricolam, nescias tamen quid vtroque lacrymosius Maro, etiamsi ipsū agricolam, & taurum alterum superstites inducat. Magnum est enim ad mouendos affectus, mori vnum, mœrere alterum, agricolam tristem desistere ab incepto opere. Virgilio simile quidpiam Manil.

Et steriles inter sulcos defessus arator
Ad iuga mœrentes cogit frustrata iuuencos.

Et similimum Seuerus Rhetor in sua peste:

Læuus bos subito labitur impetu,
Æstas quem domitum viderat altera,
Tristem continuo disiugo coniugem,
Nil iam amplius metuens mali.

Forte legendum in Seuero *comitem*, non coniugem. Nam etiamsi cum morbo carminis, certe cum sanitate sententiæ. Iuuencus lib. 4. paria cum Nostro:

Insidant duo dej ssis sub vomere sulcis.
Vnus correpto tolletur corpore arator,
Ignarusq. alio vasto linquetur in agro.

Parce lector huius Musæ. Sed non ego parcam verbis Nazianzeni in Epitaph. Basilij, vbi explicans quo affectu separatus fuerit à Basilio, hac comparatione vtitur, in qua repræsentatur Virgilianus affectus. γίνεται γὰ ὥσπερ ὑδὲ σώματος εἰς δύο τομὴ, καὶ ἀμφοτέρων νέκρωσις· οὕτω μόχων συντρόφων, καὶ ὁμοζύγων διάζευξις, χρεῶν μυκωμῶν τε ἀλλήλοις, καὶ τῶν ἑρόντων ἀλλοτρίωσιν: Fit enim quasi vnius corporis in duas partes sectio, atque vtriusque interemptio: aut boum, qui simul nutriti sunt, atque idem iugum traxe unt, disiunctio, lugubre quiddam vtriusque causa mugientum, separationemque illam permoleste ferentium. Sed & Basilius ipse Orat. de Iulitta Martyre, ita belle affectum Poetæ attingit. καί ποτε εἶδον ἐγὼ βοῦν ὅτι φάτνης διακρούονται, τῶ σωτόμω σφᾶς, καὶ ὁμοζύγω τελευτῆσαντι: Vidi ego aliquando bouem ad præsepe lacrymantem, exstinctio communis laboris socio. Dio etiam Chrysost. Orat. 64. inducit, ὃν ἀπὸ μόχθου ἀπολυσθῆναι λυκοφόνους: Vaccam pro mortuo vitulo mugientem. Pari conquestione Calab. lib. 7. explicans gemitus Deidamiæ.

αἰχμαλόος χόσειν ἐς αἰθέρα μακρὸ βοῶσα.
ἤυτε βοῦς ἐν ὄρεσσιν ἀπαρέσιον μεμαυῖα,
πόρτιν ἑλὼ δίξηται ἐν ἄγκεσιν:
Ploranit acerbe, sublato magno clamore:
Quemadmodum vacca in montibus magnum tollit mugitum
Iuuencam suam querens in vallibus.

Sunt hæc eadem, quæ Opp. 1. Hal.

οἷον δ' ἐλκομένοιο φέλ πόρτιος ἀχνύμενον μητέρες:
Quemadmodum circa abstractas vitulas indignantur Matres.

A Suauissimi sane sunt versus Papin. 6. Theb. & quauis inuidia maiores, quibus inducit vaccam deflentem propter interfectum iuuencum. Ait ille:

Nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu:
Nunc armenta monet, vacuosque interrogat agros:
Tum piget ire domum, mœstoque nouissima campo
Exii, & appositas impasta auertitur herbas.

Est locus in eodem Pap. lib. 9. similimus Virgiliano, vbi loquitur de Polynice, qui tulit acerbissime mortem Tydei:

Ducitur, amisso qualis consorte laborum
Deserit inceptum media inter iugera sulcum
Taurus iners, colloque iugum deforme remissum
Parte trahit, partem lacrymans sustentat arator.

B Et Ouidij 4. Fastinat. de Cerere, quæ raptum Proserpinæ:

Vt vitulo mugit sua mater ab vbere rapto,
Et quærit fœtus per nemus omne suos.

Possem simili copia illustrare loca multa huius pestis, sed omisi consulens breuitati.

2. Opere in medio.] Hesiod. sic extulit. 2. ἔργον ὑπόνιον λιπεῖν ὀρυμὸς ἐπὶ ἄτιμον τελέσαντι. Homer. Iliad. 4. ἀτελεύτητόν δὲ ἔργον: in opere imperfecto. Germ.

3. Non vmbræ.] Dicunt Macrob. Vrs. alij sententiam istam ductam ex versibus Lucret. libr. 2. suauissimis:

C *Aut mater virides saltus orbata peragrans,*
Linquit humi pedibus vestigia pressa bisulcis
Omnia conuisens oculis loca, si queat vsquam
Conspicere amissum fœtum: complexaque querelis
Frondiferum nemus assistens, & crebra reuisit
Ad stabulum desiderio perfixa iuuenci.
Nec tenera salices, atque herba rore vigentes,
Fluminaq. vlla queunt summis labentia ripis
Oblectare animum, subitamque auertere curam.

4. Pvrior electro campvm petit amnis.] Vt Poeta gratiam quærens suo amni ad electrum confugit, ita Ouid. ad argentum, fontem Narcissi argentum nominans. Vt etiam Dio Chrysost. Orat. 35. vbi aquam exhibet λιπότερον ἀργύρου, *argento candidiorem*. Et Apul. lib. 4. vbi de fonte quodam: *perque prona delapsus euomebat vndas argenteas.* Ad gemmas Silius lib. 4. Aquarum pulcritudo variis modis signata.

D *Perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.*

Ad lucem idem eodem lib.

—lucenti gurgite lympham.

Et Petron.

Hæ inter lucibat aquis errantibus amnis.

Thucydides lib. 3. ad Crystallum, sic enim aquam nominat. Synesius Epist. 51. ita describit: πηγαὶ καθαρῶ, καὶ ὑδατι νάματ & fontes puri, & iucundissimi laticis. Homerus 7. Odyss. de fonte Alcinoi nude, iciunc, & nullo ornatu. ἀλλὰ κάπον ἄραντα σιδήνεον: per hortum totum dispergitur. Videbatur debuisse lasciuire in describendo fonte amœnissimi horti. Ouid. 2. Met. bellule:

E *—cum murmure labens*
Ibat, & attritas versabat ritus arenas.

Est amœna riui descriptio medium pratum interfluentis in Achille, Alexand. libr. 1. de Clitoph. & Leucippe. Sed quæ ratio, cur cum alij ad argentum, aurum, crystallum, gemmas confugerint ad addendam gratiam riuulis, quos describunt, Virgilius vnus ad electrum decurrat? Fortasse Poetæ in Historiis versatissimo occurrit fluuius ille Celtarum multis celebratus. Mihi nunc satis Dio Chrysost. Orat. 79. cuius verba sunt. τὸ δ' ἡδὺ πᾶσι κελτῶν λέγειν, ὅτι φασὶ ποτιμώτατον πῦρ καταφέρειν τὸ ἠλεκτρον, καὶ πολὺ πασῶν κρῆνῶν πιεῖν τοὺς ὀρθαῖς ἐκλεξαμένους ὥσπερ οἱ

ὑπὸτοι

Ἢ πρὸς πᾶν ἥκειν δεῖ ἢ αἰσχυνθῆναι: *Quid autem opus est de Celtis dicere? vbi aiunt flumen quoddam deferre electrum, multúmq́; vbi quæ iacere in ripis scaturigine quemadmodum calculi apud nos in littoribus.* Nisi quis recurrat ad fabulam Padi. Sed hoc παῤῥησιαζόμενον esto. Quid mirum in tanto opere?

Electrum. 5. ELECTRA.] Capio pro succino, non pro illo, quod pertinet ad metallica. Dissident fere scriptores à Poetis: illi metallicum tantum agnoscunt, isti etiam succinum, re à fabulis petita, quæ dicunt, sorores Phaetontis versas ad ripas Padi in populos, ex quibus arboribus manat succinum, quod Poetæ electrum nuncupant. Esto: hoc verum non sit, vt latè arguit Plinius lib. 37. cap. 2. Vt etiam docet Lucian. opusc. περὶ τῶν ἠλεκ. Vbi ait, se ad ripas Eridani contulisse, vt electrum quæreret, neque inuenisse: tamen Poetæ pene omnes Latini, & Græci hoc iuri suo iam dederunt. Sed cur de succino, non de metallico Poetam capio? nam maior illius, quam hujus similitudo cum aqua. Si quis tamen metallicum velit, non obstem.

Oculorum stupor in pestibus. 6. OCVLOS STVPOR VRGET INERTES.] Supra dedit ardorem oculorum, nūc dat stuporem, inertiam, & vt veluti hebetationem, qua nihil fere sentiant: fortasse quia sensus oppressi maximo malo nihil sentiunt. Ex hac nota Seneca in sua peste: *oculi rigent.* Egesippus in clade Hierosolymitan. post stragem mortuorum narratam lib. 5. cap. 21. *Aruerant supremorum munerum lacrymæ, quia omnem affectum vis mali clauserat. Obriguerat animus, omnis sensus hærebat, plusquam lacrymanda toleranibus.* Non multum abit ab hoc stupore nota illa Agathiæ de quodam correpto peste. ᾗ τὸ δὸ σωμα ὦ κλοιοτυφὼς ἥλω, ᾗ παρεπετεγεμψω: *Erant oculi torui, atque inuersi.* Lucan. exhibet, *distenta lumina.*

Eleguer corporis inter notas pestis. 7. AD TERRAMQVE FLVIT DEVEXO PONDERE CERVIX.] Hanc notam multi attigere. Est enim comes pestilentiæ languor quidam, & mœror horribilis. Thucydides ait, quosdam ad afflantem pestem statim anticipata quadam desperatione se ipsos destituisse, neque sciuisse languori resistere. Inde Lucret.

Atque animi prorsum vires totius, & omne
Languebat corpus, letho iam limine in ipso.

Et postea:

Nec requies erat vlla mali, defessa iacebant
Corpora.

Lucan.

——fessumque caput se ferre recusat.

Et iterum ait, languorem fuisse comitem mortis. Seuerus Rhetor de tauro cadente in peste:

Tunc longis quatiens Ilia pulsibus
Victum deposuit caput.

Iterum:

Errat succiduo bucula poplite,
Nec langum refugit, sed grauiter ruit,
Lætis compede claudicans.

Seneca:

Piger ignaros Alligat artus languor.

Ammian. lib. 19. de peste:

Variisque plebis languore nutrita.

Egesipp. lib. 5. cap. 21. *Ipsi quoque, qui adhuc spirabant, macie confecti imaginem mortis gerebant. Exhausti fame, & tabe lurida, nec oculos quidem faciles attollere: quia nullum vigorem naturalis motus consumta iciunio substantia, dabat. Figura sola hominis remanserat, vsus intercederat. Simulacra cerneres, officia desiderares.* Præclare ad hanc rem obseruat Germ. dedisse Homerum hanc mœroris notam equis, nam de Xantho Iliad. 19.

——ἄφαρ δ' ἥνυσε καρήατι, φᾶσα δ' ἀοιδὴ
ζεύγλης ἐξεσύετο σὺν ζυγὸν ἔδυς ἰούσης:
——*Statim vero flexit caput, omnis vero iuba*
Circulo colli excidens iuxta iugum ad terram prouenit.

8. ATQVE, &c.] Istum locum ita imitatur Fracast. lib. 1. Syphil.

Nulla ceres illos, Bacchi non vlla iuuabant
Munera: non dulces epulæ, non copia rerum,
Non vrbis, non ruris opes, non vlla voluptas.

Legat virum istum, qui scire velit, vti imitandus Virgilius.

9. MASSICA.] Est Massicus mons Campaniæ ferax vini optimi. De quo iam 2. Georg.

10. SIMPLICIS.] Illustrat hunc locum Germ. ex Plutarch. in lib. de Brutis ratione vtentibus, vbi ita colligit loquens cum hominibus sub persona Grylli, ὅσῳ πολλῶν, ᾗ μακρῶν κολάζεσθε νοσημάτων: *multis, ac diuturnis morbis multi amini, nimirum,* quia vtuntur ciborum multiplici alimonia, quæ nocua est vitæ. Et ex Platone lib. 3. Polit. vbi ait, ex varietate ciborum prouenire morbum, ex simplicitate sanitatem. Pluribus ista vterque philosophus. Ceterum Plut. lib. 4 Symp. Quæst. 1. opponit ἁπλῶ ἀπλῶ, ᾗ ποικίλω: *cibum simplicem, varium.*

11. POCVLA, &c.] Ait Macrob. ductum hunc versum ex illo Lucret.

Ad sedare sitim fluuij fontesq́; vocabant.

12. ABRVMPIT.] Silius ab Nostro libro decimoquinto,

Haud vnquam trepidos abrumpere buccina somnos.

13. TEMPORE NON ALIO, &c.] Vult Seruius quæ hoc loco narrat Poeta, deflecti ab Historia hac. Sacerdos Iunonis Argiua ad templa eius Deæ ex more bobus solebat ferri, consumtis istis præ peste, quæ Atticam vastauit, duo eius filij matrem duxere ad templum subeuntes iugum Iuno, approbata religione, obtulit matri, peteret pro filiis, quæ vellet. Illa respondit, daret illa, quod sciret vtile. Die altero, filij reperti sunt mortui: qua vna re patuit, nihil esse morte vtilius. Narrant ista fuse Herodot. lib. 1. & Plutarch. de Consolat. ad Apollonium. Dissident in nonnullis à Seruio, tum maxime in pestis mentione, quæ nulla in istis, tantum aiunt, adolescentes iugum subiisse, quod festo die iumenta nondum ex agro aduentassent, & tempus iam vrgeret eundi ad templum. Ab hac igitur historia confictum Poetæ istud de vris, vel si quid vere de vris intellexit, mihi lux nulla.

14. IMPARIBVS.] Seruius, & alij sententiam referunt ad ipsos vros, qui impares, & inæquales ferrent currum. Possunt. Sed venustior credo est sententia, & forte verior, si referas ad bouem vnum & vrum alterum, qui impares ducebant currum. Adiuuat, dici supra, e duobus tauris vnum concidisse.

15. CONTENTA CERVICE.] Σκυτίνως. ἀμαθέως, συμμαχέων.

Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat. timidæ damæ, cerúique fugaces
Nunc intérque canes, & circum tecta vagantur.

Iam

UVA. BHSC. BU 00239

b Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum
Littore in extremo; ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit. insolitæ fugiunt in flumina phocæ.
c Interit & curuis frustrà defensa latebris
Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.
d Ipsis est aer auibus non æquus, & illæ
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.
e Præterea nec iam mutari pabula refert.
Quæsitæque nocent artes. cessere magistri
Phyllirides Chiron, Amythaoniúsque Melampus.
f Sæuit & in lucem stygiis emissa tenebris
Pallida Tisiphone: morbos agit ante, metúmque,
Inque dies auidum surgens caput altiùs effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes
Arentésque sonant ripæ, collésque supini.
Iamque cateruatim dat stragem, atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo:
g Donec humo tegere, & foueis abscondere discunt.
Nam neque erat coriis vsus, nec viscera quisquam
Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma:
Nec tondere quidem morbo, illuuiéque peresa
Vellera: nec telas possunt attingere putres.
Verumetiam inuisos si quis tentarat amictus
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur: nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus sacer ignis edebat.

ARGVMENTVM.

Strages reliquarum ferarum terræ, maris, aeris. Adhibentur peculiares notæ ad excitandam conquestionem, & libro finis.

EXPLICATIO.

a CONFERCIT iam hic stragem vagantem per plura animalia. De lupis ait, adeo premi malo suo, vt nullas insidias gregibus tenderẽt: de damis, ac ceruis nihil fugam curare pressos etiam diriore malo.

b Pergit ad pelagus, vbi etiam adeo grassata pestis, vt mortui pisces in littoribus apparerent, non aliter ac homines, quos mare naufragio absumpsit, atque in littus exspuit. *Fluctus proluit in extremo littore* dictum est ex natura fluctuum, qui alius alium impellit, donec id, quod mare habet ad extremum littus perueniat. De Phocis ait, confugisse ad flumina, vt tutiora, qui locus insolens ad tam vastum animal.

c Adiungit reliquo aceruo viperas, quibus nullum præsidium à suis cauernis; & hydros, quibus nullum item à lacubus, quos habitant. *Squammis astantibus* est, horrentibus, atque asperis ex condictione morbi.

d Ab terra, & mari ascendit ad aërem, quæ pars infecta, atque iniqua suis habitatoribus, vt in qua vitam relinquerent.

e Ait, illud in hac peste fuisse calamitosissimum, vt videlicet nihil opis sperari posset ab medela: quod sic ostendit. Quærebantur noua pabula, sed nihil referebat: nouæ artes, sed nocebant: noui medici, qualis Chiron filius Saturni, & Phylliræ Nymphæ; qualis Melampus filius Amythaonis, sed sedebant omnes, quasi inutiles tanto malo.

f Est hæc quasi ratio superioris sententiæ. Quid mirum si nihil artes prodessent, cum luem istam Tisiphone vna furiarum ex inferno adduxisset, quæ ante se morbos agit, metum, & quicquid est horribile. Inde balatibus ouium, mugitibus taurorum ripæ & colles cum magno dolore resonabant. Demũ ait, ipsam Tisiphonem dedisse ingentem stragem, aggerasse magnis cumulis in stabulis animalium cadauera, quæ præ sanie, & tabo cadebant.

g Ait, tum primum inuentum sepelire humo animalia, ne pestis cadauerum latius serperet. Nam coria nullius erant vsus, cum malum quod in visceribus hæserat, & inde in ipsa coria transierat, nulla ratione posset aboleri, non aqua, non igne, non tonsura. Itaque non audebant attingere putres telas, putria vellera. Si quis attingebat, perfundebatur statim ardentibus papulis (id est, pustulis) sudore immundo. Ac post breue tempus (nam hoc est, non longo moranti tempore) ignis sacer exedebat artus, quos contigerat.

NOTÆ.

1. NON LVPVS.] Paria Ouid.
Non aper irasci meminit, nec fidere cursu
Cerua, nec armentis incurrere, fortibus vrsi.

Omnia

UVA. BHSC. BU 00239

Omnia languor habet.

Paria Seneca:

Non lupos cerui metuunt rapaces:
Cessat irati fremitus leonis:
Nulla villosis feritas in ursis.

Non dubium, quin vterque repræsentet Virgilium.

2. NOCTVRNVS.] Græci νύκτωρ, νυκτερινὸς, νύκτωρ, νύκτερ. Germ.

3. OBAMBVLAT.] Obseruat Iul. Scalig. lib. 4. Poet. c. 16. dictum hic humili verbo, *obambulat*, vt in re agresti: quod in re belli grauius multo, *circumerrant acies*, ab eodem hoc Vate.

4. CVRA DOMAT.] Ita Æschyl. Prom. μόχθοι δαμάσαι: *domita curis*. Et Nicand. ἄλγεα φῶτα δαμάζει: *Labores domant hominem*. Germ. Paulinus Natali 4. Felic ab Nostro:

—*acrior illum*
Cura sui gregis vrit, & adficit.

Mare capax pestis contra Aristotelem.

5. IAM MARIS IMMENSI PROLEM.] Non otiose Poeta, post *prolem maris*, adiungit, *genus omne natantum*, quasi dicat, non solum pisces maris, sed lacustres quoque & fluuiatiles tentari peste. Mihi visus est Poeta velle omnino dissentire ab Aristotele, qui vtrunque negat lib. 8. Hist. Animal. De marinis ita c. 19. νόσημα δ' οὐκ ἐμπίπτει τοῖς ἐν ἁλὶ τοῖς ἐμπίπτουσι φαύλοις ἐμπίπτον: *Morbus pestilens nullus incidere piscibus videtur*. De reliquis ita c. 20. τοῖς δὲ ποτάμιοις, καὶ λιμναίοις οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἴδιά γίνεται: *Fluuiatile & lacustre pestis quidem & ipsum immune est*. Ergo, ab vtroque dissentiens Vates, & maris prolem, & omne natantum genus inducit peste abripi. Neque impedit, dici ab eo, Phocas confugere ad flumina, quæ ducebant tutiora. Ducebant quidem, sed non inde dat sanitatem fluminibus. Cum Aristotele consentit Plin. ita scribens c. 49. lib. 9. *Morbos vniuersa genera piscium, vt ceteræ animalia, etiam ferè, non accipimus sentire. Verum egrotare singulos, manifestum facit aliquorum macies.* Cõsentit (inquam) quia Aristoteles morbos in communi negat, peculiares assignat. Quæstioni huic finiendæ lux ab libris, aut nulla est, aut certe exigua. Sæpe illam cum viris doctissimis communicaui, qui omnes visi sunt Aristotelem damnare. Virgilium absoluere. Nam cur non inficiat aqua possit, præsertim stagnans, & lacustris, ita, vt cædes vniuersim sequatur? cum præcipue elementum hoc sit multo crassius aere, in quem cadit infectio ista. Ex nota, quam supra adhibui ad illud, *corrupitque lacus*, possis obseruare vitium aquarum. Si ergo ita vitiatæ aquæ, vt animalia inde bibentia pestem contraherent, cur non feræ ibi degentes? Demum, cum pisces sæpe reperiantur magno numero electi & mortui ad littus, hique ex diuersis speciebus; dicat nobis Aristoteles, quid sit aliud pestis, si hoc non est? Nam dum effectum video, nihil caussam moror: nihil (inquam) longas disputationes de contagione, de anhelitu, de infectione elementorum. Certe Opp. per extrema lib. 4. Hal. aquas ait veneno inficiari, pisces mori tumultuarie, idque late pestequitur. Definitionem pestis hanc adducit Dio Chrysost. Orat. 32. ὅταν δ' κοινόν τι πάθημα τὸ φθαρμα, τότε λοιμὸς καλεῖται: *Cum vero res communis fit, tunc appellatur pestilentia*. Non abeunt definitiones Galeni, & aliorum. Ergo, cum videam pisces mori communione quadam, non tantum separatim singulos, cur non appellem pestem? Iuuat aliquid ad hanc quæstionem illud Artemidori libr. 2. Oniroc. c. 14. vbi ait, quoddam piscium genus significare φαρμακίαι, *venena*. Iuuat (inquam) quia ideo videntur venena innuere pisces, quia ipsi veneni capaces.

6. IMMENSI.] Arnobius libr. 2. simpliciter *immensum* pro mari posuit: *Nec mare continuo dulce est, si A mitioris aquæ guttas alicuius adieceris, atque immiseris numeri: consumitur enim minuties ista immenso.*

Natantes, id est, pisces.

7. NATANTVM.] Hanc locutionem ab Nostro, credo, hausit Oppian. qui ita etiam pisces circumscribit libr. 3. Hal. πῶτες ἁλὸς δύνοντα: *natatores maris currunt*, id est, pisces. & lib. 1. ἴχνη δὲ ἀενάλα νηχολίσιν: *Vestigia enim obscura natantibus*. id est, piscibus. Et lib. 2. πῶτεσσι ὑγροπόροισιν, *natatoribus humidis*. Nisi vterque (tam, inquam, Noster, quam Oppianus) ab Aristotele lib. 4. de Generat. Animal. c. 4. qui hac voce pisces discriminat ab aliis feris, ὁ μόνον ἐν τοῖς πλοίοις, ἀλλὰ ἐν τοῖς πλωτοῖς, καὶ ἐν τοῖς πωτοῖς: *Non solum in pedestribus, sed etiam in volatilibus, & natantibus*. Lucretius quoque lib. 2.

B —*mutaque natantes*
Squammigerum pecudes.

Ab omnibus Fracast. lib. 1. Syph. *turbamque natantum*. Sed præclare profecto Oppian. flexu alio pisces vocat 2. Hal. διερὸν σεβτὸν, & *diegas gyros*:

Exercitum humidum, humidam sobolem.

8. PHOCÆ.] Sunt vituli mari. De his sequenti libro.

9. INTERIT ET CVRVIS.] Ab Nostro Seneca in excursu suæ pestis:

Peribus pestem latebrosa serpens
Aret, & sicco moritur veneno.

10. CVRVIS LATEBRIS.] Nicand. φωλεοῖσι χελεαῖς. Vbi Gorreus χελεαῖς accipit, cutuis, contra sententiam Scholiastæ, quod etiam obseruauit C Germ.

11. IPSIS EST AER.] Hoc ex consensu omniũ ab Lucret.

Nec tamen omnino temere illis sedibus vlla
Comparebat auis, nec tristia secla ferarum
Exibant: silnis, languebant pleraque morbo.

Ex consensu (inquam) aliorum, non ex meo. Nam Lucretius non videtur capiendus de peste volucrum, atque adeo illud, *languebant pleraque morbo*, videtur referendum tantum ad feras. Sed cur non de peste capiendus Lucretius? quia videtur reddidisse sententiam Thucydidis dicentis in argumentum atrocissimæ pestis, aues non visas circa cadauera, vt quæ timerent cladem, si gustassent quidpiam.

12. VITAM SVB NVBE RELINQVVNT.] Ita D 5. de Columba:

Decidit exanimis, vitamque reliquit in astris.

13. PRÆTEREA NEC IAM MVTARI.] Hoc aperte ex Lucret.

Nec referri vtrum nos in loca deueniamus
Nobis aduersa, & cœli mutemus amictum.

Remedia nihil proficiũt in pestibus.

14. QVÆSITAQVE NOCENT ARTES.] Hãc eõquestionem multi excitarunt in suis pestibus describendis. Est enim potentissimum ad mouendos affectus, medelam omnem conuerti in perniciem. Thucyd. τὰ τοῦ ἰατροῦ ἠρχὴν τότε πρῶτον μὴ ἐπιτήδεια ἦν: *Et medici pares erant.* Et postea ait, talem fuisse morbum, vt quicquid fieret ad medelam, nihil iuuaret, proficeret potius ad morbum: quod erat genus calamitatis insolens. Philo in lib. de Abel, & Cain, etiamsi de re alia loquens, τὰ παίοντα βλάπτει: *Remedia nocumento erant.* Gregorius Nyss. loco adducto, ait, aquam, quæ ad exstinguendum ardorem adhibebatur, nullius esse commodi: Lucret. pulcre: —*mussabat tacito medicina timore.* Ouid. *Exitium superabat opes, victique iacebant.* Et postea:

—*inque ipsos sæua mademes*
Erumpi clades, obsumique auctoribus artes.

Silius:

Succumbit medicina malis. Manilius:

Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant.

Seneca:

UVA. BHSC. BU 00239

Seneca:

Non vota, non ars vlla corruptos leuant:
Cadunt medentes.

Liuius lib. 25. *Curatio ipsa, & contactus aegrorum vulgabat morbos.* Sophoc.

ἤδ' ἐπὶ φοινίᾳ ἔγχος, ὃ τι ἀλέξεται:
Nullum est curarum propugnaculum, nullum leuamen.

Sententia, non verba. Ideo Basil. Orat. contra ebrios, ait, in peste tantum sana corpora adiuuanda, ne morbi vulgentur, & malum præueniatur: abstinendum vero ab his, qui iam occupati morbo, ne crescat contagio.

15. SÆVIT ET IN LVCEM STYGIIS, &c.] Pertinet hoc ad amplificationem pestis. Ita Silius:

—*tum serpere labes*
Tartarea, atque hausti populari castra maniplis.

Iterum:

Et patulam Cyanem, lataq; palustribus vndis
Stagnantem Stygio cocyti impleuit odore.

Seneca:

Rupere Erebi claustra profundi
Turba ferorum face tartarea.

Lucan.

—*tali spiramine Nessus*
Emittit Stygium nebulosis aera saxis,
Antraq; lethiferi rabiem Typhonis anhelant.

Claudian. quoque in Ruff. *Stygiam pestem* dixit. Integra iam attuli. Mihi non dubium, quin Virgilius in Furiæ huius mentione hæserit Græcis Poetis, qui solent exhibere Furias inter medias cadentium acies, nihil enim refert, de peste, quod illi non loquantur. Tale est illud Calab. lib. 11.

ἐν δὲ μέσοισιν ἔειστ, ἐνέπεσσε τ' ἐνυὼ
φωῶντ', αἰχαλέοιν κεινύσιν ἴκελαι ἀὐτμῇ,
ἄμφω ἀπὸ στομάτων ὁλοὸν πνείουσι ὄλεθρον:
Inter medias acies Contentio, & luctuosa Bellona
Volitabant, malis Furiis manifestæ persimiles:
Vtraque ex ore pestiferum spirabat exitium.

16. PALLIDA TISIPHONE.] Seneca in Oct.

Hic ecce pallens dira Tisiphone stetit.

17. CAPVT ALTIVS EFFERT.] Prudent. 2. in Symm. *Seque altius effert Sideribus.*

18. BALATV PECORVM.] Ita & Lucretius conquestionem excitat:

Consimili ratione venit hubus quoque sæpe
Pestilitas etiam pecubus balantibus agros.

Ouidius:

Lanigeris gregibus balatus dantibus agros.

Mugitus de animibus.

19. MVGITIBVS AMNES.] Homer. 2. Il. dixit, κῦμα ἐρέμετα, fluctus fremit, mugit. Silius lib. 8.

—*fundoq; imo mugiuit anhelans*
Aufidus.

Papin. 7. Theb.

—*mugire refractis*
Corniger Hebrus aquis.

Nonnus lib. 23. Dionys. loquens de Oceano, ὑδατόεν μύκημα γάων: *aquosum mugitum fundens.* Aperit mihi rationem Virgilius, cur aquæ dicantur à Poetis mugire. Non placet Hellanius, qui hoc dictum ait, quia amnes mundum videantur fulcare, vt tauri terram. Videat Neptunum terras non fulcantem dici à Græcis κυκτὸν, à mugitu. Oceanus ab Euripide in Oreste dicitur, ταυρόθρεκτον: *taurieeps.* Inter Neptuni nomenclaturas ταύρειον quoque reperies. Sed quæ demum ratio? Circa ripas fluminum tauri mugire in pascuis audiuntur, & à vicino mugitu pecorum, aquæ dicentur mugire. Certe Natalis lib. 7. cap. 2. cum tres rationes assignet huius locutionis, extremo loco adhibet hanc meam. Cur cornua assignentur fluuiis A alia est ratio. Sed, nec opus tanto molimine. Nam, cur non aquarum murmur dici *mugitus* translatitie possit?

20. COLLESQVE SVPINI.] Græcorum more, qui πεδίον ὑπτίον.

21. IAMQVE CATERVATIM. Hom. 12. Iliad. Peltium ornatio. δμιλαδὸν. Ibidem, aceruatim cadentes vocat, ἐπαλαυτέρους. & 15. rem explicat per vocem φαλαγηδὸν: *turmatim*, loquens de his, qui in bello funderentur. Et 17. ita, ἐξῆσίνοι ἔπιπτον: *densi cadebant.* Val. 5. Arg. ita: *exsangues confertæ cædis aceruos.* Certe omnes, qui pestes describunt, mire sibi plaudunt in exhibenda ante oculos multitudine cadentium. Virgilius præclare explicuit his vocibus, *dat stragem cateruatim, aggerat cadauera in stabulis.* Primum ab Lucretio sumsit, B alterum ipse addidit. Libeat audire, qui alij rem expresserint.

Lucret.

Inde cateruatim morbo, morisq; dabantur.

Iterum præclare:

Confertos ita acceruatim mors accumulabat.

Vbi audis confertionem, aceruos, cumulos. Para tibi lector copiam. Thucyd. ita expressit. ὁ θόρυβος ἐγίγνετο οὐδενὶ κόσμῳ, ἀλλὰ ξυνεκροῦ ἐπ' ἀλλήλοις ἀποθνήσκοντες ἔκειντο: *exspirabant nulla honestate, nam iacebant supra alios alij.* Et postea ait, omnes vias, & templa referta fuisse cadaueribus. Quod & Lucret. quoque arripuit:

Multaq; per populi passim loca prouia viaque
Languida semianimo tum corpore membra videres. C

Agathias libr. 5. loquens de peste Constantinopolitana mortuos exhibet αὐὰ λεωφόρους, *per plateas.* Et Iust. lib. 21. *Tantaque fœditas morientium fuit, vt viæ cadaueribus complerentur.* Pari indole Ouid.

—*situs agrisque, vrisque*
Corpora fœda iacent.

Silius ab Lucretio, & Nostro:

—*cumulantur acerui*
Labentum, & magno cineres sese aggere tollunt.

Claudian. Bel. Gildon. hanc rem ornaturus ad sepulcra confugit, vt Silius ad cineres: *tumulosve repletos Stragibus.* Addit: *& crebras corrupto sidere mortes.* In Paneg. vero de 4. Conf. Hon. ad reges, hac amplifica- D tione,

Non Erymanthæa iam copia sufficit vmbræ,
Innumeris exusta rogis, nudataque ferro.

Lucan. *Inde labant populi.* Quod sumsit fortasse à Manilio, qui prior:

Tabentesq;, rapit populos, totasque per vrbes
Publica successis peraguntur fata sepuleris.

Seneca ita exornat:

Pars nulla regni immunis exitio vacat:
Sed omnis ætas pariter, & sexus ruit:
Iuuenesque senibus iungit, & gnatis patres
Funesta pestis. & infra:
Deest terra tumulis, & rogos, sylue negant.

Sophocles extulit, vt Thucydides, nam in Oedip. Tyr. ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ σκῆπτον: *videres alterum alteri incumbentem.* Ab eodem (vide quo auctu orationi) ciuitas dicitur αὐδεσθμῷ. *Sine vllo ciuium numero.* Ita videlicet vastata omnia. Ibidem ἠλαίνῃ λοιμὸς ἐχθὸς & πολυπρεπὴς ἀνοσιωτάτην ἐρημώσασα πόλιν: *pestis sæuissima vrbem exterminat, dissipat.* Ait idem, turbam iacere ἀεσὶ πεδίῳ ἀνατιθέρῃ, *in campo pleno cadaueribus.* Liuius lib. 23. in atroci peste: *Strata examina.* Præclare Seuerus Rhetor in peste boum: *Nunc totum tegitur funeribus solum.* Seuerus alter lib. 2. Sacræ Hist. loquens de excidio Hierosolym. *Passimque vie oppleri cadaueribus cœpere vicloiam officio humandi.* De eodem Egesipp. lib. 5. c. 25. *Miserabilis congeries insepulturum corporum, & circuitu longo terra ipsa tecta cadaueribus*

UVA. BHSC. BU 00239

cadaueribus, repleta ante muros omnia, terribilis facies, horror grauis, odor pestilens. Ita & Cedrenus mortuos ἀνάρους exhibet non semel. Tu Iosephum vide lib. 6. Excid. c. 14. qui ista multis, & pene ad lacrymas lectoris, in cuius vtilitatem ista ego cōgessi, vt habeat, quę eligat ad casus similes describendos, exornādos, amplificandos. Volui autem ab omnibus separare Gregorium Nyss. qui copiam mortuorum vltra omnes amplificat, cum ait; homines sponte cōfugere ad ipsa sepulcra, vt perculsi peste ibi caderent, nam videbant superstites non sufficere sepeliendis mortuis. Lege etiam in Cedreno pestem, quæ accidit sub Copronymo ad stuporem.

22. DONEC HVMO TEGERE.] Indicat Virg. in hac sua peste primùm cœpta humari cadauera ferarum, quod nunquam prius in vsu. Verba, quibus Noster locutionem variat, sunt ista: *condere, mandare, insodere, reddere, referre, concedere, onerare terræ aggere.*

Pestis à cōtagione. 23. INVISOS SIQVIS TENTARET AMICTVS.] Non omisit Vates rem hanc, vt quæ vna hæc potissimum pestem efficiat. Nam tametsi pestis procedit sæpissime ab infesto aere; tamen propagatur, alitúrque, & vires capit à contagione illorum, quos semel inuasit. Thucydides ait, feras non ausas attingere corpora interemtorum, quæ iacebant insepulta; si quæ verò attigissent, νοσώδεις διεφθείρετο, vt gustauerant, peribant. Eadem Lucret.

Aut, vbi gustarat, languebat morte propinqua.

Ouidius:

Mira loquor, non illa canes, auidæq; volucres,
Non cani tetigere lupi, dilapsa liquescunt,
Afflatúque nocent, & agunt contagia late. Silius:
Passim etiam deserta iacent, inhumataque late
Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus.

Liuius li. 4. cum dixerit, pecora absumta scabie, addit, vulgatos morbos in homines ab contactu pecorum. Ideo Galen. lib. 1. de Different. febr. c. 2. *Pestilentis morbo laborantium conuersatio periculosa.* Ab adductis testimoniis non abludit Nicander in Theriacis, vbi loquēs de his, qui pereunt morsi ab basilisco, ita ait versibus Iacobi Greuini boni Interpretis: nam Græca, quia multa omitto:

Quod ferit hic, multo corpus succenditur igni,
A membris resoluta suis caro defluit, & fit
Lurida, & obscuro nigrescit opaca colore.
Nullæ etiam volucres, quæ fœda cadauera pascunt,
Sic occisum hominem tangunt, vt vultur, & omnes
Huic similes alię, pluuiæ quoque nuntius aurę
Coruus, nec quæcunque fera per deuia lustra
Degunt, & tali capiunt sibi pabula carne.
Tam teter vacuas odor hic exhalat in auras,
Atque propinquantes penetrat non segniter artus:
Sin cogente fame veniens approximet ales,
Tristia fata refert, certámque ex aere mortem.

Papulæ. 24. ARDENTES PAPVLÆ.] Sumtū à peste Thucydidis. σῶμα—ὑπέρυθρον, πελιδνὸν, φλυκτιναῖς μικραῖς, καὶ ἕλκεσιν ἐξανθοῦν. Erat corpus subrubrum, fuscum, minutis pustulis & papulis scatens. Verba ista etiam sunt apud Galen. in li. 6. Hippoc. de Morbis vulgaribus Com. 1. Has pustulas, aut pusculas, aut papulas (hęc enim omnia idem, ita expressit Lucret. Pusculæ.

Et simul vlceribus quasi in vsus omne rubere
Corpus.

Galen. de quodam iuuene correpto peste lib. 5. Method. cap. 12. *Totum corpus vlceribus scatebat.* Vlceris crustulam Græci vocant ephelcida. Lege Galen lib. 5. Met. c. 12. Sed videntur profecto istæ papulæ esse illæ, quas Galen. in lib. 6. Hippocrates de Morbis vulgaribus comment. 1. vocat pemphingas. Ducor in hanc mentem; nam Galenus ibi de illis loquitur cum respectu ad vlcera, quæ Thucydides scribit: Thucydidi verò hæsisse Virgilium, perspicuum est. Affinia illa vulnera, quæ in peste exhibet Cedrenus in modum πυρόδεις ἄυθρακος. Ephelcis. Pemphinges.

25. SACET IGNIS.] Lucret. Ignis sacer.

Exuritur sacer ignis, & vrit corpora serpens
Quamcumque arripuit partem, repitque per artus.

Seneca:

—& sacer ignis
Pascitur artus.

Male verò Seruius per sacrum ignem intelligit ἱερὸν νόσον, *sacrum morbum.* Nam morbus sacer est, morbus caducus, siue Herculeus, siue comitialis, siue Epilepsis, de quo morbo Plato loquitur in Timæo lib. 11. Leg. Et Heliodorus lib. 7. Histor. Æthiop. aliique. At verò ignis sacer est ex Nota Hieronym. Mercur. lib. 4. Var. Lectio. c. 9. qui apud Arabas dicitur *Formica*; apud Græcos *Herpes*, apud Scribonium *Zona*, apud Plinium *Zoster* & *circinus*. Vulgus nominat *ignem Sancti Antonij*. Silentiar. in Epigrammat. vocat γυρόβορον πῦρ. alij γυρτῆρον, & γυρόβορον, ex Nota Germani. Interpres Philonis hunc ignem vocat *serpiginem*, ita enim reddit, quoties in Græco occurrit, ἕρπης. Vt cum in Politic. ait: *Feriuntur nunquam ante sic laboratum malo communi vniuersis gentibus, quale medici vocant serpiginem, quod omnes partes corporis inuadens ignis more depascitur.* In gregibus dicitur *pusula*, quod ex Columell. facile elicies c. 5. lib. 7. *Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores.* Inde Barbarus, *pusulosa* corpora explicat, quę laborant sacro igne. Errant etiam, qui confundunt ignem sacrum cum eryſipelate, quod facit Cornarius, & Isidorus lib. 4. de Medicina. Lege Mercurialem dicto loco. Est enim Eryſipelas idem, quod Erythropelas, & Hippocrati πῦρ ἄγριον. Morbus comitialis, caducus. Epilepsia qui morbus. Formica, herpes, zoster, circinus, id est, ignis S. Antonij. Pusulosa corpora. Eryſipelas.

26. EDEBAT.] Eadem metaphora vsi Æschylus, & Euripides ex Nota Delrij loquentis de phagedæna. Prior, φαγέδαινα ἥ μου σάρκας ἐδεῖται ποδός: *Phagedæna mihi carnes edit pedis.* Paria posterior, tantum pro ἔδει, adhibet ἔδουπο. Q. etiam Serenus. Edo de morbis.

Sine calens febris iactatos exedit artus.

Homerus eleganter ad animum transtulit:

ὁμῶ κεκμάτω τε, καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἔδοντε:

Labore simul, & mœrore cor edentes.

Odyss. 9. & lib. sequenti, θυμὸν ἔδων: *animum exedens.*

FINIS LIBRI TERTII GEORGICORVM.

RI P. VIR

UVA. BHSC. BU 00239

P. VIRGILII MARONIS GEORGICORVM LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM.

HABET hic liber Apum tractationem, quarum res ornatißimè illuminauit Poeta. Poſt operis propoſitionem, Dedicationem, captatam beneuolentiam, rem aggreditur; docens primò, quæ abeſſe ab apibus, quæ illis adeſſe debeant: illa vt noxia, iſta vt proficua. Deinde tranſit ad materiam alueorum, in quibus ſit tota mellis fabrica, ibique loquitur de ſtudio apum, in obturandis rimis, & theſauro ſuo occultando; atque obiter de earum mundicie, & locis cauis, quæ vitanda, vt apibus valde inimica, propter reſultantem ſonitum Echus. Tertiò narrat, vti, appetente tempore mellificationis, apes ad paſtum exeant, vt neceſſaria colligant ad fœtus, ad ceras, ad mella. Quartò perſequitur luculenter pugnas apum, cui parti annectit duplicem Regum formam, duplicem item apum. Quintò docet, vti retinendæ apes à fuga, detractis aliis Regi, & conſito horto iuxta aluearia: ex cuius rei occaſione tractat, ſeu potiùs aliis relinquit tractandam hortorum curam, ipſe enim tantum libat, adhibito exemplo Tarentini ſenis, cui vita fuit mille bonis & delitiis cumulata, quòd in hortuli cuiuſdam curam incumberet. Hoc peracto accingit ſe ſexto ad expediendam apum naturam. Hanc partem longiùs aliis perſequitur, conſtituta apum Republica, vrbe, legibus, patria, penatibus, prouidentia futurorum; deinde fœdere, quo aliæ in agris victum perquirunt, aliæ inter ædes laborant, fundamenta erigunt, ceras ſuſpendunt, mella conſtipant, fœtus educunt, ianuas cuſtodiunt, aquas ſpeculantur, accipiunt onera vementium, fucos arcent; hanc ſedulitatem exornat egregia comparatione Cyclopum: redit rurſus ad Rempublicam earum, & docet, quid Seniores faciant, quid iuniores; vtque vnà omnes quieſcant, vnà laborent, vnà dormiant, vnà ſurgant: adiungitque hîc aliquid de illarum prudentia, cùm tempus eſt nubilum: ſcribitque illarum generationem, ætatem, durationem: præterea cultum erga ſuos Reges: abſoluitque hanc partem recitata opinione Pythagoræ de diuinitate, quæ latet in apibus. Septimò tranſit ad præcepta mellationis, cuius duo ſunt tempora, ver, & Autumnus: docétque abſtinendum à caſtratione fauorum, cùm hyems eſt rigentißima: adiungitque præcepta quæpiam neceſſaria ad hanc rem. Tranſit octauò ad morbos apum, & conſtituit languentium ſigna ſex, remedia nouem, ſiſtitque in flore amello, quem latè deſcribit. Nonò transfert ſermonem à morbis ad mortem illarum, accingitque ſe ad narrandam hiſtoriam Ariſtæi, docétque inuentum reparandi apes ex cæſo boue vbi natum, & perſequitur latè artem ipſam. Decimò & vltimò latißimè narrat hiſtoriam Ariſtæi, qui mortuis apibus querelas ſuas detulit ad matrem Cyrenem, quæ erat aquarum Nympha. Audit illa querelam, iubet natum admitti intra aquarum gurgites: admiratur ille matris ſuæ regiam, & omnia quæ clauſa intus ſub terris: excipitur conuiuio, docetúrque à matre res Protei, nam hic poterat aperire excidij apum cauſſam: perducitur ad illam, ac fruſtrà reluctantem capit. Deinde

aperit

UVA. BHSC. BO 00239

aperit Proteus Aristæo, cur apes interierint, quia videlicet Aristæus causſa fuerat mortis Euridyces vxoris Orphæi. Narrat itaque mortem Eurydices, audaciam Orphæi in adeundis manibus causſa vxoris: vtque illam Orpheus recuperauerit, amiserit, doluerit, interierit. Qua repræsentatione facta, Cyrene natum aggreditur, ac stupentem & deuictum animo consolatur, docetque quo genere sacrificij scelus illud expiandum sit, & qua ratione reparandæ apes, quando iam causſa excidij cognita erat. Peragit Aristæus præcepta matris, videtque felicissimum exitum, nimirum apes reuiuiscentes ex interfectis & putrefactis iuuencis. Hæc omnia sequitur epilogus tam Eclogorum quàm Georgicorum.

[a] PROTINVS aërij mellis cælestia dona
Exsequar: [b] Hanc etiam Mecœnas aspice partem.
[c] Admiranda tibi leuium spectacula rerum
Magnanimósque Duces, totiúsque ordine gentis
Mores, & studia, populos, & prælia dicam.
[d] In tenui labor, ac tenuis non gloria, si quem
Numina læua sinunt, audítque vocatus Apollo.

ARGVMENTVM.

Proponit quid dicturus, dedicat hoc opus Mecœnati, captat attentionem a rebus magnis, spernit gloriam a re humili.

EXPLICATIO.

[a] HÆc vocula librum istum cum superiore annectit. Petinde ac si dicat. Deinde exsequar. verba primi versus apprime significant naturâ mellis, nam hoc vere aërium, vt quod ex aere defluat; vere cœleste, vt quod cœli & Dei sit munus.

[b] Proposuit quid dicturus, iam partem hanc apum Mecœnati dicat, vt tres etiã superiores libros. In verbo *aspice* inest nota fauoris, quem optat ab hoc viro.

[c] Locus insignis attentionis ex admirandis spectaculis; ex ducibus magnanimis; ex moribus, studiis, populis, prælijs totius gentis apum.

[d] Petinde ac si dicat. Labor meus positus est in re tenui, non tamen erit tenuis gloria, si Numina illa, quæ solent obsistere mortalium conatibus, sinunt quem, id est, aliquem, quicunque is sit, qui res aggreditur: est Apollo, qui dux est carminis, audit, cum inuocatur.

NOTÆ.

Apes non conficiunt mel, tantum contrahunt.

1. AERII MELLIS COELESTIA DONA.] Euertit Vates rerum naturaliũ scientissimus vulgi opinionem. Apes non conficiunt mel, tãtum contrahunt, & coiungunt: ideo aërium, ideo cœleste, ideo etiam donum; donat enim cœlum mortalib. hoc pulcrum donum. Nihil hac te verius. Arn. l. 5. Hist. Anim. c. 22. clare ait, μέλι ὑ τὸ πῖπον ἐκ τῦ ἀέρ& : *mel cadere ex aere.* Plin. lib. 11. c. 12. *venti ex aere.* & c. 5. loquens de apibus *Mella contrahunt, succumque dulcissimum, atque subtilissimum, ac saluberrimum.* Expende vocem, non ait, faciunt: sed, contrahunt, & lib. 16. c. 8. *apes melleos è cælo cadentes.* Sed audienda ratio vtriusque mystæ: Aristotelis (inquam) & Plinij: Ait prior, *Mel autem non ipsas facere apes, sed rorem cadentẽ deferre, argumento ipsi, quod vna, aut altera die cellas mille repletas inuenunt apiary. Item autumno mel, postquam detractum est, non reparatur, cum tamen illo etiam flores prouenirent. Sublato itaque melle, & cibo, aut nullo existente, aut exiguo, repeterent, certè apes munus mellis conficiendi, si ex floribus possent accipere.* Posterior, *si qui matutino sub die fuere, vncti as liquore vestes, capillúsque concretum semiint.* Colum. ex Celso lib. 9. c. 14. ex *floribus ceras fieri, ex matutino rore mella.* Basil. Hom. 8. explicans quid sit mel, ait, τὸ ἢ μέλι τῶν δρόσων ἐστὶν ἀφόβως ἐπιδεῦναι τοῖς ἀνθεσιν ὅπερ ἐστὶ κυρίως τὸ γάμαι: loquitur de ape, *Attrahit ore mel, roreum videlicet humorem insidentem floribus*, & Orat. de legendis libris Gentilib. ait Apes μέλι λαμβάνειν ἀπ' ἀνθῶν: *colligere mel ex floribus.* Prudent. in Cathem.

Hæc (mella) opifex apis aërio
Rore liquat, tenuique thymo.

Seneca Epist. 84. quæstionem hanc tractat, in qua soluenda etiamsi hæreat, tamen ea suppeditat, ex quibus Virgilij pars firmari possit. Ambrosius c. 21. lib. 5. *Ergo medius cæstorum vallibus humor ille roris infunditur, paulatimque processu temporis in mella cogitur, cum fuerit liquidus ab exordio, & coalitus cera, floriumque odore fragrare mellis incipit suauitatem.* Studiose rẽ hanc quæsiui ab hominibus, qui scientissimi in re apum, & omnes id ipsum vno ore. Certe apes repertum mel in vterculos suos coniiciunt, ibique seruant, donec ore euomant. Eo spatio, quo seruant, nihil concoquunt. Ad rem pertinent verba Plinij, quæ habes in sequenti nota.

Mel cœli donum.

2. COELESTIA DONA.] Plinius: *Sine ille est cœli sudor, siue quædam siderum saliua, siue purgantis se aeris succus, vtrumque esset & purus ac liquidus, & suæ naturæ, qualis defluit primo: nunc verò è tanta cadens altitudine, multúmque, dum venit, sordescens, & obuio terræ halitu infectus præterea è fronde ac pabulo potus, & in vterculos congestus apum ore enim vomunt: ad hæc succo florum corruptus, & alueis maceratus, totiésque mutatus, magnam tamen cœlestis naturæ voluptatem affert.* Hinc habeo, cur mel dicatur cœli donum, quia cœli sudor; saliua siderum, succus aëris; quia è summa descendit altitudine; quia cœlestem retinet naturam.

3. ADMIRANDA.] Huic sententiæ annecte verba ista Plinij lib. 1. cap. 5. *Sed inter omnia ea (insecta) principatus apibus, & iure præcipua admiratio, solis ex eo genere hominum causſa genitis.*

Apes habent duces.

4. MAGNANIMOSQVE DVCES.] Eodem epitheto veros hominum duces afficit Papinian. libro 3. Thebaid. ait Aristot. libro 1 Histor. Animal. cap. 1. apes esse ὑφ' ἡγεμόνα. *Sub duce*, & opponit formi

UVA. BHSC. BU 00239

Formicæ animalia ἄναρχα.

formicis, quæ dicuntur esse animalia ἄναρχα sine vllo duce, aut imperio. & Didymus loquens de apib. μόνον δ' τοῦτο τῶν ζώων ζητεῖ ἡγεμόνα, τὸν ἀπιμελησόμενον τῶν ὅλων: *Hoc solum inter reliqua animal aucem quærit, qui omnium curam gerat.* Basil. Hom. 8. Hex.

ὡσὰν ζωσιλεῖ, καὶ πολιτάρχῳ πρὸ τῶν ἔργων ἅπαντα,

Aggrediuntur opus sub rege. & præside.

Sed de bellis, ducibus, militibus apum postea fuse Vates. Hunc vide vti extollat rem tenuem. Pari maiestate Homer. suas ranas exornat, suos mures, hoc versu,

δ'ἦεν ἀπειρεσίων, πολεμόκλονον ἔργον ἄρηος:

Iitem immensam, tumultuosum opus Marus.

5. GENTIS.] Ita inf.

Vi binæ Regum facies ita corpora gentis. & Homer. ἔθνεα μελισσάων dixit 2. Iliad id est, *genicm apum.*

Apis animal politicum.

6. MORES, ET STVDIA.] Aristot. lib. 1. Histor. c. 1. apes numerat inter ζῶα πολιτικὰ, *animalia ciuilia.* Plutarchus in lib. An seni regenda sit Respubl. apibus attribuit πολιτικὸν. Ab hac ciuilitate dat illis Vates mores, studia, populos. Hoc inprimis admiratur Plinius, *Ille ad vsus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt. Rempublicam habent, consilia priuatim ac duces gregatim: & quod maxime mirum sit, mores habent.* Macrobius c. 6. lib. 6. cum multa Virgilij admiretur, tum hoc præcipue, quod apibus dederit *mores, studia, populos, prælia.* Didymus apud Geopon. ἐμελίττα πάντων τῶν λοιπῶν ζώων ἐστὶ σοφωτάτη: *apis animalium omnium sapientissima.* Et infra, ἡ πολιτεία τῶν τῆ ζωῆ θεσσόικε τοῖς μάλιστα δυναμερῶσι τῶν πόλεων: *Politia huius animalis similis est Reipublicæ bene institutarum vrbium.* Iterum: τὸ δ' φιλόπονον αὐτῆς, καὶ ἔγγυς λογικῆς διανοίας μάλιστα προσέοικε: *artificium eius prope ad humanam intelligentiam accedit.* Lege quæ de apum sapientia, & moribus scribit ex Aristotele Ælianus c. 11. lib. 5. ad finem. Huc pertinet, vti sæpe philosophos exemplo apum ad administrationem Rerumpubl. In his Dio Chrys. Orat. 44. Sanctus Ambr. c. 21 lib. 5. Hex. Plato sæpissime, & præsertim lib. 8. Polit. vbi Rempublicam illam, quam format, totam conformat ad rem apum, & alij. Theodor. Orat. 5. de Prouid. *Politicæ, & socio vitæ leges studiose sectantur.* Loquitur de apibus. Iterum: *Politicam vitam apum examina imitantur.* Facit inprimis ad politicam apum vitam explicandam illud Platonis in Phædon. Cum enim dicat, animas transire in alia corpora, etiam ferarum, adiicit de illis, A qui prudentes fuerunt, & politici in vita, τύχοις εἰκὸς ἐστιν εἰς τοῦτον πάλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικὸν, καὶ ἥμερον φῦλον, ἴσως μελιττῶν, ἢ σφηκῶν, ἢ μυρμήκων: *Æquum est bos in tale quoddam genus iterum ciuile misèque demigrare, aut apium, aut vesparum, aut formicarum.* Conuenit certè apibus definitio politica. Nam politica animalia ita definit Arist. dib. 1. Hist. c. 1. ὧν ἓνιτὸ κοινὸν γίνεται τὸ ἔργον: *Quorum commune est omnium opus vnum.* Apum œconomiam discs ex multis, quæ sparsæ in libris, ego tantum debitis locis attingam, quæ Poeta attingit: extra hunc nihil vagabor. vt Poeta opibus mores dat, ita Opp. 1. Hal. piscibus ἤθεα.

7. POPVLOS.] De apibus Ambr. 5. Hex. c. 21. *Ipsæ sibi Regem orainant, ipsæ populus creant.* & Plin. lib. 11. B cap. 17. *cum populus in labore est.* & c. 10. *duo examina concordibus populis dissimiles habere ritus.* & cap. 13. *duo populi coniungi debent, qui possint adhuc integras cereas explere.* Affinis vox *caterua.* quæ data apibus à Papin. 1. Achil. Populi de apibus.

Melle nouo grauid.e mitis videt Hybla caternas.

8. PRÆLIA.] Petron. in Fragm.

Sic sine concubitu textis apis excuta ceris
Fertur, & audaci milite castra replet.

9. IN TENVI.] Ab hac sententia non dissidet illa 3. Georg.

Nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum
Quam sit, & angustis hunc addere rebus honorem.

Transfer in istum locum, quæ ibi dedi. Nõ abit sententia Lucr. lib. 1.

Nec me animus fallit, Graiorum obscura reperta,
C *Difficile illustrare latinis versibus esse.*

10. NVMINA LÆVA.] Erythr. hic *prospera* intelligit, ex disciplina augurum, quibus læua auguria, erant secunda. Melius Turneb. qui *aduersa* accipit. Nam sicut dictum est à Papin. 4. Syl. *Castore dextro pro, propitio, & fausto*: sic etiam *læua Numina* sunt infelicia. Deinde Poeta respicit Græcorum doctrinam, qui (vt notat German.) κακοὺς, & σκαιοὺς θεοὺς agnoscunt *malos & sinistros Deos*, sicuti ἀγαθοὺς, *bonos.* Lege Agell. c. 12. lib. 5. vbi ait, Virgilium singulari doctrina innuere Deos illos, quibus potestas est in lædendo, non iuuando. Læua numina sunt aduersa.

11. AVDITQVE VOCATVS APOLLO.] Fluxit hoc ab illo Homerico ἔκλυε φοῖβος ἀπόλλων. ita Papinianus 2. Achill.

Audyt Arcitenes.

Principio sedes apibus, statióque petenda,
Quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oues, hœdíque petulci
Floribus insultent: aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropésque, aliæque volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam latè vastant, ipsásque volantes.
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.

EXPLICATIO.

Docet, quæ debent abesse ab apibus, vt nocua.

EXPLICATIO.

CONTINET pars ista sedem illam, & locũ quo futura sint aluearia, vt tuta sint ab omni incõ- D modo. Debet eligi locus, quo venti non ingruant; nõ oues aut hædi irrumpant, non buculæ; non irrepant lacerti; non aduolet merops, hirundo, & volucres aliæ. Reddit rationem singulorum. Venti prohibent ferre pabulum; oues, & hædi insultant floribus; bucula rorem decutit, & herbas atterit; lacerti vastant omnia, auiculæ irruunt in volantes apiculas, vt his alant fœtus, qui adhuc in nidis.

NOTÆ.

UVA. BHSC. BU 00239

NOTÆ.

Statio vox militaris.

1. STATIO.]Respectum in voce ad rem militarē, nam statio militum est.ita Plin.lib.11.c.10. *interdiu statio ad portas more castrorum, noctu quies in manutinum,donec una excitet gemino, aut triplici bombo, vt buccino aliquo.*

Apiū sedes.

2. QVO NEQVE SIT VENTIS ADITVS.] Hoc præceptum ita libat Varr.lib.3.Rust.c.16. *Alueariū procerum esse oportet aere temperato.*Colum.lib.9.c.4.iubet esse pabulationes apum *aprico,& minimè procelloso cœli statu.* Auctor Geop. lib.15. ait, locum apum debere esse versus exortum Solis, quærēs nimirum locorum temperiem.Plinius c.14.lib.21.eodem studio: *Aluearia orientem æquinoctialem spectare conuenit: Aquilonem euitent.*

3. NEQVE OVES.] Colum. c.5. lib.9. *sedes apibus collocanda est procul à tumulo,& cœtu hominum, ac pecudum.*& c.4. pabulationes apū sint secretissimæ. *vidua pecudibus.*Plin.c.18. lib.11. de hostibus apum: *inimicæ & oues,difficile se à lanis earum explicantibus.*

Hœdi petulci.

4. HOEDI PETVLCI.]Habet epitherum insignē notam huius pecudis. nam hœdi mire lasciuiunt ex ingenio.Isid.lib.12. c.1. de hœdo iam grandi,id est, hirco:*lasciuum animal,& petulcum.* Ex eadem Seneca in Furen.

Errat cursu lenis incerto
Molli petulans hœdus in herba.

Manil.lib.5.

Hœdis nec tanta petulcis
Conueniunt,lenibus gaudent,lasciuaque signant
Pectora,& in luxus agiles,agilemque vigorem
Desudant.Vario ducunt in amore iuuentam.

Adduxi integra,nam ea exprimunt naturam hœdorum.Colum.lib.7.c.6. *hœdorum lasciuia.* Hœdos intellexisse putandus Hieron.lib.1. aduersus Iouinian. *pecudum more lasciuiunt.*& Lucret.lib.1.

Hinc noua proles
Artubus infirmis teneras lasciuas per herbas
Ludit.

Porro ab huius pecudis lasciuia, dicuntur in re rustica *capreoli* tanquam teneri, & luxuriantes: non à capiendo,vt male voluit Varro,quem Scal.notat in Notis ad Varronem. Pari genio Græci nouellos ramos vocant κάχληκας,*vitulos.* Est vero *petulcus* ea forma ductum ab peto,qua ab hio hiulcus. vt vero Virg. *hœdique petulci*;ita Lucret.lib.2.*agnique petulci.*

5. FLORIBVS INSVLTENT.]Græci dicant, ἄνθεσιν ἐνθρώσκειν,σκιρτᾶν,ἀποθυπτᾶειν,ἐξυβρίζειν. Lucr. lib.1.

Inde feræ pecudes persultant pabula læta.

Bucularum lasciuia.

6. ERRANS BVCVLA.]Cum his,quæ hic de hac pecude,déque eius ingenio Poeta scribit, consentanea sunt ista Calab.lib.1.

ὡς δ' ὁπότ' ἐρσήεν & ἐσω κήποιο θοροῦσα
πώλις ἐλαφρὸν θυμὸν & εἴαεσι πόδεσσι
ἀνέρ & ὑ παρίοντ & ὑπαυπιε ἄλλοθεν ἄλλη
σινομένη φυτὰ πάντα, νέον μάλα πληθώοντα,
ἠ τὰ μὲν ἄρ κατέδηλε,τὰ δ' ἐν ποσὶν ἠμάλδυνεν.

Sententia est, *Quemadmodum iuuenca suauis graminis amore capta, verno tempore in rosidum aliquem hortum insilit,& absente domino aliunde alio fertur,ladens omnes tenellas plantas:nam has quidem decerpit, has vero pedibus proterit.* De buculis quoque iam herba saturis Homer.Odyss.10.

τᾶσιν ἅμα σκαίρουσι φυσιόωσαι·
Colludunt omnes sibi oppositæ.

7. DECVTIAT.] Ab hoc Plin. lib.17.c.22.de oculis,id est,gemmis vitium: *decuti enim oculos, tra-*

A *ctique intranitum deteri.*

8. SVRGENTES.]Transfer in hunc locum, quæ ad illud 1.Georg.*Surgere messes.* & adiice Claud. qui 1.Rap.*surgentes fruges.*

9. ATTERAT.]Ita Vopiscus in Aureliano:*segetem deteras*,& de vitula Claudian.1.Rap.*poterit arua*,&de serpente Papin.5.Th.*robora auerit.*

10. PICTI SQVALENTIA TERGA LACERTI.] Locutio Græca, quod sæpe monui. Lacertos inter hostes apum numerant Auctor Geop.Col.& Pallad.ius:rubetas,Arist.& Plin. Virgil. infra stellionem. Demum nulla est serpentium, quæ non adrepat ad dulcem escam. Ex omnibus signata sunt verba Col. c.7.lib.9.qui ait lacertum stare pro foris.veluti custode vestibuli, vt prodeuntib. apibus exitiū afferat. Lacerti hostes apium.

11. STABVLIS.]In re etiam apum Col.lib.9.c.6. *Ne sint stabula,vel signe,vel turibus obnoxia.*

12. MEROPES.]Auis ista ab aliis apiaria,ab aliis riparia,à Gaza apiaster dicitur. Adepta est hæc nomina ab insigni odio in apes. Dicitur etiam melisphago,quasi apum gurges.Cum autē hic tam merops,quam hirundo dicantur hostes apum,credibile est traductum locum Arist.9.hist.c.40.ἀδικᾶν ἢ αὐτὰς μᾶλλον αἴτε σφῆκες,ἢ οἱ αἰγίθαλοι καὶ μέροπες τὰ ὄρνια,ἔτι ἢ χελιδὼν,ἢ μερόπ : *inferunt iniuriam apibus, maxime vespæ,& aucula,quas paros vocant hic hirundo,& merops.* Inde mox ait de his,qui curant alueraria, ἢ τὰς σφῆκας, ἢ τὰς χολιδόνας τὰς παρὰ τῶν σιλικῶν ἐξαίρουσι, ἢ τὰς τῶν μερόπων νεοττιὰς: *vespas um labula, & hirundinum, ac meropum nidos propinquos alueis tollunt.* Plin.c. 18.lib.11.nihil de merope,tantum:*populantur*(apiculas)*hirundines,& quædam aliæ aues.* Ab Arist. sumsit Auctor Geop. à quo numerantur isti hostes apum. σφῆκες,αἰγίθαλοι,μέροπες,χελιδόνες,κροκοδείλοι, σαῦραι: *Vespæ,pari,meropes,hirundines,crocodili,lacerti* & Ælian. c.11.lib.5.*Nocent rubetæ,& ranæ lutariæ,meropes, hirundines,& vespæ.* Eadem fere scribit c.60.lib.1. Merops hostis apium. Riparia auis. Apiaster auis. Mellisophago auis.

13 PROGNE PECTVS SIGNATA CRVENTIS.] Ouid.6.Met.

——Nec adhuc de pectore cædis
Excesserе notæ,signatique sanguine plumæ est.

Obserua vero locum istum de Progne versa in hirundinem,non in philomelam:qui præclare firmat, quæ dicta à me 6.Ecl.vbi quæsita mēs Poetæ de hac fabula,& credo, inuenta.

14. IPSA QVE VOLANTES ORE FERVNT.] Arist. tingit naturam hirundinis,de qua Plin.c.24. lib.10. *Eadem demum sola animum non nisi in volatu pascitur,*sed videndum an *sola?*Nam Virg hic de multis loquitur; non de sola hirundine.Cautior Isid. c.7. lib.12. quirem à Plinio accipiens,admisit illud *sola.*Nam tātum ait:*Hirundo dicta quòd cibos non firmat residens,sed in aere capiat escas,& edat.* Quod Isid. attingit de etymo, negligo.Redeo ad Vatem,vt hic *ferunt*,ita Græci dicunt aues φέρειν, φερφέρειν, φερσφέρειν, προῖὸν νεοττοῖς. Primum est in Oppiano 3. Hal.alterum in Arist. de Hist.Anim.tertium in Plutar.li.quomodo quis sentiat profectus suos in virtute paranda. Arist. variat per verba διφέρειν,ἁρπάζειν:*venantur,rapiunt.* Extremum sæpe vsurpat Plin.Pertinent vero ad sententiā Poetæ versus Oppiani & Germani Nota hic,& Scaligeri 5.Poeticæ.Habentur illi lib.3.Hal. Hirundo in volatu pascitur.

ὡς δ' ὁπότ' ἀπλώεσσι φέρει ζόην ὀρλαλιχοιτο
μήτηρ,εἰαινὴ ζεφύρου προσαγγελος·
Vt autem quando implumibus fert pabulum pullis
Mater,verna zephyri prima nuntia auis. Loquitur de hirundine.

15. DVLCEM ESCAM.]Ita Opp.lib.4.Cyn. apes ἡδυεδὰς:*dulces.* Varr.c.5.lib.2.Rust. *dulcissimas apes mellis matres.*

UVA. BHSC. BU 00239

a At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco
Adſint, & tenuis fugiens per gramina riuus,
Palmaque veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret:
Vt cùm prima noui ducent examina Reges
Vere ſuo, ludétque fauis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaque hoſpitibus teneat frondentibus arbos.
b In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Tranſuerſas ſalices, & grandia coniice ſaxa:
Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, & alas
Pandere ad æſtiuum ſolem, ſi fortè morantes
Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus.
c Hæc circum caſiæ virides, & olentia latè
Serpylla, & grauiter ſpirantis copia thymbræ
Floreat, irriguúmque bibant violaria fontem.

ARGVMENTVM.

Quæ adeſſe, vt perfecta debent.

EXPLICATIO.

a HIc conuerſim exhibentur, quæ debent eſſe prope alueária. Fontes, & hi liquidi, quoniã apes mundiſsimæ ſunt: ſtagna, quibus inſit amœnitas ex virore muſci, vt apes delectẽtur: riuus tenuis, non præceps, & copioſus fluuius, quo illæ tutæ ſint à periculo: palma, aut oleaſter, quæ obumbrent ſedem, vbi ſunt alueária: vt cum noui Reges educant ſuas cohortes, inuitentur aquarum amœnitate, & hoſpitio arborum, vt ibi quieſcant.

b Dixit, debere eſſe ibi aut fontem, aut ſtagnum, aut riuum: nunc ait, tranſuerſa ligna, aut ſaxa coniici: ẽda, modo ſtagnum illud ſit, modo riuus, vt apes tanquam in pontibus ibi conſiſtant, alásque ad Solem expendant: ſi, cum ſero noctis redeunt, fuerint vel ſparſæ tantum leui aqua, & rore: vel graui imbre madefactæ, ac pene immerſæ, flante tunc Euro, à quo fiat vel ſparſio, vel imber.

c Poſt aquas, poſt arbores, exhibet pratum, quod eſſe debet prope alueária, illúdque amœniſsimũ ex virente caſia, ex ſerpyllo late olẽte, ex thymbra grauiter, id eſt, multum ſpirante, ex violis, quæ ibi ſatę.

NOTÆ.

Aquæ prope alueária.

1. ATLIQVIDI FONTES.] Præceptum hoc de aquis prope alueária ita attigit Arist. lib. 9. Hist. c. 40. τίνασι δ' ἂν μᾶλλον ἢ ποτιμώτατον ἄλλοθεν, ἢ ἐντεῦθεν: *Bibunt, ſi fluuius ſit propinquus, nõ aliunde quam ex eo.* Mox quæpiam ſubiicit Auctor Geop. ὕδωρ δ' κράτιστον σημεῖον, τὸ διὰ τεγγείας εἶον λιμνιδ & , ἀσιαφθορόντες, ἢ ἀσηλωτον ὑγίαινε γὰρ, ἢ καθαρὰ μέλιττ & ποιητικόν: *Aqua optima eſt apum examinibus, quæ per aſperos calculos deſtluit, vt ita incorrupta ſit, ac non turbida: ita & ſanitati conducit, & melius purificati.* Varr. lib. 3. *Cibi pars quod potio, & ea iis aqua liquida, vnde bibant, eſſe oportet, eamque propinquam, quæ præterfluat.* Colum. cap. 5. lib. 9. *Tum perennis aqua, ſi eſt facultas, inducatur: vel exſtructo canali manu detur: ſine qua neque faui, neque mella, nec pulli denique figurari queunt.* Hic vidiſti non præceptum modo, ſed & nitorem: nam hunc præſertim quærit. Poeta fontibus liquidis, virente muſco, fu-

A giente riuulo. Videndum, an apte Ariſtot. fluuium dederit, qui aptus ad ruinam apum: nam fons, ſtagnum, riuus. Videtur ſane mihi voluiſſe Virgilius corrigere Ariſtotelem.

2. STAGNA VIRENTIA MVSCO.] Eſt muſcus lanugo arboris, ἰνίον, βρύον, σφάγνον. Inde Columella, *emuſcare, arborem*, dixit, pro muſco purgare. Eſt etiam muſcus, qui adnaſcitur ad fontes in ſaxis. Inde, Muſcus. Emuſcare arborem.

Flumina muſcus vbi, & viridiſſima gramine ripa.

Et Lucr. 5.

Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco.

3. FVGIENS RIVVS.] Huic locutioni affinis illa, qua *pes* vndis datur. Vide 9. Æn. ad illud:. Fugio de aquis.

—reuocáque pedem Tiberinis ab æquo.

B Vide vti Homerus deſcribat decurrentes riuos in horto Alcinoi, nequaquam cum noſtro hic conferendus. Nam σιδήνατοι, & ἴσοι, *diſpergitur, vadit*: quid ad tenuem riuum fugientem per gramina.

4. VESTIBVLVM.] Proprie videtur locutus Poeta, vt apparet ex Colum. c. 15. lib. 9. qui ſpatium illud, in quo ſunt alueária, vocat veſtibulum. Si quis aliunde vocem traducat, poſſit.

5. OLEASTER.] Græci vocant ἀγριέλαιον, ἀγριελαίαν, κότινον, αἰθιοπικὴν ἐλαίαν. Præceptum iſtud de arboribus adhibitum eſt ex diſciplina apum. Sic etiam Calab. lib. 13. agmen veſparum inducit inſidẽs, ὄζῳ, *ramo, arbori.*

6. VT CVM PRIMA NOVI DVCENT EXAMINA REGES.] Dictum ex diſciplina, & regimine apum, quarum Rex nunquam ſe effert ex aluearibus, niſi totis caſtris, toto exercitu comitante. Ariſt. lib. 9. Hiſtor. c. 40. οἱ δ' βασιλεῖς ἐ πέτονται ἔξω, ἐὰν μὴ μ ὅλη ἡ ἐσμὸ: *Reges nunquam foras prodeunt niſi cum vniuerſa plebe.* Iterum: οἱ δ' βασιλεῖς, αὐτοὶ μὲν ὐ ὁρῶσι ἔξω ἄλλοι, ἢ μ ἀφέστασι. ἐν δ' ταῖς ἀφίστασιν αἱ λοιπαὶ ἅπ ἅπτον συνεπαρμένοι ὁρῶνται: *Reges nunquam foris viſuntur, niſi cum migrant: & tunc ita vt reliquæ omnes circa ipſum Principem glomerantur.* Sumſit ab hoc Plinius verba iſta: *Circa eum ſatellites quiãſ, lictoréſque, aſſiãti cuſtodes auctoritatis. Procedit foras nonniſi migraturo examine.* Supra dixerat: *Cum procedit, vna eſt totum examen, circaque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur.* Apum regem prodeunt foras cũ toto exercitu.

7. EMISSA.] Ita Plato in Politico, loquens de apibus ἐκπέμπειν. Verba ſunt: ἀποικίας, οἷον σμήνη μελιττῶν, ἐκπέμπουσι: *Colonias veluti examina apum emittentes.* Debes Germ. ſed in quod teſtimonium nos

UVA. BHSC. BU 00239

nos quoque incidimus. Virgil. infra de iisdem: *missum agmen.*

Aquæ prope aluearia.

8. TRANSVERSAS SALICES.] De hoc præcepto ita Varr. lib. 3. *In qua aqua iaceant testæ, aut lapilli, ita vt exstent paulum, vbi assidere & bibere possint.* Maluit Poeta saxa grandia, salices, quam testas, quam lapillos. Auctor Geopon. περὶ δ' ἐνισταμένων σπιλάδας, πίτρας ἢ ξύλα μικρὰ ὑπερέχοντα τοῦ ὕδατος ἵνα ὑφιζάνωσιν τὰ σμικρὰ ἀμοιγνῦται: *Petrarum saxa, vtemque ligna collocare oportet, quæ aquam superent, quibus insidentes bibant absque labore.* Colum. *Siue igitur, vt dixi, præterfluentis vnda, vel putealis, canalibus immissa fuerit; virgis ac lapidibus aggeretur apum caussa.* Ceterum, ea forma, qua Noster, *transuersas salices*: dixit Valer. cap. 1 lib. 4. *mentes impotenti temeritatis incursu transuersas.* & cap. 1. lib. 5. *prauæ cupiditati transuersum rapit.*

A tim ex doctrina Matthioli, & plurimorum istæ arbores sint, non herbæ ad coronamenta. Porro espliego dicitur lauandula, quod herba ista balneis & lauacris expetatur.

Serpylla proficua apibus.

12. SERPYLLA.] De his dictum 2. Ecl. Numerant hanc herbam scriptores inter eas, quæ proficuæ apibus, præsertim Aristot. lib. 9. Hist. & Varro l. 3. Rust. Prior: ἐστὶ δ' εὐθηρὲς περὶ τὰ σημεῖα ἕρπυλλον, &c. *oportet serere iuxta aluearia serpyllum.* Posterior: *Si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quæ maxime sequuntur apes: ea sunt, rosa, serpyllum, &c.* Ratio peti potest ex Theoph. lib. 6. Hist. c. 7. vbi ait: ἕρπυλλος δ' ἐστὶν ἡδὺς καὶ πανταχοῦ θυμώδης: *Serpyllum multis ommino olet thymum.* Quis autem nescit, thymum præcipuam esse apum messem.

Pando, quid proprie. Panda Dea.

9. PANDERE.] De origine huius verbi, vt sit pandere, quasi panem dare; déque Dea Panda, id est, Cerere, vide ex Varrone Nonium, & ex vtroque Ludouicum Carr. lib. 1. cap. 3. Antiq. Lect.

10. Hæc CIRCVM.] Poetæ satis fuit aliquas herbas adducere, quæ esse debent iuxta aluearia; nam omnes non illi otium. Tu lege ARISTOT. lib. 9. Hist. cap. 40. Varron lib. 3. cap. 16. Columel. lib. 9. cap. 4. & 5 Plinium lib. 21. cap. 12.

Cassia Poetarum quæ sit.

11. CASIÆ.] Cum duplex sit cassia, prima quæ cathartica, & solutiua dicitur, éstque in magno vsu medicorum, quam vulgus nominat cassiam fistulam: altera aromatica, vulgo canela, de neutra Virgilium capio, neque reliquos Poetas. Nam quid aut purgatiua prima, aut aromatica altera ad vsum apum? Certe Virgilius, Aristoteles, Plinius, Columella, & alij, qui præcipiunt ferendam cassiam iuxta aluearia, videntur præcepisse de herba, quæ vulgo & passim sereretur, & videretur ipsis oculis iuxta aluearia. Quis vero vnquam vttamque illam cassiam aut seuit, aut vidit in his locis? Ergo existimemus cassiam Poetarum esse herbam coronariam, quam vulgus Hispaniæ vocat espliego: Italicum spigo, aut spico: Latini lauendulam, aut lauandulam. Non caret ista sententia assertoribus. Rembertus Dodonæus Pemptade 2. lib. 4. cap. 5. aperte Virgilium capit de lauandula: sicut & generalis historia Rouillij lib. 8. cap. 20. Ad hæc Dalecampius in c. 12. lib. 21. Plinij, accipit vel lauandulam, vel rosmarinum. Vbi enim Plinius docet, serendam esse cassiam iuxta aluearia, sic ille notat: *Cassiam cneorum vtrumque: album, siue lauendulam ac spicam nostram: & nigrum, siue rosmarinum, coronariam.* Dicit hoc Dalecamp. ex Anguillaræ opinione, qui sentit cneorum album Theophrasti, esse lauendulam nostram: nigrum vero, rosmarinum. Ruellius quoque lib. 3. cap. 149. ait, Latinorum cassiam esse illam, quam Græci vocant chameleam, & thymelæam, Theophrastus cneoron. Tu lege Matthiolum in Dioscor. & Seruium 2. Ecl. vbi ait, cassiam Virgilij esse herbam coronariam. optime: nam in eo versu,

Tum cassia, atque aliis intexens suauibus herbis.

Quid faceret cassia fistula, aut canela? cum præser-

Thymbra.

13. THYMBRÆ.] An thymbra eadem sit cum saturcia, vt multi volunt; an ab ea distinguatur, vt indicat Columella versu isto,

Satureia thymi referens, thymbræque saporem,

Et ex illo sentit Rembert. Dod. Pemtp. 2. lib. 4. c. 19. alterius est: sicuti, anthymbra sit eadem, quę Latinis cunila, vt vult Fuchsius c. 113. de hist. plant. & indicat Plin. lib. 21. c. 12. numerãs inter herbas apiarias cunilam, non relicturus thymbram, nisi eadem esset cum cunila. An cunicula sit eadem cum saturcia, ac perinde distinguatur à thymbra, vt ex Columella colligit Ruellius lib. 3. c. 32. Hæc (inquam) omnia aliorum sunt: meum tantum est, indicare thymbram esse apibus commodam. Auctor Geop. ἡ δὲ σύμβεργ. ἡδύοσμον, ἡδύσμι μελισσῶν τροφαί: *Thymbra & cytisus apibus iucundissimæ sunt.* Colum. c. 4. lib. 9. *Eademque regio fœcunda sit fruticis exigui, & maxime thymi, aut origani, tum etiam thymbræ, &c.* Quin Ruellius lib. 3. c. 32. scribit, apes delectari thymbra, non aliter ac thymo. Et addit post aliqua, Galenum complexum fuisse thymbram thymorum nomine, ductus hoc argumento, quod Galenus thyma dixerit numero multitudinis. Sed leue hoc est, cum præsertim Galenus aperte discriminet thymum, & thymbram lib. 3. de temperam. cap. 4. nisi me Interpres decipit, cui credo in re Galeni, vt qui nunc careat Græco exemplari. Sed cur thymbra amica apibus? Intelligentem Poetæ. Non adhibet has herbas tantum, quia vtiles opificio apum, sed multo magis, quia grauem spirant halitum, atque adeo contrariæ sunt serpentibus, qui fugandi ab aluearibus. Et in thymbra quidem hanc esse vttutem satis indicat Nicander in Theriacis.

Lauendula.

14. BIBANT.] Ex hoc loco Claud. 3. Rap.

Sparsoque bibunt violaria succos.

Affinitas translationum miram habet iucunditatem. Inde mihi hic locus illustrandus. Verbum *bibo* hoc loco ad irrigationem pertinet, vt etiam 3. Ecl. *—sat prata biberunt.* vbi congesta mihi aliquot exempla: contra, *irrigo*, sumtum est, pro *bibo*: declaratore Athen. lib. 1. cuius hæc sunt, πίνεται δὲ τὸ βρέχειν καὶ ὑπὸ τῶν πίνειν. ἀνταφάνου. δεῖ δὲ φαγόντας ἐκ λιτῶς βρέχειν: *Irrigare dicitur pro bibere. Antiphanes: oportet edentes splendide irrigari.* Ad idipsum aduocat Eubulum, qui ἐβρεγμένον, *irrigatum*, posuit pro poto: itaque herbæ bibunt, rigantur homines potu.

Bibo de plantis. Thymbra. Irrigo pro bibo.

[a] Ipsa autem seu corticibus tibi sura cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Angustos habeant aditus. nam frigore mella
Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit
Vtraque vis apibus pariter metuenda: [b] neque ille
Ne quicquam in tectis certatim tenuia, cera,

VVA. BHSC. BU 00239

Spiramenta linunt, fucóque & floribus oras
Explent, collectúmque hæc ipsa ad munera gluten
Et viſco, & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.
[c] Sæpe etiam effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris
Sub terra fodere larem: penituſque repertæ
Pumicibuſque cauis, exeſæque arboris antro.
[d] Tu tamen & læui rimoſa cubilia limo
Vnge, fouens circum, & raras ſuper iniice frondes.
[e] Neu propius tectis taxum ſine, neve rubentes
Vre foco cancros: altæ neu crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis: aut vbi concaua pulſu
Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.

ARGVMENTVM.

De materia alueorum: de ſtudio apum in obturandis rimis omnibus, & additibus, ac melle occultando: de earum mundicie: de locis cauis, quæ illis inimica.

EXPLICATIO.

[a] INSVNT hic duo præcepta, primum de materia alueorum, qui fieri debent conſuſque aut ex cortibus (corchos) arborum: aut intexi ex viminibus, hæc enim apta, quia lenta: alterum de alueorum foramine, quo egrediantur ingrediantúrque apes, debet hoc eſſe anguſtum. Reddit rationem. Quia melli frigus & calor hoſtes ſunt: frigus contrahit, cogit, conſtringit: calor remittit, liquefacit, reſoluit: ergo, vtrique malo occurritur anguſtia foraminis.

[b] Adducit in argumentum, quæ faciunt ipſæ apiculæ. Ille (inquit) vt frigori & calori obſiſtant ſedulâ nauant operam. Illinunt enim cera tenues omnes rimulas, atque ſpiramenta: explent oras omnes fuco, & floribus, atque ad rem iſtam habent glutinum ipſo viſco viſcoſius, lentius pice ipſa, etiam illa, quæ celebratiſſima eſt in Ida monte Phrygiæ.

[c] Pergit in narranda iſta apium cautione. Vide (inquit) vt labori ſuo prouideant, cũ ſub ipſa adhuc terra, in ipſiſque arborum cauitatibus aliquando mellificaſſe reperiantur: atque in cauis pumicibus. Sumitur hic pumex pro quouis lapide cauernoſo.

[d] Monet apiarium, vt adiuuet labore ſuo apum cautionem, rimis omnibus limo obturatis, frondibus deſuper iniectis.

[e] Cum nullum ſit animal ape mũdius ac purius, iubet vt omnia ab alueariibus amoueantur, quibus illæ offendi poſſint. Talia ſunt, taxus, cui odor nocẽtiſſimus: cancri exuſti, ex quibus exit halitus peſtifer: paludes, & cœnum omne, quibus locis credi non debent apes. Obiter vero admonet, amouenda aluearia ab his locis, quibus ex cauitate inſit repercuſſio ſonitus, Græci ἠχὼ dicunt, echo.

NOTÆ.

Alueorum materia.

1. CORTICIBVS.] De alueorum materia (hic Virgil. duplicem probat ex cortice ſuberis, ex vimine) loquuntur Varro, Columella, Plinius, auctor Geopon. Adducam verba ſingulorum. Primus l. 3. Ruſt. c. 16. *Alij faciunt ex viminibus (aluos) rotundas, alij ex ligno ac coriicibus, alij ex arbore caua, alij, fictiles, alij etiam ex ferulis.* Altet c. 16. lib. 9. *Aluearia fabricanda ſunt pro conditione regionis: ſiue illa ferax eſt ſuberis, haud dubitanter utiliſſimas aluos facimus ex corticibus, quia neque hyeme rigent, nec candent æſtate: ſiue ferulis excuberat, his quoque, cum ſint naturæ corticis ſimiles, è quibus commode vaſa texuntur. Si neutrum aderit, opere textorio ſalicibus connectuntur: vel ſi ne hæc ſuppetent, ligno cauato arboris, aut in tabulas deſectæ fabricabuntur.* Tertius c. 14. l. 21. *Aluearia optima è cortice, ſecunda ferula, tertia vimine.* Quartus ab his omnibus abit, nam probat ἀγγεῖα ἐκ σανίδων ὀξείνων, ἢ συκίνων. ταῦτα γὰρ ἧττον ὁμοίως καὶ τὰ ἐκ πιτύνων, ἢ φηγίνων. *Vaſa ex tabulis oxineis, aut ficulneis, quæ optimæ ſimiliter ex pineis, aut fagineis.* Ex verbis Columellæ vidiſti rationem, cur cortex præferendus, quam noſter ſiluit.

2. ANGVSTOS HABEANT ADITVS.] De hoc præcepto ita Ariſt. lib. 9. hiſt. c. 40. loquens de ipſis apibus: τὰς εἰσόδους ὀλίγας παροικοδομοῦσιν, ἐὰν εὐρεῖαι ὦσι: *Ita aditus ædificant, vt arctent.* Auctor Geop. σπεύδουσι ποιεῖν τὰς εἰς τὸν αὐτῶν οἶκον εἰσόδους: *facit anguſtos aditus ſuam ad domum.* Colum. c. 7. l. 9. *foramina quibus exitus, aut introitus datur, anguſtiſſima eſſe debent.* Varro: *Media aluo, in qua introeant apes, faciunt foramina parua.* Oppian. 3. Hal. loquens de re alia, ita extulit, στενοῖσι πόροισι.

Calor & frigus hoſtes apium.

3. NAM FRIGORE, &c.] Frigus & calorem, vtrumque apum hoſtem, ſcriptores alij rei ruſticæ attigerunt. Varr. *Prouidendum vehementer, ne propter æſtum aut propter frigus diſpereant.* Ideo ait, aluearium debere eſſe in loco aere temperato, *neque æſtate feruido, neque hyeme non aprico.* Eodem pertinet ratio illorum, qui improbant aluos fictiles. Varro idem: *Optima ſiunt corticeæ, deterrima fictiles, quod & frigore hyemis, & æſtate calore vehementiſſime hic commutentur.* Colum. c. 6. *Deterrima eſt conditio fictilium, quæ & accenduntur æſtatis temporibus, & gelantur hyemis frigoribus.* Ac propter frigus quidem Herodotus l. 5. apes vocat ζῶα δύσερα, quia obnoxiæ huic malo.

4. CERTATIM.] Græci εἰς ἅμιλλαν, pari ſignificatu.

5. TENVIA.] Hic pes, & in eadem ſignate dictione, in Virgil. eſt obuius.

Erithace.

6. SPIRAMENTA LINVNT.] Varr. *Extra oſtium aluei obturant omnia, quæ venit inter fauos ſpiritus, quam* ἐρεθάκην *appellant Græci.* Iterum: *Erithacen vocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinant.* Hanc erithacem, aliis ſandaracham vocari, aliis cerinthum, ſcribit Plin. c. 7. l. 11. De hac apum induſtria, ita Theodoretus: *Parietum texturas, & mellis interſtitia, ac ſepta tenuia admodum, veluti ex ſilis, & membranulis quibuſdam contexunt.*

Fauorum conſtructio.

7. COLLECTVMQVE, &c.] Ariſt. 9. Hiſt. cap. 40. οἰκοδομοῦσι, τὰ κηρία φέροντες, τῶν τε ἄλλων ἀνθέων, καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα ξυλλέγοντες, καὶ ἀπὸ ἄλλων καλλωδεστάτων. τούτῳ δὲ καὶ τὸ ἔδωρ & διαξαίνει τῶν ἄλλων θηρίων ἕνεκεν. *Conſtruunt fauos deferentes ex floribus, atque etiam arborum lachrymis, ſalicis, & vimi, & reliquarum,*

UVA. BHSC. BU 00239

rum, quæ glutinum pariunt: hoc pauimentum quoque illinant, ne bestiolæ nocuæ subeant. Didym. in Geopon. ἀπὸ δὲ τῶν ἀνθέων, καὶ τῶν δένδρων τὰ καλλωδίσας τῶν δακρύων φέρουσι. τίκτοις ὥσπερ ἀλοιφὴ τὸ ἔδαφος χέουσι, καὶ τὰς εἰσόδους: *Et floribus atque arboribus lachrymas glutinosissimas ferentes, ex his velut unguine quopiam illinunt pauimentum, ne eo atque ingrediantur.*

Pix Phrygiæ. 8. PHRYGIÆ.] Pix, quæ prouenit in pinetis Idæ montis Phrygiæ laudatissima est. Eius multis meminit Theoph. 9. Hist. c. 2. Plin. lib. 14. c. 20. *Asia picem Idæam maxime probat.*

Apum studium in occultandis fauis. 9. SUB TERRA FODERE LAREM.] Studium istud in occultandis fauis celebrat Aristot. 5. Hist. cap. 22. εἰσὶ δὲ ἃ μέλιτται αἱ ποίουσι τειχία κοιλὰ ἐν τῇ γῇ: *sunt apes, quæ fauos sub terra triplici ordine fecerint.* & supra locum signat. αἱ δὲ ἐν Θερμοδόοντι ποταμῷ ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐν τοῖς σμήνεσι ποίουσι κηρία: *Apud Thermodoontem apes fauos faciunt tam in terra, quam in alueis.* Plin. cap. 18. lib. 11. ab Aristot. sumens: *Circa Thermodoontem autem fluuium duo genera, aliarum, quæ in arboribus mellificant, aliarum, quæ sub terra, triplici cerarum ordine uberrimi prouentus.* Allusit fortè ad rem hanc Homer. 2. Iliad. cum pro alueo apum nominat petram,

μελισσέων —
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἵτε νέον ἐρχόμενόων:
Apum saxo ex concauo semper recens eunuium.

& Apollon. 2. Argon. qui de apibus:

— λιγυόεντι
κευθμῷ τυφλήεσσι πέτρης ἐκὰς αἰόλωσιν.
— *fuligineso*
Fumo infestata ex petra longe auolant.

10. LAREM.] Deum præsidem domus pro domo posuit, & venuste transtulit ad apiculas. Præsides isti Lares sunt, ideo Præstites dicti. Ouid. 5. Fast. rationem dat:

Lares Præstites. *Quod præstant oculis omnia tuta suis.*

11. PVMICIBVSQVE CAVIS.] Manil. lib. 5.

Pumicibusque cauis horrentia membra polire.

12. EXESÆQVE ARBORIS ANTRO.] Aristot. in adducto loco: *Ad Amisum urbem conuehitur à locis superioribus mel candidum, crassumque maiorum in modum, quod apes faciunt in arboribus sine fauo, quale etiam fieri in Ponto cogniuum est.* ἃ ποίουσι αἱ μέλιτται ἀνὰ κηρίον ἐκεῖ τοῖς δένδρεσι. Plinium iam adduxi. Huc pertinet illud Hesiodi 1. ἔργ. qui de quercu:

ἄκρη μέντε φέρει βαλάνους, μέση δὲ μελίσσας:
Summa fert glandes, media apes.

Quæ verba etiam sunt in Plato 2. Polit. ex Hesio. Demum opinio Poetarum, qui è quercubus nata mella prædicant in æuo aureo. Ita Claud. 2. Rap.

Ilex plena fauis. Sed de hac re iam 4. Ecl.

13. LIMO.] Bubulo fortasse, nam Varr. *viles* (alios) *simo bubulo oblinunt intus, & extra.* Auctor quoque Geopon. Cl. 2. cap. 17. aduocat ad hanc rem & Plin. cap. 14. lib. 21. *Circumlini alueos simo bubulo vtilissimam.* Et Colum. cap. 14. ☞ *quid deinde rimarum est aut foraminum luto, & simo bubulo mistis illinemus extrinsecus: nec, nisi aditus, quibus commeent, relinquemus.* Sed cur simus bubulus in tanto pretio ad rem apum? Rationem aperit idem Colum. loquens enim de fumo, quo internecantur aranei, & alij hostes apum, ita ait: *Fumus immittatur factus incenso bubulo simo, hic enim quasi quadam cognatione generis maxime est apibus aptus.* Ex eadem credo cognatione natum, vt stercus bubulum optimum sit curandis morsibus, & puncturis apum. Vide Galen. lib. 10. de simplic. Medic.

Boum simus in vsu apũ.

14. SVPER INIICE FRONDES.] Colum. c. 14. *Et quamuis porticu protecta vasa, nihilominus congestu culmorum & frondium superiegemus: quantumcunque res patietur, a frigore & tempestatibus muniemus.*

15. TAXVM.] Colum. c. 4. l. 9. loquens de apibus: *Taxus repudiantur.* Huc aduoca, quæ dixi 9. Ecl. ad illud: *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* Et 2. G. ad illud: — *taxique nocentes.* Et adiunge in contemliam huius arboris appellari à Nicandro in Alex. κωκὺν, & θανάτοιο πολυκλαύτοιο δότειραν, *Lacrymosæ mortis datricem*: à Plin. c. 10. lib. 16. *Tristem diram*: à Poetis *pestiferam, lethiferam, mortiferam, lethalem, feralem, noxiam, funestam, meuendam.* Horum sylua in eo est, qui coniunxit epitheta. Sed de taxo ego iam alibi. Taxus nocens.

16. NEVE RVBENTES VRE FOCO CANCROS.] Colum. c. 5. *Grauis & tetri odoris non solum virentia, sed & qualibet res prohibeantur, sicuti cancri nidor, cum est ignibus adustus.* Vocem *rubentes* cum vruntur explicat Seru. non quia eius sint coloris.

17. AVT VBI ODOR COENI.] Profusissimi sũt auctores in declaranda apum mundicia, quo impri- Apes, mundissimum animal. mis elogio aniculas istas afficiunt. Aristo. 9. Hist. c. 40. αἰτιᾶ δ' ἄλλα ἡ καθαριότητα τὸν ἐν τὸ ζῷον: *Est hoc animal omnium mundissimum.* Adducit vero in argumentum huius elogij, apem reddere excrementa in fecessu, ne faui male oleant: quod & Plinius scripsit cap. 10. lib. 11. & Ælian. cap. 11. lib. 5. & lib. 4. c. 8. ἡ μελίττα φεύγει ὀδὼν φαυλότερον σαπρὸν, ἀλλὰ φεύγει γλυκέα: *Aduolat apis ad nihil putidum, sed dulce.* & lib. 8. cap. 11. ἡ δὲ μέλιττα μόνον φεύγει ὀδὼν φαύλων σαπρῶν: *Afficit apis nulli res putidæ.* Didymus: εἰσὶ δὲ καὶ καθαρὸν ὑπερβολὴ τὸ ζῷον, ὀδωνί τῶν δυσώδων, καὶ ἀκαθάρτων φεύγειν: *Est hoc animal per excellentiam purum, nulli res grauiter olenti, atque immunde insidens.* Varr. *Nulla harum assidet in loco inquinato, aut eo, qui male oleat.* Colum. c. 5. ait, debere esse apiarium *ea parte, qua tetris latrinæ sterquiliniique & balinei libera est odoribus.* Ab hac mundicie apum obseruata est Auctoribus duplex nota, qua illas prædicant. Prima est, illas vehementer irasci in eos, qui delibuti sunt vnguentis: altera in eos, qui dant operam Veneri, adeo illæ castitatis, & totius puritatis amantissimæ sunt. De prima Arist. cap. 40. lib. 9. Hist. δυσχεραίνει δ', ὥσπερ ὀφρῦται, τοῖς δυσώδεσιν ὀσμαῖς, καὶ τοῖς τῶν μύρων διὸ καὶ τοὺς χριομένους αὐτοῖς ὑπίδυσιν: *Irascuntur, vt fertur, non solum fœtis odoribus, sed etiam vnguentis: inde est vt homines his delibutos percutiant.* Ab hoc Plin. cap. 18. lib. 11. *Odere fœdos odores, proculque fugiunt, sed & infectos: itaque vnguenta redolentes infestant.* Theophrast. 6. caus. cap. 4. πολεμοῦσι δὲ σφόδρα καὶ αἱ μέλιτται τοῖς μεμυρισμένοις: *Pugnant apes vehementer in eos, qui vnguentis vncti sunt.* Varr. *Itaque his (vnguentis) vnctus, qui accessit, pungit.* Eadem scribit Ælian. cap. 11. lib. 5. Addit Auctor Geop. lib. 15. irasci eas, non solum in eos qui vnguenta, sed etiam, qui vinum olent: quod & Columel. obseruat c. 14. lib. 9. De nota altera ita Colum. loco nuper adducto: *Verum maxime custodiendum est curatori, qui apes nutrit, cum alueos tractare debebit, vti pridie castus sit ab rebus Veneriis.* Auctor Geop. γυναικὶ δ' ἐπιμίσγοντα, μάλιστα τοῖς ἀφροδισιαζομένοις: *Inuadunt fœminas, maxime eas, qui rei Veneris dederunt operam.* & Ælian. c. 11. lib. 5. *Libidinem & delitias odio persequuntur.* & infr. *à complexu Venereo recentem cognoscunt, atque illum, sicut hostem, insequuntur.* Vnum tamen inueni Philonem, qui in libro de offerentibus victimas, vocat apem ζῷον ἀκάθαρτον: *animal non mundum.* Sed hoc cum respectu ad ortum, nam nascuntur ex boue corrupto & putrido. Apes vnguenta oderunt. Apes odenuper adducto. runt dedicos Veneri.

18. AVT VBI CONCAVA PVLSV SAXA SONANT.] Plin. c. 19. lib. 11. *Inimica & echo est resultanti* Echo apibus inimica. *sono,*

VVA. BHSC. BU 00239

sono, qui pauidas alterno pulsat ictu. Colum. c. 5. lib. 9. A *Nec minus uitentur cauæ rupes, aut ualles arguæ, quas Græci ἠχοῦς uocant.* Sed qui hoc, cum dicat Aristot. 1. Metaph. c. 1. ab apibus sonos non percipi? Conciliabis Virgilium cum Aristotele, si dicas ex Interpretatione D. Thomæ, ab apibus non percipi articulatim sonos; tantum perterreri, ac percelli aeris commotione & plaga. Sed quid, si falsum Aristotelis oraculum? Triplex certe mihi in illum calumnia. Primo, ipsemet rem in dubium reuocat lib. 9. Hist. c. 4. Nam, cum dixerit apes gaudere sonitu, & tinnitu æris conuocari in alueum, adiicit, ἐστ μέντοι ἄδηλον ὅλως εἰ τὸ ἀκούειν, εἰ τοῦτο καὶ πότερον ἢ δι' ὑδατος τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ διὰ ἀέρος: *Quanquam incertum est, an audiant, & uoluptate, an formidine ita faciant.* Deinde, B Plin. qui Aristotelem legerat, contemsit; sic enim scribit c. 20. lib. 11. *Gaudent plausu, atque tinnitu aeris, eoque conuocantur. Quo manifestum, audiri quoque ineſſe sensum.* Tertio, est ratio omni fortior auctoritate. Si facto sonitu apes aut sistunt, aut abeunt; aut cessant aut laborant, cur non dicam eas audire? cur fingam eas tantum perterreri? quæ enim sunt alia auditionis indicia?

19. IMAGO.] Resultantem sonitum ex locorum cauitate vocat *vocis imaginem.* Susit proculdubio ex Varr. qui l. 3. Rust. c. 1. 6. loquens etiam de apibus, ita: *Primum secundum uillam, potissimum ubi non resonent imagines: hic enim sonus harum fugæ existimatur esse.* Sed & Lucret. lib. 4. de Echo loquens:

Pars foldis adlisa locis reiecta sonorem
Reddit, & interdum frustratur imagine uerbi.

Horat. ab omnib. lib. 11. od. 12.

Cuius recinet iocosa
Nomen imago? Et Od. 20.
— Datus in theatro
Cum tibi plausus,
Care Mecœnas eques, ut paterni
Fluminis ripæ simul & iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani.
Montis imago? Et Silius lib. 14.
Clamat scopulis clamoris imago.

Et Val. 3. Arg. loquens de Echo resonante ad clamorem Herculis vocantis amissum Hylam.

Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
Auia respondens siluæ, & uaga cerita imago.

Præclare hoc Poeta, quia vere Echo nihil est aliud, quam repræsentatio, & imitatio vocis: hanc vero imitationem recte imaginem dicas. Est enim imago dicta subtractis literis quasi imitago. vt tegmen à tegimen, discrimen à discernimen, flumen à fluimen, prossa à promissa, & infinita alia. Porro imaginem, Echus resonantis inter caua rupium, & sese iterato replicantis habes in Lucret. lib. 4. Curtio li. 3. Iustino lib. 24. vbi agit de templo Delphico sito in rupibus. Euripide, in Hecuba. Lucano lib. 7. Horatio sæpe, Virgilio sæpissime in Basil. Orat. ᾧ πᾶ ἀφιγμένον. vbi ait, ἢ ἐν ταῖς ἐρημίαις ἠχὼ ἀνεκλάθη φῆς ἢ φθεγξάμενον: *Echo in desertis locis aduersum clamantem intempestiua infringitur.* Et in Soph. Philoct.

ἀχὼ πλησφωνὶ σικελᾷ
οἰμωγὰς ἀνακέκτηται.
Echo procul resonans
Acerbos luctus iterat. Iterum in eadem Tragœdia,

πολλὰ δ' φωνῆς τῆς ἡμετέρας
ἔρημον ὄρ' ἐπέπτυλεν ὑμοῖ
σίνον ἀνὴλ ὑπτον χειμαζομένῳ.
Vocem autem meam sæpe
Hermæum promontorium iterauit,
Repercusso gemitu, cum tempestate affligerer.

C Claud. 2. in Eutrop. effert per verba *responso, remugio, ingemino,* cum ait: — *responsat Athos, Hæmusque remugit, Ingeminat Rhodope.* & de 6. Cons. Hon. ita:

Intonat Augustum septenis arcibus Echo.

Ibidem pulcerrime per verbum *spiro,* quasi Echo faciat viuentium Spiritum:

Adytisque effunditur Echo,
Clarior, & doctæ spirant præsagia rupes.

Attingitur res eadem ab Apollonio, & Valerio, vbi loquuntur de Hercule, & Argonautis Hylam querentibus. Notæ similes vtiles sunt auspicantibus poesin.

Imago vide dicta.

Echus descriptiones variæ.

Imago pro resultantia vocis.

50 [a] Quod supereſt, vbi pulsam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cœlúmque æstiua luce reclusit:
Illæ continuo saltus, syluasque peragrant,
Purpureosque metunt flores, & flumina libant
55 Summa leues. [b] hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidosque fouent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.
[c] Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
60 Obscuramque trahi vento mirabere nubem,
Contemplator; aquas dulces, & frondea semper
Tecta petunt: huc tu iussos asperge Sapores,
Trita melliphylla, & Cerinthæ ignobile gramen:
Tinnitusque cie, & matris, quate cymbala circum.
65 Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.

D

ARGVMENTVM.

Exeunt apes ad prata & aquas transacta hyeme, inde necessaria colligunt, ad fœtus, ceras, mella: conceptis fœtibus decedunt, sed retinenda saporibus herbarum, tinnitibus ymba lorum.

EXPLICATIO.

[a] DICIT, apes tunc incipere opificium suum, exireque è cauernulis ad saltus, ad syluas, ad flores, ad aquam, cum hyems transit, pelliturque ad antipodas

UVA. BHSC. BU 00239

antipodas cœlo se noua luce aperiente.

b Id est, ex perlibatis floribus & aquis, dulcedine quadam perfunduntur, & habent prolem suam ac fœtus, nescias quo arcano naturæ: ex eadem florum libatione ceras efficiunt, & figunt, compinguntque mella.

c Educta iam noua prole exeunt ex alueis & aduolant formata nube; factura nouas colonias; tunc contemplare illas, ac videbis, vti ad arborem aliquam, & ad aquas examen totum confugiat: ergo, ne inde auolet, abeatque agmen, hanc arborem, & loca in quibus solent sedere, conspergе meliphyllo trito, & cerintha, quæ herba obuia vbique est; deinde quate cymbalastic fiet, vt consperſione meliphylli, & cerinthæ amēt loca illa, inuitante eas dulcedine, quæ est in herbis; deinde sonitu cymbalorū territæ condant se in operata aluearia: quasi coerceātur & præmio dulcedinis, & metu cymbalorum.

NOTÆ.

1. QVOD SVPERBST.] Idē exortsus sæpe in hoc Vate, in Lucretio, in Epistolis Plinij.

Apes exeunt transacta hyeme.

2. VBI PVLSAM HYEMEM.] Hoc præceptum excursu alio tetigit Calab. lib. 1. explicans comparatione quadam studium, quo Iliades fœminæ viros ad pugnam excitarent.

ὡς δ' ὅτ' ἐσ σίμβλοισι μέγ' ἴοῦσαι μέλισσαι
χάλκεαι ἠὲ σιδήρεαι ὀτρύνουσι νομῆας
ἐλθέμεν, ὑδὸ' ἄφαρ τῆσι φίλον πίλεν ἐνδοθι μίμνειν.
ὧνα δ' αὖ ἐτέρωσε φερωνίζεται ἐκτὸς ἀγῆσαι.

Vt cum apes in alueario vehementer strepunt,
Abeunte hyeme, cum ad pastum gestiunt
Ire, neque ipsis placitum intus manere,
Sed alia inuitat alteram, vt se foras propiat.

Colum. c. 14. lib. 9. *Ab aquinoctio verno sine cunctatione iam passim vagantur, & idoneos ad fœtum decerpunt flores, atque intra tecta comportant.* Plin. c. 6. libr. 11. tempus huius egressionis explicatius assignat: *condiuntur à Virgilianum occasu, sed latent vltra exortum: adeo non ad veris initium, vt dixere, nec vt quisquam in Italia de aluris existimaret: ante fabas florentes non exeunt ad opera, & labores: nullusque, cum per cœlum licuit, otio perit dies.* Hinc fortasse Virgilius signate dixit *æstiua luce* non verna, quia non exeunt initio veris, sed medio vere, aut potius inclinante, & tendente iam ad æstatem, post florentes fabas. Cum vero iſtæ floreant ferme Aprili mense, & apes post illas exeant, fiet, vt harum exitus sit inclinante vere ad æstatem. Iuuat Theophrastus c. 7. lib. 6. Historiæ, qui post flores vernos transiens ad eos, qui prouenium in æstate, ita ait, τὰ δ' θέρεϊ μᾶλλον ἤπι λυχνὶς, καὶ τὸ διὸς ἄνθος, καὶ τὸ κνέωδον: *Æstiua sunt, lucernula, flos Iouis, Cerinthæ.* Sciunt vero omnes, Cerinthum vnicam structionē apum, quod & Poeta postea docet, & ego ibi. Ad rem, apes ergo eo exeunt tempore, quo floret cognatus ipsis flos. Cum Aristo. c. 40. lib. 9. Hist. & alij dicunt, verno tempore mel fieri, capiendi sunt de vere iam prono in calores: tenues enim & imbecillæ apiculæ non se credunt flatibus Martij. Colum. adducto loco, aperte ait: *circa Vidus Maias incipiunt examina viribus, & numero augeri.* Atqui, cum iam fœtus editi, & aucta examina, tunc mellis incrementum, & apum feruentior opera. His adiunge sententiam Varronis, c. 16. lib. 3. apes fieri morbidas propter primores Veros pastus. Non ergo tempus illud æque idoneum.

3. RECLVSIT.] Cœlum, mare, tellus vt dicuntur per hyemem tegi nimbis, interleudi tempestatibus, constringi gelu; ita vere, & æstate, recludi, aperiri, laxari.

4. SALTVS, SYLVASQVE FERAGRANT.] Cōparat Varr. l. 3. c. 16 apes cum Musis, vtque his attributi montes Helicon, & Olympus; ita apibus montes floridi, & inculti natura.

Purpureus color datur floribus κατ' ἐξοχήν.

5. PVRPVREOS FLORES.] Flores intelligit etiam aliorum colorum, sed præstans hic color Poetam inuitauit, vt illum nominaret. Græcus Poeta, πλεῖσθ' ἑδὸ' ὑάθινα φοινίκεα, καὶ κρίνα λευκὰ. *Purpureaque rosæ fudere, ac lilia flores.* Nemes. 2. Ecl. *Purpureoque alitis per gramina flores.* Ouid. 3. Art.

Est prope purpureos colles florentis Hymetti
Fons pater. Claudian. Paneg. 2. Stilic.
Purpureoque primæ signatus flore iuuentæ. Noster.
Purpureoque legam flores.

Aqua necessaria ad vsum apum.

6. FLVMINA LIBANT.] Nam aqua necessaria ad vsus apum. Arist. lib. 9. Hist. αἱ δὲ φέρουσιν εἰς τὰς κυψέλας, μιγνύντι τῷ μέλιτι: *hæ autem aquam ad alueos ferunt, & melli admiscent.* Colum. c. 5. satis ad rem: *Tum perennis aqua, si est facultas, inducatur, vel extracto canali manu detur, sine qua neque faui, neque mella, nec pulli denique figurari queunt.* Ideo Poeta mox subiungit, post libatam aquam, foueri ab apibus progeniem. Sed hæc Nota appellat eam, quæ supra à me data ad illud, *Ad liquidi fontes.*

7. LEVES.] Ita quoque de ape Tibul. *Rure leuis vernos flores apis ingerit alueo.*

8. HINC NESCIO QVA DVLCEDINE.] Par huic versui ille 1. G. de coruis,

Nescio qua præter solitum dulcedine lati.

9. EXCVDVNT CERAS, ET MELLA TENACIA FIGVNT.] Pulcræ metaphoræ à ferrariis, qui æra excudunt, clauos figunt. Inde postea egregie cōparantur cum Cyclopibus. Aristot. ἐφάζονται. c. 40. lib. 9 Hist. vt hic *figunt.* ita Plin. c. 10 *fauo affixi.*

Apum coloniæ.

10. HINC VBI IAM EMISSVM.] Cum hic loquatur de fuga agminis post adultam sobolem, volo expensas quam grauiter hac de re loquatur Col. cap. 6. lib. 9. *Nouis ducibus procedunt cum sua iuuentute, quæ vno, aut altero die in ipso domicilij vestibulo glomerata consistens, egressu suo propriæ desiderium sedis ostendit.* Et capite 12. æque grauiter: *facile eruptione patriam fastidiens sedem, longiorem fugæ denuntianit.* Varro rem ornaturus comparationem addit. ait enim illas ire in coloniam, vt olim Sabini multitudine liberorum dicuntur factitasse. Patria ferme Ælianus c. 13. lib. 5. *cum autem ex sobole alueus apibus redundat, tanquam maxima vrbes hominum multitudine redundantes, sic illæ colonias deducunt.* Noster, *agmen & emissum* & *è caueis.* Quibus adiucat ad rem suam militiam, colonias, theatra. Migrationis apum in alia loca meminit Plato 4. Leg. loquens de migratione colonіarum, & in lib. de Regno, vbi ait, ἀποικίας, οἷον σμήνη μελιττῶν, ἐμπίπτοντες: *colonias emittunt, tanquam apum examina.*

Apium vasa vti indigeret Virginius, & alij.

11. CAVEIS.] Placitum hic voces coniungere, quibus Poeta nominat vasa apium, exquisita quidem opera, & à vulgo, vt assolet, remota. Ergo ille: *Prætoria, caueæ, cunabula, ædes, tecta, vrbem, penates, larem, antra, latebras, præsepia, flabula, oppida, horrea, thalamos, aulam, regna cerea.* Totam videtur rerum naturam explorasse, vt suas apes illustraret; nam metaphoras sumsit à tractatione monarchica, ciuili, domestica, iudiciali, agresti, bellica, theatrali, sacra. Quid plura potuit? Adiungam alios ad lectoris mei vtilitatem. Varro appellat *domicilium, domum, coloniam.* A quo *domicilium* accepere Lactantius c. 10. lib. 13. & Isid. c. 7. lib. 12. Columella *receptaculum.* Claudia. 2 Ruffin. *rimosam patriam* & *antra pumicis* & 2. Rap. *castra cerea.* Sil. l. 2.

Et

VVA. BHSC. BU 00239

— Et odori corticis antra.

Pap. 10. Th. *pumiceo antro, flauam domum.* Vulgus omne *alueatia, alues, alueos.* Aristot. 9. Hist. σμῆνη, & κυπάρους. Calaber libro 1. & Apollon. in Arg. & Hesiod. in Theogon. σίμβλον. Auctor Geoponic. κατασκίους, ὠσθώχας. Idem etiam θήκας, *cellas.* Nazianzen. orat. 34. vocat σύριγγας, *fistulas.* & ἀοιδίμοις πλάσμασι: *obscuris figmentis.* Calab. lib. 8. χηρέμους, *cauernas.* Hom. 12. Il. οἰκίαι. & κοῖλον δόμον. Basil. Homil. 8. Hex. ἀποθήκας μελίσσης. Nonnus libr. 5. Dion. recurrit ad foramina, πολυτρήτων σιμβλων.

Nautica res illustratur à volatu. Volatus illustratur à re nautica.

12. NARE.] Quemadmodum res nautica à volatu illustratur, ita volatus à re nautica. Exempla primi hæc sunto. Aristot. pinnas piscium vocat πηδάλια. Nauis celeriter commeans *volare* dicitur. Poeta quispiam malos *volucres* dicit. Sed hoc alibi exorno. Alterius ista. Hic apes dicuntur *nare.* Mercurius in Æneide, & grues *nauare*, quod est transnatare. Eurip. in Androm. αἰθέρος πορθμεύομεν. & Græcus Poeta ἐν αἰθέρι φέρεται μελισσῶν.

Nubes de apibus.

13. NVBEM.] Val. Flac. 1. Arg. de ipsis apibus:

Innumeras nam claudit apes, longâque superbus
Fusca tube diem, dum plenas nectare cellas
Pandit. Statius 10. Theb.
Sic vbi pumiceo pastor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit æthera nubes.

Silius lib. 8. ex emendatione Lipsii in Tacit.

Nec densa trepidis apium se inuoluere nubes
Cessarunt aquilis.

Virg. infra etiam de apibus:

Immensaque trahi nubes.

Nubes de aliis animalibus.

Nubem istam signat Val. Max. lib. 1. c. 7. *Examinibus apum signa obseruando.* Possis transferre ad aues alias pari lepore. Nam Homerus νέφος κολιῶν. & libr. 3. Epig. γεράνων νέφος: *nubes gracculorum gruum.* Plin. de locustis c. 29 lib. 11 *Dira nube.* sicuti & Liuius lib. 42. *locustarum tanta nubis à mari.* & Philo in lib. de exsecrationibus, ἀκρίδων νέφος *locustarum nubes.* Ante illos Calab. libr. 2. de iisdem locustis, — φέρονται ὁίς νέφος, ἢ σκολὸς ὁμβρος: *ferumur instar nubis, & magnæ pluuiæ.* Quin Homer. 16. Il. ad homines transtulit, τρῶων νέφος. Ad cujus imitationem Silius lib. 7. de Afric. *Marmaricum nubem.*

14. FRONDEA TECTA.] Cùm hic arbores intelligat, illustrabis hunc locum his, quę dicta 2. Georg. ad illud: *Antiquaque domos auium.* Nam ita hic *tecta*, vt ibi *domos.*

Meliphyllum quæ herba.

15. MELIPHYLLA.] Ex omnibus saporibus, & herbis, quibus apes delectantur, & retinentur, vates *meliphylli* tantum, & *cerinthæ* meminit. Meliphyllum dictum est quasi mellis foliũ. Dicitur ab Dioscor. libr. 3, *melissophyllum*, quasi apum folium: ab eodem μελίτταινα: ab aliis μελίτεια. à Plinio *melitis*: à Gallis, *melissa*, vt scribit Ruell. c. 58. lib. 3. à Latinis *citrago*: ab Hispanis, *torongil.* Sed cum omnes penè melissophyllum vocent, Nicander *meliphyllon* dixit, quem secutus est vates. Putauit Varro lib. 3. cap. 16. apiastrum esse eandem herbam cum meliphyllo, aut melissophyllo: hoc idem scripsit Higinus. Vterque mire falsus est, vt & illi, qui ab his accepere. Longe alia species, quod contra Higinum, & Varronem Ruellius notauit, & alij ex his, qui nuper scripsere de re herbaria. Plin. aperte pro hac parte lib. 21. c. 12, vbi scribit serendum iuxta aluearia apũ caussa apiastrum, & melissophyllum: non dicturus, si res eadem, & Colum. c. 9. lib. 9. *succo prædictarum herbarum, id est, melissophylli, vel apiastri manu illita.* Qui aduersantur huic parti, Dioscoridem pro se adducunt, ita scribentem: *Melissophyllum, siue mellitena, id est, apiastrum; à sibi nomen usurpauit, quoniam apes ipsa herba delectantur.* Ego miror doctos quosdam attribuisse hanc sententiam Dioscotidi propter verba illa, nam illud: *id est, apiastrum*: addita sunt ab aliquo, qui esset in eo errore ex auctoritate Higini, & Varronis Nam Græca Dioscoridis ita habent, μελισσόφυλλον, ὃ ἔνιοι μελίτταιναν καλοῦσι, διὰ τὸ ἥδεσθαι τὰ ῥόα τὰς μελίττας. Volui hoc attingere. nam hic error in gymnasiis volitat cum incommodo iuuentutis. Dixi initio huius Notæ, hanc herbam esse eandem cum Latinorum citragine. Ita est auctoritate omnium. Male itaque videtur distinxisse Palladius, contra quem lege Ruellium adducto loco. Sed quoniam in hoc excursu feci mentionem apiastri, sciat Lector, Plinium scribentem lib. 20. c. 11. apiastrum esse venenatũ in Sardinia, insigniter deceptũ fuisse. Quid Plin. deceperit lege in Remberto Dod. Pempt. 1. lib. 4. c. 6. in Mathiol. ad Dioscoridem. in Dalecampio ad Plinium ipsum, qui ait negligenter & perturbate ista à Plinio scribi. Sed quoniã aliqua, quæ dicta in superiore hac Nota, illustrantur testimonio Nicandri in Theriac. ideo tibi illius versus subiiciam;

πλὴν ὅτιπερ μελίφυλλον ἐπικλέίουσι βοτῆρες,
οἱ δ' μελίτταιναν τὴν δὲ ἀεὶ φύλλα μέλισσαι
ἐδμὴν ἀνθέσσιναι μέλλῳ· ἑοιζηδὸν δ' ἴασιν.
Quamque mi'itænam pastores, & meliphyllon
Appellant, dulci quod apes delectet odore,
Quæ magno densa circum hanc stridore susurrant.

Cerinthæ herba apum.

16. CERINTHÆ.] Quantum hæc herba expetatur ab apibus, satis indicat Arist. lib. 9. Hist. ipse κηρίνθην vocat. Adepta est nomen à fauis apum, quos Græci vocant κηρία. nam istis cõstruendis mire hæc herba conducit. De ea ita Plin. cap. 12. libro 21. *Est autem Cerinthe folio candido, incurno, cubitalis, capite concauo, mellis succum habente.* Ait Ruellius lib. 2. c. 132. esse hanc herbam, quam Galli à pascendis apibus vocant *pasqueram.* nam hæc dulci scatet melligine, ac protuberat tunc, cum apes ad sua pergunt mellificia. Ait Rember. Pempt. 5. lib. 1. cap. 13. eam herbam, quam Plin. lib. 27. cap. 12 1. vocat leucographidem, & de qua ait, qualis hæc sit, nondum reperisse; esse ipsissimam Cerinthen.

Apes conclusæ dimunt ad tinnitus æris.

17. TINNITVSQVE CIE.] Certum est, apes ad pulsata tympana ita metu corripi, vt statim condãtur in locum, quem proxime habeant. Nam tametsi Aristot. scribat lib. 9. Hist. c. 40. gaudium esse illud, sed ex aliis, qui metum esse scribunt, in metum vel in ira inclines, adiuuante natura pauoris. Nam condimentium est, lætantium esset exsultatio atque euagatio. Verba Aristot. sunt, δοκοῦσι δ' χαίρειν αἱ μέλιτται ᾗ τῷ κρότῳ, ὰ ἰῷ κροτοῦντες φασὶν ἀθροίζειν αὐτὰς εἰς τὸ αὐλῷ· ὅτι ἐχίοις τε, καὶ λίβυσι: *Gaudere soniu apes videntur, quapropter tinnitu æris conuocari eas in alueum aiunt.* Plures rem hanc coniiciunt in metum; non in gaudium. In his Varro lib. 3. — *circum tinniendo ære perterritas, quo voluerit perducet.* Loquitur de mellario Colum. c. 8. lib. 9. *cum eruperit, æris strepitu coercetur. Nam statim sono territum vel in fruticẽ, vel in ædificio fistula f. onde consident. & à uestigatore, præparato uase recondituꝝ.* Hanc rem festiue attigit Luc. lib. 9. loquens de Catone.

Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes,
Quam simul effœtas linquunt examina ceras,
Atque oblita faui non miscent nexibus alas:
Sed sibi quæque volat, nec iam degustat amarum
Desidiosa thymum, tum si sonus incitet æris
Attonitæ posuere fugam, studiumque laboris
Floriferi repetunt, & sparsi mellis amorem.
Gaudet in Hibleo securus gramine pastor
Diuitias seruasse casa.

Attigit & Claud. de 6. conſ. Honor.

— qualis

UVA. BHSC. BU 00239

—qualis Cybeleia quassans
Hyblæus procul æra senex, reuocare fugaces,
Tinnitu conatur apes, quæ sponte relictis
Desciuere fauis. Nonnus in metum inclinat lib. 5. Dionys. cum ait, Aristæum fugisse iras apum pulsu cymbalorum. Adduxi tot testes, quia contra Aristot. cui tamen (ne quid dissimulem) hęsit Plin. c. 20. lib. 11. *Gaudent planctu, atque tinnitu æris, eóque conuocantur.* Inclinat Didymus apud Auctorem Geop. Ζήλους ἢ τῶν τὸ ζῶον τὴ μέλιτταν. ὅθεν οἱ μελιττουργοὶ διαπορπίζουσιν αὐτὰς κυμβαλίζοντες, ἢ τὰς χαλκᾶς αὐρύθμους κροτοῦντες συνάγουσι: *Modulatur hoc animal suauissimum cantum. Inde curatores apum ipsas dispersas pulsatis cymbalis, aui aliàs manuum concinno plausu congregant.* Ælianus nihil aut de gaudio, aut de pauore, sed inclinans in gaudium, ait cap. 13. libro 5. *cum in fugam se erumpunt, & ab alueo aberrare cœperunt, tum apiarij crepitaculis sonoris crepant, ea verò tanquam sirenibus retrahuntur, atque adeo inconsueta domicilia reuolant.* Aristot. aperte Platoni hæsit 8. Leg. *si aliena examina quis persequitur atque ære pulsans delectatione apes ad se trahit, damnum restituat.* Signata verba Platonis sunt, τῷ τῶν μελιττῶν ἡδονῇ. Sed Aristoteiem, ac perinde Platonem, & Plinium, & si quos alios mihi pro gaudio adducas, euertit ratio hæc. Apes ad sonitus tonantis cœli conduntur. Nemo neget hunc esse metum. Cum ergo videam illas quoque latere ad sonitus cymbalorum, cur dicam non id ex metu procedere? volui hoc firmare & auctoritate & ratione in gratiam Virgilij, qui in metum inclinat, cum ait *condent.* Nam timentium est condi; exsultantium esset euagatio, quod iam attigi.

Tympana in ministeria factorũ Cybeles.

18. MATRIS QVATE CYMBALA.] Adhibebãtur cymbala in sacris Cybelis Matris Deorum. Citat Euseb. lib. 5. Præp. c. 5. versus istos,

μητέρι δ' ὠμαρέων μέλεται τυπανιδι φόβῳ
αὐλοί, ϗ τυμπάνων πάταγοι, ϗ δῆλος ὁμιλος:
Deorum Matri Rheæ Titanidi curæ sunt
Tibiæ, crepitus tympanorum, clamor fœmineus.

Auctor Hymnorum illam vocat τυμπανοστέρνην *gaudentem tympanis.* Oppian. 3. Cyn. τύμπανον ἐυκέλαδον διδυμάονα: *tympanum sonorum Cybelëium.* Lucr. lib. 2. de sacris huius Deæ,

Tympana tenta tonant palmis: & Cymbala circum
Concaua raucisonóque minantur cornua cantu.

In sacris eius Deæ cymbalorum meminit Dionys. lib. 2. Antiq. sed huius rei pleni Poetæ, & vnus imprimis Ouid. Notat Achilles Stat. in Catul. sex ferme fuisse instrumenta, quibus in his sacris ederetur sonus, videl. κύμβον, τύμπανον, cymbalum, tibiã, cornu, κρόταλον. Attigit etiam nonnulla ex his Heruetus in Collectan. Clem. Sed cur in eius Deæ tutela tympana, & cymbala? Quia hæc similia hemicyclis cœli, quibus cingitur terra, quæ est Mater Deorum: ita Seruius. Sunt qui referant ad Rheæ partum, & ad Idæos Dactylos, ac sonum illum qui ad auertendum Iouis vagitum, ne proderetur Saturno, in sacris mysteriis repræsentabatur. Phrasin à Nostro sumsit Lamprid. in Commodo, *& quatientem cymbala.*

19. IPSÆ CONSIDENT MEDICATIS SEDIBVS.] Varr. *Quocirca examen, vbi volunt considere, eum ramum, aliámve quam rem oblinunt hoc, admisto apiastro.* Idem: *considunt in quo est sapor dulcis.*

20. INTIMA.] Ita hic *intima incunabula*, vt supra, *penitúsque reperta.*

65 [a] Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
[b] Continuóque animos vulgi, & trepidantia bello
70 Corda licet longè præsciscere. namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat; & vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.
Tum tepidę inter se coeunt, pennísque coruscant:
Spiculaque exacuunt rostris, aptántque lacertos:
75 Et circa Regem, atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnísque vocant clamoribus hostem.
[a] Ergo vbi ver nactæ sudum, campósque patentes,
Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto
Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbem,
80 Præcipitéque cadunt; non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
[d] Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant.
Vsque adeò obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
85 Authos versa fuga victor dare terga coegit.
Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compressa quiescunt.

D

ARGVMENTVM.

Regum discordia, signa irati agminis, bellum atrox, cædes, victoria, quies ab hoc bello.

EXPLICATIO.

[a] LOCVM istum explicat Victorius. in 3. Rhet. Arist. Duo enim primi versus annecten-

VVA. BHSC. BU 00239

di duobus extremis,hæc sententia: Si apes exierint ad pugnam(vt sæpe tumultuari earum Reges solet) motus isti animorum, atque hæc certamina conquiescerét comprimerentúrque exigui pulueris iactatione. Hæc est sententia,nam aliter videas pendere duos primos versus.

b Antequam describat pugnam, adhibet signa, quæ illam præcedunt. Sunt autem ista: Auditur intus strepitus quidam,& fragor tanquam æris,& tubæ,qui illas morantes increpat,accenditq; ad bellū. Deinde,audito hoc bombo,tanquam si tubā audierint,trepidæ festinzéq; coëunt inter se,coruscāt pennis:exacuunt suos stimulos,qui instar spiculi,lacertos aptāt:sese ad Regem suum agglomerant cupidæ ostentandi studij, demum hostem vocant clamorib.

c Signa ista, & militares clamores sequitur pugna atrox. Vbi enim ver serenum est, & animi iam concitati,ierumpunt,concurrunt,sit sonitus in aëre, agglomerāt se agmine formato in orbem, fiunt vulnera,cadunt mortuæ,nō aliter quam grando ex cœlo,quam glans ex ilice,cum ea quatitur.

d Quid tum Reges. Errant per medias acies spectandi alis præ splendore insignibus,hortantur, cōcitant;acuunt:quo sunt pectore anguistiore, eo animis actrioribus. Ita vero rem gerunt,ita obnituntur ad gloriam, vt pertinaciter nolint cedere,donec(hic enim *dum* est donec) illorum alter victor alterum in fugam vertat. Voluissem latissime ô lector expendere,nisi morastimerem. An tu quicquam acrius, illustrius,magnificentius vidisti in veris pugnis Liuij intonante contra Italiam Annibale? Non hic desunt tubæ, non canor militaris, & ille fractus & raucus:non trepidatio militum,coruscatio armorū, spicula,lacerti,prætorium, densatio agminis, Rex, hostis,clamor:non eruptio,cōcursus, militaris globus,armorum sonitus,cædes,vulnera: non demum obstinatio ad mortem,fuga, victoria.

NOTÆ.

Pugnæ apū. & causſæ illarum.

SÆPE DVORVS.] De hac discordia inter apes ita Colum.c.9.l.9.*Inter se, tanquam ciuilibus bellis, & cum alteris, tanquam cum exteris gentibus præliantur.* Sed cum Poeta seditionis huius causſas non attingat,placitum illas subiungere huic loco illustrādo.Inuenio quatuor,inopiam cibi, studium florum, odium gentis,Regum superbiam. Primam attingit Arist.c.40.l.9.Hist. ὅθεν ἡ νοσοποιὸς καὶ πνεῦ σμίνος πλεῖόν τινες ὦσ' ἀλλότειον,καὶ μαχόμεναι νικῶσαι, ἐξιφέρον τὰ μέλι:*Cum morbo examen laboraret,agmen peregrinum inuasit,& pugna conserta, & adepta victoria mella diripuit.* Plinius c.17. *Quod si defuerit alicuius alueicibus, impetū in proximas facit,rapinæ proposito.* Alludit Calab.li. 11. vbi ait,vespas pugnare contra apes ὡσὶ σφυλάσσιν ἀναιρεύμεναι,quod illæ in vuas ferantur. Alteram Plin. *Maxime rixa in conuehendis floribus exorta, & suis quibusque euocantibus.* Tertiam Arist. πολεμοῦσι ἢ σοφὸν αἱ μικραὶ τῷ γένει τῇ μακρᾷ, καὶ πειρῶνται ἐκβάλλειν ἐκ τῶν σμινῶν:*Pugnant breues contra longas,& conātur ex alueis expellere.* Plin.c.16.*Nascuntur aliquando in extremis fatiis apes grandiores, quæ ceteras fugant.* Quartam Col. *Sunt enim plures vnius populi duces,& quasi proceriū seditione plebs in partes deducitur.* Hanc videtur Virgilius intellexisse,cū ait,incessit Regib. discordia. De apibus dixit Theod. *Confusam inter multos potestatē & Democratiam odio habent:vnum ducem obseruant,huic parere illis grauissimum est.* Hanc in tē alia libat Lucan. lib.1.

Nulla fides regni sociis,omnisque potestas
Impatiens consortis erit. Hanc Homer.cuius tritum est illud:οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω: *Non bona res multorum principatus, vnus Rex esto.* Ergo,cum Dio Chrysost. orat.48.dixit:καὶ οὐδεὶς πώποτε ἐνόησεν ἑαυτῷ παπαζόντα,καὶ μαχόμενον αὐτῷ:*Nemo vnquam vidit examen apum mouere seditionem, & inter se pugnare.* Capiendus est vel non intercedentibus quatuor his causſis: vel nihil dixit. Nam quis neget has apum pugnas,& dissidia:Effugium enim illud, de duobus examinibus pugnantibus,non vno inter se, nullum est:nam vnum etiam,si duos esse Reges contingat, solet à se diffidere.

2. INCESSIT.]Quod Noster hoc verbo,Thucyd. lib.7.ἐμπίπτειν.Alex.Aphrod. ἐσκήπτειν.Plato leg.n.d. σπεύγοντα.& in Menone λάβοι.& in Theage παρεγένετο.Euripid.in Rhes.ἔλοι.Dio Chrysost. orat.80. ἐγκελεύεται.Homer.23.Odyss. ἴαγεν.Calab. 9. ὄρυτο. Herodot.lib.2.ἐπὰν ἴσῃ οἴσῃ. Idē sæpissime effert verbo ἐπιβύμνει. Incessit.

3.TREPIDANTIA.]De apibus etiam Varr.*Intus faciunt bombum,& cum introeunt,ac foras trepidant.*

4.PRÆSCISCERE.]Loquens quoque de apibus Colum.c.9.*Poterit exploratam fugam præscisciere vespertinis temporibus aurem singulis alueis admouendo.*

5.MARTIVS ILLE ÆRIS RAVCI CANOR.] Varr.*Consonant vehementer,proinde,vt milites faciunt,cū castra mouent.* De isto apum canore Arist.φωνὴ μονῶσις καὶ ἰδὴ & γίνεται:*Auditur solitaria, & peculiaris vox.* vti hic fiat,aperit Plin.c.5 1.lib.11.*Cetera simul cum volatu & incipere audiri,& desinere,vt musicas,apes.Sonū enim attritu,& interiore aura,non anima,reddi.* Apum sonitus instar tubarum.

6.FRACTOS SONITVS IMITATA TVBARVM.] Varr.de apum ducibus:*Duce conficiunt quadam ad vocem,vt imitatione tuba.* Amb.c.22.lib.5.Hex.loquens de apibus:*Habent gratam in rauco illo vocis suæ murmure suauitatem,quam nos fracto tubarum sonitu lentius primum videmur imitari, quo crepitu ad excitandos animos in vigorem nihil aptius æstimatur.* Cum sonitus tubarū vocat *fractos*, quasi refractos,respicit Phylice ad naturam æris, cuius lenitas & cauitas apta ad hanc rem. Nam Arist.2.de Anim. exemplum adhibet in ære,& in iis,quæ sunt λεῖα,καὶ κοίλα Integra sunt in Germano. Adiungo locum alium eiusdem ex Problem.sect.11.quæst.8.vbi ait, sonitum consistere in refractione, quam vocat ἀνάκλασιν. & statim τὰ κοῖλα μᾶλλον ἠχεῖ.διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀχλὸς μᾶλιστα τῶν ἄλλων:*Sonant vehementius,quæ sunt cana.Inde æs reliquis est sonantius.*

7. SPICVLA.] Ouidius quoque in Ibin aculeos apum vocat *spicula*: alij *telum*.

8. PRÆTORIA.] Recte illustrat locū istum German.Cum enim prætorium castrense sit vocabulū, vbi nimirum Præfectus exercitus præsidet, & ius dicit,vt in vrbe prætor,ad apum tumultum transtulit Virgilius.Sic ex sententia Palladij,& Columellæ prætoria sunt in rebus rusticis ampla ædificia. Sic& Vlpianus tradit, rusticorum prædiorum seruitutes esse,ficere altius tollere, & officere prætorio vicini.Sic & Martial.lib.10.videt Otacilium,qui conetur æmulari Torquati magnificos hortos: Prætoria rusticorum.

Ad lapidum Torquatus habet prætoria quartum:
Ad quartum breue rus emit Otacilius.

firmant ista exempla prætorium, vocem castrēsem traductam ad res rusticas.

9. ERGO VBI VER NACTÆ.] Attingit tempus, quo apes ad bellum exeant.Calaber.lib.6.ita describit hanc eruptionem: Apes quādo ad bellum exeant.

——ἀμφὶ ἢ λαοὶ
πολλοὶ ἔπιπθ',ὡστίτε μελισσάων κλυτὰ φῦλα
ἠλεμόνεσσιν ὀΐσι δηριόφ& σμῆνος
ἐσσύμενοι καναχῇσιν,ὅ τ' ἔαρ& ἦμαρ ἄκριτα.
ὣς ἄρα τοῖσιν ὅπνον βροτοὶ ὦκα δῆριν ἴσσε:
Circum autem populi *Multi*

UVA. BHSC. BU 00239

Multi sequebantur, vt quando apum gens inclyta
Cum suis ducibus ex singulis alueis
Erumpunt cum strepitu prorumpique ineunte vere.
Sic hos ad pugnam properantes secuti sunt ciues.

Affine quiddam Homer. 16. Iliad. etiamsi de vespis: comparat enim cum harum erumpentium furore Græcos irruentes, seque effundentes aduersus Troianos. Idem Græcorum multitudinem comparat 2. Il. cum apibus erumpentibus ὣς τε ἔθνεα δῖα μελισσάων ἀδινάων: *Sicut prodeunt examina apum frequentium.* Lege reliqua quibus videbis eruptionem apum.

10. DENSÆ.] Apes glomeratas circa suum Regem συνασπιζομένας vocat Arist. Auctor Geopon. ἀσπιζομένας τὸν βασιλέα, & συνασπιζομένας. Plinius c. 17. li. 11. ita exprimit: *Totum examen circa eum* (Regem) *conglobatur, cingit, protegit.*

11. CONCVRRITVR.] Ad hunc saporem fortasse Horat. Sat. 1. lib. 1.

——*quid enim, concurritur: horæ*
Momento, aut cita mors venit, aut victoria læta.

12. GLOMERANTVR.] Hoc verbum in re apum vsurpant Plin. Columel. alij. Varro dixit: *conferciunt se.*

13. NON DENSIOR.] Illustrabis istum locum comparationibus, quas adduco 3. Georg. ad illud:

Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo.

& 6. Æneid. ad illud:

Quam multa in syluis autumni frigore primo.

Ista enim omnia similia sunt inter se.

Apum reges insigniores.

14. INSIGNIBVS ALIS.] Esse Regibus apum notas quasdam, quibus insignes sint, & ab aliis differant, omnes proclamant, qui de hac re scripserunt. Plinius c. 16. ita illum ab apibus distinguit: *Omnibus forma semper egregia, & duplo quam ceteris maior, pennæ breuiores, crura recta, ingressus celsior, in fronte macula quodam diademata candicans. Multum etiam nitore a vulgo differunt.* Supra de eodem: *Præcipua magnitudine ne fatisçat.* Colum. *Reges maiores paulo, & oblongi magis, quam ceteræ apes, rectioribus cruribus: sed minus amplis, pinnis pulcri coloris, & nitidis leueisque, ac sine pilo.* Virgil. infra:

Et rutilis clarus squammis.

A Plato de Rege hoc in Polit. ἐν σμήνεσι βασιλεὺς ἑνὸς τοῦτο ἔφυκε δῶρον, πᾶν ψυχῆς διαφέρων εἶδος. *Nascitur in alueariibus Rex, qui vnus ipso statim ortu præstat apibus reliquis tam corpore quam habitu animi.* Basil. Hom. 8. Hex. ἐκ φύσεως ἔχων τὸ κατ' πάντων ἀρωτεῖον, καὶ μεγέθει διαφέρων καὶ χρήματι, καὶ τῇ τῦ ὅλου ἀφαύτητι: *A natura principatum omnium obtinet antecedens reliquis magnitudine, forma, suauitate morum.* Ambr. 5. Hex. c. 21. *Apibus autem Rex naturæ clarus formatur insignibus, & magnitudine corporis præstat & specie.*

15. INGENTES ANIMOS.] Volunt omnes redditum versum Homeri Il. 5.

τυδέος υἱὸς μικρὸς ἐὼν δῖος, ἀλλὰ μαχητής.

Quem versum ita reddidit Auctor Priapi,

Vilior Tydeus, qui si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

Et Papin. 1. Theb.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Addit German. respectum ad caussam Physicæ: nam Arist. 3. de partib. anim. c. 4. ᾗ τὰ μὲν μεγάλας ἔχοντα τὰς καρδίας, δειλὰ καὶ ἐλάφους, καὶ μῦς, καὶ λαγωούς: *Parua sunt, quibus cor magnum: audentiora, quibus minus maui mediocre.* Virgilij verba proueribialiter vsurpat Hieronym. Epist. ad Lætam: *In paruis corporibus ingentes animos intuens:* & ad Saluianam: *Scintilla vigoris paterni lucet in filio, & similitudo morum per speculum carnis erumpens, ingentes animos augusto in pectore versat.* & ad Furiam: *O si videres sororem tuam, & illud sacri oris* C *eloquium coram iudice contingeret, cerneres in parvo corpusculo ingentes animos.*

Animalia pauida quibus cor magnum. Ingentes animos, adag.

16. VSQVE ADEO OBNIXI NON CEDERE, DVM.] Obseruat Godef. lib. de lingua Lat. hanc vocum consecutionem, *vsque adeo, dum*, vt elegantem. ita Cato: *Igni leni cognito vsque adeo, dum sias tam crassum, quam mel.* Agel. lib. 10. c. 3. *Vsque adeo verberari iussit, dum animam efflauit.* Variatur per ista: *Vsque adeo, donec: vsque adeo, donicum.* Exempla ab eo pete.

Vsque adeo, dum.

17. PVLVERIS EXIGVI.] Varr. *Iaciundo in eas puluerem perterritas, quo voluerit, perducet.* Sermo est de mellario. Plin. c. 17. *Quæ dimicatio in tactu pulueris, aut fumo tota discutitur.* Habent Auctores rusticorum modos alios, quibus reconcilientur.

[a] Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambos:
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci; melior vacua sine regnet in aula.
[b] Alter erit maculis auro squalentibus ardens,
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
Et rutilis clarus squammis: ille horridus alter
Desidia, latámque trahens inglorius aluum.
[c] Vt binæ Regum facies, ita corpora gentis.
Namque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cùm venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus. elucent aliæ, & fulgore coruscant,
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles, hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.

D

ARGVMENTVM.

Remedium contra bellum. Rex duplex, notæ vtriusque: apes item duplices, & notæ earum.

EXPLICATIO.

[a] AIT, sedata pugna Regē illum interficiēdum, qui est deterior, vt regnet solus, qui melior

VVA. BHSC. BU 00239

est: nam deterior, vt est prodigus, mel absumit.

b Describit notas vtriusque Regis. Qui melior, fulget maculis, quibus ineſt ardor quidam, & ſplendor auri: eſt ore inſignis, eſt totus intermicans, & clarus veluti quibuſdam ſquammis: qui deterior, totus horret deſidia, eſt illi venter adeo magnus, vt trahere illum videatur inſtar animalium, quę repţant, nulla eſt huic nota ad gloriam.

c Tranſit à Regibus ad apes. Harum aliæ turpes ſunt, atque horridæ, vt earum Rex. Vide, vti viator ſiti aridus, cuique fauces ſunt plenæ pulueris ex via, ſoleat in terram ſpuere, ac tunc formet turpem globulum ex ſaliua & terra: huic rei ſimiles ſunt turpes, & horridæ apes. Aliæ fulgurant, coruſcant, ardéntque auro, interlitę guttis paribus. Harum apum genus melius eſt, ex illarum aluearibus comparat ibi prouentum mellis, dulcis quidem, ſed non tam dulcis, quam & liquidi, & idonei, vt eo vinum aſperum temperetur, reddatúrque lenius ad potum.

Notæ.

1. AMBOS.] Chariſius & Maurus, hic legunt, *ambo*.

Apes deteriorem regẽ interficiunt.

2. DETERIOR QVI VISVS.] Præceptum iſtud ita attigit Varr. loquens de meliario: *Animaduertat, ne Reguli plures exſiſtant: inutiles enim ſunt propter ſeditiones.* Et infra ait, expedire nigrum Regem interficere, cum duo ſunt in eadem aluo. Colum. c. 9. *Si conſtat Principibus gratia, manet pax incruenta, ſin autem ſæpius acie dimicantes notauerit, duces ſeditionum interficere curabis.* Auctor Geop. οἱ δὲ βασιλεῖς ἐν ἄκροις τοῖς κηρίοις ἀρίσκουσι. χρὴ δὲ ἑκάστῳ σμηνίῳ ἕνα ἀπολιπεῖν μόνον, τὰς λοιπὰς ἀφανίζειν: *Sunt Reges in ſupremis fauis, oportet autem ſingulis alueis vnum relinquas, ceteros perdas.* Plin. c. 16. *Concordi ſuffragio deterrimos necant, ne diſtrahât agmina.* Ante omnes Ariſt. κλείουσι δ' αὐτὰ σφόδρα καὶ τῶν ἡγεμόνων τὰς πολλὰς, καὶ μᾶλλον τὰς πονηρὰς, ἵνα μὴ πολλοὶ ὄντες διαπτῶσιν τὸν ἔσω μόνον: *Ipſæ duces enecant cum plures, maximè improbos, ne ſeditionem concitent.*

3. VACVA MELIOR SINE REGNET IN AVLA.] Habuit fortaſſe ante oculos verba iſta Claudianus de Nupt. Honor. cum ita Venerem inducit loquentem:

Grauidum noſtri comites arcete parumper,
Vt ſoli vacet aula mihi.

Vt enim Maro vult, ſeditioſum Regem aboleri, ita Venus rixantem Martem, & pulcro flexu, *vacet aula.* Ad ſententiam vero Poetæ, qui ait, vt deteriore interfecto, melior pulcriórque regnet, pertinent verba Dionis Chryſ. Orat. 3. adhibentis exemplum in ipſis apibus: *Multæ ſunt ſanè imagines perſpicuæ, & exempla minimè obſcura huiuſce principatus, quæ natura notanda proſtituit in armentis,* καὶ σμήνεσι, πῶς κρεῖττον φύσιν τῶν ἑλαττόνων ἀρχὴν, καὶ σοφωτέραν: *Et examinibus apum, natura enim debetur imperium & cura meliori in deteriora.*

4. SQVALENTIBVS.] Notat Seruius, hic *maculis ſqualentibus* eſſe, ſplendentibus, ducto nomine ab ſquammis. Nam ſi ab ſqualore, ſordidum ſignificaret. Hinc Noſter: *Tunicam auro ſqualentem.* Qua voce non ſoliditas tantum ſignatur, ſed etiam nitor.

Apũ genera.

5. NAM DVO SVNT GENERA.] Ariſt. lib. 9. Hiſt. cap. 4. εἰσὶ γὰρ δύο ἡγεμόνων, ὁ μὲν βελτίων, πυῤῥὸς: ὁ δ' ἕτερος, μέλας, καὶ πολυκλώτερος, τὸ δὲ μέγεθος διπλάσιος τῆς κηρύτης μελίττης: *Duo ſunt Regum genera, alterum ruſum, quod melius: alterum nigrum, magiſque varium, duplo amplius ape vtili.* Eadem ſcripſerat idem Ariſt. lib. 5. cap. 21. Auctor etiam Geopon. τῶν δὲ βασιλέων οἱ μὲν ἄειστε εἰσὶ τρεῖς ξανθοὶ, μέγεθος ἡμίσιον μελίσσης: οἱ δὲ δεύτεροι ποικίλοι, ὀλίγον ὑπομελαίνοντες μέγεθος διαπλάσιον: *Regum optimi ſunt colore flaui, magnitudine ſeſquialtera proportione apis: ſecundo loco ſunt varij, paululum ſubnigricantes, magnitudine dupla.* Colum. lib. 10. ait, eſſe Reges puleri coloris, nitidos, leues, &c. & deinde reperiri alios infuſcos, atque hirſutos. Plin. cap. 16. *Duo autem genera eorum melior ruſus, quam niger variuſque.* Hi omnes, vt vides, ſub vna tãtum ſpecie nigrum, variúmque conſtituunt, quem diſtinguunt à rutilo. Vnus Varro tres ſpecies ſtatuit ex quorundam ſententia: *Et, vt quidam dicunt, tria genera cum ſint ducum in apibus, niger, ruber, & varius.* Et ſtatim ex Menecrate, duo, nigrum, & varium.

6. LATAMQVE TRAHENS INGLORIVS ALVVM.] Videtur tranſtuliſſe verba iſta Ariſt. ἕτερος δὲ φαῦλος καλούμενος, μέλας καὶ παχυγάστωρ: *Alius fur dictus, niger eſt, & grandi aluo.* Ab Ariſtot. Varro: *fur qui vocatur ab aliis fucus, alter eſt lato ventre.* Egregie obſeruat German. à compreſſa & gracili habitudine apum dictos per tranſlationem σφηκώδεις, non ſolum macilentos, ſed etiam, qui cinctu ſunt ſtricto & expedito, nimirum qui Græcis dicuntur δίζωνοι, & δίζωσι. Nam veſpæ quoque inter apes numerãtur. Quę Nota eo pertinet, vt videas ſtrictum habitum huius inſecti in laude poni, non latum & obeſum. Signate ad hanc rem Plin. c. 18. *Optimæ breues, varieque, & in rotunditatem compactiles: deteriores longæ.* Vitia apis porrectioris Ariſt. attingit. Hinc ego & illuſtro & defendo lectionem Claudiani 2. Ruff. quæ eſt in vetere codice. Ait de apibus,

Et tenuis ſaxi per propugnacula cinctæ
Rimoſam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt.

Legunt multi *cunctæ*: ſed certe vetus lectio ad rem eſt. Nam ibi à Claud. deſcribuntur apes bellatrices, ad quam rem apta inprimis militaris cinctio. Obſeruat etiam Germ. priſcos Imperatores in habẽdo delectu ſolitos reiicere militem ventre obeſo.

Facies.

7. FACIES.] Capienda hic vox pro tota corporis habitudine ex Nota Nonij. Nam, vt ſpecies (inquit ille) dicta ab aſpectu, figura à fingendo, ita facies à factura corporis. Firmat auctoritate Plauti in Pœn. *Sed earum nutrix, qua ſit facies, mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo ipſa eſt.* Pacuuij in Nyt. *Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virûm.* Salluſt. in Hiſt. *Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani in Occidentem, quam in Orientem latior.*

Apũ genera.

8. NAMQVE ALIA.] Plura apium genera ſtatuit Ariſt. c. 40 Colum. ex illo c. 3. & Plin. c. 18. Libri horum millies à me citati ſunt. Plato etiam in Menone ſtatuit, apes πολλὰς παντοδαπὰς εἶναι διαφερούσας ἀλλήλων: *multas eſſe, & varias, & inter ſe differentes.* Virgilius ſatis duxit duas ſpecies adhibere.

9. SICCO SPVIT ORE VIATOR.] Formã iſtam Petronius deſcribit: *Turbatum ſputo pulueremus.* De vi ſputi (hoc ἐκ παραδρομῆς) contra faſcinum lege Notam Rittershuſ. in Opp. 3. Hal.

Apes potiones quæ.

10. HÆC POTIOR SOBOLES.] Cum dicit Colum. c. 3. *Eius auctoritatem* (intelligit Ariſtotelem) *ſequens Virgilius maxime probat parvulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lata corpora guttis, moribus etiam placidis:* reiicit nos, vt puto, ad verba illa, ἡ δ' ἀρίστη μικρὰ, προγύαλη, καὶ ποικίλη: *Optima eſt parua, rotunda, varia*: nam cum verbis Columellæ affinia ſunt ea verba Ariſtotelis, non alia illius capitis: habet eadem verba Ariſtot. lib. 5. cap. 22. Sed adiicit profecto multa ex ſuo Columella, & interturbat ſententiã Ariſtotelis. Nam is poſtea δυσειδεστέρας probat *horridiores*: & addit rationem, quia iſtæ ἐρυσπώτερες,

UVA. BHSC. BU 00239

ἢ χαλεπώτερας: præstantiores opere & labore. Idem in fine illius capitis aliud apum discrimen constituit cum respectu ad splendorem, improbans tamen hûc colorem: εἰσὶ δὲ αἱ μικραὶ ἐργατικώτεραι μᾶλλον τῶν μεγάλων, ὥσπερ εἴρηται. ἔχουσι δὲ καὶ θέρος ἀκριτεχνεμένας, καὶ χροιὰν μέλαιναν, καὶ ὀπισθοκαμπεῖναι. αἱ δὲ φαυαὶ, καὶ λαμπραὶ, ὡσαύτως δυσεργέστεραι. Sunt minores apes laboriosiores multo moribus: habent pennas detritas, colorem nigrum, & repandas: sunt maiores vero nitidæ, ac venustæ sunt, more virorum mulierum. Videtur mihi adspirasse Aristot. ad verba ista Platonis lib. 9. Polit. βομβοῦσι δὲ ὑπὸ θυμοῦ καὶ θυμιάματος τε γλυκέος, καὶ μέρους τερπνοῦ, καὶ οἴνου: Sustinentes cupiditates, & plena nidore, unguentis, coronis, mero. Quibus verbis apertè Plato loquitur cum allusione ad apes. Ex dictis in hac Nota apparet, dissentire Virgilium ab Aristotele. Cum hoc Plinius consentit cap. 18. *Apes sunt & rusticæ sylvestresque, horridæ aspectu, multo iracundiores, sed opere ac labore præstantes.* Etiamsi postea cum Virgilio quoque, cum addit: *Vrbanorum duo genera, optima breues, variæque, & in rotunditatem compactiles: deteriores longæ.* Ista enim varietas Plinij, & compactilis rotunditas repræsentare videntur fulgorem Virgilij, & guttas. Plato in Menone apum meminit, quæ præstant ἢ κάλλει, ἢ μεγέθει, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τοιούτων: aut pulchritudine, aut magnitudine, aut alio quopiam his simili. Atque vt apparet, hoc in dignitate apum ponit, non in contumelia. Ex his apparet, non errasse Virgilium, cum dedit principem locum apibus præstantibus pulchritudine & varietate. Neque enim sequendus illi in omnibus est Aristoteles.

11. TEMPORE CERTO.] Vernum, & Autumnale signat Seruius. Sumsit fortasse ab Arist. τῷ δὲ τῷ μάλιστα ἐργασίας δεῖσθαι καιρὸν εἶναι ἔαρος, ἢ μετοπώρου: Mellis cõficiendi duo sunt tempora, Ver atque Autumnus.

Liquidum, id est, purũ.

12. LIQVIDA.] Intelligit pura, & defecata, quod mellis elogium, crebrum Calpur. 2. Ecl.

Rorantesque fauos damus, & liquentia mella.

Virgilius infra,

Et liquidum distendunt nectare cellas. Seren.

Expressa in arathro gutta cum melle liquenti. Iterum,

Marrhubij succo implebis, post melle liquenti.

A Possit quispiam aliqua ex his traducere ad fluxionẽ mellis.

13. DVRVM BACCHI DOMITVRA SAPOREM.] Sunt qui in Virgilio mulsum intelligant, id est, οἰνόμελι. Possunt fortassis. Nam mulsum fit ex melle, & vino. Dioscor. lib. 5. cap. 16. de mulso ita ὁδὰξ ἔστω δὲ ὁ μέλιτος, ὃς ὑπόπλεω, οἶνε ἑνὸς μετρητῆ μέλιτ μετρουμένοις ἀμφοτέροις omnino duabus vini metretis, admista una mellis. Lege totum caput. Sed satius est, vt non mulsum intelligas, sed vini genus austerum, cui mel admiscebatur adimendæ asperitati: hoc enim modo vina aspera apud veteres curabantur. Erat itaque Seruius Poetam explicans verbis istis. *Domiturа durum saporem Bacchi, id est, apta mulso. Bene autem durum saporem, quia maiores vina asperrima mellis dulcedine temperabant.* Erat (inquam) confundẽs mulsum cum illa vini temperatura. Nam, vt vera est illa ratio temperandi, quam subiicit: ita falsum est, quod præmittit de mulso. Neque enim Poeta capiendus est de mulso; tantum de temperatura. Magnum pondus pro hac re Horatius Satyr. 4. lib. 2. vbi ait:

Vinum austerum. Mel vino admistum.

B

Ausidius forti miscebat mella Falerno.
Mendose, quantam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet, leui præcordia mulso
Prolueris melius.

In his vides, forte & asperũ vinum temperatũ melle excludi a ratione mulsi. Etenim Horatius in istis,

Miscere mella forti Falerno.

C Omnino reddidit, & expressit ista Virgilij, *Domare durum saporem Bacchi.* Hinc contendo neque in Martiali capi mulsum, cum scribit Epig. 13. lib. 4.

Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
Massica Thesei tam bene vina fauis.

Tantum enim loquitur de vini asperi temperatura, sicuti & Nonnus lib. 19. cum ait:

——μελικρήτῳ δ' ὑποπλῶ
πρῶτ' ἀεσσάσθω κεράσας ὀδύνα μελίχρωτι
ὤρεξεν ἀνηνύτοισι σοφὸν πότον:
——poculo melle admisto
Primus Aristæus miscens partum apis,
Præbuit immortalibus sapidum potum.

[a] At cùm incerta volant, cœlóque examina ludunt,
Contemnúntque fauos, & frigida tecta relinquunt,
Instabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor, Tu Regibus alas
Eripe, non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa,
[b] Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum, atque auium cum falce saligna
Helleſpontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinósque ferens de montibus altis,
Tecta serat latè circum, cui talia curæ.
Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.

ARGVMENTVM.

Retinentur apes à fuga detractis Regi alis, consito horto circa aluearium.

EXPLICATIO.

[a] DIcit, retinendas apes, cum exeunt ex alueis ad volatum, & agitandas choreas in aere,

D amputatis Regi alis: nam illo quiescente quietum quoque est agmen: eo enim ingenio sunt apes, vt nunquam sine Rege exeant.

[b] Remedium alterum ne abeant, nimirum hortus vicinus: plurimum enim floribus delectantur, hos si habeant proxime, mihil requirẽt. Huic horto, his floribus, quibus illæ inuitantur, adsit suus custos Priapus, qui fures abigat, aues terreat. Deinde

VVA. BHSC. BU 00239

ipse apiarius, cui ista sunt curæ, thymum eo cõferat: A pinos, plantas omnes feraces, has irriget, has colat.

NOTÆ.

Apum choreæ.

1. COELOQVE EXAMINA LVDVNT.] Has apũ choreas ita repræsentat Arist. περιφέρονται, φύσιν ἄτυφον ἔχοντ᾽ ὑφανθέν, ἐπιδινοῦντες αὐτὰς, καθάπερ ἀσκυμναζόντες. *Efferunt se fusim in sublime gyroque volitant, & quasi exercitium faciunt.* Plinius cap. 20. *Effecto opere, educto fœtu, functâ munere omni, exercitationem tum solemnem habent, spatiatæque in aperto, & in altum datæ, gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt.* Ambros. cap. 21. lib. 5. Hex. *Processus autem est per ruta redolentia, vbi inhalantes horis floribus, vbi fugiens riuus* B *per gramina, vbi amæna riparum, illic ludus alacris iuuentutis, illic campestre exercitium, illic curarum remissio.*

Frigus de re lenta, & remissa.

2. FRIGIDA TECTA.] Seru. explicat, *melle vacua, atque inoperosa.* Nam, cum apes sunt in opere, *fernet opus.* frigus enim de re lenta, & remissa dicitur. Quis non Terentianum illud audiuit? *Sine Cerere & Bacchо friget Venus.* Sic Cicer. in Verrem dixit, *indicia frigerent.* Sic in Epist. lib. 8. *Quod tibi supra scripsi, Curonem frigere, iam calet.* Seruio ista addidit Pontanus. Et ego vtrique ductum id ex Græcorum imitatione, qui in hac significatione capiunt ψυχρὸν, & ψυχότητα. Sic commentator Aristophanis ποιητὴς ψυχρὸς, pro inani & futili Poeta. Sic Lucia. ψυχολογία, pro

Frigidi, id est, inficeti.

verbo inepto, inficeto, inani; & quo non risus captatur, sed lequitur merum frigus. Sic Demosthenes de falsa legat. ψυχρὸν ὄνομα, pro verbo inepto, neque vllo vinacitatis calore condito. Suppeditant ista Lexicographi. Sed aduertat lector, illud Demosthenicum aliter declarari ab Vlpiano. verba eius sunt, ψυχρὸν ὄνομα, ἥτοι ἀλαζονείας γέμον, ψυχρὸς γὰρ ὁ τὰς ἀλαζόνας λέγων. *Nomen frigidum scilicet arrogantia plenum: arrogantes enim vocant frigidos.* Aperit ista m Vlpianus vnde ducta hæc significatio. Lege.

Frigidi, id est, arrogantes.

Apes qui sistendæ à fuga.

3. TV REGIBVS ALAS ERIPE.] Ex hoc Virgilij præcepto Colum. cap. 10. *Ipse ipsi laudandus est alis.* Iterum: *Velut qua iam compede retinebimus eronem ducem detractis alis, qui fugæ destitutus præsidio, finem Regni non audet excedere.* Insinuant tam Virg. quam Colum. integras alas adimendas. Non ita Plin. cap. 19. tantum D ait: *Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen.* Satis itaque est, vt summæ alæ adimantur, nam hæc est truncatio. Clarius Auctor Geop. ex Didymo ἐκεῖνό γε καὶ εἰσκλαίοντα τῇ ἐσμῷ, καλῶν ἡρέμα, τὸν Σαπλέα τῶν πτερῶν ὀρίζον αὐτὸ τὰ ἀκεφαλοῦντα δὲ αὐτὰ εὐθὺν, ἵνα μὴ πόσω πετῶνται. *Stante, & commorante examine Regem leuiter alis prehendito, & extrema infringito: non enim illo intus mancnte, apes discedent.*

Apes absque Rege nihil moliuntur.

4. NON ILLIS QVISQVAM CVNCTANTIBVS.] Adnectit huic loco Germ. illud Taciti lib. 1. *nihil ausuram plebem Principibus amotis.* Et ego ex Iust. lib. 22 historiam Agathoclis, cuius exercitus ferox antea adductus est in timorem maximum, postquã fugit è castris Rex ipse Agathocles: & ægre passi E sunt milites Rege carere, etiam tyranno. De ipsis apibus Amb. c. 21. lib. 5. Hex. *vt nulle è domibus exire audeãt, non in aliquos prodire passus, nisi Rex fuerit egressus, & volatus sibi vindicauerit principatum.*

5. ALTVM.] Innuit volatum, qui altius à terris corripitur.

Signa vellere.

6. VELLERA SIGNA.] Elegantissime transfert ad apes rem militiæ. De vulsione signorum, cũ proficiscendum, alibi loquar. Errat insigniter vir doctus Turn. lib. 23. c. 12. cum auspicia ex acuminibus refert ad hunc morem, quo signa vellebantur. Hoc alibi luce clarius ostendam.

7. CROCEIS.] Obserues colores duos, videlicet purpureum, & croceum, assumi solitos à Poetis καὶ ἐξοχὴν ad quosuis alios explicandos: quod natum ex præstantia horum locorum.

Croce' color καὶ ἐξοχὴν pro omnib. coloribus.

8. HALANTES.] Pindarus Ver ἑῶος ὠν appellat: *odoratum.* Non hinc abit etymon ὁδὸς, id est, rosæ, quæ sic dicta auctore Plutarch. ὅτι ῥόδια πολὺ τῆς δυνάμεως ἀφίησι: *quod diffluat ingenti odoris redundantia:* & Philo de Mundo, auras, quæ effunduntur è floribus, vocat ὠδυσέας, ab suaui halitu.

Priapi tutela.

9. ET CVSTOS FVRVM.] Cui non nota Priapi obscœnitas, tutela, numen? Omitto. Do tantum versus Horatij, qui ad rem 15. Sat. 8.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cum faber incertus scamnum, faceretne Priapum,
Maluit esse Deum. Deus inde ego furum, auiumque
Maxima formido.

Colum. quoque in suo horto, præcipit, vt Priapus ponatur, qui *prædoni falce minetur.* Ouid. 14. Met. de hoc Deo ait,

Terret fures falce.

10. CVM FALCE SALIGNA.] Falcem omnes dãt huic Deo,

Terreat vt sæuas falce Priapus aues. Dixit Tibul. Phornutus alias adducit rationes. Vide illum.

Priapus vbi cultus.

11. HELLESPONTIACI.] Nam cultus hic Deus prope Hellespontum in vrbe ipsi cognomine. De hac vrbe Strabo lib. 13. ἐτώνυμον δ᾽ ἐστὶ τῆς ἀρίας πόλεως παρ᾽ αὐτοῖς. Itaque ista vrbs dicta est Priapus, & notiore vocabulo Lampsacum. Catul.

Hunc locum tibi dedico, consecróque Priape,
Quæ domus tua Lampsaci est, quadque Priape:
Nam te præcipue in suis vrbibus colit ora
Hellespontiaca, ceteris ostrosior oris.

Thymo delectantur apes.

12. THYMVM.] Hoc plurimum delectari apes, imo mellis inde prouentum maximum exsistere, omnes scribunt. Ideo mel Atticum optimum, quia thymum Atticum (scribit hoc Gal.) optimum. Plutarch. de Tranquil. πάνυ μελιτώδεις φέρει μέλι ὁ θύμος: *præbet thymus mel apibus*: item ἥδιστα τὰ ἀνθεῖα, ait apes transuolare prata amœnissima violarum, rosarum, hyacinthorum, vt vni insideant thymo. itaque odorata alia negligunt præ vno thymo. Plin. c. 10. li. 21. ait, thymi copiam esse *augurium mellis.* Varr. libr. 3. aptissimum esse *ad mellificium thymii*, & adiicit ideo mel Siculum præstare aliis, quod ibi thymum bonum. Colum. cap. 4. lib. 9 *Saporis præcipui mella reddit thymus.* Auctor Geopon. *Pabulo thymi maxime gaudent, & ex eo abunde pascte, & plurimum mel conficiunt, & fœbolem pariunt.* Varr. è *cythiso bonum, è thymo optimum.* Nonnihil dissidij apparet inter Aristotelem & Plinium, in specie thymi, quæ præferenda ad mel. Prior scribit c. 40. lib. 9 Hist. νομὴ δ᾽ ἐστὶν μελιττῶν τὸ θύμιον, μάλιστα δὲ τὸ λευκὸν τὸ ἐρυθρόν: *Pastus apibus thymus est, præstat vero albus rubeo.* Posterior vero c. 15. l. 11. de melle ita ait, *Apissimum exsistimatur è thymo coloris aurei.* Nisi quis dicat, verba illa *coloris aurei* referenda non ad thymum, sed ad mel ipsum.

13. PINOS.] Exsistimat Petr. Victor. c. 5. l. 25. Var. hoc loci pinos esse, non arbores, sed genus quoddam virgulti, cui perpetua viriditas. Nam Col. cap. 4. lib. 9. loquens de herbis, quæ grataæ sunt apibus, ita ait: *Post hæc frequens sit incrementi maioris surculus, vt rosmarinus, & vtraque cythisus, sed enim satiua, & altera suæ sponte, itemque semper virens pinus, & minor ilex.* Ait enim Victor. non posse in Colum. intelligi commode ingentem pinum. Rationes in eo vide: illæ, meo iudicio, parum firmæ. Nam ex coniunctione ilicis apparet capiendam pinum arborem, quod non vidisse Victorium, miror. Deinde certum

VVA. BHSC. BU 00239

tum est, pinum numerari inter arbores hortenses, & quæ comparatæ sunt ad delitias. Virg. ipse 7. Ecl. assignans loca quibusdam arboribus destinata, pino hortum attribuit: versus sunt,

Fraxinus in syluis pulcerrima pinus in hortis,
Populus in fluuiis, abies in montibus altis. Et quis hic non arborem capiat ex coniunctione cum aliis arboribus? Inde statim in hoc libro describens hortum, pinum in eo collocat, ait enim:

— Illi tiliæ, atque vberrima pinus.

Ex Petron. clare colligas, hanc arborem pertinere ad amœnitatem. Sic enim ait,

Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras,
Et baccis redimita Daphnes, tremulaque cupressu,
Et circum tonsa crepitanti vertice pinus.
Has interludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo vexabat rore lapillos.
Dignus amore locus, testis syluester aedon,
Atque vrbana Progne, quæ circum gramina fusa
Ac molles violas cantu sua rura colebant.

Adduxi integra, nam ex circumstantiis apparet describi loci amœnitatem. Achilles Alexandr. lib. 1. de amoribus Clitoph. & Leucip. Vnius formosissimi hortuli opes describens, arbores quoque maiores adhibet, vt platanum, vt piceam. Ergo, cur non mellarius moneatur à Virgil. vt habeat in suo horto, non solum thymum, & alias herbas, sed etiam pinum arborem, vbi apes quiescant, vbi considant?

A Mihi sane persuadere non possum, virgultum istud aut herbam, quam pinum nominat Victorius, incognitam fuisse herbariis, qui præcesserunt Dioscoridi (inquam) Theophrasto, Plinio, reliquis. Inde est, vt libenter legam in Culice Virgiliano?

Buphthalmusque virens, & semper florida pinus,

Contra correctionem Bembi, qui *picris* reposuit pro *pinus*. Et contra interpretationem Victorij, qui cum retineat *pinus*, tamen de virgulto accipit. Dicitur enim pinus arbor semper florere, quia hyeme etiam viret. Nam si exacte de flore capiendus sit locus, neque picridi Bembi, nec virgulto Victorij epithetum conueniet. Nam, quam tu mihi aut herbam, aut arborem dabis perpetuo florentem? atqui per-

B petuo virentes, multas.

14. MANVM-TERAT.] Illustrat hoc Achil. Statius nam Propert. Tetere manum.

Hasta manus atteris. & Tibul.

Attenuisse manus.

In quo tamen mauult legi, *attenuasse*. Nam *atteruisse* vox insolens. Et deinde Lucr. lib. 1. *Manus attennari* dixit, & Aristoph. apud Athen. lib. 4. αὐλοῖς, καὶ λύραις κατατέτριμμαι. Sed hoc ad verbum *attero* pertinuit.

15 FIGAT HVMO.] Ita Horat. 2. Serm.

Atque adfigit humo diuine particulam aure.

Sil. lib. 1. *Adfigunt terræ* dixit. Val. Max. lib. 1. c. 7. *capite infixo humi*. Quid. 2. fast.

Et solida ramos figere pugnat humo.

[a] Atque equidem extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere proram:
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferique rosaria Pesti:
Quóque modo potis gauderent intyba riuis,
Et virides apio ripæ: tortusque per herbam
Cresceret in ventrem cucumis: nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi,
Pallentesque hederas, & amantes littora myrtos.
[b] Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium vidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant: nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
Hic tarum tamen in dumis holus, albaque circum
Lilia, verbenasque premens, vescumque papauer,
Regum æquabat opes animis: seraque reuertens
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis.
[c] Primus vere rosam, atque autumno carpere poma:
Et cùm tristis hyems etiam num frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Æstatem increpitans seram, Zephyrosque morantes.
Ergo apibus fœtis idem, atque examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis. [d] Illi tiliæ, atque vberrima pinus.
[e] Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
[f] Ille etiam seras inuersum distulit vlmos,

UVA. BHSC. BU 00239

145 Eduramque pyrum, & spinos iam pruma ferentes:
Iamque ministrantem platanum potantibus vmbram.
g Verum hæc ipse quidem spatiis discluſus iniquis
Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo.

ARGVMENTVM.

Horti tractationem aliis relinquit impeditus tum rerum mole, in qua versatur, tum cupiditate finis, cui insistit: tantum attingit vtilitatem horti, aduocato ad exemplum sene quodam Tarentino, cui vita mille bonis & delitiis plena, quod in horti studium incumberet.

EXPLICATIO.

a OCCASIONE præcedentis præcepti de retinendis apibus consito horto iuxta alueariũm, loquitur de horto, sed cursim tantum, excusans se, quod prætermittat partem, quæ vnice pertinet ad rem rusticam. Canerem (inquit) ni essem iam in extremo libro, & pene in portu, curam colendi hortos, qui pingues sunt, & maxime vtiles suis colonis. Canerem Pestum, & Pestanas rosas, quod sane oppidum bifero gloriatur prouentu: Canerem, vti intyba, atque apium gaudeant irrigatione aquarum: vti cucumis ventrosus sit, narcissus fero floreat, acanthus sit flexilis, palleant hederæ, myrti in littoribus proueniant.

b Adhibet exemplum senis Coricij, qui prope Tarentum iuxta Galesum fluuium habebat ruſculum, quod, quia inutile segetibus pecori, vitibus in hortulum formauit, cõseuitque oleribus liliis, verbenis, papauere: quo vno hortulo putabat se Regũ opes exæquare. Reddit rationem huius tam magnæ felicitatis, quia nihil illi deerat ad cibos, nã tametsi sero admodum domum rediret, paratæ illi erant epulæ, neque istæ modicæ, cũ eius mensam cõpleret.

c Discriminat felicitates huius senis per quatuor anni tempora Ver, Autumnum, Hyemem Æstatem. Ver illi rosam suppeditabat, Autumnus poma, Hyẽs acanthum, Æstas apes, mella examina. Adiũgit huic orationi ornamentum indicando studium senis, qui in hyeme cum esset, æstatem votis accersebat, in qua illi futurus magnus mellis prouentus.

d Intellige mentem Poetæ, ideo tiliam statuit, & pinũ in hoc hortulo, vt sint arbores, ex quibus proueniat glutinum, quod necessarium ad opificia apũ.

e Rara hæc felicitas. Solent plerũque arbores in initio, cum gemmant, fertilitatem indicare, deinde aut grãdine quatiuntur, aut vruntur frigore, aut peste aliqua vermium ita afficiuntur, vt miser rusticus spem inanem aluerit frustrato euentu. Non sic huic seni. Quicquid initio gemmationis arbor spopondit, id totum autumno tenuit.

f Euagatur ad alias curas, & delitias hortulani senis, qui eo loci conseuit vlmos, pyros, spinos, platanum. Afficit has arbores suis elogiis. Vlmus sera est, vt quæ tarde proueniat, pyrus edura, id est valida. Spini insignes sũt prunis, platani vmbrã exhibẽt delitiosam conuiuantibus, potantibus, lusitantibus.

g Excusat se, quod non longius producat historiam hortorum sumta metaphora ab Circo. Quasi dicat. Discludor, excludorque ab hoc studio, vt qui sim in iniquo, id est, angusto spatio circi, neque possim euagari, ideo istam curam relinquo posteris.

NOTÆ.

1. VELA TRAHAM. Obserua diligẽtiam Poetæ, cui semel hæsit metaphoræ, huic insistit. Nam 1. Georg. loquens cum Augusto,

Da facilem cursum. & 2. cum Mecænate,
— Pelagoque volans da vela patenti.

Ergo qui totum opus Georg. nauigationis imagine repræsentat, consentanee in extremo libro ait, se vela trahere, se iam velle proram ad littus appellere. Quid. huic metaphoræ hæsit 2. Trist.

Ne tamen omne meum credas opus esse remissum,
Sæpe dedit nostræ grandia vela rati.

2. ADVERTERE PRORAM.] Vulgus omne appellere. exquisitum aduertere. & proram ait, nam hæc portum adspicit, puppis pelagus: tametsi postea situs mutetur. Aduertere proram.

3. PINGVES HORTOS.] Lege volumen 10. Col. & c. 4. lib. 19. Plinij, & pleraque in Xenophonte de paradisiis Regum Persarum, vbi multa habentur de laudibus hortorum, ac perinde de pinguedine, fertilitate, abundantia opum, quibus scatent. Attigit hanc partem egregie, vt solet, Fracast. lib. 2. Syphil. vbi ad lucem Virgilij hortum peramœne describit. Breuis horti descriptio est in scuto Achillis apud Calab. lib. 5. Sicut & in Ouid. 2. Fast. longa satis apud eundem 4 Fast. vbi loquitur de raptu Proserpinæ, & 5. vbi de Flora. Longa item apud Nazianzenum ora. 16. de amore pauperum, & apud Plinium alterum lib. 2. & 5. Epist. Aliquid libat Synesius Epist. 106. & Achilles Alexandrinus lib. 1. Speciosissimam agri formam habet Dio Chrys. orat. 7. dignus est locus, qui adeatur: speciosiorem adhuc orat. 35. vbi loquitur de Indorum delitiis. Adeundus etiam Basilius multis in locis Hex. Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinianum ita belle & breuiter: *ager irriguus, & arborum comæ, fontis speculum, riuus murmurans, & multæ oculorum aurumque illecebræ.* Horti descriptiones.

4. ORNARET.] Hæc sententia Græci dicunt ἐυχρηστίαν. Est enim ornare, apponere quicquid est necessarium ad ornamentum alicuius rei. Ex qua obseruatione Victor. apud Catonem legit *ornatos asinos*, vbi male *onerarios*. Nam idem sæpe Cato ornamenta iumentorum appellat. Ornatrasini.

5. BIFERI.] Hoc Græci διφόρον, δίκαρπον: διφορεῖν, διαφέρειν. Hunc biferum, tristerumve, ac multiplicem prouentũ ita exprimit Hom. Od. 7. in horto Alcin.

ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μήλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
αὐτὰρ ὀπὶ σταφυλὴ σταφυλῇ, σῦκον δ' ὀπὶ σύκῳ.

Pyrus post pyrum senescit, pomum post pomum,
Porro post vuam vua, ficus post ficum.

De Pesto ipso Mart. ep. 31. lib. 12.

Prataque nec bifero cessura rosaria Pæsto.

6. PESTI.] Pestum oppidum, & Pestanum sinum in Brutiis statuit Mela lib. 2. c. 4. & Plin. lib. 3. cap. 5. Rosarum huius oppidi magna in Auctoribus mentio, Ouid. 15. Met. Pestum.

— Tepidique rosaria Pesti. Propert.
— Odorati victura rosaria Pesti.

Claud. de nuptiis Hon. & Mar. Pestanas rosas reginas facit. Mart. ep. 42. lib. 4.

Pestanis rubeant emula labra rosis. Et Ep. 34. lib. 5.

Rosarium Pesti.

Demũ habiere Pestanæ rosæ in prouerb. inde Ouid. inter impossibilia El. 4. lib. 2. de Ponto, Pestanæ rosæ adagium.

Nec Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit,
Calthaque Pestanas vincet odore rosas.

Quam tibi nostrarum veniant oblivia rerum.

Celebrat tamen Mart. violas, & ligustra Pæsti, ep. 27. lib.

UVA. BHSC. BU 00239

27. lib. 9. Plures *Pastus* scribunt, malui *Pestus* sequutus veterum ortographiam.

7. POTIS.] Recurre ad illud 3. Ec. *Sat prata biberūt.*

8. INTYBA.] Dictum de hac 1. Georg.

9. RIVIS.] Aliqui, in his Priscian. & vetus quidā liber, hic legunt *positis* aut *potis fibris* non, *riuis* ad eum modum, quo alibi: — *& amaris intyba fibris.*

Ripæ in hortis, quæ. 10. RIPÆ.] Per ripas Turn. lib. 21. c. 1. intelligit vel vere ripas, vel certam horti partem, videl. coronas, ambitum, puluinum, nam in his locis seri apiū solet: aduocatque versum Aristoph. de apio, & ruta: Mihi visum signari à Poeta partes illas horti, & veluti arcas, quæ instar riparum assurgunt. Sicut enim Græcorum ἄδηνες trahuntur & ad hortos, & ad ripas amnium: in priori enim significatu vsurpauit vocem illam Theoph. lib. 7. Hist. in posteriore Nicand. Theriac. ita ripæ Latinorum tam ad fluuios, quam ad hortos pertinent.

Cucumis ictæ filius. 11. TORTVS CVCVMIS.] Scite ex cucumeris toruositate quæsitus est, iocus Platoni Poetæ apud Athen. lib. 2. qui quendam habere dixit κυλικας σικυῦ πάνυ, *crura cucumeris peponis.* Ceterum egregie Poeta cucumerem dicit hortis ornatum, illum enim veteres terræ filium vocabant feracissimæ. Ita enim illum Matron. Parodus solitus erat appellare, vt est apud Athen. lib. 3.

12. VENTREM]Non abit Propertianum illud, *Cæruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre.*

Cucumeris etymon. Vult Var. dictum cucumerem à curuore. Alij præferunt, tractam vocem à Græca dictione σικυὸν, & κικυὸν appellant illi:

13. SERA COMANTEM.] id est, sero, vt volunt nostri Grammatici: sed præferò, vt sit Græcorum phrasis, ad sera tempora comantem, illi κατὰ. Notum omnibus. Narcissum sero admodum prouenire: sicvti & vlmum, ideo postea, *seras vlmos*, sed non dissimulem in nonnullis libris legi *sero*, quod ante me alius in suis Notis animaduertit.

Acanthus cur humidus. 14. FLEXI-ACANTHI.] De lenticie acanthi loquor alibi. Ab hac lenticie, & flexibilitate credo dici Theocrito ὑγρὸν, *humidum* etiamsi in re alia. Nam quæ humida, eo ipso lenta. Versus est, εἰδ. 1.

πάντα δ' ἄμοι δεύεται ἀγριπάπαια ὑγρὸς ἄκανθος:

Vndique autem circum poculum circumdas humidas acanthus.

15. AMANTES LITTORA MYRTOS.] Adi illud 2. Georg.

Littora myrteis lætissima.

Oebalia. 16. OEBALIÆ.] Oebalia (ait Seruius) Laconia est, vnde Castor, & Pollux dicti Statio, *O Ebalida fratres.* Ergo cum Lacedæmonij Phalanto duce condidissent Tarentum, à conditoribus vrbs ista, Oebalia dicitur Poetæ. Ceterum rationi Poetæ de sene isto Corycio non dissimilis alia Varronis lib. 3. c. 16. de duobus in Hispania fratribus Veianiis, qui agellum à patre relictum in aluearium, & hortum formarūt. Imo crediderim narrationi isti omnino Virgilium institisse.

Niger fluuius quid sit. 17. NIGER.] Turn. lib. 4. c. 14. explicat altum, & profundum: quia, vbi aqua profunda est, apparet esse niger color. Inde Homero fons aqua abundans dicitur μενεαύδης. Sic etiam ab eodem Hom. (addit Turnebo Germ.) Amphitrite ab nigricie dicitur κυανῶπις; & Neptunus κυανοχαίτης, & μελανθής. Vtrique ego Homerum, qui 2. Il. — πίνοντες ὕδωρ μέλαν αἰσήποιο, *bibentes aquam nigram Æsepi.* Et Dionem Chrysost. qui orat. 35. τῶν τε ἄλλων κυανῦν, præcessit ὕδωρ: *aqua propter profunditatem nigra.* Porro ex hoc epitheto corrigit Colius versum Sidonij,

Fucabat picei latex Galesi.

Vbi legendum *fuscabat*, quia Virg. *niger Galesus.* Certe ex versu illo Propert.

Tuscanis vmbrosi subter spineta Galesi,

Allucet aliquid ad interpretationem nouam Vatis, à quo ita fortasse dictus *niger*, vt à Propert. *vmbrosus* ex opacitate arborum fluuium tegentium. Sunt qui malint legere in Virgil. *Piger Galesus.* Primo; quia hic fluuius lente labitur. Deinde, quia nihil cum illo nigrities, cum dicatur Galesus ἀπὸ γάλακτος *lacte.* Non placent isti.

Humecto pro irrigo. 18. HVMECTAT.] Id est, irrigat Græcorum imitatione (obseruauit Victor. libr. 26. cap. 7. qui cum habeant ὑδραίνω, *irrigo*, tamen ad ὑγραίνω *humecto* etiam confugiunt. Firmat hoc loco Euripidis, qui in Prologo Helenæ Nilo Ægyptum irrigāti dat ὑγραίνον. Quem locum, cum ab Euripide acciperet Aristophanes, pro ὑγραίνω, posuit ποτίζω, quod idem. Id ipsum verbum reperi in Strab. lib. 3. ποτίζεσθαι δ' ἀναγκαῖον ὑπὸκύσεως τῶ κυμάτος: *humectari, inundante fluctu, necessarium est.*

Corycius senex. 19. CORYCIVM SENEM.] Sic dictus is senex aut à Coryco ciuitate Ciliciæ, cuius incolæ Corycij dicti. Vel fortasse, Corycius erit, certe Italus, sed qui Corycio more hortos excolit. Hæc duo multi admittunt, nam esse nomē proprium Seruius respuit, quod tamen Germanus inter reliquas opiniones amplectitur. Addit Seruius allusum ad historiam, nam Pompeius victis piratis Cilicibus, partim in ipsa Cilicia, partim in Græcia, partim in Calabria, vbi Tarentum est, agros donauit. Corrigit Seruium Fabricius, non enim piratis Cilicibus donatus ager à Pompeio in Calabria; sed remigibus Cilicibus, quibus vsus erat in eo bello. Ergo hic senex, quem vidit, & agnouit Poeta, vnus erat ex numero illorū remigum. Tu hic expende, vti Poeta rusticum istum ornauerit iam mentione Oebaliæ, sub qua latent Laconia, & Tarentum; iam Coryci, sub quo Cilicia: vt tam magnæ prouinciæ & vrbes, Galesus præterea, & turres altæ confluant ad rem tenuem extollendam. Huius loci, & senis mentio illata ab Sidonio in Narbone:

Siue hortis spatiatur in repostis:
Quales multifera virent in Hybla:
Quales coryciam senem beantes
Fuscabat picei latex Galesi.

Pauca iugera. Multa iugera. 20. PAVCA.] Præclare notat Achil. Stat. in Tibul. *pauca iugera* ab auctoribus dici, non parua: sicuti *multa iugera*: non magna conferam testimonia, nam Vatem illustrat Horat. od. 16. lib. 3.

Syluæque iugerum
Paucorum. Ouid. 3. Fast.
Iugeraque inculti pauca tenere soli. Mart. lib. 1.
Culti iugera pauca soli.

Et Basil. dixit πλέθρα γῆς ἴσα, καὶ ἴσα. Alterius rei exempla Tibul. El. 1. lib. 1.

Et teneat culti iugera multa soli.

Sic legendum est l. 5. non *magna* idem El. 3. lib. 2.

Et multa immensa iugera pascat ouis. Et 3.
Aut vbi multa mei renouarent iugera tauri.

Ouid. 4. de Pont.

Et teneat glacies iugera multa freti.

Relinquo de testamentis. 21. RELICTI.] Cum hic Seruius accipiat detestum, & contemtum agrum, alij paternum, & hereditariū, extremum hoc docte, vt solet, illustrat Ger. Mart. *Res non parua labore, sed relicta.* Est enim *relinquere* verbum funebre, & testamentarium. Hom. 22. Il.

ἀτρεὺς δ' ἔτι ποιμὴν ἔλιπε πολύαρνι δυέστε:

Moriens Atreus reliquit pecoroso Thyeste: & statim,

αὐτὰρ ὁ αὖτε θυέστ' ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι:

Verum hic rursus Thyestes Agamemnoni reliquit ferre.

Plato de Anaxagora, κεκτῆσθαι τὰ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων:

UVA. BHSC. BU 00239

χρημάτων: *Cum illi opes relictæ essent magnæ.* Tibul. libr. 4.
Sed licet asperiora cadant, spoliorque relictis.
Ita etiam Arist. lib. Eth. distinguit κλήρους χρήματα, ab eo quod est παραλαβεῖν: quod illud sit quærere, hoc, ἐκ διαδοχῆς καὶ κληρονομίας λαγχάνειν capere ex successione & hereditate. Ergo Poeta talem agrum innuit, qualem Horat. describit.

Auitum apto
Cum Lare fundum. Od. 12. lib. 1.

Sed nihil æque ad rem Poetæ facit, quã locus Varr. c. 16. lib. 3. Nam illi in hoc agello senis describendo Virg. institit. Ait itaque Varr. *quibus cum a patre relicta esset parua villa, & agellus, &c.* loquitur videlicet de duobus fratribus, qui relictum à patre agellum, illum in aluearium, & hortum efformarunt.

Ruris etymon. 22. RVRIS.] Falsum est, quod ait Varro, dicta rura, quod rursum ex eis percipiantur fructus, cũ sint ex Græco ἔρυσις, prima littera abiecta, vt ἀμέλγω, mulgeo, & plura eiusmodi. Scal. in coniect.

23. NEC FERTILIS.] Videtur mihi Poeta tacite respexisse ad ea, quæ late ipse scripsit 2. Georg. de qualitatibus terrarũ, cui rei aptæ essent hæ præ illis.

24. HIC RARVM.] Hinc incipit horti descriptio, in quo describendo Poeta institit Homer. vestigiis Odyss. 7. Sed ita tamen vt multa adderet, mutaret, præteriret. Consilium Hom. ibi est, exhibere hortũ constitum arboribus tantum fructiferis, quem ideo recte Tertul. lib. de Pal. *pometum vocat.* Dat itaque ibi tantum pyros, malum punicam, ficus, oleas, vuas. Noster, præter voluptatem, in qua parum sistit, vtilitatẽ diuerso modo atque Hom. spectat: nec n. vult solum hunc hortum hero esse vtilem, sed etiam apibus. Hero seruiunt, poma, pyrus, prunæ: apibus varij flores ad opificium mellis; tiliæ vero, & pinus ad gluten eliciendum, quo illæ maxime indigent.

25. ALBA LILIA.] Ad discrimen aliorum, quæ rubent. Vidi ego in Hispania sæpe rubẽtia lilia. Voco lilia, quia iis eadem forma cum aliis, tantum diuersus color. Fortassis etiã ad discrimẽ Iridũ, quibus est color purpureus, id est, morado. Iridũ n. colorem nomino purpureum ex notione huius vocis, quam alibi aperio. Ideo autem *cruentum*, quia solent seri lilia non tam in ipsis areis, quam in puluinis, qui sunt ad oras hortorum: nam media frugiferis reseruantur.

Verbena pro verbenaca. 26. VERBENAS.] Quamuis verbenarum nomine sæpe herbæ intelligantur in communi, tamẽ in hoc loco non satis acceptio hæc communis expediendo Poetæ, numeranti verbenas inter lilia, & papauera, vt rem diuersam. Credo itaq; illum peculiaris herbæ meminisse. Esse autem verbenam, non solũ herbam omnem in communi, sed peculiarem aliquam, nimirũ verbenacam, satis nos docet Plin. qui cũ c. 2. lib. 22. dixisset, verbenas seruire legationibus Romanorum, postea c. 9. l. 25, reuocãs nos ad primum locum, ait: *Nulla tamen Romana nobilitatis plus habet, quam hierobotane. Aliqui peristereon, nostri verbenacam vocant. Hæc est, quam legatos ferre ad hostes indicauimus.* Ruellius quoque c. 20. lib. 1. verbenam, & verbenacam eandem facit, quam & Græcis ait peristereon vocari, id est, columbariam, quod colũbæ in ea maneant. Omnes denique hoc proclamant. Dicat rudis aliquis nimirum hærens Turnebo, Mure. Scal. aliis, tantum ibi habitam verbenam esse eandem cũ verbenaca: sed quid, si verbenaca etiam est herba omnis sacra: Hoc non diluo in tanta luce Auctorum, qui rudem hunc doceant secus, quam ipse putat. Cum autem Poeta hunc hortum velit esse constitum ad apum vtilitatem, fortasse verbenacam adhibet, vt glutinosam. Nam huic inesse vim glutinandi satis indicat Auctor ille, qui scripsit librum de simpl. medicamentis, qui liber Galeno tribuitur.

27. PREMENS.] Terræ infodiens. Adi 2. lib. Geor. ad illud,
Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros.

28. VESCVMQVE PAPAVER.] Seruius explicat *quo vescimur*, vtique edule, ἐδώδιμον. id placet. Quæ de hac voce Ouid. & alij scripsere, vbique obuia.

29. REGVM ÆQVABAT OPES ANIMIS.] De hac re satis fusè 2. Georg.

30. MENSAS.] In hac voce Græcam originem agnoscit Var. & quasi μέσων dictam ait, quia media inter conuiuas. Mensæ etymon.

31. INEMTIS.] Hinc Horat.
Dapes inemtæ. Et Prud. Hym. 4. Cathem.
Cernit forte procul dapes inemtas. Et Fracast. lib. 2. Syphil. *At tibi si ex horto victus, mensæque Deorum*
Sunt animo, & quæ olerum simplex & inemta voluptas.
Ita Claud. Epig. *Inemta salus.*

32. PRIMVS VERE ROSAM.] Cum hic digerat felicitatem huius agricolæ per quatuor anni tempora, omnino hæsit Hom. 7. Odyss. Vbi Alcinoi hortum felicem canit hyeme, æstate, toto anno. Est enim solemne Poetis omnibus, vbi loquuntur de Vere, rosæ mentionem addere, & tempus istud hoc flore ab aliis temporibus distinguere, quasi nihil felicius nascatur toto Vere. Anacr. ῥόδον ἔαρος μέλημα: *Rosa veris cura.* Poeta hic,
Primus Vere rosam. Lucr. lib. 1.
— *Vere rosam, frumenta calore.* Claud. epith. Pall.
Vt thalami tetigere fores, tum vere rubentes
Defuper inuerunt cælabos, largosque vaporum
Imbres. Libanius in Progymnas. Ver describens, inducit illud formosum tũ aliis floribus, tũ maximẽ τῷ ῥόδῳ. Quo loco postea rosarum bis meminit in verno tempore, vt quo nemo florum spectabilior. Rosa præcipua nota veris.

33. TRISTIS HYEMS.] Arripuit hoc epithetum Nemes. 1. Ecl. Ouid. 1. Art. & in Ibin. Claud. loquens de Nilo. Alij passim.

34. CVRSVS FRÆNARET AQVARVM.] Sumsit à Luc. 1. 6. *Et mora, quæ fluuios passim refranat euntes.* Q. Seren. dixit, *frænare cruorem.* Frænare aquas.

In Epigrammate Germanici Cæsaris (si illius) legitur *frænatas aquas* non *concretas* vt vulgo. Dabo integrum epigramma, vt legitur in Fragmentis Petronij, quod in nonnullis à vulgato dissideat, addat insuper distichum,

Thorax puer adstricto glacie cum luderet Hebro
Frigore frænatas pondere rupit aquas.
Cumque ima partes fundæ raperentur ab imo,
Abscidit a iugulo lubrica tecta caput.
Quod mox inuentum mater dum conderet igni,
Hoc peperi, fluuius, cetera, dixit, aquis.
Me miseram plus amnis habet, solumque reliquit,
Quo nati mater nosceret interitum.

Ceterum istam aquarum frænationem præ frigore Poetæ scholastici variæ extulerunt. vide. *Glacies concreta instar marmoris, versa in marmor solidum, coacta vnda frigoribus, stricta, obstupefacta, durata.* Sic & Ouid. 4. de Pont. *Duratus frigore Pontus.* Ante illos Lucret. lib. 6. *Duramen aquarum.* Horat. ita effert. *Hebrus vinctus niuali compede.* A quo fortasse Ouid. 2. Pont. eleg. 2. *Vndaque vincta gelu.* Idem Oui. ita *Cois Ister astrictis aquis: Ister aquis iungitur.* Sid. Pan. Anth. *Cum starent Hebri latices, cursusque ligato.* Sic & Claud. 2. in Eutr. — *Exsanguem glacie timor alligat Istrum.* Et de laudibus Herculi. *Soluis hærent flumina lymphis.* Alij *Vnda diriguit, riguit, steiit, constitit.* Fracast. 1. Syphil. *Bruma riget, duratque gelu, spargitque pruina Tellurem & gelida glacie vaga flumina sistit.* Et Ouid. El. 10. lib. 5. Trist. *Ter frigore constitit Ister.* Ante illos Apollin. loquens

VVA. BHSC. BU 00239

loquens de Medea, ποτμίδιος ἴουιν. Thucid.libr. 3. ita pulcre effert, κρύσταλλος ὑπαὶ πάγει βέβαιον, *crystallus concreuerat in solidam glaciem.* Aquam enim crystallum vocat. Hic labor variandi, quem interdum suscipio, seruiat (parcant viri) nouitiis Poetis, quibus sæpe consulo in his commentariis.

35. TONDEBANT ACANTHI.] Obseruat Achil. Statius in omnibus vetustissimis codicibus Virgilij, hunc versum ita legi,

Ille comam mollis iam tondebat Hyacinthi.

Et quidem simili numero, breui (inquam) syllaba post quartum pedem producta, Virg. ipse 6. Ecl.

Molli fistula Hyacintho.

Et Catul. *Iam veniet virgo, iam dicetur Hymenæus.*

Idem, *Tum Thetis humanos non dissexit Hymeneos.*

Increpito, pro accerso.

36. INCREPITANS.] Accersens, vt increpo apud Lucretium, *Voce increpet æri.* Exprimitur quippe impatientia votorum, & studij. ita Polit. de Cornice in Rustico,

Crocitunque graui pluuiam increpat vsque morantem.

id est, accersit.

37. ZEPHYROS. Illustrabunt hanc partem, quæ dixi 2. Georg. in descriptione Veris.

38. TILIÆ, PINVS.] Dictum de vtraque. Quære Indicem. Credo potius Poetæ, quam Colum. scribenti c. 4. lib. 9. Tilias nocentes esse apibus, non vtcunque, sed solas.

39. FLORE NOVO.] Lucr. 1.

— Iuuatque nouos decerpere flores.

40. INDVERAT.] Adi illud 1. Georg.

— Cum se nux plurima siluis
Induet in florem.

Versus de arborum ordinibus.

41. IN VERSVM.] Id est, in ordinem, Græcorum imitatione, qui στίχον quoque ad arbores traducunt. Xenophon. Oecon. ἐπεὶ δ' ἐδιδάξατο αὐτὸν ὁ Λύσανδρος ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα ἕκαστα, δι' ἴσου δὲ τὰ πυροῦ δημένα. Quæ sic vertit Cic. *Cum autem admiraretur Lysander, & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines.* Vbi στίχους Græci, id est, *versus* reddidit, *ordines.* Plin. etiam cap. 11. lib. 17. *In disponendis arboribus, arbustisque, ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata & necessaria, non perflatu modo vtilis, verum & aspectu grata, quocunque modo intueare, in ordinem se porrigens versus.* Quæ verba inuitant me, vt in Virg. per versus vlmorum intelligam quincuncem.

Edurus.

42. EDVRAM.] Ait Gisan. præpositionem, è, augere hic significationem imitatione græci sermonis, qui, ἐκπλεῖν, ἐξέρυθρος, &c. Ita etiam Ouid.

Nec tamen edure, quod petis illa, nega.

Similes huic aliæ voces, *eximius, exaugeo, exalbidus*: sed & *escendo* apud Varronem, & Salustium in Iugurth. & *ecclesus* apud Prudent. 2. contra Sym.

Cum super ecclso pugnarent Numina saxo.

Sic enim contendit legendum in his locis Gisan. non excelso, non ascendo.

43. SPINOS.] Cum duplex sit prunus: alia satiua, vrbana, domestica, alia syluestris: hanc à Virg. vocari spinum, scribit Carol. Steph.

Platanus arbor comparata ad delitias.

44. MINISTRANTEM PLATANVM POTANTIBVS VMBRAM.] Platani vmbra, vt iucundissima, ita celebratissima. Horat. 2. Od. 11.

Cur non sub alta platano, vel hac
Pinu iacentes.

Claud. in Honor. Epithal. inducit Honorium cubantem sub Platano.

Cum post labores sub platani cubes
Virentis vmbra, vel gelido specu.

Et in altero epithalamio Palladis cupidinem. Plin. lib. 12. c. 1. *Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus hæc est.* Et lib. 17. cap. 12. De vmbris arborum loquens *iucunda & Platani, quamquam crassa.* Alter Plin. de similibus delitiis lib. 5. Epist. *Hedera truncum, & ramos pererrat, vicinasque platanos transitu suo copulat: has buxus interiacet, exteriores buxus circumuenit laurus, vmbraque platanorum suam confert.* Cic. & Plato disputationes suas fingunt sub platano. Prior Crassi, & Sceuolæ: posterior Socratis, & Phædri. Huius adducam verba. *Platanus ista patulis admodum ramis & procera est, & altitudo viticis illius, spaciaque pulcra nimium, & amœna, ac præcipuum nunc habet floresendi tempus, vt omnis circum locus suauitate compleatur odoris.* Lege reliqua. Attigit huius arboris laudes obiter Petronius:

Nobilis æstiuas platanus diffuderat vmbras.

Nicander, qui eam vocat πρεσβεγῆ, quod in æstate ad vmbram suam lectum præbeat. Iuuat etymologia, nam ita dicta est arbor, quod latis vndique & patulis sit diffusa ramis. Obseruat Germ. respectum à Poeta ad habitum hujus arboris, quæ in modum tecti solet concamerari. Tale celebrat Mart. libr. 9. plantatum ab ipso Cæsare Cordubæ:

Ædibus in mediis totos amplexa penates
Stat platanus densis Cæsariana comis.

Talem Historici prædicant in Lycia, domicilij modo concauam: talem fuisse dicunt platanum Caligulæ in Veliterno: talem in Creta illam, sub qua Iupiter cum Europa concubuit: talem illam, quam Delphis manu sua Agamemnon secuit: talem auream platanum Regum Persarum, quam celebrat Dio Chrysost. orat. 6. & 57. & alij. Sed cum Poeta ignate dicat dari vmbram à Platano compotoribus, hanc partem illustrat idem Germ. nam Plin. & Macrob. aiunt, hâc arborem vino exhilarari, atque ali: adeo vt Hortensius petierit à Cicerone, diem actionis commutari, quod esset eo die iturus in Tusculanum ad platanos suas vino irrigandas. Porro morem edendi sub arboribus iucunde & festiue, tum Noster celebrat libr. 7. Æn. tum Vrsin. illustrat in Appendice ad Romanum Triclin.

Platanus vino exhilaratur.

45. SPATIIS DISCLVSVS INIQVIS.] Obseruo hic quiddam non vulgare ad diligentiam Poetæ. Librum alterũ Geor. exordiitur à maris metaphora,

— Pelagoque volans da vela patenti.

Eundem finit cum metaphora equorum, & Circi:

Sed iam tempus equum fumantia soluere colla.

Similiter hic sui memor breuem hanc partem rusticam de hortis à mari incipit, & velis, in circum, & equos desinit. Pulcre Oppian. 2. Hal. vtramque metaphoram coniunxit equestrem, & maritimam ad rem gulæ.

πολλοὶ γὰρ τοῖσι κ' ἐν ἀγυιᾶσιν, ὅτιπ κέλευτυς
ἰνίεμ. γασρὶ δ' ἀάσπετος ἐσπέτωσι χάλκος:

Multi enim tales etiam inter homines, quibus soluta sunt
Habena, ventrique omnes indulgent rudentes.

Vtriusque metaphoræ affinitas ita est magna, vt Synesius Epistol. 4. rem nauticam illustret cum re Circi. ἀποβῆναι νεὼς ἐκ πρώτης ἀρετῆς: *è nauis descendere, tanquam è primis carcer bus.* Vtramque coniunxit Ouid. per initia Fastorum, nam cum dixisset,

Dirige nauis iter.

Et post pauca addit,

Vates rege vatis habenas.

Atque etiam 2 cum ait de suo cantu,

Inque suo noster puluere currat equus. Et postea:

Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.

Iterum 4. Nam primo:

Nunc teritur nostris area maior equis.

Post pauca:

Dum licet, & spirant flamina, nauis eat.

Et lib. 2. de Pont. El. 6.

Que

VVA. BHSC. BU 00239

Quæ tu cum præstes, remo tamen vtar & aura:
Nil nocet admisso subdere calcar equo.

Idem ferme 2. Art.

Cum mora non tuta est, totis incumbere remis
Vtile, & admisso subdere calcar equo.

Ergo ad hanc Auctorum lucem non te pudeat, lector, vtramque metaphoram coniungere. Hoc moneo, nam sunt, qui pertinaciter hæreant vulgari præcepto, de persistendo semper vni eidémque metaphoræ. Porro ab isto fine initium suum duxit Columel. in lib 10.

A *Hortorum quoque te cultus Siluine docebo,*
Atque ea quæ quondam spatiis exclusus iniquis,
Cum caneret latas segetes, & munera Bacchi,
Et te magna Pales, nec non cœlestia mella,
Virgilius nobis post se memoranda reliquit.

Eosdem versus vsurpat S. Hieron. Epist. 49. ad Innocentium.

46. ALIIS POST COMMEMORANDA RELINQVO.] Locus apertissimus Platonis 2. Polit. μισθοὺς δὲ ἢ δόξας τέρπει ἄλλοις ἐπαινεῖν: *Opiniones autem & præmia aliis laudanda relinquo.*

a Nunc age, naturas, apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ
Dictæo cœli Regem pauere sub antro.
b Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnísque agitant sub legibus æuum:
Et patriam solæ, & certos nouere Penates:
Venturæque hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

ARGVMENTVM.

Incipit Rempublicam, & mores apum, quos vt præstantes in Iouem confert. Habent illæ communem sobolem, patriam, cibum.

EXPLICATIO.

HINC incipit descriptio Reipublicæ apũ, quæ visa mulcis ad humanam administrationem accedere. Res initio fabulis inuoluitur à Poeta exortante ad hunc modum rem naturalem. Sententia paraphrastice ista est. Age mi lector, expediam tibi naturas, moresque quos ornamento magno addidit apibus, non quilibet è vulgo Deus, sed ipsemet Iupiter: expediam pro qua mercede, pro quo merito tantum honoris adeptæ sunt, vt sequerentur sonitus Curetum, æris crepitacula factæ altrices Iouis in antro Cretæ. Indicat Poeta, additos à Ioue apibus præstantes mores, quod bene meritæ de illo in Creta fuerint, instillato melle in eius os. Fabula, quam attingit, ista est, Deuorabat Saturnus filios; Curetes, ne natum Iouem eadem voracitas perderet, vagitum infantis celarunt crepitibus cymbalorum: quia vero nutrix deerat, subiere apes munus istud, inuitatæ pulsibus cymbalorum.

b Incipit istam apum Rempublicam ab fœtu, ab vrbe, ab penu, quæ tria communia apibus, quod nulli generi brutorum animantium contingit. Sunt enim his solis nati communes, communis patria, cibatus communis, quem congerunt æstate ad vsum hyemis. Cum ait, *in medium reponunt*, nihil aliud signat, quàm communem esse cibum. Obserua diligenter, vt Poeta se à calũnia vindicet. Duo tantũ prima ait solis apibus conuenire, vt vere est: in tertia abstinuit à voce illa *solæ*, quia formicæ etiam, fortasse & alia, in medium quoque reponunt suum penus.

NOTÆ.

1. NVNC AGE.] Similis exorsus est in Lucr. lib. 2. ad transitionem:

Nunc age dicta meo dulci quæsita labore
Percipe.

2. IVPPITER.] Ab Ioue. vt vides, rem apum exornat Poeta: attingitque originem mellis, indicãs tum primum incepta mella fieri ab apibus, cum inuitatæ crepitibus cymbalorum confluxerunt in os Iouis. Sed turbata omnia in fabulis. Quid enim 3. Fastrem istã ad Bacchum detorquet. Versus illius sunt,

Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro
Non habet ingratos fabula nostra iocos.
Iamque erat ad Rhodopen, Pangæaque flumina venturn
Ærifera comitum cum crepuere manus.
Ecce, nouæ coeunt volucres tinnitibus actæ,
Quoque mouent sonitus ara sequuntur apes.
Colligit errantes & in arbore claudit inani
Liber, & inuenti præmia mellis habet.

Itaque origo prima mellis fuit crepitus cymbalorum auditus, vel in Creta à Curetibus Iouis comitibus, vel in Thracia à bacchantibus in comitatu Bacchi.

3. ADDIDIT.] Firmat hoc verbũ explicationem meam. Mores enim & Respublica addita est apibus, & cur addita, nisi quia Iouem pauere.

4. MERCEDE.] Cum merces & mercor ducentur à mereor, omnino pro mérito explicui, quæ significatio vnice quadrat huic loco. Dicit n. dicturum se meritum, quo apes peruenerunt ad dignitatem nutriendi Iouis immistę vna erepitibus Curetum. Qui velit Poetam capere, vt vulgo alij, possit per me.

5. CVRETVM.] Potes hic lector intelligere Cretenses omnes, nam in Creta natus & nutritus Iupiter: Sed melius, fratres quospiam, qui Iouis nati curam susceperunt, subtraxerúntque crudelitati Saturni. Hos nouem fuisse Echemenes scripsit in rebus Cretensium, Dionysius Chalcidicus quindecim, Pherecydes quinquaginta & duos. Adi Natalem lib. 9. c. 7. Ait vero Strab. lib. 10. dictos Curetas, quasi κυροτροφήσαντας, quod Iouem aluerint. Qui multa de his volet, legat Strabonem. Nonnulli Interpretes hic vsque ad nauseam; Visum mihi dare tantum versus Lucret. è lib. 2. quia nonnulla alluso Nostri ad illum,

Dictæos referunt Curetas, qui Iouis illum
Vagitum in Creta quondam occultasse feruntur,
Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati, in numerum pulsarent ensibus æra.

Et Papin. 4. Theb. quia ad vtrumque:

— *Qualis Bericynthea mater*
Dum circa puerum iubet exsultare sonantem
Curetas trepidos, illi certantia plaudunt

Orgia,

Curetes.

Mellis origo.

UVA. BHSC. BU 00239

Orgia, sed magnis resonat vagitibus Ida.

An Curetes distinguantur à Corybantibus, an ipsissimi sint, ad Vatem nihil: Lege de hac re Notam Delr. in Oct. Sen. pag. 201. Eleganter ad hanc fabulam alluit Gregor. Nazianz. orat. 39. *Non sunt hæc partus, & furia Iouis Cretensium tyranni, neque Cureum soni & plausus, armatæq; saltationes Dei vagientis clamorem obruentes, vt crudelem patrem effugeret.*

Æs in sactis.

6. ÆRA.] Non hic capias metalla omnia in communi, sed signate æs ipsum, nam hoc vnice sacris seruisse multa docent. Iuuabatur Luna contra vim magarum æneis tinnitibus, non alius metalli. Herbæ multæ, quæ sacris seruiebant, secabantur falce ærea, non ferrea, neque alterius materiæ. Cultri hostiarum ærei sæpe erant. Lege Notam Cælij

aquilibus ni [illegible] corpore.

c. 6. lib. 29. Sed signatissime Curetas istos dictos χαλκάσπιδας, quod æneis scutis verentur. Auctor est Strabo lib. 10. & Mened. Samius in Comm. de rebus Sami. B

Dicte in Creta.

7. DICTÆO.] Fuisse in Creta Iouis incunabula, vulgatissimum; ideo ab Dionys. Afro. hæc insula dicitur διὸς μεγάλοιο τιθωνίμαγni nutrix Iouis. Latinus Pacatus Panegyr. *Terra Cretensis parui Iouis gloria cunabulis.* Mæro Græc. Poeta,

Ζεὺς δ' ἀρ' ἐνὶ κρήτῃ τρέφετο μέγας.
Magnus Iupiter nutritus est in Creta.

Nazianz. orat. 39. διὸς κρητῶν τυραννικοῦ. *Iouis Cretensium tyranni.* Quid 3. Am.

Cretes nutrito terra superba Ioue.

Iouis incunabula vbi.

Mitto infinitos. Sed quid locus Cretę, his cunis nobilitatus? Poeta Dictem signat (est hic mons Cretæ) in quo consentit eum Apollon. 2. Arg. C

ὄφρα ζέλος ἐπὶ κῆρ᾽ ἕπῃ φρεσὶ νήπια εἰδὼς
δικταῖον ναίεσκεν ὑπὸ σπέος.
Donec erat parvus, donec puerilia sensit
Iupiter, incoluit Dictæi montis in antro.

Ad rem pertinet etymon, dicunt enim Dicten dici ἀπὸ τοῦ δίεσθαι, ἤγουν πάντα. Sil. lib. 12. *Regna Dictæi Regis.* Galenus quoque lib. 9. de Compos. Pharm. ait: Iouem nutritum & occultatum in Dictæo Cretæ monte. Dissentit tamen Callimachus, qui in Hymn. ζεῦ, σὲ μὲν ἰδαῖοιον ἐν ὄρεσι φασὶ γενέσθαι: *Iupiter, Idæis aiunt te in montibus ortum.* Est Ida mons Cretæ. Sed dissidentes Auctores (etiamsi hoc nihil interfit, nam in fabulis mista omnia) in concordiam adduces ex Arato ita scribente: D

δίκτῳ μὲν ἐνὶ δικτὶ ὄρεϊ κρεῖον ἰδαῖοιο
αὖτρα ἐγιγνάτεσκεν, ἑ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν
δικταῖοι κέρητες, ὅτε χρόνον ἐξεδύσετο.

Dictæi Curetes reposuerunt (Iouem) *in antro Dictæo bene olenti prope Idam montem, ibique nutrierunt per annum, decepto Saturno.* Vti excusandus sit Propertius, qui Iouem dixit natum in Ida Phrygiæ, lege Delr. in Sen. Troad. pag. 238. Scio ab aliis induci natum hinc Deum aliis orbis partibus, sed mentio ista parcissima est, si conferas cum his, quæ de Creta ab infinitis traduntur.

Iupiter nutritus à capra.

8. PAVERE.] Solemne est admodum Poetis & Græcis & Latinis Iouem nutritum fuisse à capra: Nunc mihi satis Aratus, qui in Phœnam αὐξ ἱερὴ, τὴν ῥῶτε λαὸς Διὸς μαζὸν ἐπέσχεν: *Sacra Iouis capra est, quod præbuit vbera puero.* Poeta hoc munus apibus dedit, fortasse habita ratione augurij. Apes enim mel instillasse in os Iouis recens nati, fore illum Regem indicabat. Inde signanter *pauere Regem cœli.* Adiuuat Hieron. Regis historia, quam Iustinus ita repræsentat lib. 24. *Paruulum, & humanæ opis indigentem apes, congesto circa incentem melle, multis diebus aluere. Ob quæ rem respondo arus picum admonitus pater, qui regnum infanti portendi cauebant, parcum recollegit, omnique studio* E

Apes Regiæ augurium.

Apes eloquentiæ portendunt.

A *ad spem maiestatis, quæ promittebatur, instituit.* Artemidorus quoque ait lib. 2. Onir. cap. 22. apes insidentes capitibus significare futuros duces, & imperatores exercituum. Apud Herod. lib. 5. Est historia Onesili, cui isto ostento contigit diuinitas. Illi enim quotannis sacrificia sunt instituta, quod in eius defuncti caput apes mel congererent. Mitto hic isto apum officio eloquium portendi, & sermonis dulcedinem. Probant hoc historiæ Platonis, Pindari, Ambrosijin quorum ora, infantes cum essent, apes aduolarunt, & mel instillarunt. De Platone videndus Plinius lib. 11. cap. 17. de Pindar. Æliánus libr. 12. Var. hist. cap. 45. Et Dio Chrysostom. orat. 64. de Ambrosio eius historia. Redeo ad Iouem, de quo roget quispiam, vnde Poeta confinxerit, apes dedisse Ioui mel? Fortasse ex historia: præstat audire verba Lactantij capit. 22. lib. 1. *Didymus in lib. ἐξηγήσεως ποιήσεως ait: Mellissea Cretensium Regem primum Diis sacrificasse, ac ritus nouos, sacrorumq; pompas introduxisse. Huius duas fuisse filias Amalthean, & Melissam: quæ Iouem puerum caprino lacte, ac melle nutrierunt. Vnde Poetica illa fabula originem sumsit, aduolasse apes, atque os pueri melle complesse.* Inde fortasse a melissis, id est, apibus, aut a melle, dictus est Græcis Iupiter μειλίχιος, cuius meminit Pausan. & Attic. & Corint. Ab eodem fortasse pietatis officio erga Iouem apes dicuntur ab Claudiano πιε de laudibus Serenæ. Est vero in versu Virgil. similitudo ad illud Apollon. 1. Argon. δικτυον ναίουσιν ὧν σπέος. loquitur de Ioue. Sed quoniam sum in his animalibus, quæ Iouem nutricrunt, non omittam, etiamsi ἐκ παρέργου, scribi ab Athenæo lib. 9. ex Agathocle Babylonio, Ioui suem præbuisse vbera. Signata verba sunt, παλαι ὑπ᾽ ἀρχῆ ὑν. Addit eque grunnitu suis non auditum esse lantum infantis. Addam etiam scribi a Mærone Græco Poeta, Deum istum nutritum fuisse a columbis ambrosia, ab aquila nectare. Versus sunt apud Natal. lib. 2. c. 1.

Apes cur fingantur dedisse Ioui mel.

Iupiter nutritus à sue, à columba, ab aquila.

ἣ μὲν ἄρ᾽ τρόφεσκε Διὸς τερέτρον ἄμβροσίῃσιν φορέουσα δ᾽ ὀπὶ ἀκλαυτὸν γονῆος
νέκταρ δ᾽ ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς αἴθε ἀφύσσων
γαμφηλῇ, φορέεσκε πατὴρ δὲ μιν ὑπὸ πτερύγεσσιν:
Hunc in spelunca sacra pauere columbæ,
Fluctibus Oceani ambrosiamque tulere volantes.
Ast aquila huic nectar de petra dulce quod hausit
Mox rostro sublime volans afferre solebat.

Apum vita communis.

9. COMMVNES.] Hanc communem apum vitam & societatem celebrat Aristi. libr. 9. Histor. Qui enim legerit capit. 40. libr. illius, satis disciplinam hanc deprehendet ex migrationibus apum, ex coloniis, ex reliqua administratione ciuili. Plin. libr. 11. cap. 5. *Nihil nouere nisi commune.* & cap. 10. *Neq; enim separatim vescuntur, ne inæqualitas operis & cibi fiat, & temporis.* Plutarch. in opere; An seni regenda sit Respublica apibus dat τὸ κοινωνικὸν communitatem. Basil. ἑξαημ. 8. ἀξ. loquens de apibus κοινὴ μὲν ἡ οἴκησις, κοινὴ δὲ ἡ τῶν ἐργασιῶν ἁπάντων μέλι: *communis est habitatio, communis volatus, una omnium actio.* Dio Chrysost. orat. 48. de apibus ita ait: ζωοτροφοῦντα δὲ ἀγελάδια μικρὰ, καὶ παρέχοντα ἑαυτὰ αὐτοῖς, καὶ κεφάδια. Simul opus faciunt, simul viuunt, ipsæ sibi præbent escam, & fruuntur ea: ibidem signans hanc communitatem ait, ἀλλήλαις μὲν ὁμονοοῦσι. Concordant inter se apes. Theodor. oratt. 5. de Prouid. *Nec quicquam apud illas priuatum est, aut proprium; sed communis apum thesaurus, & indiuisa rerum possessio.* Ambros. libr. 5. Hex. cap. 21. *Apes sola in omni genere animantium communem omnibus sobolem habent, vnam omnes incolunt mansionem, vnius patriæ claudiuntur limine, in commune omnibus labor, communis cibus, communis operatio, communis vsus & fructus est, communis volatus. Quid plura, communis omnibus generatio, &c.*

UVA. BHSC. BU 00239

Platonis Respublica.

Sunt qui putent, & merito adumbrata à Vate ciuilem administrationem Plat. qui lib. 5. de Rep. astruit debere esse communia non solum bona fortunæ, sed etiam bona corporis, & animi, & ipsos adhuc liberos. Ex hac vrbis imagine dixit Didymus loquens de ape ἡ πολιτεία τέτε τῦ ζώε ἀκριβῶς τὰς μελίσσε ἐνομοθέτησε τῶν πολεων: Politia huius animalis similis est vrbibus optime institutis. Varr. etiam c. 16. li. 3. *Hæ, vt hominum ciuitates, quod hic est & Rex, & imperium, & ciuicitates.* Dio Chrys. Orat. 44. in argumentum huius communitatis, quam apes amant, adducit hanc illarum proprietatem: videl. nullam esse apem, quæ relinquat suum alueum, transeatque ad alium; etiamsi alieni aluei multis commodis perfruantur, proprij omnium sint inopes. Non hic me tempero, adducam enim in gratiam religiosorũ locum eiusdem Dion. Chrys. Orat. 39. vbi magnis laudibus amplificat cõmunitates, quibus ineſt magna concordia. Omitto Græca, quia multa. Ait itaque luculenter: *Quod enim spectaculum pulcrius ciuitate consentiente? quæ auditio grauior? quæ ciuitas melius consultat, quam quæ simul consultat? quæ facilius agit, quam quæ simul agit? quæ minus frustratur, quam quæ eadem consulit? quibus incundiora sunt leuiora, quam communiter ferentibus? quibus varius accidunt dura, quam se mutuo seruantibus? quæ ciuitas ciuibus est amabilior? quæ honorabilior hospitibus? quæ commodior amicis? quæ inimicis formidolosior? à quibus laus videtur*

Cõmunitatis elogia.

A *credibilior? à quibus vituperium verius? qui nam apud eos, qui verum potiuntur, maiorem nanciscuntur reuerentiam? quinam apud imperantes magis parem obtinent honorem? quos magis? Imperatores magis parem obtinent honorẽ? quos magis Imperatores reuerentur? quosnam ita diligunt benigni Principes? quosnam minus contemnunt praui homines? Nonne enim constat, quod concordibus, non solum imperium gerentes, sed etiam Dij attendant.*

10. AGITANT ÆVVM.] Ita Græci βίον ἄγειν, & Lucian. τὰς ἀλκυονίδας ἡμέρας ἄγειν: agere dies Halcyonios. Et Thucyd. lib. 5. ἄγουσι ἡμέραν ταύτην. Monuit Germ. Sed Virgilius proculdubio Enniæ adhæsit, qui 9. Annal. *Qui tum viuebant homines atque ævum agitabant.*

11. IN MEDIVM REPONVNT.] Aristot. c. 40. li. 9. Hist. αἱ μέλισσαι σπεύδυσι ῥᾳδίως αὐτὰς ὃ πούσυσι, καὶ ἀποπέμπουσι. apes nihil venantur, sed ipsæ sibi cibaria conficiunt & recondunt. Lege Lactantium lib. de ira Dei c. 7. Phrasis ipsa dicta prius Aristophani ἐν ἐκκλ. ἐστ τὸ μέσον κατασκαφ. Lege, quæ iam dedi libr. 1. Georg. ad illud: *in medium quærebat.* Sed quod hoc penus apum, qui cibus? non solum mel, vt putant aliqui. Audi Arist. c. 40. lib. 9. Hist. *Mel apibus tum æstate, tum hyeme cibo est: sed recondunt alteram quoque cibarij generis, cui durities cereæ proxima, sandaracum nonnullis appellant.* Supra quoque illis pro cibo præter mel assignauit κάευδον, quod Gaza ceraginem interpretatur.

In medium reponere.

B

a Namque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas:
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inque vicem speculantur aquas & nubila cœli,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolétque thymo fragrantia mella.
b Ac veluti lentis Cyclopum fulmina massis
Cùm properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt, reddúntque: alij stridentia tingunt
Æra lacu: gemit impositis incudibus Ætna.
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versántque tenaci forcipe ferrum,
Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi
Munere quamque suo.

ARGVMENTVM.

Absoluitur hic locus in explicanda apum sedulitate. Additur comparatio Cyclopum huic sedulitati illustrandæ.

C gantissima distributione diuersa apum munera. Reponunt (inquit) cibos, nam aliæ quærendo victui sese in agris exercent, huic rei inuigilant: aliæ in ipsis ædibus iaciunt prima fundamenta futuris fauis ex lacrymis Narcissi, ex lento corticum glutine, suspenduntque ceras: aliæ totæ sunt in educenda procreandaque sobole: aliæ constipant, condensántque mella, ne diffluant, ac cellas distendunt immisso intus ac reposito nectare, id est, melle: aliæ sortito portas occupant instar satellitum & custodum alicuius vrbis, & partitis vicibus speculantur,

EXPLICATIO.

a DIXERAT, reponi ab apibus penus ad venturam hyemem, docet nunc longissima & ele-

an

VVA. BHSC. BU 00239

an futuri sint imbres, ne reliquæ excant, aliæ accipiunt onera venientium, aut facto agmine irruunt in fucos, pecus ignauissimum, eosque exterminant. Ita opus feruet, & mella redolent, thymo odoratissima, & fragrantissima. Consideret lector à quo vnquam Scriptore, à quo vnquam Poeta, tanta sedulitas expressa sit, & videbit neminem parem Virgilio. Hic sane reperiet, laborem extra domum, laborem intra ædes, fundamenta ædificij, ceras desuper suspensas instar trabium in ædificiis, curam sobolis primo loco, curam deinde cibi ad alendam sobolem, & vtramque rem præcessit magno consilio ædificatio domus. Inueniet etiam reliquum apparatum ad conseruandam domum, sobolem, alimoniã. Nam sunt ad portas satellites, sunt astrologi, qui seruent de cœlo non deest pietas in festis deonerandis, non impetus militaris in hostibus arcendis.

[b] Rem ingenio illustratam efficit illustriorem comparatione. Audisti quo ardore Cyclopes conficiunt fulmina. Alij accipiunt in follibus reddunt; ex illis auras, alij immergunt lacubus ignitum & scintillans ferrum, quod, dum mergitur ftridet. Ingemit Ætna incudibus, atque ictibus Cyclopum attollentium brachia vi magna, versantiumq; ferrum forcipibus. Non alius labor apum, adeo illæ operis sui auidissimæ sunt, adeo illas amor habendi vrget, premitque. Hic apes Cecropiæ, id est, Atticæ ponuntur κατ' ἐξοχήν.

A & campis insident. Iterum: *Tanquam verna quidam, quos iusti dominij lex cogit, dominus suis exeunt, quod illorum operi conducti legunt, oneribus ferendis satagunt, sinul ædificant, &c.* De hoc studio videndus quoque Amb. c. 21. libr. 5. Hex. Si locum istum pluribus vis exornare, adi lib. 1. Æn. vbi paria de apibus.

2. VICTV.] An victus nomine intelligantur non solum cibaria, sed etiam vestitus, quærunt nonnulli: videlicet Valla, Alciatus, Floridus, Vlpianus, qui ista contentiose admodum. Scias in Virgil. *victu* dici pro victui. Sic Lucilius: *Quod sumum, aiq; epulas victu præponis honesto.* Infra Noster *concubitu indulgent*, pro concubitui. Exempla obuia.

3. FOEDERA PACTO.] Phrases Virgilianæ idem efferentes istæ sunt. Hic *fœdus pacisci.* In 10. *coniungi fœdere, fœdus componere, fœdus ferire.* In 12. *firmari fœdere, fœdus concipere.*

4. NARCISSI LACRYMAM.] Pulcre allusum ad fabulam Narcissi, qui mœrore & lacrymis contabuit. Sed & Arist. lib. 5. Hist. c. 22. & lib. 9. cap. 40. *Materiam cerę ferunt ἐκ δακρύων τῶν δένδρων. ex lacrymis arborum.* Didimus ἀπὸ τῶν αὐξόντων καὶ τῶν δένδρων τὰ κολλωδέστερα τῶν δακρύων φέρουσι, *ferentes lacrymas glutinosissimas ex floribus, & arboribus.*

5. FAVI.] κυψέλαι, vocat Arist. cap. 4. libr. 4. de Generat. Anim. Sciat lector fauum non semper dici cellulas eum melle, sed tantum cellulas ipsas sexangulas melle vacuas: & hoc loco sic accipio: diuidit enim Poeta apum opera, & postea mel infert: igitur hic pro loculis nudis accipit. Vitruu. lib. 7. c. 1. vbi de musaico opere scribit: *nulli gradus in scutulis, aut trigonis, aut quadratis, seu fauis exstent.* Vbi fauos vocat hexagona, quia cellæ apum sexangulæ. Est ergo *fauus* tantum forma illa cellularum. Hos, vt dixi sexangulos esse certum est. Nazianz. Orat. 34. κηρία ἐξ ἑξαγώνων συρίγγων, *fauos sexangulatum fistularũ.* Didym. ὡσεὶ ἑξαγώνους τινὰς, *facit cellas sexangulas.* Ideo Quid. 15. Met. *cera sexangula.* Eadem Ælian. c. 13. lib. 5. Pergo vlterius. Non vtcunque sexangulæ, nã æqualia sunt latera Basil. ἡμ. 8. ἐξ ἑξάγωνοι δὲ πᾶσαι καὶ ἰσόπλευροι τῶν κηρίων αἱ σύριγγες, *fauorum fistulæ omnes sexangulæ sunt æquis lateribus.* Theodoretus accurate ita describit: *Fauos adificant nec regula, nec gnomone indigentes, & angelos sibi coæquales omni mathematica scientia præstantiores efficiunt.* Restat tantum aperiam, quæ sit ratio huius formæ. Hanc accipe ex Varr. *Fauus est, quem singunt multicauatum è cera, tum singula caua sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura.*

Fauus, quid.

Fauorum forma.

6. FVNDAMINA.] Intelligit commosin, pissoceron, propolin. De quibus lege Plin. c. 7. lib. 11. Attingit etiam Arist. & Varr.

7. SPEM GENTIS.] Ita 1. Ecl. *spem gregis.*

8. PVRISSIMA.] Hesiod. Theog. κηρία λευκὰ.

9. STIPANT.] Pari verbo Oppian. 1. Cyn. σύμπνοα μελισσάων ὅτε κήρια πυκνὰ θλίβῃ, *cum faui floridi stipant aluearia apum.* Ceterum ex versibus Virgilij, in quibus nunc sum, Ambrosius periodum istum conformauit: *venues inter domorum septa ceras suspendere, & stipulare mella, & intexta floribus horrea nectare quodam distendere.* Soleo libenter ista interdum dare, vt sciat lector, quo in pretio fuerit Virg. apud viros graues, à cuius lectione non retardabantur in numeris negotiorum myriadibus.

10. CELLAS.] De variis cellarum significationibus lege Lips. 1. Satur. cap. 14. Sententiam ita variat Valer. 1. Arg. *dum plenas nectare cellas Pandit.* Mihi visum, sumtam metaphoram à cellis seruilibus, quarum meminit Valerius Maximus c. 6. lib. 7. Nam & tum. angustiæ fauorum congruunt cum angustis custodiis seruorum, & operosum animal recte cõseretur

---

NOTÆ.

1. NAMQVE ALIÆ, &c.] Potuit distributionem sequentem sumere ex Arist. *Partiuntur inter se opera, vt ante dixi. Aliæ fauos conficiunt, aliæ mella, aliæ erithacam: aliæ fauos expoliunt, aliæ aquam comportant ad cellas, & mella temperant: aliæ foras ad opus exeunt.* Volo expendas, vti Aristotelem Virgil. reddiderit, Philosophum Poeta, Græcum Latinus: vt scias ipse hoc exemplo poetice reddere, quod in aliis scriptum reperies. Quod Arist. διηνεκῶς τὰ ἔργα: Noster grandius, *pacifici fœdera.* Quod ille, ὥσ' ἔργον ἐργάζονται. agrum signans: Noster cum allusione ad militiam *exercentur agris.* Ille κηρία ἐργάζονται, καὶ μέλι. Noster *purissima mella stipant, & dulci distendunt nectare cellas.* Illi simpliciter *erithacam*, quæ seruit fundamentis, & rimis obturandis: Noster accersit *Narcissi lacrymam, lentum è corticibus gluten ad prima fundamenta.* Ille πλάσιον κηρίον: Noster, *suspendunt tenaces ceras.* Est alius locus in eodem capite, cui etiam hærere Virg. potuit, & ad quem nos Arist. ipse reiecit. *Distribuunt se singulis muneribus, vt aliæ flores conuehant, aliæ exstruant, & poliant fauos.* Sed audiendum, vti Plinius luxuriet pari distributione, ad vtriusque vestigium: *Temperie cœli cum agmen ad opera processit, aliæ florem aggerunt pedibus, aliæ aquam ore guttas, lanugine totius corporis.* Et post pauca: *Aliæ struunt, aliæ poliunt, aliæ suggerunt, aliæ cibum comparant.* Studium apum repræsentans Hom. 2. Il. ait,

Virgilius vti reddiderit Arist.

Apum studium.

αἱ μὲν τ' ἔνδεν ἄλεις παποτᾶται, αἱ δὲ τε ἔνθα:
Hæ quidem comulatum volant, aliæ vero illis.

Ab Hom. Apollon. lib. 1.

——πὶ δ' γλυκὺ κἄλλοτε ἄλλον
καρπὸν ἀμέργουν πωποτῶται.

Silius lib. 2. ita:

At dulcia ceræ, & odori corticis antra
Mellis apes grauidæ properant, denso q; volatu
Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.

Et Theodor. Orat. 5. de Prouid. *Per vices, & ordines ex alueariis aduolant, & aere traiecto, nemoribus, pratis & campis insident.* Iterum: *Tanquam verna quidam, quos iusti dominij lex cogit, dominus suis exeunt, quod illorum operi conducti legunt, oneribus ferendis satagunt, simul ædificant, &c.* De hoc studio videndus quoque Amb. c. 21. libr. 5. Hex. Si locum istum pluribus vis exornare, adi lib. 1. Æn. vbi paria de apibus.

UVA. BHSC. BU 00239

cum laborioſo hominum genere.

Apes ſtationem habent ad portas.

11. AD PORTAS.] Plin.cap.10.lib.11. *interdiu ſtatio ad portas more caſtrorum.* Ante vtrumque Ariſt. ὅπῃ τι βούλοιτο ἐκέρσῃ φυλακὴς εἶσιν. *Suni enim quolibet aditu cuſtodes.* Diſſident à Plinio Ælianus in ratione temporis, ſic enim ait cap.11.lib.1. *Aliæ vero ex his nocte excubant, ſubſtructiones non ſecus, ac parnum vrbem vigilius aſſeruantes.* Mos hic traductus ex militia, neque enim in caſtris ſolum excubiæ erant & vigiliæ,

Excubiæ in portis ex Romano more.

ſed in portis etiam. Cæſar 4.Gall. *hi, qui pro portis in ſtatione erant.* Saluſt. Iugurthino: *Neque ſecus atque ſi hoſtes adeſſent, iter facere, caſtra munire, excubitum in portas, cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere.*

Sorti pro ſotte.

12. SORTI.] Dictum pro ſorte, more antiquo, vt etiam ruri, veſperi, & in Varr. ſegeti, pro rure, veſpere, ſegete. Sed roget aliquis, cur Poeta in excubiis apum ſortitionem adhibeat? Nam non dubium, quin alludat ad militares excubias: in quibus nulla ſortitio, tantum viciſſitudo quædam. Clare Liu.lib. 28. *in vigiliis ac ſtationes ordine ibant*, vbi ordinem audis, non ſortem. Statius lib.10.

—*dat teſſera ſignum*
Excubiis poſitæque vices.

Et Maro ipſe 9.Æn.

Omnis per murum legio ſortita periclum
Excubat exercetque vices.

Hæc teſtimonia clare indicant, Auctores omnes, qui in excubiis inferunt ſortem, capiendos de ordine, quo quiſque in excubias cuſtodiaſque ſuccedebat. Itaque per ſortem intelligunt ordinem, & viciſſitudinem; nihil aliud. Ideo ſtatim Virg. *Inque vicem ſpeculantur aquas*, & Varr. loquens de apibus: *omnes vt in exercitu viuunt, atque alternis dormiunt.* Perinde ac ſi diceret, atque alternis vigilant, quæ clara eſt viciſſitudo. & Ælian. de Regibus apum c.11.lib.5. *Mutationem operarum, & viciſſitudinem munerum faciunt.*

Sortitio pro viciſſitudine.

13. INQVE VICEM SPECVLANTVR AQVAS.] Locus traductus ex Ariſtot. σημαίνουσι δὲ καὶ ὕδωρ καὶ μέλλοντας. *Præſagiunt apes hyemem & imbres.* Addit Ariſtoteles indicium hoc: *quod non auolant, ſed ſereno adhuc in alueo volutantur, inde Apiarij hyemem exiſtimant.* Poeta inf.

Nec vero à ſtabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo, aduentantibus Euris, &c.

Ælianus lib.1.c.12. *Eadem tanta diuinatione præſtant, vt & pluuias & frigora præſentiant.* Repetit eadem lib. 5.c.13. Ambroſ. *aliasi futuros explorare imbres, & ſpeculari curſus nubium.*

14. AVT ONERA ACCIPIVNT VENIENTVM.] Plin.cap. 10. hanc apum diſciplinam attingit: *Excipiunt eas terna, aut quaterna, atque exonerant.* Verſus iſti tres, aut quatuor repetuntur 1. Æn. de hoc apum onere meminit Theodoret. Orat. 5. de Prouid. *ſe ipſas onerant, anteriorum videlicet pedum miniſterio, ceu vlnis, hæc ſua onera ceruicibus imponentes: deinde ſic onuſtæ in aluearia reuertuntur.*

Fucus ignauus eſt.

15. IGNAVVM.] Sumſit epithetum ab Ariſtot. qui fucum vocat ἀκέντον, καὶ νωθρὸν ſine aculeo, ignauum. Democrit. apud Auctorem Geopon. lib.13. de fucis, εἰσὶ δὲ μεγάλοι, καὶ ἀκέντητοι καὶ ἀργοί: *ſunt magni, ſine aculeo, ſegnes.* Plat. 8. Politic. κηφῆνας πάντας ἀκέντητος ὁ θεὸς πεποίηκε: *fecit Deus ſine aculeo fucos omnes.* & lib.10. Leg. ex Heſiodo κηφῆσι κοθέουσι, quia videlicet in illis nõ appareat aculeus. Ideo ergo ignaui fuci, quia ſine armis. Aliam cauſſam horum ignauiæ potes elicere ex Heſiod. in Theog. Nam cum præmiſerit apes ſemper laborare, de fucis ait,

οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ὀπηδεῖαις ἐπὶ σίτοις
ἀλλότριον κάματον ζαθέῃσι ἐς γαστέρ' ἀμῶντες:

A *At illi intus permanentes coopertis in alueariis,*
Alienum laborem metunt in ventrem ſuum.

Ariſtoteles etiam ait, illos etiamſi fauos conficiant, nullam tamen habere facultatem mellificandi, tantum *Veſci tum eos, tum eorum pullos melle, quod apes fecerint.* Itaque ignaui ſunt, & quia ſine aculeo, & quia inuolant in alienas opes, ipſi nihil facientes. Sed quare ſine aculeo? Plinius capit. 11. *Sunt autem fuci ſine aculeo, velut imperfecte apes: nouiſſimaque à feſſis, & iam emeritis incoalæ, ſerotinus ſœtus, & quaſi ſeruitia veterum apum.* Mira ratio. Itaque ſicuti ſolet fiumentum degenerare in auenam, ita apes in fucos. Scias obiter negari à Plutarcho hanc degenerationem apum in fucos, in opere, An ſeni ſit regenda Reſpublica. Redeo ad Vatem. Attingit ille hic inimicitias apum cum fucis. Has omnes celebrant Ariſtot. cap.40. *Fucos ἀποκτείνουσι, interimunt, quando non ſatis loci operibus eſt.* In eodem cap. infert, θνήσκουσιν, *deprehenſi à bonis apibus occiduntur.* Plin.c.11. *tarduantes* (fucos) *ſine clementia puniunt.* Indicat, mortem. clare: cap.17. *certum eſt ab apibus fucos interfici.* Interdum contente ſunt expellere à ſe, quod hic ait Poeta, & Varro *infectantes à ſe eiiciunt fuços.* Theod. *fucos à præſepibus arcent, ceu ignauum pecus.* Paria Ambroſius. Sed lege cap.10.lib.1. Æliani, vbi miram apum diſciplinam videas in puniendis primo leniter fucis ob furtum mellis: mox autem, cum clementia non ſuccedit, interficiendis.

Apes in fucos degenerant.

Apum inimicitiæ cum fucis.

16. ARCENT.] Ex Græco (notat Germ.) Nam ἀρκεῖν, non ſolum eſt ſufficere, ſed depellere, & auertere. Probat Homeri teſtimonio.

17. FERVET OPVS.] Ad guſtum hunc Plin. de delphinib. cap.8.lib.9. *opere prælium feruet.* Poeta ipſe: *opere omnis ſemita feruet.* Calab.lib.2. μέγα κίνυτο ἔργον: *admodum feruebat opus.*

18. REDOLENTQVE THYMO.] Latina eſt locutio, non barbara, vt quidam inepte putant. Ita Propert. *Cur nardo flamma non oluere meæ.* Ouid.

Perque lucos ſacros, & olentia ſulphure ſertur.

Verum eſt, frequentius dici, olere vnguentum, thymum, nardum.

19. AC VELVTI, &c.] Hanc comparationem alibi illuſtro. Hic tantum obſeruo, comparari apiculas à Theodoreto diligentiſſimis ſeruis, qui in rem domini vigilantiſſime incumbunt. Aitque illas perſoluere hominibus veluti regibus, vectigalia quædam.

20. PROPERANT.] Actiuum facit. Ita paſſim Græci. Homerus γάμον σπεύδουσιν: *nuptias properant.* & edyſ.19. πόλεμα σπεύδουσι: *properare arma.* & Eurip. σπεύδων ἀγαθόν. Ita obſeruauit Germ. & ita iam docti ſentiunt, non de hoc ſolum, ſed de aliis, quæ non apte vulgo dicuntur neutra.

21. IN NVMERVM.] Fuſe ego 6.Ecl.Adi.

22. SI PARVA LICET COMPONERE MAGNIS.] Locus, vt apparet, ſumtus è Thucydide lib. 4. vbi Scriptor deſcribens cladem Lacedæmoniorũ acceptam ab Athenienſibus, ait ſimilem eſſe illi, quę apud Thermophylas acciderat, ſi parua magnis cõparentur. Græca ſunt. ὡς μικρῷ μεγάλῳ εἰκάσαι. Verba iſta ab Thucydide ſumſit Ariſt. nam lib.1. de Anim. ὡς μικρὸν εἰκάσαι μεγάλῳ. & lib.2. de Partib. Animal. ὡς μεγάλῳ παρεικάζοντα τὸ μικρόν. Ab his Baſil. ὁμ.4. ἐξ. ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι. Herodotus quoque lib.2. Hiſt. ita dixit, ὡς ἔνεστι σμικρὰ τῶν μεγάλων ζυμβαλέειν. Ita etiam 1.Ecl. *ſic paruis componere magna ſolebam.* Ouid. 1.Triſt. elegia 3. ſi non verba, certe ſententiam hinc ſumſit. *Silicet exemplis in parua grandibus vti,*

Hæc facies Troiæ ſcutum caperetur, erat:

Sententiam & verba alter Plin. lib.9. epiſt. *vt parua magnis*

UVA. BHSC. BU 00239

magnis conferamus, &c. Ad gustum hunc Pap. 3. Sylu. *Si fas est aquare tacentia summis.*

Mel Atticũ optimum.

23. CECROPIAS.] Atticas ab Cecrope Rege Athenarum. Diophanes in Geopon. lib. 15. *ἄριστον μέλι τὸ ἀττικὸν, καὶ τὸ ὑμήττιον: optimum mel Atticum, & Attici Hymettium.* Dio Chrysost. Orat. 32. de melle Attico, *καθαρώτατον: purissimi.* Sil. lib. 14. vt mel Siculum hyperbolice amplificaret, dixit,

Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymetton
Audax Hybla fauis.

Idem lib. 2. celebrat examina Cecropij Hymetti. Ideo Val. 1. Arg. vocat Hymetton *dulcem*, & Pap. 12. Th. *olentis Hymetti*, & Ouid. El. 4. lib. 5. Trist. hoc mel, non aliud, prouerbialiter vsurpat

—O dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

Mart. lib. 13. hoc mel vocat *nectar nobile*, cum ait,

Hoc tibi Thesei populatrix mittit Hymetti
Pallados à siluis nobile nectar apis.

Philo (nescio, an Iudæus) celebrat apes Cecropidas apud Gal. lib. 9 de composit. Pharm. Queritur Synesius Epist. 136. Athenas olim domicilium sapietium hominum, tantum iam celebrari ab apiariis, & Hymetti ferias frequentari, non theatri. & Plato in Critia de hac parte orbis, *τῶν γὰρ ὀρῶν ἔστιν ἃ νῦν μὲν ἔτι μελιττῶσι μόνας ἔφυλα: sunt enim montes, qui solas nunc apes pascunt.*

Apes laboriosissimæ.

24. AMOR VRGET HABENDI.] Comparatio eo pertinet, vt videas apes esse laboriosissimas, & nulli labori parcere præ retinendo melle. Ideo Poeta, *amor urget habendi.* Plin. c. 6. *Nullusque, cum per cœlum licuit, otio perit dies.* Theodot. dixit, *laboriosissimum apum genus.* & Ælian. *ζῶον φιλεργότατον: animal operosissimum.* Hunc laborem & studium explicat comparatio ista Claud. 2 Rapt. *Credas examina fundi*

Hyblæum rapiura thymum, cum cerea Reges
Castra mouent, fagitque cauis demissus ab aluo
Mellifer electa exercitus ebibitrepa borbis.

Eodem pertinent verba ista Nazianz. Orat. 34. *unde apibus tantus laboris, atque industriæ amor, vt fauos construant, & sexangularum fistularum, sibiq; in vicem ex aduerso respondentium, adumento contineant, & per intermedium parietem atque angulum rectis lateribus alternatim innexis domicilium sunum fulciant: id, in tam caliginosis alueariibus obscurisq; figmentis.* Vis scire, quo amore habendi vrgeantur? Audi Papinium 10. Theb. qui, vbi præmisit, apes vti aculeis in furem; cum iam vident, nihil sic proficere, sed obstinatum esse raptoris animum, tunc,

—Deficientibus alis
Amplexæ, flauamque domum, captiuaq; plangunt
Mella: laboratasque premunt ad pectora cer as.

Nihil dici maius potuit ad rem istam explicandam. Ab hoc amore & auaritia procedit non tam vltio in alios, quã punitio in se ipsas. Inuehuntur enim acriter in desides. Obseruarunt hoc omnes, qui loquuntur de Rep. apum. Nam segnes odio habent, expellunt, occidunt. De primo Varr. *nec non oderunt inertes.* De altero Arist. *ἐξελαύνουσι δὲ καὶ τοὺς ἀργὰς αἱ μέλιτται, καὶ τὰς μὴ φερούσας: apes expellunt segnes, & minime parcas.* De tertio Didymus, nam aperte *ἀναιροῦσι: interficiunt.* Omnia coniunxit Plin. *Cessantium inertiam notant, castigant mox, & puniunt morte.* Basil. *ὁμ.* 8. de inertib. ait, *μεταμέλεια τὴς ἀδολεσχίας: pœnitet illas temeritatis suæ.* Plutar. in opere, An seni regenda sit Resp. hanc auaritiam explicat, cum ait tapem pro exemplo debere esse his, qui vigore ætatis elapso, & à militaribus studiis remoti, toti incumbunt communitati, & Reip. ciboq; conquirendo. & augendis commodis. De hac apum sedulitate legendus etiam Seneca Epist. 84.

[a] Grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores
Crura thymo plenæ, pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiámque, crocúmque rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
[b] Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus,
Manè ruunt portis, nusquam mora. rursus eadem
Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussantque oras, & limina circum.
Pòst vbi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessósque sopor suus occupat artus.
[c] Nec verò à stabulis pluuia impendente recedunt
Longiùs, aut credunt cœlo aduentantibus Euris,
Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur:
Excursúsque breues tentant, & sæpe lapillos,
Vt Cymbæ instabiles fluctu iactante saburram
Tollunt: his sese per inania nubila librant.

D

ARGVMENTVM.

In Republica apum seniores intus, iuniores foris operantur: communis est quies, & labor, & vterq; ad somnum vbi, quo excitantur, quo dormiunt; non recedunt longe ab alueis, impendente pluuia: onerant se lapillis cum ventus ingruit.

EXPLICATIO.

[a] SENTENTIA est, seniores apes intus operari fauorum structioni, iuniores foris subuectioni thymi, narratque obiter alia, quæ, præter thymũ, de-

VVA. BHSC. BU 00239

pascuntur, & multa exornat Poetica epithetorum luce.

b Dicit in hac republica communem esse quietem apum omnium, communem laborem. Hoc explicans adiicit, apes luce orta simul ex portis ruere festinanter ad opus, vesperi autem redire ad curanda corpora, & capiendum somnum, præcedente strepitu quodam earum, & bombo; quo quies, castrorum more, imperatur.

c Transit ad diuinationem apum, quę sereno adhuc cœlo sentiunt pluuiam impendere, quam ob rem tunc non longe ab alueis recedunt, breues tantum excursus faciunt, vt aquam hauriant ex vicino loco. Quin ea sunt prudentia præditæ, vt tunc singulæ lapillos tollant, ne vento abripiantur, si is incumbat, ad eum modum, quo naues saburram, cum iactantur fluctibus. Priusquam ad notas eam, volo hic expendas metaphoram à re militari, quam continuo persequitur. Verba signatiora sunt. Munitio fauorum. Eruptio ex portis tanquam ad bellum, ideo *ruunt*. Reditio non ex agris, sed ex *campis*, tanquam si è bello redeant. Curatio corporum. Somnus velut tubæ quo excitantur à quiete, quo ad quietem eunt. Aquatio circum mœnia vrbis. Breues excursus, &c. Huic metaphoræ adiungit figlinam initio, nauticam in fine.

A *xitate amplius ædificant, easque sepimento, tanquam muro quodam, ad maiestatem regiam tuendam circumuallant.*

3. DÆDALA TECTA.] Id est, optime, & ingeniose fabricata, à Dædalo artifice eximio. Athen. lib. 7. *pulcra enim omnia, vocant δαιδάλα ἔργα, opera Dædali.* Ita Hesiod. scutum varium, & arte plenum dicit, πολυδαίδαλον. Fabulæ arte plenæ dicuntur Pind. Olymp. μύθοι δεδαιδαλμένοι. Calpurn. de ipsa ape 2. Ec. *Ded la n ectareos apis intermittere flores.* & Nonnus lib. 17. Dionys. δαιδαλέας ὠδῖνας μελισσῶν: *Dædaleos partus apis.* Ingenium quippe apum alluecbit tibi ex sequentibus. Ab Aristot. 2. de Partibus Animal. c. 2. dicuntur apes φρονιμώτερα: *ingeniosiores* aliis animalibus. Et reddit rationem. Quia sicut crassior & calidior sanguis habet vim maioris roboris, ita tenuior & frigidior maioris ingenij. Quod discrimen in his quoque habetur, quæ sanguini proportione respondet, vt in apibus, aliisque animalibus, quæ ideo sunt ingeniosiora. De apibus Lactantius lib. 3. cap. 10. *domicilia inerrabili arte componunt.* Quæ verba illud accepit c. 7. lib. 12. Ælian. c. 13. lib. 3. *Geometriam figurarum pulcritudinem, fingendi elegantiam sine arte, sine regulis, sine circino simul, & figuras τεθραγώνους, & τετραγώνους, & æqualium, apes conficiunt.* Ambrof. *Quæ castra quadrata tantum possunt habere aris & gratiæ? quantum habent crates fauorum?* Ad artificium istud trahi potest Homerus 2. Il. vbi de alueo apum, πίτνεν ἐκ γλαφυρῆς. Nam quamuis γλαφυρὰς cauitatem significet, etiam elegantiam & artem. Theodoret. laborem apum vocat *ingeniosum*. A Prudentio in Cathem. *opifex apis.*

Dædalus ingeniosus, pro, ingeniosus.

Apum ingenium.

B

4. TECTA.] Pari metaphora de apibus Varr. *domicilium, domum.* Homer. 12. Il. οἰκία, & κοῖλον δῶμα. Basil. ὁμ. 8. ἐξ. σωφρονοδομοῦσι. Iterum de fistulis fauorum ἐυσκοδόμητα.

C

5. REFERVNT SE NOCTE.] Obseruatum, apes noctu redire ad alueos. Pap. 1. Achil.

—quales nam nocte propinqua
E pastu referuntur apes, vel in antra reuerti
Melle nouo grauidas mitis videt Hybla catenas.

Apes noctu redeunt.

6. CRVRA.] Sunt hæc in apibus asperiora, vt melius hæreant farcinæ. Arist. φέρει δ' ἕκαστον μόνον, καὶ ἐστάλλει σκέλεσι: *fert ceram, & erithacam cruribus.* Plin. cap. 10. *Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina gerant, propter id natura scabra, pedes priores vostro: toraque onustæ remeant: farcina pandata.* Theodoret. ait, hæc onera imponi etiam ceruicibus.

D

7. PASCVNTVR.] Verbum hoc dat apibus etiam Arist. Et Pap. 1. Achil. *e pastu referuntur apes.* Et Ouid. 1. Art.

Aut vt apes saliúq, suos, & olentia nactæ
Pascua per flores, & thyma summa volant.

Nicander in Alexiph. βοσκόμεναι θύμα ποσὶ: *pascuntur thyma pedibus.*

8. GLAVCAS SALICES.] Sidon. Apoll. 2. Ep. *salicum glaucarum.*

9. CASIAM.] Fuse alibi de hac.

10. CROCVMQVE RVBENTEM.] Ouid. 2. Ammian. El. 6. *rubri croci.* Datur hic color à flauore, qui ineft in croco. Vnde idem Ouid. El. 4. Auroram croceam nominat, quia flauet. *Seu flauens, placuit croceis Aurora capillis.* Ideo Sophoc. Colon. crocum vocat χρυσωγῆ.

Crocus ruber.

E

11. PINGVEM TILIAM.] Propter gluten, quo egent apes. Omnino dissidet Columella à Virgilio c. 4. lib. 9. postquam enim posuit arbores proficuas apibus, subiicit;

At tiliæ solæ ex omnibus sunt nocentes, taxi repudianter.

12. FERRVGINEOS HYACINTHOS.] Id est, lugubres, explicatore Tylesio, nam aliqui (inquit) hyacin-

Hyacinthus cur ferrugineus.

NOTÆ.

Apes seniores intus laborant.

1. GRANDÆVIS.] De hoc apum more, quo seniores intus, iuniores foris operantur, ita Arist. lib. 9. Hist. Animal. τῶν δ μελισσῶν αἱ μὲν πρεσβύτεραι τὰ ἔσω ἐργάζονται, ἡ δ' ἐσθὴς αὐταῖς διὰ τὸ εἶσω μένειν. αἱ δ' νέαι ἔξωθεν φέρουσι, ἡ εἰσὶ λειότεραι: *Apum seniores intus operantur, hirsutaque sunt, quia intus semper manent: adolescentes foris negotium exercent, & necessaria comportant, suntque leuiores.* Plin. c. 10. lib. 11. *Quibus est earum adolescentia ad opera exeunt, & supradicta conuehunt, seniores intus operantur.* Ælianus cap. 11. libr. 5. *Prouecta ætate ad id delectæ sunt, vt domo se teneant.* & capit. 12. lib. 1. *Vetule asperitu & tactu horridulæ cuadunt, atque ex ætate affecta rugis plenæ videntur: ea tamen fingendorum fauorum experientia & industria præcelleniores sunt & longitudine nimirum temporis ad mellis scientiam erudiæ.* & c. 11. eiusdem libri dixerat: *Earum quædam aquam Regi & apibus vetulis apportant, nam seniores apud Regem ad eius stipationem selectæ permanent.* Idem cap. extremo statuit discrimen aliud seniorum, & adolescentiorum, vt illæ vicinæ sint Regum aulæ tãquam custodes, & satellites; istæ extimæ maneant. Attingit morem istum obiter Plutarc. in opere. An seni regenda sit Resp. Comparans enim cum apibus senes illos, qui augendæ rei, & quærendo cibo student, ait, οἴκοι συμφύσει κεδῶσι, ἢ ἀποκλῖσι: *domi sedere ad componendos & conquirendos cibos.* Vbi cum ait, *domi sedere*, & præcedat sermo apum, clare est ad rem nostram.

Fauorū munitio.

2. MVNIRE FAVOS.] Arist. de hoc munimine. *Exigunt apes fauos ruentes, fulturamque subiiciunt, vt subire possint.* Pli. *Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis à solo fornicate.* Et supra, quæpiam præmisit de concameratione. Theodoretus: *humidam mellis naturam temibus istis, sed crebris tabulatis probe cohibentes, &c.* Nazianz. Orat. 34. illis dat ἐδεσίον ἁπλοῦν μέσου τεγάσματος: *stabilimentum per medium murum.* Ambr. *minutæ ac rotundæ cellulæ connexione sui in vicem muniuntur.* Lactantius lib. 3. c. 10. de apibus loquens: *cæsta muniunt.* De cellulis Regum signanter Ælian. c. extremo libr. 1. *Regum cellæ eminentiore loco magna la-*

UVA. BHSC. BU 00239

hyacinthus purpureus est. Sed Poeta in Epitheto alludit ad fabulam pueri, quem Apollo interfecit, luxit, vertit in florem: & ideo quæsiuit ferro æruginem. Sic ferme ille. Sed certe nulla opus fabula ad explicandum Poetam. Ferrugineos nominat, quia color huius floris ad nigredinem (vident hoc oculi) totus pertinet. Et Philo clare in libr. de congressu, ὑάκινθος μέλας ὁ φύσει: *hyacinthus niger est natura.* Vnde cum lib. 7. Epigram. audis ὑάκινθον πορφυρέαν: *hyacinthum purpureum*, intellige non de splendente colore. Quid enim sit color purpureus, explico alibi in hoc libro. Fabula Hyacinthi pueri per occasionem præbuit legendi & scribendi male locum Ouid. 10. Met.

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & hya
Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.

Legendum non *hya*, sed αἰ αἰ. Huic lectioni fauent ratio, Græca elegantia, auctores. Ratio, nam αἰ nota est querelæ, mœroris, doloris, est enim particula κλητικὴ, ad quam rem nunquam *hya* admittitur. Græca elegantia, nam in dolore ita Lucianus in Philopatre, αἰ αἰ αἰ αἰ τῶν κενῶν ἐλπίδων: *heu, heu, heu heu vanas spes.* Auctores, nam Sophocles in Aiace, δυσμενῆ & αἴαν. *Aiax infelix nomine.* Quæ hæc infelicitas, nisi αἰ, non, *hya*. Theocrit. Epitaph. Bionis, νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα· αἰ αἰ: *Nunc loquere Hyacinthe tuas literas* αἰ αἰ. Vides, vt Theocritus loquens cum Hyacintho, tamen non *hya* dicat, sed αἰ αἰ: Non ergo mirum in Ouidio sic debere legi, etiam si fermo sit de Hyacintho. Non enim initium pueri in folio, sed gemitus Apollinis. Clarissime Ouidius idé rem explicat 13. Met. vbi tractans fabulam Aiacis, cuius initium est αἰ, & simul libans fabulam pueri Hyacinthi, ita ait:

Littera communis mediis puerog, viroque
Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querelæ.

Vides, vt literas αἰ, quæ sunt in Hyacintho, referat in Aiace ad initium nominis, in puero tantum ad notam doloris?

Apes ad bōbi sonitum.

13. OMNIBVS VNA QVIES.] Quæ sequuntur de vigilia, & somno apum, cum exeunt mane ad opus, & vesperi redeunt ad quietem, & omnia ad sonitum bombi illarum, sumta sunt ab Aristotele. ὄρθριαι ἢ πωποῦσιν, ἕως ἂν μία ἐγείρῃ βομβήσασα δὶς, ἢ τρὶς. τότε δ' ὅλη ἔργον ἀδρόαι πέτονται. κ) ἐλθοῦσι πάλιν, ὁμοίως τὸ αὐτὸ ποιοῦσι, κ) μικρὸν σί ὕπνον, ἕως ἂν μία ἀφυπνισθεῖσα βομβήσῃ, ὥσπερ συμπίπτουσι κρὸς ἀλλήλας. ἐν' ἐξαπίνης ζωπῶσι. Non adduco interpretationem, quia satis erit Plinium audire, qui pene ad verbum Aristotelem ita expressit: *Noctu quies in matutinum, donec vna excitet gemino, aut triplici bombo, vt buccino aliquo.* Et inf. *Cum aduesperascit, in alueo strepunt minus ac minus, donec vna circumuolet eodem, quo excitauit, bombo, ceu quietem capere imperans, & hoc castrorum more: tunc repente omnes conticescunt.* Coniunxit sententiam Aristoteles vnico tractu, diuisit Plinius, vt apparet in c. 10. nescias cur. Ex eodem Aristotelis fonte Æl. c. 11. lib. 5. *Signo dato somnum capiunt. Cum tempus est ad quietem proficisci, vna quæpiam à Rege iubetur somni significationem dare, quæ simul vt ad dormiendum signum fuistulit, statim ea somnum accipere perguunt.*

14. RVVNT PORTIS.] id est, ex portis. Nam Catul. de Nupt.

——ex vrbe ruentes.

Et Virg. 4. Æn.

——totaque ex vrbe sequentur.

Apes laborioſiſſimæ.

15. NVSQVAM MORA.] Attingit laborem continuum apum, de quo Hesiod. Theogon.

αἱ μὲν τε πρῶτα θύμαρ ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα
ἀμάρτῃ πτῶσι·

Illæ quidem toto die ad Solem occidentem
Diurne festinant.

Arist. cap. 40. ᾧ ὅταν εὐδία ᾖ, ζωπυροῦσι ἐργάζονται: *assidue operantur si serenum sit. Æli. cap. 12. lib. 5. Diligentissime, & laboriosissime operantur, nec quisquam, extra hyemale tempus ac morbum, videat apem otiari.* Alludit Pind. od. 2. Pyth. nam cum allusione ad apem inducit verbum σπεύδω, id est, festino, & propero. Sed hanc illarum sedulitatem non aliunde melius quam ex Virgil. elicias tam in hoc lib. quam 1. Æn.

Thalamus de apibus.

16. THALAMIS.] Notat Germ. à Græcis quoque cellas apum dici & θαλάμους, qua voce vsus Nicander: & θαλάμας, qua vsus Poeta quispiam in Epigram. Græc. in Nicandrum & nos incidimus. habetur locus in Alexipharmacis. In Opp. 4. Hal. reperies, thalamos centies dici de cubiculis piscium. Itaque, vbi cubant animalia, & indulgent suis nuptiis, dici possunt thalami ab humana similitudine.

17. SE COMPOSVERE.] Plin. 4. Epist. *Postquam se composuit.*

Apum somnus.

18. SOPOR.] De somno apum ita Arist. libr. 4. Hist. Anim. c. 10. *Insecta etiam animalium dormire argumentum, quod requiem capiunt, motuq, omni proculdubio cessant, quod præcipue patet in apibus: quæ enim nocte, & conticescunt, vt nullus omnino bombus semiatur. ἥρεμοῦσι γὰρ καὶ παύονται βομβοῦσαι τὸ παράπαν.*

Apes diuinæ.

19. NEC VERO A STABVLIS.] Plin. cap. 10. *Prædiuinant enim ventos imbresque, & tunc se continent tectis.* Ælian. cap. 12. lib. 1. *Et quando horum alterum* (id est, pluuias, & frigora) *vel virung, impendere coniecturis assequuntur, non longissime ab aluco volatu procedunt, sed circum apiaria volantes velusi floribus incubant. Ex his rebus alueorum custodes futura augurati agricolis turbulentæ tempestatis aduentum prædicunt.* Ad hanc rem pertinent quæ supra dedi ad illud, *Ingue vicem speculantur aquas, & nubila cœli.* Tempus nubilum procul dubio intellexit Varro, cum scripsit: *non omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur.* Vt vero hic *stabulis* de apibus cum respectu ad terrestres feras, ita eum eodem Opp. de piscibus 3. Hal. αἱ δὲ ἰχθύες αὐλίζονται: *stabulantur anthiæ.*

Apum industria ne ventō abripiantur.

20. ET SÆPE LAPILLOS.] Hæc apum industria celebrata Auctoribus, Aristotele lib. 9. Histor. *Cum ventus ingruit* φέρουσι λίθον, *lapillum gestant, quo se quasi fulcro stabiliunt.* Plutarcho li. de Solertia Animaloquente signate de apibus Cretensibus. *Illa enim ventosum aliquod transuolaturæ promontorium, se ipsas exiguis lapillis saburrant, ne vento abripiantur.* Signata verba sunt, ἐρείδεσθαι ἑαυτὰς λιθιδίοις: Æliano cap. 12. lib. 1. *Sæpe vero vento aduersæ volant paruulum lapillum pedibus portantes, quantullus inter volandum commode gestari possit. Itaque in hunc modum contra ventorum incursiones, & afflatus aurę, ne ex itinere deducantur, eiusmodi firmamentum ac robur sibi machinantur.* Repetit c. 13. lib. 5. Plinio cap. 10. *Gerulæ secundos flatus captant. Si cooriatur procella, apprehensi ponduscule lapilli se librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt.* Ambrosio lib. 3. de Virginib. *Apis illa sapiens, cum aeris motus suspectos habet lapillis sæpe sublatis per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium præcipitem flabra ventorum.* Bersmanni versus de re eadem digni, qui audiantur:

Aduersus autem se notos per nubila
Librat, lapillum sustinens rite pedibus,
Quo flatuum contra ruentes impetus
Se firmat ipsa degruata pondere.
Nam cymba recto non feretur tramite,
Quam non saburræ fulcri æquilibrium.

His, vt vides, Auctores, vt consentiunt in lapidis gestatione, ita dissentiunt in parte corporis, qua is gestetur, aliis rem ad pedes, aliis ad humeros refe-

UVA. BHSC. BU 00239

rentibus. Neque vero desunt, qui os signent, sed non A is est Plutarchus in adducto loco. Nam versor ex suo os addidit. Dio Chrysost. Orat. 44. hanc apum prouidentiam refert ad amorem, quo apes amant alueos suos, seque inuicem, & patriam illam, quam semel cognouerunt, & vbi primum natæ. Verba eius: *ita nimis autem sese mutuo eas diunt amare, & quan-*

que suum alueum, vt si quando foris relinquantur hyeme, aut multo vento ingruente, λίζον εἰς τὰς πόδας ἐκδεῖν λαβεῖσαι, ὥσπερ ἕρμα, lapidem quæq; pedibus comprehendat ad firmamen: sicq; volant, ne præterueharntur ab spiritu, neue ab alueo aberrent.

21. CYMBÆ INSTABILES.] Ita Græcus Poeta ex Nota Germ. τῶν ἀσταθῶν.

Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipsæ foliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæ Regem, paruósque Quirites
Sufficiunt, aulásque, & cerea regnare figunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, vltróque animam sub fasce dedere:
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angústus terminus æui
Excipiat (neque enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet, multósque per annos.
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.

ARGVMENTVM.

Scribitur generatio apum, quæ & floribus, & aetas singularum, quæ septennis: duratio totius generis, quæ aeterna.

EXPLICATIO.

DICIT admirabiles esse apum natales, & generationem. Non enim mares cum fœminis concumbunt, non voluptati indulgent, non se dedunt Veneri, non nituntur in partu, vt reliquæ animantes. Quæ ergo ratio generandi? mirum dictu. Colligunt ore ex foliis atque herbis natos ibi repertos, inde Regem sibi, inde sufficiũt paruos ciues, illis aulas, illis regna cerea struunt, figunt, componunt: aulas Regibus, regna ciuibus?

Quis hoc credat de apibus? adeo pertinaces sunt in laborando, adeo mellis cupiditate flagrant, & amore florum, ac perinde desiderio fœtus & prolis, vt ipsæ vltro, dum quærunt, quæ necessaria sunt ad propagandum genus, periculis se inferant, donec alas atterant confringantque in saxis, atque ita cadant sub ipso onere. Hæc mihi visa est sententia. Nam cum præcedentia, & sequentia capiantur de generatione apum, quorsum Poeta intericeret alienam ab hoc sermone sententiam? Faceret hoc vulgaris poeta, non Princeps omnium.

Colligit ex adducta natalitij ratione, quæ sit gloria apum, non quidem ex ætate, nam hæc durat non amplius annis septem. Perinde ac si dicat. Ergo, quamuis earum vita circumscripta sit breui æuo, sed immortales sunt felicitatis suæ æternitate, auorum perennitate. Dicit hoc, quia non subiectæ sunt infelicitati partuum, vt reliquæ animantes, quibus sæpe deest proles, sed habent semper paratam sobolem in ipsis floribus.

NOTÆ.

1. CONCVBITV.] Pro, concubitu, ex more veterum non solum Poetarum, sed aliorum.

B 2. IN VENEREM SOLVVNT.] Ita Græci, λύειν εἰς ἀφροδίσια.

3. FOLIIS NATOS, &c.] Aristoteles, & Plinius, qui scribunt de generatione apum, nihil vnquam certi proferunt, vt patebit adeunti. Hæc enim quæstio vna est ex multis, quæ adhuc incomperta Philosophis, iam in hanc, iam in illam partem abeuntibus. Ex varietate opinionum placuit Poetæ illam eligere, quæ asserit, reperiri ab apibus in ipsis herbis & floribus quidpiam, quod sit pro semine, comportentque in alucaria, mox foueant, nutriantque semper ipsæ virgines. Cum ergo hanc opinionem Vates sequatur, adiungam firmamenta, quæ reperi. Aristotel. lib. 5. Hist. Anim. cap. 21. *De generatione apum varia est sententia. Alij enim eas parere, & coire negant, sed deportare fœturam existimant. Nec vnde portent, constat inter omnes: sed alij ex floribus cerinthi, alij ex flore arundinis, alij ex flore oleæ aiunt: argumentumque afferunt, quod cum oliuarum prouentus sit largior, tunc plura examina prodeant.* Obiter vidisti nõ solum portari fœturam ex floribus, sed ex quibus floribus. Idẽ cap. sequenti. *Fauos primum conficiunt, mox collocant fœtum, emittentes illum ore, vt iis placet, qui censent aliunde prolis primordia conuehi.* Columella etiam, tametsi c. 2. libr. 9. rem hanc neget quærendam, vt quæ parum necessaria negotiosis agricolis, tamen cap. 14. quid ipse sentiat, ita obiter statuit: *ab æquinoctio verno sine cunctatione iam passim vagantur, & idoneos ad fœtum decerpunt flores, atque intra tecta comportant.* Admittit opinionem istam Lactant. cap. 8. lib. 1. *Nam si quibusdam minutis animalibus id præstitit* (Deus,) *vt sibi e foliis natos, & suauibus herbis ore legant: cur existimet aliquis, ipsum Deum, nisi ex permistione sexus alterius, non posse generare?* Et Ambros. 5. Hex. cap. 21. *communis omnibus generatio, integritas quoque corporis virginalis omnibus communis, & partus: quoniam neque vllo concubitu miscentur, nec libidine resoluuntur, nec partus quatiuntur doloribus: & subito maximum filiorum examen emittunt, e foliis & herbis ore suo prolem legentes.* Et lib. 1. de Virgin. *quam te velim filia imitatricem esse huius apicule, cuius cibus flos est, ore soboles legitur, ore componitur.* Spirant Virgilium Lactantius, & Ambrosius. Roges, vti fiat hęc prolificatio? Audi Plinium lib. 11. c. 16. *Quod certum est,*

Apum sobolies ex floribus.

UVA. BHSC. BU 00239

est gallinarum modo incubant. Id quod exclusum est primũ vermiculus videtur candidus, sacens transfuersus, adhærensque ita, vt pascere videatur. Qui plura velit de hac prolificatione, legat sequentia Plinij. Et Aristotelem c. 22. lib. 5. Histor. Nam ab hoc Plinius sententiam sumsit, & pene verba.

4. CEREA REGNA.] Claud. 2. Rap. de iisdem: *cerea castra.*

Refigo. 5. REFIGVNT.] Nõ hic otiosum re, (ait Germ.) sed vim habet, vt illud: *Fata renarrabat Diuum.* Erit ego *refigunt*, sedulo, & accurate nimis figunt, struunt iterum, ac fulciunt. Habet vim eandem apud Græcos ἀνά, vt ἀναπάλιν, ita est *refingo*, vt fit, iterum & constanter fingo. Opp. 3. Cyn. ὧς αὖτε & λιχμώσα φίλας ἀνεπάλσατο παῖδας: *sic vrsa lingens caros refinget catulos.* Basil. ὁμ. 8. ἐξ. extulit per συμπήγνυται, & φιλοτεχνῆσαι. B

Amor pro cupiditate. 6. TANTVS AMOR FLORVM.] Simili emphasi 2. Georg. *Tantus amor terræ.* Et 3. *Tantus amor laudum.* Idque ad Græcorum imitationem, qui ἔρωτα dicunt pro cupiditate. Xenoph. 5. Pæd. loquens etiam de apibus, postquam præmisit obsequium illarum erga suum Regem. ἔστι δυνὸς τις αὐτοῖς ἔρως τῦ ἄρχειν· ὃν ὁκείνῳ ἐγγίνεται: *Vsq; adeo vehemens his est amor parendi illi.* Opp. de re alia 2. Hal. τόσος & ἔρως ἐστὶ τοῖς ἐν ἐχθύσιν αἵματος & ἀνδρῶν. *Tantus amor inest his piscibus sanguinis vivorum.*

7. GENERANDI MELLIS.] Verba ista ab Nostro sumsit Lactan. lib. 3. c. 10. vbi quæpiam attingit de artificio apum.

8. ANGVSTVS TERMINVS.] Sumta est metaphora à terminis agrorum, qui angusti erant, vt qui locati in agrorum confiniis, & limitibus. Inde verbum *limito*, quod est, arcto, & veluti in angustias redigo. Ab hac terminorum, & limitum angustia Varr. libr. 4. Ling. Lat. *Sæpe ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem.* Qui in Virgilio legunt, *angusti terminus aui.* fingentes nescio quam elegantiam, à vera lectione abeunt. Angusti enim termini solemnes sunt. Plin. lib. 3. Epist. *Tam angustis terminis tanta multitudinis vinacitas ipsa concluditur.* & sexcenta, quæ omitto. Ad apum immortalitatem spectant illa Claudian. de laudib. Serenæ: Angustia de termino.

Vnde pia pascuntur apes, & prata legentes
Transfmittunt sectis Heliconia mella futuris.

9. PLVS.] Pro, pluſquam. Firmat Germanus Propertij exemplo.

10. SEPTIMA ÆSTAS.] Arist. ita statuit lib. 5. Hist. c. 22. *Vita apum anni sex, nonnullæ etiam septem complent. Quod si examen nouem, aut decem annos duraverit, prospere actum esse existimatur.* Et in lib. de Respiratione. τῶν δὲ μελιττῶν ἔνιαι ζῶσι ἕπτ' ἔτη: *Viuunt apes nonnullæ annos septem.* Colum. c. 3. lib. 9. *Durantq;, si diligenter excultæ sint, in annos decem.* Plinius cap. 20. lib. 11. *vita eis longissima, vt prospere inimica, ac fortuita cadant, septemnis annis vniuersa. Alueos nanquam vltra decem annos durasse proditur.* Apum vita.

11. AVT AVORVM.] Locutionem istam, qua signatur immortalitas, alibi exorno.

Præterea Regem non sic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes,
Obseruant: Rege incolumi, mens omnibus vna est:
Amisso, rupere fidem: constructaque mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
[b] Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipántque frequentes.
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulcrámque petunt per vulnera mortem.
[c] His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Ætherios dixere. Deum namque ire per omnes
Terrásque, tractúsque maris, cœlúmque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quémque sibi tenues nascentem arcessere vitas.
[d] Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed viua volare
Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.

ARGVMENTVM.

Cultus apum erga suos Reges, signa huius cultus, opinio Pythagoræ non de ape solum, sed de reliquis animalibus, qua indicatur quid diuinitatis in ape insit.

EXPLICATIO.

[a] CVLTVM apum erga Regem suum, ait, præstare religioni, & venerationi, qua Ægyptus, Lydia, Parthi, Medij colunt Regem Persarum, cui C prouinciæ istæ parebant. Adducit rationem, quia Rege apum incolumi, istæ societatem seruant, & coalescunt in vnam ciuitatem: illo amisso, nulla est fides, diripiunt mella, soluunt fauos, euertunt suam Rempublicam.

[b] Explicat iam, quis ille cultus apum erga suum Regem. Rex (inquit) tantum custodit opera illarum, tantum præsidet, nihil laborans: illæ vero Regem admirantur, circumstant cum fremitu, stipant frequentes, attollunt humeris, sé pro illo obiiciunt bello, & morti, quam gloriosam pulcramque putãt, quia pro Rege. Hic tu considera, qua maiestate Poeta loquatur, & disce attollere res tenues. Rex tantillus

UVA. BHSC. BU 00239

rillus confertur cum magnis Regibus, tantillæ auiculæ cum illorum proceribus. Non hic deest consensio vrbis in colendo viuente Rege, non euersio illo amisso. Quid illa admiratio? fremitus? stipatio? sublatio in humeros, vt olim milites erga suos Imperatores? Quid demum mors ipsa pro tuendo principe.

[c] Expensa natura apum, subdit quid inde mortales aliqui de his senserint. Sentiunt videlicet inesse illis partem aliquam diuinitatis, & haustus quosdam ætherios, id est, diuinos spiritus. Dat hoc explicatius, subiiciens sententiam Pythagoreorum. Dicebant isti, Deum immistum esse elementis omnibus; inde esse necesse, vt animalia omnia, quæ ex elementis constant, Diuini numinis, cum primum nascantur, habeant particulam.

[d] Pergit in opinione Pythagoræ, asserentis nulla animalia omnino mori, sed reddi cœlo, eoque reuocari, nam inde originem traxerant: nec dici posse omnino mori cum ex hac vita in aliam cœlestem vitam migrent, relata in stellarum numerum.

A cultum, quem apiculæ præstant suo Regi. Ita etiam vtrunque imperium Ambros. contulit libr. 5. Hex. cap. 21. *Apes illæ, quæ non obtemperauerint legibus Regis, pœnitenti condemnatione se mulctant, & immoriuntur aculei sui vulnere: quod Persarum populi hodieque seruare dicuntur, vt pro commissi pretio ipsi in se propria mortis exsequantur sententiam.* Huc pertinet, comparari ab Æliano cap. extremo lib. 1. structuram apum & ædificia cum ædificiis Regum Persarum Cyri, & Darij: itemque cum hortis, quos minor Cyrus in Lydia struxit. Iuuat Claudian. de 4. Consul. Honor.

Stridula ducturum pratis examina Regem
Nascentem venerantur apes, & publica mellis
Iura petunt.

B Iuuat (inquam) quia verbum *veneror* adeo proprium & signatum fuit de cultu Persarum erga suos Reges, vt nihil magis ex historiis liqueat. De quo eximio ac prope seruili obsequio, videndus Brisson. in aureo opere de Regno Persico lib. 1. Sed & de cultu, quo omnes Asiatici Reges habentur, & vti is longe superet Europæos, lege Arist. lib. 3. Polit. cap. 10. Et libr. 7. cap. 7. Sallustius etiam (citante Seruio) de his gentibus: *adeo illis ingenita est sanctitas regij nominis.*

2. ÆGYPTVS.] Ad rem est obseruatio Pierij libro 26. Ægyptios sacerdotes solitos apem pingere, cum vellent significare populum obsequentissimum Regi suo.

3. LYDIA.] Hanc prouinciam induci, quia subdita esset Regi Persarum, iam explicui. Et id liquidum ex Æliano cap. extremo lib. 1. Historiar. Animalium.

C

4. POPVLI PARTHORVM.] Obseruat ad locum istum Germ. Parthos superstitiose admodum, & venerabunde Regi suo obsequium impendisse osculis pedum, & seruili supplicatione: quin eum adituri terram ore tangebant, vt auctor est Xenoph. Inde Mart. lib. 10. epigr. 72.

Parthi superstitiosi in colendis suis regibus.

Frustra blandicie venitis ad me,
Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes humilesque, supplicesque
Pictorum sola bafiate Regum.

Dicuntur Reges Parthorum picti, quia vestibus pi- D ctis vterentur, vt auctor est Plinius. Apte ergo Poeta ad Parthos confugit, vt explicet cultum apum erga suos Reges. Ambro. c. 21. lib. 5. Hex. cum aliis nationibus comparat, hunc in modum: *Non Indi, non populi Sarmatarum tantum, quantum apes reuerentiam deuotionis obseruant.*

5. HYDASPES.] Pulcre pro prouincia fluuium posuit, vt & Lucan. *Sub iuga iam Scythes, iam barbarus esset Araxes.* verissime autem *Medus*, quia priusquam se in Indum exoneret, Mediam alluit. Leges hic vnius Interpretis nugas damnatis Poetam.

Hydaspes fluuius.

6. REGE INCOLVMI, MENS OMNIBVS VNA EST.] De Rege apum Auctor Geop. libr. 15. μένοντ' ἐν αὐτῷ ἔνδον, ὡς ἀποσθοντα: *Ipso enim intus manente, non discedent.* Ælian. c. 11. lib. 5. *Quoad Rex viuit, tamdiu examen pace fruitur, omnig, ordinum perturbatione caret, fuci suis cellis libenter se continent, seniores suum locum habent, natu minores etiam suum.* Iacius Zezes (citante Vrsino) ὃ τάτε ζῶντ' ἐδὲ, καλὸς τὸ ζῆν· διοικεῖται: *Viuente hoc, pulcre examen regitur.* Ambros. *Incolumi Rege, nescium mutare iudicium, mentem inflectere.*

Apes suis regibus obedientissimæ.

E

7. AMISSO RVPERE FIDEM.] Tale quid Aristot. lib. 9. postquam enim præmittit Reges interfici ab apibus, cum plures, & improbi; subiicit: *Eaues etiam Regum eo tempore se parati sunt, diruunt.* Signatiora

NOTÆ.

Apum cultus erga suum regem.

1. PRÆTEREA REGEM NON SIC, &c.] Omnino credo à Poeta intelligi Regem Persarum, & Germanum laudo, qui idem existimat in Palimpomenis; & Brissonium, qui lib. 1 de Regno Persico versus istos Virgilij de eodem Rege accipit. Qui historias videat, plane hoc sentiet. Poeta enim Ægyptum nominat, Lydiam, Parthos, Medos. Dicam breuiter de singulis. Ægyptum Regi Persarum paruisse, clare liquet ex cap. 8. Esther. Et cap. 4. lib. 3. Esdræ, insuper ex Iosepho lib. 11. Antiq. cap. 4. & 6. quibus locis elogij loco de Rege hoc dicitur, tenuisse imperium ἀπὸ τῆς ἰνδικῆς ἕως (ἄρξει, μέχρι) τῆς αἰθιοπίας: *ab India vsq; ad Æthiopiam.* Atqui vltra Ægyptum Æthiopia est incoantibus à Regno Persarum. Libanius in Progym. ait, Pellæos (est Pella in Ægypto) Regibus Persarum seruiuisse. Græca Libanij sunt, δουλεύουσι μὲν ὅσα πάλαι ποτὲ τῶν περσῶν βασιλέων. Herodotus etiam lib. 2. ὧν περσῆσι ἐστὶ αἰγυπτος: *Est Ægyptus sub ditione Persarum.* Et lib. 3. inter prouincias subditas huic Regi Ægyptum numerat, sicut & Heliod. lib. 2. Hist. Æthiop. ex qua prouincia, & aliis Africæ, Herodotus ait Regi Persarum prouenisse ἑπτακόσια τάλαντα: *septingenta talenta.* Ægyptus accessit ditioni Persarum non sub Cyro, sed sub filio eius, quod scripsit Plato in Menexeno. De Lydis id clarum, siti enim in ipso Persarum Regno: & deinde Herodot. lib. 3. Lydos quoque facit vectigales Regis Persarum, vna cum Mysis, & aliis: Iam Parthos eidem Regi paruisse Iustini firmat auctoritas lib. 41. Forte & Suetonij in Calig. cap. 5. nam ibi *Regem Regum* non alium existimo, quam Regem Persarum. Id enim liquidum cognoscenti historias Persicas. Restant Medi, qui cum ab illis imperium translatum ad Persas est, concessere in eandem ditionem. Et præter Scriptores, quorum, id est, Plato in adducto loco id affirmat, loquens de Cyro, ἐλευθερώσας πόρρω τοὺς αὐτῶν πολίτας τῷ αὐτῷ φρονήματι, ἅμα καὶ τὰς ἀναγκαίας μηδὲν ἐλάττους ἀπεργάσατο: *Ciues suos Persas animi magnitudine in libertatem redigent, simul dominos Medos subiecit.* Hæc cum videam vera esse (quæ ego latius potuissem probare) omnino sentio, Poetam capiendum de Regno Asiatico Persarum. Erant enim admodum proni ad cultum & obsequium sui Regis, verius ad seruilem quandam reuerentiam: vt non immerito putarit Poeta, conferendum cum illis

Persarū Rex.

UVA. BHSC. BU 00239

gnatiora sunt eiusdem ista, ὡς ἐαν ἀπόλυται ἀπόλλυσιν ἢ ἀφεστῶν: Et, si pericrit, perire examen. Et Æliani hæc: *Rege exstincto, omnia perturbantur, & funditus perueruntur.* Isacius sequenti versu post adductum,

Θνήσκοντ' ἀπὸ τρέχει ὁ συλλέκτης τελείως:

Mortuo, examen fugit, & prorsus confunditur.

Plin. cap. 17. *Duce prehenso totum teneatur agmen, amisso dilabitur, migratque ad alios.* Ouid. 3. Fast. *Amisso dubie Rege vagantur Apes.* Ambrosius: *Amisso fidem seruandi muneris derelinquunt; atque ipse sua mella diripiunt, quod ei, qui principatum habuit muneris, interemtus est.* Admonet præclare Germ. alludi haud dubie à Poeta ad morem Persarum, qui Rege mortuo, per dies octo permissa licentia, iudiciis, legibusque soluebantur, ac destituti, incerto rerum ordine iactabantur. In numero dierum ambigo. nam Selinus apud Stob. Serm. 42. quinque tantum numerat. Verba eius, πέρσαις ὁ νόμος ἦν, ὅπότε βασιλεὺς ἀποθάνοι ἀφυμέαν ἕνα καὶ πέντε ἡμερῶν. Suetonius in Calig. cap. 5. tacuit de numero dierum; tantum morem posuit. Nam ibi, vt iam attigi, de Rege Persarum est sermo, etiàsi mentio sit de Parthis. Ceterum verba Poetæ ad animum transfert Seneca Epist. 114. quo inculumi cetera hominis manent in officio, parent, obtemperant: si ille vacillat, nutant omnia. Lege eundem libr. 1. de Clement. c. 4.

Persarum mos.

Crates de fauis.

8. CRATES SOLVERE FAVORVM.] Est hoc, quod Aristot. dixit, τὰ κηρία διαφθείρουσι. Et infra, ἐξέφερον τὸ μέλι: *diripuerunt mel.* vt vero Poeta *crates*, ita Pindarus od. 6. Pyth. μελισσᾶν τρητὸν πόνον, *apum opus cancellatum, perforatum.* Ambros. *Quæ castra quadrata tantum possunt habere artis, & gratiæ, quantum habent crates fauorum?* Huic confine verbum ὑφαίνειν, *texere*, quod ad artificium apum vsurpant Græci. Et Petro. in Fragm.

——textis apis excita ceris.

Virgil. infra,

& floribus horrea texent.

Apum rex custos operum.

9. ILLE OPERVM CVSTOS.] Facit Poeta Regem apium vacantem omni labore, tantum præsidem custodemque aginiis, ac vigilem totius aluei. Xenophon in Oeconom: *Intus præsidet his, qui fauos conficiunt, vt pulcre & celeriter conficiantur.* Verbum Xenophontis respondens Virgiliano est, ἐφέστηκεν. Plin. lib. 11. cap. 17. *Reliquo tempore, cum populus in labore est, ipse opera intus cuncta similis exhortanti, solus immunis.* Ælianus cap. 11. lib. 5. *Apum Regi curæ est, modum aliis statuere, & ordinem afferre: alias enim aquari iubet, alias intus mella fingere, extruere, expolire, fuggere; alias vero ad pastiones proficisci.* Desumta hæc sunt à Xenophon. qui in Oeconom. ἡ τῶν μελισσῶν ἡγεμὼν ἂν τῷ σώματι μένοι ἂν ἐκ ἀργὸς τὰς μελίσσας, ἀλλ' ἂς μὲν δεῖ ἔξω ἀργάζεσθαι, ἐκπέμπει ὅπῃ τὸ ἔργον, ἃς δ' ἐνδον αὐτῶν φυλάττειν οἶδεν, καὶ δίκαιος. Non eget versione, præmisso Æliano, & aliis. Alludit Plato 7. Polit. cum ait, sapientes, quibus curæ est res aliorum vitamque inspicere, similes esse Regibus apum, neque aliter præsidere populo, quam illos suis aluearibus.

Apes quo sint cultu erga suos reges.

10. CIRCVMSTANT.] De hoc obsequio Arist. lib. 9. Hist. *Reges nunquam prodeunt foras, vel ad pastum, vel quauis alia caussa, nisi vniuersa cum plebe.* Iterum post multa: αἱ λοιπαὶ σὺν τῶν σωμάτων φέρουσι: *Visuntur reliquæ circa hunc (Principem) glomeratæ.* Basil. Hom. 8. Hex. ὁ δεύτερον καταδημόσιον ἐπὶ τὰς λειμῶνας ἐλθὼν, ὅλην αὖ ὕδωρ καταβέβηκε βασιλέα τῶν πτηνῶν: *Non prius volunt proficisci ad prata, quam Regem videant volatu anteire.* Et Orat. de Gordio Martyre; νόμος ἐστὶ θεσπίσας τὰς μελίσσας, μὴ ἀπαίρειν τῶν σμηνῶν, ὅλην αὖ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν τῆς πτήσεως ἀπάρχηται: *Naturæ lex innata est apibus, vt nunquam discedant ab aluearibus, nisi Rex prius agmen præcedat.* Attingit sæpe Plin. cap. 17. *Mira plebi circa eum obedientia. Cum procedit, una est totum examen, circagi, eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patiur.* Iterum: *Circa eum satellites quidam victores, assidui, custodes auctoritatis.* Et adhuc: *Cum processere, se quæque proximam illis cupit esse, & in officio consPici gaudet.* Varr. lib. 3. *Regem suum sequuntur, quocunque it.* Xenophon quoque libr. 5. de pæd. Cyri. loquens de disciplina apum. *Apes semper illis vltro parent. Vbicunque manet, nulla illinc discedit; si quo exeat, nulla eum relinquit.* Quæ verba absoluit epiphonema hoc: ὅτω δυνός τι αὐτῆς ἔρως τῦ ἄρχειν, τοσοῦτο ἐγγίνεται τοῖς ἀρχομένοις: *Tanto ardore ad imperandum afficiuntur, quanto ad parendum illi.* Didymus de hoc insecto, τιμᾷ τὴ βασιλέα, καὶ σωμπαρατάσσεται μὴ φεύγοντας, ὅπωπερ ἂν τῶν τάξεων: *Colit Regem, & illum prome comitatur, vbicunque ordines locet.* Artemid. libr. 2. Oniroc. capit. 22. de illis ait, ἡγεμόνι τοσοῦτος ὑποτάσσεται: *subditus esse duci.* Videndus Ælian. c. 11. lib. 5.

Apes succollant suos reges.

11. ET SÆPE ATTOLLVNT HVMERIS.] Hæc pars obsequij non omissa Scriptoribus, vt præcipua, & magna. Aristotel. λέγεται ὁ ὑφ' ἑρέτας αὐτὸν ὑποφέρεσθαι, ὅταν πόνος μὴ φαίνηται: *ferunt gestari ipse ab examine, cum volare nequiuerit.* Varr. lib. 3. *sessum sublenant, & si nequit volare succollant, quod eum seruare volunt.* Didym. *ægrotantem illum sustinet, & non valentem volare fert, & seruat.* Signata Græca sunt, σωμπολαμβάνει, φέρει, διασώζει. Plin. c. 17. *sessum humeris sublenant, validius fatigatum ex toto portant.* Ælian. c. 11. lib. 5. *Si ab ætate firmus sit, antecedit examen, dux ad proficiscendum, reliquæ eius ductum sequuntur: sin ætate affectus sit, ceteris apibus vehitur.* Accedunt apes in more isto ad humanum, quo solitum Reges se collari, & gestari humeris, vt de Othone in eius vita scribit Suet. c. 6. De more attollendi Reges in scutis lege Pithœum lib. 2. Aduers. c. 6.

12. PVLCRAM MORTEM.] Ita Apul. 3. Flor. *formosam mortem.* Ambr. de ipsis apibus: *Regem suum summa protectione defendunt, & perire pro eo pulcrum putant.* Vt hic *petunt mortem*, ita Catull. ex emendatione Marcilij *mortem adpeteret.*

Apes diuinę, rationabiles, sapientes, prudentes, ingeniosæ.

13. ESSE APIBVS PARTEM DIVINÆ MENTIS.] Ad rem sunt verba Arist. lib. 3 de Gener. Animal. cap. 10. qui loquens de vespis, & crabronibus, ait, ὧν ὑπάρχειν μέν θεῖον, ὥσπερ τὸ φρόνιμον τῶν μελισσῶν: *nihil enim habent diuinitatis, vt habent apes.* Didymus; *Opificium eius vere θεῖον, diuinum.* Varro apibus rationem dat, verba sunt: *hic ratio, atque ars.* Plutarch. de amore prolis, sapientiam, ἀλλὰ καὶ μέλισσαν ἡμεῖς σοφὴν καλοῦμεν: *sed apem nos sapientem vocamus.* Et Basil. hom. 8. ἔξαμ. ait apicalem operari σοφῶς, *sapienter.* Et Ambros. *cum sit infirma robore apis, valida est vigore sapientiæ.* Arist. 2. de Partib. Animal. c. 2. prudentiam: *quam ob rem apes, atque eiusmodi alia animalia φρονιμώτερα, prudentiora multis cæterisque sanguine sunt.* Varro ingenium: *volucres, quibus plurimum natura ingenij, atq, artis tribuit.* Spectant vero quatuor hæc *ratio, sapientia, prudentia, ingenium* ad diuinitatem. Vt vero Poeta *partem diuinæ mentis.* ita ab hoc Horat. Sat. 2. lib. 2.

——diuine particulam aure. Synes. Epist. 105. dixit, κατασβεσθῆναι ἐν τῇ ψυχῇ θεωδίαν ἢ ὑπὲρ ἀνθρώπους: *Videre exstinctam in animo diuinam particulam.*

Pythagoræo rum doctrinæ de Deo.

14. DEVM NAMQVE IRE PER OMNES, &c.] Dicam de hac re etiam in 6. Æn. vbi non similis, sed idem locus. Hic pauca quædam, ne locus pulcerrimus illibatus sit. Sequitur Poeta doctrinam Pythagoræ asserentis, Deum esse immixtum elementis omnibus, & rebus visibilibus. Ex hac doctrina procedunt Arati illa, μεστὴ δ' ἀνδρῶν ἀγορὴ, μεστὴ δὲ θάλασσα: *Pleni sunt omnes vici*

VVA. BHSC. BU 00239

omnes, fœra mortalium, mare, &c. Clem. Alexand. ex Æschylo lib. 5. Strom.

Ζεὺς ἐστιν αἰθὴρ, Ζεὺς δ' γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός,
Ζεὺς τοι τὰ πάντα.
Iupiter est æther, Iupiter est terra, Iupiter est cœlum.
Iupiter est omnia.

Deus cuncta replet.

Et quidem Pythagoras Deum vocabat ψυχωσιν τῶ παντὸς, *animationem vniuersi*, quod omnibus sese rebus infunderet. Quod spectatum ab Arist. est li. 1. Plant. τὰς δὲ ἐστι ἢ αἰρῶ ἢ ἐν τῇ ψυχῇ τῷ ζῴῳ: τί ἄλλο, εἰ μὴ τὸ εὐγλυκὺς ζῷον, ὁ τε ἀερῶδη θεὸς δὴ, τὸ ἥλιον, τὰ ἄστρα, ἢ τὰς πανσπερμίας: *Quod igitur in animalis vita principium est? quodnam aliud, præter nobile istud animal, quod cœlum, Solem, stellas, & planetas circuit?* Vide, vti profanum vatem cum cœlesti, Virgilium (inquam) cum Dauide comparet Eugubin. lib. 1. de Per. Philosoph. c. 3. Ad locum istum Virgilij allusit Baptista Mantuan. lib. 3. Sylu.

Cuncta Deus replet: Deus est supra, Deus infra:
Æthereos orbes habitat sub Sole, sub aura,
Sub tellure latens, sub Dite, sub æquoris vnda:
Omnia plena Deo.

Placuit in fine transcribere verba Seruij, quæ toti Poetæ loco lucem dant: *Locum hunc plenius executus est in sexto, quem hoc loco breuiter colligit, vt probet etiam apes partem habere diuinitatis. Namque omnia animalia ex quatuor elementis, & diuino spiritu constare manifestum est. Trahunt enim à terra carnem, ab aqua humorem, ab aere anhelitum, ab igne feruorem, à diuino spiritu ingenium. Quod quia est in apibus sicut etiam in hominibus, (namque metuunt, cupiunt, dolent, gaudent: qua probantur ex his, quæ faciunt, dimicant enim, colligunt flores, prouident pluuias) fateamur necesse est, etiam apes partem habere diuinitatis.*

15. NEC MORTI ESSE LOCVM.] Addebat Pythagoras suæ opinioni, homines, & reliqua visibilia non omnino mori, etiam si mori viderentur; tantum resolui, & viua reuocari in cœlum: proprie, interire. Est enim interitus, interuentus quidam mistarum rerum confusionem resoluens. Ita sententiam Virgilij concipit Seruius, & Seruium Germanus laudat. Huic sententiæ affines versus Lucr. lib. 2.

Cedit item retro, de terra quod fuit ante
In terras, & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli relatum templa receptat.
Nec sic interimit mors res, vt materiai
Corpora conficiant, sed cœtum dissipat ollis.

Eodem pertinent verba Plutarchi libr. 4. de Placit. Philosoph. c. 7. πυθαγόρας, πλάτων, ἀφθαρτον εἶναι τὸν ψυχὴν, ἐξίστασι γὰρ εἰς τὸ τὰ πάντα ψυχὴν ἀναχωρεῖν θεῖον τὸ ὁμογενὲς: *Pythagoras & Plato* (scilicet) *interitus expertem animam: cum enim exit, peruenire in cognatam sibi animæ mundi.* Ex hac opinione Seruius vocē *morti*, in Poeta, explicat, *perditioni.* Sicut & Gifan. in Collectan Lucretij, ex Lucr. ipso, & Plinio. Itaque ait Poeta, nulli rei esse locū perditioni, id est, nihil funditus perire.

16. VIVA VOLARE SIDERIS IN NVMERVM.] Videntur procedere ista ex opinione Pythagoræ, quam Plato in Timæo attingit, his verbis: *Deinque, cum vniuersum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens, eisque tanquam vehiculo impositis monstrauit vniuersi naturam, ac leges fatales edixit.* Græca, quæ potissimum necessaria, hæc sunt: δοὺς ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις. Sententia Platonis est, quot animas, etiam brutorum, tot esse astra. Atque ex Platone Plutarchus, ὡς ἐιμαρμένης, ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις ἑνάστε, διὸπερ τὰ ψυχὰς ἑκάστω θεὸς ἔσχεν, ᾗ ἐμβιβάσεσθαι ὡς εἰς ὄχημα. Non opus verbose præmisso Platone. Iuuant sententiam istam, quæ dico 5. Ecl. ad illud, *Candidus insuetum miratur limen Olympi*, de animis Heroum, de quibus fuit opinio tiā scribi ad astra. Inde nata opinio altera Platonis existimantis in Epinomide, astra omnia esse animata, mentemque habere. Arg. eius, ὅτι τὰ αὐτὰ ἀεὶ πράττῃ: *quia semper idem agunt.* Adducit mox alia. Inde etiam natum, vt ibidem astris choreas assignet, quarum ordo & positio à mente procedat. Has astrorum choreas agnoscit Philo; sed non credo ea mente, qua Plato, neque enim putandus est credidisse, astra habere animam. Sed vtcunque sit agnoscit. In lib. de migratione Abraham ita ait, ἀστέρων τὰς ἐμμελεῖς, ᾗ ἀοιδίμους χορείας: *concinnas & decentes stellarum choreas.* Et fæpe alibi.

17. ALTO SVCCEDERE COELO.] Affinia ista Lucr. lib. 2.

Sic igitur debent flammæ quoque posse per auras
Aeris expresse sursum succedere.

a Si quando sedem angustam, seruataque mella
Thesauris relines: priùs haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumóque manu prætende sequaces.
b Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis:
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes:
Aut eadem sidus fugiens vbi piscis aquosi
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.
c Illis ira modum supra est, læsæque venenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt
Affixæ venis, animasque in vulnere ponunt.

ARGVMENTVM.

Transit ad præcepta mellationis, cuius duo sunt tempora, Ver, Autumnus: agitque de ira apum.

EXPLICATIO.

a VT apes sunt mitissimæ, si nemo illis iniuriam faciat; ita feroces admodum contra inuasores. Ideo Poeta daturus præcepta de castratione fauorum, & mellatione, adhibet initio remedia duo contra apes tunc irascentes. Primo, vt spargantur aqua demissa ex ore in morem pluuiæ: deinde, vt fumo pellantur ex alueo. est enim fumus hostis magnus apium. vocat alueum *augustam sedem.* Illud: *relinere mella seruata thesauris* est, recludere, atque aperire mella, quæ asseruantur in repositoriis & cellis apum. τὸ, *sparsu* dicitur, pro, spargens. Illud *ore foue*, est,

VVA. BHSC. BU 00239

est, ore contine, vt inde spargas: vt videlicet aqua calore oris temperata non lædat apiculas, quæ sunt frigoris impatientissimæ.

b Dicit bis ab apibus repleri fauos melle, ac perinde esse quoque duo tempora messis, id est, mellationis & castrationis fauorum. Sunt autem duo hæc tempora, cum Pleiades oriuntur, & cum occidunt: id est, Vere, atque Autumno: oriuntur enim Vere, occidunt Autumno. Hæc pura sententia est. Sed quos adiicit flores? conspicuos, & iucundiores ipso melle. Pro Pleiadibiis ponit vnam earum Taygetem. Huic dat honestum os, vt decet fœminam, quæ versa in stellam. Vt ortum signet, dicit *ostendit os terris.* Quis vero apparatus huius ortus? Audi: *Oceani spretos pede reppulit amnes.* Cum enim stellæ istæ oriuntur, maria sese aperiunt nauigationi, cessante tunc hyeme, & tempestatibus: imo inde (vt plures volunt) dicuntur Pleiades, ἀπὸ τοῦ πλέω, id est, nauigo. Ergo, quę tempestates exterminant à mari, rectè dicuntur repellere pede amnes, id est, fluctus maris, quos spernunt, & tanquam pede premunt. Iam pro occasu, quo in Autumno Pleiades descendunt è cœlo in vndas hybernas maris, dicit, fugere illas ab aquoso pisce, quia istæ occidunt, cum oriuntur pisces, & vna cum illis tempestates. Bene ait Seruius, tristem dici Pleiadem aut propter occasum, aut propter propinquantem asperitatem hyemis. Multis ista, sed necessaria tyronibus, quibus destino Explicationem.

c Redit ad iram apum, quam interrupit. Hæc supra modum est. Quare? Quia ita pungunt, vt vna venenum inferant: quia non contentæ pungere, totum aculeum ingerunt, non partem aliquam, ideo enim *cæca spicula.* Seruio Interprete, quia tota latét in percusso: quia demum adeo auidæ sunt vindictæ, & pronæ in iras, vt præ vlciscendo hoste vitæ suæ sint prodigæ.

Notæ.

1. SEDEM ANGVSTAM.] Seru. *augustam* legit, vt liquidum ex eius Interpretatione. Cui lectioni non deest suus genius. Nam domus apum quantula est, tota est plena maiestate, ex cultu videlicet illarum erga suum Regem.

2. THESAVRIS.] Ita potest nominari, quicquid pretiosum ad custodiam reponitur. nam θησαυρίζω ortum habet ἀπὸ τοῦ τίθημι. Ideo ergo reposita alimonia thesaurus dicitur.

3. RELINES.] Alluſum in voce ad opificiũ apũ, vt enim illæ tegentes opus suum omnia illinũt glutine, ita prædo diuerso conatu relinit.

Participia sumuntur pro participiis.

4. SPARSVS.] Non dubium, quin participia sumantur pro participiis, vt hic *sparsus*, pro, spargens ex consensu omnium. Ita in Virg. & aliis *voluentibus annis*, est, voluendis. *voluentia plaustra*, in 1. Georg. & *voluentia lustra* in Lucret. explicatur à Gisan. per tempus præsens, id est, volubilia, κυκλοδρόμια, quæ voluuntur. In 9. Æn. *nec nos via fallet euntes* est, ituros, dum ibimus. Apud Horat. *veniens in euum*, est, in æuum venturum. Qui salutasti Græcam linguam vel tantum à limine hoc capies: est enim in illis mira participiorum turbatio.

Fumus hostis apum, & cur.

5. FVMOS.] Est fumus hostis apum acerbissimus. Plutarchus in αἴτ. συσ. quærit διὰ τὸ καπνὸς πᾶσι μελίτταις ἐχθρὸς. Et lib. de Auditione ait, orationem asperam esse instar fumi, quo apes ab alueatibus expelluntur. Et in Præcep. Polit. loquens de apibus, πυρᾶσι μὲν κατηυλίζειν: *puniunt has fumo.* Apoll. 2. Argon. de iisdem, κάπνῳ τυφόμεναι πῆχυος ἔκτοσ ἐλώων, *longe ab aluco expelluntur infestata fumo.*

A Aristotel. 9. Hist. σφόδρα πονοῦσιν ὑπὸ τοῦ κάπνου: *laborant vehementer ex fumo.* Basil. Orat. 1. de Iciunio, κάπνος γὰρ ἀποθνήσκει μελίσσας: *fumus apes exterminat.* Isid. cap. 8. lib. 12. *fumum fugunt.* Nonnus lib. 5. Dionys. ait, apes suffocari fumo, πνιγόεντι καπνῷ συνεφοκείμεναι *suffocante fumo.* Attigit aliud agens Liuius lib. 4. ore Dictatoris reprehendentis milites: *Fumo ne victi velut examen apum loco vestro exacti, inermi cedetis hosti? non ferro exstinguetis ignes, non faces? &c.* Eiusdem rei mirifica est comparatio apud Virgil. lib. 12. Æn. Sed quæ huius rei ratio? Interpres Apollonij in adducto loco rem conicit in angustissima spiramenta apum. Verba sunt, καπνὸν φοβοῦνται αἱ μέλισσαι διὰ τὸ εὐπόρους εἶναι αὐτῶν τοὺς ὀσφραντῆρας. Ad præceptum ipsum sunt Plinij verba c. 16. *Cum eximuntur mella, apes abigi fumo vtilissimum, ne irascantur, aut ipsæ auide vorent.* Dicit hoc, quia vbi vident inuaforem, auidissime deuorant, ne quid relinquatur hosti. Et Col. c. 15. loquentis de castratione: *Fumus ad apes prouocuetur, quæ confestim nidoris impatientes in priorem partem domicilij, & interdum exitu vestibulum se conferunt.* Vide quæ in ipso præcedunt de instrumentis, & olla, quæ hic fumus euaporandus, vt vindemia mellis tuto fiat ab ira apium.

B 6. SEQVACES.] ἀκολουθητικὰς.

7. BIS GRAVIDOS.] Locus Arist. ex lib. 9. Hist. τῇ ὃ τῷ μέλιτι & ἐργασίᾳ διῤῥοι καιροὶ εἰσιν, ἔαρ, ᾗ μετόπωρον: *Mellis conficiendi duo sunt tempora, Ver atque Autumnus.* Mellis conficiendi duo tempora.

8. FOETVS.] Ne vox ista nouicium fallat. Non hic soboles, sed mel signatur. Nam fœtus, id est, proles, qui potest esse grauida? Vox hæc nec ipsis conuenit matribus ex sententia Poetæ, cum illæ nõ sint grauidæ, tantum legant filios ex floribus. Deinde inter præcepta mellationis inepte poneretur quidpiam de prole. Tertio, sentiunt plurimi semel tãtum in anno prolificare apes. Conuincit hoc ratio, præsertim in opinione Poetæ. nam flores, ex quibus legunt filios, verni sunt. Fœtus pro melle.

9. MESSIS.] Metaphora ista ab segetibus vagatur in res alias, idque Græcorum imitatione, quib. ἀμάω, quod proprie est meto, ad alia transit, sic ἐλευθερίαν ἀμᾶν: *liberalitatem meuere*, dixit Plutarchus. Sic Calaber lib. 14. de fructibus animi, πολυηθέα καρπὸν ἀμῶντας: *metunt suaues & ueberes fructus.* Ad rem Virgilij clare Hesiod. Theog. loquens enim de fucis, qui mel deuorãt, ἀλλότριον κάματον σφετέροις ἐν γαστέρ' ἀμῶντας: *Metunt alienum laborem in ventrem suum.* Vide affinia huic locutioni, 2. Georg. vbi de vindemia loquens ait, *metite.* Sed & Basil. Orat. de Gordio Martyre confine verbum θερίζω ad aliud, quam ad messes transtulit, nimirum ad gaudia, quæ sequuntur labores, θερίσω πολλαπλάσιονα. Messis de aliis dicitur quam de segetibus.

10. TAYGETE.] Omitto fabulam, quia trita, & ego aliqua ia superioribus. In præcepto ipso omnino hæsit Aristoteli. Verba iam attuli. nam à Varrone dissidet. Hic enim dat tria tempora mellationis, primum in ortu Vergiliarum (eædem istæ cum Pleiadibus) tertium post earundem occasum: paria hic Virgilius: ceterum, medium ille adit, nimirum acta æstate, antequam totus Arcturus exoriatur. Eadem cum Varrone Didymus apud Auctorem Geop. ait enim vindemiandum mel in ortu Pleiadum mense Maio per initium, deinde incipiente Autumno, tertio Pleiadibus occidentibus circa mensem Octobr. Videndus quoque Plin. lib. 11. c. 16. Mellationis tempora.

11. OS OSTENDIT HONESTVM.] Ductum fortasse ex illo Theoc. in Hel. ἠὼς ἀντέλλοντα καλὸν διέφαινε πρόσωπον: *Aurora oriens honestum ostendit os.* Observa, vti os detur astris, sic Soli dat Virg. Os de astris.

UVA. BHSC. BU 00239

Ergo vbi purpureum nitidis Sol aureus vndis
Extulit os. Et de Lucifero in 8.
Et Catul. de Berecynthia:
Sed vbi oris aurei Sol radiantibus oculis
Lustrauit aethera album.

Amnis de mari.

12. OCEANI AMNES.] Expressum hoc ex Græcis, qui loquuntur de mari tanquam de flumine. Nam Homer. Il. 18. ῥόῳ ὠκεανοῖο. Mimernus apud Strab. l. 1. ὠκεανοῖο ῥόον. Calab. lib. 12. ὠκεανοῖο ῥόας. Et lib. 5. ὠκεανοῖο ῥέεθρα. Et lib. 14. ἁλὸς χεῦμα. Omnia signant fluxus, & fluenta. Quin expresse Hom. Odyss.

Fluuius de Oceano.

11. Oceanum vocat fluuium versu isto, qui extremo proximus,

πλὼ ϑ (id est, νῆα) κατ' ὠκεανὸν ποταμὸν φέρε κῦμα ῥόοιο.

Hanc autem (nauem) *ferebat per fluuium Oceanum* B *fluctus fluenti* (illius.) Et Il. 14. ποταμοῖο ῥέεθρα ὠκεανοῦ: *fluenta fluuij Oceani.* Herodotus lib. 7. vocat mare ore Xerxis δολερὸν ϑ' ἁλμυρὸν ποτα μὸν: *doloſum & amarum fluuium.* Nonnius 5. Dionys. χεῦμα ὠκεανοῖο. & lib. 7. ῥόον ὠκεανοῖο. & lib. 12. ὠκεανοῖο πεφρῖκος.

13. AVT EADEM SIDVS FVGIENS.] Habet affinitatem (ex nota Germ.) cum hoc loco ille Calabri lib. 5.

πλειὰς δ' τ' ἀκάμαντ' ἐς ὠκεανοῖο ῥέεθρα
δ' ἐϑ' ὑποπρώτιστα φερίκλυτον ὄρίονα:
Simul ac Pleias indefeſſi maris fluenta
Subit, formidani illuſtrem Orionem.

Tantum est discrimen, à Virgilio effugi Pisces ratione tempestatis, à Calabro Orionem cum respectu ad fabulam, qua vna ex Pleiadibus Merope violata ab Orione fratre, ab eo tam grauiter dissensit, vt illo oriente ipsa occidat, & contra. Itaque quod Calaber de Merope, Noster de Taygete: quod ille de Orione, hic de Piscibus. Mihi vilum imitationem ductam ab Hesiodo, qui præceptum aliud rusticum includit ex ortu & occasu Pleiadum hunc in modum:

πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομένάων
ἄρχεϑ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο ϑ' ὑοτομήμονες ἔσαν.
Cum oriuntur Pleiades Atlantis filiæ
Incumbendum messibus, arationi cum occidunt.

Aut ab Apollon. lib. 3. Arg. vbi rem quampiã astruit ab Pleiadib. ὑοτομήσιν, ϑ' ἀνίσας: *occidentibus, & orientibus.* Roges de quo occasu Pleiadum capiendus Poeta? De Cosmico ὁ Lector at vero Ouid. Eleg. 9. lib. 1. de Ponto, qui in Autumno hoc sidus oriens exhibet illo versu, *Quatuor autumnos Pleias orta facit*, capiendus est de ortu Chronico. Potest enim contingere, vt idem sidus eodem die cosmice cadat, chronice oriatur. Vide Ioan. de sacro Bosco initio c. 3. Spheræ. Explicui piscem. de vero pisce, qui volet, possit delphinum capere, hic enim proximus Occidenti.

Apum iræ.

14. ILLIS IRA MODVM SVPRA EST.] Iræ apum vbique celebres. Apud Homer lib. 12. Iliad. Græcorum furor apibus comparatur. Ab eodem lib. 16. vespæ (affine hoc animal) dicuntur habere ἄλκιμον ἦτορ: *generosum cor.* Dicuntur apes à Calab. 3. ἀτιμωϑέντα, ab vltione, quam auide expetunt. Et lib. 8. ἐελδόμεναι χρόα ϑοῖναι, ab eadem: *cupide perforandi corpus.* Ab eadem vltione illis dat Homer. 12. Iliad. verbum: ἀμύνονται. Et Ambros. *ardorem vindictæ.* Nonnus 5. Dionys. dixit ϑρασὺν κορυσσομένους κέντρῳ μελίσσης: *aculeos horribiles armatæ apis.* Arist. lib. 4. de Partib. Animal. A cap. 6. ait, insecta, quæ in aluo aculeum gestant, esse animosa, exemplúmque adhibet in apibus. De hac auicula Didymus, *Resistit iracundissime his, qui illius labores euertere aggrediuntur.* Ad hoc argumẽtum pertinet illud Plutarch. in opere, An seni sit regenda Respub. obseruantis nunquam apes degenerare imbelles in fucos: ὧδεις ϑ' οὐδὲν κάκ γήρᾳ κηφῆνα ϑηυμάχου μέλιτται. Claudian. 2. Ruffin. ita exprimit illatum iras:

——*veluti paſtoris in ora*
Commota glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella trahit, pennaſque cient, & ſpicula tendunt.
Et tenuis ſaxi per propugnacula cuniculus
Rimoſam patriam dilectaque pumicis antra
Defendunt, pronoque ſuos examine volant.

B Papin. 10. Th. pari genio:

Sic vbi pumiceo paſtor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit aſpera nubes:
Inque vicem ſeſe ſtridore hortantur, & omnes
Hoſtis in ora volant.

15. MORSIBVS] Obseruetur locutio, non enim feriunt apes ore, non dentibus, etiam si os habeant, vt testis Arist. lib. 4. de Partib. Animal. c. 6. sed aculeo, qui illis in aluo est, & tamen eo dicuntur mordere: sic reperies morsum dici de ictu scorpij, qui tamen cauda ferit.

16. INSPIRANT.] Verbum hoc sæpe vsurpatum à Poeta ad imitationem Homeri, notauit Victor lib. 38. c. 6.

17. SPICVLA COECA RELINQVVNT.] Ideo *cæca*, quia breuicula admodum, & ita tota latent. Obseruat Germ. à natura apum dictũ Ciceroni pro Flacco: *mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.* Quibus verbis imitatus videtur Cicero Platonem, qui ait, ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι: *moriar relicto aculeo inſtar apis.* Verba Platonis (non enim locum signat Ger.) in Phædone sunt. Adiungo etiam non dissimilia verba alterius. Plinius 1. Epist. in ea quæ est ad Cornelium Tacitum: *Nam delectare, persuadere, copiam dicendi spationique desiderant: relinquere vero aculeum in audientium animis is demum potest, qui non pungit, sed inſigit.* Alluit sane ad naturam apum. Sicut & Val. Maxim. cap. 9. lib. 8. qui de populo Athenienſi prædicante eloquentiam Pericli ita ait: *In labris eius hominis mellè dulciorem lepo-* D *rem fatebatur habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam relinqui prædicabat.* Vt vero Poeta cæca ſpicula, ita Plinius lib. 4. Epist. *Sapius à Domitiano non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca, & improuida feruntur, in optimum quemque contorquebatur.*

18. ANIMASQVE IN VVLNERA PONVNT.] Ariſt. lib. 9. Histor. αἱ ϑ' πύϑωνται ἀπολλύνται: *Intereunt quæ percutiunt.* Et reddit rationem: *quoniam ſine interſtitio eruptione aculeus eximi non poteſt.* Iterum in eodem libro: τὸ ϑ' κέντρον ὁπόϑ' ἁλλῆται ἡ μέλιττα ἀπολυϑήσεται: *mittitur apis iniecto aculeo.* Eadem ſcribit lib. 3. c. 12. Et Nicander in Ther. de ape. ἦ τε καὶ ἐκ κέντροιο ϑάνῃ ϑ' ὑπὸ πλευρῇσι, &c. *cui ex aculeo mors.* Ambrosius, *Habent tamen ſpicula ſua, & inter mella fundunt venenum. ſi fuerint laceſſitæ, animoſque ponuni in vulnere ardore vindictæ.* Ad hanc naturam apum alluit Seneca cap. 19. lib. 1. de Clement. *Vtinam quidem ea hominis lex eſſet, quæ apibus, & ira cum telo frageretur, nec ſapius liceret nocere quam ſemel.*

Apes cum pungũt, moriuntur.

[a] Sin duram metues hyemem, parcéſque futuro,
Contuſóſque animos, & res miſerabere fractas;
At ſuffire thymo, cerāſque recidere inanes

Quis

UVA. BHSC. BU 00239

Quis dubitet? [b] nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio: lucifugis congesta cubilia blattis:
Immunisque sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut dirum tineæ genus, aut inuisa Mineruæ
In foribus laxos suspendit aranea casses.
[c] Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbent, generis lapsi sarcire ruinas.
Complebúntque fores, & floribus horrea texent.

A ros (id est, cellas) melle, flores conuehunt veluti in horreum.

ARGVMENTVM.

Abstinendum à castratione fauorum in hyeme rigentissima: præcepta de suffitu, & ceris eradendis, quo expellantur animalia infesta.

EXPLICATIO.

[a] MONET Poeta castratorem fauorum, vt si quando venturam hyemem, duram fore intellexerit, ac propterea tactus misericordia cesset à castratione; tamen, ne tum dubitet alueatia inuisere, apes suffumigare thymo, quo illæ conualescũt; ne dubitet ceras inanes & vacuas melle eradere omnino ac recidere, ne ibi parentur latebræ, & domicilia animalculis. Sic explico Poetam; longe aliter Seruius, cui non credo. nam apes cera non vectitant. Sed quare Poeta sententiam cum admiratione intulit? Credo hanc esse eius mentem. Apes, cum castrantur faui, pellendæ sunt fumo ex alueis; non aliter, pelluntur autem propter iram, quæ illis est supra modum: inde est, vt qui beneficium in illas vult conferre aut suffitionis, aut abrasionis inanium cerarum, iure possit timere, ne illæ irritatæ benefactorem inuadant. Ergo Poeta excitans hominem istum ad laborem: quis (inquit) dubitet, illas suffire, vt à rebus fractis conualescant? quis ceras recidere, vt inde fugentur animalia, etiam si se exponant irritatarum iris, ictibus, stimulis?

[b] Contexit catalogum bestiolarum, quæ apes infestant, non omnium, sed sex tantum. Pendet sententia ex superioribus, ita: Suffienda sunt aluearia, ceræ vacuæ eradendæ, propter stellionem, blattas, fucum, crabronem, tineas, araneã. Stellio fauos exsedit, blattæ cubilia congerunt in alueis, fucus otiosè sedens alienum pabulum depopulatur, crabro & tinea se apibus immiscent, aranea suspendit casses in foraminibus exeuntes apiculas prædatura. Vide, vt mirifice cuique pesti suũ verbum affinauerit. Expende etiam Epitheta, quæ cuique attribuit verus Vates. Stellio ignotus est, id est, ignobilis, ait Seruius, vel, ignotus, id est, inobseruatus, & latenter eo subiens, ait idem, & probat Germanus: blattæ lucifugæ, in quo attigit naturam vermiculi semper latentis: fucus immunis, videlicet à labore, & tãtum ventri indulgens: crabro asper, nam dira aquicula, & procax in petendo; cui etiam arma disparia; sed hoc in Notis: tineæ diræ, vt quæ depopulentur deprædenturque mellã: aranea Mineruæ inuisa, attingit fabulam, quæ obuia. Vidisti pestes cum signatis verbis, cum signatis attributis.

[c] Absoluitur locus cum eximia laude. Quantus est animus apiculis, quæ tot pestibus oppugnatæ, nequeunt expugnari. Quo magis inuaduntur, atque hauriuntur; eo acrius incumbunt in opus suum, lapsum genus reparant, ruinas sarciunt, complent fo-

NOTÆ.

1. PARCESQVE FVTVRO] Hoc præceptum eo destinatur, ne apes in desperationem adducãtur ademto cibo. De hoc loquuntur præter aliós, Aristoteles, Didymus, Varro. Ait primus apiarios tantum mellis relinquere, quãtum sufficiat ad hyemem, quod nisi fiat, vel examen ibi moritur, vel inde discedit. Secundus cum præmiserit adimẽdam illis decimam partem mellis vere, & æstate; adiicit, hyeme auferendam tantum partem vnam, & relinquendas duas. Tertius, apes discedere, si omne mel eximatur. Poeta amplius quid præcipit: vt videlicet ex necessitate & sæuitia imminentis hyemis, si forte rigida admodum fore intelligatur, omnino parcatur.

2. CONTVSOS.] Eadem verba, quæ hic Virgilius, coniungit Sophoc. in Antig. θεσμὸν ἐπέντε, ᾧ ἐπέκλινε πάντ' ἀν ἐπίδοι: Contuli ariomi.

Contusum, & fractum sæpe videas.

Et Sil. lib. 16.

Stent etiam contusa malis mea mœnia, fractis
Nomine Sidonio. Et lib. 1.
——conamine primæ
Contuso pugnæ, fractisque in gurgite cœptis.

Valerius c. 7. lib. 2. *Fasces contusi, atque fracti dictatoriæ se animaduersioni substraxerunt.* Et c. 3. lib. 5. *Contusam & confractam belli Punici armis Rempublicam.* Et c. 1. lib. 9. *fracta & contusa Punica feritas est.* Sic legendum, non concussa, vel ex similitudine sæpius ab eodem repetitarum vocum. Idem c. 3 lib. 7. dixit: *diuersis prælus conisos animos.* Et Spartian. in Caracal. *contusis animis in litum.*

3. SVFFIRE.] Locus clare Varronis. *Verno tempore, & æstiuo fere ter in mense mellarius inisp cere debet fumigare leuiter eas, & à spurcitiis purgare alueum, & vermiculos eiicere.* Inde Colum. c. 4. De eodem ferme tẽpore loquens, quo Varro: *decimo quoque die alui aperiẽda sunt & fumigandæ: quod, cum sit molestum examinibus saluberrimum tamen esse conuenit.* Est hoc remedium necessarium. Scribit enim Aristot. lib. 8 Hist. c. 27. de bestiola quadam, quæ infesta apibus. ὁ κεντάπους τῶν μελιττῶν, διὰ τὰ μόνον φθόγγου κατηγορῶ: non aculeo ab apibus expellitur, tantum fumo abigitur.

4. THYMO.] Cum eadem præcipiat Colum. quæ hic Virg. tamen ait, fumum istum debere esse ex fimo bubulo, nam hic quasi quadam generis cognatione aptus est apibus. Ælianus c. 60. lib. 1. ex herba pulicaria. Sed non dubium, quin omnibus thymus præstet?

5. CERASQVE RECIDERE INANES.] Placuit aliquantulum explicatio nostra propter verba ista Col. c. 13. lib. 9. *Higinus quidem in eo libro, quem de apibus scripsit: Aristomachus inquit, hoc modo succurrendum*

VVA. BHSC. BU 00239

laborantibus existimat. Primum, vt omnes vitiosi faui tollantur, & cibus ex integro recens ponatur: deinde, vt fumigentur. Quibus videtur complexus vtrunque præceptum Virgilij.

Apũ hostes multi.

6. STELLIO.] Sex tantum enumerat bestiolas, quæ infestæ apibus. Hac occasione coniungam in hac Nota quasplam alias, quas reperi in Scriptoribus. Aristot. lib. 8. Histor. cap. 27. vermiculum numerat, quem alij clerum, alij pyrausta nominãt: deinde bestiolam aliam similem hepiolo: tertio eruca, quam vocant teredinem. Lib. vero 9. c. 40. vespas, paros, hirundines, meropes, ranas lutarias: paria ferme Auctor Geopon. Et Ælianus loco duplici. Sed & cap. 6. eiusdem lib. 9. de ictide, quam Gaza, & alij viuerram interpretantur, τὸ ὃ σμύρνη καλούμενον. τὸ γὰρ μέλιτι χαίρει: *Officit alueoribus, est enim mellis auida.* Imo ictidem Aristotelis esse, quem stellionem vocat Vates, Germanus autumat. Transeo ex Aristotele ad alios. Columella c. 7. lib. 9. adducit stellionem, scarabæum, genus quoddam papilionis, blattas. Adiicit cap. 14. tineas, quas ait euertendas. Plinius cap. 18. præter vespas, de quibus iam ex Aristotele, addit crabrones, & muliones (sunt isti ex genere culicum, nimirum qui mulos solent vexare, quosque Aristot. vocat ἐμπίδας, cap. 19. lib. 5. Histor.) & ranas, non eas tantum, quæ stagna obsident; sed & rubetas. & cap. 19. papilionem, de quo eadem ait, quæ Aristotel. de hepiolo. atque ita videtur hepiolus Aristotelis, & papilio Plinij, eadem esse bestiola; & ideo Aristotel. non dixit hepiolum, sed similem hepiolo; hæc vero, quæ similis hepiolo, papilio est in Plinio. tum etiam Plinius numerat araneos. hos quoque Ælianus cap. 60. lib. 1. & iyngem auem. De fuco, præter supra adductos omnes, meminit etiam Hesiod. in Theogon. & lib. 1. ἔργ. Et Dio Chrysost. Oration. 48. Et Plato 8. Politic. κηφῆνα σμήνους νόσημα. *fucus pestis apum.* Lacertos, & genera omnia serpentium numerant Scriptores inter hostes. Nicand. Ther. de serpente Agrosti, ὁπηδεῖ ὃ μελίσσαις ἐπιβαίνων *apibus.*

7. LVCIFVGIS BLATTIS.] Plin. c. 28. lib. 11. tenebrarum alumna blattis vita, lucémque fugiant.

Sedeo de otio.

8. SEDENS.] Verbum hoc otium notat in Scriptoribus. Demosthen. 2. Olynth. καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες: *sedemus nihil agentes.* Iterum, τὰ ὑμέτερα αὖτῶν ἀπομωλεκότες καθῆσθε: *vestra cum amiseritis, sedetis.* & 1. Philip. synonymicõs adhibet, μένοντας ἢ καθημένους: *cunctantes, & sedentes.* Liban. in Progymn. νῦν ἢ καθῆσθε τῶν ἡμετέρων διόρθωσιν λόγων: *sedetis nunc, orationemque meam requiritis.* Herodotus lib. 3. τί καθῆσθε ἐνταῦθα ὦ πέρσαι; *Quid ibi desideris Persæ?* Apollon. 1. Arg. ἥσθε αὖτως; *sedetis frustra.* Sed de hac nota alibi latius?

Fucorum inertia.

9. ALIENA AD PABVLA FVCVS.] Clare allusum ad versum Hesiod. Theog. qui de fucis,

ἀλλότριον κάματον σφετέρῳ ἐν γαστέρι δόμεναι:
Alienum laborem suum in ventrem inferunt.

De iisdem lib. 1. ἔργ.

οἵτε μελισσάων κάματον τρύζοισιν ἀεργοὶ
ἔσθοντες.
Qui apum laborem absumunt otiosi
Vorantes.

Aristot. etiam lib. 9. Hist. ait, nihil laboris susci pere, tantum τρίβειν τὸ τῶν μελιττῶν. Dio Chrysost. Orat. 48. loquens de aluearibus. τὸ ἔνδον, ἐν οἷς κηρὸς γίγνονται κηφῆνες πᾶσι λοιμὸν καλοῦσι, ἢ κατεσθίοντες τὸ μέλι: *Quid ergo? nonne & illic nascuntur fuci quidam sæui, & mel deuorantes?* Rem hanc attingit non semel Plato 1. & 8. Polit. Et Procopius apud Suidam in voce κηφῆν.

A De Procopij lectione lege Leopardum lib. 16. Emẽdat. c. 13. Redeo. Putat Germ. Virgilium forte respexisse ad verba Hom. Odyss. 1. qui de procis. ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἐδητύουσιν: *Alienum cibum impune absumunt.*

Crabro.

10. ASPER CRABRO.] A procacitate, qua impetit, & ab asperitate in pungendo, sumta hæc bestiola pro symbolo maledicentiæ. Lege Interpretes Alciati, de tumulo Archilochi, qui fuit; & adhice ad crabronis truculentiam verba ista Plin. c. 21. lib. 11. *Ictus eorum haud temere sine febri est. Auctores sunt ter nouenis punctis interfici hominem.* Nazianzen. Orat. 32. prouerbialiter sumsit. τί σφηκιᾶς ἐγείρεις κ̃ῦ̃ τὸν πίσσαν, *Cur aduersus fidem crabrones excitas?*

B

11. IMPARIBVS ARMIS.] Cum crabro superet magnitudine & apem & vespam, necesse est illius aculeus maior sit aculeo apis, & hinc fortasse impatia arma. Est & alia forsitan ratio. Scribit Arist. li. 9. Hist. c. 42. in genere apum reperiri absque aculeo, tam Reges ipsarum, quam fucos: ex vespis quoque nonnullas esse inermes: at vero crabrones omnes armari aculeo. Indicat videlicet tam ipsos, quam Reges esse aculeatos. Ergo, arma disparia, quia plura. Pertinent ad hanc rem, quæ dixi in superiore Nota de ictu mortifero crabronum, quod malum longe ab apibus?

12. DIRVM TINEÆ GENVS.] Placuit hæc lectio ab sæuitia depopulandi mellis. Qui legunt *durũ* non tam facile capient.

C

13. TINEÆ.] Putant nonnulli scribendum *tineæ*, ex lib. veteri, in quo est hæc scriptura, & aliis codicibus. Huic rei firmandæ seruiet mos veterum, apud quos frequenter reperias tertiam vocalem pro secunda. Vetus inscriptio apud Smetium. *Pontifex*, pro, pontifex. Et, *Mircurio*, pro, Mercurio, *cauias*, pro, caueas. *vinia*, pro, vineæ. *Camina*, pro, Camena. *Ni*, pro, ne. Sic contra vsurparunt sæpe secundam vocalem pro tertia, vt *Deana* pro, Diana. *Dolea*, pro, dolia. *Mereio*, pro, merito. *Soledas*, pro, solidas. Hæc omnia in promtu sunt apud Smetium.

Vocalis tertia pro secunda.

Vocalis secunda pro tertia.

14. SVSPENDIT.] Ita Aristot. ἀεὶ χρῖον ἀνωθεν κρεμάμενον. Ouid. 4. Met. — *summo quæ pendet aranea tigno.* Isid. c. 5. lib. 12 de aranea: *perpetuum sustinens in suo labore suspendium.* Et inde etiam aranea Græcis dicitur ἀέραπόδη, παρὰ τὸ ἀείρω, & ποτάομαι, quod volando in altum tollatur. Græci alte pendentia dicũt ὑψικρεμῆ. Dio Chrysost. Orat. 4. synonymicõs inducit ista μετέωρα, ὑδάτων τὰ ἐφαπτόμενα, ὑψηλὰ, μετάρσια.

D

15. QVO MAGIS EXHAVSTÆ.] Ad maiorem diligentiam, quam apes adhibent, cum vastantur mella, pertinet locus Aristotel. scribentis, reddi eas otiosiores, si in eximendis fauis plus mellis relinquatur. Et addit, eas anxias laborare, si plus adimatur, minus relinquatur. Eodem pertinet, præceptum Magonis apud Colum. c. 15 dicentis, nõ interimendos fucos omnes ab curatorib alucarij, & ratio est, *ne apes inertia laborent, quæ cum fuci aliquam partem cibariorum absumum, farciendo damna, fiunt agiliores.* Hoc prius scriptum est Aristoteli κηφῆνες δ' ὀλίγοι ἐνδόξοις ὠφελῶσι τὸ σμῆνος. ἐργατικωτέρας ποιοῦσι τὰς μελίττας. *Fuci, si pauci, iuuant: reddunt enim apes solicitiores in labore.* Habuerunt fortasse pro exemplo apiculas Romani illi, qui censebant, non esse euertendam Carthaginem, ne Roma otio torpefceret adempto hoste?

E

16. HORREA.] Ita etiam Basil. Hom. 8. Hex. ἀποθῆκας μέλιτος. Et Ambr. *intexta floribus horrea nectare quodam distendere.*

17. TEXENT.] Illustrauit supra.

a Si

UVA. BHSC. BU 00239

[a] Si verò quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit, tristi languebunt corpora morbo,
[b] Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:
Continuò est ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæque fame, & contractæ frigore pigræ:
Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrant,
Frigidus vt quondam syluas immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis.
Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
[c] Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaque arundineis inferre canalibus, vltro
Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem,
Arentésque rosas, aut igni pinguia multo
Defrura, vel psythia passos de vite racemos,
Cecropiúmque thymum, & graue olentia centaurea.
[d] Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Namque vno ingentem tollit de cespite syluam
Aureus ipse; sed in foliis, quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe Deum nexis ornatæ torquibus aræ:
Asper in ore sapor. tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legunt prope flumina Melæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenis appone canistris.

ARGVMENTVM.

Transit ad morbos apum. Constituit languentium signa sex; remedia nouem. Sistit in flore amello, quem latè describit notis sex.

EXPLICATIO.

[a] AB incommodo, cui apes expositæ serpentum iniuria; transit ad incommoda morborū, quibus etiam obnoxiæ. Si verò (inquit) morbo languerint, hic iam vsito galbanum. Interponit enim longissimam parenthesin. Illud, *quoniam casus apibus quoque nostros Vita tulit*, est, quando ipsis vita quoque attulit similes morbos cum hominibus.

[b] Interponit, vt dixi, longam parenthesin, qua continentur signa apis morbidæ atque affectæ, ad remedia venturus. Signa non valentium apum sex sunt. Color alius ab eo, qui prius: macies, qua illarum corpusculum horrore quodam, & deformitate perfunditur: exportatio defunctarum ex alueis, habent enim sua funera: conglobatio apum ad foramē ipsum, fit hæc instar pendentis funis, mutuo pedum innexu; vnam vocant Scriptores Rustici: pigritia, qua intus cunctabundæ permanent, contractæ fame & frigore: sonitus quidam grauior solito, est enim A luctuosus & gemebūdus, qui susurrus discurrit per omnes tractus aluei. Extremi huius signi triplicem adducit comparationem. Solent syluæ immurmurare, flante Austro frigido: mare inquietum stridere, vndis refluentibus: ignis æstuare, clausis fornacibus; tale est apum murmur, talis stridor, talis æstus.

[c] Adhibet iam remedia: hæc nouem sunt. Odor galbani incensi: mella immissa per canales, sic enim illas recreabis, subleuabisque moto pabulo. possit melli admisceri, tunsa galla: possint rosæ admisceri postquam aruerint, tunæ pariter: vtilis erit sapa, & hæc pinguis, ideo oportet multo igni coquatur, quo sit pinguior: racemi passi ex vite Psythia, quæ celeberrima ad vuas passas conficiendas: thymus, & hic ex Attica; hoc κατ' ἐξοχὴν: herba centaurion grauiter redolens: demum amellus, flosculus B quidam. In hoc extremo multa consumit. ideo ego tractu alio.

[d] Vbique Virgilium, vatem esse agnoscas. Solent poetæ alij res naturales vnico tractu persequi, nihil interponentes ad iucunditatem. Fugit vitium istud Maro. Erat fortassis fessus Lector inter tot remedia. Luxuriat igitur in extrema ope, & amelli lata descriptione mire lasciuit. Ergo describit florem istum à forma, colore, munere, sapore, tempore quo nascitur, loco vbi legitur. Forma posita est in ingenti syluæ, quam attollit, & hanc ex vnico cespite: color

VVA. BHSC. BU 00239

floris est auteus, foliorū vero (quæ multa sunt) sub-lucens, ac purpurascens instar nigricantis violæ: destinatur egregio munere deorum aris. fiunt enim ex illo torques, id est, corollæ, quibus aræ ornantur: sapor asper est tendensque in amaritiem: erumpit hic flos ex suo caule exacta ætate, videlicet cum valles iam sunt tonsæ, & demessæ segetes: nascitur prope Mellam Galliæ fluuium. Huius ergo floris radices vino optimo ac mire odorato incoquuntur, apponuntúrque in canistris ad foramina aluorum, vt illis pro cibo apes vtantur cum ægræ sunt.

NOTÆ.

Apū morbi. 1. CONTINVO EST ÆGRIS ALIVS COLOR.] De signis apum, cum illæ morbidæ, scribunt Arist. Col. Plin. Pallad. Auctores omnes Rustici. Poeta in istis *alius color*, soluit vnicam Græcorum vocem ἀλλοχροΐαν.

2. HORRIDA VVLTVM DEFORMAT MACIES.] Locus vt apparet, sumtus ex Varr. *Minus valentium signa sunt pinguia, & horrida, vt puluerulente, nisi opificij eas urget tempus.* Col. c. 13. *Ille morbus maxime est conspicuus, qui horridas contractásque carpit.* Contra Plinius c. 18. de illis loquens: *nitore sanitas æstimatur.*

Exporto de funeribus. 3. EXPORTANT.] Non solum ἐκφέρω Græcis, & effero Latinis est verbum funebre: sed etiam ἐκκομίζω, cui respondet *exporto*. Testimonium Aristotelis adduco in sequenti Nota. Inde Suidas vnum per alterum explicat: ἐκφέρεται· λέγεται ἢ ἐκκομίζεται. Ælianus lib. 8. Var. Hist. c. 4. de Poliarcho dante sepulturæ honorem canibus, & Gallis, ait, ὀκκομίζειν ἀποθανόντας. Inde, sicut Græcis ἐκφορὰ, id est, *Elatio*, ita, ἐκκομιδὴ, ideſt, *exportatio*. Lege Kirchmannum l. 2. de funerib. Romanorum. Quem vidi, postquam hæc scripseram. In Cedreno quoque bis aut ter reperi ἐκκομίζειν.

Apes cōdunt mortuas. 4. TRISTIA FVNERA DICVNT.] Hanc notam humanitatis pariter, & religionis multi in apibus obseruarunt. Arist. ἐὰν δ' ὅσων ἂν ἀποθανῃ, ἐξάγουσιν ὀμοίως· si qua imago obierit, cadauer statim foras efferunt. Iterum, πᾶς δ' ἀποθνῄσκουσας τῶν μελιττῶν ἐκκομίζουσιν ἔξω: exportant foras apes vita functas. Col. c. 13. *frequenter aliæ mortuarum corpora domiciliis suis efferunt.* Plin. cap. 18. *Defunctas progerunt, funerantúrque more comitantur exsequias.* Porro verborum forma vsurpata Val. Max. c. 8. lib. 5. *funus duceretur.* Et Pap. in 12. Th. — *qui iusta ferant, qui funera ducant.* Et Albinouanus ad Liuiam: *Funera ducuntur Romana per oppida Drusi.* Iterū: *funera ducenda.*

Vua Apum. 5. AVT ILLÆ PEDIBVS CONNEXÆ, &c.] Hanc rem ita expressit Arist. κρέμονται ἐξ ἀλλήλων ἐν τῷ σμήνει. Eustachius, ἐξαρτῶνται ἀλλήλων. Varro ita: *multæ ante foramen, vt vua, alia ex aliis pendent conglobatæ.* Iuuen. Sat. 13. *Examinque apium longa considerit vua.* Hom. 2. Il. βοτρυδὸν ἧ πίπτουσι. Virg. pulere, vt solet, in fine huius lib. — *lentis vuam demittere ramis.* Et in 7. Æn. cum respectu ad locum, in quo sum:

——*pedibus per mutua nexis*
Examen subtrum ramo frondente pependit.

6. IGNAVÆ-PIGRÆ.] Arist. quoque inter notas morbidarum. ἄλλο ἧ νόσημα οἷον ἀργία· ὅτις γίνεται τῶν μελιττῶν. Ex eadem nota Col. c. 13. *alia intra tecta, vt in publico luctu, mœsto silentio torpent.* Adhibet hanc notam Plin. cap. 18. in defuncto earum Rege: *Rege peste consumto, mœret plebs ignauo dolore, non cibos concubit, non procedit, tristi tantum murmure glomeratur circa corpus eius.*

Tractim. 7. TRACTIM.] Indicat vox susurrum quendam continuum veluti ab vna in reliquas celiulas diuagantem vtique συνέχειαν, & consequentiam quandam strepitus in omnes partes prælati. Aliæ aliorum explicationes, videlicet tractim, id est, sine intermissione, iugiter, lente & similes non è notione huius vocis sunt. Explicationi nostræ fauent versus Lucretius. Lucr. lib. 3.

Denique sæpe homines paulatim cernimus ire,
Et membratim vitalem deperdere sensum,
In pedibus primum digitos liuescere, & vngues
Inde pedes, & crura mori, post inde per artus
Ire alios tractim gelidi vestigia lethi.

Versus isti indicant procul dubio mortem successione quadam per membra omnia peruagantem. Parigenio Prud. Hym. 10. Periſt.

Scindunt virinque milites reterrimi
Mucrone hiulco pensilis latus viri,
Sulcant per artus longa tractim vulnera,
Obliqua rectis, recta transuersis secant.

Neque aliud, quam mortem tractim ductam explicuit Plin. lib. 7. c. 50. verbis istis, *Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.* Dicit enim in senibus mortem incipere à sapientia, sicuti potuisset dicere, mori per pedes, per crura. Quod omnino esset, desicere vitales spiritus in pedibus, in cruribus. Esse autem sententiam, quam explicui, constat liquido ex lectione vetere Plinij, quæ sic habet: *Atque etiā morbus est aliquis sapientiam præmori.* vel *per sapientiam præmori.* Qua phrasi in eodem capite vsus est idem Plinius: *præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam, ac ciborum instrumenta.* Ergo, vt visus in senibus præmoritur, ita sapientia. Sic autem dictum à Lucano. *Per populos iam Roma perit*, vt à Plinio, *homo moritur per sapientiam*: vterque enim ait pestem tractim duci, à populis ad Romam, à sapientia ad vitam. Quid quod idem Plinius lib. 14. cap. 22. ait, *mors memoriæ*, quæ locutio cognita huic *mors sapientiæ*. Itaque, vt lib. 14. ait *memoriam mori*, ita in 7. *sapientiā mori*. Hoc ita firmum est, vt firmius esse nihil queat. Attingit vtique Plinius, per mortem sapientiæ, delirium senum. Vide Suetonium c. 5. Vesp. Nolui nobilem locum intactum relinquere. Mori per sapientiam in Plinio quid sit.

8. SVSVRRANT.] Videtur duci susurrus à Græca voce σύριγξ, facta reduplicatione, vnde & σύριγξ. sic populus à πολὺς. sic cacula à cala ligno. Lucillius: scinde puer calam, vt caleas. Monuit Scal. in Conject. Susurrus vnde dicatur.

9. FRIGIDVS VT QVONDAM, &c.] Cum hic dicat Seruius, has tres comparationes ductas ab Homero, & tantum esse discriminis, quod Virgilius vnico versu singulas, Homerus singulas binis cōplexus sit, bene existimat Ger. esse illas, quæ habentur 14. Ili. vbi, Græcus comparans clamorem Græcorum, & Troianorum, ita ait:

ὅτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοᾶσι πρὸς γέρσον
πουτόθεν ἐρυόμενον πνοιῇ βορέω ἀλεγεινοῦ·
ὅτε πυρὸς τόσσ' ἠ τε ἠύτε βρόμος αἰθομένοιο
ὄρεσ' ἐν ζήνης ὅτε τ' ὄρετο κείρεσθον ὑλαι·
ὅτ' ἄνεμος τόσσ' ἠ τοσ' ἠχεῖ ὑψικόμοισιν
ἠ πύευ, ὅστ μάλιστα μέγα βρόμος πέλεται σύνεν.

Homerum superat Virgilius.

E Quos versus ita ex tempore reddidi ipso pene calami ductu. Cōferat Lector cum Oeobani opera, vtra præstet.

Non ita fluctisonis sæuit mugitibus aquor,
Cum Borea impellente feris cana littora pulsu:
Non ita, cum magnas agitant incendia syluas,
Ardentes mista flamma crepuere fauilla:
Non ita ventorum syluis immurmurat aliis
Vis grauis, horribilis strepitu, statuque minaci.

Felicior sane Virgilij opera, tum breuitate, tum quia sententiam Græcam ita reddidit, vt suam omnino

VVA. BHSC. BV 00239

nino effecerit. Quod genus imitationis excelluetissimum est. Nam cum sermo sit de apibus frumentibus cum illæ inclusæ sunt in alueo, assumit austrum immurmurantem syluis, & illis veluti ineluctum, non vagantem magnis turbinibus per campos, per loca omnia: assumit mare cum refluum est, & veluti in se latens, non supergressum ad littora: assumit ignem æstuantem in clausis fornacibus non libere vagantem fumo, & fauilla in cœlum. Quis, putas, Poetarum istam diligentiam haberet? in Epitheto Austri inueniunt nonnulli speciem calumniæ. Nam Auster non tam frigidus, quam calidus, & humidus. Dici potest ventum pro vento positum: quod confugium non frigidum, vt alibi probo. Macrobius dissoluit dicens, origine esse gelidum, sed ex accidenti esse calidum, ex transitu scilicet per Zonam calidam.

10. SOLLICITVM.] Explicat Gif. inquietum & mobile, & addit' hanc esse principem vocis huius potestatem, & vim.

11. REFLVENTIBVS VNDIS.] Ita Sat. *refluum Euripum*. & Ouid. *flumen refugum*.

12. HIC IAM.] Cum oppositione ad ea, quæ præcesserunt de thymo. Quasi dicat, ad bestias fugandas thymus, ad morbos vero iam hic vtilis galbanus.

13. GALBANEOS ODORES.] Recurre ad lib. 3. G. ad illud: *Galbaneoque agitare graues nidore chelydros*. Ibi de vi galbani. Vide etiam Plin lib. 24. c. 5. vbi variæ galbani medicinæ. Nec sunt postremæ, quæ de odore, & suffitu. Columel. etiam ca. 13 virtutem eius celebrat ad medelam apum, ex odore ipso. Odor iste galbani adeo pretiosus ansam mihi præbet explicandi Iuuenalis Sat. 2. *Cœrulea in lutus scutulata, & galbana rosa*. Cur vestimentum vocat galbanum? Putant Cælius, Thylesius, & ipse etiam Ternebus & alii plures, sic dicta vestem Satyrico a colore candido. Itaque, qui candida vestimenta gestabant, dicebantur indui galbano, à galbani videlicet colore. Non placent isti. Imo ab odore galbani. Siquis consideret, quæ Plinius, Dioscorides, alij omnes scribunt de galbano, eiusque vnctione, facile credet, vestes vnctas galbano appellari galbanas. Itaque æquiore iure odor, quam color, ad mollitiem pertinet. Deinde cur Thylesius galbiam vestem, explicat albam: nam cum Romani omnes albis inducrentur, vbi morsus Satyricus? nullus hic erit; maximus vero, si referas ad odorem. Inde fortasse & Martiali lib. 1. Epig. 79. *mores galbani*, i. molles, & effœminati, trahuntur, non à colore galbani, sed ab odore.

14. MELLAQVE ARVNDINEIS.] Ab nostro Colum. c. 13. *ad cum accidit arundineis inf. ssi canalibus offerantur cibi maxime decocti mellis, & cum galla, vel auida rosa detriti*.

15. GALLÆ SAPOREM.] De medicinis huius lege Dioscor. c. 147. & Plin. c. 4 lib. 24.

16. DEFRVTA.] Quidpiam simile Aristotel. in medio apum. κατατρῶσι τὸ στόμα οἴνῳ γλυκεῖ οἱ μελιτουργοί: *affliant apiary alueum vino dulci*. vbi fortasse οἴνῳ γλυκεῖ, ipsum est defrutum, vel ex Virgilio ita interpretante.

17. PSYTHIA.] Lege, quæ de hac habes 2. Georg.

18. CENTAVREA.] Ab redolenti, & graui odore huius herbæ Luer. lib. 4. *tristia centaurea*. Aiunt fabulæ hanc herbam duxisse nomen à Chirone Centauro, nam adhibita vulneri, quod sagittæ Herculis fecerant, sanitatem attulit. Inde fortassis Lucr. l. 2. illi attribuit epithetum feritatis à semifero Centauro:

At contra teira absynthi natura, feriqua
Centauri fœdo perturquent ora sapore.

Apud Nonnum l. 7. Dion. Aristæus curat Bassaridas Bacchi πλυτῇσι ἕλκεα πεπαυμένα πάλαι, *adhibens plagis herbam centaream*.

19. CVI NOMEN AMELLO.] Græca locutio, sæpe monui. Ita: *Cui nomen Iulo*. Et: *cui Remulo cognomen erat*. Ex Latino canone dixisset, cui nomen amellus, vel cui nomen amelli. Alibi ista latius.

20. AMELLO.] Explicui notas huius floris sequutus auctoritatem And. Matthioli in l. 4. Dioscor. Existimat ille ex notis positis à Virgilio omnino significari florem illum, quem asterem Atticum nominant Scriptores herbarum. De quo multa Dioscor. l. 4. Gal. l. 6. Simpl Medic. Pli. c. 5. l. 27. Dicta vero herba est aster ab flore, quem habet micantem instar stellulæ, ideo Virg. *aureus ipse*. Vide, vt conferat Matthiolus notas asteri cum notis amelli, vt inde eliciat eundem esse florem. Reclamant aliqui, in primis Hadr. Iunius in Nomencl. Sed quæ dixi approbat quoque auctoritas Cor. Gemmæ, & Ioan. Meyenus in notationibus ad Virgilium, alij etiam. Vidi ego sæpe in Hispania hunc florem, & omnino respondet notis, quas hic Virg. constituit. Qui videat florem, & legat Poetam, idem fatebit. Neque vero omittenda obseruatio Tur. c. 18. l. 19 scribentis, vidisse se in vetere lexico, amellum μελίφυλλον. & iterum, amellus, στρόβιον. vt hinc videatur diuersa esse herba in neutro genere, & masculino.

21. VIOLÆ SVBLVCET PVRPVRA NIGRÆ.] Purpureus Placitum hic vocante me occasione, iuuenes admonere, fortasse & viros, erroris intolerandi, in quo sunt. Inde fiet, vt non hic locus solum, sed plurima pateant. Coccinus color aut coccineus proprie est, rubicundus ille & splendidus, quem nominat vulgus, *color degrana*. Purpureus autem longe ab hoc, nimirum, *color moræo*. Huius rei argumentum multiplex. Violas Pli. l. 21. c. 6. triplicis coloris constituit, purpureas, luteas, albas. *moradas, amarillas, blancas*. Artem. l. 1. c. 79. ita indigetat ἰῶν πορφυρῶν, χρυσῶν, λευκῶν. Est autem nemo, qui viderit coccineas. Deinde idem Pl. eodem l. c. 5. diuidit lilia in alba seu candida, in rubentia, in purpurea: *blancos, rosos, moraditos*. Quis est autem, quæ hæc viderit coccinea? Addit que ibi id, quod monstrificis ingeniis (vt ipse loquitur) excogitatum est: videlicet rationem, qua lilia purpureum colorem percipiant, cum seruntur; si fœce vini nigri prius macerentur, & inde contrahent eundem colorem: vinum autem nigrum nunquam fuit coccineum. Ita Nonnus l. 3. Dion. in horrore tempestatis dixit. πορφυρέοιο αἴθοπι & δ' ἐρυθρῷ *purpurei nigri eueri*. quam hoc longe ab splendore? Tertio amethystum lapidem, purpureum, idem non semel vocat: at hic refert vinum dilutum aqua, non coccum. Quarto idem Pl. ita scribit de colore purpureo: *Latis ei summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu refulgens. Vnde & Homero purpureus dicitur sanguis*. Expende verba. Si summus fulgor in purpura refert concretum sanguinem, si ille fulgor nigricat, si vix refulget, nam tantum habet fulgoris suspectum: quid obsecro ista habent ad coccum, qui fulgentissimus, qui splendidissimus? Affinia Plinio verba Poetæ hoc loco, vbi purpura nigra violæ non lucet, sed sublucet; quod Pl. dixit, *suspectu refulgens*. Quinto Græci, & Latini passim aquas vocant purpureas; atque cos capiendos de violaceo & cœruleo colore perspicuum ex Homero, & Oppiano. Ille enim 11. Il. ἰοειδέα πόντον dixit. hic 5. Hal. ἁλμὴν ἰοειδέα. vterque à viola. Inde Horatius Ep. 1. l. 2. purpuram describens ad violas confugit. *Lana Tarentino violas imitata veneno*. Sexto, quia vt ex Virg.

Amellus qui flos.

Purpureus color quis sit.

VVA. BHSC. BU 00239

Tacito, aliisque multis indico in Æneide, color purpureus dicatus est funeribus. Est vero alienum ab omni ratione, hunc fuisse coccineum, qui latus in primis & festiuus est: sed omnino violaceum, quo nunc etiam Cardinales Romani vtuntur in quadragesima. Demum faciunt clarissime verba ista Nepotis Cornelij apud Plinium c. 39. l. 9. *Me iuuene violacea purpura vigebat.* Obiit autem Nepos, vt ibidem ait Plinius, principatu Augusti. Quæ verba eo pertinent, vt scias Auctores, qui vixere ad æuum Augusti, capiendos de violacco colore Nam postea additus est rubor ille eximius, vt clare liquet ex eodem Plinio. Vnde factum, vt iam purpureus cœperit sumi pro colore splendenti, & coccineo. Inde est, vt vestem Christo seruatori maximo per summum dedecus indutam, quam Marcus c. 25. vocat πορφύρεαν & Ioannes c. 19. τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, debeas accipere de veste coccinea, nam Lucas illam nominat ἐσθῆτα λαμπρὰν. & Matthæus clare c. 27. χλαμύδα κοκκίνην. Vides vt purpura Marci, & Ioannis, dicatur à Luca splendida, & à Matthæo coccinea. Nihil tale reperias ante æuum Augusti. Dicet quispiam, quæ hic à te astructa, nemo ante sensit. Nihil hoc profecto contra me. Sed certe sensit vir doctissimus, Europæ honos, Ant. August. & scripsit Dial. 5. Iconum. Hadrianus quoque Iunius c. 2. l. 2. Animaduersorum aperte discriminat inter πορφυρίδα, φοινικίδα, ἀλουργίδα: *purpuram, puniceam, & lucinam*, & primam ait esse coloris nigricantis, eo modo, quo dictum Homero πορφύρεον κῦμα, & πορφύρεαι θάνατοι. alteram palmeo colori assimilem: tertiam mentientem referentemque cœruleum maris colorem, ita vt dicatur ἀπὸ τῆς ἁλὸς. Eandem rem ego satis colligo ex Artem. l. 2. c. 3. vbi aperte discriminat inter vestem ἀλουργίδα, πορφυρᾶν, κοκκίνην. Et in prima ac postrema notas adhibet singulares, quibus discriminantur à purpura. Nam ἀλουργίδα, ait conuenire histrionibus, scenicis Dionysiacis, qui omnes plerumque cæruleati inducebantur, vt alibi probo. κοκκίνην vocat πορφυρᾶν, à tinctura, qui habet, supra vulgarem purpuram. Auctor etiam versuum Oniocriticorum (alii qui Astrampsychum nominant) discriminat inter vestem ἀλουργὸν, ἐρυθρὸν, ἀνθινὴν. Per primam capio, cœruleatam: per secundam, coccineam, etiam si formam locutionis mutauerit: per tertiam, purpuream, namq; non est vestis regis, nisi purpura. Ergo iuuenis, cum viderit in Auctoribus, præsertim antiquis coloré purpureum, explicet, *morado*, eum coccineum, *degrana*. Hoc verissimum esse reperiet, si expendat res illas quibus isti attribuuntur. Faciunt infigniter ad hanc rem verba l. si cui lana. 70. §. vltimo π. de legat. 3. *Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto, sed coccinum non continebitur, fucinum & ianthinum continebitur.*

22. MELA.] Numerant Interpretes multos amnes huius nominis. Nam Melam in Mygdonia Ouidius constituit 2. Met. Cilicium alius à Pamphylia discriminat, vt est apud Plin. c. 27. l. Aliū Thracem idem facit c. 11. l. 4. Alterius meminit Callimach. Hymno in Iouem. Statius in Boctia alium deducit à Parnasso. Ouidius 4. Fast. alium collocat in Sicilia. Alterius meminit Eustath. 2. Il. Est etiam Mela alius in Lucania, quod nisi excidit, scribit Pomponius. Est demum alius huius nominis in Gallia, & de hoc ait Seru. capiendum Poetam, sequuntur illum Interpretes. Certum est, omnia flumina dici posse nigra ab aquarum profunditate, vnde nihil est mirum inditum id nominis tot fluminibus. Nicander loquens de herba alia nimirum panacea, quem apparet imitatum hic Virg. dixit, μέλαιναν ποτιμῷ πιεῖν χείλει, *ad oram nigri fluminis.* Quæ verba vertit Gorræus *ad oras Mele.* Mela fluuius.

23. ODORATO BACCHO.] Græci vocant εὐθοσμοῦντα οἶνον γλυκύν, ἡδύν, εὔοσμον, ἡδύποτον, εὐῶδη.

Sed si quem proles subitò defecerit omnis,
Nec genus, vnde nouæ stirpis reuocetur, habebit:
Tempus & Arcadij memoranda iuuenta Magistri
Pandere: quoque modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insincerus apes tulerit cruor. altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.

ARGVMENTVM.

Transfert sermonem de morbis apum ad mortem illarum, accingitque se ad narrandum inuentum Aristæi, qui docuit è caso boue apes mortuas reparari.

EXPLICATIO.

EXPEDIVIT iam, qui apes tutæ essent ab animalibus infestis, deinde à morbis, nunc docet vti reparandæ sint, si internecione pereant. Hanc rem ducit ad libri exitum, præmittit vero versus, quos supra vides, qui sint loco exordij. Illorum ista est sententia. Si apes omnes interitu deleantur; neque suppetat vnde queant reparari, iam tum proderit memorabile inuentum Aristæi Arcadis, qui apes reparauit ex cruore cæsi vituli. Ego, rem altius ducam, repetamque ab ipsa origine primam facti huius memoriam. Cum ait, *tempus pandere* subintelligo verbum, *est.* Ait *sæpe*, quia experimento sæpius repetito, rem tandem Aristæus inuenit. *cruor* intincerus est, putridus, corruptus, vitiatus. nam ex putrido boue apes nascuntur.

NOTÆ.

1. ARCADII MAGISTRI.] Est hic Aristæus, de quo elogio Opp. lib. 4. Cyn. μυρία δ' ἄγγελον βιοτῶν ὁδὶ δώκατο φωλάς:

Docui infinita cuica egressem vitam virorum,

Mox ista explicans ait, illum primum omnium pecuariam informasse, oleum expressisse, coagulo lac compegisse, & absoluit:

— καὶ ποτὶ σίμβλας
ἐκ δρυὸς ἀείρας ἀγαπὰς ἐνέκλεισι μελίσσας:
— & ad aluearia
De quercu exemtas dulces inclusit apes.

Interpres Apoll. in l. 2. Arg. ἀρίστεος δ' ἐν τῷ κέῳ εὗρεν τὰ μελισσουργικὰ πρῶτος, καὶ τὰ ἐλαίας καταγαγὼν, καὶ καταπλεύσας εἰς ἑπτάδας ξύλα ἀειπόλοις ἐκλήθη, καὶ ἀπόλλων ἄρξεν, καὶ νόμος: *Aristæus in Ceo primus inuenit artem mellificandi, atque olei exprimendi, reuocatisque Etesiis, à Cœo est Iupiter Aristæus, & Apollo agrestis pastoralisque.* Et Apollon. ipse lib. 4.

κούρη ἀειπόλοιο μελίφρονος, ὅς ῥα μελισσάων
ἔργα πολυκμήτοιο τ' ἀνύσσατο πίειρ ἐλαίης:
Filia Aristæi melisphroni, qui apum

Opera,

UVA. BHSC. BU 00239

Opera, vtilisque inuenit pinguedinem oleæ.
Interpres etiam Pind. in Pyth. ait Aristæum primũ omnium inuenisse πλωδεφόρειαν, κυνηγίαν, ἐλαιουργίαν, καὶ πλησγίαν: rationem pascendi pecoris, venandi, conficiendi olei, mellis. Id ipsum late scribit Nonnus l. 15. Dion. à quo multa in hunc locum possent transferri. Iustinus l. 13. inter alia, quæ late de Aristæo, tum ista: *Aristæum in Arcadia late regnasse, eumque primum & apum, & mellis vsum, & lactis, & coaguli hominibus tradidisse.* Higinus Thebarum Regem facit. Quæpiam etiam suggerunt Interpretes aliqui ex Germanico Cæsare in Phænomenis Arati. Tu vide, vt Iustinus adducto loco conformet fabulas Aristæi ad veritatem Historiæ. Multa, quæ de illo scribuntur, præsertim ab Interprete Apollonij, vt non necessaria, omitto: magnam partem illorum reddidit Natal. lib. 5. Myth. c. 19.

2. CÆSIS IVVENCIS.] Laudat Seru. vocẽ istam, quia cum cædi sit & occidi, & verberari, Poeta apto vsus est verbo: nam iuuenci, vt vtiles sint reparandis apibus, ita debent occidi, vt tantum verberibus, atque ictibus: non gladio, aliove instrumento.

3. INSINCERVS.] Est hoc, quod Archelaus dixit apud Varr. c. 16. l. 3. βοὸς φθιμένης πεπιπμένα τέκνα. vbi apes vocat filias bouis corruptæ. Quod ipsemet Var. c. 5. l. 2. Rust. *Denique ex hoc putrefacto nasci*

A *dulcissimas apes, mellis matres, à quo eas Graci βουγόνας appellant.* Quod El. ὑπὸ θανόντ & βοὸς γενεῖον τι χρῆμα, καὶ ἀξιέπαινον, μελίσσας γοῦν ἐκ τῶν ἐκείνου λειψάνων ἐκφύονται: *Bos mortuus genere ipsum quiddam est, & plenum dignitatis; quando ex ipsius putrefactis reliquiis apes nascuntur.* Quod Ou. 15. Met.

— Delectos mactatos obrue tauros
(Cognita res vsu) de putri viscere passim
Florigeræ nascuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operique fauent, in spemque laborant.

Et 1. Fast.

— feruent examina putri
De boue: mille animas vna necata dedit.

Omnes isti idem dicunt, suo quisque flexu. Philo B in lib. de offerentibus victimas ait, ideo vetitum à Mose offerri apem inter sacra, quia *apis animal est immundum, vt quod natum ex putribus, & corruptis cadaueribus boum.* Sed cum Virgilius signate dixerit, nasci apes ex corrupto cruore, videndum an male scripserit Auctor Geop. *Caueam diligenter, ne quid bouis cruentet; non enim apes generatur ex sanguine.* Indicat contundendum; non cruentandum bouem. Certe illi, quos iam attuli, & Gal. insuper lib. 9. de Compositione Pharm. vbi ait, ex corruptis tauris nasci apes, satis indicant cruorem corrumpi.

[a] Nam, qua Pellei gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumpictis vehitur sua rura phaselis:
Quáque pharetratæ vicinia Persidis vrget,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora
Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis;
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
[b] Exiguus primùm, atque ipsos contractus ad vsus
Eligitur locus, hunc angustique imbrice tecti,
Parietibusque premunt arctis: & quattuor addunt,
Quattuor à ventis aduersa luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur: plagisque peremto
Tunsa per integram soluuntur viscera pellem.
Sic positum inclauso linquunt, & ramea costis
Subiiciunt fragmenta, thymum, casiasque recentes.
Hoc geritur Zephyris primum impellentibus vndas,
Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante
Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.
[c] Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Æstuat: & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis
Miscentur, tenuémque magis magis aera carpunt.
Donec, & æstiuis effusus nubibus imber,
Erupere: aut vt neruo pulsante sagittæ
Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.

C

ARGVMENTVM.

Inuentum reparandi apes ex mortuo bone ait natum in Ægypto, & Persida: persequitur latè artem ipsam.

EXPLICATIO.

[a] EXPLICABO septem versus, vt nemo hactenus explicuit. Rationem reddam in 1. Nota: est enim

UVA. BHSC. BU 00239

enim locus iſte difficillimus. Ergo, ſcripturus Poeta artem, qua ex cæſo boue apes reparantur, primo, locum deſcribit, vbi ars hæc initium habuit. is locus duplex eſt Ægyptus, & Perſia. Tres primi verſus Ægyptum ſignant, tres alij Perſidem Sententia itaque eſt. Omnis regio Ægyptia, omnis regio Perſica iacit, id eſt, ponit & conſtituit in arte cæſi bouis certam ſalutem reparandi mellis. Ægyptum ſignat à Nilo, Perſidem ab Indo flumine hunc in modum. Salus poſita eſt, qua gens felix Canopi Nilum accolit, & per ſua rura phaſellis vehitur, id eſt, nauiculis: en Ægyptos. Pergit. Salus poſita eſt, qua amnis deuexus ab Indis, id eſt, Indus ipſe vrget vicinia (eſt hic vicinium, vicinij) Perſidis. cui fluuio ſeptem ſunt ora. Hæc ſententia. Expendite nunc Lectores, vti rem amplificet verborum epithetis, dilatatione ſententiæ. Epitheta. Nam gens Ægypta *fortunata* dicitur, ſui fluminis vbertate: Canopus *Pellæus* cum reſpectu ad magnum Alexandrum: Nilus *ſtagnans*: flumen *effuſum*: phaſelli *picti*: Perſis *pharetrata*: Indi *colorati*, à ſtigmatibus, quibus puncti in corpore. Dilatatio ſententiæ poſita eſt in loci deſcriptione ex circumſtantiis, videlicet ex genere Canopi, pro vniuerſa Ægypto. nam Canopus nobilis Ægypti vrbs: ex oppoſitione mira Nili ſtagnantis, & effuſi fluminis. nam videlicet effunditur in Ægyptum, & mox ſtagnat: ex altera oppoſitione, qua per rura terreſtria Ægypti nauiculis vehuntur: ex Indo flumine, qui vrget Perſidem; ex eodem naſcente ab Indis, fluente, ac diſcurrente in ora ſeptem. Eſt in Poeta *deuexus*, poſitum pro, deuectus.

b Poſt loci deſcriptionem iam attem ipſam explicat hoc ordine. Ponit locum, vbi occidendus vitulus: ætatem vituli; modum, quo debeat occidi: circumſtantias, quæ ſequuntur cædem: tempus, quo iſta peragenda. Locus eſſe debet anguſtus, tecti & parietum contractione: debent eſſe feneſtræ quatuor à ventis quatuor: ætas vituli non excedat annos duos, in hac enim ætate aptus erit: debet occidi obſtructione narium, atque oris, ne poſſit reſpirare; deinde tundi plagis, non ferro lædi, donec ipſa ictuum tunſione membra omnia & viſcera ſoluantur: poſt cædem relinquatur incluſus in loci illius anguſtiis, ſubiiciantur ramorum fragmenta, thymus, caſia, herbæ aliæ: fiant iſta ſub occaſum hyemis, priuſquam Zephyri, ineunte vere, vndas impellant, prata rubeant coloribus, hirundo aduentet.

c Iuuenci cædem ſequitur apum generatio. Tepeſcit (inquit) & liqueſcit humor iuuenci in oſſibus teneris. (ideo autem hæc tenera, quia bimus vitulus) deinde ex humore illo tepefacto erumpunt animalia, miris quibuſdam modis. nam primo, truncа ſunt pedibus, vnde apes dicuntur, quaſi ſine pedibus: mox pennæ adduntur, quibus ſtrident, & captant aerem volatu. Quãta vero hæc copia, & multitudo? Vidiſti imbrem æſtiuum, aut ſagittas Parthorum, cum frequentiſſimæ ex arcubus emittuntur in primo prælio, quo tempore frequentiſſimæ ſunt ſagittæ, ab non laſſo milite, imo integro; hac ſi frequentia erumpunt ex cæſo boue apum examina. Præclare ſagittiferum animal comparat cum Parthis ſagittiferis, & adhuc præclarius, ſi expendas Parthos à tergo iaculari, ſicut & apes exſerto per alium ſpiculomon enim habent ſtimulum, quo feriunt, in ore, ſed in aluo.

Interpretes, qui ante me ſcripſerunt. Quiſque quod vult ſequatur. Ad rem. In primis reiici verſum iſtum, *Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena*. qui ſententiam turbat. Reiici (inquam) nam quamuis ſcripſi, non explicui, & in notis nihil de illo dicam. Inprimis non eſt in loco debito, nam qui Poeta poſt mentionem Perſidis iterum recurrat ad Ægyptum. Cœcus videat. Deinde Pierius ait, in Romano codice non legi, vbi nunc legitur, ſed poſt verſum iſtum, *vſque coloratis, &c.* Ex incerta ſede, quam hic verſus habet puto reiiciendum. Et quidem docti deprauatum eſſe hunc locum clare fatentur. Eſt autem certum non aliunde deprauatum, quam ex hoc verſu, quo amandato liquida & clara eſt ſententia. Dices, ponatur ante mentionem Perſidis. Neque hoc poteſt: quia erit ſententia inepta, videlicet, gens fœcundat. Præterea verſus ipſe ineptus apparet, primo quia deſcriptiones periphraſticæ debent carere nomine rei deſcriptę. Aduoco exemplum, ſi noctem deſcribas per quietem datam ægris mortalibus, & gratiſſime ſerpentem Diuum dono, fruſtra adiicies nomen noctis, nam notæ illæ noctem indicant: vel, ſi noctem ponas, abſtinebis à circumſtantiis. Quid autem facit in periphraſtica deſcriptione Ægypti Ægyptus ipſa? tollenda enim vel Ægyptus, vel Ægypti periphraſis hunc in modum. Ars inuenta in Ægypto eſt. Vel. Ars inuenta eſt, qua fluit Nilus, qua fit ſtagnatio, qua picti phaſeli, qua eſt Canopus &c. Deinde in explicando illo, *nigra arena*, docti ſudant. Nam ſi arena, qui nigra? &, ſi nigra, certe limus, non arena. & quidem de Nilo limum dicunt omnes, non arenam. & quale eſt, Epitheti huius Virgilium neminem habuiſſe imitatorem? Scio harum difficultatum effugia eſſe poſſe. Sed, an ad guſtum, tu videris. Pergo: Accepi tres priores verſus de Ægypto & Nilo; tres poſteriores de Perſide, & Indo flumine, quod ante me nemo nam omnes Interpretes de Ægypto & Nilo capiunt ſex iſtos verſus, & illum inſuper, quem ego hinc ablego. Sed audite. Si omnes verſus de Ægypto, & Nilo capiantur, qui Perſis vicina eſt Ægypto, aut Nilo, cum tota Arabia ſit interſita? Certe Ægyptum vrget aut Nilus ipſe, aut rubrum mare, non Perſis, quæ dici nequit vicina. Vide inſcriptiones, & luce clarius id apparebit. Deinde, ſi integra capias cum omnibus Interpretibus de Ægypto, & Nilo, qui Nilus ortum habet ab Indis? Exploraui Auctores, & nemo Indiam nominat. Plin. c. 9. l. 5. ait ex opinione Iubæ, illum naſci in monte inferioris Mauritaniæ. & c. 2. l. 8. ex opinione aliorum apud Æthiopas: huic opinioni hæret Baſilius *hom.* 3. *in ſ.* ſicut & Heliodorus l. 2. Hiſ. Æthiopicæ, vbi ait, naſci illum ex ſuprèmis partibus Æthiopiæ, & vltimis Libyæ. Vitruuius cap. 2. l. 8. ducit ex monte Atlante, ad quam rem nonnihil in Atticis Pauſanias. Solinus, & alij à fluuio Nigro, qui pater Nili. (Eſt quidem in Solino c. 40. legendum *Nigro*, non *Nigri*, vt liquet ex c. 45. eiuſdem. Procedo.) Ariſtot. 1. Met. à monte Ægyro: Plato in Timæo ab Ægypti regione, cui nomen Delta. Putarunt etiã nonnulli veterum (vt ſcribit in Corinthiacis Pauſanias) ex Euphrate terra condito, & poſtea ſupra Æthiopiã exoriente, Nilum effici. Qui noſtro quo ſcripſerunt, explorato iam orbe, illum ducẽ à montibus Lunæ. Omitto illos, qui putarũt, originem huius fluminis eſſe incertam, vagam, ignotam. In his ſunt Lucanus, qui l. 10. caput Nili *arcanum* vocat. Pap. 3. Sylu. qui, *caput haud penetrabile Nili*, & 8. Theb. *ſecretus Nilus*. Ouid. 2. Met. *Occuluitque caput*. Claudianus l. 2. in Ruff. *—ſecretaque littora Nili Naſcentis*. & de 3. Conſul. Honorij, *Arcanos Nili fontes*. & alibi latę. Paria Plinius

Perſis nequit dici vicina Ægypto.

Nilus non oriatur.

NOTÆ.

1. NAM, QVA.] Cohor hic defendere Explicationem meam, & ſuccedet (credo) hic conatus. Sed non ideirco tamen animus eſt improbare

VVA. BHSC. BU 00239

Plinius c. 9.lib.5.& Plinij Simia c. 45. Paria Herodotus l.2. Strabo, Mela, alij. Ad rem. Si ortus Nili aut incertus, aut non ab Indis, qui Virgilium alliges errori intolerandoe Legerat Virgilius priores ante se Scriptores, & nihil de Indis reperit. Legerant Virgilium ipsum posteriores, & nunquam illi hæserunt. Quæ ratio efficax est. Credibile est enim Plinium, Solinū, & alios, qui scripserunt post Virgilium, mētionem alicubi facturos Nili orti ab Indis, si putarent Virgil. capiendū esse de Nilo. Porro solutio illa, Indos capi pro Æthiopibus, & Africa, vt vere capiuntur, tanti nō est apud me, vt accedente reliquarū difficultatū cumulo, me debeat impellere. Ex dictis efficio, posteriores tres versus non posse capi de Nilo, quia neque vicinitas Persidis Ægyptū vrget, neque Nilus ortum ab Indis habet. Fit cōtra, vt optima sit sententia, si posteriores versus capiantur de Perside & Indo amne, ad eū modū, quo declarani in Explicatione. Illa nostra Explicatio quatuor rebus innititur, videl. periphrasi Indi, verbo *vrget*, voce *vicinia*, septem oribus. Periphrasis Indi ista est, *amnis deuexus ab Indis*, quæ ita cōuenit Indo amni, vt nemini prætereat: habet enim ortum in India ipsa, eamque alluit, imo nomē dedit Indiæ. Loquor hic de India, quam veteres agnouerunt, quamque adiecrunt Liber Pater, & Magnus Alexāder. Verbū *vrget*, nemini nisi Indo potest cōuenire, ita enim extremis finibus Persidis adhærescit, vt eā cōprimere & vrgere videatur. Sed res ista oculorū est. Tabulas vide Geographicas. De tertio, nihil est dubiū, inflecti etiā, *vicinium vicinij*. Extremū erat de oribus septēnis Indi. Hæc res (crede) omnes decepit, nā cū adeo trita sint septem Nili ostia, putarunt verba Poetæ capienda de Nilo. Sed sciant isti Indo flumini septē ostia assignari à Ptolemæo, sunt illa σαράγη, σίνθον, χρυσῶν, ἀδεισρον, σαπτεμέχης, σαβάκας, σα, κοτιβάρ: Sarage, Sinthon, Chrysm, Chariphron, Sapuages, Sabalassa, Lonibare. Hæc cadē agnoscit Theuetus. Hæc Arrianus in Periplo maris rubri. Citat hos in Indice Geograph. Abraham. Ortelius. Verū est, ab aliis duo tantū ostia assignari, quod etiam firmant oculi Lusitanoī, qui hæc loca perlustrarunt. Sed esto, non vere sint septē ostia, potuit certe Poeta duci opinione antiquorū, præsertim in ámne longe dissito. Quid, quod potuit certū numerum exhibere pro incerto, & quolibet quæ res trita Poetis, & Virgil. ipsi vulgaris. Multis ista. Parcat Lector, & bōni consulat: hæc enim omnia necessaria fuerunt ad vulgarem Explicationem explodendam, nouam inducendam. Dedimus enim lucem loco difficillimo Poetæ, & nescio an alius in eo difficilior.

Indus habet ora septem ex nonnullorum opinione.

Canopum.

2. PELLÆI CANOPI. 1.] Originem huius habes in Tacito 2. Ann. *Condidere id* (Canopum) *Spartani ob sepultum illic rectorem nauis Canopum: qua tempestate Menelaus Græciam repetens, diuersum ad mare terramque Libyam delatus.* In Strab. lib. 17. κάνωβος· ἐπόνυμος κυνοβῶ τῦ μενέλα κυβερνήτη, ἀποθανόντος αὐτόθι. Non egent versione audito Tacito. Paria cum vtroque Plī. c. 31. lib. 5. Solin. c. 44. Mela c. 7. lib. 2. Extremus vocat *Canobum*, Græcis hærens. Fit vero Canopi mentio in mentione Nili stagnantis: nam vnum è Nili ostiis Canopicum est. Auctores Strabo, Plinius, Mela locis adductis, & Herod. lib. 2. & Arist. lib. 1. Meteor. c. 4. imo ait, reliqua Nili ostia manu facta videri, vnum Canopicū factū esse à flumine, & esse naturale. Ideo Synes. epist. 148. non tā ostium nominat, quam μεγάλων κλυσμὸν, *lacum vastum*. ἐκ παρέρσε legendi Suidas, Ruffinus, alij de Canopo Deo Ægyptiorū, qui cum igne contendit Deo Chaldæorū, & victor fuit. Sed cur Pellæi? Natus est Pellæ in Macedonia Alexāder Magnus. Regis huius multa sunt decora in Ægypto, præsertim Alexandria. Ideo ab Statio dicitur 4. *Syl. Pellæus regnator*. Inde ergo Ægyptiaca omnia illius attributo ornantur. Sic Claud. 1. in Eutrop. *Pellæis ensibus*, pro Ægyptiacis. Quin, non Alexander solum ibi natus, sed Philippus eius pater inde oriundus est, quod in Haloneso scribit Demosth. vel Hegesippus, si Libanio credimus, ἐκ πόλεως δρεμυθρου. Itaque tota Macedonici regni initia referenda ad Pellam. Quod oppidum, ignobile fuit ante hos principes. Nam Demosthenes de Corona, de Pella, χωρίον ἀδόξου loco obscuro, parvo. Et Libā. in Progym. τί θαυμαστὸν τῆς πόλεως; *Quid Pella abiectius?* Sed hoc oppidum iam suo æuo euersum narrat Dio Chrysost. orat. 33. ita, vt nullum extaret vestigium; tantum contritas tegulas eo loco vbi vrbs fuerat.

3. STAGNANTEM PLVMINE NILVM.] Forte aduersum istum Lucan. lib. 2. — *si non per plana iacentis Ægypti Libycas Nilus stagnaret ad æstus.* Ab stagnis Nili Papin. 3. Syl. *paludosi fœcunda lucentia Nili*. De Nilo Philo in lib. de Abraham, ποταμὸς ἐν κοίλῳ χωρίῳ ῥέων τὰ σπάνια τῶν πλημμυρεῖ, *stagnante agros inundationibus debito tempore*, & lib. de vita Mosis, λιμνάζει τὰς ἀρόσεις: *stagnat arua*.

4. ET CIRCVMPICTIS VEHITVR SVA RVRA PHASELLIS.] Dicit Poeta. Gens Nilum colit, phasellis vehitur per rura. Qui colit? Quia habitat loca illa, per quæ fluuius stagnauerat, cum is recederet cum vero stagnat, tum nauigiis vehitur. Ad rem pertinet locus Heliod. l. 9. hist. Æthiop. *Erat autē inprimis nouum spectaculum, cum nauis à muris ad muros transiret, & nauta in mediterranea regione nauigaret, denique nauigium per locum cultum impelleretur.* Loquitur de Nilo. Atque etiā locus Herod. l. 2. ἀπωθεῖ τὸ ὕδωρ τὸν ἐπὶ κατὰ τὰ ῥέεθρα τὰ ποταμία, ἀλλὰ διὰ μέσε τῦ πεδίε. Loquitur etiam de Nilo, *Hoc cum contingit non iam per alueum fluminis, sed per medium campi nauigatur*. Nec non Achillis Alex. lib. 4. de Clitoph. & Leucip. *Ægyptiis Nilus est omnia, nempe fluuius, terra, mare, palus: admirationeque omnino dignum est, eodem in loco nauium, & iugomentorum, & arationem, temonem, & tropheum, nauium, & agriculturam coæquiscium, & boum cubilia spectare: Nam cum eam omnem Nilus inundauerit, paludes efficit, quæ deinceps, illo etiam abeunte, remanēt, minus quidem aquæ continentes, sed limo multo referte, per quas cum pedibus feruntur, tum & nauiculis, non sane nauioribus, quam vt singulos vectare possint.* — *Quod si quādo aquam deesse contingat, sublatam humeris nauiculam asportant, quousque aquam inueniant.* Hæc proculdubio Poetam declarant. fit enim vti ex natura amnis huius, cum is Ægyptum irrigauit, gens illa dicatur, & Nilū colere & vehi nauiculis per rura. Lucan. lib. 4. rem nauium ita attingit: — *sic cum tenet omnia Nilus Conspirātur bibula Memphitis cymba paratæ.*

Ægyptiorum nauicule.

5. PICTIS PHASSELIS.] Hinc Mart. Epig. 30. li. 10. — *quies ponti Pictam phaselon adiuuante fert aura.* Sed de hac veterum elegātia in nauigiis, alibi. Scripsi geminata litera secutus lapides, in quibus nummum phaselus, sed phaselus. De hoc nauigio videlicet Bayfium, & Lilium: & de etymo illius Fūgerū.

6. PHARETRATÆ PERSIDIS.] Persas plurimū sagittis valuisse, auctores sunt Xeno. l. 1. Pædag. qui loquens de studio Persarū in Venatione, ait habere illos, δίφρα πρὸς τὸν ὀφρῦσθαι. *arcus cū pharetra*. Procop. l. 1. de bel. Persico. πάντα πεζοὶ καὶ ἵπποτοξόται εἰσὶ ἅπαντες. *Persæ fere omnes sagittarij sunt.* Meminit etiā iaculorū Persicorum, & sagittarū Helio. l. 6. & 9 hist. Æthiop. & Herod. l. 1. Polyb. l. 5. Opp. 2. Hal. adiicit, illos excogitasse artē adiiciendi venenū sagittis. S. Ambr. l. 6. Hex. *Gens Persarū ferox bellis, valida sagittis.* Claud. de bel. Gildon. Susa, vrbē maximā Persidis, vocat *pharetratā*.

Persis pharetrata.

Alexander natus Pellæ. Pellæ oppidum.

VVA. BHSC. BU 00239

trata. Diuinũ oraculũ apud Herod. πεξοφόρων μύδων: *sagittiferorum Medorum*. quæ dici propter Persas, etiamsi Medos nominet, statim aperit ipse Herod.

Indi cur colorati.

7. COLORATIS INDIS.] Retuli ad stigmata corporum, quæ frequentissima barbaris, vt alibi late doceo: & vnis Indis etiam æuo isto, vt narrant qui viderunt. Pingunt enim corpora variis coloribus. Quæ hic Pierius, & Interpretes alij scribunt, referentes sententiam ad Nilum, necessaria non sunt, cum Poetæ sermo sit de Indo. Qui *coloratos* explicant, nigros, non satis ad stomachum.

8. EXIGVVS PRIMVM.] Hinc incipit ratio restaurandarum apum excæso boue. Rem istam tantum attigit Arist. Varro, Ouid. 1. Fast. Galenus lib. 9. de compos. Pharmac. & apud illum Philo (nescio, an Iudæus) qui apes vocat *natas tauri* alij. In vno Auctore Geoponicarum præceptionum tres ista late describitur. Transcribam hic partem illam, tum quia multa affinia Poetæ, & quæ esse pro paraphrasi, & commentario possint: tum quia nemo antiquorum, vt ille. Græcis parcam. *Modus autem hic est. Domus sit tibi alta decem cubitorum, latitudinis item cubitorum decẽ, & reliquis lateribus comparibus. Ingressus in ipsam formetur vnus, fenestræ quatuor, ab vnoquoque latere vna. In hanc inducas bouem triginta mensium, carnosum, valde pinguem: faciasque ad stare ipsi iuuenes multos, qui ipsum fortiter verberent, & fustibus cæsum occidant, simul cum carnibus ipsa etiam ossa comminuentes. Diligentem autem animaduersionem habeant, ne quid bouis cruentent. Non enim ex sanguine apis generatur, & circa primas plagas non violenter in ipsum irruãt. Statim vero obturetur omnis bouis meatus linteolis puris, ac tenuibus pice tinctis, veluti sunt oculi, nares, & os, & quæ à natura producta sunt partes ad euacuationem necessariam. Deinde thymo substrato multo, boueque supino super ipsum reclinato, domum egredianmur, & statim ianuam, & fenestras luto denso oblinãt, vt neque aeri, neque vento vllus aliquis ingressus, aut perspiratio pateat. Tertia autem hebdomade vndique domum adaperire oportet, & lumen acremque purum admittere, præterquam ex ea parte, vnde vehemens ventus procedit. Si enim sic contigerit, ingressum, qui secundum ventum sequutus est, claussum reliquere oportet. Postquam autem videbuntur materiæ perfrigerata, & ventum sufficientem attraxisse, rursus concludere oportet, & luto velut prius oblinere. Vndecima deinde post hanc die, vbi aperueris, inuenies plenum apibus, racematim inter se coagmentatis: & ex boue reliqua, cornua, & ossa, ac pilos, & præterea nihil. Aiunt ex cerebro gigni Reges, ex carnibus vero alias apes. Nascitur autem & ex medulla spinali Rex, præstare tamen ex cerebro natos & magnitudine, & pulcritudine, & robore, omnibus aliis, tradiur.* Subdit quæpiam alia; quæ adduxi potiora sunt. Contraxissem ista in breuius, nisi videremus multa hinc posse assumi ad explicationem Virgilij. Præterea, quid est Interpretis, si hoc non est? Porro his omnibus affinis est admodum mos eorundem Ægyptiorum, quo vtuntur in immolando boue. Lege Herodotum lib. 2. vbi ait, bouem sacrificatum infodi in terram, thure, myrrha, odoribus stipatum, ibique putrescere. Et fortasse inueni initium artis huius. Potuit enim accidere aliquando, vt ex boue destinato tantum ad sacrificium, cum iam esset corruptus, apes exsisterent, ex qua re visa, & sæpius obseruata, Ægyptij artem meditarentur.

9. ANGVSTIQVE IMBRICE TECTI.] Dilatatio est poetica, nam sententia tãtum est, debere esse angustum tectum iuxta angustias parietum: sed decurrit ad imbrices, & canales.

10. ADVERSA LVCE.] Placet admodum aliquorum lectio codicum, qui *obliqua luce*. Hoc commodũ ad mentem Virgilij, & ad præceptum. Obliquis enim fenestris non facile locus petfiabitur, sequẽturque vt vitulus facilius putrescat.

11. MVLTA RELVCTANTI.] Ea forma, quã Hom. Odyſ. 13. πολλ' ὀλοφυρόμενον: *lamentans multa*. Alibi πολλ' ἀεκζομένας: *multa reluctantes*. Quod Poeta *obstrepitur spiritus*, Opp. 5. Hal. μύκητα μανόμενα φυσιμαχ: *claudiatur furentis flatus*,

Zephyri fiant veris.

12. ZEPHYRIS.] Frequentissima est Zephyrorum nota in mentione Veris, quam anni partem hic significant Zephyros. Hanc rem exemplis firmaui 2. G. adiice Statium 4. Sylu. qui ver describens: *Iam pontus, ac tellus remidem: iam Zephyris Aquilo vefractus*, & Synesiũ Epist. 114. qui vna cum auium cantilena, cum floribus, cum pratis, quæ verna omnia, coniungit ventum istum: ἠδὺ ὁ ζέφυρος ὑποκινῶν ἠρέμα τὰς κλάδας: *quã suauis Zephyrus mouens sensim ramos arborũ*: Homerũ mitto 4. Odyſ. qui pari nota veris induxit Zephyros, & Claudianum 2. in Eutrop. & alios.

13. RVBEANT PRATA.] Ita 2. G. *vere rubenti*.

Apes generantur ex vitulo.

14. GARRVLA.] Non minus frequens inter notas Veris aduentus hirundinis. Opp. 1. Hal. εἰαινῆσι χελιδόνι: *vernis hirundinibus*, & 3.

ὡς δ' ὁπότ' ἀπλώσασι φέρει ὀδυσμὸς ἀοιδὸν
μίμηβ, εἰαεινὴ ζεφύρε πρωτάγγελον ὄρνιν:
Vt autem quando implumibus ferit pabulum pullis
Mater, verna Zephyri prima nuntia anis.

Hirundo nota veris.

Describit quippe hirundinem, & Græcus Poeta apud Athen. lib. 9. vel optans, ita ait;

ἦλθ', ἦλθε χελιδών,
καλὰς ὥρας ἄγουσα,
καὶ καλὰς ἑνιαυτὸς.
Veni, veni hirundo,
Quæ tecum pulcras horas,
Pulcros annos adducis,

Artemid. lib. 2. Onir. c. 7. 1. loquens de hac aue, ὅταν δὲ τὰς πρεσβύλης, πρώτη πρὸ τοῦ ἔαρ φαίνηται: *vbi ver accesserit, prima apparet*. Nonnus lib. 3. Dionys. de hirundine εἶαρος κήρυξ: *præco in vere*. Mitto eundem lib. 2. & Ouid. 1. Fast. & 2. atque item eleg. 12. lib. 3. Triſt. Hi omnes, atque alij, vbi ver describunt, præcipuam notam adhibent, aduentum hirundinis,

Hirundinis industria.

15. TIGNIS NIDVM SVSPENDAT.] Arist. c. 7. lib. 9. Hist. vt probet inesse ingenio brutorum humanam similitudinem, pro exemplo adducit modũ, admirandumque ingenium, quo hirundo nidum construit. Nam festucas luto implicat, quo machinula illa consistat. Si lutum, vnde conficiat, deest, si ipsa madefacit volutatque in puluere, vt lutum faciat. Duriora primum stragula subiicit, deinde molliora more humano. Lege in illo integra. Eadem ferme Basilius scribit Hom. 8. Hex. Aristotelico sylo. Ab Isid. c. 7. lib. 12. dicitur, *In nidis construendis, educandisque fœtibus sollertissima*.

Apum ejusmodi.

16. TRVNCA PEDVM PRIMO.] Ouid. 15. Met.

Nonne vides quos cera tegit fecangala fœtus
Melli ferarum apum sine membris corpora nasci?
Et seroque pedes, seraque assumere pennas:

Imo hinc apes dictas volunt, quod sine pedibus nascantur. Vide Isid. c. 8. lib. 12. & alios. Locutio Græcorũ mere est. Illi dicant, ἀνάπηρος, & κόλοβος χεῖρων. & χωλὸς ποδῶν. Lucr. quoque hellenice lib. 5.

Orba pedum partim, manuum viduata vicissim.

Amãt etiam Græci locutionẽ istã in verbis. Opp. 4. Hal. αὐτὰρ μὲν παύσωντο πάθε, παύσωντο δ' ἀγαθῆς ζωῆς.

Ibi quidem desinunt amoris, desinunt etiã misera Vitæ.

Pari structione Horat. *desine querelarum*. Idem Opp. 5. Hal. δδυνάων μεθύσκεσθαι dolorum.

17. EFFVSVS.] Hoc verbum ipsis apibus dat Apollon. 1. Argon. πάτης ἐκχύμεναι σμβληδόν.

18. AVT VT NERVO PVLSANTE SAGITTÆ.] Perinde

VVA. BHSC. BU 00239

Perinde ac si dicat. Erumpunt apes, vt sagittę ab neruo sonante. Nam Homer. ἀπὸ νευρῆφι ἰὸς ἅ. A sagittis Parthorum comparat, ita Opp. 2. Hel. pastinacæ piscis telum ardidum atque horridum cum iaculis venenatis Persarum.

19. PARTHI.] Vt Poeta spiculum apium cum

Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia cœpit?
[b] Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe
Amissis (vt fama) apibus morbóque fameque,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atque hac affatus voce parentem.
[c] Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes: quid me præclara stirpe Deorum,
(Si modò, quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo)
Inuisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
[d] En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum, & pecudum custodia solers
Omnia tentanti excuderat, te matre, relinquo.
[e] Quin age & ipsa manu felices erue syluas:
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes:
Vre sata: & validam in vites molire bipennem,
Tanta meæ si te cœperunt tædia laudis.

ARGVMENTVM.

Explicat prædicta artis inuentorem fuisse Aristæum. Hic amissis apibus morbo & fame, querelas defert ad matrem Cyrenem. Erat hæc aquarum Nympha, agebátque in antro Penei fluminis.

EXPLICATIO.

[a] POst artem lueulenter descriptam sequitur artis inuentor Aristæus, de quo texit longam & fabulosam narrationem vsque ad libri exitum. Præmittit inuocationem, vt qui rem nouam aggrediatur, qua à Musis petit, pandant primum Deorum, qui hanc artem inuenit. Geminatio illa *quis, quis* auget gloriam inuentoris. Quasi dicat. Quis ille esse, quis potuit, qui rem tantam inuenit? verbum *extundu* indicat diligentem quandam meditationem, operamque in inueniendo. Versus alter hanc habet sententiam. Dicite Musæ, vnde noua hominũ experientia cœpit ingressus? id est, Dicite vnde noua experientia habuit primos aditus accessúsque ad rem tantam?

[b] Voluit scire à Musis, quis Deus hanc artem inuenerit? Musæ suggerunt Aristæum, & ideo ab eo narrationem incoat. Narrat vero; hunc, vt amisit apes morbo & fame consumtas, reliquisse tempe. (sunt hæc Thessalię loca amœnissima, quę interfluit Peneus) fugam vero destinasse ad fontem illum, vnde erumpit Peneus, vt querelas suas deferret ad matrem Cyrenem, quæ in eo fonte domicilium habebat; erat quippe vna ex aquarum Nymphis.

[c] Sequuntur querelæ Aristæi ad matrem. Queritur vero, se, qui habet matrem aquarum præsidẽ, qui patrem Apollinem, tamen (en querelæ) genitum fatis inuisum, matri nullam curam esse de filio, frustra illi promissum cœlum, atque immortalitatem. Geminatio *mater, mater* viuidam habet querelam. Quasi dicat. Mater es mihi, sed non te matrem exhibes.

[d] Subiicit caussam querelarum. Quasi dicat. Inuisus sum fatis, nulla est matri de me cura, frustra speratur æternitas in cœlo; cum relinquã amittámque honorem, quem habebam mortalis; videlicet agriculturam, & pecudes: & hoc *te matre*, sub qua augere rem debueram, non minuere, non perdere. Indicant ista, Aristæum iacturam fecisse non solum apum, sed etiam frugum, & pecudum.

[e] Erumpit in acerbissimum dolorem, Si ita mecum sit, vna omnia pereant. Si me habet tædio, euerte omnia, syluas, pecudes, messes, sata, vites; quibus ego honorem mihi comparaui, & nominis immortalitatem. Nam cui ista vis, nisi filio? Est ista acerba confessio. *felices syluæ* sunt fructiferæ arbores.

NOTÆ.

1. PAstor Aristæus.] De hoc iam supra in libro hoc, atque etiam 1. Georg. & de Thessaliæ locis, quæ dicuntur Tempe, in 2. De istis Ouid. 1. Met.

Est nemus Æmoniæ, præruptu quod vndique claudit
Sylua, vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo spumosis volvitur vndis.

Lege insignem locum Æliani lib. 3. Var. Hist. vt vero Thessaliæ dicebantur Tempe, ita Bœotiæ Teumessia, Siciliæ Eloria.

2. TRISTIS.] Totus hic locus ductus est ab Homer. 1. Il. apud quem Achilles defert querelas suas ad matrem Thetidem, Deam maris. Ergo huic initio respondet initium illud,

—αὐτὰρ ἀχιλλεὺς
δακρύσας εἷδεν ἀφ' ἑτέρων ἑτάρων κλισίηθεν ἀλεγεινὰ,
ποδάρκης δῖος Αἰακίδης, ἐπὶ δ' ἄσπετον ὦρτο πόνοιο:

—Sed Achilles
Lacrymans, à sociis sedit seorsim separatus,
Littus ad maris cana spectans in nigrum pontum.

Potuit quoque hæsisse versui Lucret. qui lib. 3.

Et nec opinanti mors ad caput astitit ante.

VVA. BHSC. BU 00239

Caput de initio fluminum.

3. CAPVT.] Seru. bene initium amnis caput, & A fontem vnde nascitur. Male Lambinus in Horat. accipit locum hunc Poetæ de exitu fluuij in mare ductus exemplo Iulij 4. Gall. qui Rheni ostia vocauit capita. Certe ista in hunc locum nō quadrant, nam quæ deinde sequuntur, aperte indicant, Atistæum admissum ad matrem, non qua fluuius in mare exit. Decepit illum fortasse attributum *extremi amnis*, vt ad exitum potius, quam ad initium recurreret. Sed videat, extrema, vltima, & similia dici de his, quæ à nobis longo interuallo dissita, quacunque ex parte.

Vltimus est pro media.

Sic, mortem *vltimam* vocamus, nam ea adest in vitæ exitu: & tamen dicimus, *vltimam rerum memoriam repetere*, de his rebus, quæ æuo ante nos longissimo. B

4. MATER CYRENE.] Habet hæc oratio affinitatem aliquam cum ea, quam Achilles ad matrem habuit. Aliquam (inquam) quia tantum inde argumentum ductum. Ait enim Achilles. Quia tu me genuisti, honorem mihi debebat Iupiter, at secus accidit. Sed reliqua quam longe disparia. Ibi simpliciter μήτηρ: hic efficax geminatio. Ibi Thetis subticetur: hic nominatur Cyrene, quod viuidum ad cōmouendum affectum. Ibi simpliciter, ἔτεκες: hic, tu es mater, Apollo pater, & hic Tymbræus, sum è præclara Deorum stirpe. Ibi nullum elogium ad Thetidem: hic, *quæ gurgitis huius ima tenes*. Ibi querela ista, honorem mihi debebat Iupiter, at nihil contulit decoris: hic pro Ioue fata, quibus inuisus; abolitus amor à maternis visceribus; desperata diuinitas. quibus rebus quid grauius? Ibi caussa querelarum hæc præmium Agamemnon abstulit: hic, relinquo honorem vitæ. Hactenus Homerus, addidit Virgilius versus quatuor, *quin age*, &c. in quibus miti affectus ab impatientia. Discе Homerum, & Græcos imitari cum victoria. Est etiam versus in eodem lib. cui potuit hærere, vbi ita Achilles ad matrem. ἀλλά σὺ εἰ δυνασαίαο, θεὰ ἔχεο πόδας ἠδὲ σῦ: *Sed tu, si potes, fer opem filio tuo.*

Stirps de hominibus.

5. STIRPE.] Similis Græcorum metaphora. Eurip. Oreſt. ἔτ' ἐμφύσει πίλοπα, *hic plantat Pelopen*, id D est, procreat. Loquitur de Tantalo. & infra, ὦ παρθένοι μὼ τρεῖς ἐφυμένοισι *fata sumus tres virgines*, id est, natæ. In Phœniſſ. μὴ σπείρε τέκνων ἄλοχε. In 2. Ilia. ter est, ἄζε θ' Ἄρεα θ' *ramus Martis*, ad signandam sobolem. Ab hac itaque frequentissima metaphora Græcorū ortum, vt stirps latinis referatur ad sobolem. Quin, si Valerio Maximo, aut Probo credimus in libello de Prænomine, Sertores, vnde Sertorij, dicti quasi per sationem nati.

6. SI MODO, QVEM PERHIBES.] Par affectus in verbis Cyclopis ad Neptunum patrem Odyſ. 9. εἰ ἐτεὸν γε σὸς εἰμί, πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτὸς ἐὐναι: *Si vere tuus sū, pater autem meus esse gloriaris.* Petit nimirū Cyclops, vt Neptunus ostendat esse patrem suum, Vlyſſem vlciscendo. Non abit illud Phaethontis apud Ouid. 2. Met.

Pignora da genitor, per quæ tua vera propago, Credar.

7. TYMBRÆVS.] Nihil habeo, quod addam Lilio.

8. INVISVM FATIS.] Pari affectu Eurip. Oreſt. τῷ θεοῖς συγκμῶλω — ἐλόντω.

9. OMNIA TENTANTI.] ἐκπυνιώφ. Aduocat German. exemplum ab Euripide.

10. TE MATRE.] Par affectus in Culice, *Te cultrice vagus saltus feror inter, & astra.* In Propert.

Et nimirum remis audent, prope turpe, latinis
Principe te fluctus regia vela pati.

In Ouid. 6. Met. apud quem Latona queritur se despectui haberi, cum habeat filios Apollinem, & Dianam, *En ego vestra parens*, &c.

11. INIMICVM IGNEM.] Homeri epithetū, qui crebro δῖος πῦρ.

12. INTERFICE MESSES.] Sæpissime Poetæ, & alij transferunt ad rem herbarum, fruticum, arborum verba, quæ mortem significant. Putatur id ductum ex doctrina Pythagoræ, qui cēsuit plantas nō solum viuere, sed etiam sentire inflicta vulnera. Firmabo verba singula. auctorib. singulis, poeticū plusculis. De verbo *neco*. Plin. c. 21. lib. 8. loquens de basilisco, *necat frutices non contactos modo, verum & affatos.* De *eneco*, idem c. 17. lib. 18. *Est herba, quæ cicer enecat, & eruum.* De *morior*. Virg. 7. Ecl. *moriens herba* & 10. *moriens liber in vlmo.* De *demorior*. Iustin. Instit. lib. 2. *in vinearum demortuarum, vel arborum locum alias debet substituere.* De *intereo*, Pacuu. in Tragœd.

Moriendi verba traducuntur ad rem herbariam.

Interficere messes.

Sol si perpetuo fit, aut nox flammeo vapore, aut frigore
Fructus omnes interire. De occido Alcimus lib. 2.

Non faciet viuum radix occisa cacumen. De *exspiro*, Papin. 3. Syl. *Aut vbi verna nouis exspirat purpura pratis.* De *interficio*. Tullius in Oecon. apud Nonium: *Nullo modo facilius arbitror posse neque herbas arescere, & interfici.* Arnob. lib. 3. *cur quotidie gemmulas & pubescentes herbas adurit, atque interficit nocentissimum frigus?* Lucilius traduxit ad rem affinem,

Durum molle vocas, fragmenta interfice panis.

Stirps de hominibus.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit. eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore:
Drymóque, Xanthóque, Ligeaque, Phyllodocéque
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.
Nesæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque:
Cydippéque, & flaua Lycorias; altera Virgo.
Altera, tum primum Lucinæ experta labores:
Clioque, & Beroe soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia, Deiopeia,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

E

ARGVMENTVM.

Describuntur Nymphæ Penei fluminis, quæ circa Cyrenem.

EXPLICATIO.

MATER sensit tantum sonitum inclamantis, & commota est, neque animo exterrita, vt postea

VVA. BHSC. BU 00239

postea Poeta scribit:sensit(inquam) tantum sonitū: namque,an natus is esset,nondum agnouit, vt quæ esset sub imis gurgitibus, & alto flumine:vt quæ lanificio operam daret.Ita Sernius Poetam explicat, & vere.Sic enim occurras calumniæ. Noli enim ex decoro Poeta moraretur in recensendo catalogo Nympharū,si Cyrene natum agnouisset.Postea certior fit relatis Arethusæ.Ita que præclare finxit Poeta,nondum filium à matre cognitum, tantum cōfuse sonitum quēdam perceptum, vt locū daret Nympharum catalogo.Non capiūt Virgilium,qui illum damnant exemplo Homeri,apud quem 1. Il. Thetis clamanti Achilli statim occurrit.Sed videlicet calūniatores nobis arma præbent contra Homerum,qui Il. 18.longum catalogum Nympharū, & multa alia inducit,priusquam Thetis opē ferat Achilli , quem inclamantem & gementem audierat. Locum adeat lector.Sed vide quo apparatu Noster Cyrenē inducat,sub thalamo alti fluminis , atq; in formosissimo comitatu Nymphārum,quæ fusæ circa illam,dantes operā lanificio.Vellera sunt pretiosissima, vt Nymphas decet,non obuia,& vulgaria , vtique ex Mileto:Vellerum color aquis Nympharum cōcolor, nimirum color hyali, id est , vitri , nam aquæ vitreæ sunt:& quia is color non simpliciter vitreus,sed cœruleus,qui proprie est aquarum , ideo saturatus , & summe intinctus. Itaque vellera fucata ex colore saturo hyali, nihil sunt aliud,quam vellera intincta cœruleo colore,qui factus ex vitreo saturato. Iam Nymphæ ita diuinæ scribuntur , vt esse nihil sublimius possit. Sordescit Homeri opera comparata ad Nostrum,quod iam etiam sensit Scaliger. In Homero merum est fastidium,nulla re addita , qua lector recreetur,tantum series perpetua nominūm:etsi quid addit,ita vulgare,vt laudem non mereatur. In Virgilio demtum fastidiū, variata omnia Nympharum habitu,pulcritudine,genere,virginitate, nuptiis. Ita tibi lector copiose cognita mens Poetæ , calumnia euersa,data victoria. Peculiaria in Notit.

NOTÆ.

1. ATMATER.] Visus est hæsisse Homero Il. 1. ὡς φάτο δεῖσε κιχήσειν.τῷ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι:

Sic dixit lacrymans. hunc vero audiuit veneranda mater
Sedens in imo maris apud patrem senem.

2. THALAMO.] Visitatissimum Poetarum figmentum est,assignare Diis marinis & Nymphis in profunditatibus aquarum domos, cubicula, thalamos, ædificia , columnas , varias demum structiones, vbi quiescant,vnde exeant , qua vagentur , quo se recipiant.Hesiod.in Theog.loquens de Tritone:

Inhabitat domos aureas.

Aquarum domicilia.

Regiam Neptuni ita Homerus describit Il.13.

ἔνθα δ' οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης
χρύσεια,μεμαῶτα τετεύχατο ἆφθιτα αἰεί:

Ibi autem ei inclyta ædes in profunditatibus maris
Aureæ,splendidæ erant constructæ,incorruptæ semper.

Ibidem describit speluncam , vbi equi Neptuni diuersabantur:ἔστι δέ τι πρὸς Φόβης βαθείης ἔσχατιαι λίμνης:

Est ampla quædam species in profundo alti maris. & 12. Odyss. Nympharum speluncam : ἔνθα δ' ἔσαν νυμφάων καλαὶ χοροί,ἠδ' ἃ δῆσιον:*Hic erant Nympharum pulcri chori,atque sedilia.*Il. 14. δώμασι βαθυρρέος ὠκεανοῖο : *ædes profundi Oceani* : Idem Odyss. 13. dat Naiadibus ἄντρον ἠερόεν:*sacrum antrum:*& 18.Il.Nereidib. ἀργύρεον πρόθυρον:*speluncam argenteam.* Maro inf. —*thalami pendimia pumice tecta.* Sophoc.in Oed.Tyr. δώματων ἀμφιτρίτας,

Thalamis Amphitrites. Regiam Thetidis Ouid. describit lib.11.Met. Eodem pertinent Poetæ , qui ad signandum diei exitum solent fingere , Phœbum habere in Oceano suum diuersorium.Ex multis vnum elegi Papinium 3.Theb.qui ita pulcre:

Soluerat Hesperij deuexo margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos,rutilamque lauabat
Oceani sub fonte comam.cui turba profundi
Nereos,& rapidis accurrunt passibus Horæ.
Franaque,& auratæ textum sublime coronæ
Deripiunt,laxant calidis humentia loris
Pectora,pars meritos verrunt ad molle iugales
Græmen,& erecto currum temone supinant.

3. MILLESIA VELLERA.]De horum pretio,honore,elogio,dictum iam.

4. NYMPHÆ.]Harum,vt vides,subiungitur longissimus catalogus.Homerus quoque Il. 18. Nereidas numerat tres supra triginta. Euripides in Androm.ad fin.auget numerum:ait enim,πεντήκοντα Νηρεΐδων χορὸν:*quinquaginta Nereidarum chorum.* Totidem Orpheus in Hymno:nam de Nereo , & eius puellis loquens , πεντήκοντα κόρῃσιν ἀγαλλόμενον , *laetus puellis quinquagima.*Excedit Propertius geminato numero, cum lib.3 ait:

Aqua fœcundissima.

O centum aquoreæ Nereo genitore puellæ.

& Plato in Critia,νησιδία δὲ ἃ ὄπῃ δεκάτων ἑκάστων:*Nereidas centum insidentes,delphinis.*Albinouan. ad Liuiam in comitatu Thetidis numerat *consortes centū.* Hesiodus in theog. vnam numerat supra quinquaginta. Claud. 3.Stil.centū dat amni Ladoni.Centū & plures Ouid.Tibri lib.3.Am.Nonnus li.2.Dion.νηϊάδων φάλαγγας: *Naiadum agmina.* Demum est nemo,qui parce loquatur de Nymphis maris,fluuiorū, lacuū, fontium.Vnde ergo tam profusi in hanc rem Poetæ? Ratione referas ad aquas, quæ mire fertiles & vberes ad nutritionem:& in mari ad salē præcipue, qui putatur esse admodū fœtificus , quod scribit Plutar. lib.5.Sympos.aduocātque Spondanus. Inde Venerē dici ἁλιγενῆ : vult Philinus , fabulāque confictam, quod hac re veteres innuerint fœcunditatem salis. Inde animalia marina fœcūdiora sunt terrestribus, aëriis.Nauigia , quæ salem subuehunt , prodūcunt magnum muriū numerum. Vide nonnulla ad hanc rem in Spondano.Cum respectu(vt credo) ad hanc fœcunditatem dixit Artemid.lib. 2.Oniro.c. 43.visis in somno fluuiis,stagnis , Nymphis portendi omen ἀρῶς παίδων γονῆς,*ad generandos liberos.*

5.CARPEBANT.]Catullus de Nupt.Thet.&Pel. vsurpat in re lanificij verbum *decerpo*,cum ait: Carpere lanas.

—*tum prono in pollice torquens*
Tibratum teretī versabat pollice fusum:
Atque ita decerpens æquabat semper opus dens.

Quod vero Poeta:*carpere* aut *decerpere.* Ouid.4.Met. *Lanas ducere*: &, *deducere pollice filum.* Catul. prior: *deducere fila.* Ouid. iterum : *Lana sua fila sequente.* & 6. *Glomerare in orbe rudem lanam , opus digitis subigere, mollire vellera, versare leui pollice fusum teretem.* & lib. 14. *trahunt vellera digitis.* Silius lib. 16. *Labentes inuertere lanas.* & 1. *torquerent stamina.* Possis vsurpare verbum *euoluo.*nam Claudian.1.Rap.loquēs de Parcis:*Longaque ferratis euoluunt secula pensis.* Virgil. ipse per *deuoluo* in Ciri: Ducere lanas.

—*grauidis pensa deuoluere fusis.* Sicuti & infr.

mollia pensa deuoluunt. Hæc omnia idem fere signant.Græci dicunt κλώθειν, *nere.* Hom. 12. Il. εἰρίον ἀνέλκει,signat omnino pensum. & 6. Odyss. ἠλάκατα στρωφῶσα,*versans pensum.* In 3.Il.rem extulit per verbū ὑπέκλωσεν ἴσσα καλὰ,*exercebat lanas pulcras.* & 24. per ἐπέγνησεν. Odyss.17. ἴσσα πένεσθαι. Plato in Sophista tria verba coniungit ad idem fere spectantia, ξαίνειν, κερκίζειν, τείνειν,

UVA. BHSC. BU 00239

τάγειν, κερκίζειν. & multa admodum in lib. de Regno. A vbi τρεπτικὸν, συμπλεκτικὸν, σφαῖραν, στρεβλὸν νῆμα. & ars vocatur, ξαντικὴ τυπική. Nouitiis Poetis ista seruient.

6. HYALI.] ὑαλὸς, vitrum est. Datur is aquis, vt quæ vitreæ & crystallinæ. Ita Horat. Circem Deam maritimâ *vitream* vocat. Poeta postea sedilia Nymparum *vitrea*. Statius 1. Sylu. Nymphis fontium dat *crinem vitreum*. Alibi: *vitreum amnem*. Et 3. Sylu.

Surgite de vitreis humosæ Doridos antris.

Apul. lib. 1. *Lenis fluuius argento, vel vitro æmulus.* Horatius & Ouid. *splendidior vitro*. Prior de fonte Blandusiæ, posterior de Galatea nympha maris. Iordanis fluuij vrnam ita describit Sannaz. 3. Part.

—nitet vrna nouis variata figuris
Crystallo ex alba, & puro perlucida vitro.

Vitreum colorem, eundem cum Veneto interpretatur Vrsinus in Append. ad Rom. Triel.

7. SATVRO FVCATA COLORE.] Explicui colorem vitreũ cum saturitate, quæ saturitas efficit cœruleum colorem: hunc enim Poeta intelligit ex mẽte Germ. Alciati, aliorum. Nam cœruleus color aquarum est. Cum respectu omnino ad rem maritimam Velleius posteriore lib. *Cum cœruleatus & nudus, capuique redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus, Glaucum saltasset in conuiuio.* Quia vero ex vitreo colore saturato fit cœruleus probe admodum Turn. corrigit locum Iulij 5. Gall. *omnes se Britanni vitro inficiunt, quod cœruleum efficit color*ẽ. vbi male vulgo, *luto inficiuntur*. Nõ enim lutum saniem cœruleam, sed croceam reddit, vel ex illo Virgilij 4. Ecl.

—croceo mutabit vellera luto. Aduertas in Virgilio C legi à nonnullis, *vitreo*, ab aliis *viridi*, & adhuc *hilari*.

8. DRIMOQVE.] Incipit Nympharum catalogus. Dixi iam in explicatio. de Homero, addo hic, pari inuenustate texi illum ab Hesiod. in Theog. saltem primis versibus, nam postea aliqua subest varietas. Non solum vero Græcos Virgilius superat, sed eius (vide quanta vis imitationis) discipulus Sannaz. li. 3. Part. adeo enim magistri sui vestigiis hæsit, vt eius ope aspirauerit ad eripiendam Græcis laudem, & proculdubio eripuit: nam mire omnia variauit. Adducam versus, nam necessarij ad imitationem Virgilij, quam sæpe quæro in his commentariis:

Homerum superat Virgilius.

Homerũ superant discipuli Virgiliani.

Herbosoque tum forte toro, vndisonisque sub antris
Venturas tacito volubat pectore sortes
Cœruleus Rex humentum generator aquarum
Iordanes: quem iuxta hilaris famulantia vultu
Agmina densentur naïas, pulcerrima Glauce,
Dotoque, Protoque, Galenaque, Lamprotoeque,
Nudæ humero, nudis distinctæ veste papillis.
Callirhoë, Byroque, Pherusaque, Dinameneque:
Asphalisque assueta leues fluitare per vndas:
Ipsaque odoratis perfusa liquoribus Anthis,
Anthis, qua non vlla nouos miscere colores
Doctior, aut pictis caput exornare coronis.
Mox Hyale, atque Thoë, & vultu nitidissima Crene.
Congisteque, Rhoëque, & candida Limnoria,
Et Dryope, & virides Botane resoluta capillos
Ore omnes formose, albis in vestibus omnes,
Omnes puniceis euinctæ crura cothurnis.

Vide qua varietate interposita asperitatem nominũ lenierit, non texens perpetuam seriem vocum. Proponam lectori candido versus meos ad imitationem Virgilij, non Homeri, quos feci in poemate de nuptiis Ducis Sabaud. & Catharinæ Austriacæ:

Humenti iuxta forte Tagus narrabat in antro
Fata virí glauca velatus arundine frontem.
Quem iuxta Euarne, Cimoque & Lysianassa,
Quæ placidum lentis transmittere flexibus amnem
Adsueranl, nitcas fluctu feriente papillas.
Nesæe, Spioque, Panopœa, & pulcra Lycoris
Virgoque Bettburis, & Iberius altera: Bettbis
Primam illam, hanc genuit magno sub gurgite Iberus.
Sed regale Tagi numen coluere, fuasque
Huic natæ (grande obsequium) tribuere ministras.
Mox Prothoe, & Mœris roseæ ceruice refulgent,
Et fusa Amphithoe per candida colla capillos.
Pulcra omnes specie, & præstanti corpore Nymphæ,
Insigneque habitu, & formosæ crinibus omnes.

Bonus (credo) iuuenis consulet hanc longitudinem, cum sibi videat consuli: nihil enim hic nisi eius vtilitatem quæro, vt Poesin cum dignitate auspicetur. Vide Claud. de Nupt. Hon. & Mar. vbi breuis catalogus Nympharũ, nam quatuor tantum nominat, & cum varietate. Neque vero abit ab hac re Iõgus B catalogus Bassaridum apud Nonum lib. 14. Dionys. vbi multa inducit nomina aliqua varietate.

9. CÆSARIEM EFFVSÆ.] Solet hoc fœminas decere. Ideo in suis præceptis Ouid. 3. Art. Cæsaries in decore terminatum.

Nec tibi turpe puta, crinem, vt Phyllcia mater,
Soluere, & effusis colla reflectc comis.

Ab eodem 6. Met. inducitur Niobe

Immissos humerum per vtrumque capillos.

& in 9. ministra quæpiam Dianæ: *fusis vtrinque capillis*: In 10. Atalanta: *Tergaque iactantur crines per eburnea.* & Lucr. 2. Fast. *Iniecte collo sic iacuere coma.* & de sua Corinna lib. 1. Am.

Candida diuidua colla tegente coma.

Porro Virgilij verba pugnant contra Isid. ita scribentem lib. 11. c. 1. *Cæsaries à cædendo vocata, ideoque* C *tantum virorum est. Virum enim tonsum esse decet, mulierem non decet.* Non (inquam) tantum virorum est Cæsaries.

10. CANDIDA COLLA.] Alibi: *lactea colla, lactea ceruix.*

11. NESÆE, SPIOQVE.] Initium Homericum νησαίη, ἀπό τε. Male aliqui hinc exterminant versum istum ductu ratione friuola. Admittendus & legendus. Lege Vrsinum.

12. CYDIPPEQVE, ET FLAVA LYCORIAS, &c.] Huiusmodi rationem, in qua primum fit collectio, deinde distributio, aptam esse orationi grandi confitendæ ex Hermogene notauit Robortellus lib. 2. Emendationum c. 34. qui & multa Virgilij loca adnotat eodem filo ductа. Sic 7. Ecl. primum colligit, Collectio & distributio.

D *Compulerantque greges Corydon, & Thyrsis in vnum.*

Deinde distribuit:

Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.

In 11. colligit: *—manibus iam tangerei aquis.* Distribuit postea ita: *Læua aciem ferri, dextra nerubque pupillam.* Demum obseruat duo alia loca ex 11. & tria ex 10. Æneid.

13. FLAVA LYCORIAS.] Referenda flauities non tam ad os, quam ad capillos aureos & rutilos. In hac enim te principem partem pulchritudinis ponunt fœminæ. Pind. Od. 9. Pyth. hac sententia de puella pulcra, χρυσοστέφανε ἥβας: *Pubertatis auro coronata.* Noster inf. de Arethusa: *flauum caput.* & Capitol. in Vero: *dicitur sane tantam habuisse curam flauentium, capillorũ, vt capiti auri tramenta respergeret, quo magis coma illuminata flauescerei.* Eadem ferme Lampríd. de Commodo. & Trebellius de Gallieno. & de Circe Orpheus: —ὑπὸ κρατὸς δὲ ἑκάστης Flauities de capillis.

E πυρσαὶς ἀκτῖνες ἀναλίγκιοι ἠελίοιο
At radij similes solaribus vndique crines
Se fundunt humeros circum.

Et de capillis 3. Anthol. ξανθίζων χαρίτεσσιν. & lib. 7. ξανθίσματα χαίτης. His apparet flauore ad caput commodissime referri posse.

14. TVM PRIMOS LVCINÆ EXPERTA LABORES.]

UVA. BHSC. BU 00239

BORES.]Hæc Homero πρωτοτύπως diciuntquæ nondum experta. Euripidi ἀνωκλώβυα. De Lucina satis multa in 4.Ecl.

15. CLIOQVE ET BEROE SOROR.] Venit mihi in mentem an legendum, *Tuoéque, Oceroe soror*: nisi in *Tboe* repugnaret syllaba. Nam Nympharum marinarum nomina. Clio alia nomēclatura insignis sub Musarum numero.

16. OCEANITIDES.]Hesiod. in theog. & Callimach. in Hym. Dianæ alia forma dicunt ὠκεανίνας.

17. OPIS.] Est hæc iam Nympha aquarum, vt hic: in 11. Æn. comes Dianæ. Passim vxor Saturni.

18. ASIA.] Est hæc distincta ab Deiopeia, non eadem: male aliqui confundunt. Hyginus in lib. fabularum sic scribit: *Ephyre, Opis, Asia, Deiopeia.* Monuit Turneb.

345 [a] Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martísque dolos, & dulcia furta:
Atque Chao densos Diuûm numerabat amores.
[b] Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa
Deuoluunt; iterum maternas impulit aures
350 Luctus Ariſtæi: vitreísque ſedilibus omnes
Obſtupuere. ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens ſumma flauum caput extulit vnda:
Et procul. O gemitu non fruſtrà exterrita tanto
Cyrene ſoror: ipſe tibi tua maxima cura
355 Triſtis Ariſtæus Penei genitoris ad vndam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.
Huic perculſa noua mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos: fas illi limina Diuûm
Tangere, ait. ſimul alta iubet diſcedere latè
360 Flumina, qua iuuenis greſſus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circumſtetit vnda,
Accepítque ſinu vaſto, misítque ſub amnem.

ARGVMENTVM.

Detinentur Nymphæ fabularum narratione. Auditur iterum Ariſtæus, cognoſcitur ab Arethuſa, narrat hæc matri, iubet natum admitti illa.

EXPLICATIO.

[a] DVM Nymphæ operam dabant laniſicio, vna earum Clymene aures reliquarum detinebat inani amore Vulcani, dolis factis contra Martē, dulcibus furtis Veneris. Fabula, quam hic attingit, de retibus Vulcani, quibus ille laborant zelo Martem & Venerem vna vinctos vniuerſis Diis Solis opera conſpectandos prebuit, vbique eſt obuia. Pergit. Narrabat etiam Clymene, verius numerabat frequentes crebróſque Deorum amores inter ſe, dum adhuc eſſent in Chao.

[b] Captæ Nymphæ dulci cantilena Clymenes, fuſis operam dabant. Tunc iterum Ariſtæus lugens matris aures perculit. Stupens Nymphæ ad gemitū. Arethuſa caput ab vndis effert, agnoſcit illum, matri nuntiat. Iubet illa natum admitti, aquas diſcedere, & locum dare aduenti. Fit ita, aqua enim ſtat, curuatque ſe in ſpeciem montis, accipitque Ariſtęū. Hæc, quia facillima, ſta explicanda.

NOTÆ.

1. INTER QVAS.] Omnia hic vates ex decoro ſummo: Inter Nymphas. & cum ſolæ ſunt, Vulcani amor canitur, Veneris furta, amores Deorum: nulla enim hic nota inuerecundiæ, audiente viro nemine. Aliter in conuiuio Æneæ, Didonis, procerum: vbi, quæ Atlas docuit: Solis, Lunæ, ſtrorū labores. Caruit (nollē dicere) iudicio iſto Homerus apud quem Demodocus Odyſ. 8. canit in conuiuio Alcinoi impudicos amores Vulcani, Martis, Veneris. Itaque Latinus, cum Græco in re ipſa hæſiſſet, diſſenſit in circumſtantia, docens, quid debuiſſet Græcus facere. Talem te Poetam volo, qualem te Virgilius eſſe Poetam docet. Sed & hinc Principes diſcāt, adhibere cantores, qui Latinum Poetam æmulentur, nō Græcum: eſt enim indignum inſonare illorum auribus molles & effœminatas cantilenas. Pari cum Homero ſtudio Silius lib. 11. in conuiuio Annibalis, & aliorum ducum, & Principum Capuæ:

Homerum ſuperat Virgilius.

Jamque Iouem, & lætos per furta cantabat amores,
Electraque toros Atlantidos. Sed Silius quidem excuſatur optime: nam eo tendit vt Annibal dometur laſciuia, & Cāpanis illecebris. Homerus nullam habet excuſationem. Papinius in 6. Theb. Virgilij, non Homeri, inſpector & imitator fuit. Nam apud illum Apollo canit digna ſe & auditoribus.

2. CVRAM INANEM.] Definiri his amorem Seruius obſeruat.

3. VVLCANI.] Obſeruat Germ. datam narrationem iſtam Nymphæ aquarum ex allegorica ratione, propter phyſicum & elementare diſſidium inter ignem & aquam, vt ita Nympha aquarum rideat ignes, & amorem Vulcani. Quia videlicet aqua ignem ſemper ſuperat, vt de Deo Canopo traditum à Ruffino, & aliis. Itaque neſcias, quam apte Homerus finxerit, 21. Il. Xanthum fluuium victum à Vulcano. Illi hæſit Sil. lib. 4. Sed poſſit tamen defendi vterque. Sicut & Nonnus li. 25. Dionyſ. apud quem pugnans contra Bacchum Hydaſpes Indiæ fluuius ſuperatur à Baccho ignibus.

Ignis & aqua contrarij.

4. MARTISQVE DOLOS.] Hic Seruius quæpiam ex Donato, vnde apparet, neutri ſatis cognitam ſententiam. Doli Martis ſunt, qui fabricati ſunt

UVA. BHSC. BU 00239

Genitiuus possessionis signat actionem & passionem.

contra ipsum Martem. Pendet hoc ex Grammatica cognitione. Genitiuus possessionis tam actionem, quam passionem habet. Adúoco exemplum. Vulnus Achillis, est vulnus, & quod Achilles intulit, & quod ipse ab alio est passus. Adiment amphibologiã præcedentia & sequentia. Id certissimum est exploranti Auctores. Ergo hic doli Martis passiue capiẽdi sunt, quos videlicet ipse est passus à Vulcano. Vidi virum satis doctum, qui Poetam laceraret, ignorans scil. ipse Grammaticalem præceptionem. Itaque, nõ dubiũ, quin Poeta reddiderit versum illum Homeri Od. 8. qui loquens de Vulcano: αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε δόλον κολοωτὸς ἄρης: *Ceterum postquam struxit dolum iratus Mauis.*

5. DVLCIA FVRTA.] Vocat dulce furtũ adulterium Martis cum Venere, insigni contumelia in Vulcanum. Vox ipsa ducit nos ad Homer. Od. 8. Ab hoc enim accepit Noster sententiã horũ versuum:

αὐτὰρ ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο κηρὸν ἀοιδὴν
ἀμφ' ἄρεϊ φιλότητι, εὐστεφάνῳ τ' ἀφροδίτῃ.
ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν ἡφαίστου δόμοισι
λάθρῃ:

Ceterum ipse citharœdus cœpit pulcre canere
De Martis amore, pulcréque coronatæ Veneris,
Vi primum commissi fuerint in Vulcani ædibus
Furtim.

Est etiam 22. Odyss. μίσγοντο λάθρῃ. & 2. Il. ὃ δ' οἱ παρελέξατο λάθρῃ. & in Dion. Chrys. de re eadem: ἐν σκότῳ, & κρυφα. Tu expende, quam suauiter Virgilius tres versus Homeri duobus incluserit.

6. CHAO.] Nõ est vox ista indeclinabilis, vt multi putant. Ecce vltimus casus. Certè ista, & similes voces Græcis declinantur. Latini in vsu habent rectum tantum & quartum casum, interdũ vltimum.

7. CHAO DENSOS DIVVM NVMERABAT AMORES.] Duo hic aduertit Germ. ad integram Virgilij cognitionem necessaria. Primum respectum à Vate ad Hesiodum, qui principia rerum, propagationem, ac generationem Deorum χάει attribuit.

Chaos principium rerũ.

Cum ergo iuxta Hesiodum, Chaos primum omnium exstiterit, post illud tellus emerserit, deinde amor, mox reliqua Deorum turba, non temere Virgilius amores Deorum χάει dat. Nam amor, qui reliquos ortu præcesserit, in confusione illa rerum peruagãs, fecit vt alij ex aliis nascerentur. Huius argumenti multa suppeditat Plato in conuiuio tum ex eodem Hesiodo, tum ex aliis. Apud illum Parmenides: πρώτιστον μὲν ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων: *Ante Deos omnes primum generauit amorem.* & postea Plato ipse sic statuit: ὧδε δὴ λέγοιεν φασὶ ἔρω τε θεῶν πρεσβύτατον, καὶ τιμιώτατον, καὶ κυριώτατον εἶναι: *Sic itaque asserent, amorem esse Deorum omnium antiquissimum, honoratissimum, dignissimum.* Tu reliqua apud Platonem. Alterum, datã congruè hanc narrationem Nymphæ aquarum, quasi rerum primordia ab humore deriuentur. Nam per chaos Hesiodi (vt scribit Plutar. in opere, aqua ne, an ignis sit vtilior?) multi putant expressam aquam, ita vt χάος dicatur παρὰ τὸ χυθῆναι. Teuthras apud Silium lib. 11. paria ferme his canit:

Namque chaos, cæcam quondam sine sidere molem
Non surgente die, ac mundum sine luce canebat.

Amores densi qui.

8. DENSOS AMORES.] Explicant Interpretes *crebros*. Hos sequebar in Explicatione. Iuuat Interpretũ mentem locus Lampridij in Alex. Seuero: *Præter eos, quos furiorum densior fama perstrinxerat*, id est, frequentior. Iuuat Dio Chrysost. qui orat. 33. θόρυβ, καὶ πολὺν λόγον: *sermonem densum, confertum, multum.* Sed quid si allusum ad versum Homericum 14. Il. οἵ σ' ἴδοι, ὡς μὲν ἔρωσ πανικὰς ὁρίνας ἀμφικαλύψειεν: *Vt vidit, vt amor cõplexus est densas ipsius mentes.* Ergo, vt in Homero non tam frequentia amoris, quam magnitudo indicatur ita fortasse in Virgilio amores densi erunt vehementes & magni. Nam densæ mentes Homeri esse videtur addensatæ & constrictæ amoris vehemẽtia. Ipse enim post pauca explicans addit: ἔρως ἐνὶ φίλοισι περιχυθείς: *Amor circumfusus in pectoribus.*

9. MOLLIA PENSA.] Catul. de Nupt.

Lana colum molli lana retinebat amictum.

10. DEVOLVVNT.] Ita I. Æn. cum respectu ad Ianificium: *voluere parcæ.* Inducit vero Poeta aquarum Nymphas operam dantes lanificio, vt Naiadas ante illum Homer. Od. 13.

ἕνθα τε νύμφαι
φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι:
Illicque Nymphæ
Lintea texunt cœrulea, mirabile visu.

Autes inuenisse Græci. Apollo. li. 1. αὐλὸς ἐλάσκε aures perculit. Soph. Antig. θόρυβ βάλλει δ' ὦτων. Repetit in Philoctete. Synes. Epist. 57. θελκόμην ἀκοῇ. Sumsere omnes ab Hom. qui Il. 10. ἀμφὶ κλύσ θ' ἅπαντα βάλλει. Latinos quid numerem? Nunc mihi ante oculos Silius li. 2. Claudianus 1. in Eutrop. Papinius 4. Theb. qui vsi eadem phrasi. Illustrauit verbum vatis, tendo ad variationẽ. Sophoc. Antig. flexu isto, τὰ δὲ μὲ σαίνει φθόγγ. Synes. Ep. 123. ab apibus, ἐμβομεῖσι μὴ πῶς ἀκοαῖς ἵκῃ: *Sonus aures meas bombo obstrepit.* Artemid. li. 1. c. 25. μαστιγοῦσι τὰ ὦτα: *flagellari aures.* Hom. 16. Od. ἀεὶ τε κλύω θ' ἅλις. Apollon. 3. Arg. μὴ πάλῃσι ἐς ἅπαν μύθος ἵκηται. Papin. 4. Syl. *Sonus geminas mihi circuit aures.* Par ferme locutio Claud. de 6. Cons. Hon.

Nomen circumsonat aures. Silius lib. 13.
Subit vox diffusa per aures. Ibidem:
Vox attigit aures. Quod hemistichium etiam est in Val. 2. Arg. & in Claudian. de Bel. Get. & in Ouidio. Papin. 9. Theb. *lapsa est ad aures.* in 12. *accessit sonus aures.* Plaut. Amph. *vox aures verberat.* Seruiunt istæ variationes aspicantibus Poesin.

12. SED ANTE ALIAS ARETHVSA.] Ex hoc loco imitationem sumsit Princeps Poetarũ Hispanorum, cum finxit vnam è Nymphis Tagi erupisse è gurgitib. & visa loci amœnitate in ima regressam ceteras conuocasse, vt operam darent lanificio, quod & fecerunt. Debes huic viro Hispania in re carminis, quã tum fortasse nemini. Ille enim primus omniũ fecit, ne Itali suarum cantionum laude soli superbirẽt, vt suarum soli superbirent Hispani. Nam pari laude, qua Itali, quæ illorũ erant, ad nos conuertit quę nostra sunt, nõdũ illi attripuere. Ludimus certè Hispani & Italicis, & Hispanicis modis: Itali suis tantum.

Gatisæ laus principis Poetarum Hispanorũ elogium.

13. FLAVVM CAPVT EXTVLIT VNDA.] Simili sæpe inuentione lusum à Poetis. Nam extulisse capita ex imis gurgitibus de Arethusa Ouid. scribit 5. Met. & de Tiberi 5. Fast. De eodem Tiberi Albinouanus ad Liuiã. De Ismeno amne Papinius 9. Theb. & de Vulturno 4. Sylu. ar. de Neptuno Silius l. 7. & de Nymphis eod. lib. de Thetide Homerus 1. Il. Sed qua forma hoc dicunt. Virgilius, Ouid. Silius, *exstulit*, Ouidius, Albinouanus *sustulit*. Papinius bis *leuat*. Silius *emersere*. Homerus ἀνεδύσατο. Contrariam sententiam extulit Apollon. l. 4. per ἐδύσατο, quod oppositum Homerico ἀνεδύσατο. Idem Apollon. eod. l. dixit, κατὰ ὕδατα βένθ. Silius l. 12. per *condidit* & lib. 17. *mergo*. & lib. 11. *demergere*. Ouidius 9. Met. *abdidit*. & 5. Fast. *subiit*. Multa amputaui ex hac nota.

14. TVA MAXIMA CVRA.] Alibi: *Mea maxima cura*: &, *Veneris iustissima cura*. Papin. 4. Sylu.

Tua cura potissima Gallus.

15. ET TE CRVDELEM NOMINE DICIT.] Explicat locũ istũ Seru. 1. Æn. obseruans, minoris esse maiorẽ com

UVA. BHSC. BU 00239

compellare meritis, non nomine: vt cum ait Æolus,

Tuus ô Regina quid optes
Explorare labor. Qui ordo non corrumpitur, nisi per indignationem, vt hoc loco. Aristæus enim indignans Cyrenem ipsomet nomine compellat, non matris merito.

16. PERCVLSA MENTEM.] Græca phrasis. Externi κατὰ subaudiunt. Latini *per*, aut quam volunt Synesius 4. Epist. πεπερασμένοι πάντως ἕν γέ τι μέρος τῶ σώματος, id est, κατὰ μέρος, *Mutilati prorsus partem aliquam corporis.*

17. EAS ILLI LIMINA DIVVM.] Affinis sententia Calabri lib. 13. ᾗ δὲ οἱ θέμις ἐσὶ μετέμμεναι ἀθανατοισιν. *fas etenim, vt ipse in immortalium numerum referatur.*

18. DISCEDERE FLVMINA.] Phrasis Homeri, & Calabri: vterque enim διίστασθαι dixerunt. Prior Il. 13. posterior lib. 3. Monuit Germ.

19. CVRVATA IN MONTIS FACIEM CIRCVMSTETIT VNDA.] Multa sunt loca Homeri, quibus potuit hærere. Ex Macrobij mente, & Hartungi Decuria 2. versibus ex 11. Od.

ποφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστὰν ἠεῖ ἴσον
κυρτωθὲν, κρυόεν τε δεδρ.
Cæruleum circa fluctum circumstetit monti aqualem.
Curvatum, abscondituque Deum.

Ex Virsini Il. 18. — ὣς ἡ σείσι κῦμα θαλάσσης ῥηγνυῖο.
Circum vero ipsius se fluctibus maris rupit. & Il. 24.
ἀμφὶ δ' ἄρα σφι κλύζετο κῦμα θαλάσσης: *Circum autem ipsas diducit se unda maris.* Ex Iul. Scaligeri Odyss. 5. τὸν δ' ὀρθὴ μέγα κῦμα κατὰ ῥόον ἤνεκα καὶ ἔνδα. *Hunc autem ferebat ingens fluctus per undarum impetum huc atque illuc.* Ad hunc, etiamsi diuersa rat. one, allusit, ait Scalig. nam illud, ἔνδα καὶ ἔνδα, expressit per *circum.* & μέγα per *montis.* Scaliger ipse *molis* legit. Lege in illo, quo vitio Homerum notet. Ouid. 15. Met. ad Nostrum ita accessit:

Cum mare surrexit, cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curuari, & crescere visus.

20. SINV VASTO.] Ita Sophoc. Oceanum vocat (ait Germ.) εὐρύκολπον. Atque adeo videtur Poeta soluisse Græcam vocem.

Iamque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat, diuersa locis: Phasimque, Lycumque:
Et caput, vnde altus primum se erumpit Enipeus:
Vnde pater Tiberinus, & vnde Aniena fluenta,
Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Caïcus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

ARGVMENTVM.

Admissus explorat omnia, quæ intus sunt, matris regiam, lacus, lucos, amnium origines.

EXPLICATIO.

ADMISSVS Aristæus ad antrum matris admiratur eius domum & regna: videt lacus clausos speluncis, videt sub aquis lucos: obstupescit ex aquarum motu: cernit flumina, quæ labuntur sub terra, diuersa in diuersis locis: spectat oculis illorum originem. Hic Poeta suauiter dilabitur ad narrandam aliquorum fluminum originem, quam Aristus spectauit in cauo illo. Vidit enim vnde Phasis & Lycus erumperent, vnde Enipeus, Tiberis, Anio, Hypanis, Caïcus, Eridanus. Extremi singularius præ aliis elogium adducit, & mire omnia exornat. Sed inprimis considera, vti Aristæum proponat legentium oculis, admirantem stupentemque ad omnia, quæ sibi inuisa hactenus. Habes hinc exemplum ad describendum similem hominem, cum is in locum venit nunquam visum, plenum admirationis, nouitatis, stuporis.

NOTÆ.

1. IAMQVE DOMVM MIRANS.] Non viderunt hactenus Interpretes, totum istum locum, & multa ex sequentibus ducta ex 4. Od. vbi Thelemachus & Pisistratus admirātur Regiam Menelai. Adducam nonnulla huic rei firmandæ. Latinus enim parem videtur historiam texere cum Græco. Hic Aristæus admiratur videns domum genitricis. Ibi:

— οἱ δ' ἰδόντες θαύμαζον κατὰ δῶμα. *Hi autem videntes admirabantur in domo.* Iterum alter illorum: πάϊδα μ' ὣς ἐσορῶντα: *stupor me tenet inspicientem.* Hic *lucosque sonantes.* Ibi: χαλκοῦντε στεροπὴν καὶ δώματα ἠχήεντα: *Aeris splendorem, sonantes domus:* vt hic fit narratio fluuiorum, ita ibi horum loco succedit æs, argentum, aurum, electrum, excelsa & gloriosa domus Menelai: vt hic Aristæus conuiuio excipitur, ita ibi duo iuuenes. Vt hic Nymphæ, *manibus liquidos dant ordine fontes*, ita ibi, χέρνιβα δ' ἀμφιπόλοι θεράπαιναι: *Aquam ancilla in guttumo fudit ferens.* Vt hic mensa obstruitur, ita ibi videas τράπεζαν, σῖτον, δαῖτα πολλὰ: *mensam, cibum, multa ferculæ.* Est hoc genus imitationis gloriosissimum, cum rem longe aliam ad tuum propositum transfers. Aliqua ad rem eandem sunt lib. 1. Odyss. vbi Pallas latens sub mortali forma excipitur conuiuio à Telemacho. Affinia etiam quæpiam ex Odyss. 17. & multa ex Heliodoro lib. 2. Hist. Æthioph. eo loci, quo Cnemon, & Calasiris excipiuntur conuiuio. Imitatio excellentissima quæ.

2. OMNIA SVB MAGNA LABENTIA FLVMINA TERRA.] Tale quiddam, & citra fabulam Sidon. Epist. 5. lib. 1. *Vuosum labrum, cœruleum Adua, velocem Athesim, pigrum Mincium, qui Siguisticis Euganeis montibus oriebantur, paululum per ostia aduersa subuectus, in suis etiam gurgitibus inspexi.* Adiri potest locus Magni Basil. Hom. 3. Hex. vbi de multorum amnium originibus. Sequitur vero Poeta Platonis sententiam in Phædone, qui scripsit, aquarum originem conditam esse intra terram, atque adeo ab ipso tartaro aquas manare & subsilire in hanc lucem flumina. Cuius sententiam multis refellit Aristot. 2. Meteor. A qua tamen Aristotelis calum- Aquarum origo.

UVA. BHSC. BU 00239

nia defendit Platonem doctus vir Hieron. Mag. 3. Miscel. c. 15. Lege illum. Secus sensit Homer. 21. Il.

— βαθυρρέϊτας μέγα δεῖν & ὄκεα οἷο,
ἐξ ὅπερ πάντες ποτιμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα
καὶ πᾶσι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.

— *profundi magna potentia Oceani*
Ex quo omnes fluvii, & totum mare,
Et omnes fontes, & putei alti fluunt.

Lycus fluvius.

3. PHASIMQVE, LYCVMQVE.] Fluuij sunt Colchorum, ideo vtrunque coniungit, vt etiam Strabo lib. 11. ποτιμοὶ δ' πλείους μὲν εἰσιν ἐν τῇ χώρᾳ, γνωσιμώτατοι δ' φάσις μὲν, καὶ λύκος: *Multi fluuij in regione sunt, sed clarissimi Phasis & Lycus.* Nonnulli æque clarum cum istis faciunt Araxem, qui etiam fluuius Colchorum. De ortu Phasidis nihil distinctum Poeta, tantum ait, sub terra nasci. In Scriptoribus rixa est. Ptolemæus & Agathias lib. 2. ducunt ex Caucaso, Strabo ex Armenia, Plinius ex Moschis. De exitu quæstio etiam aliqua, sed non ita incerta. Aliqua, nam Hecatæus Milesius scripsit in oceanum influere; sed non ita incerta, nam certum influere in Euximum, ex Scholiaste Apollonij, ex Agathia, ex Artemidoro Ephesio, ex Eratosthene 3. Georg. ex aliis. Ergo, cum Hecatæus nominat oceanum, credibile intellexisse Mediterraneum, vbi est Euxinum. Vrbis cum Phasidе cognominis, per quam ille illabitur, meminere Plin. & Agathias. De Lyco, nasci illum ex Araxe fluuio Apollonius ait lib. 4. Argon. ex Armenia Gregorius Episcopus Nyssæ in vita Thaumaturgi: exonerari in mare Caucasum vna cum Phasidе (coniunguntur enim, & pariter in mare ruunt) Apollonius scribit lib. 4. vbi per mare Caucasum, necesse est Euxinum capiamus. Adiicit Gregorius ita dictum, quasi à lupo, qui Græcis Lycos dicitur, quia videlicet hic fluuius sit βλαπτικὸς, *noxius*, propter impetum, quo præcipitatur, & rapit omnia. Qui torquent Virgilium ad Lycum alterius regionis, qui Colchorum, à vero abeunt: nam ex coniunctione Phasidis, de Lyco Colchico capiédum esse, certum est. Hæc ideo mihi dicta, quia Poeta attingit originem horum fluuiorum. Porro in his fluuiis narrandis par est sibi, vt solet, Poeta. Vide, vt multa interponat, describens Enipei ortum, Tiberini elogium, Hypanis strepitum, Caici patriam, Eridani aurum, cornua, vultum, violentiam: mare, quod influit; terras, quas fœcundat. Satiaret lectorem, si poneret nuda & sola nomina, vt fatiat Homerus Il. 12 qui ita suos fluuios inducit:

Rhesumque, Hepariumque, Caresumque, Rhodiumque,
Grenicumque, Æsepumque, & dios Scamandri,
Et Simois.

Octo numerat, vt Noster, sed vide, quam hic præ illo variet. Ouidius etiam aspernime plures nominat fluuios in incendio Phaetontis. Vincit illum Claudianus Paneg. Prob. Nam nullum fluuium sine attributo aliquo relinquit, ne fastidium afferat. Adiungam versus, vt cognoscatur præceptum hoc:

Vulturnique rapax, & Nar vitiatus odore
Sulphure, tardatusque suis erroribus vsens:
Et Phaetontea perpessus damna ruinæ
Eridanus, flauaque tenens quercetia Maryca
Lyris, & Oebalia qui repparat arua Galesus.

Phasis fluuius.

Mitior est, & suauior idem Ouid. 3. Amor. Multa enim interponit recensens Xanthum, Penеum, Asopum, Alpheum, Nilum, Enipeum, Tibrim.

Capus de origine fluuiorum.

4. CAPVT.] Sic appellantur origines fluuiorum. Ouid. 1. Trist.

In caput alta suum labentur ab aquore retro
Flumina.

Propert. lib. 2. pari argumento:

Fluminaque ad caput incipient renocare liquores.

Mela lib. 2. c. 4. *Tinaustis nomen capitibus exsurgens.* & lib. 3. cap. 2. *Rhenus ab alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit.* Plin. cap. 21. lib. 8. *Fons Nigris, Nili caput.* Seneca 3. Quæst. *Nona fluminum capita detegere.* Ademi infinita, & hæc necessario adducenda propter vnum Iulium, qui 4. Gall. pro ostio accepit: nam de Rheno scribens, ita ait: *Multisque capitibus in Oceanum influit.* Nescio, qui hoc ille, reclamante turba omnium classicorum Auctorum? Audire illum, & sequi quis audeat? Quia aulus Lambinus, ideo proscissus. Sunt qui Cæsarem explicent non de ostiis, sed nulla certe explicatio ad gustum. Quid si Græcos consulas? Illi quoque contra Iulium. B Nunc mihi fortasse, nam rem aliam quærebam, ante oculos Herodotus, qui lib. 4. loquens de flumine Tearo ait, τεσέρα ποταμῶ-κεφαλαὶ. de quo prius dixerat, πηγαὶ.

5. SE ERVMPIT.] Attius apud Non. *Stupiditate erumpit se.* Cœlius ad Cic. 8. Epist. *sed ad bellum se erumpit.* Varro Marcipore. *Ventique frigidi se ab axe eruperant.* Iulius 2. ciu. *portis sese foras erumpunt.* Noster 1. Georg. *sese Diuersi erumpent radij.* Aperiat oculos Grammaticus tot exemplis.

Enipeus fluuius.

6. ENIPEVS.] De hoc fluuio cum elogio Homerus loquitur Odyss. 11. ποταμὸς ἐπιπρὼ & θείοιο: *fluuij diuini Empei:* & statim, πυλὺ χάλλιος & ποταμῶν: *longe pulcerrimus fluuiorum.* eius meminit Nonnus lib. 8. Dionys. C

7. SAXOSVMQVE SONANS HYPANIS.] Seruius ita legit, non *saxosus*, ne videlicet duo sint attributa eidem fluuio. Ratio hæc nulla. Nam in Virgilio, & aliis hoc frequentissimum est. Gifanius in Collect. Lucret. ex libris vetustissimis legit, *saxosus.* Mihi, etiamsi Seruij ratio non placeat, lectio certe arridet. Nescio enim quid grauius *saxosum* vt hic *sonans.* de fluuio, ita Hom. 7. Il. κελάδοντ. & Plato 3. Polit. ποταμοὶ ροῶντες, θάλασσαν κλυζόντων. Est Hypanis fluuius Scytharum. Lege Herodotum lib. 4.

Caicus fluuius Mysiæ.

8. MYSVSQVE CAICVS.] Nam Caicus in Mysia oritur. Plin. c. 30. lib. 5. *Ex Mysia veniens Caicus amnis.* Ouid. quoque 3. Art. *Quaque bibunt undas Mysæ Caicus tuas.* & lib. 15. Met. nominat *Mysum Caicum.* Sed quæ pars Mysiæ? Plin. adducto loco Teuthraniam nominat. Inde Ouid. 2. Met. *Teuthraniamque Caicus.* Est fortasse alia ratio, cur Caicus attributo ipso ornetur: Illam capio ex Strab. 13. Geograph. ita scribente: ἐφεῖ δ' ἐκ τῆ πηγῆ ποταμὸς μύσιος & ἐμβάλλων εἰς τὸν κάϊκον· ὧν πᾶς πηγὰς αὐτὸς. *Ex Tecmo Mysius amnis fluit in Caicum erumpens sub eius fontes.* Ergo, ab hac amnium mistione ratio epitheti. Certe Æschylus in Myrmidonibus vtrasque aquas coniunxit, citante ibidem Strabone, ἰὼ καΐκε, μύσιαι, τ' ὀπηδοαὶ. *Io Caice, Mysiaque Lympha.*

Eridanus cum auratus.

9. AVRATVS.] Elogium de principatu huius fluuij posuit 1. Georg. Hoc vero elogium de aureo colore referendum ad cœlestem imaginem: est enim inter astra signum Eridani. Sed cur non etiam ad ramenta aurea? Negant aliqui. Non video, cur negent. Nam flumina omnia aurea dici queunt. E

Fluuij cornuti, & curuatibus.

10. TAVRINO CORNVA VVLTV.] Hac specie fluuij & pinguntur à pictoribus, & describuntur à Papinio lib. 7. & Claudianus 2. in Eutropium dant cornua Hebro flumini. Horatius Od. 14. lib. 4. Ausido. Ouidius 9. Met. Nilo. & 14. Numicio. & eleg. 2. lib. 4. Trist. Rheno. & in epistolis Acheloobis Claudianus de Bello Getico dat Istro. & de 4. Consul. Honorij Rheno, & de 6. Eridano. & 3. Stilicon. omnibus Africanis fluminibus. Papinius 2. Theb. Inacho. & 9. Ismeno. Quid Græci? Euripides in

UVA. BHSC. BU 00239

in Ione Cephiſo, Sophocles in Trach. Acheloo. Mitto alios, quos obſeruaui. Sed quæ ratio huius picturæ, & Poeſeos? Interpres Sophocl. in adductum locum ita ait, citans teſtimonium Homericum: οἱ ποτα-μοὶ ταυρόκρανοι διετυπώθησαν, ἢ ὅτι μυκηθμῷ εἰσι παρεμ-φερεῖς· ἢ ὅτι ἐκβοκάει. ὄμηρος· μυκηθμὸς δὲ ἦτε ταύρου, ἢ ὅτι κίνησιν τῶν ὑδάτων ἔχουσι. *Fingebantur fluuij taurino capite, aut à mugitu, quo proximi tauris, cum erumpunt in mare: Homerus, mugiens vt taurus: aut à ſulcanda terra inſtar bouis.*

Mare purpureum.

II. MARE PVRPVREVM.] Siue cœruleum aut glaucum mare intelligat, ſiue nigrum aut atrum; certe epithetum ipſum frequentiſſimum eſt. Adducam exempla plaſcula, quoniam pertinent ad nobilem quæſtionem, de qua iam locutus in libro hoc. Et ſententia, quam ibi tenui, his exemplis præclare firmatur. Ergo Hom. 1. Il. & 2. Odyſ. fluctum vocat πορφύρεον. & Il. 14. ὅτε πορφύρῃ πέλαγος. Eurip. Troad. ἅλὰς πορφυρεοστόλμους. & in Hipp. πορφυρέην λίμνην. Artemid. lib. 2. cap. 23. πορφυροῦν θάλασσαν. Nazianz. orat. 28. loquens de mari, ὅταν γαλήνη πορφύρηται, ἢ θεσπεσίοις πνεῦσι ἐλαφρὸς ἡδύτη, ἢ ἥμερον. *Cum tranquillitate purpuratur, ac blandum quiddam & ſuaue littoribus allidit.* Baſil. Hom. 4. Hex. mari dat πορφύρεον κῦμα, ἢ κυάνεον. Citatur ex Simonide πορφυρέας ἁλὸς. Alludit

Purpura de aquis.

Deſcribit veſtem Proſerpinæ.

[a] Poſtquam eſt in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene: manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonſiſque ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt
Pocula: Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.
[b] Et mater, cape Mœonij Carchefia Bacchi,
Oceano libemus, ait. ſimul ipſa precatur
Oceanúmque patrem rerum, Nymphaſque ſorores,
Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam,
Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit,
Omine quo firmans animum ſic incipit ipſa.

ARGVMENTVM.

Cognoſcit mater cauſſam doloris nati, excipit illum conuiuio, fit libatio, alluces omen.

EXPLICATIO.

[a] REDIT ad curſum hiſtoriæ: interpoſuit enim admirationem, & ſtuporem Ariſtæi. Ergo ait: Poſtquam peruentum eſt ad regiam matris, & tecta quæ ſtructa erant ex pumicoſo lapide, en materia: & ſuſpenſa ac nutantia in æëre, en forma (hanc ſuſpenſionem in Notis aperio:) poſtquámque illa cognouit nati fletus, inanes quidem, nam facilis illorum exitus, facilis reparatio: magnificum apparatur conuiuium. In hoc conuiuio ſorores diuidunt munera. Nam pars earum adducunt aquas manibus: pars mantilia iiſdem poſt ablutionem ſiccandis tergẽdiſque, hæc mantilia non vulgaria erant, ſed pretioſiora, quia villoſa. Poſt ablutas manus aquis, & terſas ſiccatasque mantilibus, ſequuntur epulæ & pocula, aliæ onerant menſas epulis, aliæ in menſis ponunt pocula vino plena. Non hoc ſatis, apparantur enim ignes ex thure Panchæo, quod omnium pretioſiſſimum, vt interim Diis, qui erant in ara, fumigatio debita reddatur.

[b] Supponit Vates iam peractas epulas, & ſiſtit in ſacro, quod factum poſt illas. Hoc ſacrum vt peragatur, mater dat nato Bacchi poculum, quod teneat manibus, donec ipſa preces fundat ad Oceanum, & ad Nymphas, tam nemorum, quam fluuiorum. Poſt preces fuſas ſequitur ſacrum. Quod iſtud? Infuſio vini in ignem, & illa ter repetita. Habuit ſacrum felicem exitum, vt apparuit: nam flamma ter quoque excitata eſt vſque ad tectum, clariuſque emicuit. Itaque ſingulas fuſiones ſequebatur excitatio flammarum. Confirmata Cyrene felici omine natum late inſtituit.

NOTÆ.

Pumex.

1. PENDENTIA.] Eadem materia aſſignatur ab Silio 7. Pun. in deſcribẽda regia Protei aquarum Dei:

Tholebοi medio ſurgunt qua regna profundo,
Pumiceaque procul ſedes, immanis in antro
Conditur abrupto Proteus.

Et ab Albinouano in regia Tiberis:

Strictaque pendenti pumice tecta ſubit.

Itaque non eſt ſententia. Tecta pendent ex pumice, quaſi ex columnis: ſed, tecta ex pumice, id eſt, pumicoſa, pendent. Sed quæ obſecro ſunt tecta pendentia? Ne putes eſſe tecta θαυματεργὰ miracu- Pendentia tecta quæ.

loſa

losa & nullo fulcro innixa. Dicuntur enim ædificia pendere, cum non parietibus inferius sustinentur, sed aut columnis, aut fornice, aut quauis alia simili arte. Clare Martialis lib. 2. epigram. 14.

Inde pelis centum pendentia tecta columnis.

Suspendere ædificium quid.

Quo versu explicabuntur eiusdem *pendentia Mausolea*. Huic locutioni vicina hæc, *ædificia suspendere*, qua vsus Seneca lib. 2. de benef. cap. 16. & in natural. quæstion. lib. 6. cap. 1. atque etiam Cicero in Topic. Est autem suspendere domum, ædes, ædificium, tenere parietes trabibus, ne illi corruant, dum fundamenta reficiuntur. Tunc enim videntur suspendi. Ista latius in epigr. 1. Martialis ad illud, *pendentia Mausolea*, explicata reperies in commentario Laurentij Ramirez.

Dare aquam.

2. DANT.] Verbum signatum & proprium non præbent, afferunt, aut quoduis aliud. Alexis apud Athen. lib. 2. κατὰ χεῖρος ἐδίδου. τῷ παρόντι δ' οὐκ ἔχω: *Data est lympha manibus, veni qui mensam inferri.* Et lib. 9. ὕστερον δ' παῖδες ὕδατα ἐδίδουν: *Deinde pueri lauacra dederunt.* Plaut. Persa: *Date aquam manibus, apponite mensam.* Repetit Nostet 1. Æn.

Dant famuli manibus lymphas.

Homerus 4. Odyss. extulit per verba, ἔχευε, ἐπέχευε. Et 4. Iliad. per διδόναι, ἀλλάλοις. Et libro 1. per νοσφισσαι. & 9. φέρτε δ' χερσὶν ὕδωρ. Aliquando in vsu *infundo* ad rem eandem. Petronius Satyr. *Tandem ergo discubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus nitidam infundentibus, aliisque insequentibus ad pedes.* Et Plato in Conuiuio, ἐγχεοντες & τὰ παιδὸς πίνειν. Ceterum non abeat tibi Lector inobseruatum, conuiuium, quod hic apparatur, fieri ex prisco more. Accipit enim Cyrene natum ambitiose, videlicet nota quadam diuinitatis. Se enim Dij simili nota excipiebant. Res satis liquida ex Hom. 15. Il. vbi de Iunone cœlum ingrediente, ita:

Dij se conuiuio excipiebant.

—οἱ δ' ἰδὸντες,
πάντες ἀνήϊξαν, ὑ δεξιτερὴν κατέλεσσεν.
ἣ δ' ἄλλοι μὲν ἔασε, δέπαϊ δ' ἡδυκλυτὸν ἀρῆιο
δέκτο δέπας.
Illi vero (Dij nimirum) *videntes*
Omnes assurrexerunt, & excipiebant poculis.
Hæc alios quidem dimisit, à Troiade autè formosa
Suscepit poculum.

Ad rem eandem pertinent, quæ late Iulianus Cæsar in Sermone de Cæsaribus. Athen. quoque lib. 1. air, solitos Deos quadam se salutatione accipere in ipsis epulis, ac tum vicissim sibi cratera dare.

Ablutio manuum ante epulas.

3. FONTES.] Attingit Poeta morem lotionis manuum ante epulas. De quo multa mentio in Athenæo. De Polyxeno ait li. 1. accessisse ad conuiuia λασάμενον. Omitto multa ex eo. Attigit Seneca in controu. *etiam carnifices cœnaturi manus abluunt.* Sed certe fuisse hunc morem delicatorum & mollium; non heroum & fortium Athen. lib. 1. obseruat, scribens, induci ab Homero Vlyssem manus lauantem, priusquam cibum capiat, quod nusquam in Iliade. Et addit rationem, quia in Odyssea otiosorum vita describitur. Demum eo processit luxuria, vt dicat idem, interdum vnguentis vti solitos veteres loco aquæ. Apud illum enim Ephippus λάσαται μύροις.

Vnguenta loco aquarum.

Martial. lib. 3.

Vnguentum, fateor, bonum dedisti
Conuiuis here, sed nihil lauisti.

Mantilium triplex vsus.

4. MANTILIA.] Visum mantilium apud veteres reperio triplicem in re conuiuiali. Illis lotæ manus abstergebantur & siccabantur ante epulas, & discubitum: iisdem in ipso discubitu mensæ cooperiebantur: demum pectori prætendebantur, ne vestes inquinarentur. Primum vsum visus mihi agnoscere hic Poeta. Dant (inquit) lymphas manibus, & ferunt mantilia, vt videlicet siccentur manus. Inde Græcis χειρόμακτρα dicuntur, quasi manuum absterforia. Et Latinis mantilia, quod teneantur manibus. Varro lib. 5. de Ling. Latina: *Manterium quasi manuterium, vbi manus teguntur.* Seruius in 1. Æneid. *mantilia vero à manibus.* Ex hoc vsu Bayf lib. de vascul is: *Mantilibus autem vebantur ad manus abstergendas post lotionem.* Demum ad hanc rem faciunt insigniter, quæ Scalig. scribit in Festum explicans Pacuuij locum hunc:

Machinam ordiris nouam, manticulitam astu,
Sanctiora adigis inuiolanda, quibus quotidie
Parua noxa extergeantur.

Exprimit enim notionem & etymon verbi *manticulor*, cum extergendi significatum adiecit. Dicit enim Pacuuius, nihil esse aliud iusiurandum, quam mantile: nam vt hoc manus, ita illo quotidianæ noxæ extergentur. Quod alia allegoria Laberius ita extulit: *Quid est iusiurandum? emplastrum aris alieni.* Hæc de primo vsu. Alterum docet Trebellius Pollio in Gallieno: *Mantilibus aureis semper strauit*: subaudi, mensas. Huc trahi potest Lampridius in Alexan. Seuero: *Conuiuium neque opimum, neque nimis parcum, sed mitoris summi fuit: ista tamen, vt pura mantilia mitterentur.* Clarius idem in Heliog. *Picta mantilia in mensam mittebat edulijs, qua apponerentur.* Martial. Epigram. 29. lib. 12. *Mantile è mensa surripit Hermogenes*: Athenæus libro 9. ἐμάνιλια exhibet, sunt hæc cruda lina ad vsum mensarum. Extremus allucet ex Plin. cap. 2. lib. 7. vbi ait, Anthropophagos: *Cuibus cum capillo pro mantilibus ante pectora vti.* Eadem ferme Herodotus lib. 4. Scythis attribuit, nisi quod non hæc chiromactra pectoribus prætendi, sed equorum fræ-nis appendi dicat. Sed certe (vt nihil dissimulem) quæ leguntur in Herodoto, indicant, Plinium non esse capiendum de re conuiuali.

Dare aquam. Mantilia. Iusiurandum. Emplastrum æris alieni.

5. TONSIS VILLIS.] Duplex mantile, rasum, & villosum: posterius nobilius: ideo à Poeta adhibitum, qui conuiuium hoc opiparum & splendidum instruit, vt etiam 1. Æn. villosa mantilia præter Poetam, celebrant ex Nota German. Martialis:

Mantilia triplex.

Nobilius v lloſa tegant tibi lintea cirrum.

Et Ouid. 4. Fast.

Duxerat ad dextram villis mantile sſlutis.

Et Iurisconsl. fupellectili de supellect. leg. *Toralia, mappa villosa.* Attributum *tonsis* notat ἐυκοσμίαν.

6. ONERANT.] Verbum conuiuiale. Ita in 1. Æn.

Qui dapibus mensas onerent.

Et 5. *Dona ferunt, onerant aras.*

7. REPONVNT.] Notetur mos veterum. Pocula in ipsis mensis ponebantur ad eum modum, quem nunc seruant cœtus religiosi, non seorsim in abacis. Inde 8. Æn.

Pocula in mensis ponebantur apud veteres.

—sublata reponi
Pocula.

Ex hoc more lucem capit Martial.

Te conuiua leges misto quincunce, sed ante
Incipiat positus quam repuisse calix:

Et maiorem epigr. 138. lib. 14. vbi ait:

Nobilius villosa tegant tibi lintea cirrum,
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Hic enim non est *circulus*, panis in rotunditatem formatus, vt male Interpretes, sed is circulus, quem format calix positus in mensa, sæpe vdus. Quasi dicat. Tegant tibi lintea mensam tuam, quippe pretiosam ab ipsa materia: nostræ mensæ orbiculares non egent istis mantilibus, vt in quibus mensis

UVA. BHSC. BU 00239

sis nimium vulgaribus esse potest circulus à posito ibi calice formatus. Est vero hic *repomum*, pro, *ponum*, nisi velis ex trāspositione alterius loci in mensam proprie accipere.

Thura Panchæorum in pretio.

8. PANCHAEIS.] Thura Panchæorum in honore. Noster supra 2. Georg.

Totaque thuriferis Panchaia dines arenis.

Ouid. 10. Metam.

Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno
Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus.

Claudian. 2. Rap.

Quicquid thuriferis spirat Panchaia sylvis.

De hoc thure capiendi Lucretius, Claudianus, Tibullus, Arnobius sub nomine odorum, ramorum, mercium, resinæ. Ait primus lib. 2.

Atque Panchoos exhalat propter odores.

Alter de 3. consulatu Honor.

Indus, ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.

Tertius lib. 3.

Illic quas mittit dives Panchaia merces.

Quartus lib. 7.

Panthaias ardere resinulas.

9. ADOLESCVNT IGNIBVS ARÆ.] Nullum fere apud Ethnicos conuiuium caruit re sacra; quin conuiuium ipsum inter sacra numerabatur. Hunc ergo morem hic, & in sequentibus attingit. De hoc ego alibi.

Propinatio solemnis veteribus.

10. CAPE.] Duo hic dicam: Primo de propinatione, qua se veteres excipiebant: deinde, de forma, qua illa fieret. Propinationis multa vestigia, præsertim in Athen. Nam lib. 1. Vlpianus sibi petit propinari. Et lib. 10. περὶ μηδείου τοῦ στεφανοῦ λυτινοῦ ἀλέξανδρος ἐκώμασεν ἐν τῷ συμποσίῳ πάσαι αἱ σύνεδροι Alexander cum cœnaret apud Madium Thessalum, essentque in conuiuio viginti, omnibus propinauit. Omitto hoc, tum quia obuium, tum quia alibi credo à me. Pergo ad formam. Solemne fuit verbum *cape*. Hic Poeta:

Cape, forma propinationis, & vti varietur hæc forma.

cape (carchesia. Seneca in Thyeste:

Poculum infuso cape
Gentile Baccho. Silius 7.
En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota: sed olim
Viticolæ nomen peruulgatura Falerni
Munera.

Variata hæc forma per verbum πίδι ab Athen. lib. 10. per πίδει ab Homero 3. Odyss. & per *lacesso* à Val. Flac. lib. 5. Arg.

Et iuuenis Æsonidem magno cratere lacessit.

per *do*, ab Nostro 1. Æn.

Tum Bitiæ dedit increpitans.

& Athen. lib. 2. τῷ δεξίᾳ δίδει τὸ ποτήριον: *dans dextra poculum.* Hanc formam sæpe Homerus infert. Porro is, cui propinabatur, dicebat Latinis *capio*, Græcis λαμβάνω. Seneca in Thyeste:

Capio fraternæ dapis
Donum, paternis vina libentur Diis.

De Græcis, Anacr. τὸ μὲν ἓν σῶμα λέθωμεν. Itaque poculum capiamus. Athen. lib. 10. πρὸς πάντας τὸ ἴσα λαμβάνον, omnium propinationes accipiens. Et lib. 6. ἐνομοδότησε παῖς ἀρτάκαν τῶν κύλικα ἑλκῶν: *Demosthenes ab Harpalo accepit calicem.*

Mœonium vinumquod.

11. MOEONII BACCHI.] Guliel. Philander lib. 8. in Vitruu. cap. 3. docte per vinum Mœonium intelligit illud vini genus, de quo Strabo lib. 13. meminit in hanc ferme sententiam Latine redditam: *Post hæc regio est, quæ Cataceaumene dicitur, quingentorum stadiorum longitudine, latitudine quadringentorum, sitæ ea Mysiæ, sitæ Mœoniæ nominandæ sit, nam vtroque nomine dicitur: Ea tota arboribus caret, præter vitem, quæ cataceaumeniten fert vinum, quod nulli elegantia cedit. Summa camporum facies cinerulenta est, petrosa, & nigra,* A *tanquam ex adustione quadam. Quidam credunt ex cerebro fulminum, & fulgurum ictu contingere: verum censendum potius propter ignem subterraneum, cuius ori ea defecerunt.* Virgilium etiam de hoc vino capit Cœl. Rhodig. lib. 7. lect. antiq. cap. 14. Ex vini huius præstantia, & ex loco Strabonis Philander ita corrigit verba Vitruu. *Mœoniam κατακεκαυμενίην.* Nam in excusis male: *Maloniam κατακεκαυμενίην.* Innixus itaque & Philandro & Cœlio *Mœonium Bacchum*: Virgilij explico vinum cataececaumeniten: sic enim illi explicant.

Carchesia pocula.

12. CARCHESIA.] Callixenus apud Athenæum lib. 11. ita definit Carchesium: ποτήριόν ἐστι ὀλκικὸν, συνηγμένον εἰς μέσον ὑπεικῶς, ὥστε ἔχειν μέσῃ τὸ στόμα· ἐν & καθίκουσι: *Est poculum oblongum, atque ad mediam* B *partem mediocriter compressum, ansis a summo ad infimum pertinentibus.* Ita reddenda hæc verba, non vt à Macrobio redduntur lib. 5. Sat. cap. 21. Nam, qui *mediocriter ansatum*, vt ille ait, si ansæ à summo pertingunt ad infimum? Meminit eiusdem lib. 5. non semel. Liuius etiam Andronicus (quem citat Vrs.) *Florem anclabant Liberi ex charchesio.* Multa de hoc vase Macrob. dicto loco. Exemplis, quibus probat, carchesium dici à re nautica, adiice verba ista Apul. 4. Flor. qui nauem describens: *Mobili clauo, sirtuis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus velis.*

Macrobij lapsus.

Libo, verbum sacrorum.

13. LIBEMVS.] In omni conuiuio id, quod offerebatur in honorem Deorum, exprimebatur verbo, *libo*. Athenæus lib. 4. Homerum laudat, quia is conuiuas faciat σπονδοποιοῦντας: *libantes.* Atque id- C ipsum fecisse Platonem, & Xenophontem obseruat, reprehenditque Epicurum, quod ὁ σπονδὴν, *libamen* nullum Diis offerret, sed sacra comederet, vt ait Simonides, ἄδυτα, *illibata.*

Oceanus pater rerum.

14. OCEANVMQVE PATREM RERVM.] Ita creditum veteribus, quam opinionem fulcit sequens auctoritas. Orpheus in Hymno:

ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα
ἐσσάντων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων:
Appello Oceanum patrem semper immortalem
Vnde est origo immortalium Deorum, & mortalium hominum.

Homer. 14. Il. bis repetit hunc versum: *ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθύν: Oceanum Deorum parentem, & matrem Tethyn.* Homericum istud citarunt D Plato, & Aristoteles de eadem re loquentes. Ille in Theæt. bis, & in Cratylo, vbi ait, ὥσπερ ἐν ὕμνῳ φ, ὠκεανόντε θεῶν γένεσιν φησὶ, καὶ μητέρα τηθύν. Hic lib. 1. Metaphys. ὠκεανόν τε, ᾧ καὶ τηθὺν ὑποπίπτουσι τῆς γενέσεως πατέρες. Ex adductis non eges versione. In eodem lib Homerus, præcedente mentione Oceani, subiicit, ὥσπερ γένεσις πάντεσι πέπυκται: *qui omnibus parens est.* Lucret. lib. 1.

—— aui humorem quicunque putarunt
Fingere res ipsum per se.

De priscis sapientibus ita Cic. 2. Academ. *Princeps Thales vnus ex septem, cui sex reliquos consensisse ferunt, ex aqua dixit constare omnia.* Allusit ad hanc rem Claudian. in Consul. Theodori:

Namque alius princeps rerum dissonitur aer,
Hic confidit aquis, hic procreat omnia flammis.

Neptunus rerum pater.

Recitat videlicet opiniones veterum, de ortu rerum. Certe Poetarum Interpretes propter vnam hanc rem aiunt, Neptunum *patrem* vocari. Nam & Deum istum γνήσιον nominat Apollonius. Vide quæ in testificationem huius rei & Maroniani carminis adducit Ioan. Lessæus in descriptione Scotiæ de auiculis, & aliis animalibus non natatilibus, quibus origo tantum à mari. Nonnus lib. 8. Dionys. loquens de flumine Amnesso, ait, λεχέοιν ὑδατ. quod

attri-

UVA. BHSC. BU 00239

attributum partum indicat. Possunt pertinere ad hanc rem, quæ prædicantur de Nilo.

Dryades. Naiades.

15. CENTVM QVÆ SYLVAS.] Dryadas intelligit, & Naiadas: illæ syluarum Deæ sunt, istæ aquarum. Vtrisque nomē à proprietate: δρῦς enim quercus est, quæ crebrissima in syluis: ναίειν fluere, quod est vndarum. Pulcre vtrasque complexus est Calpurnius:

Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo.

Non absimiliter lusit Politian. assumto alio Nympharum genere:

Vda choros agitat Nais, decurrit Oreas.

Ego aliquando sic:

Seruatis Dryades siluas, vos Naiades vndas.

16. TER.] Hunc numerum sacris dicatum alibi late monui.

Vinum fausum in sacris.

17. ARDENTEM PERFVDIT NECTARE VESTAM.] Vinum intelligit, cuius effusio fausta semper in sacris. In 16. Il. Achilles,

——— λείβε δ' οἴνοῳ
ἔς γαῖαν εἰσαῦθι.

Libauit vinum cœlum suspiciens.

Exempla obuia. Inde ab eodem Hom. 12. Odyss. notatur vt infausturn vinum non libari, sed sacrum fieri aqua, vini inopia,

ἀλλ' ὕδατι κάνδουπεν ἱεροῖς,

Neque vinum habuerunt ad libandum super incensa sacra

A *Sed libantes aqua.*

Par locus est apud Apollonium lib. 4. vbi vini inopia libatio fit aqua, atque ob id ipsum Heroes illi, qui sacrum peragebant, ridentur ab mulierculis Medeæ. Est etiam ad hanc rem aliquid in Silio libro 7. apud quem Bacchus visa libatione absque vino, ne hoc in ea deesset, Falernum creauit.

18. VESTAM.] Hæc Dea iam pro terra, iam pro igne sumitur. Posterius receptissimū fabulatoribus, & Poetis. Lege Lilium, in quo copia exemplorum.

19. TER FLAMMA AD SVMMVM TECTI SVBIECTA RELVXIT.] Erat felix augurium (ait Turn. c. 27. lib. 19.) cum flamma in sacris altissime ferebatur. Quid. 10. Met. *Flamma ter accensa est, apicemque per aera duxit.* Ideo vinō inspergebatur ignis, vt ita lacessitus incandesceret, & altius emicaret. Propert. Flamma quando felices.

B *Seu voluit tangi parca lucerna mero.*

Et Quid. in Epist.

Thura damus, lachrymas super: quæ sparsa relucent.
Vt solet effuso surgere flamma mero.

Inde aduersum omen accidit Pertinaci Imperatori, vt in eius vita narrat Capitol. Verba sunt: *Et cum apud Lares sacrificaret, carbones viuacissimi exstincti sunt, cum inflammari soleant.* Affine quiddam Petron. Satyr. *Lucernæ humore defecta tenue, & extremum lumen spargebant.*

Et Propert. lib. 4.

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis.

[a] Est in Carpathio Neptuni gurgite vates
Cœruleus Proteus: magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reuisit
Pallenem. hunc & Nymphæ venerantur & ipse
Grandæuus Nereus. nouit namque omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
[b] Hic tibi nate priùs vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi caussam, euentúsque secundet.
Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neque illum
Orando flectes. Vim duram, & vincula capto
Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.
Ipse ego te medios cùm Sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam: quo fessus ab vndis
Se recipit: facilè vt somno aggrediare iacentem.
[c] Verùm vbi correptum manibus, vinclisque tenebis,
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atraque tigris,
Squamosúsque draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues delapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cùm lumina somno.

ARGV

VVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Aperit nato res Protei, videlicet patriam eius, honorem illius apud maris numina, honoris huius causſam, artem qua capiendus, demum illius dolos.

EXPLICATIO.

[a] SEQVITVR narratio matris ad filium, qua continentur res Protei. Ait primo omnium, illum degere in mari Carpathio, nam (vt hic ait Seruius) regnauit Proteus in Insula Carpathio; eſt hæc vna Cycladum. Ait deinde. Metitur & peruagatur æquor piſcibus, & curru equorum bipedum: quia videlicet, feræ illæ priore parte equum referebant, poſteriore piſcem. Ait tertio, Proteum, cum hæc narrantur, eſſe in portubus Emathiæ, id eſt, Theſſaliæ, & in antiqua patria Pallene. Ait quarto, hunc Deum eſſe in honore Nymphis, Nereo, ac reliquis Diis marinis. Reddit rationem, cur in tanto honore, quia ſcit omnia, videlicet præſætia, præterita, futura. Ait quinto, hanc artem diuinandi totam manaſſe in Proteũ ex voluntate Neptuni volentis hoc præmio ornare paſtorem ſuum. nam Proteus paſcit armenta, & Phocas Neptuni. Hactenus declarata Protei regia, equi illius, locus habitationis, dignitas vaticinandi, huius dignitatis ratio.

[b] Tendit iam ad rem ſignatam, quam ſcire interetat Ariſtæi. Hic (inquit mater) vt tibi expediat cauſſam morbi apum, atque vt euentus felix ſit, (nota duplicem finem oraculi, videlicet cognitionem morbi, & remedium) capiendus eſt vinclis, aliter nil facies, vi enim domatur Proteus, non flectitur oratione, & precibus. Aperit deinde tempus, locum, opportunitatem, quibus capiẽdus Proteus. Tempus, nam die medio, & Sole ardentiſſimo: locum, quia in antro, quo ſe recipit ad quietem: opportunitatem, quia dormit feſſus matutina pecoris agitatione.

[c] Docuit, quo tempore, quo loco, qua opportunitate capiendus: iam qua arte, & vi, præmiſſis prius fallaciis Dei. Eſt (inquit) Proteo hic mos, vt cum primum dormiens capitur, ſtatim experrectus, ludos faciat, cõuertátque ſe in varias formas: nam fiet ſus, tigris, draco, leæna, ignis, aqua. His tot fraudibus vnicum remedium, nimirum virtus, & vis vincientis. Nam quanto ille magis ſe vertet in varias formas, tanto fortius retinendus, vinciendus, cohibendus. Inde fiet, vt cum elabi nequeat, reddat ſe primæ illi formæ, in qua primo dormientem vidiſti. Obſerua in Vate formas epithetorum, quibus omnia afficit eleganter: Sus eſt horridus, tigris atra, draco ſquamoſus, leæna fulua: flammæ acrem dant crepitum, aquæ deſluunt in tenuitatem. Obſerua etiam illa: tanto, quanto: talis, qualis.

NOTÆ.

1. EST IN CARPATHIO.] In hoc initio moneo, quæ hic ſequuntur ſatis longa narratione, ex preſſa eſſe ab Homero 4. Odyſ. Adiungam Homerica debitis locis. Illud nunc in communi pro Latino, & contra Græcum. Conſuluit decori Virgilius, non Homerus: adeo ille perſpicax, adeo hic cœcus? Qui, dices? Docetur Ariſtæus à matre: hæc aperit antrum Protei, fallacias, atque artem vt capiatur, quippe parens de nato ſollicita. Secus Homerus, apud quem Idothea ipſius Protei filia aperit Menelao patris dolos, docetque, qui ille vinciendus, perfida in genitorem. Sed docte admodum admonuit Pet. Vict. c. 21. lib. 10. Virgilium quoque Pherecydi inſtitiſſe in tota hac narratione, quia Interpres Apollonij in lib. 4. tradit, Herculem ab Pherecyde induci diſcentem eodem pacto à Nymphis Ioue & Thetyde genitis, & Padi antra incolentibus, viam rationémque inueniendarum terrarum, vbi naſcerentur mala aurea, quæ imperio Euryſtei debebat petere: dictum enim Hercuii, vt Nereum vineiret, quia omnia poterat aperire. Cum vero Nereus variis formis aſſumtis, aquæ & ignis Herculem conaretur eludere, tandem dolis cognitis vere egit, & Herculem docuit, qui accepto eius reſponſo, itineri ſe atque expeditioni accinxit. Sed redeo ad Homerum. Verſus, quos initio iſto Virg. æmulatur, hi ſunt:

πωλεῖται πρὸς δυσμὸν ὑπὲρ ἁλὸς ὑγρὸν ἐρεβεννῆς,
ὄβριμος Ἐ πρωτεὺς αἰγυπτίος, ὅστε θαλάσσης
πάσης εὖ δέδυκε βάθεα οἶδε, ποσειδάωνος Ἐ ὑπαὶ κεῖται:
Verſatur hic quiſpiam ſenex marinus veridicus,
Immortalis Proteus Ægyptius, quique maris
Totius profunditates nouit, Neptuni miniſter.

Aliquid ad hanc rem eſt in Sophoc. vbi inſtructio datur ad capiendum Philoctetem. Verſum ipſum ita imitatur Ouid. 11. Met.

Donec Carpathius medio de gurgite vates.

Idem 2. Amor. dixit: *Carpathij ſenis*, pro Proteo.

2. COERVLEVS PROTHEVS.] Homer. ὑπὲρ ἁλὸς, de pari aquarum Deo Ouid. *Cœruleum Tritona.*

3. MAGNVM ÆQVOR.] Obſeruat Gifan. Græcorum ἅλα διαν, redditum per, *mare magnum*, à Latinis. Horum princeps fuit Liuius Andron. qui apud Feſtum: *Celſoſq; ocris, aruaq; patria, & mare magnum.* Sicuti deinde alij, nam Ennius apud Cic. 1. de Diuin. & Epiſt. ad Atticum:

Iamque mari magno claſſis cita texitur.

Lucret. lib. 6.

Fluminibus, magnoque mari, cum ſtringitur æſtu.

Virgil. hic: *magnum æquor.* Val. Flac. 1. Arg.

Quæſtibus, & magni numen maris exciuat Helle.

Hi omnes reddunt ἅλα διαν.

4. METITVR.] Æmulatur Ouid. 9. Met.

Ægeas metiris aquas.

Sil. lib. 4.

—*duces pelagi terraque laborem*
Diuerſum emenſos. Claud. de Bel. Get.
Metimur fluminа.

Cum vero Poeta coniungat verbum iſtud cum magno mari, videtur omnino hæſiſſe verſui Lucilij. Hic apud Nonium:

Vir mare metitur magnum, ſe fluctibus tradit.

Non abludit, *mare immenſum*, quod frequentiſſimum Poetis.

5. PALLENEN.] Scribit Iſacius in Lycoph. Proteum fuiſſe Ægyptium genere. Plato etiam in Euth. πρωτέα αἰγύπτιον σοφιστήν. *Proteum Ægyptium Sophiſtam.* Et Hom. πρωτεὺς αἰγύπτιος. Addit Iſac. ex Ægypto migraſſe Phalagram Pallenes, vbi vxorem Toronem duxit, & filios habuit Tmylum, (aliqui male legunt Tmolum) & Telegmonum. Inde itaque & Phalagreus, & Pallenius dictus: non tantum Ægyptius. Pallenæ meminit Demoſthenes in Haloneſo.

6. GRANDÆVVS.] Ita Æſchylo παλαιγήρως, Homero γέρων, Noſtro ſtatim *ſenex.* Porro Dij omnes marini, vt plurimum, ſenes finguntur ab ſpuma & canicie maris.

7. NOVIT NAMQVE OMNIA.] Hom. πάντα εἰδώς. Et de Proteo πημάντης: *viridicus.* Nonnus 21. Dionyſ.

Homerum ſuperat Virgilius.

UVA. BHSC. BU 00239

Dionys. μαντικὸν σοφὸν : vati Proteo. Ibidem τοιοῦτο σοφοῦ καὶ sapientis Protei.

8. QVÆ SINT, QVÆ FVERINT.] Ab ipso trium temporum complexu non abeunt aliorum sententiæ, Hom. 1. Il. de Chalchante, ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. *Qui noverat & præsentia, & præterita.* Empedoclis apud Arist. 3. Metaph. πάντ' ὄντα τ' ἦν, ἔσται τ' ἐσὶ ὄντα, τ' ἐσαῦ ὀπίσω : *Omnia, quæ fuerunt, quæ sunt, quæ erunt deinde.* Plat. 10. leg. τῶν ὄντων, καὶ γεγονότων, καὶ ἐσομένων. Lucr. lib. 1.

—*transactum quid sit in ævo,*

Tum quæ res instet, quod porro deinde sequatur. Plauti Bacch. *Quicunque ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac.* Catul.

Quot sunt, quot fuere, Marce Tulli,
Quotque post aliis erunt in annis.

Ita ferme ex aliorum iudicio ; quæ ipse reperi dabo ad illud 4. Æn.

Nunc, olim, quocunque dabunt se tempore vates.

Verba Virgilij ita redde ex Dione Chrys. Orat. 37. τῶν ὄντων, τῶν γεγονότων.

Phocæ. 9. TVRPES PASCIT SVB GVRGITE PHOCAS.] Tria hic dicam, primum de phocis, deinde cur *turpes*? tertio, cur *pascit*? Sunt phocæ vituli marini, in aquis degunt, & extra aquas. Ait Opp. libr. 1. Hal. partum phocarum edi in terra, quo tempore dies duodecim extra aquas sunt : quibus transactis in aquas remigrant, feruntque catulos in amplexibus, indicantes illis patriam & nota domicilia. Est hominis amicum animal, vtique φιλάνθρωπον, quod probat Ælian. c. 56 libr. 4. auctoritate Eudemi asserentis, vitulum marinum flagrasse amore erga hominem spongias marinas piscantem. Et Rondelet. scribit, phocam captam fuisse circa insulam Lerinum, quæ nullo metu plures dies versata est cum hominibus. Plin. ait, phocas accipere disciplinam, populum incondito fremitu salutare, vocatas respondere. Scribit Varinus, ἡ φώκη ἐρᾷ συνουσίαν ἀνδρῶν : *amat phoca societatem hominum.* Ab illa itaque natura incolendi terras, ab hoc amore erga homines, fictum à Poetis pasci hoc animal à Proteo, vt mansuetum, & patiens seruitutis.

Turpe pro magno. 10. transeo ad alterum. Cur turpes, tam à Virgilio hic, quam à vetere Poeta apud Victorinum: *Non Phocæ turpes, non marcenies balenæ?* Plures referunt attributum ad magnitudinem, & deformitatem corporis, in his Seru. Niti hi possunt Poetis. Ouid. lib. 1. Met. *deformes* vocat. Eurip. in Hipp. αἴσιον τέρας : *monstrum immane.* Seneca etiam in Hipp. ita deformitatem describit marini vituli:

Stant hispida aures, cornibus varius color,
Et quem feri dominator habuisset gregis,
Et quem sub undis natus, hinc flammam vomit,
Oculi hunc relucent: cærula insignis nota
Opima cervix, arduos tollit toros,
Nareque hiulcis hanc ibus patula fremunt.

Vnus Gesnerus attributum Virg. refert non ad vastitatem, sed ad odorem teterrimum, quem habet hæc bestia. Suid. certe ita definit, φώκη δύσοσμον ζῶον θαλάττιον : *Phoca olidum maris animal.* Opp. 3. Cyn. φώκη δυσώνυμος : *phoca olida.* Non. 1. Dionys. φωκέων ὄμφακι δέμας, quod refero ad tetrum odorem. Inclino tamen in primum, tum propter ea, quæ adduli, tum quia Græci, in his Plat. in Phæd. & in 1. Alcib. opponunt, καλὰ, καὶ αἰσχρὰ : *pulcra & turpia.* Turpes itaque phocæ, quia non pulcræ, sed deformes, magnæ & vastæ. Imo in Protagora ait idem Plato, nihil aliud pulcro opponi nisi turpe.

Proteus pastor marin⁹. 11. Restat vltimum. Poetæ, & Proteum pastorem, & phocas pecus dicunt. Ita Næus. *Nerei pecus,* dixit etiam de piscibus: *Tum lasciuum simum Nerei pecus Ludens ad cautem classem lustratur.* Homer. de ipso Proteo 4. Odys. λέξετο μέσσῃσι νομοὺς ὡς πώεσι μήλων : *cubauit in medio pastor veluti in grege ouium.* Huic hærens Poeta infra,

Ipse velut stabuli custos.

Horat. lib. 1.

Omne cum Proteus pecus egit altos
Visere montes.

Lucr. lib. 1.

—*mutaque natantes*
Squammigerum pecudes. Inde Poeta voce congenere *armenta.*

12. HIC TIBI NATE PRIVS VINCLIS CAPIENDVS.] Aliter non edebat vaticinium. Videndus Hom. dicto loco, & Hygin. in Fabul. c. 118. Paria de Sileno, qui nisi captus, non edebat. Phrasis ipsa Græcorum est. Sophocl. in Philoct. δόλῳ λαβεῖν. Et nota, doceri Aristæum à Dea artem capiendi Protei. Quam Gentium insaniam exagitat Augustin. libr. 3. contra Academ. c. 5. *Suamque imaginem & quasi speculum quoddam in Proteo ille animaduerti oportere, qui traditur eo solere capi, quo minime caperetur, inuestigatoresque eius nunquam eundem tenuisse, nisi indice alicuius modi numine.* Gentium insania.

13. NAM SINE VI.] Pars ista, præter Hom. sumta à Platone, qui in Eutyph. καὶ ἐκ ἀφετῆ ἂν εἴη, ὥσπερ ὁ πρωτεὺς, ἐὰν μὴ ἐθέλῃς : *Dimittendus non es, quemadmodum Proteus, priusquam dixeris.*

14. MEDIOS CVM SOL ASCENDERIT ÆSTVS.] Opportuna est ad locum hunc Seruij Nota hæc: *Fere enim Numina tunc videntur.* Firmat auctoritate Lucan. Dij die medio videntur.

—*medio cum Phœbus in axe est,*
Aut cœlum nox atra tenet, tunc ipse sacerdos
Accessum dominumque timet deprendere luci.

Nituntur ista auctoritate Homer. asserentis tunc Proteum è mari emergere, quasi se tunc det conspectandum,

ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκῃ
τῆμος δ' ἐξ ἁλὸς εἶσι γέρων ἁλίοιο θεητὴς :
Quando ergo Sol medium cœlum ascenderit,
Tunc è mari emergit senex marinus veridicus.

Sed & partem istam illustrat Cælius cap. 25. lib. 18. nam Auster ventus meridionalis Diis attribuebatur, & ideo ingruente meridie pandebantur vela in Deorum templis, in quorum etiam ianuis visebantur meridiei & Austri symbola. Nituntur ista opinioni gentium putantium Deos meridie videri. Locutionem porro diei medij ita extulit Herod. libr. 3. καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων. Auster ventus Deorum.

15. SITIVNT HERBÆ.] Ita dicuntur herbæ sitiri, vt arbores esurire à Plin. c. 2. lib. 17. Græci quoque δεῖσθαι, & κάμνειν, dicunt δι. Ἰλ. & πενῆν.

16. ET PECORI IAM GRATIOR VMBRA EST.] De hac nota meridiei fuse lib. proxime præcedenti ad præceptum quodpiam vatis.

17. TVM VARIÆ ILLVDENT SPECIES.] Naturam Protei se in varias formas commutantis referunt aliqui, ad Regum Ægyptiorum insignia, quæ diuersa & varia ex illorum more, iam leonis, iam tauri, iam ceterorum. Lege Diod. li. 2. Ideo autē per Proteū ista signatur, nam is fuit genere Ægyptius. Alij sophistam interpretati sunt, qui variis argumētorum generibus homines capit : & quidem Proteū veteres, in his Plato in Euthyd. & Basil. or. de legendis libris gentilium, nominarunt σοφιστὴν. Tertio, veritatem interpretantur, non se omnibus passim dantem, sed his tantum, qui eam probe norint arripere: certe ab Homer. Proteus dicitur πημερητὴς ad hoc pertinent Proteus ea fingeretur conuerti. Sophistæ expressa Proteo. Veritas vix expressa à veteribus.

VVA. BHSC. BU 00239

tinent verba hæc Auguſt. lib. 3. contra Acad. c. 5. *Veritatis Proteus in caminibus oſtentat ſuſtinetq; perſonam, quam obtinere nemo poteſt, ſi falſis imaginib. deceptus comprehenſionis nodos vel laxauerit, vel diuiſerit.* Quarto ſūt, qui eius naturam detorqueant ad materiam primam: nam vt ille varias formas accipiebat, ita hæc varia ſigilla. Adiuuat à veteribus, aquas & Oceanū dici rerum omnium principia, de qua re ſupra. Nituntur iſti verſibus orphicis in hymno: promti illi tam in ipſo Orpheo quam in natali c. 8. lib. 8. Quinto Clem. Alexan. lib. 3. Pædag. circa initia fabulam hanc explicat traducens ad homines omni vitiorum genere imbutos. Sexto, Lucian. lib. de ſaltatione, ad ſaltatores & hiſtriones deflectit, qui ſe referunt in varias formas. Nam ait Deum iſtum ὀργηϛὼ πνα γνώϛϛ μιμητικὸν ἀνϑρωπον, καὶ ϖοϑὲ ϖάντα ϖλάττοντα καὶ μετασχηματίζοντα ἑαυτὸν, *fuiſſe ſaltatorem, hiſtrionemque, qui ſeſe in omnia transmutare, & conuertere.* Septimo, Caſſiod. lib. 5. Epiſt. 34. fabulam Protei accommodat homini fractæ & inſynceræ fidei. Octauo, Plat. in Ione, homini varias ſubinde mutanti opiniones. Platoni hæret Plato alter, Phil. (inquam) in l. de Temulentia. Eum enim qui vulgaribus opinionibus ducitur, & facile mutatur, ait ſpecies varias ſibi inducere, *αἰγυπτίῳ ϑρωπικῷ ϖερὶ τὸν Πρωτέα τρόπον*: *Ægyptij Protei.* Eodem tenore Hieron. Iouinianum li. 2. aduerſus illum, Proteum nominat. Quis enim neſcit hæreticorum aſtutias & fallacias in opinionum varietatibus. Non abit ab hac opinionum varietate mutatio habitus in corpore. Atqui idem Philo de Legatione, Caium aſſimilantem ſe iam Baccho, iam Herculi, iam Caſtoribus comparat cum Proteo. Nono Euſtach. in 4. Odyſſ. adulatoribus, qui cupidi aſſentandi varias animi formas induunt. Idem facit Baſil. orat. de legendis libris gentilium. Decimo, Heliod. lib. 2. Hiſtor. Æthiop. hanc fabulam traducit ad hominem deducentem alios à propoſito, & facientem illos aberrare. Adduxi tot mythologicas explicationes, quia illi, quibus incumbunt iſta, parcius de hac re: & comparatione mei, parciſſime.

Materia prima.

Homines fractæ fidei expreſſi forma Protei.

Adulatores.

18. FIET ENIM SVBITO SVS HORRIDVS.] Petit meum inſtitutum, vt conferam loca aliorum Poetarum cum iſto Virgil. Ducat aciem Hom.

Proteus in varias formas conuerſus.

ἀλλ' ἅτιϛ ϑρώϖων λέων γένεϊ ϖῦ γένεϑ' ὑπ' αὐτὴν ἔπεται ϕρένας, ἠδὲ ϕαγόντι μέζα ἕηϖεν, γίνεϑο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δενδρέον ὑψιϖέτηλον.

Ouid. 18. Met. ita laſciuit nulla grauitate:

Nam modo te iuuenem, modo te violare leonem:
Nunc violentus aper: nunc, quem fugiſſe timerent,
Anguis eras: modo te fieri cornua taurum.
Saepe lapis poteras, arbor quoque ſaepe videri.
Interdum faciem ſimulabant imitatus aquarum.
Flumen eras, interdum vndis contrarius ignis.

Breuior fuit Silius lib. 7.

Per varias luſit formas, & terruit aeri
Serpentis ſquammis, horrendaque ſibila torſit,
Aut fremuit torua mutatus membra leone.

Breuiſſimus Licent. Hipponenſ. loquens de Prot.

Spumat aper, ſtluit vndis, fremit leo, ſibilat anguis.

Pari breuitate Caſſiod. dicto loco: *Aut leo frendebat aut ſibilabat anguis, aut in vndas liquidas ſoluebatur.* Prætereo alios. Sed cum ſim in hoc loco, placitum coniungere locutiones Græcorum, quibus iſta Protei, aut ſimilis mutatio efferenda. Hoc cum facio, & ſæpe facio, ne putes velle me tantum phraſes coniungere, nam alteritus eſſet inſtituti, non commentatoris: ſed eſt animus conferre locutiones Virgilianas, & reliquorum Poetarum Latinorum cum Græcis, vt tu item Poëſin docearis: ſciaſque Græcis inſiſtere, vt Latini fecerunt. Eſt enim multo præſtantius imitari auctores, quam intelligere. Verba itaq; quæ in Græcis reperi de hac aut Protei, aut aliorum in varia corpora transformatione, hæc ferme ſunt. Hom. Odyſſ. 4. dixit per verbum ἀλοιϕάω. in 2. ἀτρεμὲϛ δυῶων. Et quia in his conuerſionibus inſunt blādimenta quædam, ideo in 10. per δείξω & ϖαϑέλξω. verbis Virgil. *illudent variae ſpecies, & fallacia*, quę imitatus Silius 7. *luſit per varias formas.* Et læpe Ouinam in Fragm. Hal. *eludit, fallit.* Et in Met. *tranſit fallaciter in omnia*, & per verba *mendax, mendacium, mentiri formas, fingere formas.* His (inquam) verbis reſpondet vox Non. qui lib. 3. Iouem latentem ſub forma tauri vocat ϕιλόψευϛα. & verba Platon. qui in Sophiſta hos homines vocat ϕιλοψευδεῖϛ, & γοητικ. vt etiam in Euthyd. γοητεύειν. quod verbum Demoſt. arripuit de falſa legat. qui per hæc γοητεύϑαι, quo vſus ad hanc rem Artem. lib. 2. cap. 74. & δόλερον, atque ὀϕίκλοπον, quibus vſus Baſil. hom. 6. Hex. Hi, qui dixere *vbire, in varias formas*, & *tranſire*, in his eſt Ouid. ſumſere locutionem à Plat. qui 2. Polit. τὰϛ ἑαυτῶ ἰδέαϛ ἐκδύνειν. & à Sophoc. qui in Trachin. de Acheloo errante per varias formas, dixit ϕοιτῶν. Ad verbum illud, *immacula*, quo vſus Virg. infra ad hanc rem ſignandam, pertinent ϖαμμαπ. qua voce vſus Plat. ad eandem rem: locum infra aperiam. Et Dio Chryſ. Orat. 32. dixit ϖαμμαπωλοὶϛ, κἠϑεϛ, κόλακεϛ. Verbo *transformo*, quo vſus infra Virg. formæ iſtæ Græcorum reſpondent. Plat. 2. Polit. dixit, ἐξ ἐπιτεχνῆϛ ϕαντάζεϛϑαι ἄλλοϑ' ἐν ἄλλας ἰδέαϛ, & ἀλλάϑοντα εἰϛ ϖολλὰϛ μορϕάϛ. Lycophron loquens de Eriſichthonte, dixit ϖανταμόρϕου, & Artem. l. 2. c. 12. μεταμορϕώσεων, ſicut & lib. 5. c. 74. μεταμορϕωϑείη, & Non. lib. 8. ϑνμὰϛ ἀορϕώτοϖ. Iam illi *mutato corpore*, quod infra quoque inducit Vates &, *conuerſis nibus*, quam vocem Poetæ reliqui, reſpõdebit forma Plut. qui in diſcrimine adulatoris & amici, ϑῶπαϛ τρέϕειϛ, & Plat. qui l. 5. Polit. ϖροϕὰϛ τρέϕοιϛ, & Dio Chryſ. qui orat. 33. loquens de ipſo Proteo, ait, ἀλλάϖων, & μεταβάλλ. Primum habet etiam Palæp. qui ἀλλάττειν ϑ' ἰδέαν. Ad quas voces pertinet verbum μετασχλλω, quo ad eandē rem vſi Theoph. & Plat. l. de Regno, & Arift. 2. Hiſt. c. 11. Extremus etiam dixit σωμαμετασχλλει. Huc etiã refert verbum ἀμείβω, quo vſus Iacius in verbum adductum Lycophron. ἀμείβουϑα (inquit) τὸ ἑᾦ &. & Non. lib. 1. ϖολυδαιδάλου ϑεᾦ & ἀμείβων, quam locutionem bis repetit lib. 2. & alias Ou. d. & Valer. qui dixerunt *Proteus ambiguum*. prior l. 1. Met. poſterior lib. 2. Arg. videntur reddidiſſe verba hæc ϖολύϕρονοϖ, ϖολύζηϖον, μετώπον. Primo vſus Theognis apud Plutarch. li. ϖερὶ ϖολυϕιλ. Altero Non. lib. 1. qui ϑρώϖᾶα ϖολύζηϖον dixit. Tertio idem Non. lib. 2. verb. *adulterare*, reſpondebit in Græco penu ϖόϑῳ. Itaque quod Ouid. dixit,

Ille ſuam faciem transformis adulterat arte.

dixit Nonn. lib. 1. loquens de Ioue latente ſub tauro, & ficte mugiente μυκηματόϑῳ μυκήματο λαμῶ. Porro verſum Ouid. vt ſcripſi, legit Ludouic. Cart. lib. 2. Emend. c. 10. non, vt vulgo,

Ille ſuam faciem transformat, & alterat arte.

Incidi in hæc, quæ Latinis ferme reſpondeant. Omitto enim Hoſtium gentis. quiἄλλοτε ϕαίνεται. & ἄλλοτε πλέϵται. Euphorion. qui ϖᾶσιν ἴϵτο. Dion. Chryſ. qui or. 52 ϖλειόνϖϖ. quo vſus quoque Plato 2. Reip. quo loco idem Plato dixit, ἰνδυλλόμενον ϑεοῖ. Ariſtophanẽ, qui in Ran. ϖαντοδαπὸϛ γίγνεται. à quo ſumſit Plato, nam in Ione, ϖαντοδαπὸϛ γίγνεϑ. Demum omitto Nicandrum, qui ἀλλόϕαντον. & Nonnum qui lib. 2. ἀλλοϕϑέγγαλλον, & lib. 13. εἰϛ ϑνμὰϛ ἄλλο μετέϕρασεν ϑεοῦ.

Proteus imitatus auctores.

Tigris cur ætea.

19. ATRAQVE TIGRIS.] Non refero attributum ad noxiam veneni naturã, quo caret hoc animal:

VVA. BHSC. BU 00239

mal:neque ad colorem, nam is potius varius:sed ad immanem asperamque naturam.

20. SQVAMOSVSQVE DRACO.] Noster in culice,

Squamosos late torquebat motibus orbes. Et:
Horrida squamoſi voluentia membra draconis.

21. FVLVA CERVICE LEÆNA.] Lucret.li.5.

—*corpora fulua leonum.*

22. AVT ACREM FLAMMÆ SONITVM.] Hinc fortasse Tibul.lib.1.

Sic vbi Bellonæ motu est agitata, nec acrem
Flammam, non amans verbera torta timet.

23. VINCLIS EXCIDET.] Ita Græci ex Nota Germ. ἐκπίπτειν, pro elabi & fugere.

24. FORMAS SE VERTET IN OMNES.] Hom. 4. Odyſ. de eodem Proteo, πάντα δ' γνώσεαι ὅσσα B πειρήσετ', vertens se omnia tentabit.

25. TANTO NATE MAGIS.] Ad verbum pene Hom. ὑμεῖς δ' ἀσπερχὲς ἐχέμθω, μᾶλλον τε πίεζειν, *vos autem firmiter tenete, magisque premite.* Cyrene ipsa loquens cum Aristæo apud Ouid.1.Fast.

Decipiat ne te versis tamen ille figuris,
Impediant geminas vincula firma manus.

26. DONEC TALIS ERIT.] Hi duo versus contracti ex tribus istis Homericis:

ἀλλ' ὅτε κεν δή σ' αὐτὸς ἀείρυσι ὑπέρθυμον
τοῖς ἐὰν, οἷσιν κε τὰ νῦν ἐπιεικτὸν ἰδηαι,
ἠ τότε δὴ σχέδασαι τε βίης, λύσαι τε γέροντα.
Sed quando te ipse interrogauerit verbis
Talis, qualem consopitum videratis,
Tum desiite à vi, soluéq; senem.

27. TEGERET CVM LVMINA SOMNO.] Sumsit phrasin à Catul. *Nec somnus tegeret quiete ocellos.* Iterum: *gemina tegûntur lumina nocte.* Idem pati verbo, *labantes languore oculos sopor operit.* Ante Latinos Calab.l.1. ὑπνῳ δὲ οἱ ὄσσε κεκάλυπτεν νύσσομῳ: *prosternidus somnus illi oculos operuit.* Ab omnibus Propert.lib.2.

Quamuis labantes tegeret mihi somnus ocellos.

415 [a] Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffudit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit: at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura:
Atque habilis membris venit vigor. [b] est specus ingens
Exesi latere in montis, quo plurima vento
420 Cogitur, inque sinus scindit sese vnda reductos:
[c] Deprensis olim statio tutissima nautis,
[d] Intus se vasti Proteus tegit obiice saxi.
Hic iuuenum in latebris auersum à lumine Nympha
Collocat: ipsa procul nebulis obscura recessit.
425 [e] Iam rapidus torrens sitientes Syrius indos
Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem
Hauserat: arebant herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant:
Cùm Proteus consueta petens è fluctibus antra
430 Ibat: eum vasti circum gens humida Ponti
Exsultans, rorem latè dispergit amarum,
Sternunt se somno diuerso in littore phocæ.
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi è pastu vitulos ad tecta reducit,
435 Auditisque lupos acuunt balatibus agni)
Consedit scopulo medius, numerúmque recenset.

ARGVMENTVM.

Comparatur Aristæus ambrosiæ odore ad capiendum Nymen. Describitur antrum Protei. Aristæi insidiæ, Marini Dei exitus è mari, Phocarum comitatus, harum somnus, Protei cura.

EXPLICATIO.

[a] POST omnia luculenter explicata natum præparat mater ad visionem numinis, perfundens illum ambrosia. Illud *odorem ambrosiæ*, pro ambrosia, circuitio est poetica. Quid vero illud *perduxit odore totum corpus*? explica circumduxit ambrosiam odoriferam per totum corpus, integrúmque perliniuit. Sequitur effectus duplex huius rei, videl. suauis quidam halitus spirans ex eius capite madefacto: deinde vigor vegetus atque habilis, quo membra roborata.

[b] Describitur antrum Protei à magnitudine, situ, circumstantiis. Est illud ingens: en magnitudo: est positum in latere montis exesi excauatique ab vndis; en situs: aqua plurima, quæ cogitur ab impellente vento, quæque impingit in cautes eius antri, cum mox recurrit, scindit sese in sinus reductos, en circumstantiæ. Dicuntur porro sinus isti reducti, quia formantur, cum aqua remigrat in pelagus ab scopulis illius antri.

[c] Finge, vt sententiam noscas, antrum Protei, quod erat in mari, distare aliquo interuallo ab littore: interuallum hoc inter antrum & littus efficiebat stationem portumque tutum nauibus ibi deprensis & consistentibus. Firmo explicationem istam in Notis. Particula *olim* signat tempus quodcunque.

[d] A descriptione loci tendit ad historiam. In hoc (inquit) antrum Proteus se recipit, & fores obstruit ingenti obiecto saxo. Ibi Cyrene natum collocauit,

ita

UVA. BHSC. BU 00239

ita tamen vt à luce auerteret, poneretque in loco quodam tenebroso, ne videretur ab ingrediente Proteo: ipsa vero inde abiit circumfundens corpori nebulam.

[c] Scripturus aduentum Protei in antrum, præmittit descriptionem diei medij. Ea hæc est. Syrius (est hæc stella in ore canis, verius in lingua, cuius exortu calores intenduntur in æstate) incendebat Indos. Antequam hinc progreditur, nota epitheta. Indos vocat *sitientes*, quia putati sunt veteribus esse in orbis parte calidissima. Syrium *rapidum*, ac *torrentem*; vt qui omnia feruore suo rapiat, & torreat. Pergit descriptio. Sol euaserat mediam cœli partem, totus tunc igneus & feruidus. Herbæ arebant præ calore. Radij Solis coquebant flumina vsque ad ipsum limum: dat his fauces ab humana similitudine, illisque siccas atque aridas. In hoc puncto temporis Proteus se in antrum recepit è mari: circa illum Phocæ exsultabant, pastore suo lætabundæ, salsamque aquam late spargebant. Accesserè istæ ad littus, ille ad scopulum: phocæ statim somno correptæ sunt, Proteus consedit in medio scopulo, atque eas recensuit, si qua deesset, vt solet pastor recensere vitulos domum reductos è pastu ad diei vesperum, aut agnos. Ait obiter solere agnos, cum reducuntur, acuere suis balatibus lupos. Nam tunc lupi excitantur, seque comparant ad nocturnam prædam audito clamore agnorum.

NOTÆ.

1. LIQVIDVM AMBROSIÆ, &c.] Potuit hærere loco Hom. 16. Il. apud quem Apol. Sarpedonem χρίσαι' ἀμβροσίῃ, ἅθι δ' ἀμβροτα εἵματα ἔσσειν: *unxisque ambrosia, induiq; vestibus immortalibus.* Sed signatius loco ex 4. Odyss. vbi Idothea Menelaum & socios vincturos Proteum ambrosia communit,

ἀμβροσίην, τόσσον γὰρ ἐπέχραε δῖα θέοιο
ἥδυ μάλα πνείουσα.

Ambrosiam afferens vnicuique ad nares posuit
Suauissime spirantem.

Est etiam locus in Apoll. lib. 4. huic similis, vbi Thetis vngit ambrosia corpus Achillis pueri, vt esset immortalis, nullamque senectutem contraheret. Apud Non. lib. 11. Dionys. Bacchus ambrosiam infundit vulneribus pueri Ampeli, quo mutet deformitatem in pulcritudinem. Sunt qui putent ab Hom. aut à Virgil. ductum Horatianum illud od. 5. lib. 1.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus?

Cum ait de ambrosia *liquidum* attingit leuiter scientissimus Poeta notitiam antiquitatis. Erat ambrosia Deorum cibus, nectar potus. Id clarum, neque eget firmatione. Sed scias quoque ambrosiam iuxta alios fuisse Deorum potum, nectar cibum. Huic extremæ cognitioni Virg. hæsit, & ideo *liquidum*. Obseruauit hoc Ath. lib. 2. εἰδὼς δ' ὅτι ἀθανασίαν τὸ νέκταρ ἐποίουν οἱ ποιηταὶ ἀλλ' ἔοικεν ἄνευ πόσεως. *Animaduerti Anaxandridem nectar non potum, sed Deorum cibum existimasse.* Profert eius verba ista, τὸ νέκταρ σιτίον ὑπάρχον ἔφασαν, διὰ τοῦτο δ' ἀμβροσίαν: *Edo nectar deinibus atterens, ambrosiam autem bibo.* Et ita Sapphus, ἀμβροσίας μὲν πεδ' ἐμοὶ κεκρᾶσθαι: *mi scebatur crater ambrosiæ.* In eodem lib. loquens Athe. de aqua fontis Tilphossiæ citat ex Pind. ἀμβρόσιον ὕδωρ. Locum hunc Natal. fœdat.

2. DIFFVDIT.] Turn. lib. 11. cap. 11. legit, *defudit*. Aitque magnum esse discrimen inter *diffundo* & *defundo*. Nam diffusum vinum est, quod in cados apothecarum ad asseruandum est fusum: defusum autem, quod ex vno vase in aliud funditur, cum quo conuenit sententia Poetæ.

3. QVO TOTVM NATI CORPVS PERDVXIT.] Attingit obiter, vt solet, morem veterum, qui solebant hospitum corpora oleo perfundere. Hic mos mihi obseruatus ex Hom. Athen. Martial. non adduco loca: quia, me etiam annuente, posset aliquis obiicere, hoc beneficium non tam iure hospitij factum, quam muniendo filio ad sequentem laborem. Hospites qui excipiebatur

4. COMPOSITIS.] Credo crines compositos contrarios esse illis, quos Mart. & Man. li. 4. vocant tortos. Prior:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Poster.

Illis cura sui cultus, frontisque decoræ
Semper erit, tortos in fluctum ponere crines,
Aut vndis reuocare comas.

Ita corrigit hos versus Lud. Car. 2. Ant. Lect. c. 9.

5. SPIRAVIT.] Attingit notam diuinitatis, quæ apparuit in Arist. statim ac perfusus est ambrosia. De nota ista loquor 1. Æneid. Certe apud Ouid. 2. Met. Phœbus Phaetontem illinit succo ambrosiæ, quo esset habilis ad rem diuinam.

Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ.

6. ATQVE HABILIS MEMBRIS VENIT VIGOR.] Dissidet in ratione hac Homer. Ideo ambrosia perfunditur Aristæus: quia luctaturus cum Proteo, & sic ea perfusus cum est, membris vigor accedit. Hom. adhibet ambrosiam, vt depellatur Phocarum teterrimus odor. Ex Virg. loco Sil. lib. 7.

Scintillant crista, & (mirum velocibus ingens
Perfusibus membris venit vigor.

7. EST SPECVS INGENS.] Ad verbum Hom. 13 Il. ἔστι δέ τις σπέος ἐν ὑγρῷ. Non abludit versus iste è 3. Odyss. ἔστι δέ τις λιμὴν αἰπὺς ἐπ' ἀκτὴ νήριτος: *Est autem quidam locus præruptus, in mare petra.*

8. EXESI.] Hinc Sidon. epith. 1. *exesi sale montis apex.*

9. SCINDIT SESE VNDA.] Ita Apoll. libr. 2. σχίζεν ὕδωρ. ex Nota Germ.

10. REDVCTOS.] Nulla alia explicatio quam ea, quam adhibui. Aqua cum impingit in scopulos, recurrit, ac retroducitur, vere reducitur. Ita *vallis reducta* apud Hor. od. 17. lib. 1. & od. 2. Epod. nihil est aliud, quam vallis illa, quæ habet recessus retro recurrentes. Si quis non capiat, sciat rem istam esse potius oculorum, quam aurium. Exemplum mihi est clarum in Regijis hortis Matritanis. Ea enim arte sunt dispositi, vt cum primum lustrantur oculis, nõ solum appareat pars anterior, sed à dextra, & à sinistra hortus recurrat magna ex parte. Aqua ipsa cum reducit, scindi sese in varios fluctus, & canales, & veluti sinus quosdam, redit enim sinuosa. Reducti fluctus qui. Reductaque valles.

11. DEPRENSIS.] Pari verbo Græci dicunt: vsurpant enim ἁπλακεῖν in eodem sensu, quo hic Poeta. Testimonium Plat. Germ. adiocat ita etiam Catull. *Deprensa nauis in mari.* Itaque verbum hoc nauticum est.

12. STATIO TVTISSIMA NAVTIS.] Contrarium eius, quod habes 2. Æn. *--statio malefida carinis.* Reddam hic rationem explicationis meæ. Omnino visus Poeta dicere idem, quod 1. Æn. Adducam versus, qui necessarij hic:

Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit: obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque sinus scindit sese vnda reductos.
Hinc, atque hinc vastæ rupes, geminique minantur
In cœlum scopuli: quorum sub vertice late

Ambrosia Deorum cibus & potus. Nectar Deorum potus & cibus.

Diffundo & defundo vti distinguantur.

VVA. BHSC. BU 00239

Æquora tuta silent. A

Vt enim in his versibus portus tutus, quem describit, est in spatio illo, quod est inter insulam, & littus: ita spatio tutissima huius libri videtur esse in spatio, quod est inter scopulum Protei, & littus. Nam sicut ibi silent æquora, tuta ab insula: ita spatio hîc est tutissima ab obiecto scopulo. Vnde neque in illum portum, neque in hanc spationem irrumpunt sæui fluctus: nam frangûtur tam in illa insula, quam in hoc scopulo, & fracti scinduntur in sinus reductos: reduci enim dicuntur, & reuocari, quia non penetrant, sed ibi sistunt, & inde cedunt. Ex dictis apparet, antrum Protei non fuisse in littore, sed in ipso pelago. Vnde cum postea additur, *consedit medius*, non est, medius inter phocas, nam ista in littore: sed medius in scopulo. Locutio ista Poetis creberrima. Dicunt enim, medius est in sylua, pro, est in media sylua.

13. In latebris-collocat.] Reddit Hesiodicum illud in Theog. ἂιπ ἤμιν κρύψασα κόγχῳ. De hac re Sil. lib. 12.

Cyrenem monstrasse ferunt noua littora matrem.

Sirius cur rapidus & torrens.

14. Rapidvs, torrens.] Ista stellæ huius notæ. Ideo *rapidus* cum allusione ad etymon. Nam Sirius dictus ἀπὸ τοῦ σύρειν, quod omnia rapiat suo calore. Ita & Lucan. in 10.

——rapidos qua Sirius ignes
Exserit.

Hanc rapiditatem per populationem expressit Val. Flac. 1. Arg. *Calabri populatur Sirius ardor.* Ideo *torrens* C cum allusione ad aliud etymon. Ducunt enim ἀπὸ τοῦ σείειν, quod est scintillare, & vibrari motu tremulo, quod proprium ignis. Ideo in 10. *Sirius ardor.* Et alibi, *exurere Sirius agros.* Et Eurip. in Hecub.

ἢ σείει ἔνδα πυρὸς φλογέας ἀρίπνιν ὄσσων αὐγάς;

Aut vbi Sirius flammantes ignis radios oculis exspuit,

Hæc de duabus notis Virgilianis, de ipso Sirio dicam lib. 10.

15. Sitientes-Indos.] Ideo sitientes, quia tosti, & torridi à Sole. ad quam rem aduocat Achil. Stat. Tibullum qui lib. 2.

Illi sint comites fusci, quos India torret. Catull. qui
Solus in Libya, Indiaue tosta
Cæso vomiam obuius leoni.
Manil. qui lib. 4.
——hominum gentes minus India tostas
Progenerat.

16. Ardebat.] Nota actionem verbi, ita 2. Ecl. *ardebat Alexim.* Horat. *arsit turdos.* Apollon. lib. 2.

ἦμος δ' ἔεργεν μυκηθμὸς ἅρματα νήας Σείειν.

17. Medivm Sol ignevs orbem Hauserat.] Obserua phrasin poeticam. Confuge ad Solem, vt efferas partes diei. Ita Phædrus *medio Sole* dixit pro meridie. Horat. *supremo Sole* pro vespere. Dices quoque *primum Solem* pro matutino tempore. Ita etiam Græci μεσημβρίνος ἥλιος. Et Aristot. μεσοῦν ἥλιος. Hom. 4. odys.

——ἦελιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει.

Repetit 8. Il. Et Claudian. 3. Rap. E

Sed postquam medio Sol altior astitit orbe. Cum versu, in quo sum, affinitatem habet ille lib. 8.

Sol medium cœli conscenderat igneus orbem.

Et illi Sidon. qui in Eucharist.

Cum Procyon fureret, cum Solis torridus ignis
Flexilibus rimis sitientes scinderet agros.

Non abit Sophoc. qui in Antig.

μέσῳ κατέζευ λαμπρὸς ἡλίος κύκλος,
ὅτ' καῦμ' ἐσκέλη.

In medio constitit splendidus Solis orbis,
Et æstus calefaciebat.

Ouid. 1. Met.

Dum calet, & medio Sol est altissimus orbe. Et 3.
——nunc Phœbus vtraque
Distat idem terra, siccisq; vaporibus arua. Et 6.
——cum Sol grauis vreret arua. Et lib. 10.
Æstus erat, mediusque dies, Solisq; vapore
Concaua litoreis feruebant brachia cancri.

Omnes isti signant hanc partem diei; primi à dimidiato cœlo, postremi à feruentissimo calore. B

18. Evm circvm.] Reddit Homericũ illud,

ἀμφὶ δ' ἄμυν φῶκαι νέπουθεν;

Circa ipsum vero Phocæ carentes pedibus.

19. Cava-flvmina.] Lucan. *Cauo Lemano.*

20. Gens.] Sic Opp. vocat ἔθνεα. Et Hom. pro isidem ἔθνεα πόντου. Sed & de aliis. nam idem ἔθνεα ποίμνων, ἔθνεα μελισσάων, ἔθνεα ὀρνίθων. *gens porcorum, apium, auium.* A quo patia Latini Poetæ.

Phocarum somnus.

21. Sternvnt se, &c.] Conuertit in hoc versu illud Homeri,

ἀδρὸν εὐδῶσιν πολλὸς ἁλὸς ἐξαναδύσας:

Frequentes dormiunt è cano mari egressæ. Postea,
——αἱ μὲν ἔπειτα
ἐξῆς νυσσάζοντο παρὰ ἡγεμόνι Σκάλαντι.
——Illo deinde
Ordine sopiebantur iuxta litus marè.

Prouerbij vice videtur dixisse Iuuen. Satyr. 3.

——rhedarum transitus arcto
Vicorum inflexu, & stantis conuicia mandræ
Eripiunt somnos vrsis, vitulisque marinis.

Quasi vtrumque animal altissimo somno cortipiatur. De vrsis quidem Plin. c. 36. lib. 8. *Primis diebus bis septenis tam graui somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant.* Porro phocas, somniculosa esse animalia, certum. Vnde phocæ imagine notari somniculosum Pierius ait lib. 29. Notum illud: *Dormitis nimium glires, vitulique marini.*

22. In littore.] Non hoc otiosum, nam somnus in littore capitur à phocis, non in mari. Arist. 5. Hist. κοιμᾶται ἐν τῇ γῇ: *dormit pariter, in terra.* Ælian. lib. 9. Anim. cap. 50. κοιμᾶται τὰς φωκαίνας ἔξω: *dormiunt extra mare.* Plin. c. 7. lib. 9. *Vituli marini, quos vocant phocas, spirant, ac dormiunt in terra.* Eadem Homer. Obserua ab Homero & Virgil. somnos, & littus capi à phocis meridiano tempore. Ab istis leuiter dissidet Ælian. dicto loco: ait enim illas vt plurimum exire nocturno tempore, interdum meridie. Verba sunt, κινεῖται δ' αἱ φῶκαι ἐξίασι μᾶλλον ἢ ἐν μεσημβρίᾳ ὕπνου. D

23. Ipse velvt stabvli cvstos.] Ad verbum pene ex Homer.

λέξετο δ' ἐν μέσοισι, νομεὺς ὡς πώεσι μήλων:

Cubabit in medio, veluti pastor in grege ouium.

24. Nvmervmqve recenset.] Homer. de eodem. λέκτο δ' ἀείδων. Colum. ex Nostro cap. 8. lib. 1. *pecus & familiam recenseat.*

a Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
440 Occupat. ille suæ contrà non immemor artis,

Omnia

VVA. BHSC. BU 00239

Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignémque, horribilémque feram, fluuiúmque liquentem.
Verùm vbi nulla fugam reperit fallacia victus
In sese redit, atque hominis tandem ore locutus.
445 b Nam quis te iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domos? quídve hinc petis? inquit: at ille,
Scis Proteu, scis ipse, neque est te fallere cuiquam.
Sed tu desine velle, Deum præcepta secuti
Vénimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
450 Tantum effatus, ad hæc vates vi denique multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens sic fatis ora resoluit.

ARGVMENTVM.

Capitur Proteus, veritè se in monstra, nihil proficit, redit in veram formam. Rogat ab Aristæo, cuius iussu eo accesserit, & quid velit: respondet ille. Parat se Proteus ad vaticinium.

EXPLICATIO.

a CONSEDERAT Proteus in scopulo dormitus, Aristæus ad primam somni irrepentis occasionem aduolat cum clamore, ligat manicis: conatur Proteus adolescentem eludere assumtis variis formis, vt videt se nihil proficere, redit in veram formam, & loquitur humana voce.

b Obiicit primo Aristæo Proteus confidentiam audaciamque, deinde vult duo scire, quo iubente eum ausus fuerit adire, & quid velit. Respondet vtrique rei Aristæus. Rogas quid velim? at scis ipse, & vere scis, neque enim cuiquam datum est te fallere. Rogas, quo iubente hue accesserim? desine velle ista quærere, Deos sequor, illi me ad te mittunt, vt accipiam à te oraculum, quo possim mederi rebus perditis. Hæc tamen Aristæus, quem Proteus torue intuitus, frendensque dentibus immaniter alloquitur, pandens oraculum. Est vero terribilis oculis, & frendet dentibus, horreteque totus, qua cogitur inuitus & nolens ad edendum oraculum.

NOTÆ.

1. COMPONERE MEMBRA.] Græci ex nota Germ. Συγκαθαρμόσαι.

2. CVM CLAMORE RVIT MAGNO.] Reddit Homerica,

ἡμεῖς δ' αὖ λ' ἰάχοντες ἐπόρουσεθ',

Nos vero protinus vociferantes irruimus.

Quæ sequuntur omnia ducãtur filo Homerico, ideo breues notas dabo comparãs Græcum cum Latino.

3. MANICISQVE IACENTEM OCCVPAT.] Hom. ἀμφὶ δ' χεῖρες ἔβαλλομεν. *circum autem manus iecimus.* Ouid. 1. Fast. de Aristæo:

Peruenit ad vatem iuuenis, resolutaque somno
Alligat aquoreis brachia capta fenis. Plato in Sophist. de eadem re loquens, ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ dixit.

4. ILLE SVÆ CONTRA NON IMMEMOR ARTIS.] Hoc ita prior Hom. ὃ δ' ὃ γέρων δολίης ἐπιλήθετο τέχνης:

Nec ipse senex dolosæ oblitus est artis. Ouid. 1. Fast.
Ille suam faciem transformat, & alterat arte.

A De cuius versus lectione infra.

5. MIRACVLA.] Illustrabitur hic locus Meursij in Crit. Arnob. c. 9. lib. 5. Non dubium, quin Protei vertétis se in varias formas respiciat turpes illas & obscœnas antiquorum præstigias. Ergo ait Meursius vocem *miraculi* vsurpatam antiquis in rebus turpibus. Probat docte ex Festo hoc clare asserente. Ex Arnob. ipso, qui lib. 5. ait, *versi Baubo artes, & quam serio non quibat (Ceterem) allicere, ludibriorum statuit exhibarare miraculis.* Mox explicat, hæc miracula fuisse, patefactam partem pudendam. Ex Plauto, cui meretrices dicuntur *diobolares, scheenicula, miracula.* Ex Varr. qui in Marcipore: *Deinde mittit virile vetrum in flumen, ostendit buccam volumnio, eodemque comicit miracula nescio qua.* Nolo esse ἀνάμεσον & ad B hanc notam, & Latinæ eruditioni Meursij adiungo locum Plat. li. 7. Polit. qui signatissimus ad rem Poetæ. Loquens enim Plato de θαυματοποιοῖς, id est, *præstigiatoribus*, ait, τὰ θαύματα δεικνύων: *ostendunt sua miracula.* Placitum quoque illustrare Arnob. qui *miraculum* accipit pro pudendo muliebri. Ita est. Nam Euseb. lib. 2. de Præpar. Euang. c. 5. narrans eandem Cereris, & Baubonis historiam, clare ait, genitalia membra ostensa Cereri à Baubone, sublata impudice veste. Quod accipit à Clemente in Protreptico, qui ait de Baubone, ἀνασείλασα τὰ αἰδοῖα, καὶ ὑπεδείκνυ τῇ θεᾷ: *pudenda aperit, & Deæ ostendit.* Sumsit Clem. ab Orpheo, citatque huius versus,

C ὃς εἰσάῤῥα πάντας ἀεσάγετο, δύῤῥε δ' πάντα
σώματ' ἀδὲ φάσπατα πάντα.

Sic dixit, tollens vestes, omnemque figuram
Corporis ostendit turpem.

Versio est Gentiani. Iunxerã ego loca ista prius, quã vidissem diligentiam Leopardi lib. 6. Emen. cap. 25.

6. VERVM VBI NVLLA DATVR, &c.] Respondent hæc, etiamsi alio concepta, illis ἡμεῖς δ' ἀσεμφέως ἐχόμεν τελέσσομεν θυμῷ. *Nos vero firmiter tenebamus forti animo.*

7. IN SESE REDIT.] Et hæc istis,

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνίαυε ὁ γέρων ὀλοφώια εἰδώς,
ἦ τότε δή μ' ὑπόπιον ἀνεμύρετο καὶ ἐρέεινεν.

Sed cum iam angustiabatur senex versutias doctus,
Tum certe me verbis interrogans allocutus est.

D 8. HOMINIS ORE LOCVTVS.] Græci proprie αὐδήσαι. Nam Eustath. notante Germ. αὐδᾶν τὸ ἀνθρώπινον λαλεῖν, φθέγγεσθαι δὲ τὸ ἁπλῶς φωνὴν ἀφιέναι. Ait ἀδᾶν esse proprie loqui humano more, & modo: cũ φθέγγεσθαι tantũ sit vocem mittere, quadreq; aliis rebus. Inde αὐδὴ & φθογγὴ, codẽ modo differũt. Inde etiam apud Homer. αὐδήεις ἄνθρωποι, & αὐδήεσσα θεαί.

9. NAM QVIS.] Quod nobis est, *quisnam*, veteribus erat, *nam quis*. Itaque particula *nam*, quæ nunc Nam quis pro quisnã.

Miracula quid signarent veteribus.

VVA. BHSC. BU 00239

[c] Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardáque palus innabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet,
[f] Quin ipsæ stupuere domus, atque intima lethi
Tartara, cœruleósque implexæ crinibus angues
Eumenides: tenuítque inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionei vento rota constitit orbis.

ARGVMENTVM.

Aperit Proteus Aristæo causſam, cur Dij irati contra illum, quia nimirum causſa fuerit mortis Eurydices vxoris Orphei. Narrat itaque mortem Eurydices, Dryadum, montium, cœnugis quæſtus, huius audaciam, qua infernos adiit, quid ibi viderit, quo ſtupore fuerint corrupti manes ad eius cantilenam.

EXPLICATIO.

[a] EXCERCENT (inquit Proteus) te ô Aristæe iræ cuiusdam Numinis. Et vide an magnum ſit illud, & ingens Numen, nam commiſſa quidem eſt magna lues tuarum apum, deletæque omnes ingenti occidione. Vis ſcire, quod iſtud Numen. Orpheus equidem. Is in te ſæuit, is pœnas ſuſcitat, maiores adhuc quam tu mereris, niſi Dij auertant. Roges, quæ cauſſa irati in te Orphei? Erat illi vxor Eurydice, ea te aliquando fugiens per ripam fluminis, currendi ſtudio hydrum non vidit latentem in herba: ab eo morſa eſt, ab eo interiit; ſed tu in cauſſa, quia cauſſa fugæ.

[b] Amplificat Proteus culpam Ariſtæi ab ingenti deſiderio, quo animata atque inanima proſecuta ſunt defunctam Eurydicen; ab luctu, & planctu omnium miſerabili. Fleuerunt (inquit) illam Dryades, quæ vna cum illa fuerant nutritæ, quæ erunt æquæuæ tantæ fœminæ, fleuerunt illam montes Thraciæ, Rhodope, & Pangæa, fleuit tota Thracia, etiamſi horrida, militaris, Martia. (Vocat Thraciam Rheſi, quia is poſtea Rex Thracum) Fleuerunt Getæ finitimi Thracibus, fleuit flumen Thraciæ Hebrus: fleuit denique Orithyia Attica quidé, ſi originem ſpectes, ſed quam Boreas rapuit, in Thraciamque tranſtulit, vnde ipſe ſpirat, duxitque in vxorem. Horum omniũ fletus in te, vt in cauſſam, redundant.

[c] Leuia omnia ſunt, ſi compares eum fletu Orphei, ad quem is dolor pertinebat præcipue. Solabatur canendo amorem ſuum & deſiderium, nullum tempus ab luctu intermittens: nam flebat luce oriente, luce abeunte. Quin etiam (vide Ariſtæe amoris ſtimulos, & faces, quas ingerit) infernos adiit, illam vt extraheret: neque terruerunt fortem amatorem formidanda omnia, quæ de his locis prædicantur. Non fauces Tænari, per quas eſt aditus anguſtiſſimus, non oſtia, quæ alta, & profunda; non locus, qui totus caligans nigra formidine, non manes ipſi, & Rex manium, qui tremendus, non demum corda, quæ nunquam manſueſcunt humanis precibus.

[d] Sed vide, quæ vis Orphei canentis. Concurrorunt ſtatim ad iſtum audiendum vmbræ ac ſimulacra inferorum, raptim omnes & agminatim, inſtar volucrum, quæ præcipites confugiunt ad ſyluam, vel nocte aduentante, vel imbre imminente. Sed quorumnam erant vmbræ illæ: omnium vtique, quos infernus complectitur: matres videl. viri, heroes, pueri, puellæ, iuuenes. Excitat obiter affectus in his ætatibus deſcribendis, quos tu Lector conſidera. Nullum enim ſexum omittit, nullam ætatem.

[c] Poſt excitatos affectus ex ætatibus, maiores adhuc excitat ex loco, in quo ſunt. Alligantur (inquit) miſeri limo Cocyti, qui niger, arundinibus, quæ deformes, palude, quæ innabilis, conſtanſque aqua marcida, & tarda, demum cohibentur ſtyge, quæ nouies in circuitum recurrit. Quænam ſpes hinc euadendi.

[f] Neque vero ſolum animæ, ſed ipſi animarum carnifices ſtupuere ad dulcem cantum. Stupuit videlicet tota illa domus, Tartara, quæ pars inferorum profundiſſima, Furiæ quibus angues ſunt in capite loco crinium. Cerberus ora continuit, quæ tria, demum ceſſauit damnatorum carnificina, atque ita conſtitit in ipſo aere rota Ixionis nullo motu agitata.

NOTÆ.

1. MAGNA LVES COMMISSA.] Explicui, vt vidiſti. Poſſit quiſpiam ita. Tu lues, ſoluesq; commiſſa, atque expiabis. Huic explicationi fauet Homer. locus iſte Odyſ. 11.

—ὁ δ' ὄϊσω
λήσειν ἐννοσίγαιον, ὅτοι κότον ἔμβεβε θυμῷ
χωόμενος, ⊕ ὅτι οἱ ἰφθὸν φίλον ὄβριμον υἱὸν ἀλάλκοις.

—*Non enim puto*
Deſiturum Neptunum, qui iram repoſuit animo,
Iratus, quia illi carum filium excæcaſti.

2. HYDRVM.] Feram, quæ Eurydicem momordit, *ſerpentem* nominat Zetzes, nam de hac re loquẽs ταύτην (εὐρυδίκην) ⊕σ' ὄφεως φασὶ δηχθέσαν. Ouid. 10. Met. *viperam* ſic ſcribens:

Cauſſa via eſt coniux, in quam calcata venenum
Vipera diffudit, creſcentesq; abſtulit annos. Supra tamen idem *ſerpentem* eſſe dixerat. Poeta ſignatius iſtis *hydrum* dixit, quia id congruentius cum ſerpente latente iuxta aquas: vel hauſit ex Calab. qui lib. 9. ita vocat ſerpentem, qui momordit Philoctetem.

—ἢ (ἰὸν) ἀπουράξασ' ὀδόντι λυγρὰς ὑδρ⊕:

Quod telum illi perniciosus hydrus impreſſit.

Accedit ad rem Maronis, dicere Nicandr. in Theriacis, ſolere Dryinam (quem ſerpentem ipſe confundit cum hydro, & chelydro) mordere ex pede, & inde venenum diffundi in corpus reliquum. Ceterum ſimilem hiſtoriam habes apud Ouid. 11. Met. de Nympha Heſperie, quæ fugiens ab Æſaco interiit morſa à ſerpente:

Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit.

Tu reliqua, tale & illud 2. Æn.

Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens.

Vide, quæ ego late ad illud 2. Ecl.

Frigidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

3. DRYADVM.] Putat Seru. ex comitatu ipſo elici,

UVA. BHSC. BU 00239

elici, Eurydicem fuisse vnam è Dryadibus. Non puto. Hoc enim tantum ad apparatum pertinet, quod illi dat Nymphas comites. Nam Ouid. 10. Met. inter Naiadas numerat:

Dum noua Naiadum turba comitata vagatur,
Occidit, in talum serpentis dente recepto. Sic & Claud. 2. Rap. Proserpinam inducit isto comitatu,

——Comitantur euntem
Naiades, & socia stipant vtrinque corona. At qui nunquam Proserpina numerata inter Naiades. (Comitatum eiusdem Proserpinæ, cum rapta est, vide in Ouid. 4. Fast.) Quid, quod postea Virg. Napæas ponit, quæ placandæ ab Aristæo ob mortem Eurydices. vt hic *equalis* de his, quæ vna nutritæ, ita Valer. 8. Arg. *Colchides, equales q, tibi Medea puellæ.* Et de comitibus Proserpinæ Ouid.

At chorus aequalis, cumulatæ flore ministræ.

4. SVPREMOS IMPLERVNT MONTES.] Eleganter ad signanda montium cacumina, sumtumque è Lucr. lib. 1.

——monteſque ſupremos
Syluiſragis vexant flabris.

5. FLERVNT RHODOPETÆ.] Ex hoc loco suum Sil. lib. 14.

Fleuerunt freta, fleuerunt Cyclopea saxa,
Et Cyanes, & Anapus, & Ortygia Arethusa.
Et Papin. 5. Theb.

Ipse ager, ipsi amnes, & muta armenta queruntur.
Et in 7. *Marcida te fractis planxerunt Ismara thyrsis,*
Te Tmolus, te Nysa ferax, Thesaq, Naxos,
Et Thebana meum turatus in Orgia Ganges. Et in 10.
Te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacænæ
Virginis, & falso gurges cantatus olore
Fleuit, Amycleis Triuia lugebere Nymphis. Aliqua his similia habes 5. Eel. in fletu Daphn. Et Claud. de ipso Orph. in Prol. l. 2. Rap.

Illius & duri fleuere silentia montes.
Lege reliqua de eodem Ouid. 11. Met.

Te mœstæ volucris Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina sæpe secutæ
Fleuerunt syluæ, positis te frondibus arbos
Tonsa comas, luxit. Et Val Flac. 4. Arg.

Fleuit Amymone, fleuerunt Messeides vndæ, &c.

Arces olim in summis montibus.

6. ARCES.] Cur non cacumina, iuga, vertices, culmina, aut quid simile? Attingit Poeta morem antiquum, qui in locis editis arces exstruebant. Inde illas Græci ἀκροπόλεις, nominant. Eadem obseruatione Val. Flac. 1 Arg.

Pangæa quod ab arce nefas ait Acole vidi. Ibid.
Carbasa Pangæa Boreas speculatus ab arce.
Et lib. 4. *Malea arce.* Ita Papin. 9. Theb. *——nimbosam caphareos arcem.*

Orithya.

7. ACTIAS.] Deltius in Furen. Sen. vers. 1163. legit *Atthias*, ab Atthide regione Attica. Reliqui docti *Actias ἀπὸ τῆς ἄκτης*, quos sequor. De qua voce dictum 2 Eel Val. 1. Arg. dixit: *Cecropiæ Orithyæ.* Plat. in Phædr. locum indicat, vbi rapta Orithyia: quo in loco aut iuxta eum locum disputatio illa de Pulcro inter Socratem & Phædrum peragitur. Et fabulam explicat de morte Orithyiæ, quæ stante Borea rupe excipit, & obiit, vnde confictum raptam illâ à Borea.

8. TE DVLCIS CONIVX, TE.] Geminationi huic plenæ dulcedinis par illa Magni Vatis:

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.
Huic videtur institisse Sid. Paneg. ad Anthem.

Te prece turicula expetiit, te fædere iunctus
Assensu, te castra tubis, te curia plausu.
Et Paneg ad Maiorian.

Te geminas Alpes, te syrtes, te mare magnum,
Te freta, te Libycas pariter domuisse cauernas.

9. SOLO IN LITTORE.] Putat. Germ. ductum hoc ab Apol. lib. 4. qui ἐρημαῖα ἐπὶ ἠιόνι. Vt etiam lib. 5. Æn. *——sola secreta Troades acta.* Tu hanc solitudinem refer ad effectum doloris Orphei, qui mortua Eutydice iam solus ipse in solo littore.

10. TE VENIENTE DIE, TE DECEDENTE CANEBAT.] Recte indicant docti, sumtum hoc ex Cinna.

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem vidit paulo post Hesperus idem.
Par locus Horat. od. 9. lib. 2.

Tu semper vrges flebilibus modis
Mysten ademptum: nec tibi vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente Solem. Per magni Fracastorij de obitu Antonij Turriani: *Nec iam posse quietis habere, aut commoda somni, Sed cedente die, sed redeunte queri.* Sed cur tacent omnes locum Lucret. libr. 2. ad quem potuit Vates alludere. Ait ille:

Nec nox vlla diem, nec noctem aurora secuta est,
Quæ non audierit mistos vagitibus ægris
Ploratus, mortis comites, & funeris atri.
Simile quid in illo Ouid.

Æneamq, animo noxq, dieq, refert, in Epist.

Tænarus est oppidũ, portus, promõtorium.

11. TÆNARIAS ETIAM FAVCES.] Est Tænarus oppidum Laconiæ, portus, promontorium: cognomina omnia, quia vicina. De oppido Pli. c. 5. l. 4. *Oppida Tænarum, Amycle, Phera, &c.* Soli. c. 12. percurrens hunc tractum: *Est & oppidum Tænarum nobili vetustate.* Incolæ dicti sunt, *Tænarite.* Ab his natum adagium, de quo lege Erasm. De portu ita Papin. lib. 2. Theb. *Interiore sinu frangentia littora curuat*
Tænarus, expositos non audens scandere fluctus:
Illic Ageo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos. Et Pausan. Lacon. *Excurrit in mare Tænarum promontorium, & infra portus Achillis.* Hoc etiam efficit historia Arionis, qui ductus à Delphino ad portum Tænarum. De promontorio, præter Pausan. quem iam legisti, Suid. *πάνυ φησὶν ἀκρωτήριον λακωνικῆς.* Meminit sæpe Plin. & Geographi Papin. 3. Theb. *Tænariumq, cacumen.* Imo rara est mentio oppidi, & portus, si compares cum mẽtione promontorij. Illud ita describit Pap. 2. Th.

Est locus Inachiæ, dixerunt Tænara gentes,
Qua formidatum Malee spumantis in auras
Ti caput, & nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex, ventiq, imbriq, serenos
Despicit & tantum fissis insidit astris.
Explicui notitiam oppidi, portus, promontorij. Tria hæc coniungit Interpres Apoll. in lib. 1. citans ista ex Pherecy. *πάναρος, ἀφ' ὃ πάναρον καλεῖται, ἢ πλοῦς, ἢ ἄκρος, ἢ ὁ λιμήν.* Pergo. Fuit in hoc loco antrum, per quod aditus erat ad inferos. Suid. post adducta verba, *ἐν ᾧ τόπῳ ἦν καταγειον εἰς ἅδου: erat ibi os deducens ad inferos.* Eurip. in Herc. *πανάρου τόμα.* Solin. c. 12. *in Laconia spiraculum est Tænaron.* Apul. lib. 6. de Tænaro, *Inibi spiraculum Ditis, & per portas hiantes monstratur iter inuium.* Virg. hic *Tænarias fauces.* Et: *alta ostia Ditis.* Ouid. 10. Met. *Tænaria porta*, Senec. in Hip. *Tænarij specus.* Et in Oct. *Tænarias fores.* Lucan. libr. 9. *apertum Tænaron vmbris.* Idem lib 6 dicit Tænaron esse confinium nostri & Acherontici mundi:

——non Tenareis sic faucibus aer
Sedit iners, mœstum mundi confine latentis,
Ac nostri.
Papin. 2. Theb.

Hoc, vt fama, loco pallentes deuius vmbras
Trames agit. Val. 1. Arg. *——semperq, patentem Tænaron.* Est hæc eius phrasis, nam ibidem postea: *Hic gemitus*

UVA. BHSC. BU 00239

germinæ aternum portæ, quarum altera dura Semper lege patens, populos Regisq; receptat. Obiter discs à tot magistris, qui res ista offerenda. Videlicet, *Tanarios, spiraculum, fauces, ster mnium, porta, fores, specus, confinium Acheruntis, trames deum, semper patent apertus umbris, &c.* Nam hoc solum animo coniunxi Poetas, vt ex horum collatione enitescat tuus labor.

12. CALIGANTEM NIGRA FORMIDINE LVCVM.] Hoc ita reddidit Val. 2. Arg. *mœsti stetêrant formidine luci.* Et lib. 3. *aruaque nigro Vastia meu.* Eurip. βοὸς μέλαναν ὁρφνῖον. Orpheus in Argon. σκοτίῳ ὁδῷ.

Orphei ad inferos ingressus.

13. INGRESSVS.] Descensum hunc Orphei ad inferos, ipse in primis Orph. in Arg. ita describit:

πάντφον ἠνίκ' ἐδυ σκοτίῳ ὁδὸν ἀΐδ' ὀίσω,
ἡμετέρη πάτῃσιν κιθαρὴν ἰδ' ἐφορ' ἀλόχοιο.
Tristia Tanary petiit penetralia regni
Confisus citharæ, uxorisque coactus amore.

Ouid. 10. Met.

Ad Styga Tanaria est ausus descendere porta,
Perque leues populos, simulacraque functa sepulcro
Pe sephonem adiit, inamœnaque regna tenentem
Vmbrarum dominum. Sed nemo æquat Virgilium in exprimenda hac audacia Orphei. Sententiam eius iam expendi, cum explicui. Est apud Ath. lib. 13. descriptus iste Orphei descensus ad inferos ab Hermesianacte. Versus non exhibeo, quia multi. Ibi vxorem Orphei vocat Agriopen, non Eurydicen. Scripsisse hoc idem Mimnermus citatur. Similem porro descensum celebrant Poetæ in Hercule Theseo, aliisque. Habes etiam huius rei exemplum apud Herodotum libr. 2. apud quem Ægyptij Rex Rampsinitus viuus it ad inferos, & ludit cum Cerere.

Plutonis varię periphrastices.

14. REGEMQVE TREMENDAM.] Periphrastice Plutonem intelligit, sicut per ista, *Stygio Regi. Iouis Stygio, Stygij fratris.* Hæc omnia Virgilij sunt variis locis. Hom. 1. Il. ita circũscribit, ζωὸς κατὰ χθονὸς, *terrestris Iupiter.* Pind. od. 1. Nemeor. ζωὸς αἰτναῖος, *Iouis Ætnæi.* Ouid. 10. Met. *vmbrarum dominum.* Sen. in Fur. *mortis arbiter, mortis dominus.* Et in Oedip. *Tenebrarum potens. Rector vmbrarum.* Et in Hipp. *Regni tenacis dominus, & taciturnæ Stygis.* Mar. lib. 7. epigr. 46. *taciti regnator Auerni.* Pap. 11. Theb. *auidus regnator, Tartareus rector.* Et 2. Achil. *Elysij tyranni.*

Inferi immites, & inmisericordes.

15. NESCIAQVE HVMANIS PRECIBVS MANSVESCERE CORDA.] Conuicium hoc de Inferis, Plutone, Manibus, iactatum aliis. Hesiod. in Theog. de Pluton. πικρὸς ἦτορ ἔχων. *habens inmite cor.* Poeta quispiam apud Athen. lib. 13. loquens de re ipsa & historia Orphei, ἀτερπέα χῶρον, dixit Horat. od. 3. lib. 2. *victima nil miserantis Orci.* Et lib. 2. Epist. *Orcus — non exorabilis auro.* Virgil. infra: *immitis Tyrannus.* Claud. 1. Rap. *indocilis flecti*, de Plut. contingit Ger. ita ex Epig. ἀΐδ' ὠμὸν δ' ὑπάκουστον, ἄπονον, ἀμείλικτον, ἀπήλιτον, ἀνήκοον, ἀδάκρυτον. Plutonem *imper suasibilem, sine flexibilem, implacabilem, immisericordem, inflexibilem, illacrymabilem.* Extremum in Hor. est od. 14. lib. 2. *amice places illacrymabilem Plutona tauris.* Seneca in Furen. *difficiles Dei.* Et: *immites vmbrarum dominos.* Nominant Græci hos Deos, θεὺς ἀμείλιχος (ait Germ.) ἢ ἀπαραίτητος ἢ ὑπαραίτητος. Putat idem Virgilianum hoc sumtum ex illo Platonis, θεοὶ πᾶσῃ τῇ δίκῃ πανταπάσιν ἀπαραίτητοι, *Dij prater omnem iustitiam indeprecabiles.* Ab nostro Sil. lib. 10. — *mansuescere corda*

Nescia (proh superi) & nil non immite parata
Gens Italum pro laude pati.

Et Claudian. 2. Ruff.

— *humano nescit mansuescere cultu.*

Orphæi gesta.

16. AT CANTV COMMOTAE.] Hermesianax apud Athen. παντοίης δ' ἐξανύσασα θύης, *Omnigenos percolit ille Deos.* Iterum,

ἐνθα δοιδήων μεγάλως ἀνέτησιν ἄναξεν
ἀγεσιπόλιν μαλακὴν πνεύμα λαβὼν Βιότα.
Cantando hic magnis persuasit Regibus idem,
Vt vitæ innadat spiritus Agriopen. Sen. in Oet.

Carmen tartara flebili,
Et tristes Erebi Deos
Mouit, nec timuit Stygis
Iuratos Superis lacus. Oui. 10. Met. paulo fusius:

Tum primum lacrymas victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas, nec Regia coniux
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicemque vocant.

Seneca iterum in Furen.

Mulcet non solitis vocibus inferos,
Et surdis resonat clarius in locis. Et postea,
Desient & lacrymis difficiles Dei. Et:
Tandem, mortis ait, vincimur arbiter:
Euade ad superos.

17. EREBI DE SEDIBVS IMIS.] Signate, *imis*, nam Erebus est profunda pars inferorum Seruio, & Pompon. Sabi. Inde alibi: *imas Erebi descendit ad umbras.* Aliquid ad hanc rem Festus.

18. VMBRÆ.] Distinguit hic inter vmbras, & simulacra ex doctrina veterum, qui distinguebant εἴδωλον, σκιὰν, σῶμα, ψυχὴν, *idolum, umbram, corpus, animam.* De hac re alibi late.

19. SIMVLACRAQVE LVCE CARENTVM.] Ex Lucr. lib. 3. — *cum sæpe figuras*
Contuimur miras, simulacraq; luce carentum.

Supra Virg. — *tum corpora luce carentum*
Exportant tectis.

Vide vero flexum: *Vmbræ tenues, simulacra luce carentum*, in 6. *tenues vitæ.* Ennius in Hecub. *imagines mortuorum.*

20. QVAM MVLTA IN SYLVIS.] Eadem comparatio est 6. Æn. ad explicandam hanc animarum multitudinem:

— *aut ad terram gurgite ab alto*
Quam multæ glomerantur aues: vbi frigidus annus
Trans Pontum fugat, & terris immitis aprico.

Homer. Odyss. 24. procorum animas ductas ad inferos comparat cum vespertilionibus.

ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
τρίζουσι πτερόεντα.
Sicut autem quando vespertiliones secessu antri magni
Strepentes volant, &c.

Claud. 2. Rap. ita exornat hunc locum:

Conueniunt animæ, quantas truculentior Auster
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas.

Adi dictum locum Æn.

21. MATRES, ATQVE VIRI.] Hi versus ducti ex Hom. 11. Odyss.

ψυχαὶ δ' ὑξ ἐρίκλων νεκύων κατατεθνειώτων,
νύμφαι τ' ἠιθέοι τε, πολυπτήοιτε γέροντες,
παρθενικαί τ' ἄτλητα νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι.
Animæ ex Erebo manium defunctorum,
Sponsæque iuuenésque, & multa passi senes,
Virgunculaque tenelle, quibus nouus in animo luctus.

22. DEFORMIS ARVNDO.] Dicitur hoc ex nota illa: qua & fluuij, & Dij fluuiorum inducuntur à Poetis coronati arundine, quod alibi illustro. Sed de Styge signate Proper. lib. 2.

Nam licet & Stygia fœdeat sub arundine remex,
Cernat & infernæ tristia vela ratis.

Et Hermesianax apud Athen. lib. 13. loquens de hac ipsa historia Orphei,

κἰμὴν δ' ὅτε μακρὸν ἄϋτεῖ
ἑρέβεος ἐκ μεγάλων ῥυομένῳ δουράκων:

Stagni

UVA. BHSC. BU 00239

Stagni longe insonat vnda,
Quæ fluit è magnis garrula arundinibus.

Versio est Natal. Pessime *garrula*. Vt vero hic infernorum arundo *deformis*, ita Claud. 1. Rap. *informes, plagas*. Vterque notat, carere loca illa pulcritudine & speciositate. Ibi enim ita est rerum forma, vt nulla sit forma, sed turbata omnia.

Innabilisvnda inferorũ. 23. INNABILIS VNDA.] Duplex explicatio. Vel irremeabilis: nam qui semel eo admissi, redire in vitam nequeunt, nec gradum retrocare: vel tantum est negatio quædam, ad eum modum, quo Oui. dixit 1. Met. de prima rerum confusione:

Quæque erat & tellus, illic & Pontus, & aer.
Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens aer, nulli sua forma manebat. Ita Virg. B
dixit 10. Æn. *languentis pelagi*. Et Horat. od. 14. lib. 2. —*flumine languido Cocytus*. Hic enim aquarum languor adimit potestatem natandi. Sunt tamen, qui in Virg. legant. *inamabilis vnda*. Id est ἀϊδεγὸς Θ, ad eũ modum, quo Ouid. de his locis dixit 4. Met. *inamabile regnum*. Et 10. —*inamœnaq; regna tenentem vmbrarum dominum*. Et de Cocyto, & Phlegetonte Claud. 2. Ruff. *inamœnus vterque Aueus*. Et Papin. 1. Theb. *inamœnum Cocytum*. Qua forma Nazianz. orat. 1. contra Iul. de hyeme dixit, ἀτερπῆ χειμῶνι.

Styx. 24. STYX INTERFVSA.] Hinc Claud. 1. Rap. *-quos Styx liuentibus ambit Interfusa vadis*. Pap. 2. Th. *-Styx inde nouis circumflua campis, Hinc ob recta vias* C
torrentum incendia eludunt. Plat. in Phædon. de fluuio inferorum, κωκυτῷ ἀκεανὸν περιουσιν in gyrum, sed de hoc loco in 6. latius. Quod autem Virg. *alligat, coercet*. Et Claud. *ambit*. Horat. dixit *compescuit*, od. 14. li. 2. nam de Pluton. —*Tityonque tristi Compescit vna*. Pap. *obstat*, lib. 4. *Et Styx diuersis interflua manibus obstat*. Et in 2. *implicat*, etiamsi de alio amne: *Et quos Callirhoe nouies errantibus vndis Implicat*.

25. IMPLEXÆ.] Sic legunt plures, quos sequor. Itaque reddit Græcorum ἐμπεπλεγμένας, id est, implicitæ, innexæ, intortæ. Quidam malunt *impexa* ex illo Tib. *Tisiphonéque impexa feror pro crinibus angues*. Sed quid si in Tibul. *implexa* legi debeat ad imitationem Virg. Hoc prius scripseram, quam vidissem D
ita placitum Fruterio de Tibul. loco. Tu lege Notam Gifan. in Coll. ad Lucr. de voce *plexus*.

Cerberus. 26. INHIANS CERBERVS.] Ex hoc loco Apul. lib. 4. Asi. *Iam faucibus ipsis hiantis Cerberi reluctabat*. Et lib. 5. ex correctione Coluij: *hiantibus oblatrans faucib.* Sed vt Cerberum silentem inducit, ita ad loquen-

A tem Pluton. Claud. 1. Rap. —*latratum triplicem compescuit ingens Ianitor*. De eodem cane Hor. od. 13. l. 2. —*carminibus stupens Demisit atras bellua centiceps Aures*. Et od. 11. lib. 13. *Cessit immanis tibi blandienti Ianitor aulæ*
Cerberus, quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter, saniesque manet
Ore trilingui.

27. ROTA CONSTITIT.] Ad locum istum de cessatione pœnarum, quæ in inferno sunt, aspirarunt multi. Ouid. 10. Met.

Talia dicentem nerusque ad verba mouentem
Exsangues flebant animæ, nec Tantalus vndam
Captauit refugam, stupuitque Ixionis orbis.

Subiicit multa Seneca in Oet.

Hæsit non stabilis rota
Victo languida turbine.
Increuit Tityi iecur,
Dum cantus volucres tenet.

Tu reliqua. Prudent. Hym. 5. Cathem.

Marcent supplicijs tartarea munera,
Exsultatque sui carceris otio
Vmbrarum populus liber ab ignibus,
Nec feruens soluto flumina sulphure.

Et supra dixerat:

Sunt & spiritibus sæpe nocentibus
Pœnarum celebres sub Styge feriæ,
Illa nocte, sacer qua rediit Deus
Stagnis ad Superos ex acheronticis.

Locum hunc longissime persequitur Claud. libr. 2. Rap. celebrans nuptias Plut. & Proserpin.

Pallida lætatur regio, genteque sepultæ
Luxuriant: epulisque vacant genialibus vmbræ.
Grata coronati peragunt conuiuia manes.

Quæ restant, sunt multa. Lege. Inter reliquos lætantes, etiam Ixionem ita inducit:

Non rota sublimem præceps Ixiona torquet.

Non abhorrent illa eiusdem 1. Rap.

—*presso lacrymarum fonte resedit*
Cocytus, tacitisque Acheron obmutuit vndis,
Et Phlegetonteæ requierunt murmura ripæ.

Eodem pertinent versus Hor. cum respectu ad Orpheum, etiamsi loquatur cum Mercurio:

Quin & Ixion, Tityosque vultu
Risit inuito, stetit vrna paulum
Sicca, dum grato Danaï puellas
Carmine mulces.

485 [a] Iamque pedem referens casus euaserat omnes,
Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras
Pone sequens (namque hanc dederat Proserpina legem)
[b] Cùm subita incautum dementia cœpit amantem,
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.
490 Restitit, Euridicémque suam iam luce sub ipsa
Immemor, heu, victúsque animi respexit. ibi omnis
Effusus labor, atque immitis rupta tyranni
Fœdera: térque fragor stagnis auditus Auernis.
[c] Illa, quis & me (inquit) miseram, & te perdidit Orpheus?
495 Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocant, condítque natantia lumina somnus.
Iámque vale: feror ingenti circumdata nocte,
Inualidásque tibi tendens, heu non tua, palmas.
[d] Dixit. & ex oculis subito, ceu fumus in auras

Com

UVA. BHSC. BU 00239

Commistus tenues, fugit diuersa: neque illum
Prensantem nequicquam vmbras, & multa volentem
Dicere præterea vidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.

ARGVMENTVM.

Ducit secum Orpheus Eurydicem, sed hac lege, ne illam in via respiciat. Legem frangit, vxor abripitur, hac ad virum queritur, vult ille iterum euocare, non sinit Charon excluso aditu.

EXPLICATIO.

a NARRAT vti Orpheus voti iam compos, accepta optatissima vxore, iter ad viuos capessere, illam semper passu præcedens, iuxta legē Proserpinæ, quæ fœminam in via subsequi iusserat, virum præire, neque illam respectare.

b Sed ecce ille imperij Proserpinæ impatiens, victúsque amore, subito in via restitit, caput conuertit, suam vidit. Et hoc, cum iam pene esset in exitu viæ, nam hoc est, *sub ipsa luce*, & ideo *immemor*, quia post multum itineris. Fuit leue hoc crimen, & ignoscendum, si manes scirēt ignoscere. Sed quia nesciunt, statim illa rapitur, rupto iam fœdere: susceptus labor, inanis redditur: ac dum abripitur, ter auditur Inferorum fragor exsultabundus ob repetitam prædam.

c Adhibet Poeta, quæ diceret rapta Eutydice. O me miseram, ô te miserum: me perdis Orpheu, te perdis. Quis hic intemperans amoris furor? cur me respicis? Iterum abripior, iterum morior. O vale Orpheu. Nox me circumdat. Tendo ad te palmas nihil profuturas, non iam tua vxor, sed rapina inferni. Illud *conditique natantia lumina somnus*, est: mors condit oculos sopitos madentésque, atque humore suffusos, videntur enim natare oculi, vbi subita vi ingruente turbātur. Nam quemadmodum qui natant, iam latent sub vndis, iam emergunt: sic in morte videtur lux oculorum errare, nec firma consistere.

d Hæc vt dixit, imo vix dixit, subito abripitur, atque instar fumi disparet diuersa, id est, per diuersa; vt Setuius explicat: vel diuersa, id est, auertens, diuertēnsque se; vt tu potes. Pergit. Voluit ille suam alloqui, sed nihil vidit præter vmbras. Aggressus est iterum ad manes irrumpere precaturas pro vxore, sed Charon vetuit.

NOTÆ.

1. REDDITAQVE EVRYDICE.] Ita creditum à Poetis, Virgilio hic, & Seneca in Furente, cum ait de vera Eurydice: *Enade ad Superos.* Ouidio 10. Met. *Hanc Rhodopeius accipit Orpheus*, id est, Eurydicem. Boetio 3. de Consol.

Tandem vincimur arbiter
Vmbrarum miserans, ait,
Donemus comitem viro
Emtam carmine coniugem.

Demum aliis. At non Platoni, qui in Conuiuio. ἀφεῖσι δ' ἀπ' Ἅιδου τελευτῶντας οὐκ ἔτι ἄδοντα φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ' ὃν ἐκῶν ἦκεν, αὐτὸν δ' οὐ δόντες: Orphei filium voti impotē emiserunt ex inferis, neque enim vxorem, cuius gratia descenderat, restituere, sed illius phantasma monstrarunt. Ex verbis Platonis lucem capit Hor. od. 14. l. 1. qui de hac re loquens, *vanæ imagini* A dixit, intelligens omnino εἴδωλον.

2. SVPERAS.] Dicuntur *Superi* mortales ipsi cum relatione ad Inferos. Ex nostris non probo, quia id certum. Tantum adduco verba Hieronymi Ep. 59. ad Auitum, qui hanc gentium locutionem attigit: *Quibus dictis nituntur approbare, & firmamentum, id est, cœlum, ad comparationem superioris cœli esse inferos; & hanc terram quam incolimus, collatione firmamenti, inferos appellari; & rursum ad comparationem inferorum, quis subter nos sunt, nos cœlum dici; vt, quod aliis infernus est, aliis cœlum sit.* Superi, etiā homines.

3. NAMQVE HANC DEDERAT PROSERPINA LEGEM.] Fuit veteribus hic mos, potius superstitio, ne quis discedens, locum retro respiceret, B ex quo calamitosum quidpiam portenderetur: ne videlicet, quæ tristia essent reuocarentur in memoriā, nam hoc ipsum ponebant mali ominis loco. Hanc rem docent me Apollonius, & Valerius, vterque 3. Arg. Apud priorem ita præcipitur post peracta sacra magica. Superstitio veterum.

ἀλλ' ἀπὸ πυρκαϊῆς ἀναχάζεο, μηδὲ σὺ δὴ τὸ
γε πολλὸν ὄπιθεν μετατρεφθείσα ὀπίσσω,
μὴ κυνῶν ὑλακὴν, μή πως τὰ ἕκαστα κελεύσῃ.

Rursus abire pyra moneo, conuertere nullus
Te retro strepitusue pedum, fremitusue canimus
Cogat: nam sacri fiet labor irritus omnis.

Apud posteriorem post violata iura hospitij amenti errore, & atroces cædes, peractaque sacra ad expiationem cædium: C

Continuo puppem petere, & considere transtris
Imperat Ampycides, nec visum vertere terra.

Ab hac superstitione non abeunt, quæ mihi fuse dicta 8. Ecl. ad illud, *ne respexeris*. Ergo, Virgilius vulgarem superstitionem transtulit ad legem Inferorum. Hanc probauit infelix exitus, nam respectionem Orphei secuta est ablatio vxoris. Par ferme lex illa Inferorum de Proserpina matri non reddita, tantum quia soluisset ieiunium. Erant ista Ethnicorum mysteria, potius insaniæ. Ceterum locum ita tractat Seneca in Fur.

Tandem mortis, ait, vincimur arbiter:
Enade ad superos, lege tamen data:
Tu post tergа tui perge viri comes,
Tu non ante tuam respice coniugem.
Quam cum clara Deos obiuerit dies,
Spartanique aderit ianua Tenari.

Et Ouid. 10. Met.

Hanc simul & legem Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retro sua lumina, donec auernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.

4. IGNOSCENDA QVIDEM.] Eurip. in Androm. dixit. συγγνωστὰ μὲν ἔστι τάδε. Et de ipso Orpheo in Culice; D

Oscula cara petens, rupisti iussa Deorum.
Digmus amor venia, paruum si tartara vellent
Peccatum ignouisse. E

Vide Horatij oden 24. lib. 1. quæ scribitur ad Virgilium cum allusione ad historiam Orphei.

5. IAM LVCE SVB IPSA.] Virg. ita signat exitū pene viæ: Ouid. vero: *Nec procul abfuerant telluris margine supræ.*

6. VICTVSQVE ANIMI.] Hac forma alij. Claud. 1. Ruff. *Ergo animi victus.* Et 2. in Eutrop. *exiguus animi.* Victus animi.

VVA. BHSC. BU 00239

mi. Ita: *Lætus laborum, egregiúm morum, expertus belli, falsus animi.* Et multa huiusmodi. Sed sciant adolescentes hanc formam esse mere Græcorum. Arist. enim lib. 11. Ethic. pro iracundo dixit, ἀκρατὴς θυμοῦ. Tu hic expende, quot fulcra adiungat Poeta excusans rem Orphei. Quasi dicat. Victus est: sed quid mirũ, cœpit illum *dementia*, & hæc *subita*. quę vero cœpit? *amatem*, & hunc *incautum*. Deinde *immemor* fuit. Respexit vero *suam*, & hoc non statim, diu enim tolerauit, nam respexit illam *sub ipsa luce*, cum videlicet iam ferme esset in exitu. Ergo tametsi *victus* est, illi res fuit *ignoscenda*. Hinc iam tibi Lector sordebit Seneca, nitidus, si Virgilius abesset:

Odit versus amor, nec patitur moras:
Munus, dum properat cernere, perdidit.

Sordebit Ouid.

Hic, ne deficeret, metuens, auidíque videndi
Flexit amans oculos.

Istorum enim affectus nequaquam conferendi cum Virgilianis, nec numero, nec vigore?

7. IBI OMNIS EFFVSVS LABOR.] Ouid. ita rem hanc:

—*& protinus illa relapsa est,*
Bracchiaque intendens, prendaque & prendere captans
Nil nisi cedentes infelix arripit auras.

Seneca in Oet.

Sed dum respicit immemor,
Nec credens sibi redditam
Orpheus Eurydicen sequis
Cantus præmia perdidit.

8. TYRANNI.] Ita etiam Plutonem nominat Claud. 1. Rap.

—*tremefacta silent dicente Tyranno Atria.*

9. TERQVE FRAGOR STAGNIS AVDITVS AVERNIS.] Refert hoc Seruius ad lætitiam vmbrarum ob reditum Eurydices. Adducitque Lucanum, qui de Orpheo, & de hoc strepitu, redeunte Eurydice, ait:

—*gaudent à luce relictam*
Eurydicen iterum sperantes Orphea manes?

Natantes oculi.

10. CONDITQVE NATANTIA LVMINA SOMNVS.] Dictum hoc, quia statim mors in ipsis apparet. Partem enim corporis principem horror ille inuadit. Simonides apud Stob.

σῶμα δ' ἐν κεκύεσιτο ϗ σθένος· ὀστε κατέρρει·

Silentium mortuos occupat, ac tenebræ in oculos desinũt. Poeta rem mire expressit per *natantia lumina*. Vide, vt explicui. Sumsi explicationẽ à Lucretio, qui non alio sensu dixit lib. 3. loquens de ebriis:

—*tardescit lingua, madet mens,*
Nant oculi, clamor, singultus, iurgia gliscunt.

Virgilium æmulati sunt multi, delectati eo attributo, vt qui proprius admodum. Pap. 2. Theb.

—*ille oculos etiam num in luce natantes*
Sistit, & aspecta germani morte, resoluit.

Albinouan. de morte Drusi:

Lumina cærulea, iam iamque natantia nocte.

Ouid. 5. Met.

Iam moriens oculis sub nocte natantibus atra.

Sil. lib. 2.

Membra leuat, paruãque oculos iam luce natantes
Irrorat lacrymis.

Idem lib. 10. veluti explicans, quid sit *natare oculos* in morte, dixit:

Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit.

Pari lepore ad genas transtulit Papin. 5. Sylu.

—*iam iamque natantes*
Exercere genas, dulcésque accersere somnos.

Et ad ebrietatem Ouid. 6. Fast.

Nox erat, & vinis oculique, animique natabant.

11. IAMQVE VALE, FERO RINGENTI CIRCVMDATA NOCTE.] Putatut hic versus cõuersus in Eur. in Phœn. vbi Polynices agens animam, ita loquitur ad matrem, & sororem, ϗ χαίρετ', ἤδη γὰρ με σκότος λαμβάνει σκότ⊙· *valete iam, me circumdat tenebræ.* Ouid. rem Virgilij ita:

Supremúmque vale, quod iam vix auribus ille
Acciperet, dixit: reuocat atque resumit eodem est.

Vt vero Nostet *noctem* pro tenebris, quæ suboriuntur in oculis morientium, ita Calab. lib. 3.

—ἀμφὶ δέ μιν νὺξ μάφθεν.

12. INVALIDAS, &c.] Putat Germ. huic versui respondere illos Propert. lib. 1.

Sum cupidus falsis attingere gaudia palmis,
Thessalis antiquam venerat vmbra domum.

13. CEV FVMVS IN AVRAS.] Aut ex Hom. qui 23. Il. de anima Patrocli,

—ψυχὴ ϗ κὴρ ὣδε ἤϋτε καπνὸς
ὤχετο τετριγυῖα.

—*Anima autem sub terram veluti fumus*
Abiit stridens.

Quæ verba etiam sunt apud Platon. 3. Polit. Aut ex Lucretio, qui lib. 3.

—*ceu fumus in altas aëris auras*

Quam locutionem ibidem ita variat:

Spiritus diffugit in auras. Et,
Fumus discedit in auras.

Homerum superat Virgilius.

Sed redeo ad Homerum. Censet Scal. efficacius dici *fugit*, quam *abiit*. Reprehendit etiam in Græco illud στρίζον. Quia istud nullo iure de mortuis, sicuti neque clamor, vnde & Poeta in 6. ex philosophię veritate, *clamor frustratur hiantes*. Neque vero hoc pugnat contra ea, quæ ego alibi. Nam animabus stridor, vox, aut clamor datur, cum apparent sub aliquo simulacro corporis: non cum ipsa tantum anima, qualem Homerus inducit in adducto loco. Aperit Germ. locum Platonis in Phœdone loquentis de anima, simillimum Poetæ. δῦναι ἀπολλαπομένην τὸ σῶμα τ⊙, ϗ ἐκλιπόντα ὥσπερ σκῦλα, ἢ κάμνοντι διακεκαυκότα ϗ ἴσχηται διαπαμένην, ϗ ἅ δὴ ἐπ' ἀδικίᾳ ἦ· *statimque seiuncta a corpore dissoluatur, atque egrediens quasi ventus aut fumus dissipetur, atque euaneat, neque vsquam vlterius omnino sit aliquid.*

14. PORTITOR ORCI.] Ita à Lucano 6. Charon vocatur: *--flagrantis portitor vndæ.* Et à Pap. 12. Theb. *Lethei portitor amnis.* Et ab Albinouano ad Liuiam. *auarus portitor.*

15. AMPLIVS OBIECTAM PASSVS, &c.] Sidon. Apol. Epithal. Polem. ita libat hunc locum:

Tenaron hic frustra, bis rapta coniuge, pulsat
Thorax fidibus, legem postquam temerauit Auerni.

Obseruat hic Seru. dici mystice à Poeta, vetitũ Orpheo aditum ad Inferos iterum, quia videlicet non licebat bis eandem vmbram euocari. Consonat Lucan. lib. 6. apud quem maga Erichtho homini ita promittit,

—*vera locutum*
Immunem toto mundi præstabimus exu
Artibus Æmonis: tali tua membra sepulcro,
Talibus exuram Stygio cum carmine syluis,
Vt nullos cantata magos exaudiat vmbra.
Sit tanti vixisse iterum: nec verba, nec herba
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes,
A me morte data?

[a] Quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?
505 Quo fletu manes, qua Numina voce moueret?

[b] Illa

VVA. BHSC. BU 00239

[b] Illa quidem Stygia nabat iam frigida Cymba.
[c] Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
Rupe ſub aëria, deſerti ad Strymonis vndam
Fleuiſſe, & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
[d] Qualis populea mœrens Philomela ſub vmbra
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit. at illa
Flet noctem, ramóque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus implet.
[e] Nulla Venus, nulliſque animum flexere Hymenæi.
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualem,
Arua que Riphæis nunquam viduata pruinis
Luſtrabat, raptam Eurydicen, atque irrita Ditis
Dona querens. [f] Spretæ Ciconum quo munere matres
Inter ſacra Deum, nocturnaque Orgia Bacchi
Diſcerptum late iuuenem ſparſere per agros.
Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipſa, & frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
[g] Hæc Proteus, & ſe iactu dedit æquor in altum:
Quaque dedit, ſpumantem vndam ſub vertice torſit.

ARGVMENTVM.

Hæret, doléque Orpheus ad malum ſubitum, deflet illam ſeptem continuos menſes, inſtar luſciniæ, cui pulli abrepti. Reſpuit omnes nuptias, tranſigit vitam ſolus in montibus, reuocans ſemper in animum omnes Eurydices memoriam. Dolent fœminæ deſpici ſe à Vate, irruunt in illum, lacerant, ſpargunt corpus per agros, caput in fluuiũ coniiciunt. Caſum caput Eurydicen loquitur, quod etiam nomen & ripæ ipſæ, & fluuius inſonant.

EXPLICATIO.

[a] NIHIL poterat Orpheo acerbius contingere, quam quæ narrata hactenus. Ergo in tanta rerum calamitate, quid faceret, quo ſe ferret, bis rapta Eurydice? Quos nouos fletus, quas nouas querelas excogitaret ad mouendos immites Deos?

[b] Dum hæret Orpheus, & dubitat, quid faciat; iam vxor frigida, id eſt, mortua trahebat paludem Stygiam.

[c] Dicit Orpheum, totum ſe ad pœnitentiam & luctum conuertiſſe, vt qui culpa ſua vxorem amiſerat. Verſatus eſt ſeptem menſes continuos (nam hoc eſt, *ex ordine*) ſub rupe quapiam aëria (id eſt, in alto ſita.) Erat vero hæc rupes ad vndam Strymonis fluuij Thraciæ. Ergo in antris huius rupis, ad hanc vndam fleuit per eos menſes, euoluitque animo & cithara hæc, quæ paſſus fuerat: ad cuius cantum excipiendum acceſſere feræ delinitæ, quereus cõmotæ.

[d] Sequitur egregia comparatio. Contingit, vti ruſticus fœtus adhuc implumes detrahat Philomelæ. Illa tum ramo inſidens amiſſos pulſos queritur, flet noctem integram, renouat ſæpe carmen miſerabile, loca omnia querelis complet. Talé finge Orpheum.

[e] In hoc luctu nullis iam Veneris illecebris capiebatur, nullius nuptias optabat, mortua Eurydice, verus & fidus amans. ſolus errabat per loca plena glacie, niuibus, pruinis. Nam luſtrabat montes Hyperboreos, fluuium Tanain, arua Riphæa, in quibus perpetua glacies, niues, pruinæ. Per hæc loca Eurydicen inſonabat, quæ abrepta Plutonis fœdera, quæ irrita.

[f] Illum ſuauiſſime canentem, atque illectantem ſuo carmine animata omnia, atque inania, amarunt (vt par erat) fœminæ Ciconum: ille omnes ſpreuit: iſtæ indignatæ, dum peraguntur cum ſtrepitu Bacchi Orgia, in Vatem irruunt, diſcerpunt, ſpargunt per agros mẽbra lacera, caput in Hebrum fluuium: hoc dum per vndas portatur, lingua ipſa iam frigida Eurydicen ſæpe inclamat: nomen ripæ excipiunt, ac docta à Vate Eurydicen frequentiſſime inſonant; nihilque aliud, quam Eurydice, audiebatur ab ipſo capite, ab ripis, ab flumine. An tu quicquã Lector aut dulcius, aut luctuoſius hac pagina? Vere Maro Poetarũ Princeps. Quæ hæc rerum imago? Hinc Orpheus ſub rupe flet ad aquarum fluxus, feras mouet, ſyluas agit, mulcet ſaxa: inde Philomela ramo inſidet plena gemituum, fletuum, carminum, querelarum. Vates rurſus loca peragrat glacie horrida, niue obſita, pruinis plena. Qui in his luctibus ex pœnitẽtia recreandus, ſubito occiditur, tragicum quiddam ſpirantibus carminibus: laceratur, diſcerpitur, membra agris dantur, caput fluuio: vbi exoritur nouum πάθος, & nulli hactenus auditum, de lingua, amne, ripis, inclamãtibus vnam Eurydicem, quam ille dilexerat. ac dulce hoc nomen ſæpe ſubinde inſonantibus.

UVA. BHSC. BU 00239

g Absoluto oraculo, Proteus in mare desiliit, & A qua desiliit aquam torsit, excitauitque spumam sub vertice, id est, sub capite. Aliter & melius in Nota vltima.

NOTÆ.

1. QVID FACERET?] Expendit hunc locum, & similia Scaliger lib. 3. Poet. cap. 27. Nam in Virgilio iam est simplex interrogatio: *quid primum deserta querar?* Iam interrogationi admiratio coniungatur,

—quem primum, quem postremum astera Virgo
Deiicis?

Iam dubitatio vt in hoc loco?

2. BIS RAPTA.] Hoc Ouid. 10. Metam. *gemina* B *nece*, dixit. Et 4. Trist. 1. El. *bis amissa coniuge.*

3. SEPTEM.] Ita auget Poeta calamitatem, quam describit. Bene itaque Macrob. cap. 3. lib. 4. *Orpheus miserabilis ex longo dolore.* Non dissidet ab hoc loco pœnitentia Cereris propter raptam filiam, de qua Ouid. 4. Fast.

Sub Ioue durauit multis immota diebus
Et Luna patiens, & pluuialis aqua?

4. AD STRYMONIS VNDAM.] Ouid. ad ipsas ripas fluuij inferorum constituit:

Orantem, frustraque iterum transire volentem
Portitor arcuerat: septem tamen ille diebus
Squalidus in ripa Cereris sine munere sedit:
Cura, dolorque animi, lacrymæque alimenta fuere.
Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam
Se recipit Rhodopen, &c. Papin. 5. Syl. Virgilium sequitur:

—qualis conspecta coniuge segnis
Odrysius vates, postiis ad Strymona plectris
Obstupuit tristemque rogum sine carmine fleuit.

Seneca in Oet. hunc fletum ad Getas constituit:

Tunc solamina canibus
Querens flebilibus modis,
Hæc Orpheus cecinit Getis.

Euoluo verbum Vatum. 5. EVOLVISSE.] Recte. Hoc enim verbum vatum est, & canentium. Papin. illo ausi picatur Thebaidem suam:

Fraternas acies, alternaque regna profanis
Decertata odiis, sontesque euoluere Thebas
Pierius menti calor incidit.

Catul. de Coma Berenices:

Condita quin etiam pectoris euoluam.

Claudian. Paneg. 1. Stil.

Tantarum ipserem cumulos aduoluere rerum.

Vbi ex coniectura lego *euoluere*, & imitatione Virgilij. Ouid. 2. Trist.

Nec tamen est facinus versus euoluere molles?

Orphei miracula duodecim capitibus discriminata. 6. MVLCENTEM TIGRES, ET AGENTEM CARMINE QVERCVS.] Quæ præcesserunt, quæ sequuntur, & ea, in quibus nunc sum, omnia ad Orpheum pertinent. Non itaque præter rem erit fusius persequi eius miracula, etiamsi Poeta tantum feras, & arbores inducat. Roges, quæ vtilitas? magna ô iuuenis ex comparatione locorum inter se. Deinde tibi allucebunt verba innumera, non solum *mulceo.* & *ago*, quibus efferas res Orphei. Tertio hoc Poeta attingit, nihil extra illum vagor.

Ergo mouit Orpheus sua cithara & cantilena Homines, Deos, Astra, Fluuios, Mare, Ventos, Arbores, Volucres, Animalia, Lapides, Montes, Inferos, Homines. Calpur. 2. Ecl.

Conuenit umbrosa quicunque sub ilice lentus
Pascit oues.

Plato in Protagora, ait Protagoram ipsum homines cantu & eloquentia demulsisse, ὥσπερ ὀρφεὺς. Deos. Cassiod. Epist. 40. lib. 2. *Illo cantate amauerum sicca Tritones terras, Galatea lusit in solidis.* Calp.

—Faunisque pater, Satyrique bicornes
Adfuerunt: sicco Dryades pede, Naiades vdo. Silius lib. 11. *Auditus Superis, auditus manibus Orpheus.* Et infra: *Hunc etiam mater, tota comitante sororum*
Aonidem turba, mater mirata canentem.

Astra. Hæc, si non ipse, certe eius lyra ex fictione Manilij. Nam de hac, quæ in cœlo est, ita ille:

Tunc syluas, & saxa trahens, nunc sidera ducit:
Et rapit immensum mundi reuolubilis orbem?

Fluuios Apol. 1. Arg. ποταμῶν τε ῥέεθρα. Sen. Fur.

Ars quæ præbuerat flumineis moras.

Et in Medea:

Ille, vocati genitus Camœna,
Cuius ad chordas modulante plectro,
Restitit torrens. Calp.
Et tenuere suos properantia flumina cursus.

Sid. Paneg. An.

Cum starent Hebri lances, cursuque ligato
Fluminis attoniti carmen magis vnda stupret.

Horatius,

Arte materna rapidos morantem
Fluminum cursus.

Prop. lib. 3. cum illo loquens:

te—concita dicunt
Flumina Threycia detinuisse lyra.

Epig. ἀδέσποτον. *atque amnes tenuisse vagos.* Polit. de Orphei cantu, C

Vsque retro cursum mox tenuistis aquæ.

Mare. Antipater in carmine de Orpheo inter alia nominat θαυμάσιον ἅλα. *mare obstrepens*, quod ille flexit suo cantu. Inde pulcra illa fictio Valerij, & Papinij de naue Argo per mare eunte, quam Orpheus suo cantu dirigebat, imperans elemento illi. Ait prior lib. 1.

Nec vero Odrysius transfris impenditur Orpheus,
Haud pontum remo subigit, sed carmine tonsas
Ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.

Posterior lib. 5. Th.

—Oeagrius illic
Accliuis malo mediis intersonat Orpheus
Remigiis, tantosque iubet nescire labores.

D Vtrique Silium adiungo lib. 11.

Quin etiam Pegasæa vatis, cum cœrula nondum
Cognita terrigenis pontique intrare negaret,
Ad puppim sacræ citharæ eliciente carinæ,
Adductum cantu venit mare.

Sumserunt omnes ab Apollonio lib. 1. Argon. vbi ait, ad cantū Orphei mouerii ramos ab Argonautis.

—τὼ δ' ἐρυὼ κίνδαξε πίτνημεν ἐρετμοῖς
πόντῳ κάζειν ὕδωρ.

Et infra ait, pisces paruos magnosque secutos tam dulcem cantilenam.

Ventos. Calp. de Orpheo: *Desistunt tremulis decurrere frondibus Euri.* Horat. ait od. 1. 21. Carm. tardatos Orphei arte *celeresque ventos.* Seneca in Med. E de rebus Orphei: *siluere venti.* Politian. Præfat. ad Manto, de cantu illius: *tenuere silentia venti.* Antipater 3. Anth. dat illi domitum ἀνέμων βρόμον: *ventorum impetum.* Et vsurpat verbum, κοιμάσεις: *consopies.* Ventis adiungit Antip. πυρετῶν συρμὸς, & χάλαζαν: *miuem, grandinem.*

Arbores. Eurip. Bacch. de Orpheo συνάγαι δένδρεα: *conduxit arbores.* Dio Chrysost. Orat. 53. φυτὰ nominat inter alia. Et Orat. 78. ita ait, ὥσπ ϑ τῶν δένδρων παρασιόντων ἅμα τῷ καρπῷ τε, καὶ ἄνθει. *concurrisse arbores ad illum vna cum fructibus & floribus.* Antip. inducit θελχομένας δρύας: *permulsas quercus.* Et Orpheus ipse in Arg. (potius alius eius nomine.)

—ὑλη

UVA. BHSC. BU 00239

—ὑ.ψικὰς τε μὴν ὀρυὰς ἠλυθε γῆθεν:
—vocē altas quercus fecit venire.

Seneca in Med. *Sylvas trahit.* Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Triſt. *cum traherent ſylvas Orpheus.* Politian.

Decurrunt ſcopulis auritæ ad carmina quercus.

Sidon.

—*digeriſque canoris*
Compulit auritas ad plectrum currere ſylvas. Horat. *inſecuta Orpheа ſylvа.* Et—*auritas fidibus canoris*
Ducere quercus. Claudian. Præf. 2. Rap.
Sylvaque Biſtoniam ſæpe ſecuta chelyn.
Et 2. Stil.
—*Orpheo migrantes pectine ſylvas.*

Datum vero Orphei muſicæ, non ſolum vt arbores traheret, ſed terræ etiam affigeret, ita vt ſolum prius ſterile, deinde canente ipſo ſyluoſum eſſet. Qua de re Apol. 1. Arg.

φησὶ δ' ἀγρευθῆς κείνης ἔτι πήματα μοῦνος.
Syluęſtres ſagæ adhuc permanent vti veſtigia illius cantus.

Loquitur de Thracia. Eodem pertinent verſus Ouid. 10. Met.

Vmbra loco deerat, quæ poſtquam parte reſedit
Diua genitum Vates, & ſila ſonantia mouit,
Vmbra loca venit.

Numerat deinde plures arbores?

Volucres. Victorinus de Orpheo: *Alius cithara ſoniuque potens volucres pecudeſque mouere.* Calp.

Et quacunque vagis alitum ferit aëra pennis. Senec. Fur. *Aues traxerat.* Et in Medea:

Cui, ſuo cantu volucris relicto,
Adfuit, tota comitante ſylua.

Ouid. deſcribit Orpheum in medio concilio volucrum. Sil.

Immemor & dulcis nidi, poſtiſque volatu
Non mota volucris captiua pependit in æthra.

Ab hoc Politian. loquens de Orpheo: *Iam volucres feſſis pendere ſub æthera pinnis.* Orpheus ipſe de auibus ὧν δ' ἐλάθοντο κελεύθου obliuiſcebantur nidorum. Dio Chryſ. Orat. 78. meminit τῶν ὀρνίθων κατατεταγμένων περὶ αὐτὸν (ὀρφέα) ᾄδοντα. *Auium, quæ ad ipſum canticum aduolabant.* Imo vero Orat. 32. tãtum numerat πῶλους, καὶ πρόβατα: *volucres, & oues:* illas, quia amicæ cãtus; iſtas, quia ſtultæ: nam reliqua animalia vt quæ indomita atque efferata, fugiebant illius cantilenam. Noue hoc Dio?

Animalia. Eurip. Sacch. inter res Orphei numerat θῆρας ἀγρώστας: *feras ſylueſtres.* Vt etiã Dio Orat. 32. τὰ θηρία ἡμέρους: *feras manſueſcit.* Et Orat. 53. θηρία quoque inter alia. Et 78. meminit τῶν θηρίων κηλουμένων ὑπὸ τῆς φωνῆς, καὶ παρεκπιόντων πρόσω, καὶ ἀθορύβως: *ferarum, quæ eius voce leniebantur, ait abeuntque prope illum manſueſcere & quiete.* Pauſanias lib. 9. ait, vt, videri ſtatuã Orphei, quam circumſtabant feræ expreſſæ in marmore atque ære. Claud. Epig.

—*feras pacaueris Orpheus.* Prop. 3.
Orpheus te tenuiſſe feras. Calp.
Adfuit omne genus pecudum, genus omne ferarum.

Ouid. 3. Am.

Victus obſtupuiſſe feras.

Caſſiod. Ep. 40. lib. 2. Orpheus mutis animalibus efficaciter imperauit, *vagoſque greges conuentus paſcuis ad audiendæ epulas potius mouit.*—*Deſeruerunt virſi amabiles ſylvas, leones domeſtica tandem carnezia reliquerunt, iuxta prædonem ſuum prædã gaudebat.* Ex hoc miraculo pulcre Claud. Præf. 2. Rap. de Orpheo iam ceſſante a muſica:

Sæua feris natura redit, metuëſque leonem
Imperat cithara vacca tacentis opem?

Lapides. Antipater petras inducit ab Orpheo

A θελγομένους: *mulſas.* Apoll. 1. Arg.

—πέτρας θέλξεν ἀοιδέων ἑνοπῇ,
petras mulcere vocis cantilena.

Orpheus ipſe, πέτρῃσι δ' ἐπιμειγνυον: *ſonuerunt ſaxa*, videlicet ad Vatis modos. Dio Orat. 53. λίθους κηλεῖν, καὶ ἄγειν: *delinire ſaxa, & ducere.* Et Orat. 78. καὶ τῶν λίθων κινουμένων, καὶ ξυνιόντων, ὥστε μεγάλαι ἁρμονίαι ἀθροίζεσθαι λίθων πολλῶν αὐτὸν: *mouebantur, accedebantque ad ipſum lapides, ita vt magni horum acerui prope ipſum eſſent.* Ouid. 3. Art.

Saxa ferasque lyra mouit Rhodopeius Orpheus.

Et 3. Am. *Duraque per cuſſam ſaxa ſecuta lyram.* Sen. in Med. Οἳ saxa cantu mulcet. Epigramma ἀδέσποτον. *Et ſurda cantu conciaſſe ſaxa.* Lege Quintil. lib. 1. c. 10.

Montes. Orpheus ipſe in Arg.

B ὄση δ' ἀκὴν πάρθενος, ἠΰ ἄγχιλος ἀνδρὸς ῥηϊτὴ πολίτις.
Stetērunt ſummi vertices, vt alleſſque ſyluoſa Peliꝺ.

Calpurn.

Altaque per totos fecere ſilentia montes. Claud. 3. Conſ. Hon.

Rhodopeia ſaxa
Orphęis animata modis.

Caſſius Parmenſis:

Conuulſoque ſuis ſcopulos radicibus egit.

Sidon. Paneg. Anthemij,

Qui cantu flexit ſcopulos. Silius:

Non illo Pangæa iuga, aut Mauortius Hæmus,
Non illo modulantia ſonos ſteriſ ultima Thracę.
Cum ſiluis venere feræ, cum montibus amnes. Polit.
Nudaque Peliacus culmina mouit apex.

C Inferos. Seneca Fur.

Immites potuit flectere canibus
Vmbrarum Dominos. Ouid. 3. Art. ait illum mouiſſe

Tartareoſque lacus, tergeminumque canem. Et 10. Met.

Talia dicentem, nerueque ad verba mouentem
Exſangues flebant animæ, &c. Silius:
—*pallida regna*
Biſtonius Vates, flammiſque Acheronta ſonantem
Placauit plectro, & ſixit reuolubile ſaxum.

Antipater 3. Anth. ait, domitum lyra Orphica grauem Platonis mętem, & animum inde mulcibilem, βαρὺ νόημα, ἀχλιὴν θυμόν.

7. QVALIS POPVLEA MOERENS PHILOME- Philomelæ, & aliarum volucrum fletus.
D LA, &c.] Vix credas, vti ingenia poetarum aſpirauerint ad gloriam hac comparatione: adeo ſæpe illam aduocant. Numerabo aliquos. Ab vno Sophocle ſepties aſſumitur, ſemel in Aiace, ſemel in Antigone, bis in Trachiniis, ter in Electra. Ab Homero bis Odyſſ. 16. & 19. Eam vſurpat Eurip. in Phœniſſ. Calaber lib. 12. & 7. Opp. 1. Hal. & 5. Moſchus Epitaphio Bionis, Callimachus in Lauacro Palladis, Nonnus 2. Dion. ἀδέσποτον & quidã 3. Anth. Latini paſſim. Vt vero appareat Poetæ opera aliis excellentior, conferam illum cum his, quos ſignaui, cum aliis etiam, ſed Græcis omnibus. nam Latinos poſtea dabo. Ergo Poeta ſex res attingit, quas totidem notis illuſtrabo. Attingit primo luctus Philomelæ, ſignata verba ſunt, *mœret, queritur, flet, implet loca omnia mœſtis queſtibus*: deinde luctum, hunc continuum facit; nam *flet noctem integram carmen miſerabile*: tertio adhibet locum huius mœroris, nam ſtet illa *ſub vmbra populea, ramoque ſedens*: quarto conſtituit primam cauſſam fletus, *amiſſos fœtus*: quinto cauſſam alteram, *quos durus arator deraxit*: ſexto circumſtantiam ponit, quæ præcipua ad fletum, videlicet fœtus eſſe adhuc *implumes.*

Luctum itaque auium, quem Poeta tot verbis, Græci his explicant. Soph. de luſcinia, & Opp. de Oſſifraga γόον, ſicut & Callimach. γοερῶν ἀηδονίδων. Loca

VVA. BHSC. BU 00239

non signo, quia iam præmisi, nisi cum Auctorem de nouo aduocem. Moschus de hirundine θρηνῶσαν. ita Dio Chrys. Orat. 23. de Iusciniis θρηνῶν. vt & Plato de iisdem, & aliis in Phœd. θρηνῶντα. verbum μύρεται de Iusciniis, & hirundine Calaber, idem ἀπομύρεται. Est in Sophocle κακυτὸς, & κἀναπακωκύει. Quid verbum κλαίειν? Sophoc. ἐκλαιον. Homerus κλαίον. hoc frequentissimum est. Euripidi vlulatus placuit; nam in eo ἐλελίζει ὄρνις. In Homero de Iusciniæ est ὀρυομένῳ, & de alia volucre ὀδυρομένῳ, & in Sophocle ὀλοφύρεται. Plato in Phædone λύπῃσι dixit de Iusciniis. vox ἀμύζοντος in multis est, tibi indico Sophoclem, & Oppianum: & ex Calabro κωκυμένῳ. Ex eodem ἀχνυμένῃ, quod verbum dat philomelæ. Huic & hirundini ἀχαλόωσα. Et philomelæ ἄλγεα, κεκληγυῖα, & τέλεσγοῖα & affinia sunt; primum est in Calabro de Iusciniis, alterum in Oppiano de hirundine. Habet Euripides ὀδυρμοῖς. Sophocles fuæ aui dat ὀξὺ φθόγγον, vt & Eurip. in Hecub. Iusciniæ φθόγγα. Nonnus loquens cum hirundine πενθάδι μοχθῇ νίκα δακρύοεσσαν. Demum Sophocles σονέεσσα, & σονάχησα. Omnia ista Lector significant luctum, fletum, threnum, ploratum, gemitum, lacrymas, mœstitiem, stridorem, suspirium, indignationem, querelam, dolorem, naniam, vocem. Sed non cessat meus labor pro iuuentute. Sicut Poeta hic late, & Latini alij, flet vehementer, multum, largiter, indefessim, afflictim, & similia: ita Græci aduerbia quæpiam, & nomina coniungunt. Homerus de suis auibus κλαῖον λιγέως: fletibant stridule. Callimachus de Iusciniæ βαρὺ κλαίουσα: flens grauiter. Aristophanes de hirundine δεινὸν ὀπωπρέπεται, κελαδεῖ δ' ἄπυκλον: horrende instremit, resonat luctuose. Calaber de Iusciniæ μάλα κεκληγυῖα. idem de hirundine αἰνὰ κιδυροφένη. de eadem Oppianus λυγία τετιηυῖα. vehementer clangens, grauiter querebunda. stridens miserabiliter. Calaber de Iusciniæ πολλὰ μὰλ' ἀχνυμένη, ἄσπετον ἀχαλόωσα: multis mœrens cruciatibus indignans vehementer. Mitto hic epitheta non indigna. Nam Soph. οἰκτρῶς ἀηδὼν. πικρῶς ὄρνις. ἄθλιον ὄρνιν. Et δειλαία ὄρνις. Sicut Eurip. ὄρνις τάλαινα.

Alterum erat de continuo fletu, nam flet noctem, integrat carmen. Illustro hoc ex vno Sophoc. qui de Iusciniæ αἰὲν ὀλοφύρεται: semper plorat. Et ἀπαυδᾷ ὑρῖ ἀηδὼν: omnia lugens Iusciniæ. Et comparans Deianiram auiculæ. ἃ ποτ' Ἀνδρίτιον δακρύοντ' βλεφάρων πόθον: nunquam consopit luctum, & lacrymas.

Tertium de loco, nam sub umbra populea, ramoque sedens. Ita Iusciniæ ab Hom. inducitur deflens, & δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν: sedens in densis ramis arborum. Eurip. auem suam δρυὸς, ἢ ἐλάτας ἀφορκώσας ἀμφὶ κλάδεσι: in summis frondibus quercus, aut abietis. Calab. de philomela, κρ' ὄρεσιν ἄλσος: in umbrosa valle.

Quartum de prima caussa fletus, nam amissi pulli. Hanc adhibent Græci. Sophoc. τεκνολέτειρ' ὥστε ἀηδὼν: vt Iusciniæ, quæ amisit suos pullos, comparatur videlicet Electra. Et Antigone ita ab eodem,

κἀναπακωκύει πικρῶς
ὄρνιθ' ὀξὺ φθόγγον, ὡς ὅταν κενὴν
ἰυγὴς τροχαίων ὄρφανον κλέπτῃ λέχος:
Eiulat tristis
In medium auiculæ, asperam vocem emittens, vt quando vacuum
Cubile, & pullis orbatum videt.

Calaber philomelam inducit gementem ἐρημαίῳ ἀμφὶ καλιῇ: circa desertum nidum. Iterum ἀμφὶ δόμον κενεὸν: circa vacuam domum. Et de hirundine μύρεται τέκνα: deflet filios. De eadem χήρη πεπτηῶσα ἀμφὶ καλιῇ: orba circumuolat nidum. Opp. de vtraque μυρομένας ἐὰ τέκνα: lugentibus suos liberos. Ab Hom. Iusciniæ inducitur deflens πάϊδ' ἄπυλον φίλον: filium Itylum dilectum. Euripides caussam commutat, à quo auicula infertur lugens non pullos, sed matrem. ὄρνις μονομάτωρ, ait ille.

Quintum de caussa altera rustici interficientis, aut capientis prolem. In hoc hæsit vnice Virgilius Homero, qui ait Vlyssem & Telemachum fleuisse instar auium,

——οἵστε τέκνα
ἀγρόται ἐξέλοντο.
Quibus rustici exceperint filios.

Ab eodem 2. Il. adhibetur caussa plorantis auiculæ, videlicet interfecti pulli ab serpente. Opp. de pullis hirundinis & Iusciniæ.

——τά τε σφίσι λείψανα
ἐξ ἐνὸς οἱ ὃ τε πάντας ἀπώλεσε, καὶ φάγε κοῖλος:
Quos ipsis depradati sunt
Ex nido aut homines inmites, aut dracones.

Et de pullis hirundinis, ὅτις κατέπαυσε: serpens occidit. Calab. de pullis philomelæ. δέμνια τ' ἐσσυμένου βλοσυροῖο δέχηαι: Periere maxillis horrendi draconis. Et de fletu hirundinis. αἰνὰς ὄρις κατὰ δωμα, id est, τέκνα: desiderauit illi liberos pernitiosus anguis. Heliodorus etiam lib. 2. Æthiop. Hist. auiculam fientem inducit viso dracone, qui suos pullos populatur, & cum illa comparat fletum Calasiridis.

Sextum de implumi fœtu attingit. Hom. πάρος πτερύγεσσι νέοι, priusquam volatiles essent. Opp. ait susceptum luctum ab hirundine pro ὀρταλίχοισι χαλεπὸν νηπιάχοισι, liberis implumibus teneris. Non abit illud Calab. de filiis Iusciniæ, πάρος κελαδήσειν ἀείδειν: priusquam canum & argutias ferent.

Expleui Græcum pensum, Latinos nolui diuellere. Vsi hac comparatione Catul. ad Ortalum:

Qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias, assumti fata gemens Ityli.

Ouid. 5. Fast.

Quacunque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
Implet, vt amissum cum gemit ales Ityn.

Et in Epist.

Quin etiam rami positis lugere videntur
Frondibus, & nullæ dulce queruntur aues.
Sola vitum non vltra pie mœstissime mater,
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.

Albinouanus de morte Drusi:

Talis in umbrosis mitis nunc denique syluis
Desiet Torencium Daulias ayes Ityn
Halcyonum tales ventosa per æquora questus
Ad surdas tenui voce sonantur aquas. Sc. Oct.
——*fugit vultus*
Philomela suos, natumque sonat
Flebilis Ityn. Octauia secum loquens:
——*repete assuetos*
Iam tibi questus, atque æquoreas
Vince Halcyonas, vince & volucres
Pandioneas.

Papin. 9. Th.

Fluctiuagum sic sæpe domum, madidosque penates
Halcyone deserta gemit, cum pignora sæuus
Auster, & algentes rapuit Thetis inuida nidos.

Non dubito, quin pro Virgilio iudices contra Græcos omnes, & Latinos. Nam affectus quidam Oppiani 5. Hal. quo Virgilius, & reliqui carêt, eo quo omnes videntur ab Oppiano superari, incredibilis est, & ideo cum magno iudicio à Virg. & aliis omissus. Ait enim hirundinem, cum iam non possit filiis fauere deuoratis à serpente, ipsam tunc non fugam quærere, sed se precipitare, ac deuoluere in maxillas draconis, volentem condi eodem tumulo, quo pulli. Credibiliora sunt, quæ de vulpansere scribit Orus

Niliacus;

UVA. BHSC. BU 00239

Niliacus: adeo filiorum suorum esse peramantem, vt sese sponte venatori in prædam obiiciat, vt ita liberos seruet, quos ille insequitur: hæc (inquam) credibiliora; nam longe aliud est pro viuis officium hoc præstare, aliud pro mortuis.

8. LATE LOCA QVESTIBVS IMPLET.] Ductum à Lucr. lib. 2.

Aera per tenerum liquidis loca vocibus opplent.

Ab vtroque Pap. 2. Th. *Questibus implet egros.* Et Ouid. 4. Fast.

Quæcunque ingreditur miseris loca cuncta querelis
Implet: vt amissum cum gemit ales Ityn.

9. NVLLA VENVS.] Sumsit sententiam hanc Ouid. lib. 10.

— omnemque refugerat Orpheus
Fœminam in Venerem. Et adiungit caussas.
— seu quod male cesserat illi,
Siue fidem dederat.

10. SOLVS HYPERBOREAS GLACIES, &c.] De Orpheo Dio Chr. Or. 32. ὃ δὲ ἐκεῖνον ἐν τοῖς ὄρεσι τε, καὶ πρὸς τὰς πέτρας τὰ πολλὰ διατρίβοντα illum fere in montibus, & circa saltus commoratum. De eodem Ouid.

— in altam
Se recipit Rhodopen, pulsusque Aquilonibus Hæmum.

Horat. Od. 12. lib. 1.

Aut in umbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidoue in Hæmo,
Vnde vocalem temere insecuta
Orphea siluæ.

11. IANAIMQVE NIVALEM.] Ea forma Hor. od. 23. lib. 3. *Algido nitidi.* Claud. Epithal. *nitidis Caucasi.* Pap. 3. Th. *nitidem Othryn.* Et 6. de Cygno equo: *Cygnum nitidum.* Et 12. *Scythiam, Ponturnque nitidem.* Ouid. 4. de Pont. *sub niuali axe.* Ita & Græci, nã Hom. τμῶλῳ νιφόεντι. & Sophoc. Oed. ip. νιφόεντα παρασκόπον.

12. RIPHÆIS.] De hoc alibi.

Viduus, quid signet.

13. VIDVATA.] Veteribus *viduare* fuit priuare. Itaq; *loca non viduata pruinis*, sunt, non priuata. Sicut in Pap. 10. Th. *vidua moderantibus alnis*, id est, naues priuatæ moderatoribus. Et Horat. od. 10. libr. 1. *viduus pharetra Apollo.* Inde est, vt quæ viros habent superstites, si illi tamen absint, dicantur etiã viduæ, quod ex Sen. Ouid. Plaut. probat noster Delrius in Troad. (Quibus possis adiungere Ouid. in epistolis) non solum quæ habent viros defunctos. Quin ipsæmet virgines *vidua* dicuntur ab Seneca in Agamemn. vide Delr. versus 195. Et in Trod. vers. 14.

Irrita in satiris, quæ.

14 IRRITA.] Sollemne verbum sacrorum, quibus *irrita* dicebantur, quæ fierent aduersante Numine, neque acceptante. Sic Ouid. 7. Met. thura *irrita* dixit. Idem de re Poetę loquens 10. Met. *irrita dona.* Abnuit enim Pluto, quæ concesserat.

15. SPRETÆ.] Reddit hoc Ouid. *multa doluere repulsæ.*

16. MVNERE.] Nuptiali, explicante Seru.

17. INTER SACRA DEVM.] Expendit istum locum Macrob. c. 3. lib. 4. Nam à loco sacro solet Poeta excitare affectum. Ita in euersione Troiæ:

— perque domos, & religiosa Deorum
Limina. Et Cassandra trahitur vincta ab adytis Mineruæ. Alius, *Dinæ Armipotentis ad aram*
Procubuit.

Orgia.

18. NOCTVRNAQVE ORGIA BACCHI.] Pulcre, nam Orgia (vt multi volunt) dicta παρὰ τὰς ὀργάς. Itaque in insano sacro peracta cædis Orphicæ insania. Scio ab aliis deduci ἀπὸ τῶν ὄρων, quia in montibus sacra ista plerunque celebrabantur. Vnde & Bacchus ipse ὄρειος, dictus. Ab aliis ἀπὸ τῦ ἔργειν, *ab arcendo*, quod ab his sacris profani arcerentur. In his est Interpres Apollon. lib. 1. Accinit versus veteris Poetæ, quem aduocat Clemens libr. 4. Strom.

Arcana non Bacchanibus ferre haud licet. Sed quæ Orgia? & cur nocturna? Fuerunt Orgia celebritates Bacchi, sed hoc κατ' ἐξοχήν. nam etiam Deorum omnium celebritates, dicta sunt Orgia. Seru. 4. Æn. *Sane sciendum, Orgia apud Græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos ceremoniæ dicuntur: sed iam abusiue sacra Liberi, Orgia vocantur.* Iuuat, Græcis ὀργιάζειν, & ὀργιάζεσθαι esse in communi, rem diuinam facere: & κατοργιάζεσθαι, initiari diuinis mysteriis, quæcunque illa sint, id est, μυεῖσθαι. Inde Catull. ad Eleusinia transtulit, quæ ad Cererem, non Bacchum pertinuerunt:

Pars obscura cauis celebrabant Orgia cistis,
B *Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.*

In attributo *nocturna* allusum ad sacra Bacchi, quæ, quia noctu celebrabantur, dicta sunt Nyctelia, & Bacchus ipse νυκτίλιος. Ouidius 1. Art. vtramque vocem coniunxit:

Nyctelumque Patrem, nocturnaque sacra precare,
Ne iubeant capiti vina nocere tuo.

Oppia. 1. Cyn. νυκτερὰ δυάδας, vocat: *nocturna sacra.* Nyctelius Bacchi Nyctelij meminit Plutarc. in lib. qui inscribitur de *ei* in foribus templi Delphici, & in Attic. Pausanias. Hæc sacra, quod admodum impudica, Roma respuit, quæ aliorum tamen libidinem admisit, vt Floræ, vt Veneris. Sed & tota Italia exterminata sunt seueriſſimis pœnis. Bacchus.

C 19. DISCERPTVM LATE IVVENEM.] Suppli. Orphei cij huius exsecutionem habet Ouid. 10. Met. multis mors, & variæ de illa opiniones. versibus. Lege. Attigit Seneca in Medea: *Thracios sparsus iacuit per agros.* Et Ouid. iterum in Ibin. De morte Orphei, longe aliter, quam hic narratur, habes apud Pausaniam lib. 9. qui ait, illum obiisse desiderio coniugis. Vel tactum de cœlo exanimatum, quod sacra mysteria hominibus publicauerit. Longe etiam aliter apud Menęchmum, qui ait interfectum à Pieridum choro. Phanocles apud Stobæum Serm. 62. hanc causſam adducit,

ὕστερα πρῶτον ἐδείξεν ἐνὶ Θρήικεσιν ἔρωτας
ἄῤῥενας, οὐδὲ πόθοις ἦπτετο δικτυόπων·

Quoniam primus ostenderat inter Thraces amorem
Masculum, neque Venerem approbauerat mulierum.

D Hanc causſam, nimirum παιδερασίαν, attingunt etiam Ouidius, Philostratus, alij Sed & mors ista Ioui tribuitur lib. 3. Epig.

Θρῆκες Χρυσοκόμᾳ τῷ δ' ὀρφέα μῶσαι ἔδωκαν,
ὃν κλαίων ὑλήμδων Ζεὺς φολόεντι βέλει.

Thracem Orpheum, cui lyra aurea, sepelierũt hic Musæ:
Quem Iupiter, qui in alto regnat interfecit flammanti
telo

Sed in ea, quæ hic Poeta scribit, consentiunt fere omnes Poetæ, tum etiam Plato libr. 10. Polit. vbi ait, animam Orphei elegisse vitam cycni odio mulierum: quia noluit iterum nasci ab illis, à quibus fuerat occisus. Porro de pœna, qua affectæ mulieres, quæ Orpheum interfecerunt, docte hic Germanus ex Phanocle, Antipatro, Plutarcho. Summa est, Thraciæ fœminæ cõpunctæ notis. E mulieres Thraciæ à viris perpungi in corpore notis quibusdam, vt maneant in ipsa cute indicia sacrilegij commissi. In quos Auctores ego quoque legendo incidi. Sed omitto, quippe ab aliis libatos, & firmo loco Dionis Chrysost. Orat. 14. quem nemo adiucat. Is non solum motis meminit, sed ponit etiam in laude fœminarum Thraciarum. Verba eius sunt, τί δ' ἐν Θρᾴκῃ γένοιτ' ἂν ἐξεργάσιμον, ἐάν τις ἐκεῖ τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας στιγμάτων μισθὸς, καὶ ποσάκι πλείονα ἐγκάμας στίγματα καὶ ποικιλώτερος, ὅστις ἂν βελτίνος, ἢ ἐν Σελινοῦντι δοκῶν: Quid? fuisti ne vnquam in Thracia? *Equidem fui. Vidisti ne igitur illic mulieres liber as stigma-*

UVA. BHSC. BU 00239

tum plenas, & tanto plura habentes magisque varia stigmata, quanto honestiores, & ex honestioribus sunt natæ? Herodotus quoque de virginibus eiusdem Thraciæ, lib. 5. καὶ τὸ μὲν εὐγενὲς κέκτηται: *notis compungi gloriosum habetur.* Sicuti è contrario, τὸ δ' ἄσημον, ἀγενὲς: *non compungi, ignobile.* Artemid. lib. 1. Oniroc. cap. 9. nulla facta mentione fœminarum, tantum de pueris loquitur, στίζονται παισὶ θρηϊκῶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες: *Apud Thracas generosi pueri punguntur notis.* Ceterum loco Virgilij simillima sunt, quæ Poetæ scribunt, atque etiam Cic. pro leg. Man. de Ablyrto lacerato à Medea, & per agros sparso. Nec non quæ Ouid. in Ibin. de Phyrro, & Pentheo. De ossibus primi:

Sparsa per Ambracias quæ iacuere vias.

De altero:

Aut lacer in siluis manibus spargare tuorum,
Sparsus et Thebis angue creatus auo.

De Pompeio Lucan. lib. 9.

Membraque dispersi pelago componere Magni.

Marmoreum, id est, niueum.

20. MARMOREA.] Id est, niuea, & pulcra. Ita Anacreon de Bathyllo, ἐλεφάντινον τεῦχοντες, *collum eburneum.* Næuius in Iliadis Cypriæ lib. 1. apud Carisium,

Collum marmoreum torques gemmata coronat.

Ouid. in Metam.

Quæ vbi marmoreo deterst pollice virgo.

Et 4. Fast.

Aurea marmoreo redimicula demite collo.

Et 2. Am.

marmoreis pedibus puellæ.

Nemes. 2. Ecl. *marmoreo pede Naiades.* Sed & Ouid. in Epist. *eburnea ceruix.* Et 3. Am. *eburnea brachia.* & *Suthonia candidiora niue.* Allusionem, quam hic inuenit Seruius, contemno, neque enim caput Orphei in scopulum est conuersum; sed anguis, qui petebat.

21. CAPVT A CERVICE REVVLSVM.] Putatur ductum hoc à Varrone Atacino, qui

Oscitat in campis caput a ceruice reuulsum,
Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt.

Quos versus alij Ennio attribuunt. Hom. quoque Il. 18. ita ad verbum κεφαλὴ τμηθεῖσ' ἀπαυλῶν ἀπὸ δειρῆς. Et de Orpheo ipso Phanocles apud Stob. Serm. 62. τῶ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλκῷ τάμον, αὐτίκα δ' ὑπὸ δίνας ἔβαλε θρᾳκιλίδι φίλαν ἁμᾶ χέλυϊ,

Caput eius ferro amputarunt, & statim vna cum Testudine abiecerunt in mare Threicium.

Simile illud 2. Æn. *Auulsumque humeris caput.* Lucret. lib. 3. *Et caput abscissum.* Ouid. in Epist. ita extulit, *recessisset caput a ceruice.*

Orphei pater.

22. OEAGRIVS HEBRVS.] Sicuti Orpheus à patre dictus est Oeagrius, ita & fluuius, in quem coniectum caput. Patrem Orphei etiam si aliqui Phœbum agnoscant, tamen in Oeagrum plures conspirant, in his Apollon. 1. Arg. Plato in Conuiio, θρφέα τὸν οἰάγρου. Lucian. dialog. de Astrologia. Poetæ Latini, & Græcus 3. Epigr. Ait Seruius Oeagrium Orphei patrem fuisse fluuium, à quo Hebrus nascitur, & ideo Hebrum dictum Oeagrium.

A 23. EVRYDICEN VOX IPSA, ET FRIGIDA LINGVA.] Pari affectu de hac ipsa re Ouid. 11. Met. ad Nostri vestigia.

—— caput Hebre lyramque
Excipis, & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat, examinis respondent flebile ripæ.

Silius libr. 11.

—— tulit ora reuulsa
In pontum ripis vtrinque sequentibus Hebrus,
Tum quoque cum ripis caput a ceruice recisum
Portarent fluctus, subito emicuere per vndas
Admurmur cete toto exsultantia ponto.

Papin. 2. Syl.

Sic ripis ego murmurantis Hebri

B *Non mutum caput Orpheos sequebar.*

Phanocles dicto loco de capite Orphei, ἠχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πάντοσε πήγνυε λύρης: *Edebatur autem per ponum soniius velut arguæ Lyræ.* A Papinio 8. Th. Atys interfectus, qui Ismenen amabat; inducitur pari conquestione:

—— solum hoc gelidis sam nomen inerrat
Faucibus.

Sicut ab Seneca in Thyeste puer interfectus ab Atro: *Ceruice cæsa, truncus in pronum ruit,*
Querulum cucurrit murmure incerto caput.

Sed nemo dubitet ista poetice dici, & ad affectus excitandos. nam cæso capite formari vocem non posse Arist. docet 3. de partibus animal. c. 10.

C 24. HÆC PROTEVS.] Reddit verba Homerica de eodem Proteo, Odyss. 4.

ὡς εἰπὼν, ὑπὸ πόντον ἐδύσατο κυμαίνοντα.

Hæc locutus subiit in pontem fluctuosum.

Eadem forma vsus est Odyss. 5. Musæus sic extulit, δέμας δ' ἕρριψε θαλάσσῃ: *proiecit corpus in mare.* Ouid. 11. Met. ita,

Dixerat hæc Proteus, & condidit æquore vultum,
Admissique suos in verba noussima fluctus.

Quod vero hic *iactum*, in 9. Æn. *saltum* vocat.

Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit.

25. VNDAM SVB VERTICE TORSIT.] Ouid. 5. Fast.

Ille meas remis aduena torsit aquas.

D Loquitur videlicet Tiberis de Euandro. Catul. de Nupt. Pel.

Tortaque remigio spumis incanuit vnda.

Sic legit Achill. Stat. ex m. s. non *tota.* Iuuat Statium Nota Gifanij, qui illud 8. Æn de Nilo, *& tota vestæ vocantem.* legit, *torta.* Sed quid est *sub vertice?* Non ne spuma excitata est super demersum caput? Expedies Poetam, si dicas, Orpheum, se præcipitem & σφενδόνην deturbasse in mare. Tunc n. sub capite excitata est spuma. Sed melius cogitat Germ. videlicet legendum *sub vortice*, vt Poeta referatur ad vndarum δίνας, & contortiones, dicatque: Torsit vndam sub vortice, id est, vndam vorticosam. Sicuti legere flores sub vere, erit, legere vernos flores. Alludit explicatio ista cum verbis Lucret. libr. 1. qui loquens de ventis & fluminibus, dixit *vortice torto.*

530 [a] At non Cyrene, namque vltro affata timentem.
Nate licet tristes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi caussa, hinc miserabile Nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus. tu munera supplex
535 Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas:
Namque dabunt veniam votis, irasque remittent.

Sed

UVA. BHSC. BU 00239

[b] Sed modus orandi qui sit, priùs ordine dicam.
Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruice iuuencas:
Quattuor his aras alta ad delubra Dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem:
Corporaque ipsa boum frondoso desere luco.
[c] Post, vbi nona suos aurora ostenderit ortus,
Inferias Orphei lethea papauera mittes:
Et nigram mactabis ouem, lucúmque reuises,
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.
[d] Haud mora. continuo matris præcepta facessit,
Ad delubra venit, monstratas excitat aras.
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit & intacta totidem ceruice iuuencas.
Post, vbi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucúmque reuisit.
Hic verò subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt: liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes vtero, & ruptis effruere costis,
Immensáque trahi nubes, iamque arbore summa
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.

ARGVMENTVM.

Finito oraculo Protei, Cyrene natum docet, qui expianda mors Orphei, atque Eurydices: paret hic matri, ac felix exitu rem totam sequitur, reuascuntur enim apes ex cæsis bobus.

EXPLICATIO.

[a] AT non Cyrene timuit, audito oraculo, vti Aristæus: imo ipsa timentem natum aggressa est prior, & consolatur, monetque curas deponat, & sciat apes exstinctas in vltionem mortuæ Eurydices: Nymphæ enim, quæ vna cum illa choros miscebant, regionem illam vastarunt, facto apum exitio. Istæ ergo (inquit) muneribus tibi colendæ, istæ venerandæ, ab his pax petenda: dabunt veniam (ne dubita) remittent iras.

[b] Aperit nato modum, quo orandæ, & exorandæ Nymphæ, Vides (inquit) tauros, qui tibi sunt in monte Lycæo Arcadiæ, ex his quatuor assume, non quoscunque & obuios, sed, *deligantur*, sint *eximij*, sint *præstanti corpore*. Adiunge totidem non vaccas sed *iuuencas*, quæ nunquam aratrum portauerint, nam hoc est, *intacta ceruice*. Hoc facto, erige aras quatuor, macta victimas, occisos boues repone in luco.

[c] Post diem nonam dabis inferias vatis Orphei, videlicet papauera, quæ obliuionem inducunt, ideo *Lethea*, vt Orpheus iniuriæ obliuiscatur: præterea, ouem nigram: ac tunc reuise lucum, vbi occisi tauri repositi. Demum venerate cæsa vitula Eurydicen *placatam*, id est, quæ sic placabitur.

[d] Paret statim Aristæus matri, venit ad templa, aras excitat, ducit tauros, & iuuencas illos *eximios*, & *præstanti corpore*: illas *intacta ceruice*. Post diem nonum dat inferias Orphei, reuisit lucum; vbi relicti fuerant cæsi tauri. Atque ibi (mirum quidem) apparent apes, quæ ex putrefactis corporibus prosilierant toto vtero, totis costis: illæ autem tam numerosæ, vt nubem formarent. Conuolarunt statim ad arborem proximam, & racematim ex ramis pependerunt.

NOTÆ.

1. MVNERA.] Hanc vocem in classem earum, numerumque intrudit Brissonius quæ referuntur ad sacra. Ad quam rem, vt solet, multa congerit Arnob. lib. 7.

Diis hostias, & cetera impendimus munera.

Virgilius in Ciri:

Non accepta pijs promittens munera Diuis.

Reliqua in illo.

2. PETENS PACEM.] De hac forma sacrorum alibi.

3. EXIMIOS.] Locum hunc Macrob. explicat c. 5. lib. 3. Satur. à quo omnes. Ait *eximios* non nudum esse epithetum, sed sacerdotale nomen. nam Veratius in quæstionibus Pontificalibus docet, *eximias dictas hostias, quæ ad sacrificium destinatæ eximuntur è grege: vel quod eximia specie quasi offerendæ Numinibus, eligantur.* Postremum magis placet. Est enim *eximere*, cum is emtum, præstantiora quæque ex emendis eligere. Græci vocant βοῦς ἐξαιρέτους. & ἐκλεκτούς. Et Plato 5. Leg. dixit Diis sacranda ἐξαίρετα τεμένη, *eximios lucos*, id est, electos, delectosque. Eligebantur autem ex toto armento tauri, qui mactandi essent, & offerendi Numinibus. Est hoc, quod dicit Virgil. 3. Georg. *seruare aras*, in diuisione, quam adhibet, taurorum. Et hic clare: *eximios delige*. Et Hom. Odyss. 13: ταύρους κεκριμένους: electos tauros. Aperte Papin. 1. Theb.

Nigri tibi Diua litabunt
Electa cernice greges.

Et Lucan. lib. 1.

Eximius, vox sacerdotalis.

sacris

UVA. BHSC. BU 00239

— sacris tunc admouet aris
Electra ceruice marem.

Ab hac perfecta Deorum placatione orta sunt verba βυθυσίον, κατάληψις, συιεφούιον, βωφονεῖν. Dices, scio iam debere esse eximios, id est, electos tauros: sed qui nam eximij sunt? Audi. Qui sani; qui magno corpore, quibus cauda producta. Has enim tres præcipue notas reperio. Primam firmat Suid. κριθὴν δὲ εἰ ἦν τέλειον καὶ ὑγιὲς ἐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς· omnino enim nisi perfectum esset & sanum Diis non sacrificabatur. Pollux etiam libr. 1. c. 1. dicit, deligi oportere victimas sanas, & rectis membris. Plin. cap. 45. lib. 8. *Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humoris hominis allatos non fore litare, sicut nec claudicante — hostia.* Alteram Virg. hic, qui probat tauros *præstanti corpore.* Iuuat Tertul. etiam si loquatur de hostia, in lib. de Idololat. *sagiationem, & auratiorem, & maiorem hostiam cadis.* Iuuen. Sat. 10.

— duc in Capitolia magnum,
Cretatumque bouem.

Tertium Plin. adducto loco: *victimarum probatio in vitulo, vt articulum suffraginis (cauda) contingat: breuiore non litant.* Suid. κόλιμα, τὰ μὴ ἔχοντα κέρκον, ἢ τὰ κολοβὼν ἔχοντα· ἐκὴ, ἅπερ ἐν ταῖς ἱερουργίαις ἢ θύεται. *coluras, non habentia caudam, vel habentia mutilam caudam, quæ in sacrificiis non mactantur.* Herodot. lib. 2. adhibet disciplinam Ægyptiorum in explorandis bobus ad sacrificia; vb quæpiam de inspectatione pilorum in cauda. De nota porro intactæ ceruicis seorsim dicam iam nunc.

Victima esse debebat immunis ab aratro,

4. INTACTA CERVICE.] Obseruatum hoc insigniter ad sacra. Seneca in Agam.

— ad tua coniux
Candida tauri delubra cadit
Nescia aratri, nullo collum
Signata iugo.

Et in Medea:

Lucinam niuei fœmina corporis
Intentata iugo placet.

Ouid. 1. Fast.

Colla rudes operum præbent feriendaiuuenci.

Et 3. *Tollit humo munus, cæsa prius ille iuuenca.*
Quæ dederat nulli colla premenda iugo.
Et 4. *— iuuencam*
Mactarunt operum, coniugique rudem.

Græci ἀζύγωτα vocant ἀκεντρίστους, ἀδμήτας. Postremum vsurpat Hom. 12. Il. firmans morem, in quo sum,

— σὺν δ' αὖ ἑτὰ ῥέξω βοῦν ἰθὺν, ἀυρμιέπωπον,
ἀδμήτην, ἣν ὔπω ἀπὸ ζυγὸν ἤγαγε πάντη.

Tibi vero ego sacrificabo iuuencam hornam lata frontis, Indomitam, quam nemo sub iugum misit vir.

Alij huiusmodi iuuencam vocant ἀκρόκολον, ἀπαλὴν, αὐσφιγγῶσαν, illæsam, teneram, iuuenem, lasciuam.

5. ALTA AD DELVBRA.] Attingit notitiam antiquitatis, qua obseruatum, vt templa semper construerentur in locis excelsis. Firmo alibi.

6. CONSTITVO.] Inf. *excitat* Apollon. (ex Nota Germ.) lib. 2. *Σωμὸν ἀγεσιπάτες, βωμὸν τετύκοντο.*

7. LETHEA PAPAVERA.] Ab obliuione: nam λήθη, obliuio est. Ita Ouid. 5. Trist. El. 2. *soporiferum papaver.* Et 1. Georg.

— Lethæo perfusa papauera somno.

8. MITTES.] Sumsit phrasin a Lucret. lib. 3.

— & nigras pecudes, quas manibus Diuis
Inferias mittunt.

9. NIGRAM OVEM.] Nam ad placandum Orcheum, qui iam in Inferis. De hoc more dicam alibi. Nunc tantum Arnob. audi lib. 7. aduersus gentes: *Quæ in coloribus ratio est, vt merito bus albas, illis atras conuenirat, nigerrimasque mactari? Quia Superis Diis (inquitis) atque hominum dexteritate pollentibus color latus accepius est, ac felix, hilaritate candoris. At vero Diis læ- B uis, sedesque habitantibus inferias, color furuus est gratior, & tristibus suffectus efficis.* Lege vero in illo, vt eludat hanc gentium superstitionem. Nigra hol- stia.

Vitula ad placandum fœminam.

10. VITVLA.] Fœmina ad placandam fœminã. Arnob. dicto loco, *Diis fœminis fœminas, mares maribus hostias immolare abiirusa & interior ratio est, vulgique a cognitione remota.* De hoc alibi latius. Verbum *venerabere* explicat Briss. 1. Form. *precabere.*

11. STRIDERE.] Dant hoc verbum apibus Virg. hic, & 2. Æn. *magnisque acuunt stridoribus iras.* Præterea Pap. 10. Theb. *esse stridore hortantur.* Sicut & Ou. 3. Fast. *stridorem examinis.* Græci variè efferunt. Cal. l. 11. πεσπερομένου μέλισσου. Apoll. l. 1. Arg. πεσπερομένου μέλισσου. Et Σομβεῖσι, & Σομβησὶν κλονέοντας. ita & Bas. in C Orat. de Gordio Martyre πεσπομβήσαμεν. Illis etiam Arist. dat Σομβεῖν. c. 9. lib. 4. de Hist. Anim. Et Plato 8. Pol. vt & Attem l. 2. c. 22. & βόμβον, atque etiam Nonnus l. 14. βομβήσασα μέλισσα. Ambr. c. 22. l. 5. Hex. datapibus, *cantum, rancedinem, murmur, fractus sonitus instar tubarum.* Extremum hoc ante illum Varro, & Virg. *Susurrum* omnes attribuunt.

12. IAMQVE ARBORE SVMMA CONFLVERE.] Hoc peculiariter attigit Nicander in Alexiph. vtar tantum verbis Interpretis. Post mentionem apum, ita ait: *— quarum agmina densis*
In syluis tauri liquefacto corpore nata
Confertim sedes antiqua in robore quercus
Condita legere, atque operam nauantia melli, &c.

Itaque statim, vt natæ ex tauro sunt, confluunt in arborem. Hoc etiã initio huius libri Virgilius eo versu, *Obuiaque hostipitis teneat frondentibus arbos?* D

13. VVAM.] Hausit hanc metaphoram, vt alij etiam ab Hom. 2. Il. qui de apibus, βοτρυδὸν πίτνουσι, *volant racematim.* Vide me supra ad illud, *Aut ille pedibus connexa ad limina pendent.* Aristot. passim dat eandem metaphoram aliis animalibus venustissime. Nam lib. 5. Hist. An. c. 15. loquens de purpuris earumque fœtu καὶ διὰ τοῦτο συνοχλεῖαι γίνονται οἱονεὶ βότρυς formani in angustiis speciem racemi. Et c. 18. loquens de locustis piscibus coeuntibus, ait illas tunc formare speciem racemi. Et de polypis, cum edunt partum, scribit esse ἄμειον βοτρυχῶδες οἱονεὶ σῦκα: *similem racemulis labruscæ.* Vua apium,

[a] Hæc super aruorum cultu, pecorúmque canebam,
Et super arboribus, [b] Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello: victórque volentes
per populos dat iura, viámque affectat Olympo.
[c] Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti:
Carmina qui lusi pastorum, audáxque iuuenta,
Tityre tu patulæ, cecini, sub tegmine fagi.

ARGV

VVA. BHSC. BU 00239

ARGVMENTVM.

Epilogus, quo absoluit totum opus, & sibi diuinus vir asserit, quæ cecinit, timidus plagiariorum, & cupidus immortalitatis.

EXPLICATIO.

a BREVISSIME, & modestissime complectitur opus Georgicorum. Canebam (inquit) hæc. Vide modestiam, quasi imperfectum quiddam reliquerit, non enim ait, cecini, cum posset. Ait vero se cecinisse cultum aruorum, de quo lib. 1. deinde cultum pecorum, de quo lib. 3. & 4. nam apes vna cum pecore includit: tertio cultum arborum, de quo li. 2.

b Sed quo tempore ista cecinit? Nullam occasionem prætermittit blandiendi Augusto. Cecini (inquit) hæc, cum Cæsar iuxta Euphratem hostes suos non tam bello persequitur, quam fulminibus, nam instar Iouis vir hic bellum gerit: sed hic tam magnus vir, & potens bello, iura dat tamen per volentes populos: ea est enim eius clementia, vt libentissime populi concedant in ditionem, neque terreantur illius bellandi ratione. Atque adeo vt raque hac re, id est, belli fulminibus, & morum mansuetudine viam sibi affectat aperitque ad immortalitatem & cœlum.

c Audisti quid cecinerit, & quo tempore, explicat iam quo loco. Aluit (inquit) me Neapolis, cum hæc condidi, ibique florui (recte hoc tu Maro, qui tui flos æui) studiis Musarum, quæ non ignobiles. Ibi itaque ego Virgilius florui, qui non solum æuo maturior Georgica cecini, sed in ipsa iuuentute lusi Bucolica.

NOTÆ.

Magni viri asserunt & vendicant sua opera.

1. HÆc SVPRA, &c.] Vides vt aperte dicat, se condidisse Georgica, & Bucolica: neque his contentus adiungit nomen suum. Facit hoc Vates ne quis plagiarius irruat in diuinum opus, & sibi asserat labores dignos Phœbo. Hoc opus plagiariorũ illo æuo (sicut & nostro) fuit in vsu magno. Ideo diligenter cautum à magnis, Scriptoribus, & Poetis vt sua opera asserrent, nomen etiam adhiberent: vt ita nullus fur in eas diuitias inuolaret. In sacro etiã eloquio prophetæ (alia est horum ratio) passim se nominant. Ideo hanc notam testimoniis multis locupletabo, vt habeant studiosi sacrarum literarum segetem illustrandis suis locis. Ex scriptoribus inuenio Thucydidem, qui ipso initio, Θυκυδίδης, Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ Πελοποννησίων, ὅτι ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Vide quam signate omnia. Nominat se, cum ait, *Thucydides*: patriam, *Atheniensis*: materiam, *conscripsit bellum*: belli circumstantiam, *quod inter se Athenienses, & Peloponnesij gesserunt*. Agathias in Prologo suæ historiæ. Δικαιότατον δ' ὅστις τέλειμι, καὶ ὄθεν. Τοῦτο δὴ τὸ τοῖς ξυγγραφῶσιν εἰθισμένον: Notum, quis ego sim, & vnde, id enim in vsu est historiarum Scriptoribus. Pergit, ἐμοὶ ἀγαθὸς μὲν ὄνομα, μένανδρος ὁ πατρὶς, μεμφὶς δὲ πατρὶς, τέχνη δὲ &c. Mihi nomen est *Agathias*, *Mirina patria*, *pater Memnonius*, *ars autem*, &c. Herodotus initio historiæ se statim nominat. Dionysius ita absoluit procœmium: *Mea igitur historia de hisce rebus aget, & talem formam sortietur: auctor vero eius sum ego Dionysius Alexandrinus filius Halicarnassæus*. App. in Procœmio nomen suum profitetur, patriã, studium: testes etiam adducat historiæ suæ, nouere (inquit) multi, πολλοὶ μὲν ἴσασι. Heliodorus ita concludit A opus suum nunquam satis laudatum: *Cuius auctor est vir Phœnix Emesenus, ex genere Solis, Theodosij filius, Heliodorus*. Posuit prouinciam, vibem, genus, patrem, nomen. Artemidorus in fine lib. 2. Daldiam patriam suam nominat. Quod repetit cap. etiam vltimo tertij libri. Sallust. 1. hist. *Res Populi Rom. M. Lepido. Q. Catullo Coss. ac deinde militia, & domi gestas composui*. Hic refero Sueton. qui cap. 10. Othon. quasi aliud agens sui notitiam præbet, cum patris sui nomen, & dignitatem declarat: *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus angusticlauius*. Obiter adnota, Suetonium dictum *Tranquillum* à patre *Leni*, seruata non vocis similitudine, sed sententiæ. Redeo ad opus, & Scriptoribus adiungo Tertullianum, qui ad librum de velandis virginibus ita absoluit: *Hæc cum bona pace legentibus, vtilitatem consuetudini præponentibus pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est*. Quo epiphonemate, inter argumenta alia, Pemellius vtitur ad probandum esse hoc opus Tertulliani. Ergo Virgilius ex hoc more expressit suum nomen, materiam quam condidit, principem, qui tunc orbi præerat, locum vbi his Musis otium dicauit. Sed age morem ex Poetis illustremus, qui propius ad nos. Nicander ita absoluit librum Theriacorum loquens cum lectore.

— τεεινάθριον
μνῆσιν ἔχοις, τὸν ἔθρεψε κλεὰ νιφόεσσα πολίχνη.
— *Nicandri memineris,*
quem nutrit frigidum oppidulum Clari.

Partem horum repetit in fine Alexipharmacorum, & attingit copiosius per initia eiusdem operis. Pausanias in Atticis de Æschylo: *de Marathonia pugna cum suum carmen ederet, in ipsa operis fronte suum & patria nomen inscripsit*. Dio Chrysost. Orat. 36. de Phocylide, ὥσε καὶ σφετέριόν τὸ ὄνομα αὐτὸ καθ' ἑκάστου διανόημα, ἀπαθανίζον, καὶ πολλῷ ἄξιον ὑπωμένου: *Quare etiam nomen suum ad quamque sententiam apponi, vt pote seriam, magnique eam pretij existimans*. Theognis quoque singulis suis carminibus sigillum apprimi desiderat:

κύρνε σφραγιόμενος μὲν ἐμοὶ σοφίην ὀπίσσεται,
οὐδ' ἐπὶ κλοπῇ ἔσται οὐδ' ἄπορα κλεπτόμενα:
Cyrne dispersam mihi sida, sigilla parabis,
Quæ clam de versu tollere nemo queat.

Deinde Dio rem confirmat adducto versu Phocylidis, Homerumque reprehendit, qui caruit hac industria nunquam se in poesi nominans. Omitto Græcos. Quid Latini? Inflatior Horatius (*ait Scalig.*)

Exige monumentum ære perennius,
Regalique situ Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut immemorabilis
Annorum series, & fuga temporum.

Quid ista ad modestiam Virgilij? Ouidius pari flatu:

Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Et libro extremo Amorum cum eadem arrogantia:

Imbelles elegi, genialis Musa, valete:
Post mea manserum fata superstes opus.

Tu reliqua. Papinius etiam aliquid ad hanc rem in fine Thebaidos, & modestissime censente Scaligero. Cauit hoc diligentissime Martial. furum metu. Nam lib. 1.

Hic est, quem legis, ille, quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
Argutis Epigrammaton libellis.

Non his contentus assignat patriam *Bilbilin*, & patriæ circumstantias: *Aquis, & armis nobilem*. Sic legendum, non *equis*, videruntiam alij. Firmant hanc lectio

UVA. BHSC. BU 00239

lectionem, quæ legis in Iustino lib. 44. Roges, quæ caussa huius moris seruati ab Scriptoribus, & Poetis? Ambitio certe, & gloria: & in Poetis adhuc alius affectus, amor (inquam) quo fœtum ingenij sui amant præ ceteris literatis. Ideo illos cum patribus confert Plato 1. Polit. nullos alios sapientes, οἱ ποιηταὶ τὰ αὑτῶν ποιήματα, καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι: *amant Poeta suos versus, amant patres suos liberos.*

Altum. 2. ALTVM EVPHRATEN.] Profundum & altum idem sunt. Discrimen tantum, quod profundum ima Profundum. respicit, altum summa. Sed ita tamen hoc seruatum, vt vsus sit reciprocus. Nam cœlum vocauit profundum Ennius, Valerius Flaccus 7. Arg. & Virg. 1. Æn. Et Prudentius bis aut ter. Liuius quoque lib. 38. *profunda altitudo.* Contra Cæsar non semel dixit *altissimum fluuium.* Virgilius supra *fluminis alti*, hic: *Euphraten altum.* Et 1. Æn. *fundamenta alta.* Obuium: *altum mare.* Cic. *alta stirpes.* & de virtute dixit esse defixam, *altissimis radicibus.* Eadem ratione Virgilius *fastigium* dixit iam de re summa, iam de ima. Obseruarunt ista ante nos alij, quæ tamen volui inserere, quia obuia in Virgilio.

3. FVLMINAT.] Illustrabitur locutio ista his, quæ dicam 6. Æn. vbi Scipiones duo, dicuntur *belli fulmina.* Nunc tantum, quia vocem istam Augusto attribuit, audiendus Lucanus libro 1. qui de patre Iulio,

Qualiter expressum ventis per nubila fulmen
Ætheris impulsi sonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem, populosque pauentes
Terruit, obliqua perstringens lumina flamma.

Quin Ouid. 1. Trist. Eleg. 1. Augusti ipsius furorem comparat cum fulmine, cum ait:

Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.

Quod sæpe repetit. Et 4. de Pont. El. 11. ait se percussum *cœlesti cuspide.*

Volentes. 4. VOLENTES.] Sunt qui putent, hanc laudem datam Augusto à vate ex imitatione Demosthenis, qui in Philippicis, ἐκόντων ἦρξαν ἑλλήνων, *imperarunt volentibus Græcis.* Isocrates quoque in Areopagitico de Atheniensibus dixit, ἐκόντας ἐγχειρίσαι: Germanus, ait, hoc dictum imitatione Orphei, qui de Hypsipyle, ἐλθοῦσαν κρίνουσι: *imperauit volentibus.* Ero ego ἀσύμφορος in hac Nota? Reperi in Critia Platonis ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων: *duces volentium Græcorum.*

5. DAT IVRA.] Eadem forma Græci (ait German.) nam Plat. Leg. 9. δίκας λύουσι καὶ δώσουσι, *accipient, & dabunt iura.* Ab Arato iustitia dicitur δότειρα δικαίων, *datrix iusti.* Græci etiam frequenter δικαιοδότην, & δικαιοδοσίαν.

6. VIAMQVE AFFECTAT.] Vsi hac forma Plaut. Aulul. Et Terent. ἐλαύν. Et Cic. pro Rosc. *iter affectet.* Notarunt alij.

Virgilius dicendum ne, an Virgilius. 7. VIRGILIVM.] Hoc nomen ita esse efferendum firmat communis consensus omnium, tum versus iste veteris Poetæ,

Et vates cui virga dedit memorabile nomen
Laurea.

A Alludit ad natales & cunas Virgilij, de quibus alibi. Smetius etiam vetustam affert scriptionem, qua continentur laudes Claudiani poetæ ad cuius calcem sunt Græci versiculi, in quibus per tertiam vocalem scribitur, ΒΙΡΤΙΑΙΟΙΟ. Brodæus in Notis ad Græca Epigrammata lib. 5. in hanc sententiam inclinat. Contra alij contendunt scribendum *Vergilium.* In his Iosephus Castalio, edito hac de re opusculo; & Politianus, nisi excidit, nam is nunc mihi non ad manum. Vidi etiam in Smetio inscriptionem, in qua, VERGILIVS, MARTANVS, &c. Iuuat Poeta alius, qui fuit Plinio coæuus, quique Mimiambos, & Comœdias scripsit, quem Typographi exhibent hoc titulo, VERGILIVS ROMANVS. Lege Pet. Crin. lib. 4. de Poetis Latinis cap. 79. & Ioannem
B Fungerum in vocibus, *Vergilius*, & *Virgilius.*

8. PARTHENOPE.] Est hæc Neapolis. Accepit Parthenope. nomen ab vna Sirenum. Visum mihi (fortasse fallor) Poetam in eo nomine allusisse ad fuum. Sciũt omnes pudentissimum fuisse Maronem, ideo veteribus, & sæpe Scaligero, dictus est, Vates Parthenopæus, quasi virgineus. Ergo Parthenope aluit me Virgilium, id est, vrbs virginea me Vatem virgineum. Nam παρθένος, Græcis virgo est.

9. IGNOBILIS OTI.] Allusum (ait Germ.) ad Græcas voces σχολαστικὸς, σχολάζειν, συσχολάζειν, quibus studiosi significantur. Credamus ad hæc otia Virgilij allusisse Silium, nam de vrbe hac loquens lib. 12.

Nam molles vrbi ritus, atque hospita Musis
C *Otia, & exemtum curis grauioribus æui*
Sirenum dedit vna suum, & memorabile nomen
Parthenope muris Acheloias, &c.

Allusit (inquam) nam quæ otia Musarum in hac vrbe Virgilianis, non dico anteponenda, sed neque æquanda?

10. AVDAXQVE IVVENTA.] Videlicet annorum Virgilius edidit Bucolica, & Georgica adhuc iuueni. viginti octo, si Seruio credimus 1. Ecloga. Ouid. 2. Trist. hanc rem attingit loquens de Virgilio:

Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuuenis luserat ante modis.

Et Politian. in Mant. de eodem Virgilio cum respectu ad Bucolica:

Hæc fuerint timide preludia prima iuuentæ.

Male *timide*, imo *audacis*: nam hæc nota huius ætatis
D in aggrediendis rebus. De eodem Virgilio ibi: *Aonius iuuenis.* Hieron. Vid. lib. 3. Poet.

Vi iuuenis Siculas silua inflarit auenas.

11. TITYRE TV PATVLÆ.] Est hæc synecdoche, nam per hunc versiculum intelligit integra Bucolica. Ita Cic. ad Attic. Epist. 11. lib. 16. *O Tite tibi prodesse lector.* Id est, lector prodesse tibi librum meum de Senectute cui exorsus est, O Tite. Lege eundem Epist. 3. eiusdem lib. ita & 5. Ecl. *Hæc* (cicuta) *nos formosum Corydon ardebat Alexin: Hæc eadem docuit, cuium pecus? an Melibœi?* Quibus indicat secundam, & tertiam Eclogam. Ouid. 2. Trist.

Et tamen ille tua felix Æneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

FINIS LIBRI QVARTI GEORGICORVM.

INDEX

VVA. BHSE. BV 00239

INDEX CVM RERVM ET VERBORVM TVM AVCTORVM IN COMMENTARIIS CONTENTORVM.

Quorum numerus prior libros tam Bucolicorum quàm Georgicorum:
Secundus versus initiales eorundem:
Tertius paragraphos siue numeros Laterales aut Marginales denotat.

A

ABIES arbor nautica. 2. g. 63. 7
A teneris assuescere, adag. 2. g. 259. 17
A vertice quid sit. 2. g. 298. 19
Ab integro, vnde. c. 4. v. 1. n. 8
Ablaqueare vites quid. 2. g. 397. 10
Ablatiuos desinebant Antiqui per tertiam vocalem. c. 6. 13. 10
Ablutio manuum anterpulas. 4. g. 374. 3
Acanthidis etymon. 1. g. 322. 19
Acanthus cur humidus. 4. g. 116. 14
Accessus & recessus maris. 2. g. 475. 11
Achelous fluuius. 1. g. 5. 9
Achelois etymon. 1. g. 5. 9
Achilles pro quouis viro forti. 4. 26. 17
Acclamatio. 2. g. 503. 10
Aconitum vnde dictum. 2. g. 136. 22
Actæus qui. c. 1. v. 17. n. 19
Adoro, Deorum est. 1. g. 335. 13. quid proprie. 1. g. 335. 13
Adsum pro faueo, verbū fori. 4. 48. 10
Aduersō amne. adag. 1. g. 187. 18
Aduertere proram. 4. 116. 2
Adulatores. 4. g. 387. 17
Aduro de frigore. 1. g. 84 10
Ædificium suspendere quid. 4. g. 374. 1
Ægyptus cur dicta supina. 2. g. 259. 6
Ægyptij Regum insignia 4. g. 387. 17
Ægyptiorum nauicula. 4. g. 287. 4
Æneas dictus Iupiter indiges. 1. g. 498. 2
Æquor quid proprie. 1. 50. 1.
Aere & rore laginatus. 5. 56. 33
Aera dissoluisse per gelu. 3. g. 349. 16
Aerariū cur in ede Saturni. 1. g. 121. n. 7
Æs pro qualibet pecunia. c. 1. v. 25. n. 15.
Æstas cur pulueulenta. 1. g. 63. n. 3
Æstas aurea rerum omnium abundas. 4. 26. n. 7
Æstas cur mobilis. 3. g. 157. 11
Ætas bona quæ. 3. g. 60. 13. vigens quæ ibd. mala quæ. ibid.
Ætates de arboribus. 2. g. 9. 6
Æterna nox quid. 1. g. 466. 2
Æther maritus terræ. 2. g. 325. 10
Æthiopes vocati Indi. 2. g. 136. 35
Ætnæ prognostica. 1. g. 466. 5
Ætnæ fornaces. 1. g. 466. 7
Africæ etymon. c. 1. v. 65. n. 2
Aganippe fons. c. 10. 9. 9
Agellius assertus. 1. g. 287. 15
Ager medicus vtilior suo colono. 2. g. 397. 14
Ager quid propric. 2. g. 273. 2
Agni emeriti. 2. g. 503. 14
Agrestis de agricolis. 1. g. 5. 11
Agri deformis descriptiones. 1. g. 498. 11
Agricolæ auari. 1. g. 43. 6. eorum labor. 1. g. 121. 1. prodigalitas. 2. g. 458. 23. religio ibidem 24. elogia 2. g. 458. 1. quies. 2. g. 458. 19. Simplicitas ib. 20. opes. ib. 21. Iucunditas multiplex. ibid. 22
Agricultura & sapientia in pari honore apud veteres. 2. g. 490. 6
Alæ de fumo, & aliis. 2. 177. 30
Alba omnia infirmiora nigris. 3. g. 72. 17
Albesco de vndis. 3. g. 209. 31
Alburnus Deus 3. g. 146. 4
Albus color, vide Color.
Ἄλκυονες. c. 3. v. 28. n. 11
Alcinoi horti. 2. g. 83. 3
Alphæi fluuij historia. c. 10. 1. 3
Alexander Aphrodiensis reprehenditur. 1. g. 233. 13
Alexis vnde dictus. c. 2. v. 1. n. 4
Alexis quis. c. 2. v. 1. n. 4
Alueorum materia. 4. g. 33. 1
Alga an vilis e. 7. 37. 10
Alligi Etymon. c. 2. v. 5. n. 7
Alnus quid. 6. 61. 7
Alni vbi proueniant. 2. g. 109. 5.
Alter ab illo quid. c. 5. 45. 12
Alter Tiphys, adag. c. 4. 26. n. 14
Alter quid proprie signat. c. 8. 37. 3
Alterna in Virgilio, quid c. 5. 8. 11
Altum. 4. g. 530. 2
Amantes insani. c. 10. 19. 6. sibi silcum faciunt. c. 10. 3 1. 4. infidi. c. 8. 14. 8
Amantium superbia 5. 81. 3
Amare & diligere vti distinguantur. c. 9. 56. 2
Amaryllis Romam signat. c. 1. 25. n. 6
Amauit nos quoque Daphnis. 5. 45. 14
Amazonum mos in nuptiis. 2. g. 315
Ambaruale sacrum. 1. g. 335. 16
Ambaruale sacrum castum veteribus. c. 7. v. 76. n. 8
Ambrosia Deorum cibus & potus. 4. g. 415. 1
Ambrosius corrigitur. 2. g. 109. 17
Amellus qui flos. 4. g. 251. 20
Amictus de niue. 1. g. 393. 6
Aminææ vites. 2. g. 83. 19
Ammianus explicatus. 1. g. 13. 2. g. 136. 15
Amomum. c. 4. 18. 14
Amomi vnguenti vsus duplex. c. 4. 18. 14
Amnis de mari. 4 g. 228. 12
Amnium indicia. 1. g. 466. 15
Amor sollicitus. 10. 1. 5. magicis conciliatur. 8. 64. 6
Amor ferarum. 3. g. 242. 1. saxorum ib. patriæ. c. 1. v. 1. n. 10. pro cupiditate 4. g. 167. 6. dulcis & amarus e. 7. v. 108. n. 3.
Amoris effecta. c. 3. v. 100. n. 5. etymon apud Græcos. 8. 37. 4. æuitia. 8. 47. 1
Amores densi qui. 4. g. 345. 8
Amores auium, vide Auium.
Amores piscium. 5 g. 242. 2
Amurca. 1. g. 187. 9. vtilis ouibus. 3. g. 440. 8. contra scabiem. 3. g. 440. 10
Amyntæ nomen commune. 5. c. 8. 3
Amygdalus fertilitatis nuntia. 1. g. 187. 2
An, in affectu iracundiæ. 3. c. v. 21. n. 1

UVA. BHSC. BU 00239

Anchina 3.g.478.25
Ανδεισάτει.c.7.29.8
Angeli.e.5.56.1
Anguis.1.g.233.15
Anguis frigidus.e.3.v.92.n.4
Angues subditi incantationibus. c.8. 69.8
Angustia de termino.4.g.197.8
Animi dubius. 3.g.284.6
Anima pro vento.e.6.286 pro flatu.e. 6.28.6
Animalia pauida quibus cor magnũ. 4.g. 67. 15 eorum pugnæ propter fœminas.3.g.209.8
Animus de ventis.2.g.420.16
Animi contusi. 4.g.240.2 victus. 4 g. 485.6
Animus pro memoria.e.9.44.9
Antra nympharum.e.3.v.7.n.7
Anni etymon.2.g.397.5
Annus signatur serpente. e.2.g.397.5 dictus λυκάβας ib.
Annum veteres diuidebant in partes duas 1.g.287.6
Anser hostis segetum. 1.g.100.23 poeta ineptus c.9.30.7
Antes.e.2.g.397.15
Anthosmia.e.7.1.7
Aonia.c.6.61.9
Apes parcæ. 1.g.1.n.6. succollant suorũ reges.4.g.210.11. noctu redeunt. 4.g. 178. 5 cum pungunt moriuntur.4.g.228.18 generantur ex vitulo.4.g.287.8 condunt mortuas.4.g. 251.4 ad bombi sonorum. 4.g.178. 13 suis regibus obedientissimæ.4.g. 210.6 diuinæ. 4.g.178.19 exeunt transacta hyeme. 4.g.5 1.2 stationẽ habent ad portas. 4.g. 158.11 non conficiunt mel, tantum contrahũt. 4.g.1.1 regium augurium.4.g.149. 8 cur fingantur dedisse mel Ioui ib. laboriosissimæ.4.g.158.24. mundissimum animal. 4.g.33.17 rex custos operum. 4.g. 210. 9 quo sint cultu erga suos reges.4.g.210.10 diuinę, rationabiles, sapientes, prudentes, ingeniosæ. 4.g 210.13 in fucos degenerant.4.g. 158. 15 eloquentiam portendunt. 4.g.149.8 laboriosissimæ. 4. g. 178. 15 conduntur ad tinnitus æris. 4. g. 51. 17 seniores intus laborãt. 4.g. 178.1 quando ad bellum exeunt. 4.g.67.9 potiores quæ. 4.e.88 10 deteriorem regem interficiunt. 4.g.88.2 vnguenta oderunt.4.g.33. 17 & deditos Veneri ibid.
Apum genera. 4 g 88.5.& 8 fedes. 4. g.8.2 ingenium.4.g.178.3 vita.4.g. 197.10 hostes.4.g.240.6 etymon.4. g.287.16 vuæ.4.g.251.5 morbi.4 g. 251.1 iræ.4.g.228.14 somnus. 4.g. 178.18.industria, ne vento abripiãtur.4.g.178.20 reges prodeunt foras cum toto exercitu.4.g.18.4 studiũ. 4.g.158.n.1 Colonia.4.g.51. 10 inimicitiæ cum fucis. 4.g.158. 15 vita communis. 4.g.149.9 excubiæ in portis Romano more. 4.g. 158.14 reges insigniores.4.g.67.14
Apium vua, vide Vua.
Apium vasa vti indigitet Virgilius. 4. g.51.11 Choreæ. 4.g.103.1.studiũ in occultandis fauis.4.g.33.9 pugnę & causſæ illarum.4.g.67.1 sonitus instar tubarum.4.g.67.5.
Apis animal politicum.4.g.1.6
Apiaster auis.4.g.8.12
Apiastrum.e.4.1 8.12
Apium cur amarum.e.6.61.14
Apollo formosus.e.4.48.n.13
Apollo Cœus,est Aristæus.1.g.5.20
Apollonius explicatus. 1.g.121.n.14
Appianus explicatur.e.9.17.10
Apprima.2.g.109.24
Apri etymon.e.5.56.30 sæuientis notæ & descriptiones.e.3.g.242.9
Apri cur acres. e.10.50.7 degunt in montibus.e.5.56.30 pugnaturi apparatus.3.g.242.13
Aprorum duplex locus. 3.g.404.11 dentes ignei.e.10.50.7
Aptus pro aptatus.3.g.157.15
Apuleius explicatus. 2.g.226.18. e.1. v.25.n.3.1.g.370.21 reprehenditur. e.10.19.1
Aqua ad sacrificium pertinet. e.8.64. n.1 mussaria ad vsum apum.4.g.51. 6 omnis dicetur Achelous. 1.g.5.9 omnia expiat. e.8.101.1 cur dulcis. e.5.45.7
Aquam dare.4.g.374.2
Aquæ propter aluearia.4.g.18.1
Aquæ fœcundissimæ.4.g 333.4 dulces proficuæ vitibus.2.g.177.7
Aquarum domicilia.4.g.333.2.origo. 4.g.363.2 earum loco vnguenta.4. g.174.3.eorum verba attribuuntur igni.e.6.28.7 pulcritudo variis modis signata. 3.g.515.4 voces ad alia elementa.3.g.179.22
Aquis datur caput, brachia, gremius, ceruix,collum, fauces,sinus,os,pes, lingua,manus,ventes.3.g.349.13
Aquas frenare.4 g.116.34
Aquarius.3.g.295.11
Aquilo cur densus.3.g.179.20
Ara quid.e.5.56.16
Aracynthus mons vbi.e.2.v.17.n.19
Araris Etymum.e.7.v 60.n.6
Aratio obliqua.1.g.84.n.18
Arationis tempus. 1.g 287.14. præceptum.1.g.43.4
Arator cur dicatur iratus, e.2.4.177. 26
Aratra olim aurita. 1.g.160.21
Arbor de cornibus ceruorum. e.7.29. 5
Arborem emuscari.4.g.18.2
Arbores, quam cœli partem debeant spectare. 2.g 259.15 vbi proueniãt. 2.g.177.3 quãdo serendæ. 2.g.315. 5 incidere,capitale.e.3.v.7.n.4 quibus modis proueniant. 2.g.9.1 generis masculi.2.g.420.20
in Arboribus amores inscribere. e.10. 50.4.
Arbutus cibus caprarum.3.g.284.7 in delitiis.e.7.45.5.
Arbutum cibus mortalium. 1.g.147.3
Arcades fortissimi habiti.e.7.1.8 musici.e.10.31.1
Arcadia fertilis pascuis.e.7.21.8
Arces olim in summis montibus. 4.g. 45 3.6
Archaismus in nominibus.2.g.63.9
Archimedes.e.3.v.28.n.16
Arcturi ortus.1.g.63.n.5
Arcus cœlestis.1.g.370.10
Ardea Græcis κίσσα.1.g.351.16 eius prognosticon. 1.g.351.17 naturæ. 1. g.351.17 adagium pro stupido.1.g. 351.17
Ardor oculorum in serpentibus. 3.g. 425.8 in rebus cœlestibus.1.g.266. 28
Arethusæ natura admirabilis.e.10.1.6
Argutis vua.2.g.83.21
Argo nauis. e.4.26.n.15 ex pino. e.4. 37.4
Argonautarum elogia.e.4.26.16
Arguties arborum.e.7.1.2
Argutos inter strepere anser olores.e. 9.30.7
Aridus sonus.1.g.351.9
Arion ex pelago adag.e.8.52.4
Arionis facinus.e.8.52.4
Aristæus.1.g.5.20.4.g.281.1
Aristot.lapsus.4.g.33.18 explicatus.2. g.532.5 carpitur.2.g.109.2 explicatur.2.g.226.12
Arma i.e.instrumenta.1.g.160.2
Armenta pro vitulis tantum.3.g.157. 8 vbi pascenda.2.g.177.16
Armorum sonitus in aere maximum prodigium.1.g. 166.9
Arnobius corrigitur.1.g.160.9
Ars imitatio est naturæ.2.g.177.5
Artes vnde natæ.1.g.121.n.15
Artium instrumenta Diis suspendebantur.e.7.21.6
Arua ad quid traducantur. 3.g.123.17
Aruisia vina.e.5.56.24
Aruipendia.2.g.273.2
As in sacris.4.g.149.6
Ascanius fluuius.3.g.242.29
Asclepius pro Hesiodo.e.6.61.16
Ascoliasmus.2.g.373.19
Assaracus.3.g.10.34
Asini ornati.4.g.116.4
Asinus tardus 1.g.257.n.20
Asilus hostis taurorum.3.g.146.6 natus in Italia. 3.146.10 eius ferocitas.i.8
Assurrectio.2.g.503.10
Assurrectio, nota honoris erga Deos. e.6.61. 10 erga homines ibid. erga poetas.ibid.
Asia prata quæ.1.g.370.13
Athenæus corrigitur.e.5.56.20.e.9.17. 15
Atho,accusatiuus.1.g.311.21
Atlantides.1.g.204.16
Atomi.e.6.28.4 eorum sententia explicatur.e.6.28.9
Atque pro statim.1.g.187.22
Attenuo.2.g.393.3
Attondeo.2.g.397.3
Auena terram defrugat.1.g 63.n.17
Aues

UVA. BHSC. BU 00239

Aues implumes dono dantur ab amatorib. e.3.v.68.n.10 lætæ post tempestatem. 1.g.293.26
Aues canunt in vere. 2.g.315.15
Auium cantus inter prodigia. 1.g 466. 4 amores. 3. g. 242.3 fletus, vide Philomelæ.
Auibus vnde natum diuinare. 1. g. 293.21
Auernum. 2.g.136.29
Augustus viuens & Deus cultus. e. 1. v. 5.n.4
Augustus salutaris Romæ. 1.g. 498.6
Augustus cultus cum lauribus. e. 1.v. 41.n.3
Augustus cultus vt vnus è cœlestibus. e. 1.v.5.n.6
Augustus dictus Romulus. 3.g.10.23
Augustus etiam appellatus est Iulius. 2.g.136.29
Augusti simulacra. e.4.v.1. n.17
Augusti natalis sub libra. 1.g.24.15
Augusti omen ad imperium. 1.g.24.8
Aulæum tollere quid. 3.g.10.19
Aulæ in ministerio Scenarum. 3.g.10. 19
Aurea ætas. 2.g.532.6
Aureæ ætatis felicitas. e.4.18.9
Aureæ ætatis felicitas. e.4.v.11. n.9
Aurem vellere. e.6.1.6
Aures impulit. 4.g.345.11
Aures equorum. 3.g.72.21
Aurium demissio in pestibus. 3.g.498 4
Aurigarum habitus. 3.g.94.16
Aurora frigida. e.8.14.1
Auroræ venientis nota ex rore. e.8. 14.3
Aurum defodere. 2.g.503.8
Ausonia vnde dicta. 2.g.373.20
Ausonius explicatus. 3.g.349.22
Auster noxius. e.2.v.56.n.2
Auster cur ventus Deorũ. 4.g. 387. 14
Autumnus morbidus. 3.g.478.4
Autumni tempestates. 1.g.311.2
Auulsio in plantis quid. 2.g.22.3

B

BAccar contra fascinum. e.4. v.18. num.3
Baccar contra fascinum. e.7. 21.11
Bacchatus. 2.g.475.19
Bacchus segnior. 2.g.273.4
Bacchus cur liber. 1.g.5.3
Bacchus Nictelius 4.g.504.18
Bacchus cur doctor. e.6.13.7
Bacchus pro vino. 2.g.1.2
Bacchi Thyrsus, adag. c.5.20.20
Bactrorum tellus feracissima. 2.g. 136 6
Balearium etymon. 1.g.287.26
Balsamum vbi gentium extra Iudæa. 2.g 109.14
Balsamum quid. 2.g.109.14
Balsamum prouenit in Iudæa. 2.g.109 14
Baltheus. 1.g.233.11
Barba arborum. 2.g.346.10
Barba in arboribus. 2.g.397
Bauij, mali Poetæ. e.3.v.88.n.6
Belli nota. 1.g.498.12
Benacum. 2.g.136.27
Bene vertat. e.9.1.9
Bene vertere quid sit. 2.g.490.1
Bianor. e.9.56.6
Bibo de herbis. e.3.v.108.n.5
Bibo de plantis. 4.g.18.14
Bipennis. 3 g 478.13
Bis solem, bis frigora quid sit. 1.g.43.7
Blandimentum, quo Poeta solent ornare quos amant. e.7.53.10 genus. e.4.v.1.n.9
Bonus pro perito. e.5.11.1
Bonus de Diis. e.5.56.11
Bootes occidit nobis. 1.g. 204.24
Bos agricola est, adag. 3.g.49.5
Boues in magno olim pretio. 2.g.532.5
Boues feriabantur à labore. 2.g.503.14
Boum elogium. 3.g.49.6
Boum fimus in vsu. 4.g.33.13
Brachia de arboribus. 2.g.346.22
Britanni intexti aulæis. 3.g.10.19
Britanni extremi terrarum. e.1. v.65. n.7
Bũ in compositione. 2.g 83.23
Bubali qui. 2.g.373.6
Bubetij ludi. 2.g.503.14
Bubulcito. e.10.19.2
Bucephalus vnde dictus. 1.g.257.9
Buculæ prælagium. 1.g.370.5
Bucularum lasciuia. 4.g.8.6
Βελτιὼς quid. e.2.v.63.n.7
Bumactos. 2.g.83.22
Busiris cur illaudatus. 3.g.1.6
Buxus apta tornationibus. 2.g. 420.26

C

CAballus vnde dictus. 3.g.72.26
Cado verbi duplex vsus. 1.g.351.6
Cæcilius explicatur. e. 6.41.10
Cæsar explicatur. e.6.28.n.11
Cæsares vti discernerentur ab Imperatoribus. 2.g.490.9
Cæsares vnde dicti. e.4.v.1.n.17
Cæsaries in decore fœminarum. 4.g. 333.9
Caycus fluuius Mysiæ. 4.g. 363.8
Calami. 2.g.346.12
Calathus pro poculo. e.5.56.23
Calathi noua significatio. e.2.v.45. n. 4. eius quis princeps vsus. e.2.v.45. n.4
Calor & frigus hostes apium. 4. g. 33.3
Calpurnius correctus. e.3. v.68. n.6
Calcha. e.2.v.45.n.16
Calx in arboribus quid. 2.g.22.3
Camœnæ. e.3.v 55.n.8
Campi opponũtur collibus. 2.g.273.1
Campus quid proprie. 2.g.273.2
Cana mala. e.2.v.45.n.18
Cancer domus Lunæ. 1.g.276.2
Candidus color vide Color.
Candidus color Deorum. e.5.56.1
Candor probatus in tauris. e.6.41.8
Canis natura philosophica. e.3.g.404. 7. eius latratus soluit incãtationes. e.8.105.7
Canes conflati ex molosso & Spartano optimi. e.3.g.404.4
Canes molossi vide Molossi.
Canes Spartani vide Spartani.
Canes emeriti. 2.g.503.14
Canum multa elogia. 3.g.404.7 cura. 3.g.404.1 præsagia. 1.g. 466.3
Canum cibus ferum. 3 g. 404.5 duo tantum genera attingit Virg. 3. g. 404.7
Canopum. 4.g.287.2
Cantare pro incantare. e.8.69.n.7
Cantabricum & Dalmaticum bellum Augusti. 3.g.10.29
Cantharus Bacchi vas. e.6 13.11
Cantus auium in morte, vnde ortus. e.9.17.12
Cape, forma propinationis, & vti varietur hæc forma. 4.g. 374.10
Caper præmium, compitalitiorum. 2. g.373.16
Caper pro libidinoso. e.3.v 7.n.4 cur Baccho immolitur. 2.g.373.13 animal prudens. 3.g.295.29
Capræ præstant ouibus fœtura 3.g. 295.15 semper ægra. 2.g.177.17
Capræ Etymon e.v.65.n. 22
Capræ exitiales fructibus. 2.g. 177.17
Capræ in morem adag. 2.g. 373. 13
Caprarum ratio pascendi. 3.g. 295.26
Captare auras. 1.g. 370.6
Captus oculis. 1.g. 176.8
Caput de initio fluuiorum. 4.g.315.3 de origine fluuiorum. 4.g. 36.3.4
Caput in arborib. est radix. 2.g. 346.10
Carchesia pocula. 4.g.374.12
Carceres vnde dicti. 1.g.498.17
Carenum. 1.g.187.10
Carmen etiam pro soluta oratione. e. 5.45.3 de vaticiniis. e.4.v.1.n.5
Carmina potentissima in Magia. e.8. 69.1
Carminum vis. e.8. 1.1
Carpere lanas. 4.g.333.5
Carpo. 2.g. 177.24
Corpoballsamum. 2.g. 109.14
Casarum origo. e.2.v.28.n.2
Casæus quis. 1.g.160.9
Casia. 2.g.458.15
Casia Poetarum quæ sit. 4.g.18.11
Castaneæ molles. e.1.v.80. n.4
Castaneæ aliæ hirsutæ aliæ molles. e. 7.53.3
Castitas propria agricolarum. 2. g. 503.20
Castor an se castret. 1.g.50.13
Castoris etymon. 1.g.50.13
Castorea cur virosa. 1.g.50.13
Catagraphi. 3.g.10.18
Catuli etiam de serpentibus. 3.g.425. 14
Catulitio quid. 3.g.242.28
Catullus explicatus. 1.g.50.12.1.g.351. 16
Catullus corrigitur. 2.g.63.10
Caussarum genus triplex vbi insinuet Virgilius 5.8.4
Cauum. 1.g.176.11
Cayster. 1.g.370 14
Cœli mores. 1.g.50.3

UVA. BHSC. BU 00239

Cedrus & cupressus vtiles ædificiis. 2. g. 420. 19
Cedrus serpentes fugat. 3. g. 414. 1
Cellæ seruorum. 4. g. 158. 10
Centaurorum epulæ adag. 2. g. 426. 34
Centaurorum pugna. 2. g. 420. 32
Cerberus. 4. g. 453. 26
Cerea pruna. c. 2. v. 45. n. 21
Cereales cœnæ pro magnis. 1. g. 335. 9
Cerea effigies in incantationibus. e. 8. 73. n. 4
Ceres lanifera & ouifera. 1. g. 5. 4
Ceres magna cur. 1. g. 335. 7
Ceres fruges inuenit. 1. g. 147. 2
Cereris etymon. 1. g. 147. 1
Cerintha herba apum. 4. g. 51. 16
Certamen pro certatore. e. 7. 6. 10
Certo tibi. e. 5. 8. 2
Cetuista. e. 3. g. 349. 27
Ceruæ pro fureis. e. 2. v. 28. n. 3
Cerui retibus capiuntur. 1. g. 287. 24
Ceruina senectus, adag. e. 7. 29. 6
Cæruleus color. 1. g. 233. n. 5
Ceruus gregale animal. 3. g. 349. 21
Ceruorum vita longissima. e. 7. 29. 5
Chaonia. e. 9. 7. 6
Character equorum. e. 3. g. 157. 2
Chalybes. 1. g. 50. 12
Chaos principium rerum. 4. g. 345. 7
Chelidrus serpens. 3. g. 414. 4
Chersydrus. e. 3. g. 420. 1
Chrysocolla. 3. g. 94. 24
Chrysendeta. 2. g. 503. 5
Ciborium quid. e. 4. 18. 5
Cicadæ tore victitant. e. 5. 16. 32
Cicadæ meridie canunt. e. 2. v. 5. n. 11. earum vox. 3. g. 322. 8 Cantus & modulatio. ibid.
Cicatrix de arboribus. 2. g. 373. 12
Cicero memoria lapsus. e. 5. 45. 7. e. 4. 26. n. 17 correctus. e. 3. v. 60. n. 2
Cic. explicatus. 4. g. 228. 17. e. 9. 30. 7. e. 3. v. 104. n. 3
Cicero explicatur. e. 9. 7. 8. 2. g. 503. 6
Cicero explicatus. 2. g. 490. 19. e. 1. v. 20. n. 1. e. 1. v. 10. n. 14
Cicuta quid. e. 2. n. 36. n. 2
Cinis ad stercorationem. 1. g. 63. 21
Cinna poeta. e. 9. 30. 6
Circumdo, vox venatorum. 1. g. 121. 27
Cirnus est Corsica. e. 9. 30. 2
Clamores venatorum. 3. g. 404. 14
Classicum. 2. g. 532. 7
Classis armata quid. 1. g. 233. 27
Claua. 3. g. 478. 19
Claudianus explicatus. 4. g. 210. 1. e. 1. v. 5. n. 8. e. 6. 4. 1. 10. e. 1. v. 10. n. 14. 2. g. 273. 1.
Claudo, verbum venatorum. e. 6. 41. 18
Clitumnis fluuius sacer. 2. g. 136. 15
Clitumnus & Nilus, diuini. 2. g. 136. 15
Clitumnus fluuius & Deus. 2. g. 136. 15
Clitumni tauri ducti ad victimas triumphorum. 2. g. 136. 15
Cliui descriptio. e. 9. 7. 1
Coctio ad signandam maturitatem. 2. g. 503. 18
Coctio de frigore. 2. g. 259. 2
Codri facinus. e. 5. 8. 6
Cœlei fupellex adagium. 1. g. 160. 11
Cœna sine sanguine quibus modis dicatur ab scriptoribus. e. 1. v. 80. n. 2
Collectio & distributio. 4. g. 533. 10
Colluco. 2. g. 397. 3
Colocasia. e. 4. 18. 5
Color albus, deterrimus omnium. 3. g. 72. 17 candidus in pretio. 3. g. 72. 17 giluus. 3. g. 72. 18
Colorum diuersitas in magia. e. 8. 73. 2
Columbæ obnoxiæ libidini. e. 3. v. 68. n. 8
Columella expl. 4. g. 103. 13. 2. g. 259. 4 corrigitur. 2. g. 62. 10 reprehenditur. 2. g. 83. 7 eius lapsus. 4. g. 116. 37
Columna vetua. 2. g. 373. 34
Comæ arborum. 2. g. 346. 10
Comarus. 1. g. 147. 3
Cometæ inter prodigia. 1. g. 466. 27
Cominus pro statim. 1. g. 100. 5
Committere terræ semina. 1. g. 204. 18
Communitatis elogia. 4. g. 149. 9
Comparatio à fluctibus. 3. g. 209. 70
Compitalitia. e. 5. 56. 21
Concipiunt, e ventis equæ, volucres, perdices. 3. g. 242. 34
Congero de auibus. e. 3. v. 68. n. 5
Coniugium vitium. 1. g. 1. n. 4
Conon. e. 3. v. 28. n. 15
Contagium à vicino pecore, adag. 3. g. 452. 21. e. 1. v. 47. 6
Contingo vnde ducatur. 3. g. 294. 12
Contubernium seruorum. e. 1. v. 25. n. 7
Conuiuia mutua. 1. g. 3. 87. 15
Coquere de sole. 1. g. 63. n. 4
Cor cur palpitet homini. 3. g. 94. 13
Cerui nó amant sobolem. 1. g. 293. 19
Cornicis præsagium. 1. g. 370. 16
Cornix quo loco edat præsagium. 1. g. 370. 16
Cornix mali ominis. e. 9. 7. 8
Cornix vnis nuptiis felix. e. 9. 7. 8
Coronæ Gnosiæ signum. 1. g. 204. 17
Coronæ duplicis vsus. e. 8. 6. 15
Corsicum mel infame. e. 9. 30. 2
Cortex quid. e. 6. 61. 6
Coruorum prognostica. 1. g. 370. 11
Coruorum præsagium. 1. g. 293. 17
Corus index futurorum. 1. g. 370. 11
Corui duricies. 2. g. 420. 23
Corrumpere diem. 2. g. 458. 17
Corrumpere oleum. 2. g. 458. 17
Corycius senex, 4. g. 116. 19
Corydon Virgilij repræsentat. e. 7. 1. 5
Corydon vnde dictus. e. 2. v. 1. n. 2
Cothurni punicei. e. 7. 29. 9
Cothurno dignus, adag. e. 8. 6. 10 calceamentum Tragicum. e. 8. 6. 11
Cothurnus Bacchi. 2. g. 1. 9
Coum & Bombycinũ idem. 2. g. 109. 17
Crabro. 4. g. 240. 10
Crates de fauis. 4. g. 210. 8
Credere terræ. 1. g. 204. 20
Crepito. 1. g. 84. 3
Creta victimis adhibita ad canderem. 2. g. 136. 15
Creta sumta pro amurca. 1. g. 176. 4
Crocei odores pro vino. 1. g. 50. 9
Croceus color κατ' ἐξοχὴν pro omnibus coloribus. 4. g. 103. 7
Crocus Tmoli. 1. g. 50. 9 rubeus. 4. g. 178. 10
Crustumia pyra. 2. g. 83. 4
Cubilia antra ferarum. 1. g. 176. 10
Cucumis terræ filius. 4. g. 116. 11 eius etymon. ibid. 12
Culter in sacris. 3. g. 478. 19 venatorius. 3. g. 478. 19
Cultus erga suum regem. 4. g. 210. 1
Cunei in theatro. 2. g. 503. 11 omnium ordinum fuerunt. ibid.
Cupiditas mortalium. 2. g. 503. 1
Cupressus puer. 1. g. 5. 28
Cura pro amore. e. 10. 19. 7
Curetes. 4. g. 149. 5
Curtius reprehenditur. 3. g. 72. 8
Curruum inuentores. 3. g. 113. 1
Cuspis de cornibus ceruorũ. e. 7. 29. 4
Cycnæum canere. e. 5. 28. 1
Cycnus quibus opponatur auibus. e. 8. 97. 1
Cycnus, adag. pro modulatore. e. 8. 52. 1
Cycnorum cantus quis sit. e. 9. 17. 12
Cylindrus. 1. g. 176. 3
Cyllarus equus Castoris & Pollucis. 3. g. 72. 29
Cyparissus Cretæ. 2. g. 83. 1
Cypariſſi genera. 2. g. 83. 1
Cythisus. e. 2. v. 63. n. 4. e. 10. 19. 8 copiam lactis gignit. 3. g. 394. 2. e. 9. 30. 3
Cythiso apes delectantur. e. 10. 19. 14
Cytorus vbi. 2. g. 420. 13 Buxo fertilis. ibid.

D

Dædalus a. um. pro ingeniosus. 4. g. 178. 2
Demonassa regina. 2. g. 532. 5
Dæmones iidem qui indigetes. 1. g. 498. 2
Dalmaticum & Cantabricum bellum Augusti. 3. g. 10. 29
Damocles. e. 5. 56. 28
Danielis locus illustratur. 3. g. 478. 14
Damnare voti & votis. e. 5. 56. 34
Damnas voti. e. 5. 56. 34
Danubij limes diuersus à limite Istri. 2. g. 490. 13
Dare aquam. 4. g. 374. 2
Decacumeno. 2. g. 397. 3
Decimo mẽse nasci infantes. e. 4. 60. 3
De cœlo cadere, quid. e. 4. v. 1. n. 12
Decus, adag. e. 4. v. 11. n. 2
Deducere riuos. 1. g. 257. n. 16
Deductæ Lunæ notæ septem. e. 8. 69. 3.
Deductio Lunæ. e. 8. 69. 3
Deductionis Lunæ vnde error natus. e. 8. 69. 3
Deductum carmen. e. 6. 1. 9
Deducuntur alia sidera præter Lunã. e. 8. 69. 3
Defectus Solis varij sunt. 2. g. 475. 7
Defensor Iupiter. 2. g. 31. 5. 13
Defluxus stellarum. 1. g. 551. 19
Defrutum. 1. g. 187. 10
Defunctorum Inscriptiones includendæ

UVA. BHSC. BU 00239

dæ distícho.e.5.20.34
Delitiæ meæ, Adagiùm.e.2.v.1.n.5
Denseo, pro denso. 1.g.293.24
Densitas & raritas principia generationis. 1.293. n.24
Depascor de febr. 3.g.452.8
Detexo quid. c.2.v.63.n.17
Deucalionis diluuium.1.g. 50.17
Deus cuncta replet.4.g.67.144.g. 210. 14
Deorum filij albi.e 5.56.1
Deorum exsilia & fletus.e.5.20.24
Dextrum & læuum in cœlo variæ accipiuntur. 1.g.233.4
Diana Dea Venationis.e.7.29.3
Dianæ sacrificati homines.e.7.29.2
Dico de Epicis.3.g.1.7
Dico pro cano.e.3.v.55.n.1
Dictæ in Creta. 4.g.149.7.2.g.532.4
Diffundo & defundo vti distinguãtur. 4.g.415.2
Dignoro quid.1.g 257.9.3.g.157.4
Die pro dici.1.g.204.5
Dies optima quæ sit.3.g.60.13
Dij meliora. 3.g.498.14
Dij dicebãtur Principes per adulationem.e.1.v.5.n.2
Dij quæ, Dæque forma.1 g. 5.29
Dij dicti, qui benefici.e.1.v.5.n.4
Dij de medio videbantur.4.g. 587.14
Dij se conuiuio excipiebãt. 4.g. 374.2
Dij apud veteres cur crudeles.e. 5.20.5
Dij indigetes à diis patriis diuersi.1.g. 498.2 patrij sunt penates. ib. tutelares. 3.g.10.6
Diis singulis aræ duæ. e. 5. 56.16
Dij ancos habent pedes, adag. e.5. 20. 24
Dione mater Veneris.e.9.44.4
Discessio quid.3.g. 10.17
Discludo quid.e.6.28.11
Discordia.e.1.v.65.n.15
Disputo vnde dictum. 2.g.22.8
Distendo.e.4.18.8
Diuina dicuntur, quæ eximia.e.3.vers. 28.n.11
Do, das, pro dico.e.1.v.10.n.14
Dolor in affectu inuidiæ.e.3.v.7.n.14
Dolus de Venatione.e.5.56.10
Dominia in Conuiuiis.1.g.287.15
Domus pro latibulo ferarũ.1.g.176.7
Domus pro nido.1.g.177.27
Donatus refellitur.e.7.53.2
Doris.e.10.1.4
Dotem olim mariti dabant.1.g. 24.13
Dryades.4.g.374.15
Dubium cœlum, quid. 1.g.233.22
Duco vox sacrorum. 2.g.373.32
Ducere lanas. 4.g.333.5
Dum faciles animi, adag.3.g.157.9
Duces, reges, principes de animalibus. 3.g.123.5
Duplex pro magno. 1.g. 160.22
Duplex Spiritus in sacris quid. 1. g. 160.22

E

EBenus prouenit in Iudæa.2.g.109. 10
Ebrietas ad doctrinã.e.6.12.7 duplex. e.6 13.5
Ebrij coronati.e.6.13.9
Ebur Indicum in pretio.1.g. 50. 10
Echus sonitus.e.6.74.11
Echo apibus inimica, 4.g.33.18
Echus descriptiones variæ.4.g.33.19
Ἐκφορὰς. 1.g.498.20
Egestas virget, adag.1.g.121.34
Edo de morbis. 3.g.537.26
Edurus, 4.g.116.41
Effigies in incantationibus.e. 8.80.1
Effundi verbum circi. 1.g 498.17
Elephanti Indici præstant Africanis. 1.g.50.10
Eleusis. 1. g.160.2
Eleusinia magna.1.g.335.7
Eleusiniorum origo.1.g 160.5
Elicius Iupiter.2.g.315.13
Elleborus contra scabiem. 3.g 440. 14
Emarsia.1.g.466.34
Emere vxorem. 1.g.24.13
Emplastrum æris alieni.4.g.374.4
Emulsceare arborem.4.g.18.2
En, pro, an. 8.6.5
En vnquam.e.1. 65.8
Enduo, verbum vatum.4.g. 504.6
Enipeus fluuius.4.g.363.6
Ephelcis.3.g.537.24
Ephyre, id est, Corinthus.2 g.458.13
Epidauri in honore.3.g.40.5
Epicureorum opinio de Sole.1.g.233. 20
Epilepsia qui morbus.3.g.537.25
Epirotici equi. 1.g.50.14
Equi Caput quale.3.g.72.12
Equi duplex Spina.3.g.72.25
Equi ferocitas.3.g.72.19.ceruix ardua 3.g.72.11
Equæ præstantes.1.g.50.14
Equæ cur admodum libidinosæ. 3 g. 242.27 concipiunt è vento 3.g 242 34 Lusitanæ concipiunt e vento. 3.g.242. 34
Equi, muli, asini feriabantur à labore. 2.g 503.14 audaces. 3.g.72.8 senes in honore habiti.3.g 94.2 tãgi gaudent. 2.g.179.8 quæ ætate domãdi. 3.g.179.12 vti erudiendi. ib.n.17
Equi victi dolent. 3.g.94.8 pretiosi arcẽdi ab admissura frequẽti.3.g.209.1
Equi producti à Neptuno nomen. 1.g. 5. 18
Equorum nares debent esse latæ, 3. g. 72.23
Equi boni notæ. 3.g. 72.5 Equorum incessus.ibid.
Equorum mollia crura. 3.g.72.6 iuba. 3.g.72.24.34
Equorum colores. 3. g. 72.16 domitores.3.g 113.4
Equorum nares ignitæ. 3. g 72. 23 aures.3.g.72.21 vngula solida est. 3.g. 72.27 fletus. 5.20. 9 curulia certamina. 1.g.498.16
Equinus sanguis quibus sit alimonia. 3.g.452.16
Equinus amor adag.3.g.242.27
Equus productus à Neptuno citra cõtentionem cum Pallade.1 g 5.18
Equus ferociens quot modis dicatur. 3.g.179 32
Equus tollutaris gradiuus, vide tollutaris gradiuus.
Equus Sophocleus, adag 3.g.72.21
Erychthonius. 3.g.1 13.1
Etidanus cur auratus.4.g.363.9
Eridani elogia.1.g.466.19
Erysipelas.5.g 537.25
Erithacc..4.g.33.6
Eruditus ager.2 g 177.28
Errantia pecora quæ dicantur.e.7.6.3
Esse in cœlo adag.e 9. 17.14
Esseda quarum gentium fuerint. 3.g. 179.29
Essedorum genus duplex. 3 g.179.29
Et quis, legendum sæpe, non, ecquis. e. 10.19.13
Et dubitant homines, adag. 2. g. 420. 11
Etesiarum renocatio.1.g.5.20
Euentari. 3 g.242.34
Exacuo. 2.g.397.5
Euphorion Poeta.e.10.50.1
Eurotæ fluminis lauri.e.6 74.10
Eusthathius laplus memoria.4.26. n.17
Excantare fruges quid.e.8. 95.4
Eximere quid.4.g.530.3
Exterritus de auibus. 1.g.370.11
Eximiæ victimæ tres notæ. 4. g 530.3
Eximius vox sacerdotalis. 4.g.530.3
Exporto de funeribus.4.g.251.1
Exstinguo e.5.20.1
Exta tristia quæ sint.1.g.466.20
Exuuiæ incantatæ.e.8.91.1

F

FAcies.4.g 88.7
Facio de carminibus. e. 3. vers. 84. n.3
Fagus quid e.1.v.1.n.5
Falx Saturni est. 2.g.397.9
Farris etymon.1.g. 204.15
Fas & nefas versum, adagium. 1. g. 498.9
Fastidia grauidarum sunt.e. 4. 60.5
Fascinatio.e.3.v.100.n.8
Fascinatio qui fiat.e.3.v. 104. numero 11
Fascinatio ex laudibus.e.7.21.10
Faselus, cur vilis. 1.g.204.22
Fastidium vox amantium. e.2. vers. 5. n.16
Faueo pertinet ad sacra.e.4. v.1. num. 15
Fauere vox sacrificiorum.e.3.v.36.6
Fauni & Dryades coniuncta nomina. 1.g.5.13
Fauus quid 4.g.158.5
Fauorum forma.4.g.158.5
Fauorum munitio.4.g.178.2
Fauorum munitio.4.g.178.2 constructio.4.g 33.7
Fauis fiunt sacra. 1.g.335.14
Ferarum luctus.e.5.20.12
Feritas de arboribus.2.g.47.8
Feritas de arboribus.2.g.22.13
Ferre ad sydera, ad cœlum, adag. e.9. 17.14
Ferrea, id est, deterrima. e.4.v.1. num. 13

UVA. BHSC. BU 00239

Ferrum qui inuenerint.1.g.50.12
Ferula.e.10.19.9
Fossus. e.5.45.5
Fiber,id est,Castor.1.g.50.13
Fibrarum etymon.1.g.466.21
Figere ceruos quid.e.2. v.28.n.3
Firma ætas pro virili.e.4.37.2
Fistulæ veteris descriptio.e.2.vers.28. n.8. antiquissimus vsus Latij. e.2. v.36.n 3
Flagellum summum.g.2.298.3
Flagelli etymon.1.g.311.20
Flagro. 1.g.311.20
Flagrans telum pro fulmine.1.g.311.20
Flammæ quando felices.4.g.374.19
Flauities de capillis.4.g.333.13
Flauor.e.4.26.3
Fletus auium vide Philomelæ.
Flos de viris e.7.1.7 de senibus,de rebus omnibus ibid.
Flos de iuuentute.e.7.1.7
Florum sparsio in honore Principum. e.5.20.30
Fluctus reducti qui.4 415.20
Flumen in circo.e.3.g.10.9
Fluuius glacie duratus.3 g.349.15
Flumina ortum habent a septentrione.1.g.233.13
Fluuius de oceano.4.g.228.12
Fluuij cornuti & cur.4.g.363.10
Fluuij arundinetis vestiuntur.e.7.6.5
Fœminæ Thraciæ compunctæ notis. 4.g.504.19
Fœminarum ingenium.e.3.v.65.n.6
Fontanalia.e.5.20.31
Fontes sacri.e.1.v.47.n.9
Focus,tæda,ignis,vti distinguantur. e. 7.45.11
Fulmen in dextra Iouis.1.g.311.16
Forma.e.5.56. v.27
Forma insanum.1.g.490.18
Formica pestis agrorum. 1.g.176.14 Notitiam significat.ibid.
Formica,herpes,zoster,circinus, id est ignis S.Antonij.3.g.537.25
Formicarum prognosticon. 1.g. 370.9
Formido venatoria, & eius notæ. 3.g. 349.22
Formosus quid.e.2.v.1 n.1
Fœtæ oues quæ.e.1.v 47.n.5
Fœtus pro melle.4.g.228.8
Fragiles Lauri quæ sint. e.8.80.5
Frænare aquas.4.g.116.34
Fraga quæ.e.3.v.92. n.3
Frango quid proprie.e.9.7.2
Freti etymon 1.g.311.13
Freti etymon.1.g.351.7
Frigus cur sceleratum.1.g 226.18
Frigidi,id est arrogantes.4 g. 103.3 id est,inficeti 4.g.103.2
Frigus,de re læta & remissa.4 g.103.2
Frigus cur penetrabile & adurens.1.g. 84.9
Frigidus pro venenato.e.8.69.6
Frons & frondeo,quid proprie. e. 3. v. 55.n.5
Frumentis quæ apta tellus.1.g.177.25
Frumentarius ager quis.1.g.177.25
Fruges quid.e.9.44.6
Frugum incantatio.e.8.95.4
Frustra pressabimus vbera palmis.e.3. v.96.n.4
Frutex quid.2.g.9.8
Fucorum inertia.4.g.240.9
Fucus ignauus est.4.g.158.15
Fugio de aquis.4.g.18.3
Fulica Græci ἀίθυια.1.g.351.16
Fulgura inter prodigia. 1.g.466.24
Fultus quid.e.6.41.12
Fumus hostis apum. 4.g.228.5
Fumo dantur alę.2.g.177.30
Funda genus ratis.1.g.121.27
Fundi etymon.2.g.458.5
Fungi qui,& eorum prognosticon.1.g. 370.21
Fur manifestus quis.e.3.v.7.n.16
Fur pro seruo.e.3.v.7.n.15
Fures clamorem.e.3.v.7.n.20
Furibus quæ dies Lunæ aptior. 1. g. 276.11
Furcæ.2.g.346.12
Furor in pestibus quis.3.g. 498.17
Furtum per lancem,& furtum conceptum quid sit.e.8.73.n.3

G

GAlatea vnde dicta.e.1.v.25.n.7
Galateæ nomē in delitiis.e.7.37
Galbanus.4.g.251.13
Galbanum.3.g.414.2
Gangarides.3.g.10.22
Ganges cur pulcer.2.g.136.2
Garamantes sæui e.8.43.4
Gargara.1.g.100.2
Garnæ Lassi principis poetarum Hispanorum elogium.4.g.345.12
Gemitus nota turturis.e.1.v.47. n. 14
Geminum pro magno.1.g.160.22
Gemma,quod vas.2.g.503.5
Gemma bibere.2.g.503.5
Gemmare in vitibus quid. 2.g. 315. 24
Gener pro marito.1.g.24.11
Generositas de equo.3.g.72.4
Genesis locus.1.g.121.1
Genitiuus possessionis.4.g.345.4
Genius Deus.4.60.7
Giluus Color vide Color.
Gladis etymon.2.g.420.17
Glans cibus mortalium.1.g.1473
Glauci tres.3.242.29
Globus de flammis 1.g.466.8
Gordius Martyr.3.g.209.15
Gossipium.2.g 109.16
Gradarius equus.3.g.113.10
Gramen de re amœna.e.5.45.6
Grauesco a prægnantibus.2.g.420 9
Gregalia & Soliuaga qui opponantur ab Auctoribus.3.g.349.21
Grauis,id est morbidus.2.g.373.8
Grues & reliquę aues hostes segetū.1. g.100.23
Gruum prognosticon.1.g.370.4
Grynæum nemus.e.6.61.18

H

HAbet me.e.1.25.n.5.
Hæc mea sunt.e.9.1.6
Halcyones. 1.g.393.7
Halcionū dierum numerus. 1.g.393.7
Hamadryades.e.10.50.12
Hastilia.2.g.346.12
Hebræorum mos in colendis regibus. e.5.56.21
Hedera cur præmium Poetarum. e. 7. 21.7
Hedera duplex alba & nigra. e.7.37.6
Hellenicæ vnde dictæ.1 g.50.17
Hepsema.1.g.187.10
Herba pro victoria.3.g.498.2
Hirci vtiles ad vsum castrorum. 3.g. 295.24
Hermus aurifer.2.g.136.4.
Hesiodus laurum a Musis accepit. e.6. 61.15
Hesperidum mala.e.6.61.2
Hesperus quæ stella.e.8.26.8 nuptialis.e.8.26.7
Hibyscus.e.2.v.28.n.6
Hieronymus explicatus.4.g.8.4
Hilaritas de ebriis.e.5.56.20
Hilæus centaurus.2.g.420.32
Hippotrophia veterum.3.g.49.4
Hircos mulgere,adag.e. 2.v.88. n.8
Hirqui.e.3.7.n.3.eorum lasciuia.ibid.
Hirundo nota veris.4.g.287.14.in volatu pascitur 4.g.8.14
Hirundinis nota ab ædibus.e.6.74.8
Hirundinis præsagium.1.g.170.7
Hirundinis industria.4.g.287.15
Hispani defenduntur ab telo Virgilij. 3.g.404.8 eorum elogium.1.g.233.3
Histrionū persona ex lappis.1.g.147.8
Hœdi petulci 4 g.8.4
Homerus explicatur.1.g.233.28
Homerū superat Virgilius.3.g.94.14
Homerū superat Virgilius.4.g.. 15.4
Homerum superat Virgilius.1.g. 233. 16
Homerum superat Virgilius.4.g.363. 3
Homerum superat Virgilius.4.g.333. 8
Homerum superat Virgilius.4.g.245. 1.4.g.387.1.4.g.251.8.4.g.485.13
Homerum superat Virgilius.1.g. 100. 9
Homerum superant discipuli Virgiliani.4.g.373.8
Homerum reprehendit Synesius. 2.g. 458.22
Hominis partes & membra aquis metaphorice attributa 3.g.349.13
Homines natos lapidibus,cur creditū. 1.g.50.n.18
Homines fractæ fidei expressi forma Prothei.4.g.387.17
Hominis libido.2.g.315.17
Hominum voces dantur rebus inanimis.e.4.37.10
Honor de arboribus.2.g.397.7
Horatius hæret præceptori Virgilio. e.7.45.6
Horatius correctus.1.g.293.24
Horatio lux.e.5.56.11
Hor.explicatur.e.8.73.n.4
Horatius explicatus.2.g.346.2.e.7.37. 10

UVA. BHSC. BU 00239

Horatius explicatus.e.6.74.8
Horatius explicatus.e.9.1.4.1. g. 1.n. 4.2.g.109.24.c.9.1.8.1. g.311.3
Horatius explicatus. 4. g. 88. 13. c. 4. 48. 4
Horatius explicatus. e.8.32.1
Horatius explicatur.e. 1. v.25.n.2
Hor.expl.2.g.503.7
Horti descriptiones.4.g.116.3
Hospites qui excipiebantur. 4.g.415.3
Hostia nigra vide Nigra.
Hostiæ quæ.2.g. 136.15
Huc ades,in reamoris.e.2.v.45.n.1
Huic aliud mercedis erit,adag.c.6.13. 21
Humanæ affectiones datæ arboribus. 2. g. 9.6
Humecto pro irrigo.4.g.116.18
Hippomanes quid.3.g. 242.37
Hyacinthus cur ferrugineus.4.g. 178. 12
Hybla.c.7.37.5
Hydaspes fluuius.4.g.210.5
Hydrus interfector Eurydices. 4. g. 437.7
Hydræ nigræ.2.g.226.20
Hyeme cruda non arandum.2.g.315.1
Hyems pro magna pluuia.1.g.370.20
Hygini lapsus.4.g.5.1.15
Hylam inclamas,adag. c.6.41.5
Hylæ inclamatio.e.6.41.5
Hymeneus Deus nuptiarum pro ipsis nuptiis.3.g.60.4
Hyberboris.3.g.179.19.
Hylas.e.6.41.4

I

IAculum genus retis.1.g.121.27
Iacchi nomen ad sacra pertinet.1.g. 160.14
Idæi dactyli.1.g.50.12
Ignis facer. 3.g.537.25
Ignis & aqua contrarij.4.g.345.3
Ignis pro puero meritorio. e. 3. v. 65. n.8
Igni attribuuntur quæ liquida sunt.e. 6. 28.7
Illices quæ.1.g.100.12
Imago pro resultãtia vocis.4. g. 33. 19 vnde dicta.4.g.13.19
Imitatio excellentissima quæ. 4 g.363.1
Immisi fontibus apros. e.2.v.56 n.3
Inuisio Deorum est. 1.g.24.5
Impar numerus.e.8.73.5
Imperium de agricolis.1.g.84.20
Impietas de bello ciuili.e.1.v.65.n.21
Impossibilia.e.8.26.2
Imprudens. 1. g.37.3
Imprudentia de arboribus. 2.g.373.3
Improbus. c.8.47.5
Impudens,id est,magnus. 3.g.49.6
Incanum.3.g.295.21
Incessit.4.g.67.1
Incidere faces.e.8.26.4
Incondita.e.2.v.1.n.9
Increpito pro accerso.4 g.116.36
Indignus,id est,magnus.2.g.373.4
Indignus quid proprie.e.10.9.4
Induere florem.1.g.187.3
Indus habet ora septem ex nonnullorum opinione.4.g.287.1
Indi imbelles.6.g.136.35
Indi pharetrigeri.2.g.109.20
Indi cur colorati.4.g.287.7
Indicæ arbores altissimæ.2.g.109.19
Induco,vox sacrorum.e.5.20.18
Inferi immites, & immisericordes. 4. g.453.15
Infidelitas de mari.1.g.233.25
Infindo pro aro.e.4.26.n.13
Infula hostiæ velabantur. 3.g.478.14
Infundibulum. 3.g.498.13
Ingenium de auibus.1.g.293.22
Ingenium de aruis.2.g.177.1
Ingentes animos adag. 4.g.67.15
Ingluuies.3.g. 425.5
Iniussa cramina.1.g.50.8
In manibus. 2.g.39.9
In medium reponere.4.g.149.9
In modum e.6.28.1
Innabilis vnda infororum.4.g.453.23
In numerum.e.6.28.1
In præceps.1.g.187.23
Inscriptiones defunctorum.e.5.20.33
Inscriptiones.e.1.v.5.n.6
Inscript.e.5.56.21.c.6.41.4
Insitionis præceptum. 2.g.22.10
Insitionis modi.2.g.63.11
Insolatio.2.g.397.3
Inspirare faces.2.8.26.4
Inspicare.1.g.287.7
Intacta canere.2.g.284 8
Interficere messes.4.g.315.12
Interrado 2.g.397.3
Interea dum.3.g.284.3
Interiectio cur ita dicta.e.1.v.10.n.6
Inferorum vnda innabilis.4.g.453.23
Interpurgo.2.g
Interfulco. 2.g.397.3
Intybus hostis segetum.1.g. 100.23
Inuenies alium.e.2.v.63.n.18
Inuentio rerum incerta.1.g.50.12
Inuertere terram.1.g.63.n.2
Inuideo.e.7.53.9
Inuidia in magna non assurgit.3.g.10. 36
In vnguem.2.g.273.6
Ister.2 g.490.13
Iustus,id est legitimus.3.g.60.2
Iobi lectio asserta.3.g.72.23
Ioue omnia plena.e.3.v.60.n.3
Iouis etymon.2.g.315.10
Iouis & aliorum Deorum discrimen. e.5.56.6
Iouis incunabula vbi.4.g. 149.2
Ἰππομανες.3.g.242.28
Irrita in sacris quæ.4.g. 504.14
Ismaricum vinum.e.2.2.15
Itali fortissimi.2.g.136.32
Itali cur prudentes.2.g.136.16
Italia diues.2.g.136.31
Italia florens viris fortissimis.2.g.136. 32
Italia florens portubus.2.g.156.28
Italia florens lacubus.2.g. 136.25
Italia sons virium.2.g.136.32
Italiæ elogia 2.g.136.37
Italiæ laudes 2.g.136.5
Italiæ fertilitas. 2.g.136.13. 2.g.136. 19 benignitas. ibid.20
Irrigo pro bibo.4 g.18.14
Isidori error duplex.2.g.83.4
Isidori lapsus.4.g.333.9
Italus.3 g.113.4
Ityræi sagittis nobiles.2.g.420.24
Iubarum remissio in feris signat remissos animos. 3.g.72.24
Iudex editicius.e.3.v.49.n.2
Iugera pauca.4.g.116.10 multa ibid.
Iulio Cæsare ara excitata.e. 5.56.16
Iuniperi vmbra grata.e.10.70.7
Iupiter Elicius.e.7.53.11
Iupiter nutritus à columba,ab aquila, 4.g.149.8
Iupiter nutritus à capra.4.g.149.8
Iupiter rerum principium.e. 3. v.60. n.1
Iupiter pro rebus omnibus. 2. g. 315. 10 curat pueros.4.48.4
Iura ferrea.2.g.490.17
Iusiurandum Veneris non punitur, adag.8
Ius versæ in vaccam furiæ.3.g.143.13
Iusiurandum.4.g.374.4
Iussa mollia quæ sint.3.g.40.2
Iuuenalis explicatur. 1. g.50. 182.g. 373.22
Iuuenalis explicatur. 1.g.1.n.4. 4.g. 251.13
Iuuenalis explicatur.2.g.136.15
Iuuencæ ingenium petulans & lasciuum.e.8 85.2

K

Καὶν quid proprie.e.5.1.8
Καρκίνος.3.g.242.28

L

LAbos pro labor. 2.g.397.1
Labor omnia vincit adag. 1. g. 121.3
à Labore feriebantur boues,equi,muli,asini.2.g.503.14
Labrusca.e.5.1.11
Lac nouum.e.5 56.17
Lac nouum quid.e.2.v.17.n.13
Lac,vinum, oleum, in vsu sacrorum. e.56.17
Lactum circuli habent Heroes mortui.e.5 56.2
Lacerti hostes apium.4.g.8.10
Lactant.refellitur.1.g.121.7
Læander.3.g.242.18
Læuus.e.1.v.10.n.8.
Læua lumina sunt aduersa.4.g.1.10
Lætitia de segetibus. 1.g.1.n.2
Lageos vua leporaria.2.g.83.12
Lalisiones boni ad cæsum.3.g.404.10
Lanarum nota duplex ab candore & mollitie.3.g.384.5
Lanæa in vsu Sacrorum. 3.g. 478. 13
Lances in re sacra.2.g.373.30
Lances in sacris.2.g.177.14
Languor corporis inter notas pestiũ. 3.g.515.7
Lanugo de pomis.e.2.v.45.n.19.

UVA. BHSC. BU 00239

Laomedon pellurus. 1. georgicorum. 498. 7
Lapides ad radices vitium. 2.g.346.6
Lappa adag.1.g.147.8
Lappa. 1. g 147.8
Lares quæ.e.5.56.21
Lares præstites.4.g.33.10
Laribus vino fiunt sacra.e.5.56.21
Larius lacus.2.g.136.26
Later anguis in herba, adag.e.3.v.92. num.5
Laudare pro improbare. 2.g. 397.14
Lauendula.4.g.18.n.11
Laurea corona triumphantium mutata in auream. e.8.6.14
Laurus in sacris. e.8.80.7
Laurus Phœbi. e. 7. 61.4 cur sacer phœbo. ib.
Lauri victrices. e.8 6.14
Lauro triumphantes Coronati. e.8.6. 14
Legere oram. e.8.6.4
Lego in re maris quid. 2. georgicorũ. 39.8
Leguli qui sint. 2.g.546.10
Leguminis etymon. 1.g.63.n.14
Lembus. 1.g.187.9
Lens peluſiaca. 1.g.204.23
Leo pro halitu graui. e.3.verſ.7. num. 4
Leo ſignum infelix. 1. georg.276.2
Leporis etymon. 1.g.187.25
Leucadicæ ſaltus.e.8.59.3
Lex cur de carminibus. e.9.40.2
Lex Iulia de adult. Auguſti fuit,nõ Iulij.2.g.136.29
Libræ ſigni deſcriptio. 1.g.204.4
Libethrides Nymphæ ſunt, non Muſæ.e.7.21.2
Liberalia poma.2.g.83.4
Libum quid. 2.g.373.31
Libum,verbum ſacrorum. 4.g. 374. 13
Licia in incantationibus.e.8.73.3
Liga, vox Hiſpanica, vnde. e. 6. 13. 19
Lignea vaſa pauperum. e.3 verſ.28.n. 10
Lignu etymon.1.g.121.n.33
Ligures fortiſſimi.2.g.136.33
Liguſtrum quid.e.2.v.17.n.2
Limbus.1.g.253.11
Lina, id eſt, tetia ex lino. 1. g.121. 29
Linguæ aſperitas in peſtibus.3.g.498. 12
Liniger. 1. g.101.1
Linter,quid proprie.1. georgic. 257. num. 8
Linus cuius filius. e.4 48.9
Linus magiſter Orphei.e.4.48.9
Linum terram exurit. 1.g.63.n.17
Liquidum pro flexili.1 g 293.16
Literarum ſtudium vtile adoleſcentibus.e.4.26.n.1
Littoris ſonantis prognoſticon. 1. g. 351.11
Liuius explicatur.1.g.22.13
Liuius explicatur.1.g.498.2
Lolium. e 5.20.26
Lolieſcere.e.5.20.26
Longum vale.e.3.v.76.n.10
Loquor de Muſica.e.8.22.1
Loti genera.2.g. 83.1
Lucanus illuſtratus 1.g. 466.33
Lucanus expl. 3.g.349.22
Lucanus explicatur.e.9.17.10
Lucceres.2.g 532.2
Luci ſilentes.1. g.466.12
Luciferi mentio in nuptiis.e.8.26.8
Lucil.explic.e.10.1.8
Lucinæ quæ.e.4.v.1.n.16
Lucina pro partu.2.g.60.1
Lucretius corrigitur.e.6.74.1
Lucretius corrigitur. 1.g.50.3
Lucretius explicatus.4.g.8.4
Lucretium ſuperat Virgilius.1.g. 351. 20
Lucrinum.2.g. 136.29
Ludo pro cano.e.1.v.5.n.8
Lumina mundi, Sol & Luna. 1. g. 5. n.1
Luna ſoror ſolis.1.g. 393. 4. filia ſolis. ib.a Sole lumen accepit,ibid. eius etymon ibid. eius currus, cur ducant muli. ib.
Luna rubet,cum deducitur. e. 8.69. 3
Luna pura ſerenitatem indicat. 1. g. 424.7
Luna nigris cornibus pluuiam indicat. 1. g 424 3 rubicunda ventos indicat. ib.n.4
Lunæ deductæ ſubueniebatur æris crepitu. e.8.69.3
Lunæ dies index. 1.g.424.n.6
Lunæ labores.2.g.475.8
Lunæ dies quinta infelix. 1.g.276.2
Lunarium dierũ obſeruatio. 1. g. 276. n.2
Lupus inſtrumentum ferreum. 3. g. 179.33
Lupata equorum.1.g. 179.33
Lupi muſica capiuntur.e.8.1.1
Lupi occurſus inter prodigia.1.g.466. 23
Lupina inſania.e.8.95.2
Lupinus e.1 g.63.12 eius etymon. 1. g.63.n.16
Lupinus cur triſtis.1.g.63.n.16
Lupus eſt in fabula,adag.e.9.44.12
Lupus Capellam Adagium. e.2.v.63. n.3
Luporum feritas.3.g.242.25
in Lupos verti homines. e.1.95.2
Luſciniæ nota ab deſertis. e.6.74.9
Luteus color e.4.37.15
Luteus color Amantium. e. 2. 45. n. 13
Lux pro die.e.7.37.11
Luxuries de agris.1.g.100.17
Luxuries non ſemper indicium bonæ terræ.1.g.226. 15
Luxuries vitium compeſcenda. 2. g. 346.24
Luxuries terræ in vitio.1. georg. 100. 15
Lyæus vnde dictus.2.g.226.5
Lycanthroſia.e.8.95.2
Lyciſcæ canes. e.3.v.7.n.19
Lycoris.e.10.19.8
Lycus fluuius. 4.g.363.3
Lynces ſacri Bacchi.3.g.242.23

M

Machera.3.g.478.19
Macrobij lapſus.1.g.335.15
Macrobij lapſus.4 g.374.12
Macrobius carpitur.e.6.28.7
Macrobius refellitur. 1. georgic. 335. 15
Madere, pro coqui. 1. georgic. 187. 13
Mænalus mons.e. 8.14.10.e.8.22.4
Mæonium vinum quod. 4. g. 374. 11
Magiſtri de paſtoribus.2.g.503.26
Magni viri aſſerunt & vendicant ſua opera.4.g.559.1
Magni menſes qui. e.4.v.11.n.3
Magnus grex quid. e.6.41.17
Magarum poteſtas in animas defunctorum.e.8.85.3
Mala ætas, id eſt, ſenectus. 3.g.60.. 13
Mala aurea,quæ. e.4.v.68.n.15 cydonia quæ.ib.n.16
Mala mittuntur dono ab amatoribus. e.3.v.68. n.16
Malleus.3.g.478.19
Malis perere.e.3.v. 65.n.2
Malus,id eſt, noxius. e. 1. verſ. 47. n.7
Malus,de faſcinio. e.7.21.11
Malum pomum,ſacrum Veneri.e.3.v. 65 n.1
Malum pomum in delitiis. e.3. v. 65. n. 1
Malum medicum. 2. georgicor. 109. 21
Malum medicum in Media. 2. g. 109. 22
Malum medicum ſimile lauro. 2. g. 109.21
Malum medicum ſemper virens. 2. g. 109.21
Malum medicum commendat halitum oris.2.g. 109.21
Mali medici odoris præſtãtia.2.g. 109. 21
Mali medici amarities. 2. georg. 109. 21
Mali medici virtus contra venenũ. 2. g.109.21
Mane vnde dictum. 3.g.322.4
Manes mortuorum clauſi in luporum forma. 1.g.466.23
Manilius explicatus. 3.g.10.9
Manilius explicatur. 1.g.233.15
Manilius explicatus.1.g. 24.15
Mantile duplex.4.g.374.5
Mantilium triplex vſus.4.g.374.4
Mantua Hiſpanorum regum oppidũ. c.9.56.6
Manuum ablutio ante epulas. 4.35. 374.3
Mapalia.3.g.339.2
Mare purpureum. 4.g 363.11
Mare ſordes abluit adag.8.101

VVA. BHSC. BU 00239

Mare capax pestis contra Aristotelem. 3.g.537.5
Mare mortuum in Italia quod. 2.g. 136.29
Mare superum & inferum, vnde. 1.g. 235.13
Mare instar speculi. e.2.v. 17. num.91
Mareotides vuæ Africanæ. 2.g.83.7
S. Marcus explicatus. 4.g.251.21
Maritus de feris. e.7.6.2
Marmor de mari. 1.g.233.26
Marmoreæ statuæ. e.7.29.7
Marmoreum, id est, niueum. 4.g. 504. 20
Martialis correctus. 1. g.187.7
Martialis explicatus. 2.g.136.29
Martialis explicatus. 2.g.503.28
Martialis explicatus. 4.g.88.13
Martialis explicatus. 2.g.503.6
Martialis explicatus. 4.g.374.1.
Martialis explicatus. 1.g. 374. 5. 4.g. 374.7
Martianus corrigitur. 1.g.50.9
Martis etymon. 1.g.498.15
Massicum vinum. 1.g.136.14
Mater pro terra. 2.g.259.14
Materia prima. 4.g.387.17
Mea regna, adag. e.1.v.65.n.11
Mecœnas ex qua gente. 2.g.39.4
Medea adagium pro crudeli. e.8.47.3
Medea facinus. e.8.47.3
Media feracissima est. 2.g.136
Medicæ descriptio. 1.g.204.10 et vnde nomen ibid. quando serenda & vbi ibid.
Medici cur olim ignobiles. 3.g.452.4
Meditor reperitur in Virgilio ad opus. 1.g.121.n.15
Meditor pro exerceo. e.1.v.1.n.8
Meditor datur etiam rebus inanimis. e.5.56.10
Mel vino admistum. 4.g.88.17
Mel Atticum optimum. 4.g.158.23
Mela fluuius. 4.g.251.22
Melissophago auis. 4.g.8.12
Meliphyllum quæ herba. 4.g.51.15.
Mella fluant, adag. e.3.v.88.n.3.
Mellationis tempora. 4.g.228.10
Mellis origo. 4.g.149.2
Mellis conficiendi duo tempore. 4.g. 228.7
Memæcylum. 1.g.147.3
Membra de arboribus. 2.g.9.6
Mens ignis. e.3.v.65.n.7
Mensæ etymon. 4.g.116.30
Mergus Græciæ ἰωσδής. 1.g.351.16
Mergarum prognosticon. 1.g. 351. 14
Meridies noctis. 1.g.233.20
Merops. 4.g.8.12
Messis etiam de vindemia. 2.g. 397. 12
Messis de aliis dicitur quam de segetibus. 4.g.228.9
Metari agros quid. e.9.17.10
Metari agros quid. 2.g.273.3
Metymneum vinum. 1.g.83.5
Metuo pro vito. 1.g.133.17
Meus ad notam amoris. e.7.21.3
Militatis mos. e.9.17.10
Milites cibaria sibi portabant. 3.g.339. 12
Milium singulis annis serendum. 1.g. 204.11
Minæ in re sacra. 1.g.466.20
Meniati Dij. e.6.13.16
Minerua non confectanda. 2.g. 284.2
Minium in quo olim pretio. e.6. 13. 16
Miracula quid signarint veteribus. 4. g.437.5
Missus in circo. 3.g.10.8
Mitia poma. e.1.v.80.n.2
Mitto de emissario. 3.g.60.10
Modus de voce. e.6.28.1
Mœsia & Gargara. 1.g.100.2
Molæ. 3.g.242.34
Mollis, id est, maturus. e.4.26.3
Mollia crura equorum. 3.g.72.6
Molossi canes in pretio. 2.g.404.4 cur dicti acres. ibid.
Montium structio contra cœlum. 1.g. 276.7
Mopso Nisa datur. e.8.26.1
Morbus naturalis, id est, senectus. 3 g. 60.17
Morbus comitialis, sacer, caducus. 3. g.537.35
Mori per sapientiam in Plinio quid sit. 4.g.251.7
Moriendi verba traducuntur ad rem herbariam. 4.g.315.12
Mos lugentium. e.5.20.4. & 6
Mos veterum pastorum. e.2.v.17.n. 16
Mos scribendi in corticibus. e.5.89
Moueo pro fodio. 2.g.259.9
Mouere signa. 3 g.209.28
Mouere terram præarare. 2. g.315.2
Mugitus de amnibus. 3.g.537.14
Mulctra vas. e.3.v.28.n.3
Mulsam. 1.g.335.15
Mundus conditus verno tempore. 2.g. 315.26
Munus de versibus. e.5.45.15
Murici eadem virtus, quæ Remoræ e. 4.37.14
Mus agrorum pestis. 1.g.176.6
Musæ adagium. 2.g.475.3
Musarum & carminum dulcedo. 2.g. 475.2
Musis cur detur verbum memini. e.7. 6.14
Muscus. e.7.45.2
Mutitare. 1.g.287.15
Myrica vates. e.10.9.11
Myrica sacra Apollini. e.10.9.11
Myricæ, prouerbialiter. e.4.v.1. n.2.
Myricæ signant eclogas. e.6.1.15
Myrti vbi proueniant. 2.g.10.9.5
Myrtus Veneris. e.7.61.3. Cur Veneri sacra, ibid.

N

Naiades. 4.g.374.15
Naiadum etymon. e.10.9.3
Nam quis, pro quisnam. 4.g.437.9
Narcissus flos. e.2.v.45.n.8
Narcissus purpureus. e.5.20.28
Naricia pix. 2.g.420.14
in Natali die munera missitabantur. e. 3.v.76.n.2
Natalis dies habitus in magna celebritate. e.3.v.76.n.3
Natalis dies vbi luctuosus. e. 3.v.76. n.4
Natantes oculi. 4.g.485.6
Natantes, id est, pisces. 3.g.537.7.
Nato de aquis. 3.g.179.22
Natarum vota. 1.g.434.10
Nautica res illustratur à volatu. 4.g. 51.12
Nauigatio in quibus fluminibus prohibita. 2.g.136.15
Nauigatio ad rem poeticam. 2.g. 39.5
Nauigatio quando tempestiua. 1.g. 233.24
Nauigia premi æui. 1.g.121.n.19.
Nebularum prognosticon. 1.g.293.9
Nectar Deorum cibus & potus. 4.g. 415.1
Nectar, adag. e.5.56.25
Nefandus quid proprie. e.10.9.4
Neptunus, rerum pater. 4.g.374.14
Neptunus vbi equum produxerit. 1.g. 5.15
Nemora sacra. 3.g.322.13
Nemorum murmur quid indicet. 1.g. 351.12
Nemus vnde dictum. 2.g.177.16
Neque, nec. e.5.20.10
Nequicquam pro non. 1.g.187.6
Nereus pro mari. e.6.28.12
Niger fluuius quid sit. 4.g. 108.17
Nigra tellus frumentis optima. 2.g. 177.25
Nigra hostia. 4.g.530.9
Nihil natura. 2.g.136.15
Nilus & Clitumnus diuini. 2.g.136. 15
Nilus vnde oriatur. 4.g.287.1
Nili magnitudo. 3.g.10.24
Ninquo. 3.g.349.20
Niphates. 3.g.10.27
Nitidus, id est, pinguis. 1.g.147.10
Nocturæ præsagium. 1.g.391.10
Noctuas athenas, vnde dictum. e. 3. v. 104.n.3
Nodi in incantationibus. e.8.77.1
Nomades. 3.g.339.1
Non, non. 2.g.39.6
Non omnia possumus omnes. e.8.59.8
Nonnus carpitur. e 3.v.92.n.7
Nonnus explicatus. 4.g 88.15
Νότος. 1.g.293.20
Noti etymon. 1.g.458.20
Noua carmina e. 3.v.84 n.3
Noualis ager. e.1.v.65.n.13
Noualis ager. 1.g.63.n.10
Nouercale odium, adag. 3.e.v.28.n.8.
Nouercarum malignitas. 3.e.v.verſ.28. num.7
Nox intempesta. 1.g.233.20 perpetua ibidem.
Nubes de apibus. 4.g 51.13 de aliis auibus, ibid.

UVA. BHSC. BU 00239

Nudare pro explicare.2.g.503.28
Numerus de saltationibus.c.6.28.1
Nummus Sexti Pompeij.e.6.74.4
Nuptiæ tribus modis.1.g.24.13
Nux castanea.c.2.v.45.n.20
Nyctelius Bacchus.4.g.504.18
Nymphæ veniebant ad luctum Principum.c.10.9.2
Nymphæ flent.c.5.20.2
Nymphis sacra fiunt in agris.c.5.56.28

O

Obedientia de quis.3.g.178.34
Obedientiæ elogia.c.5.1.6
Obitus & ortus in cœlo opponuntur 1.g.257.n.1
Obtusio de Luna.1.g.424
Obtusio de stellis.1.g.393.3
Obstita quid.c.1.v.10.n.9
Occatio quæ & vnde dicta.1.g.84.11
Oceanus pater rerum.4.g.374.14
Oculus fascinans.c.3.n.100.v.9
Oculi nutantes.4.g.485.6
Oculi in insitionibus.2.g.63.12 in vitibus qui.2.g.315.24
Oculi duces ad amorem.c.8.37.4
Oculorum stupor in pestibus.3.g.515.6
Oculorum ardor in pestibus.3.g.498.7
Odor de vino.1.g.50.9
Oebalia.4.g.116.16
Oestus differt à myope.3.g.146.6
Oeta mons.c.8.26.8
Olea tarda in crescendo.2.g.1.3
Olea donum Mineruæ.1.g.6.26
Olea corona certatorum. 3.g.10.13
Olea viuax.2.g.177.n.4
Oleæ vindemiatæ.2.g.397.12
Oleæ exigua egent cultura. 2.g.420.1
Oleæ propagandæ ratio. 2.g.22.9
Olearum genera.2.g.83.2
Oleis,quæ tellus apta. 2.g.177.3
Oleaster coronabat certatores. 3.g. 10.13
Oliua fera pro oleastro. 2.g.298.10
Oliua de tempore præsenti.3.g.295.9
Oleares vuæ.2.g.83.23
Olympiorum certaminum præmia quatuor.3.g.49.2
Olympus quare pro cœlo.e.5.56.5
Olympus magnus.3.g.209.13
Omnis feret omnia tellus,adag. c.4. 37.6
Omnia fert ætas.e.9.44.8
Omnia fiant mare.c.8.59.1
Opera sua asserunt & vendicant viri magni.4.g.559.1
Omen à crepitu.c.8.80.5
Onagri.3.g.404.10
Operor vox factorum.1.g.335.8
Opobalsamum.2.g.109.14
Oppianus multa sumsit à Virgilio. 1. g.498.6
Oppianum obruit Virgilius. 3.georg. 349.7
Optima dies,vide dies.
Optima dies prima fugit. adag.3.g.60. 14
Ora lumies pro vita.2.g.47.1.7
Occhades.2.g.83.2
Ordo vox sacrorum.c.1.v.65.n.18
ὀργὰν.3.g.242.28
Orgia.4.g.504.18
Orni in montibus nascuntur.2.g.109.4
Orpheus Thrax.c.4.48.8
Orphei ad inferos ingressus. 4.g.453. 13
Orphei mater quæ.c.4.48.12 pater.ib.
Orphei pater.4.g.504.22
Orphei gesta.4.g.453.16
Orphei mors & Variæ de illa opiniones.4.g.504.19
Orphei miracula duodecim discriminata.4.g.504.5
Orientales molles.1.g.50.11
Orithyia.4.g.453.7
Ortus signant montes siderum. c.8. 26.8
Os de astris.4.g.228.11
Oscilla quæ.2.g.73.24
Ossa grandia.1.g.466.40
Ostrea Abydi.1.g.204.n.3
Otia agere.3.g.349.27
Otium nota libertatis.c.1.v.5.n.3
Oues,pecus mollissimum.3.g.284.5
Oues Mileti in pretio.3.g.295.12
Oues stultissimum animal.3.g.295.29
Oues & capræ quando pascendæ 3.g. 322.1
Ouis maxima hostiarum. 2.g.436. 16
Ouium lauatio.1.g.257.19
Ouium morbi varij.3.g.40.1
Ouium natura in pascendo.3. g. v.29. n.7
Ouidius correctus.1.g.5.16
Ouidius correctus.c.4.187.2
Ouid.correct.3.g.322.8
Ouid.corrigitur.4.g.178.12
Ouidius explicatus.c.8.80.1
Ouid.explic.4.g.228.12
Ouid.expl.3.g.349.22
Ouid.expl.c.7.21.7
Ouid.reprehenditur.3.g.242.13

P

PAcis nota.1.g.498.12
Pactolus aurifer.2.g.136.4
Pacuuius expl.4.g.374.4
Pacuuius explic.3.g.349.33
Pagi vnde dicti.2.g.373.17
Palatium Romanum.1.g.498.5
Pales Dea pastorum.3.g.1.1
Pallas ædificia inuenit.c.2.v. 56.n.5
Palma arduæ.2.g.63.6
Pallentes herbæ.c.6.41.15
Palma pro victoria.3.g.49.3
Palmæ Iudæorum.3.g.10.3
Palmarum amor.1.g.1.4
Palumbes & columbæ sacræ Veneri. c.3.v.68.n.7
Pan Deus Arcadiæ.c.10.19.11
Pan Deus Arcadiæ.c.4.48.14
Pan inuentor fistulæ.c.2.v.28.7
Pan cur pino coronatus.c.10.9.12
Panda Dea.4.g.18.9
Panes forma barbara.c.10.19.11
Pando.4.g.18.9
Pausia genus oleæ.2.g.83. 2. eius etymon.ibid.
Papauer cur cereale.1.g.204.6
Papauer letheum.1.g.63.n.18
Papinius explicatur.c.9.17.12
Papinius explicatur.c.7.21.7
Papinius illustratur.1.g.293.21
Papporum præsagium.1.g.351.21
Papulæ.3.g.537.24
Parcendum teneris adag.2.g.346.15
Parectatus quis.c.4.37.n.1
Parelia quæ.1.g.438.4
Parnassus.3.g.284.8
Parnassi duplex iugum.e.10.9.6
Parthenius mons.c.10.50.7
Parthenope.4.g.530.8
Parthi victi ab Augusto.3.g.10.28
Parthi superstitiosi.4.g.210.4
Parthorum pugnandi ratio.3.g. 10.28. eorum etymon.ibid.
Participia sumuntur pro participijs. 4.g.228.4
Parthus de floribus.c.3.v.55.n.3
Pastor oues,adag.c.6.1.7
Pastorum tria tantum genera celebratur.c.10.19.2.
Pastoribus est affinitas cum militibus. 3.g.339.11
Passi vini dignitas.2.g.83.10
Pater nomen diuinitatis.2.g.1.4
Pausanias explicatus.c.4.v.1.n.16
Pausanias corrigitur.c.10.9.9
Peccatum originale.c.4.v.11.n.4
Pecorum signa.1.g.257.n.9
Pecora signabantur, in arme, fronte, pectore.1.g.257.9
Pecudis etymon.2.g.315.29
Pecudes locutæ.c.1.g.466.14
Peculium seruorum.c.1.v.25.n.10
Pedem ferre.c.1.g.5.12.2
Pedes ducuni,ferunt.c.9.1.1
Pelethronij.3.g.113.4
Pella oppidum.4.g.287.2
Pelopis humerus eburneus. 3.g.1.8
Pemphinges.3.g.537.24
Pendeo de aquis.1.g.204.n.8
Per,pro inter, 1.g.233. n. 10
Per purum 2. g. 346. 17
Perdices è vento cocipiunt. 3.g.242.34
Perduco & perductores verbum lenonum.c.6.41.22
Permessus fluuius.c.6.61.8
Perna in arboribus quid.2.g.22.3
Pernitor.3.g.209.21
Pernix.3.g.209.21
Persarum rex.4.g.210.1
Persarum mos.4.g.210.7
Persarum mos in nuptiis. 2.g.315.17
Persarum nuptiæ.c.3.65.n.1
Persis pharetrata.4.g.287.6
Persis nequit dici vicina Ægypto. 4.g. 287.1
Persius explicatus.c.6.61.16
Perticæ.2.g.346.12
Peruenio de calamitatibus.c.9.1.4
Peruersitas de oculis.c.3.v.7.n. 12
Pestanæ rosæ adag.4.g.116.6
Pestis Thucydidis.3.g.478.1
Pestis à contagione.1.g.537.23
Pestis initium à feris animantibus. 3. g.478.5
Pestes qua maximè anni parte incipiant.

VVA. BHSC. BU 00239

piant. 3.g.478.4
Pestium exornatio. 3.g.537.21
Pestum. 4.g.116.6
Petaurista. 2.g.373.24
Phalerus filius Alconis. e.5.8.5
Phanæus mons. 2.g.83.20
Pharsalici campi longe absunt à Philippis. 1.g.466.32
Phasis fluuius. 4.g. 363.3
Philippi quæ vrbs, & vbi. 1.g.466.32
Philo explicatus. 1.g.335.4
Philomelæ & aliarum volucrum fletus. 4.g.504.7
Philomelæ & Prognes conuersiones. e.6.74.8
Phocæ. 4.g.387.9 earum somnus. 4.g. 415.21
Phœbus Troiæ conditor. 3.g.10.35
Pastor Admeti. 3.g. 1.1
φευάζουται, verbum equorum. 3.g. 72. 11.
Pierides vnde dictæ. e.6.13.2
Pindarus explicatus. 3.g.113.4
Pingue, & macrum opponuntur. e.3.v. 100.n.2.
Pinguis ager alius à denso. 2.g.226.3 ager frumentis optima. 2.g.177.25 putris frumentis optima. 2.g.177.25
Pinus arbor comparata ad delitias. 4. g.103.13
Pinus cur sacra e.7.21.5
Pinus vtilis nauigiis. 2.g.420.18
Pini varia domicilia. e.7.61.7
Piscatio in quibus fluminibus prohibita. 2.g.136.15
Piscium amores. 3.g.242.2
Pix Frigiæ. 4.g.33.8
πλάσιον in acie. 2.g.273.8
Plantæ ex qua terra, & in quâ transferendæ. 2.g.259.11
Plantæ pro furculis. 2.g.298.5
Platagonium. e.2.v.45.n.7
Platanus vino exhilaratur. 4.g.116.43
Platanus arbor comparata ad delitias. 4.g.116.43
Platanus cur cœlebs. 1.g.1.4
Platonis respublica. 4.g.149.9
Plausus. 2.g 803.10
Plautus explicatus. e.1.v.25.n.3.3.g. 349. 22.1.g. 50. 13.1.g.335.9.1.g. 336.15.e.9.7.8
Plautus corrigitur. 1.g.160.11
Pleiades vnde dictæ. 1.g.121.22
Plinius corrigitur. e.5.20.28
Plinius correctus e.8.26.6.1.g.50.3.1. g.100.23.2.g.420.13
Plinius correctus. e.2.45.n.16
Plinius explicatur. 1.g.498.2.4.g.251. 7.4.g.251. 20.1.g. 351.1.g.147.3.4. g.e.103.12.e.9.7.8.2.g.503.6.e.7. 29. 8. 2. g.83.4. 2.g.136.15.e.7. 37.8
Plinius reprehenditur. 3.g.242.13
Plinij error. 1.g.147.3
Plinij error. 2.g.373.6
Plinij error. 4.g.51.15
Plinij lapsus. e.1.65.n.21
Plinij lapsus. 4.g.8.14
Plinius iunior explicatus. 4.g.228.17
Plumæ pro niuibus. 1.g.393.6
Plutonis variæ periphrases. 4.g.453.14
Pocula in mensis ponebantur apud veteres. 4.g.374.7
Podagra cur turpissima. 3.g.295.2
Poetæ diuini. e.5.45.4
Poetæ diuini. e.5.45.3
Poetæ cur Daphnifagi. e.5.45.4
Poetæ cur coronati. e.7.21.7
Poetæ floribus coronati. e.6.61.13
Poetæ sacerdotes musarum. 2.g.475.4
Poetæ dicuntur prouerbialiter cycni. e.9.17.15
Poetæ ferunt sacra Musarum. 2.g. 475.4
Poetæ coronabantur hedera. e. 7.21.7
Pollux eques non tantum pugil. 3.g. 72.29
Polus arcticus, sublimis. 1.g.233.13 antarcticus profundus ibid.
Poma eodem vsu, quo flores. e.1.v.37. num.4
Pomum inhonorum. 1.g.147.3
Pompa de circo propriè. 3.g.10.15
Ponere in medium quid sit. 1.g.121.7
Pomus ferax Venenorum. e.8. 95.1
Poppisma. 3.g.179.8
Popæ. 3.g.478.15
Populi vnde dicti. 1.g.50.18
Populi de apibus. 4.g.1.7
Populus sacra Herculi & hæc alba. e. 7.61.2
Porta cœli cur. 3.g.242.21
Posco quid. 1.g.121.9
Poto de herbis. e.3.v.198.n.5
Præcipio. e.3.v.96.n.3
Prædari olim in laude. 3.g.404.8
Præsicine. e.7.21.10.
Præsens Deus quis. e. 1.v.41.n.1.
Prætides. e.6.41.11
Prætoria rusticorum. 4.g.67.8
Pramnium vinum. 2.g.85.10
Prati etymon. e.3.v.108.n.4
Precatio ad Deos in exitu liberorum solemnis est. 1.g.498.1.
Premo verbum venatorum. 3.g.404. 15
Premo de caseo. e.1.v.15.n.13
Premo pro infodio. 2.g.346.2
Pressæ naues pro oneratæ. 1.g.287.19
Priapus vbi cultus. 4.g.103.11
Priapus custos hortorum. e. 7.29.13 eius tutelæ. 4.g.103.9
Prima, id est, principia. e.6.28.8
Primitiæ Deorum. e.4.v.18.n.1
Principes vt Dij inuocati. e.8.6.1
Principes nutritij Iouis. e.4.48.n.4
Procedo de astris. e.9.44.5
Proceleusmaticus pes. 1.g.393.6
Procul, non est præpositio. 10.42.4
Prodigia è cœlo sereno infausta. 1.g. 66.25 facta sereno cœlo etiam fausta, ibid.
Profundum. 4.g.530.2
Prognosticona pensis. 1.g.370.19
Proiecta vilior alga. e.7.37.10
Prolixa barba quæ. 8.32.4
Prometheus laceratur vel ab aquila vel à vulture. e.6.41.2
Promethei furtum. e.6.41.3
Pronomina actionem & passionem significant. e.8.6.9
προμυθίζεσθαι. 2.g.39.10
Propago in arboribus. 2 g 22.6
Propertius explicatur. e.7.1.2
Propertius explicatus. 3.g. 10.25
Propertius correctus. 3.g.72.24
Propinatio solemnis veteribus. 4.g. 374.10
Propinationis forma, vide Cape.
Proscenia. 2.g.373.15
Proscindere terram. 2.g.226.8
Proscissum quid. 1.g.84.15
Proteus cur fingeretur conuerti in varias species, rationes decem. 4.g. 387.17
Proteus in varias formas conuersus. 4.g.387.18
Proteus pastor marinus. 4.g.387.11
Pruinæ etymon. 1.g.84.n.9
Pythia vua. 2.g.83.10
Pubes pro iuuenibus. 1.g. 335.12
Puer vox blanditiarum. e.5.8.16
Puer de seruis. e.5.8.16
Puer vox, blanditiarum & seruitutis. e.1.v.41.n.7
Pueritia & iuuentus in animalibus quæ sint. 3.g.60.8
Pugno tibi. e.5.8.2
Pulcritudo res fugax. e.2. v.17.n.1
Pulcritudo floribus comparatur. e.2. v.17.n.3
Pullus color vnde dictus. 3.g.384.8
Pulli in arboribus. 2.g.47.12
Puluis pro nutrimento est. 1.g.63.n.3
Pumex. 4.g.374.1
Purgamina cur iacerentur trans caput. e.8.101.3
Purgamina cur in fluuios iacerentur. e.8.101.2
Purpura de aquis. 4.g.363.11
Purpura Regum fuit. 2.g.490.9
Purpura Tyri fuit coccinea & dibapha. 2.g.503.6
Purpureus color de floribus. e.9.30.12
Purpureus color quis. 4.g.251.21
Purpureus color datur floribus κατ' ἐξοχὴν. 4 g.51.5
Pura arbor. 2.g. 22.8
Purpureus color quid signet. e.4.37. 12
Purpureus Nisi capillus. 1.g.293.13
Pusulæ. 3.g.137.24
Pusulosa corpora. 3.g.537.25
Puteorum sanguis inter prodigia. 1.g. 466.22
Puto inscitiam inuoluit. e. 1.v.20.n.2
Putria arua optima. 2.g.259.8
Puto quid proprie. 2.g.22.8
Putris terra frumentis optima. 2.g. 177.25 tenera terra frumentis optima. 2.g.177.25
Pythagoræorum doctrina de Deo. 4.g. 67.14
Pytomantia. e.8.105.1

Q

QVadrare quid. 2.g.273.8
Pythagoræorum doctrina de Deo. 4.g.210.14

VVA. BHSC. BU 00239

Quadruplex κατ' ἐξοχὴν equus est. e. 5. 20. 9
Quadrifidæ fudes. 2. g. 22. 5
Quæ plurima. 1. g. 176. 12
Quærere in medium. 1. g. 121. 4
Quæri ad montes adag. e. 2. vers. 1. numer. 10
Quercus sacræ. e. 7. 6. 6
Quercus dabant oracula. 2. g. 9. 3
Quercuum altitudo. 2. g. 288. 5
Quercuum firmitas. 2. g. 288. 5. ætas longissima. ibid. ampl. tudo, ibid.
Querelæ amantium. e. 8. 147
Quetneus e. 6. 28. 2
Qui amant, fingunt sibi somnia, adag. e. 8. 105. 9
Quid. e. 8. 105. 5
Quintiliani lapsus. e. 1. v. 1. n. 6
Quintilianus notatur. 3. g. 349. 17
Quid supersit. 2. g. 346. 1
Quod nisi, pro nisi. e. 9. 7. 7
Quondam. 3 g 94. 4

R

Radius. virgæ. e. 3. v. 28. n. 17
Radij genus olearum. 2. g. 83. 2
Ramus de cornib. cervorum. e. 7. 29. 3
Ramenses. 2. g. 532. 2
Ramæ loquaces. 3. g. 425. 6
Ranarum præsagium. 1. g. 370. 8
Ranunculus. e. 4. 18. 12
Rapi morte, de infantibus. e. 9. 17. 3
Rastri cur graues. 1. g. 160. 10
Rastrorum etymon. 1. g. 84. 11
Recepto de signis retrogradis. 1. g. 335. 3
Reducti fluctus. 4. g. 41. 5. 10
Reducta vallis. 4. g. 405. 10
Reficere. 3 g. 60. 12
Reges qui purpura vsi. 2. g. 490. 9
Regiones diuersæ diuersa ferunt. 1. g. 50. 7
Reiculæ oues. 3. g. 384. 7
Relinquo de testamentis. 4. g. 116. 21
Reliquit me. e. 1. v. 25. n. 5
Remedia nihil proficiunt in pestibus. 3. g. 537. 14
Remi terrestres pro ventilabris. 3. g. 123. 14
Respicio fauorem Deorum inclinat. e. 1. v. 25. n. 3
Rescindo. 3 g 452. 2
Retorsio oculorum. 3. g. 209. 18
Rex, de vino 2. g 83. 20
Rhetium vinum. 2. g. 13. 17
Rhodia vua. 2. g 83. 22
Rhodope pars Æmi. 3. g. 349. 4
Rhœtus centaurus. 2. g. 420. 32
Rideo de agris. e. 4. 18. 4
Rigidum. e. 6. 28. 2
Ripæ non bene creditur, adag. e. 3. v. 92. n. 8
Ripæ in hortis quæ. 4. g. 116. 10
Riparia auis. 4. g. 8. 12
Riphæi montes vnde dicti. 3. g. 349. 35
Risus puerorum. e. 4. 60. 1
Rite quid. 1. g. 373. 28
Robeus colore. 6 13. 16
Rogo vox ambientium. e. 5. 81. 4.
Refigo. 4 g. 197. 5
Roma quando condita. 1. g. 24. 15
Romanorum magnitudo. e. 1. vers. 20. num. 7
Ros herbas mollit. e. 8. 14. 3
Rosa præcipua nota veris. 4. g. 116. 32
Rosæ Italiæ prodigiosæ. 2. g. 177. 22
Rosæ pestanæ adag. 4. g. 116. 6
Rota anni. 2. g. 397. 5
Rubigo scabra. 1. g. 466. 37
Rubigo quid, eius notæ & causæ. 1. g. 147. 5
Rubra maria vnde sic dicta. 3. g. 349. 11
Rubor signat maturitatem. e. 4. 26. 5
Rubrum mare non de solo sinu Arabico. 3. g. 349. 11
Ruere in forum. 2. g. 503. 2
Rumpi. 3. g. 322. 8
Rumino quibus modis efferatur. e. 6. 41. 16
Rumpi, vox oratoria. e. 7. 21. 9
Runco. 1. g. 50. 15
Ruris etymon. 4. g. 116. 22
Rus diuinum. 1. g. 160. 18
Ruscum. e. 7. 37. 9
Ruspo. 1. g. 50. 15
Rustici fortissimi sunt. 2. g. 532. 1

S

Sabini fortissimi 2 g. 136. 32
Sal pecori inter dulciaria. 3. g. 394. 4
Sal dandus pecori. 3. g. 394. 6
Salacia quid. 2. g. 475. 11
Salicum locus. 2. g. 109. 2
Salicum genera. 2. g. 83. 1
Salinca. e. 5. 8. 14
Sallustius corrigitur. 2. g. 63. 10
Sallustius explicatus. 2. g. 458. 8
Salutationes Romanorum. 2. g. 458. 8
Samnitum opes. 2. g. 136. 31
Sanctus Ioānes explicatus. 4. g. 251. 21
Sandyx herba & color. g. 4. 37. 16
Sanguis calidus prudentes efficit, frigidus stultos. 2. g. 475. 14
Sapæ faciendæ ars. 1. g. 287. 10
Sapientum elogia. 2. g. 490. 2
Sarrhanum ostrum. 2. g. 503. 6
Sartoe herba. e. 6. 7. 17. 8
Saturni æuum. 1. g. 121. 5
Saturni stella frigida. 1. g. 335. 2.
Saturnia regna. e. 4. v. 1. n. 10
Satyri & Sileni. e. 5. 56. 27
Satyrica Saltatio Sicinnis. e. 5. 56. 26
Satyronum & Silenorum discrimen. e. 6. 13. 5
Satyrorum etymon. e. 5. 56. 27
Saxorum amor. 3. g. 242. 2
Scaptiæ monoxylæ. 1. g. 257. 8
Scelerata herba. e. 4. 18. 12
Scelus quid proprie. e. 9. 17. 2
Scena in Virgilio quid. 3. 9. 10. 17
Sceniopegia quid. 3. g. 10. 17
Scrobes vitium & arborum. 2. g. 288. 2
Scrobes vitium. 2. g. 259. 1
Scrobium profunditas. 2. g. 288. 2
Scylla vtraque conuersa in canes marinos. e. 6. 74. 1
Scyllæ Mythologia. e. 6. 74. 6
Scythia appellata India. 2. g. 136. 36
Σεισάχθεια. 3. g. 241. 28
Secius quid. 2 g 173. 5
Securis. 3. g. 473. 19
Sedeo notat otium. 3. g. 452. 5
Sedeo de otio. 4. g. 240. 8
Seges pro terra e. 9. 44. 6
Segetes & fruges distinguuntur. e. 9. 44. 6
Segnior Bacchus. 2. g. 273. 4
Semen quo significato accipiatur. 2. g. 259. 13
Semina principiorum vel atomi qui appellentur. e. 6. 28. 9
Seminarij descriptio. 2. g. 259. 12
Semidei vaticinantur vincti. e. 6. 13. 12
Semideis quæ sacra fierent. e. 7. 29. 11
Seneca explicatus. 3. g. 349. 22
Seneca refellitur. 1. g. 204. 9
Senecæ & Plinij dissidium. 2. g. 83. 17
Senectutis nota. e. 1. v. 25. n. 4
Septemtrionis frigora. 3. g. 349. 7
Septima post decimam quid sit. 1. g. 276. 10
Sepulcra in viis. e. 9. 56. 6. ramis ornantur ibid. n. 7
Serenæ nubes quæ. 1. g. 438. 19
Serenum vnde dicatur. 1. g 438. 19
Seres ἀνεφημισεις. 2. g. 109. 17
Seres, vbi siti. 2. g. 109. 17
Sericum quid proprie. 2. g. 109. 17
Serpentis ferocientis nota. e. 3. g. 425. 2
Serpilla proficua apibus. 4. g 18. 14
Serpilli etymon. e. 2 v. 5. n. 7
Serram quis inuenerit. 1. g. 121. n. 31
Seruij error. 3. g. 72. 29
Seruij error. 2. g. 136. 29
Seruij error. 1. g. 466. n. 34
Seruij error. 3. g. 113. 7
Seruij error. 3. g. 242. 13
Seruius defenditur. 2. g. 475. 7
Seruius defenditur. 3. g. 40. 5
Seruius carpitur. 2. g. 109. 10
Seruius reprehenditur. 2. g. 22. 5
Seruius cibus canum. 3. g. 404. 5
Seruorum cellæ. 4. g. 158. 2
Seuerus corrigitur. 3. g. 515. 1
Si, pro siquidem. 1. g. 6. 9
Sibilus austri. e. 5. 81
Sibilus de ventis e. 5. 81. 2
Sibyllini versus. 4. 18. n. 1
Sibyll. v. 4. 26. n. 7
Sibyll. v. e. 7. 37. 8
Sibyll. vers. e. 4. 18. 9
Sibyll. vers. e. 4. v. 1. n. 7
Sic particula obtestandi. e. 9. 30. 1
Siculorum mos in sacris. e. 5. 56. 28
Siccum. 1. g. 204. 7
Sicyon vrbs. e. g. 2. 503. 16
Sidonius correctus. 4 g. 116. 17
Signa vellere. 4. g. 103. 6
Signare quid sit. 1. g. 121. 6
Silaris. 3. g. 478. 8
Silentium de aquis. e. 9. 56. 4
Sileni Alcibiadis. e. 6. 135
Silenus semper ebrius. e. 6. 13. 7
Silenus non vaticinatur, nisi vinctus, e. 6. 13. 12
Siler duplex. 2. g. 9. 2. 5
Silius corrigitur. e. 6. 28. 11

UVA. BHSC. BU 00239

Simiæ vnde dictæ.e.10.1.8
Simul pro simulatque.e.4.26.2
Simulacra pro vmbris.1.g.466. num. 13
Simulacra Deorum sudantia.1.g.466. 17
Simulacra Deorum lacrymantia. 1. g. 466.16
Singultus in pestibus.e.3.498.10
Sini etymon.e.7.29.10
Sinistra auguria.e.9.7.8
Siræum.1.g.187.10
Sirius cur rapidus & torrens.4.g.415. 14
Sis bonus,felixque.e.5.56.15
Sit tibi terra leuis.e.10.31.2
Sitis in pestibus.3.g.478.8
Soboles ex floribus.4.g.197.3
Sobolis nomina data rebus syluestribus.2.g.9.6
Soccus pro re abiecta.e.8.6.10
Sol pro die.e.9.44.10
Sol nouus.e.6.28.12
Sol nouus.1.g.287.2
Sol rapidus.1.g.84.7.acer ibid.8
Sol aureus.1.g.204.28
Sol cœruleus quid indicet. 1.g.438.13
Sol rapidus.1.g.424.1
Sol igneus quid indicet.1. g.438.num. 14
Sol hybernus quis sit.3.g.295.8
Solis elogia.1.g.204.n.26
Solis defectus longissimus. 1.g.466.2
Solis defectus prodigiosus.1.g.466.1
Solis præfagia.1.g.438.19
Solis prognostica.1.g 438.n.16
Solis prognostica.1.g.424.n.4
Solis variantis prognostica.1.g.438.12
Soles condere.e.9.44.10
Soles plures qui.1.g.438.4
Solini lectio asserta.3.g.72.21
Sollicito vnde ductum.2.g.397.15
Solstitium quid.1.g.100.1 opponitur brumæ.1.g.100.n.1
Soluo quid proprie. e.4.v.11.n.5
Solum.2 g.47.4
Somni mollities.2.g.458.28
Somno mollius adagium.e.7.45.3
Sophistæ expressi Proteo. 4.g. 387.17
Sophoclei carminis maiestas.e.8.6.8
Sorti pro sorte.4.g.158.12
Sortitio pro viciſſitudine. 4.g.158. 12
Sparsio nucum in nuptiis.e. 8.26.6
Spartani canes in pretio. & cur. 3. g. 404.3
Spatium in sermone Circi quid proprie.1.g.498.19
Spectatus satis de seruis. e.1.v.25.n.2
Speluncæ sacræ veteribus.e.1.8.17
Sperchius fluuius.2.g.475.18
Spica quid proprie.1.g.311.3
Spicare.1.g.287.7
Sponte in rebus sacris e.8.105.3
Spumæ cruentæ equorum.3.g.179.28
Stabula ouium debent meridiem spectare.3.g.295.8
Stabula ouium substernenda. 3. g. 284.3
Stare de hostiis.3.g.478.12
Statio vox militaris.4.g.8.1
Statius explicatur.e.8.26.8
Statius explicatus.3.g.349.22
Statius explicatur.e.1.v.10.n.14
Stellæ non cadunt è cœlo. 1.g.351.19
Stellarum præsagium.1 g.351.18
Stercorandi vtilitas.1.g.63.n.19
Stercorationis præceptum. 2.g.546.4
Stilbon.1.g.335.4
Stipes Deorum.2.g.136.15
Stipula in Virgilio quid sit.1.g.84.2
Stirps de hominibus.4.g.315.5
Sto vox agrorum.2.g.373.33
Strabo corrigitur.2.g.109.17
Styx.4.g.453.24
Sua si bona norint,adag.2.g.458.2
Suauitas de colore.e.3.v.60.n.7
Suauitas refertur ad colorem & odorem.e.2.v.45.n.12
Sub sarcinis pugnare quid.3.g.339.12
Sub vertice quid.4 g 504.25
Subiicio quid.e.10.70.6
Sublegi.e.9.17.4
Subluco.2.g.397.3
Submittere.3,g.60.12
Submitto quid.3.g.72.2
Substituere 3.g.60.12
Subuentari.3.g.242.34
Sudes.2.g.346.12
Sudo pro stillo.e.4.26. 8
Sudor in pestibus.3.g.498.5
Suetonius explicatur.e.9.7.8
Suetonius explicatus.2.g.136.19
Suetonius explicatus.3.g.146.4
Sueton.explicat.4.g.210.1
Sufficere.3.g.60.12
Sulfur contra scabiem.3.g.440.12
Sulphur duplex ibid.
Sulpur pro Sulphur,ibid.
Suouetaurilia 1.g.335.16
Supercilium habet notas affectuum.e. 8.32.1
Supercilium prouerb.e.8.32.3
Supercilium pro quouis culmine.1.g. 100.11
Superi etiam homines.4.g.485.4
Superstitio veterum.4 g.485.3
Supinatæ glebæ quæ.2.g.259.6
Supplere.3.g.60.12
Surdo canere,adag.e.10.1.9
Suspendere terram. 1.g.63.n.7
Suspendere ædificium.4.g.374.1
Susurrus vnde ducatur.4 g.251.8
Suis etymon.3.g.242.15
Suum prognosticon.1.g.293.8
Sylua de herbis.1.g.147.7
Sylua pro horto.2.g 83.3
Syluæ sub cura consulum.4.v.1.n.4
Syluestris ad Bucolica.e.1.v.1.n.6
Symmachus explicatur.e.9.50.10
Symmachus explicatus.e.1.v.25.n.3
Συνθιασότης.e.5.20.17
Syria pyra.2.g.83.4

T

TAbulata in arboribus quæ. 2.g. 346.13
Tanarus est oppidum,portus, promontorium.4.g.453.11
Talpæ oculos habent.1.g.176.8
Talpæ defossæ.1.g.176.9
Tam magis,quam magis.3.g. 295.17
Tangi de cœlo.e.1.v.10.n.9
Tantus amor terræ.2.g.298.6
Tardeo pro tardo.1.g.293.n.24
Tarentinæ oues in pretio.2.g.177.8
Tatienses.2.g.532.8
Ταυειάν.3.g.242.28
Taurus maxima victimarum.2.g.136. 15
Taurus reuertens ad pugnam.3.g.209. 27
Taurus ἀπιμαχελών.3.g.209.15
Taurine intueri.3.g.49.6
Taurus describitur agens pœnitentiam.3.g.209.20
Taurus ἀπιμάχελ@.e.6.41.21
Tauri faginandi ante admissuram.3.g. 123.2
Taurorum pugnæ.3.g.209.9
Taurorum apparatus ad pugnam.3.g. 209.26
Taxus nocens.4.g.33.15
Taxus infamis veneno.e.9.30.2
Taxi nocentes.2.g.226.19
Tecta pendentia quæ.4 g.374.1
Tegmen de arboribus ecl.1.v.1.n.4
Tellus cur dicta prima.1.g.5.15
Tellus coniux Iouis.2.g.315.10
Tempe 2.g.458.28
Tempestiua pinus quæ.1.g.233.n.28
Templa in cœlo.3.g.242.31
Tener orbis quis sit.e.6.28.10
Tenere manum.4.g.103.14
Tenere pro arcere.e.2.g.373.2
Tenere in medio quid.1.g.121.7
Tenerum pro læuigato & rotundo.e. 6.28.10
Tenet me.e.1.v.25.n.5
Teredo vnde dicta.e.6.28.10
Terga in arboribus quæ.2.g.259.17
Terentius explicatus.e.1.v.25.n.2
Tergum de aquis.3.g.349.13
Terga terræ.1 g.84.n.17
Ternarius numerus in incantationibus.e.8.73.3
Terra tenera quæ.2 g.177.25
Ternarij potestas.e.8.73.5
Terra densa optima frumentis. e. 2.g. 226.3
Terra iustissima.2.g.458.6
Terra quadruplex.1.g.1.n.1
Terram vertere.1.g.1.2
Tertullianus explicatus.3.g.146.4
Tertulliani opus assertum.1.g 187.4
Tethyos & Thetidos discrimen. 1.g. 24.12
Thalamus de apibus 4.g.178.16
Thalia agriculturam inuenit.e.6.1.3
Thasium vinum.2.g.83.6
Theatrales ludi.2.g.373.15
Theocritus Homeri imitator. e. 5. 45.2
Theocritum superat Virgilius. e. 2.v. 17.n 11
Theocritum superat Virg.e.2.v.6 3.n. 1.e.3.v.21.n.4.e.3.v.28.n. 2. e.3.v. 28.n.5.e.3.v.28.n.19
Theocritum superat Virg.e.2. v.5.n.2. e.3.v.28.n.21. e. 3. v. 49. n.2.e.3.v.

UVA. BHSC. BU 00239

68.n.1.e. 3. v. 108.n.1.e. 5.8.11.e.5. 20 35.5.e.45.2.e.7.53.2.e.8.37.1.e. 8.77.2.e.8.80.7.e.9.17.5.9.30.1.o.e. 3.60.8.e.10.9.10

Theophrastus explicatur.2.g.259.8

Theophrastus explicatus.1.g.63.1

Theophrasti error.2 g.226.4

Thessalæ Lunam deducunt.e.8.69.3

Thetis.e.4.26.n.12

Thiasos quid.e.5.20.17

Thraciæ fœminæ compunctæ notis.e. 4.g.504.19

Thule.1.g.24.14

Thus vbi.2.g.109.12

Thus masculum.e.8.64.5

Thura Pangæorum in pretio. 4.g. 374.8

Thymbra.4.g.18.13

Thymo delectantur apes. 4.g.103.12

Thymo apes delectantur. e.5.56.31

Thyrsus Bacchi.e.5.20.19

Thyrsus etiam Baccharum.5.20.20

Tibiæ in quadrupedibus non cresciit. g.3.72.5

Tibullus corrigitur.4.g.453.25

Tigres Bacchi.e.5.20.15

Tigres vento conceptæ.3.g.242.34

Tygris cur atra.4 g.387.19

Tigris fluuij etymon.e.1.v. 60.n.7

Timor & pauor.3.g.72.30

Tiphys,nauigij genus.e.4.26.n.14

Tithonus.3.g.40.10

Tituli victimarum.1.g 257.9

Tityrus Virgilium significat ecl. 1.v. 1.num.1

Tityri pastorum famuli. e.5.8.7

Tityrinus instrumentum Musicum. 1.v.1.n.1

Tmarus mons.e.8.43.3

Tmesis insignis.3.g.349.33

Tmolus mons.2.g.87.20

Tollutatis equus 3 g.113.10

Torrens vnde dictus.2 g.420.27

Toxicum vnde dictum. 2.g.226.19

Tractim.4.g.251.7

Traducere fruges quid.e.8.95

Traha,& trahea.1.g.160.9

Traharius.1.g.160.9

Trahit sua quemque voluptas. e. 2. v. 63.n.6

Traiectiones 1.g.151.19

Trans caput iacere, profanus ritus. e. 8.101.3

Trans caput iacere purgamina. e.8. 101.3.

Transuersa tueri.e.3.v.7.n.2

Transitus in sermone cœli quid sit.1. g.335.3

Tremor terrarum prodigiosa est. 1.g. 466.10

Tremoris terrarum caussæ. 2.g.475.8

Tribusa, quod instrumentum. 1. g. 160.8

Trieterica sacra Baccho & Phœbo.e. 10.9.2

Triptolemus.1.g.5.27

Trilte pro amaris.1.g.63.n.16

Tristia,bellorum epithetum.e.6.1.12

Tristia & minæ in re sacra. 1.g.466. 20

Tristitia pro amaricie.2.g. 100.22

Triuialia.e.3.v.21.n.5

in Triuiis indoctus, adag. e. 3.v.21. num.5

Τρώξιμος vua quæ.2.g.83.22

Tubularia.2.g.490.1

Tugurium.e.1.v.65.n.9

Tumesco de bellis.1.g.438.24

Tumor maris prognosticon.1.g.351.9

Tumor de terra.1.g.315.9

Tumulus detinctorum.e. 5.20.32

Turbo.e.1.v.10.n.2

Turgesco.e.7.45.10

Turpe pro magno 4 g.387.10

Turpis,id est magnus.3.g.49.6

Tussis comes pestium.3.g.478.24

Tympana in ministerio sacro Cybeles.4.g.51.18

Typhoei fœuitia.1.g.276.5

Tyriorum mos in alligandis Diis suis. e.5.20.24

Tyrrheni cur pingues.2.g.177.13

V

VAccæ optimæ signa decem. 3.g. 49.6

Vaccæ frugaliter habendæ ante coitum.3.g.123.10

Vaccinia quæ.e.2.v.7.n.4

Valerius Maximus explicatur. 4.e. 228.17

Val.Flaccus explicatur.e.g.5.95.4

Valerius in extremo sermone.e.8.59.2

Valerij lectio mutata 4.26.n.16

Valli.1.g.257.11

Vallis cur non tuta.e.2.v.36.n.7

Vanitas de venatoria formidine. 3.g. 349.22

Vanus instrumentum rusticum. 1. g. 160. 14 Cur sacra Baccho, ibid. Cur mystica,ibid.

Varro corrigitur.1.g 63.n. 15 explicatus.e.5.56.21 corrigitur.3. g. 242. 34 explicatus.2.g.136.15

Varronis lapsus.4.g.51.15

Vasorum elegantia apud veteres.e.3. v.28.n.12

Vastigia quo significato sumantur. 2. g 288.1

Vates sub tutela numinum. e. 3.v.60. n.4

Vbera demittere.2.g.503.21

Vel,pro etiam.

Vellera pro nebulis.1 g 393.6

Venatores parte prædæ dabant Dianæ.e.7.29.2

Venæ inflantur vino.e.6.13.8

Venenum vox est media.2.g.478.14

Veni,ex penu amantium.e.7.37.7

Venialia quid.2.g.475.11

Ventilo verbum gladiatorum. 3. g. 209.25

Venti Deorum internuntij. e. 3.v.72. n.3

Venti hominum internuntij.e.3.v.72 num.4

Ventorum præsagia.1.g.370.1

Ventos lacessere.3.g.209.25

Venus pro amica, amore, libidine, re quacunque iucunda.e.3.v.68.n.3

Venus domina Horoscoporum Italiæ. 2.g.136.24

Ver lignatum ætatis nomine.3.georg. 295.2

Ver nouum.1.g.43.1

Veris descriptio.2.g.315.8

Veris elogia.2.g.315.20

Verba sunt forma in incantationibus. e.8.77.2

Verbena pro verbenaca.4.g.116.26

Verbenæ quæ sint.8.64.4

Veritas vti expressa à veteribus. 4. g. 387.17

Verricula.2.g.136.34

Versare terram.1.g.100.22

Verso,pro pasco.

Verso de sordibus.e.9.1.8

Versus longi qui.e.5.20.34

Versus de arborum ordinibus. 4. g. 116.40

Vertex,id est,polus.1.g.253.13

Veruta.2.g.136.34

Vestes & æs Corinthiorum in pretio. 2.g.458.13

Vestes illuæ.2.g.458.12

Vestiri gramina.2.g.177.31

Veternum quod morbi genus. 1. g. 121.4

Viæ in Romana acie.2.g.273.7

Viburna vnde dicta.e.1.v 20.n.8

Vicinitas vrbium.9.17.11

Vitia,faselus, lens quando serenda.1. g.204.24

Victiæ etymon.1.g.63.n.15

Victima esse debebat immunis ab aratro.4 g.530.4

Victimæ quæ aptæ.4.g.530.3

Victimæ eximiæ tres notæ. 4.g.530.3

Victimæ quæ.2.g.136.15

Victus animi.4.g.485.6

Videre Deos,nota aurei sæculi. e. 4. v. 11.n.7

Viduus quid significet.e.4.504.13

Vigens ætas,vide ætas.

Vineta quam mundi partem debeant exspectare.2.g.177.10

Vina gelata.3.g.349.17

Vinum exhilarat.e.5.56.20

Vini etymon.e.5.56.20

Vinum collinum.2.g.109.6

Vinum Mæonium,vide Mæonium.

Vinum austerum.4.g.88.13

Vinum in sacris Ceretis.1.g.335.15

Vinum pedes captat.2.g.94.13

Vinum perfusum odoribus & vnguentis e.7.1.7

Vinum fastum in sacris.4.g.374.17

Vinum contra pestem.3.g.498.13

Vini colores.2.g.83.8

Vipera vnde sic dicta.3.g.414.6

Viperæ partus fabulosus.3.g.414.6

Viræ querquetulanæ.e.10.50.12

Vir de feris.e.7.6.2

Vir sum,adagium.e.3.v.1.n.1

Vir ceruinus adag.3.g.242.26

Virgæ.2.g.346.12 in sole quæ.1.g.438. 4

Virgilius pudentissimus 3 g.94.4

Virgilius corrigitur.2.g.136.34

UVA. BHSC. BU 00239

Virgilius corrigitur.2.g.63.9
Virgilius correctus. 4.g.116.35.2.g. 373.6
Virgilius def.1.g.370.16
Virgilius defenditur.2.g.177.6
Virgilius defenditur.e.9.17.6
Virgilius defenditur.e.6.74.1
Virg.defenditur.1.g.204.n.9
Virg.def.3.g.349.17
Virg.def.3.g.7.404.10.1.g.100.1.3.g. 72.25.e.6.28.7.e.7,1.3. e.7.6.2.2.g. 440.1
Virgilius qui vlciſcatur ſuos hoſtes.2. g.475.21
Virgilius condidit Bucolica & Georgica adhuc iuuenis. 4.g.530.10 dictus Cycnus. 9. e. 17. 15 diſſidet à Theophraſto.2.g.346.8 comparati. 3.g. 72. 1 cum multis comparatur, ib.Græcos ditat.5.e.45.1. 1.g.24.22 ſe ipſe ſuperat.3.v.28.n.20. ſuperat Poetas omnes.7.e.1.5
Virgilius ſcientiſſimus rei ruſticæ.3 g. 157.14.diſſidet à Theophraſto. 2.g. 273.3.vti reddiderit Ariſtotelem.4. g.158.1 Virgilius dicendum ne an Vergilius.4.g.530.7.ſe ipſe ſuperat. e.9.44.3
Virgilij verſib. aſſurrectum à populo. 6.e.61.10 varietas in elogiis. 8.e. 14.4 mos in fabulandis attingendis.6.e.91.1 elogium.2.g.475.2.lectio aſſeritur.2.g.315.30 cunæ religione inſignes.4.e.18.10
Virgiliana imitatio ex Græcis. e.3.v. 92.n.2
Virgo quid,& etymon.6.e.41.10
Virus, venenum, pharmacum, voces mediæ ſunt.1.g.121.10
Vera apud veteres.10.e.50.12
Vitis nouella.2.g.346.15
Vites quo ferro parandæ. 2.g.298.8. vbi proueniant.2 g.226.4
Vites validæ. 2.g.177.12 amant mediam ſtercorationem.2.g.346.4 vbi ponendæ.2.g.273.1
Vitibus teneris parcendum. 2.g.346. 15 iis quæ tellus apta.2.g.177.6.earum loca varia.2 g.109.6.inuentor. 2.g.1.6
Vitifer locus eſſe debet vliginoſus. 2. g.177.7
Vitruuius explicatur.1.g.233.15
Vittarum vſus in ſacris.8.e.64.n.5
Vitula,hoſtiæ diuitum, agna pauperũ. e.3.v.76.n.7. ad placandum fœminam.4.g.830.10
Viuere pro valere.8.e.59.2
Vix,cum.8.e.14.2
Vlmus mas vitis.1.g.1.4
Vlmorum genera.2.g.83.1
Vlpianus enarrator Demoſthenis.e.3. v.7.n.16.8.e.105.5.e.2.v.17.n.3.
Vltimus eſt nox media.4.g.315.3
Vmbra hoſtis ſegetum.1.g.100.23
Vnda inferorum innabilis. 4.g.453.23 de hominibus. 2.g.458.10 de igne 1.g.466.6
Vnedo diſtinguitur ab arbuto. 1. g. 147.3
Vnguenta loco aquarum.4.g.374.3
Vngula equorum ſolida eſt. 3.g.72.27
Vocalis tertia pro ſecunda.4.g.240.13 ſecunda pro tertia ibidem.
Vocalia,ſemiuocalia, muta inſtrumẽta.1.g.160.7
Voco amatorum vox.e.1.v.37.n.7
Volatus illuſtratur à re nautica. 4.g. 51.12
Volema pyra.2.g.83.4
Volentes.4.g.530.4
Volſei Veruti.2.g.136.34
Volucrum flatus,vide Philomelæ.
Voluens paſſiuo ſignificatur.1.g.160.6
Volumina.e.10.19.8
Vomitoria.2.g.458.9
Vox datur inanimis.e.120.14
Vox lucorum.1.g.466.n.11
Vox inanimis e.5.56.13
Vrbis,accuſatiuus.1.g.24.4
Vri alia bubalis.2.g.373.6.
Vrſi apud Gothos capiuntur muſica. e.8.1.1
Vrſorum libido.3.g.242.8
Vrſi an catulos informes pariant. 3.g. 242.8 cur informes, ibid.
Vt,poſt verbum ſubſtantiuum.e.8.6.6
Vſque adeo dum.4.g.67.16
Vſque ad ſidera aut cœlum. adag. e.5. 20.36
Vtres theatrales.2.g.373.19.
Vua apum.4.g.251.5
Vua apium.4.g.530.13
Vuæ quæ non gratæ Diis. 2.g.83.22 marcentes quæ.2.g 83.22 apponebantur ſecundis menſis. 2. g.83. 22 pretiæ.2.g.83.16 purpureæ. 2.g.67. 15
Vulpes iungere,adag.e.3.v.88.n.8
Vulnus de falce,aratre,&c.e.4.37.7
Vultures è vẽto cõcipiunt. 3.g.242.34
Vulnus de arboribus.2.g.373.12
Vxores de feris.e.7.6.2

Z

ZEphyri flant vere. 4.g.287.12
Zephyri flant vere.2.g.315.19
Zodiaci ſigna.1.g.204.25
Zodiacus obliquus.1.g.233.11
Zona torrida.1.g.233.n.3
Zonarum variæ deſcriptiones. 1.g.233 33

FINIS.



VVA. BHSC. BU 00239



UVA. BHSC. BU 60239

UVA. BHSC. BU 00239

UVA. BHSC. BU 00239

UVA. BHSC. BU 00239

UVA. BHSC. BU 00239

UVA. BHSC. BU 00239

CERDÀ

BUCOLICA ET GEORGICA

VIRGILII

3

BU
Biblioteca de Santa Cruz
239

UVA.BHSC.BU 00239